

5/2
D $\frac{3}{29}$.



Society of Apothecaries.


PRESENTED BY

Date

Dv 120

compl. zitt.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
- Med.-Naturwiss. Abt. -
DUSSELDORF
V 104



6

Resinae Benzoinae

Coca ~~*Carduus marianus*~~

Carduus marianus


THE SOCIETY OF APOTHECARIES
OF LONDON.

Carduus


DD

Carduus marianus

Resinae Benzoinae



THE SOCIETY OF APOTHECARIES
OF LONDON.



Joannes



VOLVPTAS



DOLOR




DISPENSATORIVM
 GALENO CHYMICVM Confuens
 Primo
 IOANNIS RENODAEI
 Institutionum pharmaceuticarum LIB. V
 De materia medica LIB. III.
 Et antidotarium varium et absolutissimum
 Secundo
 IOSEPHI QVERCETANI
 Pharmacepoeam dogmaticorum
 restitutam
 Per PETRVM VFFENBACHIVM
 Reipubl Moeno Francofurt. Archiatrum
 Nunc Vltimo
 Rerum, et saluberrimorum medicamen-
 torum, ac experimentorum descriptio-
 nibus, ex manū scriptis et secretis Doc-
 torum Virorum locupletata.
 Hanoviae
 Apud David Aubri
 A. M D C X X X I .



Aqua



Terra





EXIMIIS, DOCTRI-
NA PRÆSTANTIBVS,

artisq̃ue Pharmaceuticæ peritissimis
viris.

Dn. IOANNI IACOBO FLÖSSERO.

Dn. IOANNI MÜLLERO.

Dn. IOANNI CASPARO SPARR

Et

Dn. GERHARDO SOUALL

Augustæ Mœnofrancofurtenſium Reipublic. pharmaco-
pœis maximopere induſtriis, amicis ſuis ſynce-
riſſimis.

PETRVS UFFENBACHIVS

Reipubl. Eiuſdem Archiater.

Tò ὕγιαίνειν.

QUod ea publici iuris facere, totique velut
mundo propalare auſus fuerim, viri præ-
ſtantiffimi, mihiq; amiciffimi, quæ veſtris
officinis hucuſque fuerunt peculiaria, adeo
vobis moleſtū eſſe non poterit, ſi perpenderitis, quā-
to cum ſcœnore ea ipſa vobis reſtituam. Pro eo enim,
* 2 quod

quod secreta quædam, (si secreta dici mereantur) à collegis olim meis, in Christo pie defunctis, vobis communicata diuulgo, præter IOANNIS RENODÆI & IOSEPHI QVERCETANI opera pharmaceutica, iam ante quidem ædita, multas etiã alias medicamentorum saluberrimorum formulas ac descriptiones longo tēpore à me collectas, ex probatissimorum autorum meorumq; hincinde præceptorum monumentis deprõptas & multipliciter in praxi mea probatas vnà cum vestris vobis retribuo ac dedico, inuenietis quorum legisse non pœnitebit. Liberalitatem itaq; fauoremq; hunc meum grato animo suscipite, boni consulite, & si quæ bilis exinde suborta fuerit, candore vestro eam corrigite; considerantes nimirũ, vitium non esse magis detestabile, tamq; Deo & hominibus odiosum, quam inuidiam; & inhumanum plane videri, sibi soli ea reseruare velle, quibus innumeris subueniri potest.

Vt autem sciatis, quæ in duobus hisce operibus à me adiecta fuerint, iis in officina pharmacopœorum seu antidotario IOANNIS RENODÆI vbiq; vocabulum ADDITIO; in pharmacopœa vero IOSEPHI QVERCETANI, cum & ipse huius vocis sæpe meminert, ADDITIO P.V. præmissi. Dabantur ex museo meo, quod est in nobili Francofurto. Prid. Idus Septembris ANN. MDCXXXI.

IOAN-



IOANNES RENODÆVS

BENEVOLO LECTORI.


HÆc est Pharmacopœa magna, candidè Lector, aut si mauis, uniuersa artis medicamentaria doctrina, quam vix adhuc vllus in opus vnum congeffit, aut debita methodo digessit, aut in artem redegit. Hæc, inquam, primæna est Medicina curatricis filia, quæ sedula artifex, ac veluti Medici manus, non modo salutarem quamuis Antidotum parat, sed ingerendam exhibet, & topicum admouet ipsa, atque sanandis ægrotis non exiguas suppetias adfert, cuius nunc laudes egregias à Medicina, tanquam radios à Sole prodeuntes huc attexere nec libet, nec licet: verum grauiter fero tam vtilem artem indigne ac perperam à multis exerceri, qui ne quidem priora illius elementa norunt, aut illis noscendis operam nauarunt. Eorum autem, qui huic arti segnus incumbunt, alii in antiquiores Græcos suæ vecordia culpam reiciunt, qui vel simplicia incognita, aiunt, aut inusitata, aut indebite parata prescribunt: Alii tum in Barbara gentis idiomata, non satis fideliter ab interpretibus expressa, tum in simplicia, quæ exotica tellus eructat, sibi inuisa. Sunt qui suam opponunt ignauiam difficultatib. artis, cuius præcepta nullus hucusq. simul omnia contunxit, aut optima methodo, sine qua vix quicquã discitur, aut scitur, disposuit, sed hic tantũ sparsim quædã, ille alia, prout in ea parte sese magis exercuit: Multorũ tamen extant libri & vulgari, & Latino sermone conscripti, qui de re Pharmaceutica tractant, quam Fernelius multis præceptionib. stabiluit, Syluius præparationib. il-

lustravit, Rondeletius compositionibus ditavit, VVeckerus laboriosus
transcriptor & confectionibus aptis ornauit, & ineptis oneravit. Est ve-
ro cachinno dignum, multos composita medicamenta describere, quo-
rum simplicia penitus ignorant, compositionis rationem, & apparandi
modum. Est & flagitio plenum, imo cruce dignum alios non modo medi-
camentorum, sed monetarum adulterationem, & ponderis accretionem
docere, & Pharmaca quadam literis mandare & laudare, qua sine sani-
tatis iactura vix ingeruntur: Nam cum optima quaeque sint adiaphora,
& pro ratione boni vel mali vsus prosint vel obsint, si qua ab imperitiis,
velim expertis, vel non probatis scripta dantur, suspecta sunt, infida, aut
non satis secura. Ne quis autem in posterum se excusatum velit, si osci-
tante Pharmacia exerceat, & simplicia male seligat, pariet, misceat,
opus hoc Pharmaceuticum exhibemus: Quod multo fecundius conscri-
ptum, facundius elaboratum, feliciter absolutum, ab alio quodam ex cla-
rissimis Medicis Parisiensibus, quorum minimus sum, habuisses, can-
dide lector: Quot enim viri sunt, tot oracula, tot Apollines, tot Medi-
cina principes, qui tum docendo, tum medendo vitam quidem laborio-
sam, sed gratam, felicem, honoribus multis decoratam Lutetiae degunt.
In ea enim, qua velut est orbis in vrbe, vix singulis datur horis diurnis,
vel cibandi, vel placide respirandi tempus, illorumque Musa silere ma-
lunt, quam scriptitare, vel ignauorum quorundam exemplo, ineptire.
Ego vero nocturnis lucubrationibus, quibus saepe delector, moderatis, vi-
res diuturno labore fatigatas, utcumque erigens, ac animum pharma-
ciam illustrandi desiderio recreans, cuncta, qua ad hanc artem spectare
dicuntur, aut utiliter queunt referri tam perspicua, & accurata do-
cendi methodo contexui, ut nihil ad illius perfectionem desiderari vi-
deretur.

Totum autem opus in duas partes secatur, Prior Institutiones Phar-
maceuticas, seu theoriam, posterior Officinam, seu praxim tradit. Inter
vtramque sunt libri tres, de materia Medica, ut ambabus possint in ser-
uire. Seu enim medicamenta in rem presentem expetantur, qua in In-
stitutionibus multa sunt, seu ad futuros vsus, qua in Officina adhuc plura
describuntur, singulorum materia ex dictis libris querenda & agno-
scenda

scenda: qua idcirco sic aptius collocatur, quam in totius operis initio, licet
prius debeant simplicia dignosci, quam seligi. In libro igitur priore de
medicamentorum delectu agitur: In secundo, de preparatione: In tertio,
de compositione: In quarto, de legibus in compositione seruandis: In quin-
to de formulis remediorum. His accedunt alii tres libri, nempe de plantis,
mineralibus, & stirpibus. Posterior pars, quam Officinam Pharmaceuti-
cam, seu Antidotarium nominauimus, in duas rursus partes diuiditur,
Prima de medicamentis sumendis, altera de admoendis differit. Atque
denuo utraque in libros tres distinguitur, & singuli in plures sectiones,
pro rerum docendarum varietate, & ordinis elegantius disponendi
ratione. Omnia, Lector beneuole, grata mente accipias,
& equi bonique consulas, rogo.

AD DO-



AD DOCTISSIMUM VIRVM
DN. DE RENOV DOCTOREM
MEDICVM.

HIPASTICHON.

EST, qui res nouiter cunctas, quot Tartara claudunt,
Quot cœlum, & Tellus, non ego mirer eum?
Est quoque, qui vires harum, arque affecta recenset,
Quanto plus tantum miror Aristotelem.
Est &, ad humanos qui cuncta hæc applicat vsus
Quæ nouit. Soter hic Deus est homini.

N. IABOT Schola Med. Paris.
Decanus.

AD IOANNEM RENODÆVM MED.

REG. DE PHARMACIA MA-
gna ab ipso edita,

Εὐχαριστός.

ITE truces Parca, non isthic pulla trahuntur
Stamina; non vestro colla paranda iugo.
Hic micat æternum volitans per secula nomen.
Hic nostras cingit laurus amica domos.
In te vera loquor, dulcis Renodæ; Videte
Vos proceres, si me talia cogit amor:
En medicas gemebunda trahens suspiria Phœbus
Collapsas artes viderat arce sua:
Vos iubet ire viam, proceres, qua semita monstrat
Ardua, qua gressus Pharmaca tuta tenent;
Hic dictis animos incendit; siccine inulta
Pharmacopœa iaces? Isne peribit honos?
Non tulit instantem Renodæus; Gloria soli;
Gloria nunc ipsi; Non peritura dies.
Exit opus tandem vario molimine mentis
Aureum, & hac calamo ferrea secla domans.
Ex illo qua sint methodo tractanda perite
Pharmaca; qua mala sint, quæ sequenda vides.
Ex illo tibi parta salus: Morbonia dextras
Hic videt hostiles; Vita, perenne decus.
Ecquid erit prami? Sic te tua fata secudent,
Vi sit, quanta operis, sic tibi longa dies.

IOAN D'ESORRIS
Med. Paris.

INDEX



INDEX CAPITVM

PRIMÆ PARTIS HVIVS
OPERIS, QUÆ LIBROS OCTO
CONTINET, IN QUORVM QVINQVE PRIO-
ribus de institutionibus Pharmaceuticis, in
aliis tribus de materia Medi-
ca agitur.

LIBER PRIMVS.

*In quo Pharmaciae utilitas, dignitas, & Medicamentorum
qualitas, effectus & delectus explicantur.*

EIVSDEM LIBRI CAPITA.

- | | | | |
|------|--|-------|---|
| I. | QVID Pharmacia & eius utilitas. fol. 1. | V. | De materia medicamentorum, & unde sumitur. 5 |
| II. | Quid Pharmacopœus, qualis esse debeat, illius subiectum, obiectum & finis. 2 | VI. | De facultatib. medicamentorū, & quotuplex secundū generales facultates medicamentū. 6 |
| III. | Quid medicamentum, quid alimentum, quid inter vtrumque medium. 4 | VII. | De primis & secundis medicamentorum facultatibus. 7 |
| IV. | Antiquitus solummodo simplicium vsus & mirabiles eorū proprietates. ib. | VIII. | De tertia medicamentorum facultate, seu proprietate occulta. 8 |
| | | | ** IX. De |

I N D E X

<p>IX. De facultate medicamentorum purgantium, unde promanat, & quomodo agit. 9</p> <p>X. De medicamentis quæ citra ventris solutionem, occulta proprietate morbos multos sanant. 10</p> <p>XI. De simplicibus medicamentis, quæ proprietate specifica partes quasdam respiciunt. 12</p> <p>XII. De periammatis, seu Amuletis, quæ gestata, vel appensa, mira & cæca virtute morbos multos curant. 13</p> <p>XIII. De Venenis. 15</p> <p>XIV. De facultatib. medicamentorum in genere, quæ ab effectis dominantur. 17</p> <p>XV. De generali delectu medicamentorum purgantium. 20</p> <p>XVI. Unde sumatur purgantium medicamentorum delectus. 21</p> <p>XVII. Quomodo sumatur medicamentorum electio à rebus enumeratis. 22</p> <p>XVIII. Particularis saporum disquisitionis. 23</p> <p>XIX. Quis medicamentorum delectus à saporibus sumitur. 25</p> <p>XX. De tempore colligendi medicamenta. Quamdiu vis eorum perduret; Et</p>	<p>quo tempore melior. 26</p> <p>XXI. Quis medicamentorum purgantium ex loco sumitur delectus. 27</p> <p>XXII. De delectu medicamentorum purgantium à facultatibus sumpto. 29</p> <p style="text-align: center;"><i>Institutionum Pharmaceuticarum liber secundus, in quo de Medicamentorum preparatione agitur.</i></p> <p style="text-align: center;">EIVSDEM CAPITA.</p> <p>I. Medicamentis omnibus, ut alimentis præparatione aliquam deberi. 31</p> <p>II. De præparationum differentiis. 32</p> <p>III. De lotionibus. 33</p> <p>IV. De purgatione medicamentorum. 35</p> <p>V. De infusionibus. 36</p> <p>VI. De humectatione, aliisque infusionum differentiis. ibid.</p> <p>VII. De nutritione. 37</p> <p>VIII. De maceratione, infectione, & digestionibus. ibid.</p> <p>IX. De tritura. 38</p> <p>X. De variis trituræ speciebus. 40</p> <p>XI. De coctione. 41</p> <p>XII. De assatione & frictione. 42</p> <p>XIII. De vitione. 43</p> <p>XIV. De extinctione. 45</p> <p>XV. De calfactione, insolatione, & refrigeratione. ibid.</p> <p style="text-align: right;">XVI. De</p>
---	--

C A P I T V M.

XVI. De putrefactione & fermentatione.	46	VIII. De conditis in genere.	67
XVII. De dissolutione.	47	IX. De pulueribus.	ibid.
XVIII. De liquatione.	ibid.	X. De eclegmatis.	68
XIX. De mollitione & duratione.	48	XI. De electuariis.	69
XX. De ficatione.	ibid.	XII. De hieris.	71
XXI. De expressione.	49	XIII. De opiatis.	ibid.
XXII. De extractione.	50	XIV. De pilulis.	72
XXIII. De extractis chymicorum.	51	XV. De trochiscis.	74
XXIV. De cribratione.	52	<i>Seçtio secunda libri tertii, in qua generalis Medicamentorum externorum explicatio traditur.</i>	
XXV. De colatione & filtratione.	ibid.	EIVSDEM CAPITA.	
XXVI. De despumatione.	53	I. De oleis.	75
XXVII. De clarificatione.	54	II. De vnguentis.	77
XXVIII. De aromatizatione.	ibid.	III. De ceratis.	78
XXIX. De coloratione.	55	IV. De emplastris.	79
XXX. De conditura, salitura & fartura.	ibid.	V. De sparadrappis.	81
XXXI. De destillatione.	56	<i>Institutionum Pharmaceuticarum liber quartus. De legibus in compositione seruandis.</i>	
XXXII. De destillatione per descensum.	58	EIVSDEM CAPITA.	

Institutionum Pharmaceuticarum liber tertius, in qua agitur de compositione Medicamentorum generalium.

EIVSDEM CAPITA.

I. Cur medicamenta componentur.	60
II. De syrupis in genere.	61
III. De propomatis.	62
IV. De syrupis mellitis.	63
V. De succis mellitis.	64
VI. De sapis.	65
VII. De conferuis.	66

I. Quis primus medicamenta composuit, & ratio compositionis.	82
II. De basi medicamentorum, & eorum collatione in formulis.	83
III. De formis & fine medicamentorum.	84
IV. De Medicorum ponderibus & eorum notis.	86
V. De medicorum mensuris.	87
VI. De quantitate medicamentorum	

I N D E X

<p>torum exhibendorum. 88</p> <p>VII. Iustam medicamentorum quantitatem vix definiti, non tamen dum parum excedit, aut deficit, periculosam. 89</p> <p>VIII. De his, quæ innoxie magna quantitate sumuntur, quibus conueniant, & quando. 90</p> <p>IX. De his, quæ parua quantitate præscribuntur. 91</p> <p>X. Qua quantitate simplicia medicamenti componendis permisceantur. 92</p> <p>XI. De medicamentorum repositione. 93</p> <p>XII. De conseruatione & duratione medicamentorû. 94</p> <p>XIII. De his, quæ antonomasia quadam ceteris præstât, à qua illorum denominatio sumatur. 95</p> <p>XIV. De radicibus, seminibus, floribus, lapillis & aquis, quæ dignitate quadam ceteris præferuntur. 97</p> <p>XV. De succedaneis. 98</p> <p>XVI. Quæ, & quando recte substituuntur. 99</p> <p>XVII. De medicamenti adulterationis. 103</p>	<p><i>Institutionem Pharmaceuticarum liber quintus. De medicamentorum formulis, quorum vsus ad morborum præcautionem, vel profligationem celebratur.</i></p> <p>Præfatio. 105</p> <p>I. De solemnibus quibusdam decoctionibus longo vsu celebratis. 106</p> <p>II. De dosi. 107</p> <p>III. De potionibus purgatoriis. 108</p> <p>IV. De iulepis. 109</p> <p>V. De destillatis restauratiuis. 110</p> <p>VI. De apozematis. 111</p> <p>VII. De gargarismatis. 112</p> <p>VIII. De emulsionibus. 113</p> <p>IX. De amygdalatis. 114</p> <p>X. De prillana antiquorum, hordeato. <i>ibid.</i></p> <p>XI. De lohochis, seu eclegmatis in rem præsentem imperandis. 115</p> <p>XII. De apophlegmatismis. 116</p> <p>XIII. De bolo purgatorio. <i>ibid.</i></p> <p>XIV. De opiatis. 117</p> <p>XV. De conditis. 118</p> <p>XVI. De pasta regia. <i>ibid.</i></p> <p>XVII. De mazapane. 119</p> <p>XVIII. De piniolato, seu pignolato. 120</p> <p>XIX. De pandaleis. <i>ibid.</i></p> <p>XX. De hypoglottidibus, vulgo sublinguis. <i>ibid.</i></p> <p>XXI. De tabellis. 121</p> <p>XXII. De pulueribus. <i>ibid.</i></p>
---	---

SECTIO

C A P I T V M.

SECTIO II.

De his quæ vel induntur, vel iniiciuntur.
Et primum

- | | | |
|------|------------------------------------|-------|
| I. | De errhinis. | 122 |
| II. | De pessis. | 123 |
| III. | De nodulis, vel potius penicillis. | 124 |
| IV. | De suppositoriis. | ibid. |
| V. | De clysteribus, seu enematis. | 125 |

SECTIO III.

De his quæ extrinsecus adhibentur.
Et primo

- | | | |
|------|-------------------------------|-------|
| I. | De Balneis. | 127 |
| II. | De semicupio, seu infessu. | 128 |
| III. | De vaporario. | ibid. |
| IV. | De hypocausto, seu sudatorio. | 129 |
| V. | De fomentis seu fotibus. | ibid. |
| VI. | De epithematis. | 130 |
| VII. | De lotione. | 131 |

- | | | |
|--------|--|-------|
| VIII. | De embroche & asperione | ibid. |
| IX. | De linimento, seu litu. | 132 |
| X. | De mucaginibus. | ibid. |
| XI. | De collyriis. | 133 |
| XII. | De lacte virginali. | 134 |
| XIII. | De aqua aluminosa. | ibid. |
| XIV. | De frontali. | ibid. |
| XV. | De cataplasmatibus & pultribus. | 135 |
| XVI. | De cataplasmatibus, empasmatis, & diapasmatis. | 136. |
| XVII. | De synapismis seu phœnigmis. | ibid. |
| XVIII. | De dropace & picatione. | 137 |
| XIX. | De Psyllotris. | 138 |
| XX. | De vesicatoriis. | ibid. |
| XXI. | De pyroticis seu cauteriis. | 139 |
| XXII. | De scuto. | 140 |
| XXIII. | De cucupha, & semicucupha. | ibid. |
| XXIV. | De sacculis. | 141 |
| XXV. | De dentrificiis. | 142 |
| XXVI. | De odoramentis. | ibid. |
| XXVII. | De suffitibus, & auiculis Cypreis. | 143. |

DE MATERIA MEDICA, COM-
POSITIONIBVS IN PHARMACOPOLIO
parandis & seruandis necessaria,
Libri tres.

Deplantis,

LIBER PRIMVS.

EIVSDEM CAPITA.

	P refatio.	146	XVI. De quinque capillaribus, &
I.	De aqua.	147	primum de vero capil-
II.	De Vino.	149	lo veneris. <i>ibid.</i>
III.	De aceto.	150	XVII. De adianto vulgari. 158
IV.	De omphacio.	151	XVIII. De polytricho. <i>ibid.</i>
V.	De saccharo.	<i>ibid.</i>	XIX. De cetarach. 159
VI.	De melle.	152	XX. De saluia vita. <i>ibid.</i>
VII.	De manna.	153	XXI. De quibusdam aliis capilla-
VIII.	De floribus cordialibus &		ribus minus proprie
	& primū de violis. 154		dictis, & primum de
IX.	De flore buglossi. <i>ibi.</i>		hemionitide. <i>ibid.</i>
X.	De flore borraginis. 155		XXII. De cuscuta & epithymo.
XI.	De communibus quatuor		160
	emollientibus, & pri-		XXIII. De quinque radicibus ape-
	imum de maluis. <i>ibid.</i>		rientibus, & primum
XII.	De acantho, seu branca vr-		de Apio. <i>ibid.</i>
	sina. 156		XXIV. De petroselino. <i>ibid.</i>
XIII.	De aliis emollientibus, &		XXV. De asparagis. 161
	primum de mercuria-		XXVI. De fœniculo. <i>ibid.</i>
	li. <i>ibid.</i>		XXVII. De rusco. 162
XIV.	De parietaria. 157		XXVIII. De quatuor seminib. fri-
XV.	De beta & atriplice. <i>ibid.</i>		gidis maioribus. <i>ibid.</i>
			XXIX. De

C A P I T V M .¹

XXIX. De quatuor feminibus frigidis minorib. Et primum de lactuca & eius semine. ibid.	VI. De fenena. 172
XXX. De portulaca eiusque semine. 163	VII. De radice mechoacan. ib.
XXXI. De aliis feminibus frigidis minorib. ac obiter de Cichoreaceis. ibid.	VIII. De agarico. ibid.
XXXII. De feminibus quatuor calidis maioribus, & primum, De aniso. 164	IX. De polypodio. 173
XXXIII. De cumino. 165	X. De carthamo. ibid.
XXXIV. De caro. ibid.	XI. De ebulo. 174
XXXV. De aliis quatuor feminibus calidis minoribus, & primum de Ammi. ibid.	XII. De esula. ibid.
XXXVI. De Amomo. 166	XIII. De Hermodactylis. 175
XXXVII. De dauco. ibid.	XIV. De eürpetho. ibid.
XXXVIII. De eximiis aliquot floribus, ex quibus aquæ & olea trahuntur efficacissima, & primum, De rosis. 167	XV. De scammonio. 176
XXXIX. De nymphaea. ibid.	XVI. De elleboro. 177
XL. De lilio. 168	XVII. De colocynthide. ibid.
XLI. De croco. ibid.	XVIII. De mezerco & chamelæa. 178
	XIX. De Thymelæa. ibid.
	XX. De laureola. ibid.
	XXI. De Ricino. ibid.
	XXII. De brassica Marina. 179

SECTIO II.

De simplicibus purgantibus.

Præfatio. 169	
I. De Rhabarbaro. ibid.	
II. De cassia. 170	
III. De Tamar-Indis. ibid.	
IV. De myrobalanis. ibi.	
V. De aloë. 171	

SECTIO III.

De calefacientibus exoticis.

I. De zinzibere. 180	
II. De zerumbet. ibid.	
III. De zedoaria. ibid.	
IV. De galanga. 181	
V. De acoro. ibi.	
VI. De calamo aromatico. ibid.	
VII. De costo. 182	
VIII. De behen utroque. ibid.	
IX. De scecachul. 183	
X. De cinnamomo. ibid.	
XI. De nuce moschata, maci & macere. 184	
XII. De piperibus. 185	
XIII. De caryophyllis. 186	
XIV. De cardamomis. ibid.	

XV. De

I N D E X

XV.	De cubebis.	ibid.	XVIII.	De gramine vulgari.	201
XVI.	De carpobalsamo & cæteris balsami partibus.	187	XIX.	De glycyrrhiza.	ibid.
XVII.	De Kermes.	188	XX.	De cyclamine.	ibid.
XVIII.	De schœnanto.	189	XXI.	De scylla.	202
XIX.	De folio seu malabatro. ibid.		XXII.	De bulbis.	ibid.
XX.	De spica Indica & Nardis. ibid.		XXIII.	De Satyrio.	203
XXI.	De Agallocho.	190	XXIV.	De porris.	ibid.
XXII.	De santalis.	ibid.	XXV.	De raphano & rapo, seu buniade.	204
XXIII.	De sassafras.	191	XXVI.	De anemone.	ibid.
XXIV.	De guaiaco.	ibid.	XXVII.	De Keiri.	205
XXV.	De sarsaparilla.	ibid.	XXVIII.	De thymo.	ibid.
XXVI.	De chyna radice.	192	XXIX.	De serpillio.	ibid.
			XXX.	De sampsuo & maiorana.	206

S E C T I O I V .

De calefacientibus indigenis.

I.	De Pyrethro.	ibid.	XXXVI.	De calamintha.	209
II.	De Sinapi.	193	XXXVII.	De absinthio.	ibid.
III.	De Thlaspi.	194	XXXVIII.	De artemisia.	210
IV.	De Eruca.	ibid.	XXXIX.	De melissa, seu melisso- phillo.	ibid.
V.	De Vrtica.	195	XL.	De prassio.	211
VI.	De Iride.	ibid.	XLI.	De betonica.	ibid.
VII.	De Helenio.	196	XLII.	De veronica.	ibid.
VIII.	De Cypero.	197	XLIII.	De dictamno.	212
IX.	De Angelica.	ibid.	XLIV.	De stœchade.	ibid.
X.	De libiitico, seu ligustico. ibid.		XLV.	De saluia.	213
XI.	De Sefeli.	198	XLVI.	De hormino.	ibid.
XII.	De Gentiana.	199	XLVII.	De scordio.	ibid.
XIII.	De tormentilla.	ibid.	XLVIII.	De ruta.	214
XIV.	De pœonia.	ibid.	XLIX.	De lithospermo.	ibid.
XV.	De rubia.	200	L.	De saxifraga.	215
XVI.	De oinone.	ibid.	LI.	De Aristolochia.	ibi.
XVII.	De cryngio.	ibid.	LII.	De asaro.	ibid.

LIII. De

C A P I T V M.

LIII.	De pimpinella.	216	LXXXIV. De populo.	228	
LIV.	De chamedry.	ibid.			
LV.	De chamæpyti.	ibid.			
LVI.	De parthenio.	217			
LVII.	De hyperico.	ibid.			
LVIII.	De Androsæmo.	ibid.	I.	De mandragora.	229
LIX.	De melanthio seu nigella.	218	II.	De solano.	230
LX.	De hyssopo.	ibid.	III.	De alkekengi.	231
LXI.	De geranio.	ibid.	IV.	De hyoscyamo.	ibid.
LXII.	De Doronico & damasconio.	219	V.	De papauere.	ibid.
LXIII.	De carduobenedicto.	220	VI.	De semperuiuis.	232
LXIV.	De cardio botano, seu cardiaca.	ibid.	VII.	De cynoglossio.	233
LXV.	De chameleone nigro.	221	VIII.	De plantagine.	ibid.
LXVI.	De Cynara.	ibid.	IX.	De centinodia.	234
LXVII.	De phu, seu valeriana.	ibi.	X.	De symphyto.	ibid.
LXVIII.	De fumaria.	222	XI.	De oxalide.	235
LXIX.	De euphrasia.	ibid.	XII.	De oxylapatho.	236
LXX.	De centaurio minore.	ibid.	XIII.	De hepatica, hepatorio, & eupatorio, siue agrimonia.	ibid.
LXXI.	De Rapontico.	223	XIV.	De primula veris, seu herba paralyfis.	ibid.
LXXII.	De Meu.	ibid.	XV.	De brassica hortensi.	237
LXXIII.	De anetho.	224	XVI.	De psyllio.	ibid.
LXXIV.	De petroselinico Macedonico.	ibid.	XVII.	De tussilagine.	238
LXXV.	De Coriandro.	ibid.	XVIII.	De lupulo.	ibid.
LXXVI.	De capparibus.	225	XIX.	De bistorta.	ibid.
LXXVII.	De periclymeno.	ibid.	XX.	De fragaria.	239
LXXVIII.	De genista.	ibid.	XXI.	De pentaphyllo.	ibid.
LXXIX.	De sabina.	226	XXII.	De spargula, seu apparine.	240
LXXX.	De roremarino.	ibid.	XXIII.	De scabiosa.	ibid.
LXXXI.	De agnocasto, seu vitice.	ibid.	XXIV.	De Gossipio.	ibid.
LXXXII.	De fraxino & Ornithoglossio.	227	XXV.	De hispidula, seu Aeluropo, quem vulgus pedem cati nominant.	241
LXXXIII.	De visco querno.	ibid.	XXVI.	De meliloto.	ibid.
			XXVII.	De lino.	ibid.

				XXVIII.	

I N D E X

XXVIII. De fœnugræco.	242	XXI. De uuis acerbis & passu-	
XXIX. De ciceribus rubris. <i>ibid.</i>		lis.	256
XXX. De orobo siue eruuo. <i>ibid.</i>		XXII. De Ribes.	<i>ib.</i>
XXXI. De lupinis.	243	XXIII. De berberis.	257
XXXII. De hordeo.	<i>ibid.</i>	XXIV. De auellanis.	<i>ibid.</i>
XXXIII. De Sumacho seu Rhoe. <i>i-</i>		XXV. De pistacis.	<i>ibid.</i>
bidem.		XXVI. De amygdalis.	258
XXXIV. De myrto.	244	XXVII. De nucibus.	<i>ibid.</i>
XXXV. De millefolio.	<i>ibid.</i>	XXVIII. De nucibus pineis.	259
XXXVI. De tamarisco.	245	XXIX. De nucibus cupressi. <i>ibid.</i>	

S E C T I O VI.

De fructibus.

I.	De pomis.	245
II.	De pyris.	240
III.	De malo citrio.	247
IV.	De arantiis.	<i>ibid.</i>
V.	De granatis.	248
VI.	De malo cotoneo.	<i>ibid.</i>
VII.	De mespilis.	249
VIII.	De sorbis.	<i>ibid.</i>
IX.	De cornis.	250
X.	De prunis.	<i>ibid.</i>
XI.	De malis armeniatis.	251
XII.	De persicis.	<i>ibid.</i>
XIII.	De cerasis.	252
XIV.	De moris.	<i>ibid.</i>
XV.	De moris syluestribus & Idæis.	253
XVI.	De sebesten seu mixis. <i>i-</i>	
	bidem.	
XVII.	De iuiubis.	<i>ibid.</i>
XVIII.	De ficibus.	254
XIX.	De dactylis.	<i>ibid.</i>
XX.	De Oliuis.	255

XXX.	De fructibus, seu baccis lauri.	260
XXXI.	De granis iuniperi.	<i>ibid.</i>
XXXII.	De gallis.	261

S E C T I O VII.

De Gummis.

I.	De succis, seu plantarum humoribus.	262
II.	Quid gūmi, & quid differant à resinis & aliis liquoribus cōcretis. <i>ib.</i>	
III.	De gummi arabico.	263
IV.	De gummi tragacantho. <i>ibid.</i>	
V.	De ammoniaco.	264
VI.	De lacca & Cancamo. <i>i-</i>	
	bidem.	
VII.	De sanguine draconis.	265
VIII.	De asa fœtida.	266
IX.	De sagapeno.	267
X.	De Galbano.	<i>ibid.</i>
XI.	De opopanace.	268
XII.	De sarcocolla.	<i>ibid.</i>
XIII.	De gummi hederæ.	269

S E C T I O

CAPITV M. II

SECTIO VIII.

De Resinis.

I.	Quid resina & eius varietas.	269
II.	De pice.	270
III.	De terebinthina.	272
IV.	De thure.	ibid.
V.	De Beniuno.	273
VI.	De euphorbio.	ibid.
VII.	De lacryma oleæ Æthiopice, improprie gummi elemi dicta.	274

SECTIO IX.

De Gummi-resinis.

I.	De mastiche.	275
----	--------------	-----

II.	De caphura.	ibid.
III.	De styrace.	276
	Apendix de Anomalis gummi-resinis.	277
IV.	De myrrha.	ibid.
V.	De bdellio.	277

SECTIO X.

De aliis stirpium humoribus seu succis.

I.	De opio.	278
II.	De elaterio.	279
III.	De ladano.	ibid.
IV.	De hypocistide.	280
V.	De tartaro.	ibid.
VI.	De succo glycyrrhizæ.	281
VII.	De cera.	ibid.
VIII.	De succis quibusdam aliis, alio loco aptius descriptis.	282



DE MATERIA MEDICA,

LIBER SECVNDVS.

De Mineralibus.

	Præfatio.	283	quæ inter metalla, lapides, & terras ambigunt:
I.	De terra lemnia.	284	Et primum De chrysolitha seu Borace.
II.	De bolo armena.	ibidem.	286
III.	De aliis quibusdam terris minus vsualibus.	285	V. De Vitriolo seu calchantro.
IV.	De quibusdam fossilibus è mari, terraque erutis,		VI. De alumine.
			VII. De sale.
			*** 2 VIII. De

I N D E X

VIII. De bitumine.	289	De lapidibus quibusdam medicatis, nec pretiosis, & primum.
IX. De sulphure.	290	
X. De ambaro griseo.	ibid.	
XI. De ambaro fuluo, seu electro.	291	XI. De marmore.
XII. De corallio.	ibid.	XII. De crystallo.
XIII. De auripigmento.	292	XIII. De gypso.
XIV. De minio.	293	XIV. De calce.
XV. De hydrargyro.	294	XV. De lapidibus spongiarum.
		304
		XVI. De lateribus.

S E C T I O II.

De lapidibus pretiosis & medicatis.

I. De smaragdo.	295
II. De saphyro.	296
III. De rubinis.	297
IV. De granatis.	ibid.
V. De Sardo lapide.	298
VI. De Hyacintho.	ibid.
VII. De Topazio.	ibid.
VIII. De lapide Lazuli.	299
IX. De magnete, seu lapide Heracleo.	ibid.
X. De aliis quibusdam gemmis in Medicina rarius vsurpatis.	300

S E C T I O III.

De Metallis.

I. De auro.	305
II. De argento.	306
III. De stanno.	307
IV. De plumbo.	ibid.
V. De ære.	308
VI. De ærugine.	ibid.
VII. De ferro.	309
VIII. De septimo metallo.	310
IX. De cerusa.	ibid.
X. De cadmia vtraque factitia & fossili.	311
XI. De spodio.	312
XII. De pompholige.	313
XIII. De Lithargyro.	ibid.



DE MATERIA MEDICA,

LIBER TERTIVS.

De medicamentis ex animalibus integris, aut eorum partibus sumptis.

	Præfatio.	315	XVII.	De ichthycolla.	325
I.	De sanguine humano.	316	XVIII.	De Oesypo.	326
II.	De Mumia.	317	XIX.	De ossibus medicatis:	
III.	De sanguine hirci.	318		Et primum	
IV.	De sanguine leporis. ibid.			De osse cordis cerui. ib.	
V.	De pinguedinibus: & primo.		XX.	De ebore.	327
	De medulla cerui.	319	XXI.	De cornu monocerotis.	
VI.	De feuo caprino.	ibid.		328	
VII.	De axungia Suis.	320	XXII.	De lapide bezaar.	329
VIII.	De axungia vrsi.	ibid.	XXIII.	De Margaritis ac vnionibus.	330
IX.	De axungia anseris. ibidem.		XXIV.	De vmbilicis marinis.	331
X.	De axungia anatis.	321	XXV.	De dentalio.	ibid.
XI.	De axungia gallinarum. ibid.		XXVI.	De Antalio.	ibid.
XII.	De Butyro.	322	XXVII.	De testudinibus.	332
XIII.	De pulmone vulpis.	323	XXVIII.	De ranis.	333
XIV.	De testiculis castoris. ibidem.		XXIX.	De cancris.	ibid.
XV.	De excrementis animalium: Et primum		XXX.	De viperis.	334
	De moscho.	324	XXXI.	De scincis.	335
XVI.	De Cibetho.	ibid.	XXXII.	De scorpionibus.	336
			XXXIII.	De Lumbricis.	337
			XXXIV.	De cantharidibus.	ibid.
			XXXV.	De Formicis.	338
			XXXVI.	De Serico.	ibid.

I N D E X



I N D E X C A P I T V M

I S A G O G E S.

Præfatio.	340	X.	De alembicis & cucurbitis.	348
Cap. I. De domo & officina pharmacopœi.	342	XI.	De mensis & abaco officinæ necessariis.	349
II. De instrumentis officinæ necessariis.	343	XII.	De arculis, pyxidibus & aliis officinæ vasis.	ibid.
III. De mortariis & pistillis.	344	XIII.	De simplicibus vel integris vel eorum partib. in Pharmacopolio seruandis.	350
IV. De spatulis & cochlearibus.	ibid.	XIV.	De mineralibus & metallis in officina seruandis.	352
V. De ahenis & aliis quibusdam vasis metallicis.	345	XV.	De animalibus aut eorum partibus in pharmacopolio seruandis.	353
VI. De torcularibus & prælis.	ibid.	XVI.	De medicamentis compositis in officinis pharmacopœorum seruandis.	ibid.
VII. De cribris & incerniculis.	346			
VIII. De colatoriis.	347			
IX. De fornacibus.	ibid.			



O F F I C I N Æ P H A R M A C O P O E O -
rum seu antidotarii

L I B E R I.

Est de medicamentis alterantibus, & præparantibus, habetque sectiones octo.

I.	Et agit de Syrupis.	356	IV.	De succis mellitis.	391
II.	De syrupis qui quouis tempore possunt parari.	371	V.	De rob seu sapa & aliis Rob. bub.	393
III.	De syrupis mellitis.	384	VI.	De conseruis.	395
			VII.	De-	

C A P I T V M.

VII. De fructibus & aliis plantarum partibus conditis. 398	III. De electuariis Solidis & Trociscis purgantibus. 423
VIII. De eclegmatis in officina seruandis. 404	IV. De pilulis. 436

L I B E R II.

Sect. I. Est de medicamentis purgantibus selectissimis & vsu longo probatis. 409	Sect. I. De pulueribus cardiacis selectioribus. 457
II. De hieris. 420	II. De antidotis humidis. 478
	III. De trociscis alterantibus & roborantibus. 493

OFFICINÆ PHARMACEVTICÆ

Pars altera,

De medicamentis externis tribus adhuc libris distincta, in quorum primo agitur de omni oleorum genere, quibus additur appendix de balsamis.

L I B E R IV.

Sect. I. Est de oleis ex infusione medicatis. 509
II. De oleis, quæ quouis tempore conficiuntur. 517
III. De oleis ex animalibus & eorum partibus. 520
IV. De oleis expressione e ductis. 523
V. De oleis per destillationem extractis. 529
Appendix libri de oleis, tractans

De balsamis. 536

L I B E R V.

Sect. I. Est de vnguentis. 540
II. De ceratis. 564

L I B E R VI.

Nullas habens sectiones tractat de emplastris incipitque 567
Appendix de quibusdam aliquis medicatis arte paratis. 588

Finis huius Indicis.

E L E N-

ELENCHVS CAPITVM QVERCETANI.

I.	De Medicamenti definitione & diuisione. fol. 611	XIII.	De Syrupis 700
II.	De caulis compositionis medicamentorum secundum doctrinam Dogmaticorum. 612	XIV.	De Purgantibus. 719
III.	De ordine & classe omnium medicamentorum, vel arte, vel ratione compositorum. 615	XV.	De Pilulis seu catapotiiis. 727
IV.	De aquis destillatis, & de destillatione in genere. 616.	XVI.	De pulueribus purgantibus. 738
V.	De destillationum differentiis. 619	XVII.	De Vomitoriis. 743
VI.	De destillationis quibusdam quasi preludiis, comitibus, & veluti ancillis, nempe fermentatione, concoctione & maceratione, operibus apprimè pharmacopœo necessariis. 620	XVIII.	De Clysteribus. 749
VII.	De aquis. 623	XIX.	De Caputpurgiis, & errhinis remediis. 755
VIII.	De decoctis. 655	XX.	De Apoplegmatis & Eclegmatis. 759
IX.	De Vinis. 677	XXI.	De Confectionibus aromaticis seu speciebus & pulueribus roborantibus tabellis & trochiscis. 762.
X.	De Acetis. 689	XXII.	De conditis, opiatis & conseruis 772
XI.	De varia Oxymelitem & Hydromelitem medicorum compositione, quæ diuersis affectibus medendis aptissima sunt. 691	XXIII.	De antidotis liquidis, roborantibus, & ad multos morbos curandos, nec non ad pestem conducentibus. 775
XII.	De Hydromelitem componendi ratione & varietate. 698	XXIV.	De Antidotis, Alexipharmacis, & Alexiteriis seu Theriacis. 786
		XXV.	De Antidotis Narcoticis, quæ & Opiatæ appellantur. 830
		XXVI.	De variis Chymicis operationibus, extractis, essentiis, magisteriis, salibus & oleis. 842

INDEX



INDEX

MORBORVM EO-
RVMQVE REMEDIORVM
IN HOC OPERE CON-
TENTORVM.

Dolor capitis.

Dortulaca, 163. Laureola, 183. pyrethrum, 192. Solanum, 229. succus
meliloti cum vino & rosaceo exceptus, 240. oxymel scylliticum, 385.
antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 489. vnguentum
populeon 542. Electuarium de psyllio, 416. hiera picra Galeni, 420.
hiera Pacchi, 421. pilula mastichina, 437. pilula sine quibus, 439. pi-
lula aurea, 440. pilula cochia, 441. pil. assaiaret, 443. Trocisci narcotici Fernellii.
504. oleum rosatum, 511. oleum nenupharium, 513. oleum expomis mandragora, 513.
Oleum de Euphorbio, 519.

Debilitas cerebri & capitis.

Cerebrum totumque caput corroborant, puluis pro suffitu, 144. crocus, 168. paeo-
nia, 199. maiorana, 206. melissa, 210. betonica, 211. siccha, 212. salvia, 213. ambra
grisea, 290. corallia, 291. smaragdus, 295. moschus, 324. mel. anthosatum, 392. cōser-
ua rosarum, 395. cōserua anthos, 397. cōs. betonicae, ibid. cōs. melisse & salvia, i-
bid. Emplastrū de ianna, 572. Trocisci gallie moschate, 496. Trocisci alipta moschate,
497. oleum sampsuchinum roborat caput & omne neruorum genus, 514. aromaticum
rosatum, 463. puluis dianthos, 463. oleum myrtinum & myrtillorum, 516. oleum ma-
stichinum, 517.

Sternutationem promouentia sunt:

Puluis, 123. Sinapi, 193.

Ver-

I N D E X

Vertigo.

Vertiginem tollunt colocynthis, 177. radix china, 192. oxymel scilliticum, 385. antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 489. Aqua theriacalis, 588. Electuarium de psyllio, 415. hiera picra cum agarico, 421. hiera Pachii, ibid. pilula de agarico, 440. pilula de nitro, 445.

Infania, Mania & melancholia hypochondriaca.

Melancholiam hypochondriacam & alios huiusmodi affectus eradicare creduntur, elleborus niger verus, 177. Topazius, 298. Syr. de borragine & syr. de succo buglossi, 365. antidotum asyncritum, 482. unguentum rosatum Mesue, 541. confectio hamech, 416. Electuarium sena, 418. hiera pachii, 421. oleum ex pomis mandragora, 515.

Lethargus.

Lethargum curant, Embroche, 131. succulus, 141. serpillum, 205. castorium, 323. mel anthosatum, 392. Aqua theriacalis, 588. clareta, 589. hiera picra cum agarico, 421. hiera Pachii, ibid. hiera diacolocynthidos, 422. pilula de agarico, 440. oleum de Euphorbio, 519.

Epilepsia.

Epilepsiam sanantia sunt pœonia, 199. elleborus niger verus, 177. colocynthis, ibid. pyrethrum, 199. pœonia, 202. scylla, 202. pulegium, 206. betonica, 211. viscum quercinum, 227. corallia, 291. smaragdus, 295. syrupus de stœchade, 372. oxymel scilliticum, 385. conferua anthos, 397. radices pœonia condita, 402. antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 487. Trocisci scillitici, 495. oleum vitrioli, 532. oleum sulphuris, 533. Aqua theriacalis, 588. clareta, 589. Electuarium sennatum, 418. hiera picra cum agarico, 421. hiera Pachii, ibid. hiera diacolocynthidos, 422. Trocisci albandal, 435. pilula de nitro, 445. puluis dianthos, 463.

Apoplexia.

Apoplexiam sanantia sunt, clyster, 125. Succulus, 141. colocynthis, 177. pyrethrum, 192. mel anthosatum, 377. Syrupus anthos, 392. Aqua theriacalis, 588. clareta, 589. hiera diacolocynthidos, 422.

Paralyfis.

Paralyfin corrigunt radix china, 192. pyrethrum, ibid. decoctum radice helenij potum, 196. primula veris, 236. bitumen, 289. syrupus de stœchade, 365. Syrupus anthos, 392. con-

M O R B O R V M .

392. conserua melisse & salvia, 397. oleum vitrioli, 532. balsamum Mesue, 537. balsamum Hollerii, ibid. balsamum medicorum Florentinorum, 538. balsamum D. Euyomi, ibid. balsamum mirabile, 539. vnguentum mariatum, 554. Aqua theriacalis, 588. clareta, 589. hiera diacolocynthidos, 422. pilula de nitro, 445. oleum Keirinum, 510. oleum de castorio, 522.

Spasmus siue conuulsio.

Conuulsionem sanant pulegium, 206. prassium, 211. hypericum, 217. cardiaca, 220. rhaponticum, 223. rosismarinus, 226. castorium, 323. balsamum Hollerii, 527. balsamum vulnerarium, 538. balsamum Medicorum Florentinorum, ibid. balsamum vnguentum aregon, 553. vnguentum martiatum, 554. oleum anethinum, 514. oleum Keirinum, 510. oleum irinum, ibid. oleum de castorio, 522.

Melancholia.

Melancholiam abigunt vinum, 149. flores buglosi, 154. flores borraginis, 155. ocymum, 207. stachas, 212. Granati, 297. Sarda, 298. hyacinthi, ibid. Topazius, ibid. lapis Lazuli, 299. aurum, 305. lapis Bexoar, 329. Syrupus regis Saboris, 369. conserua buglosi, 396. conserua borraginis, ibid. confectio alkermes, 478. confectio de hyacintho, 479. antidotum asyncritum, 482. confectio hamech, 416. Electuarium Sennasum, 418. hiera diacolocynthidos, 422. Electuarium de gemmis, 458. diacinnamomum, 464.

Catarrhus.

Qua catarrhum sistunt, sunt sequentia, vt Lohoch, 116. aliud contra fluxiones acres & erodentes, ibid. puluis pro suffitu, 144. hyssopus, 218. bolus armena, 284. Syrupus papaueris erratici, 360. Syrupus cytoniorum, 369. Syrupus myrthinus, 370. Syrupus de Glycyrrhiza, 373. Syrupus iuinbinus, ibid. conserua rosarum, 395. folia tusilaginis condita, 401. pilula de agarico, 440. Trochisci de caphura, 498. oleum rosatum, 511. oleum omphacinum, 512. pilula de cynoglossa, 453.

Incubus.

Incubum tollit hiera Pachii, 421.

Debilitas visus.

Visum acuunt Aqua communitalis, 133. feniculus, 161. cariophylli, 186. Thymus, 205. horminum, 213. Succus fumarie, 222. Euphrasia, ibid. succus centaurii minoris cum melle illitus, 223. Lapis Lazuli, 299. Aqua ophthalmica, 590. Aqua communitatis, ibid. pilula sine quibus, 439. pilula aurea, 440.

**** 2

Oculo-

I N D E X

Oculorum Rubor.

Oculorum ruborem auferunt vnguentum citrinum, 555. Aqua ad Epiphoram & ruborem oculorum, 590.

Dolor oculorum.

Dolorem oculorum sedant aqua solani, 230. antidotum asyncretum, 482. vnguentum ophthalmicum, 546. hiera Pachii, 121. Trochisci albi Rhafis, 504.

Oculorum vlcera.

Ad vlcera oculorum cadmia lota est conuenientissima, 34. collyrium ad scabiem palpebrarum, 133. Tragacanthum, 263. sarcocolla, 268. pompholix, 313. aqua communitatis, 590. aqua ad Epiphoram, ibid.

Dolor & tinnitus aurium.

Contra dolorem aurium faciunt succus aparine infusus, 240. succus meliloti cum passo instillatus, 241. axungia anseris immissa facit contra tinnitus aurium, &c. 320. axungia gallinarum, 321. adeps vulpinus, 323. balsamum Medicorum Florentinorum, 538. hiera Pachii, 421. pilula sine quibus, 439. oleum irinum tollit aurium tinnitum, 510.

Hæmorrhagia narium & omnium aliarum partium.

Hæmorrhagiam sistunt, Errhinum, 122. symphytum, 234. myrti fructus sanguinis sreatum compefcunt, 244. coronea cocta, 248. Sorbi, 249. mastyche, 275. hypocystis, 280. bolus armena, 284. succinum, 291. corallia, ibid. sardæ, 298. Topazius, ibid. Gypsum, 303. syrupus cytoniorum sistit sputum sanguinis, 369. syrupus myrthini, 370. Rob citoniorum, 394. radices symphyti conditæ, 403. philonium romanum, 482. vnguentum stypticum, 544. Trochisci de carabe, 499.

Fætor narium.

Fætores narium tollit oleum Irinum, 510.

Ozenæ.

Ozenas curant Trochisci hedychoi cum vino veteri odorato subacti, 495.

Dentium mobilitas.

Dentes mobiles firmant portulaca, 163. radix helenis commanducata, 190. dentifcalpia ex lentisco, 275.

Dolor

MORBORVM.

Dolor dentium.

Dolorem dentium mitigant & auferunt pyrethrum, 192. Syrupus de moris compositus, 367. antidotum asyncritum 482. oleum sulphuris dentes dealbat, eorumque dolores sedat, 533. oleum caryophyllorum, 535. Trochisci narcotici Fernelii, 465. oleum myrtinum & myrtillorum, 516.

Vlcera oris.

Vlcera oris & tonsillarum sanant portulaca, 163. bolus armena, 284. Syrupus de moris compositus, 367.

Fœtor oris.

Oris halitum commendant anisum, 164. caryophylli, 186. folium siue malabathrum, 189. cortex arantiorum saccharo conditus, 247. mastiche commanducata, 275. myrrha commanducata, 277. confectio de hyacintho, 479. species diarrhodon Abbatis, 461.

Scissuræ labiorum.

Scissuras laborum sanat axungia gallinarum, 321.

Aphonia.

Amisam loquelam restituit balsamum Mesue, 537.

Vitia pectoris & pulmonum.

Mitigant & auferunt: Emulsio, 113. Lohoch, 115. Electuarium regium, 119. pasta regia, 118. saccharum, 151. Manna, 153. adiantum verum, 158. salvia vita, 159. apium, 160. folia senna, 172. Syrupus de lamio, 195. Glycyrrhiza, 201. pulegium, 206. prassium, 211. brassica rubra, 237. succus radicis pentaphylli, 239. scabiosa, 240. hispidula, 241. ficus, 254. dactyli, 255. auellana, 258. pistacii, 257. grana iunperi, 260. lac, 322. Syrupus violatus, 356. Syrupus de hispidula, 358. Syrupus capillorum veneris, 361. Syrupus regius, 369. mel violatum, 391. conserua violarum, 395. eclegma de pineis, 407. electuarium lenitiuum, 410. diapienidion, 476. penidia, 477. diaprimum simplex, 412. oleum violatum, 509.

Tussis & asthma.

Tussim sedant semen vrtice vt & asthma, 195. eclegmata varia, 69. saccharum, 151. manna, 153. adiantum vulgare, 158. radix mechoacan, 172. colocynthis, 177. vrtice
 **** 3 ca. 195

I N D E X

ca, 195. radix belenii condita, 196. eiusdem radicis decoctum potum ibid. Glycyrrhiza, 201. origanum, 208. calamintha, 209. aristolochia, 215. nigella, 218. hyssopus, ibid. periclymenum, 225. Tusilago, 238. semen Gossipii, 240. Sebesten seu myxa, 253. iuiuba, ibid. nuces pineae, 259. tragacanthum tussim, raucedinem & arteria scabritiem tollit. 263. mastiche, 275. Styrax, 276. Sulphur, 290. succinum, 291. Syrupus de tusilagine, 357. Syrupus de papauere simplex, 359. Syrupus ex papauere erratico, 360. Syrupus de glycyrrhiza, 373. Syrupus iuiubinus, ibid. Syrupus de hyssopo, 374. conferua buglosi, 396. folia tusilaginis condita, 401. lohoch de scilla. 405. lohoch de caulibus, ibid. eclegma sanum & expertum, 406. eclegma de pineis, 407. diapenidion, 476. confectio de Rebecha. 477. penidia, ibid. antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 487. oleum Sulphuris, 533. oleum terebinthinae, 534. clareta, 589. hiera Pachii, 421. hiera diacolocynthidos, 422. Trocisci Alhandal. 435. pilula de agarico, 440. pilula de cynoglossa, 453. pilula bechica nigra, 454. bechica alba, 455. diamargaritum frigidum, 458. puluis diamifi, 463. diacalaminthes, 465.

Pleuritis.

Pleuritidem curant Fomentum, 130. litus, 132. carduus benedictus, 220. petroselinum macedonicum, 224. Syrupus violatus, 356. Syrupus papaueris erratici, 360. Syrupus iuiubinus, 337. Electuarium lenitiuum, 410. diapenidion, 476. confectio de Rebecha, 477. antidotum asyncritum, 482. oleum violatum, 509.

Phthisis.

Phthisi conueniunt lactuca, 162. semen gossipii, 240. pistacii, 257. nuces pineae, 259. lac, 323. decoctum testudinum, 332. Syrupus resumptiuus, 375. lohoch de pulmone vulpis, 405. antidotus analeptica, 481. diamargaritum frigidum, 458. species diatrion-santalorum, 460.

Syncope.

Syncope auferunt lapis bezoar, 329. Syrupus de pomis simplex, 369. confectio alkermes, 478. confectio de hyacintho, 479. antidotus analeptica, 481. Theriaca Andromachi, 487. Aqua theriacalis, 588. diamargaritum frigidum, 458. electuarium de gemmis, ibid. puluis dianthos, 463. 1

Palpitatio cordis.

Palpitationem cordis sanant doricum, 219. ambra grisea, 290. argentum, 306. moschus, 324. lapis bezoar, 329. Syrupus de succo buglosi & borragine, 365. Syrupus de pomis simplex, 369. conferua buglosi, 396. conferua anthos, 397. confectio alkermes,

MORBORVM.

mes, 478. confectio de hyacintho, 479. Theriaca Andromachi, 487. Aqua theriacalis, 588. Electuarium de gemmis, 458.

Imbecillitas cordis.

Cor imbecillum confortant Opiata, 117. Conditum, 118. Tabule confortantes, 121. puluis, ibid. Epithema, 130. sacculus, 141. puluis pro suffitu, 144. flores borraginis, 155. rosa, 167. crocus, 168. Myrobalani, 170. Zerumbet, 180. Costus, 182. cinnamomum, 183. Kermes, 188. lignum aloes, 190. Santali, ibid. angelica, 197. acetosa, 235. mala citria, 247. aurantia, 247. succus granatorum, 248. Beniuium, 273. styrax, 276. ambra grisea, 290. corallia, 291. rubini, 297. Granati, ibid. hyacinthi, 298. argentum, 306. moschus, 324. Syrupus ex succo acetosa, 365. Syrupus de agresta, 368. rupus limonium & granatorum, ibid. Syrupus regius, 371. rob ribes, 393. conserua buglossi, 396. conserua borraginis, ibid. radices enula condita, 404. rosata nouella, 479. antidotus analeptica, 481. oleum caryophyllorum, 535. clareta, 589. clareta vulgaris, ibid. electuarium de citro solutiuum, 425. Trochisci gallie moschata, 496. Trochisci alipta moschata, 497. species diambra, 459. diamoschum, 460. aromaticum rosatum, 461. puluis latifians, 462. diacinnamomum, 464.

Coloris natiui defectus.

Colorem natiuum restituunt calamus aromaticus, 181. cardamomi, 186. syrupus ex quinque radicibus, 368. antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 487. electuarium fenarum, 418. Trochisci hystericis, 503.

Pestis.

Pesti aduersantur decoctum radice helenii potum, 196. angelica, 197. gentiana, 199. Tormentilla, ibid. dictamnus, 212. Scordium, 213. doronicum, 219. cardus benedictus, 220. Terra lemnia, 284. hyacinthi, 294. cornu vnicornis, 328. lapis bezaar, 329. radices Enula condita, 404. opiatia Salomonis, 483. Electuarium de ouo, 484. Mithridatium, 485. oleum vitrioli, 532. oleum sulphuris, 533. Emplastrum diapalma valet ad tumores pestilentes, 574. Aqua theriacalis, 588. pilula Ruffi, 437. Trochisci alexiterii, 502. Puluis contra pestem, 466.

Sudorifica.

Sudorem mouent, tormentilla, 199. cardus benedictus, 220. syrupus de pomis simplex, 369.

Sudor diaphoreticus.

Sudorem nimium impediunt Gypsum, 303. Ebur, 327.

Venena

I N D E X

Venena & morbi venenati.

Venena oppugnant vinum, 149. althea, 156. fœniculus, 161. Hippomarathrum, ibid. cuminum, 165. carum, ibid. amomum, 166. Zerumbet, 180. Zedoaria, ibid. semen eruce, 194. vrtica, 195. decoctum radicis helenii epotum, 196. angelica, 197. radix & semen ligustici, ibid. gentiana, 199. cyclamen, 201. porrum, 203. serpillum, 205. pulegium, 206. polium, 207. melissa, 210. prasinum, 211. betonia, ibid. dictamnus, 212. scordium, 213. aristolochia, 215. chamepitys, 216. doronicum, 219. carduus benedictus, 220. valeriana, 221. rhaponticum, 223. agnus castus, 226. fraxini folia, succus & alia arboris partes, 227. bistorta, 238. pentaphyllum, 239. succus aparine, 240. mala citria, 247. aurantia, ibid. venenis resistunt bacca iuniperi, 260. galbanum, 267. styrax, 276. calcaanthum, 286. rubini, 297. saphyrus, 296. castorium, 323. cornu unicornu, 328. lapis bezoar, 329. caro renum scincorum, 335. syrupus de agresta, 368. conserua betonica, 397. radices enula cœdita, 404. confectio de hyacintho, 479. opiata Salomonis, 483. mithridatium, 485. theriaca Andromachi, 487. Trochisci de viperâ, 494. Trochisci scillitici, 495. Aqua theriacalis, 588. puluis contra pestem, 466. oleum scorpionum, 521.

Imbecillitas ventriculi.

Imbecillitatem ventriculi corrigunt Aloe, 6. 171. nux moschata, mastiche, absynthium, mentha & anethum, 140. conditum contra euomitionem assumptorum, 118. opiata, 117. Fomentum, 130. scuta, 140. vinum, 149. anisum, 164. carum, 165. Myrobalani, 170. zinziber, 180. Galanga, 181. nux moschata, 184. cardamomi, 186. cubebe, ibid. radix & semina ligustici, 197. gentiana, 199. pulegium, 206. mentha, 208. absynthium, 209. rhaponticum, 223. aqua fragariae estum ventriculi compefcit, 239. idem præstat succus granatorum, 248. cotonea cocta, ibid. dactyli, 254. oliua, 255. bacca iuniperi, 260. mastiche, 275. staete, 277. ebur. stomachi dolores abigit, 324. syrupus ex succo acetoso calorem flammæum extinguit, 366. oxysacharum præstat idem, ibid. idem etiam syrupum de agresta, 368. syrupus cytoniorum simplex, 369. syrupus myrtinus, 370. syrupus regius, 369. syrupus de absynthio, 372. hydromel vinosum, 386. mel rosatum, 391. rob cytoniorum, 394. conser. betonica, 397. radices enulae condita, 404. rosata nouella, 479. antidotum asyncritum, 482. oleum moschatellinum, 520. Theriaca Andromachi, 487. oleum macis, 535. oleum anisi, ibi. ceratū stomachicum, 566. emplastrū de baccis lauri sedat dolorem ventriculi, 573. emplastrum pro stomacho, 576. emplastrum de mastiche, 577. clareta, 589. diaphœmicum aufert dolorem ventriculi, 414. hiera picra simplex, 420. hiera picra cum agarico, 421. hiera Pachii, ibid. hiera diacolocynthidos, 422. electuarium de citro solutiuum, 425. pilule stomachicae, 436. pilule mastichinae, 437. pilule de tribus solutiuis 438. pilule aggregatiuae, 442. pilule assia-reth.

M O R B O R V M.

reth, 444. pilula de aromatibus, ibid. Trochisci gallie moschata, 496. Trochisci alipt. a moschata, 497. Trochisci diarrhodon, 498. Trochisci de antispodio inflammationem ventriculi corrigunt, 499. Trochisci de berberis praestant 500. oleum de absinthio, 513. oleum rosatum astuantem ventriculum temperat, 511. idem praestat oleum omphacinum, 512. oleum de mentha, 513. electuarium de gemmis, 458. species diatrion santal. ventriculi astum contemperat, 460. aromaticum rosatum, 461. diarrhodon Abbatis, ibid. pulvis latificans, 462. species diacalaminthis, 465. oleum myrtinum & myrtillorum, 516. oleum cydoniorum, ibid. mastichinum, 517.

Singultus.

Singultum cessare faciunt ceterach, 159. aristolochia, 215. anethum, 224. periclymenum, 225. antidotum asyncritum, 482. philonium romanum, ibid.

Vomitus.

Nimium assiduumque vomitum sistunt, sunt cotonea, 248. sorbi, 249. berberis, 257. syrupi ribes & berberis sistunt vomitum biliosum, 367. syrupus de agresta, 368. syrupus granatorum, ibid. syrupus ex rosis siccis, 371. Rob ribes, 393. Rob de cornis, 394. rosata nouella, 479. antidotum asyncritum, 482. opiata Salomonis, 483. emplastrum de mastiche, 577. oleum de mentha, 513. aromaticum rosatum, 460. oleum cydoniorum, 516.

Obstructio Mesenterij.

Mesenterium obstruunt salvia vita, 159. syrupus ex floribus persicorum, 357. syrupus byzantinus, 366. diacasia mesenterii astum mitigat, 410. hiera picra Galeni, 420. hiera picra cum agarico, 421. electuarium diacarthamum siue diacnicum, 423. pilula de tribus solutiuis, 438. pilula imperiales, ibid. species diatrion santalorum, 460.

Hepatis nimia caliditas.

Hepatis intemperiem calidam contemperant Epithema, 130. oxysacharum, 366. syr. de endiuia, 364. caules lactuce conditi, 401. vnguentum rosatum Mes. 541. ceratum santalinum, 565. electuarium de psyllio, 415. Trochisci de caphura, 498. Trochisci de antispodio, 499. Trochisci de berberis, 500. oleum nenupharinum, 513.

Obstructio & dolor epatis.

Obstructionem epatis auferunt adiantum verum, 158. salvia-vita, 159. phyllitis, ibid. cuscuta & epithymus, 160. asparagus, 161. amomum, 166. Myrobalani, 170. cubeba, 186. santali, 190. radix graminis, 201. asarum, 215. centaurium minus, 222. rhaponticum, 223. meum, ibidem. Genista, 225. fraxinus, 227. hepatica, 236. succus

 radicii

I N D E X

radicis pent. aphylli, 239. nuclei persicorum, 251. cerasa, 252. syrupus capillorum veneris, 361. syrupus de 5. radicibus, 362. syrupus de fumaria, 364. syrupus byzantinus, 366. oxymel compositum, 385. philonium romanum, 482. emplastrum ex baccis lauri, 573. electuarium de psyllio, 415. hiera picra Galeni, 420. hiera Pachtii, 421. Trochisci de rhabarbara, 434. pilula de tribus solmiis, 438. pilula imperiales, ibid. pilula cochia, 441. pilula aggregatae, 442. Trochisci aliptae moschatae hepar corroborant, 497. Trochisci de capparibus, 501. species diatrion santalorum, 460. species diarrhodon abbatis hepar corroborant, 461. oleum mastichinum, 517.

Colica passio.

Colicam passionem curare creduntur semicupium, 128. sacculus, 141. cuminum, 165. radix mechoacama, 172. colocynthis, 177. zedoaria, 180. Galanga, 181. radix china, 192. radix iridis, 196. serpillum, 205. petroselinum macedonicum, 224. oleum nucum, 258. hydromel vinosum, 386. rosata nouella, 479. confectio de baccis lauri, 480. antidotum asyncritum, 482. philonium romanum, ibid. Theriaca Andromachi, 487. oleum terebinthine, 534. vnguentum aregon, 553. diaphanicum, 414. hiera diacolocynthidos, 422. Trochisci albandal, 435. pilula de aromatibus, 444. oleum sambucinum, 514. oleum moschatellinum, 520.

Flatus discutientia sunt.

Marcipanis, 119. puluis, 121. cataplasma, 135. vinum, 149. apium, 160. cuminum, 165. carum, ibid. anmi, ibid. semen dauci, 166. agaricus, 172. zedoaria, 180. galanga, 181. cardamomi, ibid. cubeba, ibid. radix & semina ligustici, 197. ocyimum, 207. mentha, 208. calamintha, 209. nigella, 218. doricum flatus vteri discutit, 219. meum, 223. anethum, 224. petroselinum macedonicum, ibid. oleum nucum, 258. grana iuniperi, 260. opoponax, 268. syrupus regis Saboris, 369. syrupus de absynthio, 372. hydromel vinosum, 387. mel anthosatum, 392. radices enula condita, 404. rosata nouella, 479. antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 487. oleum anisi, 535. emplastrum de meliloto, 570. aqua cinnamomi, 588. clareta, 589. pilula de aromatibus, 444. trochisci de capparibus, 501. oleum de absynthio, 513. oleum anethinum, 514. oleum rutaceum, ibid. oleum de mentha, 513. species diarrhodon Abbatis, 461. puluis latificans, 462. puluis dianisi, 463.

Hydrops.

Hydropi conueniunt sacculus, 141. salvia vitæ, 159. anisum, 164. cuminum, 165. semina & radices ebuli, 174. laureola, 178. soldanella, 179. radix china, 192. radix iridis cœrulea, 196. radix cyperus, 197. polium, 207. asarum, 215. lupulus, 238. syrupus ex lupulo, 358. syrupus rosarum pallidarum, ibid. confectio de baccis lauri, 480. oleum

M O R B O R V M.

oleum anisi, 535. vnguentum Agrippæ, 553. emplastrum ex baccis lauri, 573. emplastrum tonsoris, ibid. elect. hydragogum, 419. Trocisci de rhabarbara, 434. Trocisci de capparibus, 501. pilula mecho. an. 445.

Icterus.

Icterum eradicant ceterach, 159. cuscuta & epithymus, 160. petroselinum, ibid. asparagus, 161. hippomarathrum, ibid. ruscus, 162. radix rubiæ, 200. radix ononidis, ibid. cyclamen, 201. polium, 207. calamintha, 209. asarum, 215. chamepytis, 216. rorismarinus, 226. agnus castus, ibid. lupulus, 238. syrupus ex lupulo, 358. syr. ex quinque radicib. 362. syr. byzantinus, 366. antidotum asyncritum, 482. trocisci de rhabarbara, 434. pilula de eupatorio, 439. trocisci de capparibus, 501. species diatrionsantalorum, 460.

Obstructio & dolor splenis.

Obstructionem lienis solvunt tolluntque fomentum, 130. adiantum verum, 157. ceterach, 159. salvia vita, ibid. phyllitis, ibid. cuscuta & epithymus, 160. asparagus, 161. folia fenæ, 172. elleborus niger verus, 177. semen cruce, 194. rubia semen ex aceto potum, 200. radix graminis, 201. pulegium, 206. polium, 207. dictamnus, 212. aristolochia, 215. asarum, ibid. centaurium minus, 222. rhaponticum, 223. radix & fructus capparis, 225. periclimenum, ibid. genista, ibid. agnus castus, 226. fraxinus, 227. semen gossipii, 240. farina fenugraci, 242. Tamariscus, 245. nuclei persicorum, 251. ammoniacum, 264. corallia, 291. syrupus capillorum veneris, 361. syr. de quinque radicibus, 362. syr. de fumaria, 364. ibid. syr. ex succo buglosi & borraginis, 365. syr. byzantinus, 366. oxymel compositum, 385. antidotum asyncritum, 482. philonium romanum, ibid. vnguentum Agrippæ, 553. vnguentum martiatum, 554. vnguentum splenicum, 556. emplastrum tonsoris, 578. hiera Pachi, 421. pilula de tribus solutiuis, 438. pil. imperiales, ibidem. Trocisci de capparibus, 501. oleum de capparibus, 519.

Dysenteria & alii alui Fluxus.

Dysenteriam & alios alui fluxus cessare faciunt clyster, 125. plantago, 233. symphytum, 234. pentaphyllon, 239. sumach, 243. cotonea, 248. osicula mespilorum trita & assumpta, 249. sorbi, ibid. corni, 250. mora sylvestria, 253. passula cum acinis comesta, 256. Ribes, ibid. berberis, 257. cupressus, 260. hypocystis, 280. cera in sorbitione data, 281. bolus armena, 284. corallia, 291. saphyrus, 296. lac, 323. syrapi ribes, & berberis & de agresta sistunt fluxus biliosos, 367. 368. syr. de citoniis simplex, 369. syr. myrthinus antiquatum fluorem alui sistit, 370. syr. ex rosis siccis, 371. Rob berberis, 394. Rob de cornis, ibidem. Rob citoniorum, ibidem. Trocisci de berberis, 500. oleum cydoniorum, 516.

***** 2

Lumbrici.

I N D E X

Lumbrici.

Lumbricos enecantia & expellentia sunt aloë, 6. 171. suppositoarium, 124. Zedoaria, 180. gentiana, 199. gramen, 201. calamintha, 209. absinthium. ibid. Nigella, 217. carduus benedictus, 220. cardiaca, ibid. lupini cum melle illiti, 243. aut cum posca poti. ibid. mixa seu sebesten, 253. calentium, 484. ebur, 327. syrupus de floribus persicorum, 357. oxysacharum, 366. opiata Salomonis, 483. Theriaca Andromachi, 487. balsamum Medicorum Florentinorum, 538. vnguentum ad vermes 550. oleum de absinthio, 513.

Suppressio vrinæ.

Suppressam vrinam promouent vinum, 149. ceterach, 159. salvia-vita ibid. cuscuta & epithymus, 160. apium, 160. petroselinum, ibid. asparagus, 161. fœniculus, ibid. Hippomarathrum, ibid. Ruscus, 162. anisum, 164. carum, 165. ammi, ibid. semen dauci, 166. schœnanthus, 189. malabathrum siue folium, ibid. spica indica & nardus, 190. radix china, 192. semen eruca, 194. verrica, 195. radix heleni, 196. radix cyperi, 197. radix & semina ligustici, ibid. semen seselios, 198. rubia radix, 200. radix ononidis, ibid. radix eryngii, ibid. semen porri potum, 203. raphani, 204. serpillum, 205. polum, 207. ozymum, ibid. origanum, 208. dictamnus, 212. salvia, 213. lithospermum, 214. saxifraga, 215. asarum, ibid. chamæpitys, 216. hypericum, 217. cynara seu scolymus, 221. valeriana, ibid. meum, 223. petroselinum macedonicum, 224. perichlymenum, 225. Genista, ibid. alkekengi, 231. lupulus, 238. mixa seu sebesten, 253. grana iuniperi, 260. ammoniacum, 264. Terebinthina, 272. bdellium, 277. syrupus de quinque radicibus, 558. syrupus de absinthio 372. oxymel compositum, 385. hydromel vinosum, 386. antidotum asyncritum, 482. Theriaca Andromachi, 487. oleum vitrioli, 532. clareta contra calculum, 589. limthontripicon, 464. diacalaminthes, 465.

Vrinæ ardor.

Vrinæ ardorem mitigant lactuca, 163. sebesten seu mixa, 253. iuiuba ibid. syrupus de althea, 362.

Ardor renum.

Sedatur per emulsionem, 114. vnguentum rosatum Mes. 541. oleum rosatum, 511. oleum nenupharinum, 513. oleum expomis mandragore, 515.

Calculus & dolor nephriticus.

Calculus atterit puluis leporis vsli, 43. El. iustinum, 92. Semicupium, 128. Fomentum, 130. parietaria, 157. adiantum verum, 158. ceterach, 159. salvia vita, ibid. petroseli-

MORBORVM.

trofolium, 160. *Hippomarathrum*, 161. *Ruscus*, 162. *radix cyperi*, 197. *radix ononidii*, 200. *radix eryngii*, *ibid.* *radix graminis*, 201. *cyclamen*, *ibid.* *lithospermon*, 214. *Saxifraga*, 215. *pimpinella*, 216. *carduus benedictus*, 220. *perfolium macedonicum*, 224. *periclymenum*, 225. *alkekengi*, 231. *decoctum primulae veris*, 236. *semen gossipii*, 240. *cicer vtrumque*, 242. *osticula mespilorum trita & assumpta*, 249. *pistacii*, 257. *ammoniacum*, 264. *Terebinthina*, 272. *bdellium*, 277. *lapis spongia*, 304. *syrupus capillorum veneris*, 361. *syr. de quinque radicibus*, 362. *syrupus ex althea*, *ibid.* *syr. de hyssopo*, 374. *oxymel compositum*, 385. *radix eryngii condita*, 402. *antidotus diasatyriion*, 480. *antidotum asyncritum*, 482. *philonium romanum*, *ibid.* *Theriaca Andromachi*, 487. *oleum terebinthinae*, 534. *balsamum Medicorum Florentinorum*, 538. *emplastrum de baccis lauri*, 573. *clareta contra calculum*, 589. *diaprunum simplex*, 412. *diaprunum compositum*, 413. *benedicta laxativa*, 416. *lithontripticon*, 464. *oleum scorpionum*, 521.

Gonorrhœa.

Curatur per emulsionum, 114. *lactuca*, 162. *nymphaea*, *succinum*, 167. *corallia*, 291. *aqua ad gonorrhœam*, 503.

Imbecillitas coeundi.

Inbecillitatem coeundi corrigunt cerebella passerum, 42. *secacul*, 183. *caryophylli*, 186. *cubebe*, 186. *semen eruce*, 194. *urtica*, 195. *radix eryngii*, 200. *bulbi*, 202. *satyrium*, 203. *porrum comestum*, *ibid.* *semen hormini in vino potum*, 213. *fraxinus*, 227. *cicer vtrumque*, 242. *pistacii*, 257. *nucis pineae*, 259. *caro renum scincorum*, 335. *radices eryngii condita*, 402. *radices satyrii condita*, 404. *antidotus diasatyriion*, 480. *oleum formicarum*, 523.

Sterilitas.

Sterilitatem auferunt ebur, 327.

Veneris appetitus nimius.

Venorem nimiam extinguunt nymphaea, 167. *ruta*, 214. *agnus castus*, 226. *smaragdus*, 295. *syrupus de nymphaea*, 360. *oleum nenupharinum*, 513.

Hernia.

Quae herniam curare dicuntur sunt cauterium, 139. *prassium*, 211. *rhaponticum*, 223. *symphytum*, 234. *hispidula*, 241. *hernias humidas discutit bdellium*, 277. *Gypsum*, 303. *emplastrum contra herniam*, 570.

***** 3

Hæmor-

I N D E X

Hæmorrhoides prouocantia sunt.

Vaporarium, 128. *aloe*, 171. *folia ficus*, 254.

Hæmorrhoides sistentia sunt.

Vaporarium, 128. *sumach*, 243. *cotonea*, 248. *corni*, 250. *syrupus cytoniorum*, 369.
Hæmorrhoidum dolorem sedat vaporarium fol. 128. *descriptum*.

Ficus.

Ficum sanantia sunt herba ficaria siue clymenum rubrum. 5.

Mensium defectus.

Mensium defectum corrigunt pessus, 123. *vaporarium*, 129. *suffitus*, 144. *adiantum vulgare*, 158. *Saluiacuita*, 159. *apium*, 160. *petroselinum*, *ibid.* *asparagus*, 161. *foeniculus*, *ibid.* *Hippomarathrum*, *ibid.* *Ruscus*, 162. *carum*, 165. *ammi*, *ibid.* *animum*, 166. *Semen Dauci*, *ibid.* *aloe*, 171. *calamus aromaticus*, 181. *cinnamomum*, 183. *Schoenanthus*, 189. *radix china*, 192. *Thlaspi*, 194. *urtica*, 195. *radix iridis*, 196. *radix helenij*, *ib.* *radix cyperi*, 197. *Angelica*, *ibi.* *radix & semina ligustici*, 197. *semen seselios*, 198. *rubie radix*, 200. *radix ononidis*, *ibid.* *radix Eringie*, *ibid.* *cyclamen*, 201. *semen leucoe lutei ad 3. ij. cum vino datum aut cum melle subditum menstrua, sætus, lochia & secundinas mouet*, 205. *Thymus*, *ibid.* *Serpillum*, *ibid.* *maiorana*, 206. *pulegium*, *ibid.* *polium*, 207. *origanum*, 208. *calamintha*, 209. *artemisia*, 210. *melissa*, *ibid.* *prasiu*, 211. *dictamnus*, 212. *Saluia*, 213. *aristolochia menses & secundinas potenter mouet*, 215. *asarum*, *ibid.* *chamadrys*, 216. *chamapytis*, *ibid.* *parthenium seu matricaria*, 217. *hypericum*, *ibid.* *Nigella*, 218. *valeriana*, 221. *succus centaurij minoris in passo vsurpatus*, 222. *meum*, 223. *Sabina*, 226. *agnus castus*, *ibid.* *Cicer vtrumque*, 242. *ammoniacum*, 264. *Sagapenum*, 267. *galbanum*, *ibid.* *syrax*, 276. *Myrrha*, 277. *bdellium*, *ibi.* *Elaterium*, 279. *castorium*, 323. *Syrupus ex quinque radicibus*, 362. *Syr. byzantinus*, 366. *Syrupus de hyssopo*, 374. *Syr. de artemisia*, *ibid.* *conserua borraginis*, 396. *Theriaca Andromachi*, 487. *Aqua cinnamomi*, 588. *clareta contra calculum*, 589. *hiera Pachij*, 421. *Trocisci de myrrha*, 502. *Trocisci hysterici*, 503. *Species diacalaminthes*, 465.

Mensium abundantia.

Mensium nimium fluorem reprimunt pessus, 123. *vaporarium*, 128. *Sumach*, 243. *cotonea cocta*, 248. *corni*, 250. *corallia*, 291. *Syrupus cytoniorum*, 369.

Fluor albus.

Ad fluorem mulierum album sistendum faciunt vaporarium, 128. *succinum*, 228. & *corallia*, 291.

Suffo-

MORBORVM.

Suffocatio vteri.

Suffocationem vteri curant sinapi, 193. radix & semen ligustici, 197. maiorana 206. asa fetida, 266. sagapenum, 267. bitumen, 289. zibethu, 324. lapis bezoar, 329. syrupus de artemisia, 374. Emplastrum pro matrice, 577. Electuarium fennatum, 418. oleum rutaceum tollit dolores vteri à causa frigida subortos, 514. species diambre affectibus vteri prosunt, 459. idem præstant species diamoschi, 460.

Intestini recti & vteri prolapsus.

Intestini recti & vteri prolapsus prohibet vnguentum stypticum, 544. Emplast. pro matrice, 577.

Defectus lactis.

Lac generant fœniculus, anethum, 224. cicer vtrumque, 242. muges pineæ, 259.

Mamillarum & ventris puerperarum rugæ.

Mamillas pendentes & rugosas corrigit vnguentum stypticum, 544.

Pustulæ papillarum.

Pustulas papillarum sanat axungia gallinarum, 321.

Variolæ & morbilli.

Contra variolas & morbillos facit lapis bezoar, 329.

Podagra, Chiragra & affectus iuncturarum.

Affectus iuncturarum sanant Hermodactyli, 175. turbith, ibid. colocynthis, 177. radix chini, 192. pulegium, 206. folia populi in aceto trita & illita, 228. farina fœnu-graci cum oxymelite in pulstem redacta, 242. axungia anatis, 321. oleum vulpinum, 323. oleum mellis, 514. balsamum Medicorum Florentinorum, 538. vnguentum aregon, 553. vnguentum martiatum, 554. Emplastrum oxycrocoem, 571. sigillum cæleste, 525. benedicta laxatiua, 416. hiera picra Galeni, 420. Trocisci de alhandal, 435. pilula de hermodactylis, 441. pilula de nitro, 445. oleum chamomelinum & anethinum, 514. oleum hypericonis, 515. oleum Keirinum, 510. pilula fetida, 446. oleum lumbricorum, 521. oleum vulpinum, 522.

Dolor ischiadicus.

Dolorem ischiadicum sedant Thlaspi, 194. chamæpitys, 216. hypericum, 217. Androsamum, ibid. chamæleon niger, 221. rhaponticum, 223. pentaphyllon, 239. Emplastrum tonsoris, 573.

Febres

I N D E X

Febres.

Contra febres faciunt *santali*, 190. *rhaponticum*, 223. *Cerasa*, 252. *Ribes*, 256. *syr. violatus*, 356. *syr. de nymphaea*, 360. *syr. ex cichorio composito*, 363. *syr. de endruiua*, 364. *syr. de fumaria*, *ibi.* & 365. *syr. ex succo acetosæ*, *ibid.* *syr. byzantinus*, 366. *syrupus ribes & berberis*, 367. *syr. limonum & granatorum*, 368. *conserua de nymphaea*, 396. *unguentum populeon*, 542. *diacatholicum*, 411. *diaprunum simplex*, 412. *diaprunum compositum*, 413. *diaphenicum*, 414. *Electuarium de psyllio*, 415. *Triphera solutiua*, 417. *Electuarium sennatum*, 418. *Electuarium diacarthami siue diacnicum*, 423. *electuarium de citro solutiuum*, 425. *pilula de eupatorio*, 439. *aggregatiua*, 442. *Trocisci diarrhodon*, 498. *Trocisci de antispodio*, 499. *Trocisci de berberis*, 500. *Trocisci narcotici Fernelii*, 504.

Febris quartana.

Quartanam tollunt elleborus niger verus, 177. *Theriaca Andromachi*, 487. *unguentum aregon*, 553. *pilula de lapide lazuli*, 443.

Febris pestilentialis & maligna.

Febres malignas & pestilenciales oppugnant *pimpinella*, 216. *acetosa*, 235. *bistorta*, 238. *scabiosa*, 240. *Ribes*, 256. *Syrupus ex succo acetosæ*, 365. *Syr. limonum & granatorum*, 368.

Vigilia.

Somnum prouocantia nimiaque vigilias auferentia sunt iulepus, 109. *Lotio pedum*, 131. *irrigatio*, *ibid.* *frontale*, 134. *vinum*, 149. *Lactuca*, 162. 163. *nymphaea*, 167. *crocus*, 168. *oleum ex mandragora*, 229. *Solanum*, 230. *papauer*, 232. *hyacinthi*, 298. *Syrupus de papauere simplex*, 359. *Syr. papaueris erratici*, 360. *Syr. de nymphaea*, *ibid.* *conserua de nymphaea*, 396. *antidotum asyncritum*, 482. *philonium romanum*, *ibid.* *unguentum rosatum Mesues*, 541. *unguentum populeon*, 542. *Trocisci narcotici Fernelii*, 504. *oleum nenupharinum*, 513. *pilula de cynoglossa*, 553.

Sitis immoderata.

Sitim extinguunt lactuca, 162. *mora matura*, 252. *mixa seu sebesten*, 253. *Ribes*, 256. *Syrupus violatus*, 356. *Syr. de nymphaea*, 360. *Syrupus ribes & berberis*, 367. *Syr. de agresta*, 368. *Syr. regius*, 371. *rob berberis*, 394. *conserua violarum*, 395. *conserua nymphaea*, 396. *caules lactuce conditi*, 401. *Trocisci de antispodio*, 499. *Trocisci de berberis*, 500.

Inflam-

M O R B O R V M.

Inflammatiō.

Inflammationem curant omphacium, 151. althea, 362. parietaria, 157. lactuca, 162. coriandrum, 224. aqua solani, 230. semperuivum, 232. plantago, 233. polygonum mas, 234. pentaphyllum medetur inflammationi tonsillarum & asperæ arteriæ, 239. melilotus, 241. linum, ibid. mora immatura faciunt contra inflammat. oris & faucium, 252. idem præstant mora syluestria, 253. vnguentum rosatum Mef. 541. vnguentum de bolo, 543. ceratum refrigerans Galeni, 565. ceratum santalium, ibid. Emplastrum de cerusa, 576. Troisci narcotici Fernellii, 504. oleum violatum, 509. oleum de pomis mandragora, 515.

Tumores præter naturam.

Tumores præter naturam discutiunt & auferunt cuminum, 165. viscum quercinum, 227. ammoniacum, 264. bdellium, 278. ceratum œsypatum, 566. diachylon album seu simplex, 569. diachylum magnum, ibid. diachylum magnum cum gummis, ibid. emplastrum diachylon compositum, 570. Empl. de meliloto, ibid. oleum irinum, 510. oleum mastichinum, 517.

Dolorem lenientia siue anodyna sunt.

Penicillus, 124. litus, 132. cataplasma, 136. oleum ex mandragora, 229. gummi Elemi, 274. vnguentum resumptiuum alias tetrapharmacum siue basilicum vocatum, 548. ceratum œsypatum, 566. Emplastrum diuinum, 575. Troisci narcotici Fernellii, 504. oleum chamomelinum & anethinum, 514. oleum rutaceum, ibid. oleum hypericonis, 515. oleum violatum, 509. oleum liliorum simplex, 512. oleum nenupharinum ibid. oleum de pomis mandragora, 517.

Cutis vitia & fœditates.

Cutis vitia & fœditates eius multifarias auferunt balneum, 127. Lotio ad pthiriasin, 131. Lac virginale, 134. radix liliorum, 168. semen eruca auferit grauem odorem alarum, 194. auferit itidem lentiginem, ibid. rubia radix ex aceto illita, 200. cyclamen, 201. veronica, 211. Radix cynare in vino cocta & pota graueolentiam alarum & totius corporis per vesicam cum lotio pellit, 221. periclimenun faciei lentigines tollit, 225. aqua fragaria, 239. oleum ex semine gossipii expressum pustulas & lentigines faciei delet, 240. oleum ex semine lini, 241. decoctum lupinorum, 243. oleum ex baccis lauri, 260. galbanū, 267. gummi bedere, 269. pix, 270. Sulphur, 290. Syrupus de fumaria, 364. oleum sulphuris, 533. vnguentum album Rhafis, 542. vnguentum euulatum cum Mercurio, 558. vnguentum ad achoras, 551. vnguentum citrinum, 513. ceratum refrigerans Galeni, 565. Emplastrum de cerusa, 576. Aqua fucatoria, 591.

confectio

I N D E X

confectio hamech, 416. pilula de fumaria, 443. pilule fetida, 446. oleum de viperis, 521.

Scabies.

Pentaphyllon, 239. Scabiosa, 240. decoctum lupinorum, 243. oleum ex baccis lauri, 260. alumen, 288. vnguentum album Rhafis, 542. vnguentum ad pruritus scabiosum, 545. vnguentum enulatum cum mercurio, 550. vnguentum Aegyptiacum, 552. pilula de fumaria, 443.

Morbus gallicus.

Curari creditur per suffitum, 144. Radix mechoacana, 172. saffras, 191. Guaiacum, ibidem sarsaparilla, ibid. radix china, 192. opiata Neapolitana, 489. vnguentum Neapolitanum, 515. Emplastrum de ranis, 532. Electuarium sennatum, 419. pilula de hydrargyro, 448.

Alopecia.

Capillos amissos restituunt adiantum verum, 158. adiantum vulgare, ibid. ladanum, 299. oleum mellis pilos producit eosque ruffo colore inficit, 534. Capillos pilosque alios denigrat lotio folio, 131. descripta. oleum myrtinum & myrtillorum, 516.

Cancer.

Ad cancerosos affectus commendatur pulvis cancrorum vstorum, 43. veronica, 211. plumbum, 307. pompholyx, 313. vnguentum diapompholygos, 545. confectio hamech, 416. pilula de lapide Lazuli, 443.

Elephantiasis.

Elephantiasis medentur elleborus niger verus, 177. Confectio hamech, 416. Electuarium sennatum, 419. pilula de lapide lazuli, 443. pilula fetida, 446.

Strumæ.

Strumas auferunt, adiantum vulgare, 158. pentaphyllon, 239. folia aparine trita & in face vini collecta, 240. decoctum lupinorum, 243. galbanum, 268. styrax, 276. oleum irinum, 510.

Erysipelas.

Erysipelas curant semperuiuum, 232. plantago, 233. polygonum mæ, 234. vnguentum rosatum Mesue, 541. vnguentum de bolo, 543. Ceratum refrigerans Galeni, 565. Trochisci narcotici Ferneli, 504. oleum omphacinum, 512.

Vftiones.

MORBORVM.

Vltiones.

Vltiones sanant porrum, 203. Androsamum, 217. centaurium minus, 222. vnguentum album Rhafis, 542. Emplastrum de cerusa, 576.

Herpes.

Herpetas curant semperuiuum, 232. plantago, 233. polygonum mas, 234. pentaphylon, 239. vnguentum rosatum Mes, 541.

Vulnera.

Vulnera sanantia sunt puluis vulnerarius autoris, 68. aloe, 171. Kermes, 188. cicatrices negras delet semen eruca, 194. polium, 207. veronica, 211. hypericum, 217. Androsamum, ibid. Symphytum, 234. hispidula, 241. millefolium, 244. sanguis draconis, 265. asa foetida, 266. Terebintina. 272. sarcocolla, 268. syrupus de hispidula, 358. radices symphyti condita sanant vlcera interna, 403. oleum mellis, 534. terebintina, ibid. oleum caryophyllorum, 535. balsami vulnerarii, 538. balsamum D. Euonymi, ibid. balsamum mirabile, 539. vnguentum desiccatiuum rubrum, 544. vnguentum Apostolorum, 551. emplastrum de ianua curat vulnera capitis, 572. emplastrum diapalma, 574. Emplastrum de gratia Dei, ibid. Tela galteri, 582.

Vlcera.

Vlcera sanant radix typeri, 197. Androsamum, 217. Geranium, 218. decoctum lupinorum, 243. millefolium, 244. sarcocolla, 268. chrysocolla, 286. calcanthum, ibid. alumen, 288. plumbum, 307. es, 308. erugo, ibid. cerusa, 310. cadmia, 311. pompholyx, 313. lithargyrus, ibid. syrupus de hispidula, 359. syrupus ex rosis siccis, 371. mel violatum, 391. oleum sulphuris curat vlcera gallica, 433. oleum caryophyllorum, 535. balsamum vulgare, 539. balsamum mirabile, ibid. vnguentum album Rhafis, 542. vnguentum de lithargyro, 543. vnguentum desiccatiuum rubrum, 544. vnguentum diapompholygos curat maxime vlcera tiliarum, 445. vnguentum de minio alias rubrum & capburatum dictum, 546. vnguentum resumptiuum alias basilicum vocatum, 548. vnguentum mundificatiuum, 549. vnguentum aureum, ibid. vnguentum apostolorum, 551. vnguentum e calce, 552. vnguentum Aegyptiacum, ibid. Emplastrum de ianua curat vlcera capitis, 572. Emplastrum diapalma, 574. Emplastrum de gratia Dei, ibid. Emplastrum de cerusa, 576. Tela Galter, 582. Aqua calcis, 590. Trochisci cypheos, 496. Trochisci Gordonii imprimis curant vlcera renum, 500.

Morsus canis rabidi.

Ad morsum canis rabidi commendatur puluis cancrorum vstorum, 43. betonica, 211. pimpinella, 216. Theriaca Andromachi, 487. Trochisci de vipera, 494. vnguentum mundificatiuum, 549. puluis contra rabiem, 466.

Fra-

INDEX MORBORVM.

Fractura ossium.

Ossibus fractis medentur symphytum, 234. fructus myrrhi, 244. Emplastrum oxycroceum, 571. Emplastrum de betonica, 572. Emplastrum catagmaticum, 580.

Tela infixa.

Tela & alia praternaturalia in vulneribus relicta extrahunt dictamnus, 212. & Emplastrum de betonica, 572.

Clavi pedum.

Pedum clauos tollunt folia portulacae vtriusque insa & adhibita, 163. dentiscalpia ex lentisco, 273.

FINIS INDICIS MORBORVM.

IOAN-

JOANNIS
RENODÆI MED.
PARIS. INSTITV-
TIONVM PHARMA-
CEVTICARVM

LIBRI QVINQVE.

De medicamentorum electione

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Quid Pharmacia, & eius utilitas.

PHARMACIA [Cor. Cels. cap. 1. lib. 1.] est secunda Medicina curatrix pars, qua per medicamenta [Gal. com. ad part. 1. 6. li. 1. de vi. acut.] absoluitur. Vel, est ars, qua modum docet medicamenta seligendi, præparandi, & miscendi. In his siquidem tribus tota Pharmacopœæ doctrina consistit, quæ salutare morbo omni pollicetur subsidium: Rerum enim optima parens Natura, suum cuique contrarium opposuit, sed fatiscantis naturæ [Fernel. præfat. ad lib. 4. Meth.] hebetu-

do id ipsum perpetuo consequi minime potest; Tum quia hominis vita breuis est, [Aphor. 1. lib. 1.] qui citius fatiscit, quam ut artem perfectè nanciscatur. Vnde conqueritur Hippocrates Epist. ad Damoget. quod iam senex nondum peruenisset ad Medicinæ finē. Hæc siquidem ars longa est, quæ de omnibus sublunariis in hominis [Arist. lib. 5. Politic.] fauorem à Deo creatis dislerit, ut primo sint illi nutrimentum, dein medicamentum, vel aliud ad sanitatem auxilium.

Amplissima igitur patet materiæ medicamentariæ seges, qua & terræ viscera grauidata turgent, & tota ipsius facies luxuriat,

Medica materies amplissima.

riat, nihilque in aere volitat, aut voluitur, aut in aqua natat, vel nascitur, quod non trahi queat in hominis solatium. Nam ex angue [Galen. cap. 1. lib. 11. de simplic.] saepe sanitas, ex luto leuamen, ex fimo morborum profligatio: Ex medicamentis alimenta, [cap. 17. lib. 3. simplic.] ex alimentis [Hippocr. libr. de aliment.] medicamenta saepe depromuntur.

Pharmacia dignitas.

Est vero Pharmacia encomio multo celebranda, quae Medicinae instrumenta, medicamenta nempe, suggerit ac ministrat. Vtramque enim à mundi primordio non solum extitisse, sed ab altissimo ortam Sacrae paginæ testantur, Eccles. 38. Animantia namque, stirpes, vniuersamque medicam materiem Deus creauit, 1. Genes. qua prioris saeculi Magnates suae sanitati feliciter prospiciendo multos ad annos ætatem duxerunt.

Antiquitas.

Ægrotauit vsque ad mortem Rex Ezechias, cap. 20. lib. 4. Reg. & Esaiæ præscripto malagmate ex ficibus super affecta parte admoto conualuit.

Ab omni peste & veneno sese vindicauit Mithridates, [Galen. lib. 2. de Antid.] antidoto, quæ ab ipso nomen habet, cui cum cecidisset toxicum sumptum, ferro in viscera adacto sibi mortem consciiuit.

Reges olim multos medicamenta parasse.

Regium quidem olim putarunt Imperatores, medicamenta parare, vel parata secum ferre, & his offerre, quorum gratiam aucupabantur. Eam ob rem vnguenta & aromata Cambyles misit Ægyptiorum regi, quibus suam optime tueretur sanitatem. Præstat enim Regem, vel Ducem militum in castris esse sine clypeo & casside, quam sine medicamentis. Hinc sapienter multiplex faciunt aliquod salutare medicamentum, quasi thesaurum. Aiunt, Darium tantifecisse quoddam balsamum, vt non modo inter preciosissimam supellestem reponeret, sed cunctis opibus præponeret. Idem scribitur de Tiberio Imperatore, qui trochiscos ad herpetas apud se perpetuo seruabat.

Darium quanti medicamenta duxerit.

Nunc vero Reges ad castra non modo

pixidem, aut paruulam lagenam oleo pleam aut balsamo, sed officinam pharmaceuticam circumferri iubent, præfidiorum omni genere refertam, quibus & se & totum exercitum ab ingentibus malis & morte saepe liberant. Hinc Medici Dii tutelares, vel, vt cum Galeno lib. de Med. cap. 3. loquar, Deorum filii merito perhibentur: hinc medicamenta Deorum manus Herophilus lib. 6. comp. med. locis. vocat, quod præfenti quasi numine & sanandi celeritate ægros ab interitu vindicent. Vnde Antidotus quædam Iosifæ appellatur, quod parem Deo vim obtineat: Et apud Mirepsium cap. 280 sect. 1. de Antidot. cuiusdam descriptio legitur, cui cum morbi cedant quamplurim [cap. 241] SANITAS nominatur. Ob vires tot egregias ab eodem alia describitur, dicta THEODOROTOS, [cap. 214. 215. 216 Mireps.] quasi munus diuinum, immissum cœlicus morbis interioribus abigendis, vt Emplastrum diuinum externis.

Medici Dii tutelares. Medici Deorum filij.

Emplastrum diuinum.

In finita pene ac mirandæ virtutis è suo penu medicamina promit ars Pharmaceutica, quibus nulla domus, aut ciuitas, sine magna ciuium iactura & Reipubl. detrimento carere potest. Hac siquidem arte noluit Deus carere tabernaculum testimonij, quod vixit Moses c. 30. Exod. vnguento sancto, ex myrrha, cinnamomo, calamo, cassia, & oleo, opere vnguentarii composito.

Vnguentum sanctum.

Magni quoque duxit Pharmacia Iosif, qui mortuo patre Iacob, [Gen. c. 50.] præcepit seruis suis & pharmacopœis, vt corpus eius aromatis condirent. Non vulgari igitur commendatione digna est Pharmacia, quæ sano corpori conseruationem, ægrotanti salutem, mortuo honorem præstat.

C A P. II.

Quid Pharmacopœus, qualis esse debeat, quale isidem illius subiectum, obiectum, & finis.

V T à manuum opera, qua quis dextere, Chirurgus

quis dica-
tur, & quid
præstat.

Pharmaco-
pœus.

Pharmaco-
pola.

Apotheca-
rius.

Seplasia-
rius.

Vita probi-
tatem in
Pharmaco-
pœo deside-
rari.

Qualis esse
debeat Phar-
macopœus.

Indigni
Pharmaco-
pœi qui.

Ac cito, tuto, & iucunde morbis medetur
externis, Chirurgus; sic ab arte ea, quæ
pharmaca docet facere, vel potius compo-
nere, Pharmacopœus nominatur: vt Phar-
macopola, qui rudes ac magna ex parte sim-
plices medicamentorum materias, præfer-
timq; exoticas vendit. Vocatur & Apotheca-
carius ab apotheca, id est, à loco, in quo
medicamenta reconduntur & vaneunt;
olim Seplasiarius, à Seplasia, foro Capuæ,
in quo vnguenta optima conficiebantur.
Sed hæc nomina sæpius indistincte vsur-
pantur, eorumque est inanis concertatio,
quando res ipsa intelligitur.

Vita autem probitas non tam in Philo-
sopho, quam in Pharmacopœo, qui vel tu-
enda, vel resarcienda sanitatis gratia, me-
dicamenta parat & porrigit, expetitur; in
eius enim manib. morbus & sanitas, vita &
mors. Atq; illi cum mala mens est, vel ne-
scia recti, libera patet noscendi & necandi
potestas: sicque præstat Pharmacopœum
esse virum bonum, quam Socratem.

Debet autem in primis esse pietatis stu-
diosus, diuini nominis cultor, inuidiæ & li-
uoris omnis expers, sanus mente, artis Græ-
maticæ gnarus, bonorum fortunæ nec in-
digus, nec auri vel pecuniæ sitiens, & la-
boris diurni nocturnique patientissimus.
Atheos enim vt nihil ducit Creatorem. sic
nec creaturam; Et inuidus alterius marce-
scit rebus opimis. Fatuus vero id habet pro-
prium, vt velit nocere, Et impericus nil nisi
quod ipse facit, rectum putat, atque eo nun-
quam quicquam iniustus. Auarus autem
nulli bonus, adeo vt sibi ipsi pessimus sit. & e-
genus facile fit veneficus; Ad turpia enim co-
git egestas.

Indigni quoque sunt Phamacopœi no-
mine & dignitate scurræ, bibuli, histriones,
mimi, errones, garruli, impostores, agyræ,
tenebriones, & circulatores, qui nugis,
fraude, iactationibus, promissis vanis, ad-
ulatione & mendacio plebeculam decipi-
entes, ipsius crumenam exhauriunt; nihil
n. Reipubl. magis infensum id genus ho-
minibus, cane quouis peioribus & angue.

Cum autem idem sit subiectum Pharma-
cia & Medicinæ, nempe corpus humanum,
quatenus sanitatis est vel morbi susceptiuum,
multa habent inter se communia Medicus
& Pharmacopœus, vt prudentiam, probi-
tatem, diligentiam, & medicamentorum co-
gnitionem; Sed cum Pharmacia inferuiat,
ministret, atque subiecta sit Medicinæ, ha-
beatque tantum pro obiecto medicamen-
tum, & pro scopo & fine formam debitam
medicamenti, dum vterius progredi Phar-
macopœus audeat, pro Pharmacopœo ve-
neficus & circulator habendus est.

Multos Pharmacopœos in Gallia vniuer-
sa noui, sed inter eos periclitatores semper
expertus sum, qui verborum lenocinio di-
tiores mulierculas decipiunt, quas argento
non tantum emungunt, sed fueos & purgan-
tia gratissima, vt temere loquuntur, exhibē-
do, morbidas in posterum relinquunt. Sunt
& horum nonnulli, qui viros et prudentiores,
vt Senatores quosdam suis technis circum-
ueniant: [Plin. cap. 1. lib. 29.] Medicos n. si-
mulant, pulsū contrectant, vrinam inspiciunt,
atq; de morborum causis, symptomatis,
prognosi & curatione differentes, ridicula
multa fingunt & dicunt: sicque impie suā
falce immittunt in Medicorum messem,
& iniquissime pharmaciam exercent ma-
ximo mortalium damno. Nec sciolis qui-
busdam fidendum, qui medicamenta que-
uis, modo benigna, quouis tempore sine
consilio, posse tuto exhiberi pronunciant;
Lactuca enim non oportune, & nimia quan-
titate sumpta interficere potest, vt cicuta; Et
vino licet natura familiarissimo, plures sæpe
pereunt, quam gladio, licet enim sit valde
cardiacum, & veluti senum lac, ac princi-
piorum vitæ restauratiuum, datum tamen
non apto tempore, valde nocet.

Officium igitur Pharmacopœi est medi-
camenta solummodo tractare, atque ad v-
sum salutarem Medici iussu adhibere. Quod
vt feliciter consequatur, primo debet ea
seligere, secundo præparare, tertio com-
ponere. Sed antequam seligatur medica-
mentum, quid sit, noscendum est.

Pharmacia
subiectum.

Pharmaciam
Medicina
inferuire.

Qui Phar-
macopœi pe-
riclitatores.

Qui Phar-
macopœi
improbandi.
Lactuca me-
dicamentum
esse potest, a-
limentum,
& venenum.

Officium
Pharmaco-
pœi.

C A P. III.

Quid Medicamentum, quid Alimentum,
quid inter vtrumque me-
dium.

TOtus homo totus morbus est, inquit Hipp. Epist. ad Damog. Talis enim ex veri inquinamenti in lucem prodit. Nā ex dissidio quatuor qualitatum, quibus constat illius corpus. [Gal. de Elem. cap. 24.] ex iugi fluore, cui obnoxium est, & ex prauo rerum non naturalium vsu, in morbos pene innumeros incidit, quos ars Medica docet abigere, vel optima victus lege, vt docet Hip. lib. de diet. & Gal. lib. de sanit. tuend. partim medicamentis, tum interius assumptis, tum topicis, seu exterius admotis.

Ea autem sunt vel *simplicia*, quibus vt plurimum vtebatur Hippocrat. vel *debita arte composita*. *Simplicia* dicuntur, quæ talia sunt, qualia natura produxit, vt *cassia*, *rhabarbarum*, *polypodium*, *colocynthis*, & infinita alia, quæ naturalem tantum compositionem, ex quatuor videlicet elementis sunt consecuta. *Composita* vero, quæ ex multis virtute diuersis arte & industria simul vnitis constant.

Medicamentum quid. Dissident autem inter se Medicamentum & Alimentum. Nam Medicamentum dicitur, quicquid intro sumptum, vel foris admotum nostrum corpus immutare potest, vt *piper*, *euphorbium*, *pyrethrum*, *nymphaea*, *cichorium*.

Alimentum quid. Alimentum vero, quod intro sumptum nostrum corpus nutrit, & auget, vt panis, vinum, caro animalium volatiliū & quadrupedum, non rapacium: Quæ enim viuūt ex raptō, prauis sunt succi, prauumque sanguinem generant, & tanquam immunda reiicienda. Propterea diuina sanctione prohibitum est filiis Israel, ne comederent aquilam, vulturem, gryphem, coruum, accipitrem, & similia. Et prudenter nunc iuxta diuinum hoc decretum abstinemus à carne vulpium, luporum, leonum, & similia rapacium.

Inter vtrumque medium est alimentum medicamentosum, quod scilicet vtriusq; est participes: partim enim nutrit, partim alterat & immutat, vt *lactuca*, *rhabarbarus*, *curbita*, *allium*, & infinita alia. Atque vt inter alimentum & medicamentum quoddam velut medium datur, sic inter alimentum & venenum: Illud enim reficit, conseruat, auget; hoc destruit, enecat, corrumpit. Inter autem vtrumque medicamentum est, quod neutrum efficit.

C A P. IV.

De antiquitus solummodo simplicium vsibus, & mirabilibus eorum proprietatibus.

RECTE Galen. lib. 1. de Elem. ex Hippocrate scripsit, hominem nunquam dolere, aut vnico egere medicamento, si vnico elemento constaret: Effet enim vniscuiusque vnica natura, vnicus effectus, ratio redeundi ad naturalem statum vnica. Id quod absurdum est, cum infinitæ sint morborum species, vt etiam præsidiorum tam simplicium, quam compositorum.

Inter simplicia numerantur *oxymel simplex*, *diarisis*, *diaprunum*, & alia plurima, quæ comparate tantum, & improprie simplicia dicuntur, quatenus scilicet ad alia magis composita referuntur. Proprie vero *rosa*, *endiuiua*, *plantago*, *mentha*, *absinthium*, *plantarum genus omne*, atq; vt vno verbo dicā, omnia creata, quæ ab arte nullam compositionem & mixtionem acceperunt, Simplicia à Medicis vocantur, quibus solis nonnunquam vtuntur, vt *succo plantaginis*, vel *sedi*, aut *nenupharis* ad *Erysipelata* & *ignem sacrum*, *succo veronica* ad *cancrum*, cui mirum in modum conuenit, vt *succo capreolorum* viti consilio Galeni, ad *herpetas*, vt *carne citoniorum* adhibita regioni stomachi ad *cholera* morbum, & assumpta, ad *dyfenteriam*, corpore prius repurgato, vt *betonica* ad *cephalalgiam*, vt fere omnibus plantis ad singulorum morborum expugnationem.

Superat vero fidem, quod de stirpibus multis

Homo mor-
bis infinis
abnoxius.

Medicamen-
tum quid.

Alimentum
quid.

Alimentum
medicamen-
tosum.

Medicamē-
tum esse me-
dium inter
alimentum
& venenū.

Medicamē-
ta quadam
composita,
quomodo
simplicia
dicuntur.

multis scribitur, quæ videlicet effectus plane mirandos proferunt: Nam *peonia radix* vel capiti apposita, vel collo tantum adnexa Epilepsiæ paroxysmos eludit, eamque sanat. *Mentha* lacti imposita ipsum coagulari, & in caseum densari non finit, vt ex probatæ fidei authoribus creditur.

*Peonia an-
riepileptica
est.*

*Ethiopidis
herba mira-
vis.*

Ethiopsis herba, si vera narrat Plin. cap. 4. lib. 26. solo tactu sarras ferreas euellit. Idem asserit Matthiolus de *Lunaria*, quæ quod soleas ferras ab equis transeuntibus quasi extorqueat, *Sferra cauallu* ab Italis vocatur.

Author libri sanitatis asserit, cum Tribio picum, auem, cuneum, seu clauum ligneum nidi orificium obturantem, herbula cuiusdam solo contactu foras excutere nonnulli hanc vim aui illi tantum tribuunt. Theophrast. rei herbariæ peritiss. alicuius plantæ meminit, quæ tam potenter congressus venereos concitat, vt si vera narrat grauius author, credibile est, eam ipsam folis frigidis & maleficiatis vovisse naturam, vt salacibus viricem & nymphæam.

*Ficaria her-
ba.*

Baara.

Clymenum rubrum tanta vi pollet ad fici sanationem, vt qui radicem herbæ huius gestauerit, ab hoc morbo tutus erit. Vix credi potest, quod Iosephus scribit de plâta mirabili, quæ à Baaran valle Iudeæ *Baara* dicta fuit. Ea extra terram erumpens fulgur quoddam igneum emittebat & vt fax accensa noctu lucebat. A nullo autem hominum attingi poterat, nisi prius vrina, aut sanguine muliebri irrigata, alioquin illam, qui cõtractarent, illico moriebantur: Euulsa vero deleteriam qualitatem amittebat. Et quod mirum est, maniacos, & à demonibus obsessos persanabat. Quod cum aduenterent regionis eius incolæ, illi canem prudenter & artificiose alligabant, qui postea fame coactus, aut accitus plantam traheret & euellebat.

Alia multa Deus miracula in hoc pedu suorum scabello quotidie oculis obicit, quorum fidem vnica tantum experientia facit: Nihil tamen humano generi modò

quocunque infensum educit, quin ex aduerso salutarem illi antidotum proferat & suggerat. Contrarium enim opponit contrario, dissimile dissimili, vt aconito, Aristolochiæ longæ radicem; Cicutæ, Apisemen; Hyosciamò, allium; Napello, semen Raphani; Viperæ Anchusam; Scorpionibus Polemoniam. Cuius radicem qui gestauerit, à scorpionibus non icitur, aut ictus nulla molestia afficitur. Manus quoque illitæ succo cotulæ fœtidæ, apum aut vesparum aculeis nunquam punguntur.

*Contrario
contrarium
Deus oppo-
nit.*

*Qua cuique
veneno con-
traria.*

*Mira plan-
tarum na-
tura.*

Non præter rem hic notantur miræ & variæ plantarum naturæ. Quædam enim inter niues & gelu medium virent & florent, vt Aconitum hyemale, & Eleborus niger: Aliæ vernum æquinoctium expectant: Quamplurimæ calorem æstiuum: Et quædam Autumno tantum floribus coronantur & induuntur, quo tempore reliquæ pene omnes & foliis, & floribus spoliantur.

C A P. V.

De materia medicamentorum, & vnde sumatur.

PRÆCIPUÆ medicamentorum simplicium tam nostratum, quam exoticorum differentia sumuntur, vel ab eorū materia, vel à facultatibus. Ex materia, cū triplex sit Dioscoridi & Galeno, tres statuntur medicamentorum generales differentia. Aut enim ex plantis sumuntur, aut ex mineralibus, aut ex animalibus.

*Medicamē-
ta ex plantis
sumpta.*

In primo genere continentur omnia stirpium genera, earum partes, & quæ ab ipsis proveniunt, vt radices, cortices, thyrssi, ligna, rami, folia, flores, fructus, semina, gummi, resina, succi, lacrymæ, fungi, liquores, visci, aquæ stillatitiæ, muscus, cachrydes, lanugo, nucamenta.

*Medicamē-
ta è minera-
libus sum-
pta.*

In secundo continentur elementa ipsa elementata, vt ignis, flamma, fumus, Aer serenus, aut ventis agitatus, calidus, frigidus, humidus, siccus; Aqua dulcis, salta, pluuiialis, marina, bituminosa, sulphurea, nitrosa, ænea, ferrea; Terre omnes species,

vt bolus armena, terra Lemnia, Melitea, Chymolia, rubrica, Ampelitis, Erithrea, Ochra, Creta, & vt paucis absoluā, omnia mineralia, quæ scilicet è terræ visceribus effodiuntur, vt lapidum varia genera, vt lapis Æchites, Cyaneus, seu Lazuli, Iudæicus; vt metalla, quæ septem à multis agnoscuntur, aurum, argentū, stannum, plumbum, ferrum, cuprum, & hydrargyrus, pro numero septem planetarum, quorum nomen mutantur, secundum Spagyricos. Ad mineralium ordinem referuntur adhuc salis genera, bitumē, naphtha, calchantum, succinum, & ambra.

Metalla septem.

Qua remedia improprie ad mineralia referantur. Medicamenta ex animalibus sumpta.

Partes animalium ad multa commendari.

Syderum influxus, musici cantus & numeri secundum quosdam crism mouentes, cum vix ad materiam medicamentariam spectent, improprie à nonnullis ad istud genus secundum referuntur.

In tertio genere continentur animalia, vel integra, vel eorum partes. Integra, vt gallus gallinaceus annosus in iusculo ad ciendam aluum & corporis nutritatum, Hyrundo in pastu ad oculorum aciem, galærita assa ad colicum dolorem, Cancris fluuiatiles tabidis, Scorpiones triti ad ipsorum puncturas ac morsus, cantharides ad ruptoria.

Partes animalium sunt cerebella passerum ad stimulum Veneris; Cerebellum leporis ad odontalgiam infantulorum; Pulmo vulpis ad phthisim; Hepar lupinum ad vitia iecoris; asininum ad epilepsiam; intestina lupi ad colicum affectum; Stincorum renes ad mentule rentiginem; sanguis hirci ad frangendum calculum; fel perdicis & milui ad visus claritatem; ossa cranii ad morbum caducum, os de corde cerui ad animi deliquium, dentes apri ad pleuritim nascentem, pudendum cerui ad natam & progressam; dentes Elephanti ad cordis robur; cornu cerui, Monocerotis & Rhinocerotis ad infringenda venena; vnguis Alces ad morbum sacrum, seu comitialē.

Multæ sunt adhuc alię partes animalium, à quib medicamenta sumuntur, vt medullæ; seuum; pinguedo vitulorum, ceruorum,

suam, herodorum, anatum, caponum, anserum; lac muliebre, asininum, ouillum; caseus butyrum, coagululum, serum; oua gallinarum, perdicum, pauogallinarum, senecta serpentis, testæ piscium, pili animalium & excrementa, vt ex medicamentorum compositione, quæ in nostra Officina, seu Antidotario describuntur, patet.

CAP. VI.

De facultatibus medicamentorum: Et quotuplex secundum generales facultates medicamentum.

FACULTAS medicamenti est *causa quoad effectrix, à qua pendet eius actio.* [Galen. lib. de plantisud. & lib. 1. simplic.] Vnde colligere est, tot esse facultates, quot actiones, vt apparet in aloes, & per multis aliis simplicibus medicamentis. Aloes liquidem facultatem habet purgandi, ventriculum roborandi, vermes enecandi, tergendi, & palpebrarum humores exicandi.

Facultas medicamenti quid.

Aloes facultas.

Triplex est igitur omne medicamentum secundum facultates, Alteratiuum, Purgatiuum, & Roboratiuum. Alteratiuum dicitur, quod intro sumptum, vel foris ad motum, manifestam corporibus nostris adfert mutationem; idque trifariam, vel secundum temperamentum, vel secundum materiam, vel secundum formam, ex Fernelio. Vnde tria medicamentorum alterantium genera constituuntur: Primum, quod impense calefacit, refrigerat, humectat, aut siccat: Secundum, quod materie commoderationem & consistentiam mutat, vt quod nimis indurat, vel emollit, quod rarefacit, vel densat, quod adstringit, vel laxat, quod incrassat, vel attenuat: Tertium, quod substantiam & formam ipsam corrumpit, vel labefactat; cuiusmodi sunt, quæ præter manifestam qualitatem, qua calefaciunt, erodunt, vel refrigerant, & stupesciunt, occulta etiam proprietate substantiam ipsam destruunt ac corrumpunt, & putredinem cum fetore inducunt, vt

Tria medicamentorum alterantium genera.

Medicamentum substantiam corrumpens.

cicuta,

Cicuta, anthora, napellus, aconitum, sublimatum, & alia quamplurima. Atq; horum alia toti corpori, vt quæ dicta sunt; alia certis partibus inimica, vt lepus marinus pulmonibus, cantharides vesicæ, aconitum vtero, cerebro cicuta.

Roboratiuum quid.

Roboratiuum, seu Confortatiuum, vt vulgus loquitur, medicamentum est, quod proprietate quadam partem nostri corporis aliquam respicit, roborat, ac conseruat, vt cephalica caput, otica aures, ophthalmica oculos, odontica dentes, stomatica os, stomachica stomachum, cardiaca cor, hepatica hepar, splenem splenica, renes nephritica, vterum hysterica, neruos nerualia. Quæ singula, aut eorum multa aptius suo loco postea docebuntur.

Catharticum quid proprie.

Catharticum, seu purgatiuum dicitur, quod vitiosum, & sibi familiarem è corpore trahit humorem. Quod enim sine delectu, ac promiscue quouis humores euacuat, vere purgatorium dicitur non debet, vt Antimonium, Cataputia maior, & similia; sed quod familiarem ac proprium, ad quem ipsa eius facultas dirigitur, educit ac purgat. Ista enim violentiora ad interitum sepe præcipitant; de hisq; loquitur Galenus c. 12. lib. 2. de vict. acut. dum scribit, cathartica qualitatem quandam deleteriam & venenosam habere. Quod sic confirmat Aëtarius cap. 7. lib. 3. *Medicamenta, inquit, purgantia communi quadam generis ratione, ex censu sunt eorum, qua perniciem creant, atque deleteria & nostri venenosa ac mortifera appellant. Verum ab his, qua magna sunt corrumpendi vi prædita, dissident, quod hac eadem quantitate non perinde ac corrumpentia interimant.*

Purgantiuum odor ingratus.

Tanta vero est antipathia inter purgantia & nostram naturam, vt odore solo displiceant, qui multis vix nares ferit, quin simul corpus totum concutiat; aliis ventriculum subuertit, & quibusdam aliquando aluum subducit. De purgantium facultate, quomodo agat, & vnde erumpat, paulo post, nempe cap. 9. *fusissime dicitur.*

Em vis.

CAP. VII.
De primis & secundis medicamentorum facultatibus.

CVM simplicia medicamenta sæpe duas habeant facultates, & aliquando tres simul. Prima dicitur simplex & elementaris, quæ ex elementorum quatuor permixtione confurgit. Altera materialis, ac secunda, quæ ex commoderatione & consistentia materiæ, cui diuersa proportione quatuor qualitates inhærent, emergit. Præter has nonnunquam tertia cõspicitur, nempe purgatoria, quam Fernelius occultam nominat. Syluius cum quibusdam nõ vulgatoris doctrinæ quatuor simplicium medicamentorum facultates in vniuersum constituit, sed tertiam parum notam, & quartam adhuc incognitam asserit. Verum vtraq; pro vnica passim vsurpatur. Nam quæcunq; medicamenta proprietate quadam inexplicabili, aut non factis conspicua, nec à primis aut secundis prodeunte agunt, tertiis qualitatibus, aut totius substantiæ proprietate, aut viribus occultis agere dicuntur.

Facultas autem prima medicamentorum communis est, & tanquam basis reliquarum ex ipsis elementis prodiens. Ea; consistit maxime in calefaciendo, refrigerando, humectando, siccando: in quibus singulis vel obscure cõspicitur, vt cum primo gradu agit; vel manifeste, vt secundo; vel vehementer, vt tertio; vel summe, vt quarto: atque in horum singulorum aut principio, aut medio, aut fine; ita vt medicamentorum & calidorum, & frigidorum, & humidorum, & siccorum ordines duodecim constituantur. Quod etiam locum habet in his, quæ coniugatas sortiuntur qualitates, quæ scilicet vires habent calefaciendi & humectandi, vel calefaciendi & siccandi, vel refrigerandi & humectandi, vel refrigerandi & siccandi. Has siquidẽ exerunt non tantum obscure, manifeste, vehementer, aut summe, sed in singuli

Qualitates primæ medicamentorum.

Qualitates singulorum medicamentorum quot.

singuli gradus principio tantum, aut medio, aut fine.

Qualitates secundæ.

Qualitates secundæ primas, seu elementares ac simplices comitantur earumq; aditu vt sint, & vires suas patefaciant, opus habent. Nam aperiendi facultas, rarefaciendi, attrahendi, tenuandi calfactionem sequitur: Crassandi, densandi, claudendi, repellendi refrigerationem: Molliendi humectationem: Indurandi siccationem. Siccitas enim indurat, vt ex luto, aquilino, vel æstiuo statu indurato, & ex lateribus igne siccat: videre est: vt etiam humiditas emollit modo cum calore modico perseveret. Glaciei enim humiditas dura, quod omnino fit expertis caloribus.

Vires autem qualitates secundæ in austeris acerbis, acerbis, amaris, aperiens, tenuantibus, resoluentibus, contrahentibus, repellentibus, emollientibus, stupefacientibus, & dolorem lenientibus sunt manifestissimæ, atque euidenti ratione, quod possunt, præstant, perinde ac primæ seu elementares.

CAP. VIII.

De tertia medicamentorum facultate seu proprietate occulta.

PRÆTER primas ac secundas medicamentorum facultates, tertia quædam dicitur occulta & inexplicabilis, quod eius certa ratio minime reddi possit, nec scientia exactissima comprehendere, sed per solâ cognoscatur experientiam: Nâ cur iaspis, inquit Galenus cap. 7. lib. 3. meth. taet. vulneri, unde sanguis prorumpit, eum sistat, nõdum noui. Atque si particulatim cuiusque naturam explorare ad unguem scirem, utique qualem fuisse Æsculapium mente concipio, talem me esse putarem. At vero proprietates quædam omnino dici, aut explicari non possunt ex Galeno ibid. & Com. in 6. epid. Nullus enim rationem adferre validissimam potest, cur cantharides vesicam inflammatoria dispositione laessant, ab ipsa etiam longius adhibita; vt neque cinis cancerorum, exiccatorius cum sit, cur & per se mirabilis sit proprietate specifica ad canis

Facultas inexplicabilis.

Cineris cancerorum pro-

rabidi demorsos, & cur efficacior sit & præstantior gentiana & thuri potius, quam aliis medicamentis commixtus.

Certum ac securum huiusce medicamenti successum admiratus Galenus e. 30. lib. 11. de simplicibus in causa perquisitione nõ sese parum exercuit, tandemque librum pollicitus est. De his, quæ occulta proprietate quid agunt; non tamen promissis stetit, forsitan veritus, ne fama iniuria fieret, si susceptum opus imperfectum relinqueret, nec in eo doctè, vt in omnibus aliis consuevit, peragendo, sibi & lectoribus satisfaceret.

Illam autem tertia facultas magnam habet latitudinem, complectiturque sub se purgantia, morbos occulta vi curantia, partem quandam respicientia, periammata seu suspensa medicamenta & venena, de quibus particulatim disserere cogitamus.

Neque vero tantum ineffabilis quædam proprietates agnoscitur in medicamentis & venenis, quæ illa medentur, hæc perimunt, & quosdam aliquando morbos expugnât, sed etiam in alimentis, quæ perennis effluuii iacturam resarciunt. Esculenta enim multa multi fastidiunt, alii appetunt auidissime; quæ licet primum dissimilia, post multas coctiones similia redduntur, & naturæ nostræ familiaria, vnde magna inter nutriens & nutritum similitudo perhibetur, quam vix vllus possit definire, & quare hic potius hoc edulio, ille alio delectetur. Carniam & piscium esus vniuersæ genti familiaris est: At plures nouimus, inquit Amatus Lusitanus curat. 36. cent. 2. qui ab esu carni in totum abhorrebant: alios, quibus caseus non solum comestus, sed odoratus pro veneno habebatur: Sed & alium nouimus, natione Hispanum, qui nunquam pisces gustarat: at cum ab amico semel ad cœnam fuisset inuitatus, ouaque degustasset, quibus siccati piscis puluis caute fuerat admixtus, in animi angustias, cordis pressuras, cum vomitu & secessu incidit, ita vt prope exanimis defecerit. Vidit & idem author celebris

Tertia facultatis medicamentorum latitudo.

In alimentis qualitas inexplicabilis notatur.

Historia notatu digna.

Mon-

Monachum Venetum, qui sine animi deliquio rosarum odorem non poterat perferre: quod etiam obseruauit in nobili matrona, & Iul. Scaliger in illustrissimo Cardinali, vt asserit in *exercitationibus contra Cardanum, exerc. scil. 153. part. 10.* vbi meminit cuiusdam foeminae spectatae formae & virtutis, cui Franciscus nomen erat, quae ante 14. annum suafu nullo flecti potuit, vt carnis vesceretur. Asserit & vnum ex liberis omnino brassicam auersatum, vt eum ipsum Cressones: & in ciuitate Mediolanensi familiam quandam haustu cassiae fistulae interire: *Peculiare enim suum cuique est, & multi vinum quasi venenum respiciunt, alii tanquam Deum colunt.*

Vinum tanquam venenum multi auersantur.

In caeterorum animantium pabulo obseruatur adhuc illa inexplicabilis & occulta qualitas. Quis enim rationum momentis aperire posset: cur Struthiocamelus ferrum habeat in deliciis: cur ceruus serpentes, versus formicas, asinus ferulam, quae perimit equos? Quaedam enim tantum piscatu, alia venatu, quaedam granorum cultu, alia plantarum solo naturali prouentu viuunt. Optime siquidem anas, ardea, fiber pisciculis aluntur; accipiter, aquila, vulpes auiculis; gallina, perdix, equus cerere; bos, dama, ceruus paruulis stirpibus integris, aut earum partibus, tenellis. At cur illa potius illo, quam hoc alimento gaudeant & pinguescant, haec potius hoc, quam illo, ratione non satis dilucida explicatur. Fame enim citius perit vultur, quam triticum attingat; phasianus, quam ex rapto pabulum quaerat.

C A P. IX.

De facultate medicamentorum purgantium, vnde promanet, & quomodo agat.

MEDICAMENTORVM purgantium facultatis disquisitio multorum exercuit ingenium: in illa enim dignoscenda quot capita, tot fere sensus. Chymiatri manifestam credunt, vt quae a mixtorum

sale suboriatur, & sales omnes purgatorios mordicus asserunt. Alii prorsus abditam tenent, nec ratione euidenti explicabilem. Sunt, qui a speciali mixtionis temperie oriri credunt; alii veluti quintam qualitatem concedunt. Mesue illam deducit a caelo, & caelestem facultatem nominat: *Chymista- rum opinio Medicamentum, inquit, purgans non est a depurgato- temperamento tale, non vt contrarium a- ria faculta- gens in contrarium, non vt simile trahens si- mile, neque vt graue deorsum, aut leue sur- sum humorem exagitant, sed quia talem coe- latus sortitum est facultatem.*

Est vero caelestis ea facultas, forma cuiusque medicamenti purgantis; aut forme ipsius proprietates, quae nullo sensu, nulla- que ratione manifesta deprehendi potest, sed sola experientia, & ex effectis, quae substantiae ipsius facultatem demonstrant.

Appellatur autem ipsa caelestis facultas a quibusdam Medicis [Fernel.] & Philoso- phi [Scaliger.] facultas occulta, aliquando proprietates rei totius, aliquando intimum cuiusque rei principium, aliquando causa incognita, virtus superelementaris, totius substantiae proprietates, & a quibusdam quinta qualitas; sicque diuersa rei eiusdem nomenclatura. Quia tamen vis illa cathartica ex prima nota philosophis, a syderibus ortum ducit, non improprie caelestem Mesue vocat: sed male putat humores educere, non tanquam simile trahens simile, contra veterum decreta, rationem & experientiam Hippocrates enim *lib. de nat. human.* medicamentum purgans humoribus detrahendis esse simile, sic docet: *Pharmacum, inquit, cum corpus intrauerit, primo id, quod omnium maxime sibi secundum naturam cognatum, atque simile est in corpore trahit; deinde reliqua ducit & purgat.*

Varia qualitates purgantium appellati- nes.

Id ipsum autem manifestissime probat hac eleganti comparatione, quemadmodum semina & stirpes terram ingressa, sibi quaeque, quod in terra idoneum est, ac naturale, trahunt, vel acre, vel dulce, vel amarum, vel salsum, vel quodcumque, primi- ue

mumq; & plurimum, quod ipsis maxime secundum naturam est, alliciunt.

Opinio Galeni de purgatione facultate.

Hoc pluribus ostendit Galenus *lib. 1. de natural. facult. & c. 23. lib. 3. de simplic. & lib. de Ther.* verbis expressis scribens, qualitatum, quæ in substantiis sunt, proprietate actiones perfici. Idcirco medicamentorum purgantium quædam, ubi forte purgatione frustrantur, non modo corpori nullam noxiam afferunt, sed etiam homini alimentum præbent; alia vero in corruptionem & venenum vertuntur, non tamen perpetuo est permixta vis venenosa. Quare non perpetuo licet non purget, incommodabit. Verum coctionem accipiet, talemq; producet humorem, qualem trahere natum erat, quod nunquam contingit in medicamentis mochlicis, seu valentioribus.

Medicamenta igitur purgantia similitudine quadam substantiæ humores attrahunt & educunt: eaque ratione magnes attrahit ferrum & succinum paleam; non autem ferrum magnetem, aut palea succinum. Licet enim magna sit similitudo inter magnetem & ferrum, tamen simile non est idem, nec magnes est ferrum, nec ferrum magnes. Trahens autem esse debet validius tracto, propterea ferrum non trahit; sed trahitur.

Obisatio.

Responsio.

At vero cum tractio fiat propter substantiæ similitudinem, quare magnes magnetem, & ferrum ferrum non trahit? Respondeo, unam & eandem rem seipsam non trahere, sed quod cum ea ipsa affinitatem quandam habet & similitudinem. Sic agaricus pituitam attrahit, Rheumbilem, lenna melancholiam, quod inter illa sit quædam affinis conditio, aut conuenientia magis, quam similitudo. Illa autem conformitas nec plane manifesta est, longe siquidem rheum à bile distat, agaricus à phlegmate, à melancholico humore lenna.

Quæ purgati trahendo. Quæ comprimendo.

Licet autem omnia cathartica humores attrahant, eorum tamen quædam specialius dicuntur purgare attrahendo, quæ nempe sunt potentioris virtutis, & humorem habent excrementitium, inquit Mesue, ut

scammonium, turbit, sulphorbium: alia comprimendo, ut myrobolani omnes, & rhabarbarum: alia, quæ lubricando & leniendo aluum subducunt, ut cassia fistula, tamarindi: alia denique, quæ tantum molliendo, ut attriplex, viola, ut malua, lappathum, & multa olera.

Quæ lubricando.

C A P. X.

De medicamentis, quæ citra ventris solutionem, occultâ proprietate morbos multos sanant.

INNUMERA & mira sunt medicamenta simplicia, quæ per os sumpta, aut exterior tantum adhibita, cæca vi, ac specifica proprietate morbos futuros arcant, & factos perfecte sanant, aut mirabiles alios effectus proferunt, ut in paucis quibusdam supra demonstrauimus, & mox in quam plurimis demonstrabimus. Illa autem abdita facultas non in plantis modo, verum etiam in animalibus & mineralibus cernitur. Nâ *Pollex Pyrrhi* quidam literarum monumenta fidem faciunt, pollicem Pyrrhi lienosos solo tactu sanasse, & Christianissimus ac potentissimus Galliarum rex solius manus tactu strumas ad perfectam reducit sanitatem.

Pollex Pyrrhi quid præstiterit.

In corporibus quoque demortuis occulta & efficacissima illa qualitas cernitur. Os enim milui piscis aurum trahere auctor est Simplicius, cui assentitur Scaliger *exercit. 102. & 112.* Et renes Scincorum triti, & cum vino poti, aut cum idonea conserua subacti & sumpti veretri tentiginem excitant, & ad Veneris ludibria potenter mouent.

Os aurum trahens.

Priapus cerui siccatus, in puluerem læuigatus, & cum aqua cardui aut tussilaginis sumptus, valde pleuriticos iuuat.

Idem efficit dens apri in scobem tenuem redactus & haustus, maxime in huius morbi principio.

Cornu monocerotis mirabiliter coarctetur à venenis & pestilentibus morbis omnibus succurrit.

Effectus.

Effectus fere similes experiuntur, qui cornu cerui & rhinocerotis sumunt. Bouis astragalus cum oxymelite potus lienem minuit.

Caro leporis vsta, trita, & pota, calculos attritit & expellit.

Viperæ exuium pulueratum, & impositum alopeciiis, mirum in modum pilos regenerat. Idem pollicentur vsta murium capita partibus glabris ex melle illita.

Galenita seu alauda cristata assata, vel elixa, sepe comesta colicis affectibus obnoxios, vel detentos, efficacissime iuuat. Galen. lib. de Theriac.

Vngula capræ, aut eius vesica, vel etiam ouilla cremata, & ex posca sumpta, medetur his, qui noctu stragulas permingunt.

Hepar lupi hepaticos proprietate specifica iuuare scripsit Gal. li. 8. comp. med. local.

Aspidis senecta puluerata ex melle illita, visum facit acutissimum.

Excrementa quoq; animalium occulta proprietate morbos quosdam abigunt, vt stercus pauonum epilepsiam, stercus canum, vt etiam nidi hyrundinum anginam.

Pauca hæc pro multis ex animalibus sumpta sufficiant, vt ea omitam, quæ lædunt, vt leporem marinum & torpedinẽ. Hæc enim neruosum genus vi abdita afficiendo stuporem inducit, ille solos hominis pulmones lædit: vt etiam cantharides, quæ vesicam inflammatione tentant, & urinam sistunt, vel stranguriam mouent.

Hanc proprietatem occultam in multis stirpibus admiratione dignam obseruamus: nam sarsaparilla, guaiacum, saffrafas & illa radix, quæ à Chyna nomen habet, speciali & occulta proprietate luem veneream perfecte curant.

Satyrium & eruca penem erigunt, Veneream accendunt, & frequentiores congressus efficiunt.

Vitex & nymphaea contra libidinis ardores mitigant, semen extinguunt, & testium accretionem impediunt.

Opium phreneticos & delirantes iuuat, & placidum somnum conciliat, etiam

paruula quantitate sumptum.

Viscus quernus tritus & potus, epilepsiam feliciter curat.

Vua passa familiaritate quadam substantiæ hepatis benefacit.

Staphisagria vi non satis cognita pediculos enecat, vt conyza pulices.

Brassica ebrietati reluctatur, vt etiam hedera.

Prarmica sternutationem mouet. Necnon eleborus vterque.

Dictamnus (facultate prorsus abdita spicula euellit.

Fraxinus serpentes fugat, & eorum venenis medetur.

Lithospermon, saxifraga, & sanguis hirci calculos expellunt.

Sabina menses & foetum, seu viuum, seu mortuum educit.

Symphitū maius vulnera cito glutinat.

Veronica vlcera maligna corrigit, ad sanitatemque accelerat.

Therebinthina vulnerum est balsamū optimum, quæ facillime & citissime sanat.

Mirum est autem, plantas quasdam quoad sui parte hunc effectum præstare, alia alium & sæpe diuersum, vel etiam contrarium: nam flores chamæmeli olfactu profunt capitis dolori, folia summe nocent, si Galeno cap. 2. lib. 2. comp. med. fides non denegatur.

Lapathi folia ventrem subducunt, semen assumptum retinet.

Brassicæ decoctum aluum soluit, ipsa brassica comesta vel comprimit, vel pigriorem reddit.

Gallorum vetulorum ius ventrem quoque mouet, caro sistit. Idem adhuc asserit Galenus lib. de Ther. cap. 6. de ostreis & cochleis marinis.

Lactis pars serosa ac butyrofa subducit ventrem, caseosa cohibet, ac siccatur.

Miraculo autem tribuit Galenus, quod trifolii decoctum morsibus phalangii aut viperæ pro fotu adhibitum, statim dolores sedet, & virus adimat: Parti vero sanæ idem admotū, dolores similes his, quos

Senecta Anguinum.

Excrementa animalium.

Occulta proprietates stirpium.

Plantas quasdam contra-rias habere facultates.

inuehit, excitat. Huius tamen effectus ratio non videtur valde obscura, nec à reliquarum stirpium natura & conditione aliena. Mirum enim non est, si fofus, cuius ope pars inquinata liberata est, & ab ea venenum eductum, parti sanæ adhibitus, eisdem impressum, veneni, cuius est particeps, relinquat vestigium.

De specifica & admiranda hydrargyri virtute ad huius Indicæ curationem, deq; aliorum mineralium virtutibus occultis, & fere diuinis speciatim fusius lib. 3. de materia medica disputabimus.

C A P. X I.

De simplicibus medicamentis, quæ proprietate specifica partes quasdam respiciunt.

MULTA simplicia certis partibus tantam amicitia coniunguntur, ut eas vel sumpta, vel admota, vel sæpe solo odore iuuent, reficiant, & à morbis multis liberent. Non tamen illa ob id ita particularibus membris deuota censeo, ut omnes earum affectus tollant, aut aliis quoque partibus non cõferant, sed speciali dote, quædam hanc potius, quam illam partem respiciant & tueantur, alia aliam.

Cephalica.

Sic multa Cephalica dicuntur, quod tota sua substantia capiti sint amica & conferentia, longa virorum doctorum experientia & vsu sic comprobata, ut inter aromata moschus, ambra, zibethum, caryophylli, macis, calamus aromaticus, schœnanthum, caphura, & inter alia simplicia vulgariora, bethonica, rosmarinus, salvia, maiorana, melissa, stachas, cneoton, mirchus, flores vethonica caryophyllata, & arantiorum.

iφδελμικη.

Ophthalmica sunt euphrasia, chelidonium, feniculum, ruta, & hormium, cuius grana oculis imposita nullum molestiæ sensum adferunt. Facile enim sub palpebris continentur, & oculos à sordibus purgant.

Odontica quædam dicuntur, quæ dentes roborant & nitidiores reddunt, ut lentiscus, salvia, mirchus, laurus.

Pulmonibus dulcia omnia conueniunt, sed peculiari facultate herba quædam pulmonaria dicta ad illorum affectus commendatur.

Pulmo vulpis si hominis pulmoni conferat, ut veterum multi crediderunt, id propter familiaritatem substantiæ contingit.

Passa, strobili, pistacia, dactyli, iniuba, mel benefaciunt quidem pulmonibus, sed tantum dulcedine, iris, hyssopus, & prassum attenuatione.

Cardiaca sunt aurum, argentum, lapides pretiosi, cinnamomum, & alia aromata sua uolentia. Item & borago, buglossum, carduus benedictus, scabiosa, ulmaria, oxypheillum, viola, rosa, crocus.

Quæ stomachum respiciunt, stomachica dicta, sunt nux moschata, mastiche, absinthium, mentha & anethum; hæc enim proprietate particulari illi profunt. Alia quoque pene innumera benefaciunt quidem, sed potius calore, quam speciali virtute, ut piperis genera, zinziber, synapi, vinum.

Hepati familiaria sunt, hepatica quædam dicta, ut agrimonium, cichorium, fumararia, rhabarbarum.

Splenica sunt cæcerach, hemionitis, caparis, tamariscus, epithymus, ut & alia multa, quæ causa breuitatis omitto.

Neruos proprietate roborant salvia, rosmarinus, & primula veris; articulos & hæc, & chamapitia.

Quæ speciatim singulas partes respiciunt, huc nolo reducere, cum his lector etiam morosus contentus esse poterit.

Granum enim salis ei fat esse potest, qui ipsius saporem voluerit dignoscere.

C A P.

C A P. XII.

De Periammatis seu Amuletis, qua gesta-
ta, vel appensa mira & caeca vir-
tute morbos multos
curant.

AD medicamenta, quae ab aëta facultate
quaedam ægritudines soluunt, perti-
nent, quae periammata, periapta & amule-
ta, hoc est, alligata & suspensa remedia vo-
cantur. Ea autem duum sunt generum: Alia
enim solis characteribus & verbis constât:
Alia simplicibus collo, aut alteri membro
subnexis. Priora tanquam infida, incertaque
asperrantur Medici; de his enim nec loqui-
tur Physicus, nec Metaphysicus, nisi forsitan
cacodæmon aliquis ad suam metaphysicâ
referat. At Medicus & Philosophus est mo-
ralis, qui vitæ probitate, omnia secundum
bonum & æquum molitur, nec illicitis ar-
tibus ignarus & credulos decipit; & natu-
rales, qui rerum omnium causas perquirat.
*Scire enim est rem per causam cognoscere, &
felix, verum qui poterit cognoscere causas.*
Vnde Galenus, *Medicina fit non morbo, sed
causa morbifica, qua sublata tollitur effectus.*
At periammata nec causam, nec morbum
tollunt, neque symptoma, vt falso sibi per-
suadent hi, quibus fuerunt appensa, eorum
suasu decepti, qui dæmones colunt & in-
uocant, atque eorum nomine & virtute om-
nia fieri sine alia causa putant; de quibus,
horumque similibus nequissimis viris sic
ait Poeta:

*Gens inuisa diis maculandi calli a caeli,
Qua nunc stare polos & fulmin a mittere
nouit,
Æthera sub terras adigit, montesque re-
uellit.*

Duobus autem modis id præstant: nam
alii malos dæmones virtute quadam maxi-
me diuinorum nominum aduocant, & co-
gunt, quippe cum *omnis creatura timet &
reueretur nomen illius, qui fecit eam*: alii i-
stis pessimis viris nequiores se dæmonibus
submitunt, illis sacrificant, & cultum
quendam reddunt.

Cur vero illi Goetici solis vtantur ma-
lis dæmonibus, ea ratio in præptu est, quia
boni angeli difficile comparent, quia Dei
iussu expectant, nec nisi mundis corde
& vita sanctis hominibus congregiuntur.
Mali autem faciles se exhibent ad inuo-
candum, falso fauentes, & diuinitatem mē-
tientes, semper præsto sunt, vt astu suo de-
cipiant, vt venerentur, vt adorentur.

Ex horum dæmonicolarum taberna pro-
fluxerunt omnes isti tenebrarum libri,
quos improbatæ lectionis Vlpianus I. C. vo-
cat, protinusque comburendos esse statuit:
cuiusmodi primus excogitasse dicitur Za-
bulus quidam, illicitis artibus deditus; de-
inde Barnabas quidam Cyprius, & nostris
temporibus Cornelius Agrippa, atque alii
multi viri perditii, inter quos *Paracelsus,*
*cuius impietas sordes omnium vitiorum co-
mites habuit, primas sibi vendicauit.*

At vero cum ex eiusmodi virorum nefa-
riorum officina characteres & verba suspē-
sa prodierint, nullis rationibus stabilita, &
humano generi pestifera, non solum Me-
dici, sed omnes Deicolæ debent asperrari.

Fernelius tamen summus & Medicus &
Philosophus, & nostra ætate inter clarissi-
mos maximus magnam vim verbis & om-
nibus amuletis tribuit. Et certe si Hebræ-
os virtutis & omnium disciplinarum opti-
mos authores sequi velimus, maiorem in
in verbis, quam rebus naturalibus vim in-
ueniemus: *Quicquid enim, aiunt, est in mē-
te, in voce, in verbo, in oratione, totum hoc in
scriptura est, cuius litera mysteriorum caele-
stium plenissima sunt, ac in siderum positi-
onem exarata. Vnde rerum altissimus creator
seipsum nomine duarum literarum A & Q
vocare voluit.*

Præterea secretiore Hebræorum me-
chabales ex literarum figura, & simplicitate,
compositione, tortuositate, defectu,
abundantia, coronatione, apertura, ordi-
ne, transmutatione, colligantia, & reuolu-
tione literarum, punctorum & apicum om-
nia explicare promittunt.

Verbi igitur & characteres vim habere di-
cuntur

*Cur cacoda-
mones à per-
ditis viris
inuocentur.*

*Libri impro-
bata lectio-
nis qui.*

*Theophrasti
impietas.*

*Characteres
vnde prodie-
runt.*

*Vix verborum
secundum
Hebræos.*

*Literarum
figura.*

*Amuleta
duplicia.*

*Periamma-
ta.*

*Circa finem
lib. 11.*

*Morbi ver-
bis curati.*

cuntur ad multorum morborum profligacionem, hancque curandi viam Trallianus non omisit: *Ad podagram, inquit, curandam, effodito ante solis occasum, cum luna est in Aquario, aut piscibus altercum herbam, dica q̄: Adiuuro te herba sacraper (sancta nomina laoth, Sabaoth, Adonai, Eloi, Deus, qui terram firmavit, & fixit mare fluuiis abundans fluentibus, & qui exsiccauit uxorem Loth in stasnam salinariam. Adiuuro, inquam, te, vt sistas fluxionem pedum.*

Ad dentium dolorem ridiculum hoc à nonnullis appenditur, *Galbes, galbat, Galde, galda.*

Ad fluxum sanguinis sistendum quidam hæc verba obmurmurant, *Charas, Cara, Sarise, Confirma, Consona, Imaholite.*

Ad canis rabidi morsum, pani comedēdo hæc verba à quibusdam inscribuntur, *Irioni, Rhiciori, Eslera, Rhuder, fere, vel pomi fructulo, Hax, Pax, Max, Deus adimax.* deinde voratur.

Vulgare est illud Quint. Sereni Samonici aduersus Hermitritæum, *Abracadabra*, quod ita depingitur, vt in conum ad extremam vsque literam desinat, sicque collo appenditur.

Lamella aurea; in qua voces hæc sculptæ sint *ὄψω. ἰσπιδη*, collo subnexa lippientem sanat, ex Marcello.

Profluentem sanguinem vt sistas, digito annulari partem tanges, & vices septies dices, & quoties volueris, repetes, donec fluorem peruincas, *Soenon, Soenon*, mire prodest.

Ad paronichiam digito parietem continges, inquit Marcellus, & rursus digitum ducens, dicens *ter, Pu, pu, pu, Nunquam ego te videam per parietem repere.*

Inepte sic mederi suadet lippitudini Marcellus: *De manu sinistra, inquit, cap. 8. lib. de Medic. muscam capies, & dum capies, dicere debes nomen eius, cui remedium facturus es, te ad curandos oculos eius muscam prendere: tum viuam eam ligabis in linteo, & suspendis collo dolentis, nec retro respicies.*

Quam plurima farinae similis exempla

leguntur apud Mercuriū, Marcellū, Trallianum, Albertum Villanouanum, & inter recentiores apud Fernaelium *lib. 2. de abdit. rerum caus.* qui omnes grauissimi viri verbis tantam inesse vim, pronuntiant, vt pene omnem naturam subuertere credant. Apuleius enim vir perdoctus asserit magico susurramine amnes agiles reuerti, mare pigrum colligari, ventos inanimes expirari, solem inhiberi, stellas auelli, diem tolli, noctem teneri, de quibus sic ait Poeta:

Carmine vel celo possunt deducere Lunam. Lewis Poeta.

Carminebus Circe socios mutauit Vlyssis. rum credu-

Frigidus in pratis cantando rumpitur litas.

anguis,

Atq; satas alio vidi traducere messes.

Et Ouidius:

Cum volui, ripis ipsis mirantibus, amnes

In fontes rediere suos, concussaq; sisto.

Item Lucanus.

Cessauere vices rerum, dilataq; longa

Hæsit nocte dies, legi non paruit ather,

Torpuit & præcepto audito carmine mundus.

Vis autem verborum maxime patet in morborum profligacione. Illa enim & prolata & inscripta, ac gesta multos affectus mira celeritate soluunt. Quod Medici cuiusdam talia demirantis non parum exercuit ingenium, vt refert Pomponatus: cum enim duorum puerorum curam suscepisset, quorum alter morbo velut Erysipelate laborabat, alter vero in ignem inciderat, quidam superuenit, qui hos pueros solis verbis & carminibus liberauit: Additque aliū fuisse, cui ferrū infixū erat, quod nulla arte Medicorū poterat euelli, ab eodem tamen eadem curandi methodo euulsum.

In oppidis fere singulis quædam anus reperiuntur, quæ verbis aliquot nulli hominum notis, matricem releuant, sic n. loquuntur; hocque etiam in viris pollicentur, licet matricem non habent.

Mille ex epla alia possem recensere, quæ quod ridicula sint & inepta, præstat reticere. qui enim ipsis vel suspensis, vel prolatis melius se habere fatentur, id sit potius quædam

Historia notatu digna.

Authoris opinio.

dam opinione, quam illorum virtute.

Quidam asserere non erubuit, se à febre liberatum ex Amuleto, cui hæc erant inscripta, *Sancti Petre & Paule stultum hunc per sanato.* Alius hoc Amuleto conualuit: *Rapiat eum demon & similes eius.* Sed hæc æger refero: de aliis, quæ magis probantur, nunc sermo noster instituetur.

Amuleta ex simplicibus medicamentis.

Quæ vero amuleta simplicibus medicamentis suspensis vel alligatis constant, nõ omnino à Medicis improbantur. Et re vera proprietate quadam abdita effectus sæpe salutaris proferunt. Experientia enim docet, *radicem pæonia* collo appensam epilepsiam sanare. Idem præstat *viscus quercinus*, vt etiam *ungula Alces* annulo tantum inclusa. *Stereus lupi* ad ilia gestum, instar amuleti, inquit Aetius *cap. 31. tit. 3. ser. 4.* colicos dolores sedat. Similis effectus tribuitur ipsius intestinis siccatis, & ventri adhibitis. *Radix cynoglossi* circa collum alligata linguæ nigredinem, quam vulgus imperite cancrum nominat, delet. *Res enim quadam parua molis solo tactu nonnunquam maximas inducunt alterationes*, ait Galen. *cap. 5. libr. 6. de loco aff. Dictamnus* adhibitus incredibili proprietate spicula trahit. *Hyararegyrus* gestatus à morbis pestilentibus tuetur. *Æthiops lapis* inter mæmas aut ventriculo alligatus fœtũ retinet, femori adnexus præcipitat: quod & de *radice hyosciami* traditur. *Selenitis* annulo inclusus nudæ carnis contactu sanguinem e parte quauis manantem sistit. *Viridis in spis* quadam proprietate auxiliatur stomacho *ori vètris appensis*, ait Aetius *cap. 35. tit. 1. ser. 2.* *Heracles lapis*, magnes vulgo dictus, præter mirã vim, quam habet ad trahendũ ferrum, manu tantum detentus Chiragricorum & podagricorum dolores leuat. Qui gestabit pedes & chelidas anteriores cæcri, a prorũ incursũ vitabit. Democritus in *Geopon.*

Icteri curatio miranda

Nõ præter rem est Icteri miranda curatio, quæ tum accidit ægro, si ipse hanc auẽ, quam Holerius *galbulam*, Galli *loriotum* vocant, attente conspexerit. Est & mirum, auem ægre conspectum Ictericum perferre.

Huc spectat & tarentulæ morsus curatio, quæ frustra medicamentis quibuslibet tentatur; feliciter autẽ sola musica sanatur. Similes multorum morborum curationes aliæ quamplures narrantur, quas breuitatis causa omitto.

Curatio morsus venenati per musicam.

C A P. XIII.

De venenis.

OCCVLTA quoque qualitas venenis inest, de quibus Physiologi ac rerum naturalium indagatores aliquando loquuntur, item & scelerati venefici; illi, vt omnipotentis naturæ prudentiam & sagacitatẽ in bonis simul & perniciosis rebus agnoscant, & ornatum mundi contemplantur; hi peste peiores, & humani generis hostes perniciosissimi, vt singulos, quorum vitam, ac fortunas moleste ferunt, exanimant, atque ex rerum natura tollant. Miro liquidẽ artificio saporem, odorem, coloremque venenorum adulterare solent, quæ adeo astute cibis & medicamentis recondunt, vt etiam prudentes & cautos decipiant, & pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro sarcharo sublimatum porrigunt: Sicque boni à malis non tam possunt esse tuti, quam omnes homines ab omnibus serpentibus & aliis belluis.

De illis vero loquitur Medicus, vt Logicus de Sophismate & fallaciis, quas docet aduertere & auertere, Theologus de vitiis, quæ monet fugere: Nec mala suadet, vt inde bona contingant; in quo sane discrepat à Medico, qui nefarios quidem veneficos damnat, de venenis tamen loquitur, quatenus in corporibus nostris vel generantur, vel mala sorte ingeruntur, vel ad malignorum morborum curationem expetuntur, alioquin eorum tractatio perniciofa. & reuera eos damnat Galen. *cap. 42. lib. 2. de an-*

Improbantur, qui venena componunt.

De simplicibus autem venenatis libere scribit, vt ante hunc Dioscorides, & post vtrumque Nicander, vt dignoscantur, vitentur, & in.

& in quibusdam morbis feliciter à docto Medico vsurpentur. Ad carnem enim vlcerum cadauerosam arsenicum aliquando adhibetur; Oleum viperarum ad luis Indicæ stigmata, pustulas & duritates gummosas: Oleum scorpionum ad ipsorum ictus; pilus canis rabidi ad vulnus ex ipsius demorsu inflctum: Trochisci de vipera intus & extra ad venenatos quosuis affectus.

Venena in corpore hominis interdum genita.

In corpus vero non solum ingeruntur, sed aliquando generantur, ex Galen. *cap. 5. libr. 6. loc. aff.* similesque produunt & affectus & effectus his, qui pernicioso epoto veneno contingunt. Nam pestis venenum est, quæ interdum sponte sine causa manifesta in corpore generatur, atque in mulieribus histericis retentum semen venenatæ qualitatis est particeps. Et canes per ætatem feruidissimam facilerabie percelluntur. Hæc autem Medicis præcienda sunt, vt sanitatem ab omni labe tueantur, & morbos quosuis profligent.

Venena aliquando nutrire.

Historia.

Etsi autem venena deleteria sint, consuetudine tamen, quod valde mirum, alimenta fiunt. Nota enim historia, puto, de puella quadam, cuius Auicenna, Ruffus, & Gentilis meminerunt, quæ à primis annis veneno solo educata, halitum pestiferum, & proxime astantibus deleteriū inspiraret.

Alia Agrippinæ vixit, referente Alberto, quæ araneas in deliciis haberet, cum tamen paucis vino epoto, in quo suffocata sit aranea multi perire possint.

Rex anguivorus.

Porus quidam Indorum Rex serpentibus & venenis quotidie vescatur, hocque alimentum genere diutissime alitur, adeo venenosus factus est, vt ceteros homines vel tactu, vel halitu, vel creatu perinde ac serpentes alii perimeret.

Ophiogenes.

In Helesponto genus est quoddam hominum, qui venenis solum aluntur, Ophiogenes propterea dicti.

Marsi & Psilli simili victu delectabatur: nec serpentum morsus & venena reformidabant: Cuius rei certum dedit experimētum vnus ex ista familia Exagon vocatus, qui consulum Rom. iussu in dolium serpē-

tibus plenum iniectus, intactus euasit. *Plin. cap. 29. lib. 6.*

Athenagoras Argiuis dicitur à scorpionibus nunquam lædi potuisse, vt neq; Æthiopes hydaspidis fluiui incolæ.

Refert Galen. *lib. 3. simpo. c. 17.* animum quandam Atheniensem innoxie magnam sæpe cicuta quantitatē esse. Idem narrat Sex. Empiric. de alia vetula.

De Licide ferunt historia, quod opii vnciam dimidiam sine sanitatis iactura vorabat. Vidi mulierem Nemoxii, quæ quotidie semidragmam sumeret.

Familia quædam in Creta solo aspectu fascinabat, & pueros in tabem deducebat. Quid plura? venenis affluenti ab his tandem sunt immunes.

Desumuntur porro omnia venena vel à plantis, vel animalibus, vel mineralibus. *A plantis*, vt à papauerum genere, ab hyosciamo & mandragora, quorum licet qualitas perhibeatur venenata, vsus tamen quotidie feliciter ad morborum curationem celebratur. Et quæ hominibus ac beluis præsentissimum sunt aliquando venenum, si rite tractentur & deatur, sæpe securum sunt auxilium.

Aconitum pharmacum quidem toxicum est, oculorum tamen medicamentis leuandi doloris gratia aducitur. Et cicuta sacros ignes & vlcera serpentia illitu restinguit.

Nerium quoque contra serpentium morsus præsidium est è vino potum. *Sedum marium* Erysipelata & herpetas extinguit. *Solanum* omne adhibitum dolores quosuis mitigat.

At hæc omnia venena sunt Dioscoridi, vt etiam *ranunculus, esula, hermodactylus*, quorum vt quotidianus, sic saluberrimus est vsus. Præterea *Napellus, herba Paris, taxus, sibiium*, & alia pleraque sunt & medicamenta & venena, interficiunt namque & medentur.

Fungivero non quidem medicamenta sunt, sed aliquando alimenta, aliquando venena. horum enim esu ingenui quinque adolefcentes Luteriæ literis operam dan-

Alia historia.

A quibus venena sumuntur.

Venena sunt sapientia.

res interierunt; Aulici tamen talium eduliorum auidissimi sunt liguritores.

Alias stirpes venenatas, quæ medicis v-
sibus quotidie feliciter inferiunt, nolo
recensere, cum pauca quædam attigisse
sufficiat; Omnia siquidem hoc capite
complexi nec opus, nec facile est.

*Ex anima-
libus veno-
natis medi-
camenta
sumta.*

Ex animalibus autem venenatis quoti-
die medicamenta parantur. Nam caro
Stincorum pigrioribus maritis ad cien-
dum libidinis æstum sæpe datur.

Viperæ Elephanticis & venenatis affe-
ctibus detentis quasi miraculo profunt. I-
tem & Colubri, quorum, vt decet, appa-
rata caro multa ad venena securissimum est
alexipharmacum.

*Draconem
marinum
esse alimen-
tum & ve-
nenum.*

De Dracone marino superat fidẽ, quod
narratur: Is enim aculeum osseum in dor-
so gerit, adeo homini infensum, vt quæ-
cunque punxerit, nisi mature succurratur,
ad interitum præcipitat. Illius autem caro
salubriter & suauissime hominem alit, vul-
gus Gallorum Viuam nominat, sicque mi-
rum videtur, quod animalia quædam si-
mul & alimentum, & medicamentum, &
nonnunquam venenum homini sugge-
rant. In ipsorum enim parte quadam vita
est, in alia interitus.

Adhuc vero valde mirum, animalia ve-
nenata, cum corporibus suis nostro pro-
fus inimica sint, subitoq; nos interimant,
morsibus ac puncturis à se illatis secure
mederi, & fere sola ab eiusmodi vulneri-
bus & periculis liberare; quia nempe simi-
le sibi simile allicit, & quasi suã substantiã
reuocans, partem læsam à veneno & da-
mno vindicat. Sic à Crocodilo læsos ipsius
adeps impositus sanat, & à Scorpionibus i-
cti, ab iisdem tritis & admotis conuale-
scunt. Idem efficit mus araneus, vbi ali-
quem momordit, si tritis adhibeatur.

*Venena ve-
nenum tra-
here.*

Admiracione quoq; dignum est, venena
non solum venena trahere, sed plurima et-
iam spicula & aculeos à corporibus nostris
sine dolore foras educere, quæ ante vix vi,
aut arte vlla extrahi potuerant.

Multa aut animalcula tota homini ma-

lefica sunt, vt cantharides, buprestis, sala-
mandra, pinorũ erucæ, lepus marinus, ru-
beta, rana palustris muta, non tamen sem-
per inutilia & sanitati incommoda. Nam
cantharidibus, lacertis, scorpionibus, for-
micis & similibus animalibus extra auda-
cter vtimur, interius vero non ita libere.

Tutum enim minime est, quæ praua qua-
litate à natura donata sunt, in corpus inge-
rere. Sic nefarie egit circumforaneus qui-
dã & imperitus Agyrta, qui probo, sed pa-
rum prudenti viro mihi noto, medicamẽ-
tum ad tentiginem mentule profritandam
postulanti, cantharides exhibuit, eumque
non ad campos Veneris amœnos, sed Cha-
rontis cymbam demisit.

Nonnulla vero etfi malefica, quæq; vel
morsu vel instratu ledunt, ab expertis arti-
ficibus præparata, à Medicis doctis præscri-
pta, & opportune data non modo non no-
cent, sed mirabiles & salutare præstant ef-
fectus. Vinum enim, in quo vipera quodã
casu extincta fuit, elephanticum iam diu à
communi ciuium societate seiunctum
perfecte sanauit. Idem polliceri & præsta-
re potest coluber. Quid igitur vtriusque
caro vt decet apparatus?

Ex mineralibus deniq; venena quam-
plurima habentur efficacissima, tam spon-
te nascentia, vt hydrargirus, cinnabaris, gy-
psum, mysi, sory, sandaraca, magnes, anti-
monium crudum, atque etiam adamas:
quam arte talia reddita, vt sublimatũ, calx,
arugo, carusa, aqua fortis vulgo dicta, & a-
lia pene innumera, quæ præstat ignorari,
quam sciri. Sat enim est, simplicia quædam
attingere morbis quibusdam vtilia, quo-
rum alia aliis vt naturæ minus infensa, &
rebus sanitatis magis idonea præferuntur.

CAP. XIV.

*De facultatibus medicamentorum in ge-
nere, quæ ab effectis denomi-
nantur.*

MEDICAMENTA multa specifica
virtute quasdam partes respicere &
roborare, vt cephalica caput, ophthalmica
oculos,

*Idem fecit
maledictus
ille Hebraus
Francofur-
canus, Aa-
ron voca-
tus, qui an-
te 17. annos
ad Cacoda-
mones suos
abiit: ad
sunt adhuc
alij, eiusdem
farina ne-
bulones.*

*Ex minera-
libus vene-
na multa.*

oculos, pulmonia, hepatica, splenica, pulmones, hepar, lienem, & alia alia, ab ipsisque denominari, paulo superius ostendimus: Nunc quæ ab effectis suâ nomenclaturam habent, breui & generali dilucidatione recensemus, vt in promptu sint medicinam facturo, ad propositos & consequendos effectus, medicamentorum qualitate requisita dignotio & appellatio. *Verba enim cum sint nota rerum, si ipsis conuenientissime, vt decet, aptentur, aptius docent, & artificem melius regunt & dirigunt.*

Medicamentorum appellatio à quibus.

Medicamenta autē fere omnia idioma Græcorum, à quibus primo fuit impositū, retinent: Nonnulla ex Arabum balbutie profecta, vix ad antiquā euphoniā redierunt, & annorum lapsu quandam gratiam compararunt. Ab effectu igitur medicamenta sic à classicis authoribus appellatur.

Kαταρκτικόν.

Catharticum medicamen dicitur, quod modo quouis è corpore noxios humores, seu per vomitum, seu per secessum educit.

Χολαγόγον.

Cholagogon Medici vocant, quod biliosum humorem ducit: *Phlegmagogon*, quod pituitosum; *Melanagogon*, quod melancholicum; *Hydragogon*, quod aquas seu serosum humores purgat; & *Panchymagogon*, quod omnes.

Πολυχρηστόν.

Polychrestum sic nominatur, quod multos exhibet vsus.

Ἐκροπτικόν.

Eccoproticon inter benigna medicamenta numeratur, atque id dicitur, quod tantum feces derubat.

Υπερκαθαρτικόν.

Hypercathartica, hoc est, superpurgantia sunt, quæ primum humorem sibi familiarem purgant, dein alios ad sequendum paratiores, postremo sanguinem, adeo vt dysenteriam suscitent.

Ἐμετικόν.

Emetica vocantur, quæ vomitum excitant, & foras humores per os excludunt.

Ἀλλοιοτικά.

Alliortica, hoc est, alterantia, quæ in temperiem quandam emendant; vt calida frigidam, frigida calidam, humida siccam.

Euchyma & *cacochyma* ad alimēta spectant; illa, quæ sanguinē optimū, hæc, quæ prauum gignunt, dicuntur. *Epicrastica*,

quæ succum optimum paulatim sufficiunt in locum prauū paulatim vacuati, vnde *Epicrasis*.

Hypnoticū, quod somnum porius, quā soporem conciliat. [*Galen lib. 9. Method.*]

Narcoticum, quod non modo soporem, sed stuporem & sæpe necrosim, siue mortificationem adducit.

Vreticum, quod vias diducendo, laxando & pellendo vrinas & arenas mouet, & sæpe expellit.

Lithontriptica, hoc est, saxifraga, quæ lapides seu calculos frangunt, seu atterunt, & foras eiciunt.

Anodynum, quod moderato calore dolorem aliquem delinit & sedat. Vocatur quoque *Pategoticum*, & aliquando *Lysiponium*, hoc est, laborem soluens, seu dolorem sedans.

Chalasticum medicamentum generali significato vocatur, quod partem quandā, cui adhibetur, lenit, & temperato calore solatur: Strictius vero sumptū, quod relaxat & tensioni medetur, sine qualitatis excessu, vt, adeps, butyrum, celsypus.

Quod venenatum orificia diducit ac reserat, & sanguinem ad exitum suo calore & acrimonia excitat, *ἀποσπαστικόν* dicitur, cuiusmodi est *allium*, *sabina*, *porrum*, *cyclamen*, & alia quamplurima.

Repercussiuum medicamentum Græci *ἀπορροιστικόν* nominatur, quod qualitate refrigerante & astringente humores in mēbra irruentes repellit, vt *plantago*, *serba*, *piosella*. Quædam tamen sola qualitate refrigerante repellunt, vt aqua & alia similia repercussiuā [*Gal. lib. 14. method.*] Omnia autem repellentia medicamenta tantum admouenda sunt in principio fluxionis, ex Galeno & Orisasio.

Helcticum, seu *epispasticum* vocatur, quod humores ex alto euocat, cōtrariumque est repellentibus; calidum enim est, & partium tenuium, repercussiuū frigida, & crassarum. [*Gal. lib. 10. compos. med. loc. cap. 25. lib. 1. synopsis. c. 16. lib. 5. simplic.*] Et quodcunque calidum trahit; frigidum quoduis repellit.

Αποσπαστικόν.

Απορροιστικόν.

Ἐλεγκτικόν.

Ἐπιπαστικόν.

repellit: Quod gradu secundo calidum est, manifeste trahit: q̄ tertio, partim trahit, partim digerit, vocaturq; μεπισσυγκριτικόν.

Attrahentium autem mendicamentorum quatuor sunt differentia. Quædam enim qualitate elementari trahunt, vt quæ calida sunt secundo recessu; Alia casu, vt putrefactione, eo que modo fermentum validissimum est tractorium: Alia quadam similitudine, vt venena venenum; alia occulta proprietate, vt dictamnus spicula, magnes ferrum.

Διαφορητικόν est, quod seu intro sumptū, seu foris adhibitum, attenuando & detergendo non solū meatus aperit, sed obuios humores incidit, digerit, ac sudore vel halitu resoluit. Eorum duo traduntur discrimina, quædam debiliora sunt δρακωπικόν dicta, hoc est, relaxantia, quæ calida quidē sunt ac tenuium partium, sed non deficcant, & magis humores ad resolutionem apparant, quæ resoluunt. Materia resolutiui multa est: nam quæ à medio secundi gradus ad finem tertii calefaciunt, & sunt tenuium partium, resoluunt.

Στεγνωπικόν. Στεγνωπικόν, seu συνακτικόν, hoc est, stipans seu obstruens, anastomotico contrarium est: Vasorum enim oscula claudit, & vacuationes sistit: Eius siquidem substantia crassa est, proinde facile occludens.

Πυκνωπικόν. Πυκνωπικόν, seu condensans, vim quidem habet occludendi, sed imbecilliolem, atque cutis tantum meatus stipat; Stegnoticum officina venarum.

Εμπλαστικόν. Εμπλαστικόν, seu glutinosum vocatur, quod parti cuiusquam illitum tenaciter adhaerescit, & cutis meatus obstruit, multoque infarctui implet, vt resina & gummi. Quædam Emphrastica dicuntur, quæ scilicet poros suo lentore obstruunt, & visciditate opplent.

Παχυντικόν. Incrassans, Græce παχυντικόν dictum, succos consistentia tenues & liquidiores, multo crassiores reddit: Illius vis sita est in materia crassa & terrestri, acrimoniae omnino experte.

Λιπτικόν. Huic contrarium est λιπτικόν, quod

nempe crassos & cōpactos humores attenuat, varieq; dissoluit. Valde tenui substantia cōstat, seu frigidū sit, vt acetū; seu calidum, vt aqua vini, quam vulgus aquā vitæ, & Chymistarum multi Elixir nominant.

Εκφρακτικόν, id est, infractu liberans, quod humore viscido & lento vias expedit. Eius autem facultas varia est, pro varia humoris obstructionem committentis ratione. Nam quæ à glutinoso succo nascitur, Ecphrastico attenuante & incidente opus habet; Quæ simul duritiem coarctat, emolliente qualitate simul eget.

Μαλακτικόν, seu emolliens appellatur, quod durum corpus, vt scirrhum, emollit, & in statum naturalem reducit, estque saltem gradu secundo calidum, & in humiditate & siccitate temperatum, [c. 4. & 8. lib. 5. simpl.] Quod in calore temperatius est, potius suppuratorium existit. At quod duritiei ex siccitate natæ adhibetur, esse debet humidius, & in calore moderatius, vt oleum, & medulla multæ.

Διαπηκτικόν, seu suppuratorium vocatur, quod nostræ naturæ simillimum est, atque calore & humiditate quasi symmetrū. [c. 5. 7. & 8. lib. 5. simpl.] Vnde manus admota cuiuspiam parti, in qua materiā in pus vertere cupimus, si in ea diutius detineatur, facile suppuratū efficit & mouebit. Remollientia vero calidiora sunt, non ita tamen, vt ea qualitate humiditatē exuperantem discutiant. Itaque suppurantia potius quantitate, remollientia qualitate id ipsum, quod pollicentur, præstare dicuntur.

Πεωστικόν, simillimum est, sed peculiariter id dicitur, quod humorem concoquit, Diapreticum, quod in pus mutat.

Ρυπτικόν, seu detergens ac mundificativum, humores quosuis crassos & tenues, & sordes omnes expurgat, vnde purgativum quoque dicitur: Sapore id fere amarum est, at falsuginoso & aliquantum exiccante.

Εναιμνόν dicitur, quod cruentis vulneribus adhibetur: vocatur ἰσκαίμνόν, hoc est, sanguinem sistens.

Μεπισσυγκριτικόν
Attrahentia quadruplicia.

Διαφορητικόν.

Στεγνωπικόν.

Πυκνωπικόν.

Εμπλαστικόν.

Παχυντικόν.

Λιπτικόν.

Εκφρακτικόν.

Μαλακτικόν.

Διαπηκτικόν.

Πεωστικόν.

Ρυπτικόν.

Εναιμνόν.

Σαρκοπικόν. Σαρκοπικόν, quasi incarnatiuum, seu medicamentum, quod vim regenerandę carnis habet, dicitur. Estque siccum primo gradu & modice, ac sine morfu detergens. *cap. 15. lib. 5. simpl. & 3. Meth.*

Καθηπικόν. Καθηπικόν, hoc est, glutinatorium, medicamentum appellatur, quod agglutinatur & coniungit solutas partes, vt in naturalem vnitatem redeant. Dum cruentis vuneribus adhibetur *Εταιμὸν & πραιμικόν*, à quibusdam Symphyticum & aggregatum dicitur.

Καταγμαπικόν. Καταγμαπικόν, quod fractis ossibus solidandis & poro sarcoide citius meliusque ferruminandis conuenit.

Επκλωπικόν. Επκλωπικόν, vel Synuloticum, quod vlcericatricem inducit, hocque præstat efficacissima siccitate & astrictione moderata; Siccatur enim tertio recessu, Colleticum secundo, Sarcoticum primo tantum.

Καθαριστικόν. Καθαριστικόν, medicamentum est, quod superfluam carnem, cui adhibetur, absumit, & ad natiuam superficiem reducit; vnde à quibusdam *σαρκωφαγόν* nominatur: Calidum est tertio gradu.

Εσχαρωπικόν. Εσχαρωπικόν, quasi crustificum, quod vehementissimo ac igneo calore partem adurendo ei crustam relinquit, cuiusmodi est sublimatum & pyrotica.

Σηπικόν, id est, putrefaciens, malignæ qualitatis est particeps, & partem, quam attingit, fetorem & prauam qualitatem inducendo, destruit ac putrefacit, vt *Sandarach, aconitum* & alia multa.

Quædam *εσχαρωπικόν* dicuntur, quæ calidum absumunt, quæ vere cathertica sunt, aut hæc facile in illorum locum substituantur.

Hæc præcipua cum sint facultatum medicamentorum ab effectis sumpta nomina, cætera non persequemur.

C A P. X V.

De generali delectu medicamentorum purgantium.

TRIA si bene nouerit pharmacopæus, artis suę peritissimus haberetur, *Simpli-*

cia nempe medicamenta seligere, eadē præparare & componere. Electio cognitionem pronuntiat; Vix enim bonum à malo discernet, & seliget illud, nisi nouerit vtrumque. Præparatio queque supponit industriam artificem, qui in arte diu exercitatus, multis modis, aqua, igne, manu simplicia maligna castigat, bona meliora reddit, imbecilla validiora efficit. Compositio autem sine electione & præparatione nulla: *Simplicium* namque cumulus confusio, non compositio est.

Erit itaque delectus medicamentorum; *Delectus quid.*

primum pharmacopœi officium, qui sic solet definiri. Delectus est boni à malo discretio ac distinctio, noxii ab innoxio, malefici à benigno. Benignum medicamentum purgans, seu beneficium dicitur, quod clementer purgat, & placide alium subducit, vt *cassia, manna, thamarindi, rebarbarii*. Malignum & insalubre, quod violenter trahendo purgat, nostraque corpora conturbat, ob eam, quam habet nostræ naturæ essentiam aduersam. *Malignum.*

Est vero medicamentum malignum duplex. Vnum toto genere tale, cuius nempe genus vniuersum effrene est, & violentum, qualecunque sit, & vndeque desumptum, vt *Euphorbium, Lauveola, Antimonium* Alterum specie aliqua & ex accidenti secundum aliquod indiuiduum sui generis, quod à natura sui desciuit, atque degenerauit, vt *agaricus niger, turbitum nigrum, Colocynthis vnica* in planta, vel ex vnica planta in agro. [*Mesue*] quia sola in agro planta, vel solum in planta pomum, omnem vel agri, vel plantæ amarorem & malignitatem creditur ad se rapere.

Ab his aut ambobus malignis purgantibus abstinere debemus, nisi in magnis quibusdam affectibus, quibus benigna aut nihil, aut parum profunt, aut desunt. Tūc enim malignis rite correctis & præparatis peritus Medicus poterit vti, quandoquidē morbis multis venena etiam sæpe sunt salutaria, vt *vipera Elephatias, caro scorpionum vulneribus ab iisdē excitatis, sanguis canis*

Delectus quid.

Benignum medicamentum quid.

Malignum.

Medicamentum malignum quod duplex.

Quando malignis purgantibus licent vti.

canis rabiosi: à cane rabioso demorfis; Vnde prouerbium: *A scorpionibus icti, solent ab ipsis remedium accipere.*

Quando à benignis abstinentium.

Ab his etiam, quæ blanda vocantur, abstinentium, nisi ea optime, vt decet, exhibeantur iusta quantitate & tempore, & quibus conferre creduntur. *Sanas enim carnes habentibus*, ait Hippocrates *Aphorij. 16. lib. 4. medicamentum purgans noxi-um, iuxta illud, [Matthæi 9.] Bene ualentibus non opus est Medico.*

C A P. XVI.

Vnde sumatur purgantium medicamentorum delectus.

Essentia medicamenti quid.

ELECTIO medicamenti purgantis desumitur ex ipsius essentia, seu natura & facultatibus. Essentiam uocamus ipsam cuiuscunq; medicamenti rationem, quæ ex materia & forma confurgit: Vel, id omne, quod in medicamento spectatur, & inest absolute citra ullam comparationem.

Facultas medicamenti quid.

Facultatem uero vim ipsius medicamenti, quam in nostris corporibus exercet, vel exercere potest.

Substantia medicamentorum.

Bonam uel malam medicamenti purgantis essentiam ostendunt illius substantia, qualitates primæ, seu temperamentum, qualitates secundæ, temperamentum sequentes, & dispositio intrinsecus acquisita. Substantiæ nomine intelligitur materia commoderatio & consistentia, quæ ab elementis certa inter se proportione mistis, nascitur; unde alia grauius, uel leuius, alia densa, uel rara, alia crassa uel tenuia, alia lenta uel friabilia dicuntur. Ex quibus differentiis dispositio quædam nascitur, & uirtus ipsi medicamento, per quam in eodem genere bonum à malo distingui potest.

Temperamenti quot differentia.

Secundo à primis qualitatibus delectus sumitur: hoc est, à temperamento, cuius octo constituuntur differentie, calidum, frigidum, humidum, siccum, quæ simplices qualitates uocantur: & totidem compositæ calidum humidum, calidum siccum, frigidum humidum, frigidum siccum, quibus adiungitur medium temperamentum, seu

temperatum in quo consistit hominis natura, à qua cum variæ recedant aliæ temperaturæ quædam uno, quædam duobus, quædam tribus, & quædam quatuor gradibus, ob eam causam gradus uarii excessus distinguuntur.

Tertio sumitur electio medicamentorum à secundis qualitatibus, quæ quatuor potissimum generibus distinguuntur: Et enim aliæ tactiles sunt, aliæ odoratiles, aliæ gustatiles, aliæ visibiles. Audibiles omittuntur, quoniam ab his certus non potest sumi medicamentorum delectus: Tactiles dicuntur, quæ tactus iudicio discernuntur, quarum aliæ sunt elementorum propriæ, quibus scilicet qualitates primæ, calidum, frigidum, humidum, siccum, tactu diiudicantur. Aliæ temperamentum sequuntur, & dicuntur secundæ, quarum ratione medicamentum graue dicitur, aut leue, durum uel molle, lentum uel friabile, asperum aut leue, ut dictum est.

Secunda qualitates quot differentis includantur.

Quarto medicamenta seliguntur ab odore, qui uaporosa quædam est substantia, quæ à re odorabili expirans, & ad nares delata sensum mouet odoratus. Eius autem tot sunt species, quot saporum: Odores enim saporibus proportione respondent, ab hisque denominationem plerumque mutuuntur. Non ita tamen sunt distinctæ species odorum atque saporum, quia sensus odoratus in hominibus est admodum obtusus; hinc fit, ut mille sint odorum species, qui propriis nominibus careant: Generaliter tamen omnia odorabilia in beneolentia & graueolentia distinguuntur.

Odor quid.

Quinto à sapore de medicamentorum delectu sumitur iudicium, certius quidem, quam ab odore, quia saporum quam odorum magis sint species discretæ, [lib. 4. simpl. med. Gal. cap. 21.] Est enim sapor qualitas gustu perceptibilis, cuius nouem differentie constituuntur; quarum tres à uicente caliditate in substantia uel crassa, uel tenui, ortum habent, acer nempe, amarus, salus; tres ab exuperante frigiditate, acedus seu acetosus, austerus, acerbus; & tres à

Sapor quid.

Sapores quot.

moderato calore, dulcis, pinguis, inspidus; horum postremus ad frigiditatem, dulcis & pinguis ad calorem magis inclinant.

selectio medicamentorum à dispositione extrinseca.

Sexto medicamenta seliguntur à dispositione extrinsecus acquisita, quæ oritur à tempore aut loco. [Galenus capit. 2. lib. 4.] Addit Mesue magnitudinem, paruitatem & numerum; his enim medicamenti qualitas validior aut imbecillior redditur. De temperie & delectu medicamentorum, à colore & sono certa satis & vniuersalis regula statui non potest, per quam maligna à benignis discerni queant. Cum enim potissimum à substantia, temperamento & facultatibus benignitas vel malitia medicamenti pendeat, in singulis coloribus frigida, humida, calida, sicca reperiuntur, nec colores ipsi medicamentorum temperamenta insinuant. Potest enim facillime color medicamenti extrinsecus immutari.

A sono etiam vt à colore incertissima est benignitatis vel malignitatis medicamentorum indicatio: Vniuersalis enim non est illa dignotio, sed particularis tantum, & ex accidenti in quibusdam, vt in *castia*, *carthamo*, & paucis quibusdam.

C A P. XVII.

Quomodo sumatur medicamentorum selectio à rebus enumeratis.

CA^THARTICVM quidem omne cōsocciale sibi humorem primum attrahit in aluum, sed specialius quædam dicuntur à Mesueo trahendo purgare, vt omnia valentiora; alia comprimendo, vt styptica, alia leniendo, vt viscida ac lubricantia; & quædam molliendo, vt malactica multa. Inter ea vero, quæ trahendo purgant, quo leuiora, eo meliora iudicanda; grauiora vero maligna: leuitas enim substantiæ tenuitatem & raritatem indicat; grauitas densitatem & crassitatem. Quæ vero crassa materia constant, grauius afficiunt. Quæ etiã

Eorum, quæ trahendo purgant, quænam meliora.

humiditatem habent superfluam, quo leuiora, eo meliora, nisi exoleuerint: leuiora siquidem minus habent superflua humiditatis, quæ ventriculum subuertit & tormina concitat.

Contraria est eorum ratio, quæ purgant comprimendo facultate quadam styptica in terrestri materia residente, quæque naturali conditione ac temperie solida sunt, non rara; Quæ etiam pleno & vacuo iudicantur, ceu quæ natura sua plena debent esse, non vacua. Hæc enim quo grauiora sunt, eo meliora, vt etiam quæ purgant, leniendo, lubricando, & molliendo. Molliendi siquidem facultas, vt & lubricandi, ab humiditate est, quæ grauitatem inducit. Humiditas a illa naturalis est, & à proprio temperamento, non excrementitia, quæ deteriora semper efficit medicamenta.

De reliquis autem substantiis, videlicet de rara vt de leui, de densa vt de graui iudicandum est. Leuitas enim est comeditatis, vt grauitas densitatis, eaque inter se reciprocantur. At non est eadem friabilis & tenuis ratio: Non enim quicquid friabile est, idem & tenue, nec quicquid lentum, idem & crassum; nec cōtra: Sed si quod tenue est, id quoque purum fuerit, erit & friabile ac tenerum; Et si quid crassum est, idem etiam impurum fuerit, erit quoque glutinosum ac viscidum: His exceptis, quorum substantia est lenta humida, vt *mel*, *manna*, *butyrum*, *oleum*. In his enim quod purius, idem & melius: quod impurius, deterius. Crassum proprie dicitur, quod ægre læuigatur, seu quod vix in tenues partes comminuitur; Tenuis, quod facile; Densum, quod nullis aut perexiguis meatibus est peruium; Rarum, quod multis; Graue, quod in se coactum, pondere, quam mole magis est cōspicuum; Leue, quod laxius mole quam pondere. Lentum & Friabile sic inter se opponuntur, vt vix illud rei trahenti & terenti cedat; Hoc vero sæpe digitorum tactu & compressu in pollinem minuitur.

Ratione autem temperamentorum calida me-

Quæ comprimendo purgant, quomodo seligenda.

*Crassum.
Tenuis.
Densum.
Rarum.
Graue.
Leue.
Lentum.
Friabile.*

da medicamenta frigidis, humida siccis in simplicibus temperaturis sunt meliora. In cōpositis calida humida salubriora, frigida sicca pessima. Si ab intentionis gradu delectus capiatur, cum hominis temperamentum in mediocritate sit constitutū, quāto medicamentum est hominis temperamēto medio propinquius, tanto salubrius iudicatur. Quanto remotius, tāto malignius; Ita vt quæ a medio quatuor gradib. dehiscent, deterrima sint: & quæ extreme, quatuor nempe gradibus superant, venena potius dicenda sunt, quam medicamenta.

De delectu in secundis qualitatib.

Ratione vero qualitarum secundarum, vt tactilium, sic iudicandum est. Quando in eodem genere medicamentorum quedā dura, alia mollia esse cōtingit, aut aspera vel læuia, in his mollia duris, & læuia asperis anteposenda sunt. Durū id vocamus ex Gal. cap. ult. lib. 3. de differen. puls. cui nostra caro cedit: molle contra, quod cedit nostra carni: Estq; tale vtrumq; bifariam, natura nempe, vel arte sic effectum. Læue autem vocatur, cuius superficies est aequalis: Asperum, cuius hac eadem inaequalis est, propter partes quasdam eminentes, alias vero depressas, vt in prunis, Sebesten, myrobolanis; & aliis multis.

Durū quid. Molle.

Læue quid. Asperum.

Delectus ab odore.

Ab odore autem ea de causa fit medicamentorum delectus, qui odor suavis spiritus reficit, vires instaurat, partes principes exhilarat, & facultates roborat. Grauis odor & foetidus contra, caput ferit & grauat, mētem percellit, venticulū subuertit, inficit spiritus, nauseam mouet, & difficilē ac laboriosam purgationem efficit, & vomitum saepe concitat. Propterea medicamentis purgantib. & eleuatiuis cardiacis aromata solent misceri, quib. illorum ingratus odor emendatur, & partes principes aduersus qualitates malignas medicamentorū muniuntur. Aromata enim omnia corroborant vtrāq; fontem & principium. Proinde suavis odor olido & foetenti preferendus. Hic enim cordi & cerebro inimicus, ille vero vtrumque exhilarat [Galen. cap. 21. lib. 4. simpl.] Est enim spiritui contento in vtri-

culis cerebri familiaris, quem dum reficit, facultates vegetiores reddit.

CAP. XVIII.

Particularis saporum disquisitio.

EX nouem saporibus diximus cum melioris notæ Medicis [Oribas. cap. 5. lib. 14. collect.] tres esse calidos, tres frigidos, & temperatos tres. Caldissimus omnium est acer, qui a calore nostro excitatus, a quo in actum de potentia reducitur, mordicat, rōdit, ignea qualitatis sensum exprimit, & propemodum exurit, vt capsicum, seu piper Indicum, vt pyrethrum, vt stannula.

Sapor acer, qualis.

Sunt autem acrium multa genera [Galen. cap. 17. lib. 4. simpl.] nam alia sunt ignea & sicca, quartum caloris gradum superantia; & venena sunt, vt sublimatum, calx, & arsenicum. Alia cum igneo calore multatā habent humiditatem admixtam, a qua dulcia quodammodo sunt, & elui apta, vt allium, cepa, porrum, nasturtium hortense, & similia. Alia intra tertium ordinem continentur, vt galanga, piper, sabina, thlaspi, arum, helenium. Alia moderate talia sunt, vt hyssopus, thymus, anisum, coriandrum, raphanus, origanum. Sunt & acria quaedam absolute & simpliciter talia, & quaedam aliis saporibus permixta, vt quæ acria sunt, simul & amara.

Acrium multa genera.

Amarus sapor acri proximus est, præsertim qui ex tenuium partium terrestrium affatione oritur, habetque vim non rodendi, vt acer, sed detergendi magis, quam salus, adeo vt linguam moleste exasperet. [Paul. Aegin. cap. 1. lib. 7. Galen. cap. 10. lib. 4. simplic.] Est vero duplex; vnus calidus; iam dictus, qui ex partium terrestrium affatione generatur, quo modo dulcia fiūt amara, vel coctione, vel vetustate: alter frigidus, qui ex vehemēti congelatione fit, velut in opio, in cichorio syluestri, in lactucis, cicuta, & fructibus quibusdam immaturis, vel qui fit a coctione inchoata, seu imperfecta, vel potius a calore remisso, qui pro frigore habetur, vt alius ab intenso. Vix enim

Amarus sapor.

Omnia aromata esse sardiana.

enim mixtum datur, quod naturis & qualitatibus diuersis non sit præditum. Vnde mirum non est, si *opium* & *cicuta* partim sint calida, partim frigida. *Scriptulus* enim *eolocynthidos* poterit aquæ duabus libris amarorem, non calorem, nisi valde occultum & perpusillum inducere. *Schegkius* tamen putat, nonnulla propter amaritudinem calida esse, sed abstrusa & occulta vi refrigerare, vt *opium* & *cichorium*. [*lib. de occultis medic. facul.*] Est autem amarus sapor vel simpliciter talis, vt in *aloe*; vel aliis saporibus permixtus, vt in *absinthio*, cui coniuncta est stypticitas seu astrictio, vt etiam in multis fructibus experimur, qui perfectam magnitudinem nondum adepti, sæpe sunt acidamari, maturi vero simul & amari, & acido dulces.

Amarus sapor quocumplex.

Salsus.

Salsus sapor amaro finitimus est, sed minus calidus & siccus propter aqueam humiditatem, à qua substantia terrena in eo temperatur. [*Orib. & Gal. cap. 20. lib. 4. simplic.*] Proinde moderate abstergit, linguamque abluat moderatius, quam amarus, estque gustantibus satis gratus; aliquid habet astrictiois, non tamen quæ linguam contrahat, vt sapor austerus, vel acerbus.

Quotuplex.

Est autem salsus sapor duplex; vnus naturalis; artificialis alter. Naturalis, vt in sale, in aqua maris, & in salibus multis fossilibus. Artificialis, vt in lixiuio, calce, capitello, & in salibus chymicis.

Acidus.

Acidus omnis sapor ex se frigidus est, siue talis sit à natura, vt in his, quibus frigida intemperies tenuitati substantiæ coniuncta est, vt in succo limonum, arantiorum, acetosæ, agrestæ, & similibus; siue ex accidenti, vt à putredine, [*Aet. cap. 1. sect. 1. serm.*] qua ratione vinum acidum dicitur, non tamen absolute; Est enim acrimoniæ cuiusdam particeps, vt docet *Galenus libro 1. simplic.*

Diuisio.

Hinc acidii saporis alia statuitur diuisio, in eum videlicet, qui exacte talis est, nullius alterius saporis particeps, cuiusmodi sunt enumerati succi; & in eum, qui non exacte acidus est, sed cum alio sapore coniunctus,

siue dulci, seu amaro, vel acri. Hinc acidodulces fructus, vt *malapunica*, *pruna*, *morra*, *cerasa*. Multi quoque fructus cum aciditate amarorem habent adiunctum, vt *mala persica* & *cerasa quadam*. Acetum autem est acrimoniæ particeps, & mistæ qualitatis, vt loquitur *Galenus cap. 19. 21. & 26. lib. 1. simplic.* propter caliditatem acquisitam. Vincit tamen in eo aciditas acrimoniam, vt acrimonia aciditatem in oleis sulphuris & vitrioli, arte Spagyrica eductis, quæ propterea linguam vellicant & rodunt, & sola exhibita insigniter calefaciunt. Porro sapor acidus, quantum ad impressionem in lingua attinet, penetrat, mordicat, deterget, vellicat, sed citra calefactionem, nisi mixtam habuerit aliam qualitatem, inquit *Galenus cap. 2. lib. 4. simplic.* in quo discrepabat ab acri, quanquam acida terra fermentent ob partium tenuitatem, cum caliditate à putredine nata.

Acetum.

Austerus sapor siue stypticus moderate linguam & os constringit, exasperatque, atque quodammodo siccat & refrigerat, estque valde peculiaris multis fructibus immaturis, vt malis cotoneis, cornis & pyris multis, præsertim agrestibus. Consistit in media materia, quæ scilicet terrestris & aquea est naturæ particeps, & in qua frigiditas dominatur. Quare sapor omnis austerus frigidus est, moderate astringit, & fluxiones repellit; differtque ab acerbo, quia magis aqueus minusque stringit & exasperat: Cuiuscunque enim saporis vires aquea retundit ac hebetat humiditas, inquit *Galenus cap. 7. lib. 4. simplic.*

Austerus.

Cum autem naturalis calor in ea ipsa materia dominari cœperit, & aquea illa materia terrenæ mista pepansum, hoc est, maturationem acceperit, tunc depulsa, ac euiecta aucta austeritate in eadem materia succedet dulcedo: sicque dulcescunt fructus austeri post maturationem, non tam materiæ, quam qualitatis mutatione.

Acerbus sapor ponticus & stypticus aliquando dicitur, ab austero maioris tantum & minoris ratione dissidet [*Aet. cap. 1. sect. 1. ser. 1.*

Acerbus.

ser. 1.

ser. i.] Eo enim grauior & molestior, atque os & linguam magis constringit, & asperitate validiora coarctat [*Ad. c. 4. lib. 2.*] In materia siquidem magis terrena siccaque consistit, nec aqueæ humiditatis manifeste particeps, in eaque non calor, sed frigus cum siccitate dominatur: nam *acerbum omne frigidum est.* Est vero maxime conspicuus hic sapor in *galla*, in *mespillis* & *sorbis immaturis.*

Dulcis.

Dulcis sapor gustu suauis est, & iucundus, & ventri ac visceribus amicus, inquit Gal. *c. 14. lib. 4. simpl. com. ad aphor. 37. lib. 5.* quia caliditatem habet mitem, seu temperiem laudabilem, quare dulcia solum nutriunt, & infans in utero solum trahit sanguinem dulcissimum. Ab vnctuosos vero dulce distinguitur, quod minus sit gustu iacundū, cum alioquin temperamēto conueniant, & fere similes in lingua impressiones faciant. Quod enim dulce est, linguæ fibras lenit & dilatat, asperitatem demulcet, & quicquid inhaeret linguæ, abluat. Elucet vero dulcis sapor potissimum in *saccharo*, *melle*, *manna*, *glycyrrhiza*, *lacte*, *passulis*, *iuiuis*, & *fructibus maturis.* Eius saporis à Theophrasto quatuor species constituuntur, *lacteus*, *melleus*, *aqueosus*, *vinosus.*

Ab vnctuosos quomodo differat.

Vnctuosus.

Vnctuosus sapor, qui & oleosus, & pinguis dicitur, dulcis est, & nutrit. *Et quicquid nutrit, ex genere est dulcium,* ait Gal. *c. 9. lib. 4. simpl.* Inter se tamen dissident, quod dulciū humiditas aquea sit, pinguiū aerea, vnde celeriter in igne liquefcunt, & eduliorum sunt potius condimenta, quam alimenta [*c. 10. lib. 3. de aliment.*] Exasperatas enim linguæ partes leniunt & implent, vt *butyrum*, *medulla*, *oleum.* Est vero sapor vnctuosus, vel exquisite talis, vt sunt *oleosa* & *pinguia*; vel moderate, vt *radix althea* & *liliorum.*

Inspidus.

Inspidus sapor ad dulcē accedit, defleat vero magis ad frigiditatē, ob aqueam substantiā ab insito calore minus elaboratam, inueniturque in rebus imperfecte coctis & frigidis; nam *alimentum omne ex inspidis pituitosum est* [*Galen. cap. 64. lib. 2. de*

facul. alim.] Proprie vero in *aqua cirrullo*, *cucurbita*, *blito*, *spinachiis*, & similibus obseruatur: nulla enim manifesta qualitate linguam afficit, nec proprie sapor est, sed saporis velur quedam priuatio, vt nominis indicat notatio. Latini *fatuum* solent appellare, quod nulla qualitate manifesta sensum excitet, impressionem vero relinquat ei fere similem, quæ ab hydræleo excitatur.

CAP. XIX.

Quis medicamentorum delectus à saporibus sumatur.

NATURÆ nostræ conseruatio in sanitate, sanitas in temperamēto consistit: à quo, quæ magis recedunt, maligniora sunt iudicanda; & quæ naturæ nostræ magis sunt affinia, eo salubriora. Ex saporibus autem acer & amarus maxime sunt naturæ nostræ alieni & ingrati; dulcis familiaris & amicus. Quapropter, quanto medicamentū purgans ab acri & amaro magis recedit & longius, tanto minus malum putandum est. Nā quæ exacte acria sunt, pessima habentur & nocentissima, vt *euphorbium* & *thymelea*, quæ ob acrimoniam & caloris vehementiam viscera exulcerant.

Exacte acria pessima.

His proxima sunt acria simul & amara, vt *succus vhamni*. Ab his quæ exacte amara, vt *colocynthis*, & *cucumeris syluestris succus*, *elaterium* dictum.

Quæ acria & amara sunt simul, & styptica, vt *aloe*; (quæ *venas potius occludit, quam aperit*, contra Serapionem) non ita mala. Minus adhuc mala, quæ acria sunt & styptica simul, vt *epithimum*. [*Diosc. c. 24. lib. 3. Galen. cap. 4. lib. 5. meth. Pint. cap. 4. lib. 27.*]

Acria & amara. Aloen venas occludere.

Amara & styptica omnium minime mala, vt *rhabarbarum*, & *absynthii ponticum*. Licet enim amara omnium minime putrescant, minimeque vermes procreent, attamen quæ exacte talia sunt, cum omnibus prope animantibus, nedum hominibus, eius inepta sint, authore Galeno, *c. 19. lib. 4.*

Amara & styptica.

D simplic.

simplic. quo sapor aliquis est minus amarus, eo magis seligendus.

Dulcia saluberrima.

In bonorum & salubrium genere, saluberrima sunt dulcia, vt *castia, manna, mel, glycyrrhiza, zizipha.*

Inspida.

Secundo his proxima inspida, vt *althea, lapatum, viola.*

Tertio, dulcia & acida simul, vt *pruna, tamarindi.*

Quarto, dulcia & amara, vt *polypodium.*

Quinto, dulcia, amara, & styptica, vt *rosa.* Quæ enim astringentem habent, salubriora iudicantur. Ideoque quibus medicamentis purgantibus à natura non datur astringentia, ea sæpe adiicitur arte.

C A P. XX.

De tempore colligendi medicamenta, quamdiu vis eorum perduret, & quo tempore melior.

ILLA medicamenti dispositio, quæ extrinsecus acquiritur, quæque magnam vim habet ad ea ipsa seligenda, vel ortum habet à tempore, quo colligenda sunt, vel à loco, in quo sunt asservanda. De tempore vero tria hæc scitu dignissima sunt: *Primum*, quædo sint colligenda. *Secundum*, ad quod usque tempus vis eorum integra perduret. *Tertium*, quo tempore melior ac utilior existat. Quædam enim recentia meliora sunt, quam vetera: alia contra, vetera, quam recentia: alia medio tempore.

Quo tempore colligenda medicamenta.

Quod attinet ad primum, dicimus, medicamenta tunc esse colligenda, quando vis eorum melior est, ac utilior. Verum enimvero non æque ac vno & eodem tempore omnes stirpium partes efficaces sunt & salutare; Nam alio tempore radices, alio eris seu caules, alio folia, alio flores & fructus, semina, succi, lachrymæ colligi debent.

Quoniam tempore quadam radices colligenda.

Sicque radices singulis anni constitutionibus possunt colligi, & non autumno tantum, vt placuit Dioscoridi, Auicenna, & aliis multis. Neque etiam vere solo, vt vo-

luit Saladinus: sed nonnullæ quouis tempore effodi queunt, & colligi, quæ scilicet semper vegetæ sunt & succulentæ, licet caulis aruerit, cuiusmodi sunt radices *buglossi, acetosa, glycyrrhiza, osmunda regalis, api, rusci, cyperi, cyclaminis, liliorū, althea,* & aliorum quamplurium. Nonnullæ cum primum suis foliis exuuntur, quo videlicet tempore vis plantæ confugit ad radicem, tuncque magis est percoctus humor, quam alio tempore, vt *enula campana, angelica, paonia, brionia, buglossum.* Quædam vero euellendæ ac colligendæ antequam in stolonibus, foliis, flores, & semen tota plantæ vis abeat, vt *polypodium, iris, sigillū beatae Mariae, gentiana, satyrium.* Quædam tamen vere & autumno collectæ optimæ sunt, vt radix *althea, liliorum, eringiorum, acori, oxalidis, raphani,* & multorum, quæ copiosum naturalem succum continent.

Stipites autem & caules colligendi sunt, quando stipites, folia & flores, quam sponte decidunt; semina, cum sicca- & flores, & cæperint, & antequam excidant; tunc & cæ. enim magna ex parte perfecta sunt: Fructus, ubi maturuerint. Succis herbarum & foliorum, germinantibus adhuc cauliculis.

Lachrymæ vero eliciendæ & expriment- *Lachryma.* dæ inciso caule per adolescentiam, vt vere *Omnia.* nouo, aut ætatis initio, dum in stipitem succus ascendit. Omnia vero, si fieri possit, cæli constitutione serena colligenda sunt, consilio Dioscoridis.

Quamdiu autem vis medicamenti non *De duratio-* modo purgantis, sed etiam alterantis & *ne virtutis* roborantis perduret, nõ definite statui potest, ac iudicari. Cum enim sua sit cuiusque ætas, & suum in singulis vetustum ac reces, non idem est omnium durationis tempus. Nam *rhubarbarum* trium annorum adhuc recens est ac masculum, hoc est, potens ac validum. Alia citius exolefcunt, vt ex radicibus, quæ tenues sunt & substantiæ raræ, velut radix *phulasati, satyrionis,* quæ efficaces & valentes anno tantum durant.

Nonnullæ quinq; vel sex, vt *aristolochia, cyperus,*

cyperus, rufus; alia decem, vt *centaurium maius*. Et, vt placet Theophrasto, alia tringinta annos durant, vt *veratrum*: alie quadraginta, vt *chameleo niger*: & quedam centum, vt *elaterium*. Et si vera narrat idē author, *elaterium* repertum est ducentorum annorum, quod optimum erat & pretiosum. Ideoque in genere vix statui potest, ad quod vsque tempus vis medicamēti, præsertim purgantis, perduret efficax, sed speciatim tantum de singulis, cum de his particulariam differetur in officina pharmacopolarum, vbi medicamentorum compositio fuisse declarabitur.

Hæc tamen regula generalis de his statui potest, si non perpetua, saltem in plerisque vera, vt *quæ medicamenta rara tenuiq; substantia constant, quæque plurima luxuriant humiditate, breuiore tempore durans efficacia. Quæ vero crassa & solida, minusq; humida, longiore*; quia vis eorum non ita facile exoluitur aut perit.

Quando vis medicamētorum præstantior.

Tertium superest inuestigandum, quo scilicet tempore vis medicamentorū purgantium sit melior; cum alia recentia sint meliora, quam vetera; alia contra; alia ætate media. Atque vt hæc dignotio certa sit, & electio optima fiat, desumi debet ex quibusdam saporum differētiis, & ex substantiæ varietate, quibus iudicamus, recentia quædam vetustis esse meliora, vt styptica, vt amara. Quæ cum propter insitam siccitatem mala sint, vetustate fiunt deteriora, quia siccitas in his tempore augetur. Recentia vero humiditatem obtinent, quæ in ipsis excessum tum caloris, tum siccitatis temperat.

Quando recentia meliora.

Quæ etiã virtute imbecilla sunt, vt flores *violarū, borraginis, hyacinthorum, buglossi, yoris marini*, vel quorum in superficie virtus est posita, ob idq; facile resolubilis, propter substantiæ raritatem, ea recentia vetustis sunt meliora, vt flores pene omnes, quorum præsertim odor cito perit.

Quando vetusta meliora.

Contra vero vetusta quædã recentibus meliora sunt; primum quidem acria, quæ senium sunt partiū, quia igneus calor in

superficie positus, à quo mordent & vrū, vetustate exspirat. Quæ vero acrimonia intus remanet, tempore mitescit ac frangitur, vt de *euphorbio* narrat Galenus *cap. 2. lib. 3. de comp. med. gen.*

De *allio & cepa* non est eadem ratio, quoniam acrimonia à calore est cum humiditate multa coniuncto, qua absumpta, redduntur acriora: proinde recentia sunt meliora.

Secundo, quæ validam habent à temperamento virtutē, & difficile resolubilem, ob substantiæ densitatem, nec in superficie positam, sed intus reconditam, ea vetera recentibus sunt meliora: quæ enim est in his excrementitia humiditas, ac superflua, tempore absumitur, manente naturali, ob substantiæ densitatem.

Media vero ætate multa meliora sunt: *Quæ medicina* Primo, dulcia: Secundo, insipida: Tertio, *ætate meliora.* falsi. Dulcia quidem, quia recens collecta ob humiditatem multam indigestam flatulenta sunt; vetustate vero amarescunt.

Insipida etiam recentia humore superfluo abundant, à quo flatulenta sunt & nauseabunda; antiqua vero exanimata sunt.

Salsa denique nec valde recentia, nec vetusta debent esse: hæc enim propter auctam siccitatem & desumptam humiditatem propriam amara fiunt & acria, proinde deteriora; illa vero propter superfluum humiditatem ventriculum turbant ac subuertunt.

Antiqua autem & recentia pro cuiusq; natura, non ex dierum, mensium, vel annorum pari numero sunt intelligenda: unde vetustum ac recens in omnibus æque statui non potest, cum non eodem dierum numero omnia perdurent omnino, sed alia citius, alia tardius senescant.

Vetustum & recens non omnibus æquum.

C A P. XXI.

Quis medicamentorum purgantium ex loco sumatur delectus.

MEDICAMENTVM purgans benignum à malo secernitur loco; vel natali, in quo

in quo plantæ nascuntur & viuunt; vel alteri plantæ vicino aut remoto; vel soli propinquo, aut remoto magis, vel illi exposito, aut obtenebrato. Neque enim parui est momenti, quo quæque loco planta proueniat, cum ab eo vnâ cum alimento virtutē quoque alliciat, quam ipsa natura ipsi loco impertiuit, [Galen. cap. 1. lib. 3. de sympt. caus.] Arbor enim ex Perside non solum in Numidiam & Ægyptum translata, malignam qualitatem deponit, sed etiam apud nos aduecta salutaris est, & poma fert esui gratissima & salubria.

*Cloacarum
factor ac
putredoplan-
tas insalu-
bres reddit.*

*Hortorum
suburbano-
rum insa-
lubria olera.*

Locus autem, in quo planta & medicamenta à plantis desumpta proueniunt, vel est congestitus, & fimo, cæno, tetrisque halitibus conspurcatus, vel liber ab omnibus olidis inquinamentis, vel calidus aut frigidus, humidus aut siccus.

In loco libero, cloacarum sentinam & sordes non admittente, plantæ medicamentosa, atque etiam alimentares proprietatem acquirunt suo generi & propriæ naturæ debitam ac conuenientem, dum naturali sua facultate attractrice humorem ex terra sibi familiarem attrahunt, & in sui nutritum conuertunt; ut quæ dulci gaudent humore, dulcē; quæ amaro, amarum; quæ salso & nigro, salsum & nitrosum.

In loco vero nō libero & coacto, ut sunt horti suburbani, qui magis finium, quam terram redolent, alioqui melones, cucumeresque alere minus idonei, non suo generi, vel naturæ debitam, sed rei admixtæ, ut fimi vel alterius rei acquirunt proprietatem. Proinde melones, lactuca, aliaque olera, quæ in eiusmodi locis putidis aluntur, insalubriores. Et omnia medicamenta, quæ in loco libero nascuntur, meliora, & potius eligenda.

*Calida loco
calido nata,
qualia.*

Quæ vero immoderate calida sunt, in loco calidiore nata, deteriora sunt; frigida, in frigidiore. Locienim ad plātas similitudo qualitatem & malitiam intendit & auget, dissimilitudo temperat ac reprimat. Vnde quæ humido abundant excrementitio, ut *arpeethum, hermodactilis, polypodium*, in lo-

co humidiore nata & educata, quia propter humiditatem terræ siccitas & acrimonia retunditur, ut ex *pyrethro, hydropipere*, & aliis quam multis est notum.

Vicina autem & societas plantæ vnus ad alteram, qualitatem aliquando meliorem, & sæpe deteriozem efficit; proinde nec est ad medicamentorum delectum asperranda.

Lupini enim vitem meliorem reddunt, quod racemos ferat dulciores, si iuxta eam serantur; *ebaphanus hermodactilos*.

Epithymus ex *thymo* laudatur: improbat, qui colligitur ex *ocymo*. *Polypodium quernum* optimum est: quod ex muris & parietibus vetustis colligi solet, damnatur.

Cassia quoque arbor in agro sola, vel eiusdem arboris vnica siliqua melior. Contrarium vero de *colocynthide* verum esse *superius*, cap. nempe 8. huius lib. ostendimus. Quædam enim vicina & numero meliora, alia deteriora fiunt.

A loco autem subfolari, seu soli, vel astris quibusdam magis propinquo aut remoto, quædam meliora existunt, aut deteriora. Sic *senna orientalis, iris Illyrica & Florētia*, angelica Hispanica, *thymus Creticus, bitumen Iudaicum, cuminum Æthiopicum, petroselinum Macedonicum, capillus Veneris Mompelliensis, stæchas Arabica, opium Thebaicum, amomum Scythicum, mastiche Chia, pruna Damascena; manna Calabrienfis, rhabarbarum*, hoc est, radix Barbariæ, *Arantia* ex agro Narbonensium aduecta meliora, quam aliunde creduntur, ob terræ proprietatem, & causæ efficientis, nempe cælestis, virtutem.

Verum à Solis & syderum aspectu, & à vicina parum certa est indicatio, & maligni à benigno parum tutus delectus; quoniam vix scire possumus, quo loco quæque proueniant, vicina aliis necne: aut quæ astra benigna vel maligna quæque respiciant, estque fides penes eos, qui vel radices effodiunt, vel reliquas plantarum partes colligunt.

Et quemadmodum in quibusdā numerus

vim immutat: & qualitatem, vel intendit, vel remittit, vt pomum *colocynthis* in plāta vnicum ostendit; sic etiam magnitudo, aut paruitas: nam vis plantæ & terræ diffusa, multisque remissior est: coacta vero in plantam vnicam, aut vnicum fructum, valentior. Multi tamen fructus paruitate, vt *cappares* & *Massiliensos ficus*; alii magnitudine, vt *semen carthami* & *medullola semina* laudantur.

C A P. XXII.

De delectu medicamentorum purgantium à facultatibus sumpto.

QVOMODO medicamenta purgantia seligi debeant, indicatione sumpta ab illorum substantia, temperamento proprio, qualitibus secundis temperamentum sequentibus, à dispositione extrinsecus acquisita; ratione loci, temporis, numeri, magnitudinis & paruitatis, breuiter, perspicue tamen ostensum est. Superest, vt eorundem delectum, qui à facultate purgatrice sumitur, paucis adhuc perstringamus. Ea autem licet inuenitur à primis & secundis qualitibus, cælestem tamen, ait Mesue, sortitur originem, & eam proprietatem habet specificam, qua medicamentum in ventriculo receptum, & à nostro calore sollicitatum, humorem sibi familiare, vt alibi notauimus, ex venis & meatibus corporis sensum effugientibus, ad se, ac in alium attrahit: tuncque grauata natura & medicamenti & humoris attracti onere, viam vtrique parat ad excretionem; aut vomitu per os, aut deiectione per inferiora. Vnde purgantium medicamentorum duo genera distinguuntur; vnum vomitorium seu eiectionem; alterum deiectionem: quæ distinctio ab excretionis seu vacuationis modo sumitur.

Est vero deiectionum vomitorio per se optabilis, cum natura viam inferiorem expurgandis recrementis dicauerit; superiorem vero excipiendis alimenais. Vnde frequentius, dum sua sponte agit natura,

nulla laceffita causis morbificis, per loca conferentia, inferiora nempe ducit, seu deicit. Interdum tamen vi medicamenti per se vomitorii, aut humoris turgentis impetu proritata, medicamentum & humores simul foras per os excludit. Quo fit, vt eiectione deiectionis aliquando potiora & vtiliora, vt his accidit, quibus prima corporis, & maxime superioris ventriculi regio multa bile saturata est, quæ propter leuitatem & tractionis facilitatem facilius & citius per vomitum extrahitur. Propterea his & gracilibus, qui vt plurimum biliosi sunt, Hippocrates imperat vomitum, præsertim æstate: *Graciles*, inquit *Aphor. 6. lib.*

4. *Et ad vomendum faciles, per superiora purgandi, cauendo hyemem.* Et *Aphor. 40. lib. 4. Æstate superiores magis ventres, hyeme inferiores purgare docet.* Humor enim crassior & frigidior hyeme collectus per secessum facilius educitur. Vnde peritus Medicus aliquando deiectionis, & nonnisi quam eiectionis vitur, prout humoris turgentis conditio postulat, & ægri natura facile fert. *Nemo enim cogendus est vomere*, ait Galenus *lib. 1. de loc. affect. nisi sit ad vomendum procliuus.* Et *tubidi nunquam per vomitum purgandi.* Nec qui *pectus habent angustum.*

Quod si vomitus aliquando, quibus eiectione seligen. uenit, imperandus, per ea concitetur medicamenta, quæ sine molestia graui ventriculum subuertunt, minimeque per elloborū *Aduertans album*, Galeni iudicio [*libro quos, quando, iuniores Medici, vomitoria etiam fortissima cuiuscunq; atatis hominibus indifferenter præscribentes, nulla habita ratione mor-*]. ne vas aliquod thoracis dffrumpatur. Minus adhuc multo per stibium, quo vafri circulatores multos, & interdum seipfos interimunt; vt ex mirabili *atatis hominibus indifferenter præscribentes, nulla habita ratione mor-* constat historia apud Cornelium Gemmam *ca. 4. lib. 2. pag. 239. linea 14.*

Idem delectus seruandus in cæteris purgantibus, vt benigniorib. semper vtamur *scribentes, nulla habita ratione mor-* morbificis humoribus analogis: Nam oportet biliosis dare cholagogum, ait Galen. pituitosis phlegmagogum, melancholicis melanagogum: aliter grauis peccatur.

Sanguini autem per os, aut sedem purgando, nullum

*πικροχολο-
ναιω quomo-
do purgandi.*

Qua vomitoria seligen.

*Aduertans album, Galeni iudicio [*libro quos, quando, iuniores Medici, vomitoria etiam fortissima cuiuscunq; atatis hominibus indifferenter præscribentes, nulla habita ratione mor-*].*

Purgantium duo genera.

*Sanguini
purgando
medicamen-
tum non
dandum.
Historia
notanda.*

*Herba san-
guinem pur-
gans.*

do, nullum praescribitur medicamentum ha-
magogum, quia iugulare, non purgare homi-
nes foret, ait Galenus cap. 1. lib. de purg. med.
facul. Quod confirmat historia cuiusdam
rustici Thracii Bithiniensis, qui herbam
inuenit, quam si quis assumpsisset, sangui-
nem primo, tum vitam emittebat. Multis
itaque hoc pacto morientibus, cum hoc
facinus diligenti inquisitione dignum ar-
bitraretur magistratus, veneficum com-
prehendit, qui interrogatus, à quo tam de-
leterium edidicisset venenum: Respon-
dit, à nullo didicisse; verum cum in subur-
banum aliquando iecur suillum deferret,
urgente ventre super herba quadam iecur
deposuisset, quod aliquanto post, cum su-
stulisset, vidisse ex vniuerso iecore vniuer-
sam saniem ad herbam confluere. Ex hoc
coniectura facta corpori sanguinem ea
detrahi posse, periculo mox in obuium quo-
dam facto, vt verum comperit, quod fore
iudicabat, ad malos vsus herbam deinceps
transtulisse; se tamen alicui hanc herbam,
quæ in illa regione erat plurima, monstra-
se negauit. Hæc veneficus inter tormenta
retulit, & vincētis oculis ad crucem ductus
est, ne inter eundem herbam indicaret.

Relictis igitur medicamentis, quæ san-
guinem ducunt, tanquam venenis, alia a-
liis humoribus analogia non modo seligē-
da, sed etiam quæ partes quasdam affinitate
respiciunt. Sic prudenter Medici præ-
scribunt *agaricum*, *stœchadem*, *besonicam*
ad capitis multos affectus; *mannam* & *cas-
siam* ad thoracis & renum morbos; *Aloem*,
myrobalanos, *absinthium* ad ventriculum
purgandum & roborandum; *Sennam*, *a-
sphenium*, seu *scolopendrium* ad lienem;
Hermoadactilos & *chamopytim* ad articulos;
Saluiam & *rorem-marismum* ad neruos.
Non ita tamen astricta sunt cuiuspiam parti
hæc medicamenta simplicia, quin aliis
quoque conueniant.

Et quemadmodum familiaritate qua-
dam multa medicamina, siue simplicia, si-
ue composita, peculiariter certam partem
roborant: Sic nonnulla opposita ratione
partes corporis quasdam destruunt, vel
manifeste lædunt, vt *lepus marinus* pulmo-
nes, *cantharides* vesicam, *cicutæ* cerebrum,
vt superius notatum est. [*Gal. cap. 1. lib.
1. compos. medic. purgans.
nera.*]

*Medicamen-
ta partibus
affinia.*

FINIS LIBRI PRIMI.

INSTI-

INSTITVTIONVM
PHARMACEVTICARVM
JOANNIS RENODÆI
LIBER SECVNDVS;

In quo de medicamentorum præparatione
agitur.

CAPVT I.

*Medicamentis omnibus, vt alimentis, aliquam præpara-
tionem deberi.*

NON modo medica-
nè compositum, ac
tequam ex multis ar-
te & industria simul
vnitis emergat, varia
præparatione eger,
sed etiam, quod sua
sponte & naturaliter
tale est, ac simplex, ad vsus humanos vix
refertur, apparatu quodam non immuta-
tum. Alimenta etiam, quibus vescimur, si
assatione, aut elixatione, aut alia præpara-
tione conuenienti careant, belluarum
magis, quam hominum videntur esse. Bo-
num siquidem est & iumentorum fœno ves-
ci & eruo, naturæ solius opera paratis; quæ-
que simul & meat, & apparat maris insecta
pisciculis, & piscibus pisciculos. At homi-
ni quasi ingrata tellus & male feriata, ne-
que vinum, neque panem porrigit, sed mel-
loribus tantum post indefessos labores &

expectationem longam, triticum pollice-
tur, quo solo multa cœli volatilia, quadru-
pedaque nutriuntur optime: homo vero
nequaquam, nisi ex eo aqua & fermento
conficiat panem. *Homini enim non sufficit
idem cibus ac potus, ait summus Dictator,
lib. de veter. medicam. qui boui ac equo, &
omnibus aliis, vltusi sunt ex terra nascentia
fructus, herba, & fœnum, ex quibus a-
luntur & viuunt. Nam differt corpus
à corpore, natura à natura, alimentum
ab alimento, inquit idem lib. de flatibus.*
Non enim omni animantium generi,
eadem aut non conferunt, aut commo-
da sunt, sed sunt alia aliis magis conue-
nientia.

Quæ vero nunc inuenta sunt edulia, *Medici pa-
multa arte sunt à Medicis excogitata, qui niscium do-
ex tritico cortice purgato, molito, cri-
brato, subactò & cocto panem conficere
docuerunt.*

Sigituresculenta, potulentaque hominis temperamento familiaria, præparatio- ne quadam, vt assumantur, egent: multo magis medicamenta simplicia. De com- positis enim dubium nõ est, cum talia esse non queant, nisi arte prius & præparatio- ne multa condita fuerint ac concinnata.

Inter autem simplicia, quod catharti- cum appellatur, naturæ nostræ qualitatem aduersam habet, ac pene deleteriam [A- ctuar. cap. 7. lib. 3.] qua ratione tale est, & vincere, non vinci natum. *habetque medi- camentũ omne purgans quidpiã ipsi vetriculo, & præcipue stomacho insensũ & ingratiũ.* Proinde vt noxia vis ab eo remoueatur, aut gratia quædam ipsi concilietur, præpara- tione & correctione, priusquam exhibea- tur, eger, vt eius actio sit melior, & ægro i- psi minus molesta. *Nihil n. à natura gigni- tur, quod in hominis mensam trahi debe- at citra quandam præparationem.*

Præparantur autem medicamenta, vt v- sui & compositioni reddantur commodio- ra: Ea enim vel graviora, vel validiora, vel salubriora, vel magis miscibilia, vt loquitur Sylius, efficit præparatio. Sic vtimur radi- cibus & foliis lotis & coctis, non crudis, vt etiam pulueribus, infusionibus, succis, a- quis stillatitiis, liquoribus, decoctis, non plantis integris. Sic medicamenti faculta- tem vnã noxiam tollimus, vt cum vipere v- tigis cæcæ, ac capite & cauda abscissis, mi- nus venenata redduntur; vel desideratam deregimus, vt cum sanguis hirci ad comi- nuendum calculum redditur efficacior, si prius *saxifragis & lithospermo* educatus fuerit; vel nouam acquirimus, vt cum ca- pram aut asinam *scammonio, esula,* aut aliis purgantibus herbis alimus, vt lac purgato- riam facultatem nanciscatur.

C A P. II.

De præparationum differentiis.

Præparati-
ones tantum

○ MNIS medicamentorum præparatio generaliter fit tribus modis *additio-*

ne, detractio, & immutatio. Additione tres genera- les.

præparatur *agaricus* cum *zinzibere & vi-*
no: coriandrum cum aceto: caro viperarum
præmissis flagris cum *pane & aniso.* *Detra-*
ctio præparantur *cantharides* abscissis pe-
dibus & alis: *hordeum* detractis glumis &
cortice: *amygdala* dum mundantur: radi-
ces dum lauantur, purgantur, & illarum
meditullia neruea eximuntur: *Immutatio-*
ne, cum artificiosa quadam industria ipsum
medicamentum sic paratur, vt vis eius no-
xia ab eo remoueatur, vel melius ipsum aut
ad vtendum, aut ad componendum effi-
ciatur. Indiget vero sæpe artificiosa ista
præparatio aliis duobus modis, adiectione
sciũcet eorum, quæ profunt, & eorum de-
tractione, quæ obstant. Sic additur *castore-*
um & crocus opio, vt illius malefica vis em-
detur: sic *cyaneus lapis* vritur, vt illius per-
eat purgatoria facultas antequam abeat in
confectionem *Kermeticam.*

Præparationis autem medicamentorũ *Quatuor*
artificiosæ quatuor modi magis particula- *præparatio-*
res à Mesue traduntur, *coctio* nimirum, *lo-*
tio, infusio & tritura; præter quos alii plu- *nes secundũ*
res traduntur à Medicis recentioribus, qui *Mesuem.*
Pharmacopœam excoluerunt, vt lotio,
purgatio, infusio, humectatio, maceratio,
dissolutio, clarificatio, emollitio, colatio,
extractio, solutio, digestio, fermentatio,
tritura, puluerisatio, confricatio, rasio, li-
matura, fissio, coctio, calefactio, vstio, fri-
xio, affatio, liquatio, putrefactio, insolatio,
extinctio, refrigeratio, despumatio, exsic-
catio, induratio, destillatio, mixtio, fartu-
ra, conseruatio, duratio: Generaliter tamẽ
humectatio, maceratio, dissolutio, emol-
litio, & quæ aqua vel humido quodam e-
molliuntur, sub infusione solent compre-
hendi: puluerisatio, rasio, & quæ attritu læ-
uigantur, sub tritura; calefactio, vstio, fri-
xio, & quæ igne aut calore parantur, sub
coctione: sicque infiniti pene præparatio-
num modi ad aliquot summa genera faci-
lius reducuntur.

Spagyricis frequentes sunt isti præpara-
tionũ modi, calcinatio, digestio, fermenta-
tio,

tio, destillatio, circulatio, sublimatio, fixatio. Ad destillationem pertinet exaltatio, exhalatio, circulatio, cohobatio, rectificatio. Cohobationem vocant destillationem iteratam, qualiquor destillatus denuo affunditur ad suum caput mortuum, & rursus destillatur.

Verum relictis preparationibus chymicis, quas saepe praestat scire, quam experiri, medicamentorum solitos apparatus & principum Medicorum salutaria remedia persequamur, quibus secure, ac sine metu periculi, quiuis ad morborum depulsionem & sanitatis tutelam uti possit: cuiusmodi sunt ea, quae a Pharmacopoeis quotidie palam ac coram omnium oculis parantur: atque vel in rem praesentem, vel ad multum tempus in officinis conseruantur. Ex his n. pro rei exigentis necessitate, modo haec, modo illa seligit Medicus; & quantum & quale huic vel illi morbo conueniat abigendo, praescribit. Non vero parat, neque praebet, sed fidus Pharmacopoeus, qui propterea Medici manus vocatur. Sic enim tutius est sanitatem & vitam duobus committere, quam vni, qui dum solus medicamenta praescribit, parat & praebet, ut ius habet vita & necis, sic impune saepe occidit. Quod cum sit impium, instituendus est Pharmacopoeus, qui solito more medicamina parat, & ad futuros vsus conseruet.

Nolo tamen omnia Chymicorum remedia a Pharmacopolio ablegare: multa enim sunt eximia virtutis ad plures affectus cotumaces soluendos, sed quibus docti tantum debeant uti non ignari circulatorum & agyrtarum vafri, qui vix norunt antimonium calcinare & vitratum efficere, quin Galeo & Gebro doctiores se profiteantur.

Adrem igitur reuersus, varias esse dico medicamentorum preparationes; quas vt ordine persequar, initium sumam a lotione: mox de his acturus, quae interdum cum aqua etiam simpliciter sunt, saepe cum medicamentaria, vel alio succo aut liquore: Tum eos apparatus ostendam, qui ictu, aut attritu & confricatione perficiuntur. Quar-

to, quos calor absoluit, explicabo, quibus eos adiiciam, qui mixto modo peraguntur.

CAP. III.

De lotionibus.

LOTIO medicamentorum vltimus est preparationis modus Syllio, quibusdam medicamenta priusquam vsui nostro inseruiant, ante omnem preparationem debeant primo lauari, licet quaedam non nisi vsta, aut trita, vel pinsita abluantur.

Est autem lotio medicamentorum duplex, vna superficialia tantum, quae sordes in superficie radicibus herbarum & aliorum medicamentorum simplicium inhaerentes detrahit: Estque communis etiam caeteris rebus, quae luto, aut aliis inquinamentis conspurcata abluuntur. Altera vero magis intima, quae scilicet fit foris & intro, & per totam rei abluendam substantiam; Fitque ea medicamentorum preparatio in aqua vel alio liquore ad noxiam quandam qualitatem remouendam, vel vtilem aliquam introducendam, prout morbus, vel aegri natura, vel occasio postulat.

Res autem abluenda vel dura est, solida, & lapidosa, qualis est testarum, ossium, lapidum, succorum concretorum, lacrymarum siccarum, & metallorum; vel per se liquida, vt *terebinthina*, vt *oleum*; aut facile liquabilis, vt *cera*, *pix*, *resina*, *butyrum*; aut dissolubilis, vt *calx*, *bolus armena*, *lythargirium*.

Quae dura sunt & solida, ante lotionem tenuissime puluerisanda sunt; aut vrenda, deinde terenda, si citra vstionem teri non queant, vt ebur, aut cornu: sicque humor aut liquor partem quamlibet attingit, abluat & purgat.

Quae facile liquantur, vt *cera*, prius calfacienda sunt, vt liquata facilius cedant, & permeabilia fiant. Si per se prompte dissoluantur, aqua vel succo quodam perfundenda sunt, deinde lauanda. Si per se liquida sunt, talia sunt abluenda, qualia ipsa sunt.

E Liquor

Cohobatio quid.

Quae potissimum medicamenta probanda.

Pharmacopaeus Medici manus.

Chymica remedia non negligenda. Qui debeant uti chymicis remediis.

Lotio. Infusio. Trituratio.

Primus preparationis modus, & cur.

Lotio duplex.

Lotio quid.

In quibus liquoribus fiat lotio.

Liquor autem, in quo fit lotio, aut aqua pura est, vt fontana, vel pluuiialis; aut medicamentosa, qualis sulphurea, marina, bituminosa; vel alius humor, vt lac, vinum, acetum, succus plantarum, aquæ stillatiuæ, & decocta simplicium medicaminū. Est vero lotio vel multa & fortis, vel pauca & leuis, vel mediocris. Res enim, quæ lauantur ad sordium detractionem, vel fortiter vel leuiter abluī postulant, toties aqua mutata, donec pura remaneat, & omnis impuritas fuerit segregata & eiecta.

Imbutio quid.

Quæ vero medicamento liquore lauantur, ea in ipso per noctem aut horas aliquot residere debent, vt ex liquore maiorem vim attrahant, aut malignam à se qualitatem magis abiciant. Abusue tamen lotio dicitur Syllio, cum sit potius infusio, aut maceratio, vel, vt ipse loquitur, imbutio. Liquor enim medicamento facultates vel non, vel raro adfert, sepius aufert, vt infuso rheo videmus, cuius vis purgatrix in succo, aut liquore remanet.

Quid efficiat ablutio. Aloe cur abluatur.

Medicamenta autem non tam lauantur, vt eorum facultas aboleatur, quam vt augeatur. Sic aloe lauat, Mesuei iudicio, cum aqua specierum aromaticarum, vt magis roboret; & aliquando cum decocto purgante, vt alium magis subducatur. Non tamen semper lauat, vt eius purgatrix facultas intendatur, sed calor illius obtundatur, vt cum aqua endiuia, vel cichorii, aut simili abluatur, ne iecur illius vsu nimium exastuet; frequentius autem nutritur, quam lauat.

Metallica vt abluenda.

Itaque lotio medicamentis vel adfert, vel aufert, efficitque non modo, vt sordes detergeantur, sed vt acrimonia quorundam hebescat, malignitas pereat, violentia obtundatur, & felicius assumantur, vel admoueantur.

Metallica vt commode lauentur, debent tenuissime læuigari, deinde in aqua puram, aut aliam medicamentosam immissa, totum diem in feruido sole rudicula commoueri, & per noctem residere: Mane vero aqua effunditur, & alia denuo affunditur,

atque simul omnia, vt prius agitatur, donec aqua tandem effusa pura remaneat ac limpida: hocque pacto mordacitatem & acrimoniam, si quæ sit, deponit. Pompholix enim sic lota, mordacitatis omnis est expers, atque ob id ea vtimur ad tenues & acres fluxiones oculorum, ait Gal. c. 2. lib. 4. de comp. med. local. Idem sentiendum de calcitride, misy & pluribus aliis metallis, quæ vsa & lota ac redinem multum remittunt, vt pluribus docet idem 4. compos. med. gener. cap. 2.

Tutia lotio.

Veteres cadmiam vsam lacte asinino mitigabant: Secundo & tertio vrebant & extinguebant, tum in mortario diuissime aqua affusa ducebant, siccatam rursum bis aut ter in mortario cum aqua ducebant: Tandem siccabant, & ad vlcera oculorum siccanda, & arcendas fluxiones seruabant.

Cadmia lotio & præparatio.

Vlceribus oculorum cadmia loca conuenientissima.

Cerussa lotio.

Cerussa sæpe in lacte lauat, nonnunquam in aqua pluuiæ; & aliquando in stillatitia pro vario Medici scopo.

Chalybis lotio vulgaris.

Vulgus Pharmacopæorum chalybis scobem in aceto lauat, Arabum consilio; deinde siccat in latere calido, vel feruente sole, siccam rursum ex aceto terit, siccat vt ante: idque septies repetit. Iste tamen apparatus simplex non est lotio, sed multiplex præparationis modus. Laboriosus adhuc à Chymicis præparatur limatura ferri, quo suum Crocum martis efficiunt, de quo lib. 3. offic. pharmac. differimus.

Plumbi lotio.

Plumbum dicitur abluī, quando aqua pluuiæ in mortario plūbeo tam diu pistillo plumbeo agitatur, ac ducitur, donec aqua instar limi cuiusdam nigricantis crassescat: Tunc liuescens ille liquor colatur, exsiccat, in pastillos formatur, & seruatur.

Adipum & medullarū ablutio.

Adipes, & medulla liquantur, deinde percolantur, vt eximantur fibræ, venulæ, & membrana: Tum in aqua succussantur, quæ postea effunditur, & rursum alia affunditur, donec pura remaneat.

Iecoris lupi præparatio.

Iecoris lupi præparatio, illius lotio est & exsiccatio. Lauat, vino odorato simplici; sæpe & eo, in quo absinthium fuerit incotum. Probe lotum exsiccat in clibano, deinde cum absinthio sicco aut menta reconditur in loco sicco.

A qui-

A quibusdam commendatur ad hepatis atoniam & imbecillitatem. illius tamē faporis & odoris insuauitas officit, & apud me vix cōmendatur, sed omnino reiicitur.

Intestini lupi preparatio.

Eodem modo lauatur & seruatur intestinum lupi, sed in aere tantum aquilonio exsiccat. Laudatur à quibusdā proprietate speciali ad colicum dolorem, vt notauimus supra.

Olei lotio.

Oleum, dum in aqua lauatur, non est multum verberandum, ne aquæ adeo miscetur, vt post abluionem vix possit ab aqua separari, sed ita, vt paulisper quiescere siueris, facile queas innatans detrahere, ait Galenus cap. 15. lib. 2. simpl.

Resinarum & picis lotio.

Resina, cera, pix liquantur primum ad ignem, deinde in aquam puram fontis demerguntur, vbi permouentur & expurgantur, ex Gal. c. 14. lib. 1. comp. med. gener. c. 58. lib. 9. de simpl. med. fac. c. 3. lib. 6. Meth.

Calcis ablutio.

Calx quoq; licet vehementer vrat, abluta tamen bis, terq; mordacitatis est expers, & neruo puncto exquisitissimo sensu p̄redito salubriter admouetur. Melius nonnulli septies vel etiam pluries aqua noua abluunt, & postea cogunt in offas, quæ siccantur & seruantur.

Minutius autem singulas cuiusq; medicamenti præparationes inuestigare superfluum, ac lectori onerosum videretur: tum quia de his iam fusissime Syluius egit: tum quia in officina nostra multas multorum medicamentorum lotiones, aliasque præparationes adiunximus, quæ compositiones in illa descriptas ingrediuntur.

C A P. IV.

De purgatione medicamentorum.

LOTIONE quidem sordes permixtae medicamentis eluuntur, sed pars illorum inutilis, aut superflua, vel noxia non repurgatur. Millies enim elorum hordeum vix decorticatur; neque alia semina à suis glumis & inuolucris, nec fructus à cute ac corticibus, aut nuce à putaminibus, neq;

adipes à suis membranis sola lotura repurgantur. Proinde *cremor hordei*, iussu Hippocratis, ab eo ipso prius mundato, seu cortice purgato elicetur. Et prudenter artis Pharmaceuticæ procures semina quatuor frigida maiora in Catholici descriptione à suis squamis polienda esse statuerunt.

In vniuersum omnia pene medicamenta plus minus repurgantur detractione, quæ non tam lotionis fit, quam sectione, rasione, fractione, aut alia quadam artificiosa manus industria. Sic radicum cortex exterior abraditur, aut capillamenta præscinduntur, aut meditullium eximitur. Aliquando tamen medicamenta non quidē à cortice purgantur, sed cortex ab illorum partibus singulis tanquam superfluis vel inutilibus. Ex *cinamomo* enim sola cortex multum expeditur, ex *zingiberæ* radix, ex *santalibus* lignum; ex *cannu* medulla; ex *capillatibus* folia, ex *rosis* flores, ex *pipere* semen. Reliquæ partes fere inutiles cum sint, repurgantur, vel minus expentur.

Radicum purgatio.

Eam ob rationem medulla fistularis discernitur è canna & seminibus, *passula* purgantur ab acinis, *dactyli* à nucleis, ex *rosis* eiicitur lanugo, ex *colocynthide* semen, ex multis seminibus cortex, ex multis fructibus nihil. Cortex namque *citri*, seu *mali* succus, semen, odor, omnia utilia.

Malum Medicum.

Nuces & amygdala cum triplici induantur inuolucro, ter debent repurgari. Primum siquidem corium aliis crassius eximitur, dein nucamentum confringitur, tum quod proxime nucleum, tanquam amnios foetum inuoluit, seiungitur.

Nucum & amygdalarum præparatio.

Debent vero in aqua calente macerari, & digitorū contrectatu confricari, vt facilius repurgentur: *hordeū* tamen vix exiit post macerationem, nisi multo pistilli attritu varie ductum fuerit ac commotum.

Adipes vt purgantur à membranis, frustatim solent diuidi, & eultello aut digitis separari. Nonnunquam igne liquantur, & per linteum traiciuntur, sic enim pinguedo sola facile transmittitur, remanentibus in linteo pelliculis & membranis.

Adipum purgatio.

*Metallorum
purgatio.*

Metalla solent repurgari attritu, fusione, & aliis preparationibus, de quibus postea fusius ageimus. Quibusdam vero maior purgatio debetur, aliis minima, quibus scilicet rei inutilis est per pusilla portio.

C A P. V.

De infusione.

*Infusio
quid.*

INFUSIO est preparatio medicamentorum, qua in humore aliquo nostrae intentioni conueniente, medicamenta minutim incisa, aut trita infunduntur; idque per horam tantum, aut plures, vel dies, etiam hebdomadas, pro varia medicamenti natura, & Medicorum scopis. Quae enim duram habent substantiam, compactam, & qualitatem firmiter substantiae inhaerentem, diutius terenda & infundenda sunt: Quae raram & imbecillam, minus.

*Infusionis
usus.*

Infusionis autem tres potissimum usus traduntur; ut malefica vis medicamentorum emendetur, aut penitus absumatur; ut bona melior reddatur; vel ut eorum qualitas in humorem aut succum utendum transferatur.

*Turpethi
preparatio.
Mezerii &
laureola ap-
paratus.*

*Quinque
radicum
aperientium
preparatio.
Urtica semine
quibus con-
ueniat. Ca-
tharticonum
infusio.*

Infunditur *turpethum* in lacte recens multo, deinde siccatur, ut minus ventrem dum assumitur, torminibus exerceat. *Mezerii & laureola*, quibus conueniunt, antequam dentur, in vino albo solent infundi, dein sicari, ut eorum vis nimis effrena magis hebescat.

Radices quinque aperientes in aceto saepe macerantur, ut viscidam pituitam magis incidant, & viam exercendo lorio dicatam citius diducant. *Semen urticae* infusum in decocto *tragacanthi*, & assumptum ad vitia thoracis (tussiculosis enim & asthmaticis prodest) guttur, & alias partes, quas permeat, vrere desinit.

Maxime vero purgantia medicamenta & aromata infunduntur in vino aut aqua simplici, vel in decocto conueniente, aut aqua stillatitia, vel succo ex plantis extracto, pro variis Medicorum scopis, ut qualitates proprias amittant, & in succum aut liquorē transmittant. *Sicthium, agaricus,*

& *radix Mechoacana* solent infundi, non modo, ut illorum virtus in liquorem idoneum abeat, sed ut melior reddatur.

Ex vino simplici componitur *hypocraticum*, relictis in illo per infusionem *cinnamon* viribus ac dissoluto *sacharo*. Saepe tamen caute aliquid ex *zinzibere* permiscetur à Pharmacopolis, ut bibulorum palato magis ardeat.

Infunduntur in aceto, & interdum in vino gummi, *ammoniacum, galbanum, opoponax, & sagapenum*, antequam vel accedant ad mixturam emplastri de mucaginibus, vel dissoluantur ad alios usus.

Flores *nymphaeae, rosarum, & violarum* infunduntur in aqua simplici calente, ut inde colatura facta, & addito *sacharo*, syrupi coquendo conficiantur.

C A P. VI.

De humectatione, aliisque infusionum differentiis.

AD infusionem reduci solent humectatio, infectio, seu tinctura: Ad humectationem immersio, & irrigatio, seu insperatio. His enim modis humescunt medicamenta aceto, lacte, aut aqua, vel alio humore inlucata, ut commodius & felicius in compositionem & usum veniant.

Vtilis est humectatio ad exotica medicamenta, quae ad nos è longioribus plagis aduecta, sicciora sunt, & minus succulenta: Proinde naturam humiditatem resarcimus, vel fouemus immersione leui, vel irrigatione: Saepe etiam sola repositione & asservatione in vdo loco, ut cum *castia* in cella vinaria asservatur, vel *theriaca* in pyxide plumbea reponitur, ne vis illorum tam cito exhalet.

Aromata etiam multa, ut *caryophilli, ambræ, moschus* solent humectari, si terenda sint, ne subtiliores partes ac magis odoratae dissipentur.

Vtilissima vero est humectatio ad condiedos fructus, atque à corticibus repurgandos. *Amygdala* enim sicca ut facile exuantur, aqua tepente prius humectanda sunt. Et

nuclei

nuclei pini, & nuce virides, ante condituram pluries in aqua sunt infundendi, humectandi & macerandi, vt illorum acrimonia & amaritudo retundatur. Mitescunt enim omnia, quæ insignem habent qualitatem, si in aquam, aut alium liquorem sepe immergantur.

Caphura, colocynthis, euphorbium, & alia pleraque pulueranda, ante trituram pauco oleo *arygdalino* aut alio humectantur, vt comminuantur facilius, & eorum vis difficilius expiret.

Ad humectationem reducitur *irrigatio*, quæ velut parua quædam humectatio est. Quæ enim improbantur, vt ficciora, leui aspergine humescunt, & vsui sunt aptiora.

C A P. VII.
De nutritione.

Vix probabili ratione medicamēta dicuntur nutriri, nisi quatenus mutua appositione duorum vel trium, aut plurium medicamentum aliquod accretionem capessit, quam vulgus Pharmacopœorum nutritionem vocitat. Fortassis etiam id nomen in ditum est, quia medicamenti miscendi, vt nutrimenti nutriendi fieri debet alteratio.

Est autem nutritio humectationi non multum dissimilis: In vtraque enim humor aliquis, aut succus necessario permiscetur, sed qui copiosius est in humectatione, in nutritione paucus, in qua non affatim, vt in illa, sed paulatim ac subinde affunditur. Nam quod semel humore pauco irrigatum est, illico siccat. Sole, aut igne, dein adhuc humectatur, atque ter, quater, aut quinque iterum irrigatur. Quemadmodum *Sarcocolla* lacte mulieris, aut asinæ nutritur, sed pauco: copiosiore enim lactis copia macerata liquatur, accescit; lac ante *sarcocolla* desiccationem.

Spagirici solent metallica humore cognato certo modo apparato nutrire, vt facilius liquefiant, aut diluantur; vel succo velut nutrita & aucta tumescant.

Ad confectionem *unguenti crudi*, seu *Unguentum de lithargyro*, quod paratur ex parte vna *erincum lithargyri*, quatuor olei, & aceti quinque, quibus contandiu terendo nutritur his succis *lithargyri*, vt in unguenti consistentiam abiq; ignis ope, & ceræ mixtura coeat.

Radices multæ nonnunquam vino, interdum aceto irrigantur, vt turgeant; quæ admodum & *myrobalani* lacte nutriuntur aliquando, vel alio liquore, pro vario Medicorum proposito.

Aloe nonnunquam nutritur decocto aromatum, aut alio liquore idoneo pro Medici scopo: Sæpissime vero succis herbarum, foliorum & florum, vt *rosarum* vel *rubrarum* ad robur, vel *pallidarum* ad purgatricem eius vim augendam: aliquando in succo *endiuia*, ad calorem ipsius mitigandum. Dissoluitur autem primum in succorum ipsorum aliquo, deinde exsiccat: teritur rursus, eademque succi eiusdem portione diluitur, agitatur, nutritur, & de nouo exsiccat, atque hoc toties iteratur, donec succi aut liquoris expetitam quantitatem *aloe* ebiberit.

C A P. VIII.
De maceratione infectione & digestionem.

MACERATIO humectationi tam finita est, vt pro vno eodemque preparationis modo vsurpentur. Ad eodem n. vsus, & eodem artificio medicamenta infunduntur, humectantur, & macerantur: longiori tamen spatio temporis est opus ad macerationem: flores enim populi & semen abietis, Galeni consilio, *cap. 14. lib. 2. de sanit. tuend.* macerantur oleo, sepe tres, aut quatuor vel plures etiam menses: postea oleum exprimitur, ad omnem lassitudinem soluendam aptissimum.

Zinziber, radices duriores, *amygdale virides* & duri fructus ante condituram tanto tempore macerantur, donec mollescant, vel inutilem aut ingratham qualitatem amittant.

Nutritio humectationi affinis.

Sarcocolla nutritio.

Unguentum erincum lithargyri, quatuor olei, & aceti quinque, quibus contandiu terendo nutritur his succis lithargyri, vt in unguenti consistentiam abiq; ignis ope, & ceræ mixtura coeat.

Myrobalani lacte nutriuntur aliquando, vel alio liquore, pro vario Medicorum proposito.

Oleum acopu.

Syrupus de papauere.

In *Syrupo de papauere* simplici macerantur *capita papaueris* in aqua diem integrū aut alterum, & saepe triduum, donec tenerescant, & illorum qualitas ad aquam transmittatur.

Guaiacium Radix China.

Lignum pali sancti, & illa radix peregrina, quam Orientales Indi *Lampasan* vocāt, suas qualitates vix suggerunt, nisi longa maceratione prius maduerint ante concoctionem.

Idem fit in ceteris lignis & radicibus, quæ diutissime macerantur in apto liquore, vt vires eorum, qualescunq; sint, in decoctum aut aquam transmittantur.

Dactyli tres dies integros aceto macerantur, Mesuei decreto, antequam ad *Dia-phonici* mixturam trahantur. Macerantur quoque *tamarindi* & *myrobalani* in sero lactis capræ, aut aqua, vel succo conueniente, ne lædant stomachum, ait Mesue, & nocumentum emendetur.

Infectio seu tinctura.

Affinis quoque est infusioni, humectationi, & macerationi *tinctura* seu *infectio*: quæ enim inficiuntur, debent in succum quendam immergi. Non tamen semper medicamentum immergitur, vt colorem solum acquirat, sed etiam qualitatem præstantiorem; vt cum *sericum crudum succo cocci baphica* tingitur, antequam concoctionem Alkermes ingrediatur, vt vim magis cardiacam nanciscatur, coloremque magis rubellum, imo totum ipsum, quod habet laudabile, ab eo succo mutuatur.

Digestio.

Ad macerationem adhuc *digestio* reduci potest, per quam res digerenda vase tanquam ventriculo includitur, & maceratur, eiusq; pars minus & tractabilis, & mitis edomatur digerendo, & mitior euadit, atq; operibus aptior, superaddito vino, vel aceto, vel oleo, aut succo conueniente. Lariustamen patet Chymicis *digestio*, sub qua rectificationem, insolationem, & nutritionem aliquando complectuntur.

Cum medicamenta per se dura & solida Cassumi vel conuenienter adhiberi nõ queant, à Pharmacopœis tanta industria solent præparari & immutari, vt eorum usus postea facilis & salutaris. Ea enim ipsa percussu vel friatu comminuant, & in puluerem reducunt, aut tenuiorem, aut crassiorem, pro vario Medicorum proposito.

Sunt autem tres præcipui terendorum medicamentorum scopi, vt alia nempe medicamenti exacte commisceantur, vel vt ipsis noua facultas conquiratur, vel vt malefica corrigatur.

Tres scopi triturationis.

Modus vero terendi plurimum varius; multa namque mortario lapideo, vt marmoreo; alia metallico, vt ferreo, æneo, plumbæo, & aliquando vitreo: alia in ligneo, aut buxæo, cum pistillo, simili fere materia concinnato, teruntur. Pistillus siquidem ferreus mortario ferreo aptior est, ligneus ligneo, plumbeus plumbeo, vitreus vitreo.

Terendi modus varius.

Nonnulla minime possunt ita exacte puluerari percussu, atque friatu, qui sit super lapidem planum, ac marmoreum, seu porphyrium, cui pistilli loco apponitur parua mola marmorea, quæ manu concepta, hac illac circumducitur, vt nihil intactum ex medicamento terendo relinquatur. Hocque modo gemmæ, & lapides pretiosi solent læuigari, donec amplius nulla digitis inæqualitas percipiatur. Sic læuigatum tum *puluerem vulgus porphyratum* vocitat; quo modo solent ea medicamenta attenuari, quæ vel tabellas cardiales, vel vnguenta ophthalmica ingrediuntur.

Gemmarum tritura.

Quædam molis versatilibus colliduntur seu moluntur, perinde ac triticum aut hordeum in pistrino. Sic enim magna seminum duriorum quantitas facile & pauco tempore colliditur, & in pollinem abit.

Pauca autem debet esse tusio eorū medicamentorum, quæ ad concoctionem tantū apparamus, atq; eorum, quæ raram habent

Qua paucā trituram de siderens.

textu-

texturam, & virtutem facile dissipabilem, quæ nimirum multa tritura exoluuntur prompte, cuiusmodi sunt flores pene omnes.

Qua multâ trituram desiderant.

Multam vero trituram patiuntur medicamenta dura, crassa, solida, nervosa, & fractu contumacia, quæque maligna qualitate participant, vt *colocynthis*, quæ cum leuiter trita sumitur, eius portio crassior gyris intestiuorum in hærens, partem eam exulcerat, ac dysenteriam mouet.

Qua moderate tritam.

Quæ mediocri substantia constant, vt aromata multa, moderate terenda sunt, ne tenuior eorum portio ac magis odorata exhalet, atque dissipetur. Si quando tamen ad electuarii alicuius confectionem trahenda sint, tunc tenuissime læuiganda.

Qua tenuissime laui-ganda.

Quæ partes remotissimas petere volumus, in pollinem reducenda: si eadem in ventriculo, intestinis, & primis venis diutius immorari, nec prompte valorum ora subire cupimus, crassiuscule pulueranda, modo nulla sint prædita maligna qualitate. Nonnulla quoque leuissime terantur, vt citius id actum sint, quod potestate esse dicuntur, hoc est, vt celerius suas vires exerant.

Radices & herbæ nunc teruntur virides, nunc siccæ, nunc crudæ, nunc coctæ in varios vsus. Semper vero mediocriter teruntur, dum concoqui debent. Maior tamen tritura radicibus, quam foliis semper debetur, fructibus minor, seminibus mediocriter. Medio siquidem modo inter herbas & radices semina teri desiderant.

Colocynthis, caphura & sericum quomodo facile terenda.

Porro multa vix possunt sola in puluere reduci, nisi quid admisceatur, vt pomum *colocynthidos*, *sericum crudum*, *caphura*, & alia multa, quæ terendo latefcunt, si quid ex oleaginosi non superaddatur. Nonnunquam vino quædam irrorantur, vt etiam aquæ tantillo, tum vt commodius teri possint, ac puluerari, tum vt felicius intentioni nostræ inseruiant.

Partes animalium duriores, vt ossa, cornua, & vngues: si affatione, vel vitione, vel alio modo torrida sunt, puluerantur facilius.

Sunt, qui sericum crudum, lanam & pilos animalium ante trituram adurant, sed vires amittunt priores, & nouas conquirit. Proinde minutim præstat eadem fecare, deinde valenter terere, & in puluerem minutulum reducere.

Male sericū aduritur, vt pulueretur.

Semina quædam oleosa, vt quatuor frigidia maiora, quia sub ictu pistilli percussentis latefcunt, ac pinguescunt, minutim crebro cultelli verberatu inciduntur, cortice tamen ante spoliata.

Quæ pistillo vix queunt puluerari.

Multa gummi, lacrymarum, & succorum genera fibrosa, & velut coriacea, ac fractu & solutu contumacissima, atque perse sicca minus, quam vt sola puluerari queant, minutim inciduntur, dein cum aliis siccoribus teruntur. *Tragacanthum*, *massicho*, *gummi Arabicum*, *ihus*, *sarcocolla*, & succi, qui lentum retinent humorem, non facile tundendo puluerantur, nisi pistillus velut friando per fundum ad latera mortarii ducatur, & in quibusdam prius affusis aliquot aquæ guttis.

Qua facile ac cito laui-gantur.

Quædam adeo sunt friabilia, vt etiam digitis summis attrita cito læuigentur, vt *amylum*, *agaricus albissimus*, & multæ terrarum species. Alia & valide & diutissime contundenda, ac terenda, antequam in vsum veniant, quæ scilicet crassam, duram, ac compactam habent substantiam & virtutem profundam, ac validam, & ægre vanescentem, vt metallica, ligna, ossa, cornua: hæc enim omnia tundendo vix puluerantur.

In genere autem quæcunque validam concoctionem postulant, eadem & maiorem trituram: & quæ minus aut mediocriter coquenda, minus quoque vel mediocriter terenda.

Debet vero inter terendum corio quodam aut charta mortarium operiri, ne dum aromata aut gemmæ teruntur, pars subtilior exhalet, aut fragmenta foras euolent & pereant: vel dum *euphorbium* & *veratrum* puluerantur, tenue pollen nares aromatarum moleste feriat & sternutationem moueat importunam.

Is ve-

Is *ver. seruandus est ordo*, inquit Syluius, in medicamentis puluerandis, ut primum inieciantur in mortarium crassa, dura, lenta, deinde minus solida, tandem quæ pistillo minus relucantur.

*Puluis
plumbi.*

Plumbum si ex Fernelio cap. 16. lib. 6. method. pulueratur in laminas tenellas primum ducitur, quæ minutissime concisæ, aceto quam acerrimo immerguntur, maceranturque triduo, permutato quotidie, si videtur, aceto, postea exemptæ, & igni siccata citra vstionem, in mortario laboriose teruntur, sic tandem in tenuissimum puluerem rediguntur, cuius vis eximia est ad maligna vlcera blande corrigenda, & expurganda, & ad cicatricem perduenda.

C A P. X.

De variis tritura speciebus.

UT multiplex est materia terenda, sic multiplex ac varius terendi modus, non solum enim medicamenta comminuuntur terendo, molendo, ducendo & friando, sed etiam atterendo, confricando, secando, frangendo, tradendo, limando: hinc trituræ multæ species constituuntur, quæ pistillo quidem & mortario minime peraguntur, sed aliis instrumentis vt cote, malleo, secura, scalpro, lima: vnde attritio, confricatio, sectio, fractio, rasio, limitatio.

Attritio.

Attritio dicitur Syluio preparationis quidam modus, quo medicamenta nonnulla in cote medica, qualis ad nos Naxia ex Cypro insula aduehitur, [Plin. cap. 7. lib. 16.] atteri solent, vt lapis Iudaicus, aut collyria in pastillos formata & sicca, quæ ad cotem cum aliquo humore idoneo conficiantur, vt materia hoc apparatu tenuior facta dolentem oculum, cui adhibebitur, minime lædat vel exasperet. Galen. cap. 4. lib. 4. comp. medicam. local.

Atteritur nonnunquam butyrum in mortario plumbeo, cum pistillo materiæ similis, donec similem colorem acquirat, ad pruriginem, & cutaneos affectus mitemscendos; sicq; butyri qualitas non commu-

nificatur butyro, sed plumbi qualitas isto attritu butyro permiscetur. Idem sentientium de cæteris liquoribus aut succis similiter in simili materia attritis.

Confricatio leuis quadam est attritio, Confricatio. per quam res facile puluerabiles, digitorum friatu aut solidioris corporis confricatu cito leuigantur, vt amyllum, aut cerusa, quæ statim vt confricantur, puluerantur: sicque confricatio & attritio secundum magis & minus tantum discrepare videntur.

Ex arboribus radices & ligna primum Sectio. serra aut securi præscinduntur, dein ad Pharmacopolium aduecta minutius secantur, vt in pyxidibus aut folio commodius queant afferuari; tandem minutuli fiunt pulueres vibus nostris inferuendi. Ossa, vngulæ, cornua iisdem ferramentis diuidi solent, vt frustulatim veneant: vltus tamen tempore scalpro rasorio & tusione assuescunt leuigari. Hic autem apparatus, qui per sectionem fit, ab instituendo Pharmacopæo non parum remotus censetur, cum potius ad medicamenti venditorem, quàm emptorem spectet: Proxime tamen ad eum spectat subtilior illa sectio, per quam semina oleosa, vt cucumeris, citrula, melonis, peponum, pistaciorum, & similia, scalpro sutorio, huc, illucve identidem inclinato, vel frequentissimo cultelli verberatu in tenuissimas partes inciduntur, pro Medici instituto.

Secantur crassiuscule forcipibus aut cultello radices multæ, caules, & folia plantarum, antequam terantur, vt elixentur ad medicinales vsus.

Franguntur herbæ tenellæ, dum manibus præhensæ in torquedo trahuntur: partes vero illarum sicciore nonnisi extremis ad sese adductis per medium quasi crepitando abrumpuntur. Mineralia sæpe casu franguntur, sæpius industrioso percussu.

Finduntur, eo modo radices cultello, Fissio. nec non caules multi, quo dolarii sua vimina fiunt. Crassiora & duriora ligna interdum ascia egent, interdum & cuneo ferreo, & malleo.

Radun-

Rasio.

Raduntur multæ radices tum ad corricem eximendam, tum ad inutilia expurganda. Ligna vero seu duriora, vt *buxus*, *guaiacum*; seu minus cõpacta, vt *xyloaloe*, *santalala*, *dentes apri*, *cornua cerui*, *unicornis*, *rhinocerotis*, *ungula Alces*, priapi animalium siccati, & pleraq; alia, vt facilius post ea puluerentur, vel coctione suas vires in humorem transmittant.

Rheum, *agaricus*, *zingiber*, *nux moschata* & *sacharum* sæpe lamina ferrea, incurua, multis exasperata foraminibus abra- duntur: nonnunquam & *mala cytonia*, vt ex his maior succi quantitas eliciatur, quam si in mortario terantur, inquit Syl- uius.

Limatio.

Limantur præsertim metalla, quæ rati- one aut tusione puluerari non queunt, diuissime namque percussa, vel rudi aut pistillo non cedunt, aut lateſcunt potius, quam læuigentur.

Aurum & argentum ideo limantur, vt illorum scobs minutula citra præparatio- nem aliam exhibeatur. Chalybs, ferrum, æs, plumbum fere limantur, vt vrantur, at- que postea teruntur, vt rei exigenti inſer- uiant. Limantur & dentes, vel verius cor- nua elephantis, ossa caluarie humanæ, & quædam ligna perdura: sic enim minutius, quam ratiõne, diuiduntur: nam limaturæ ramentis sunt tenuiores.

CAP. XI.

De coctione.

VT medicamenta gratiora, salubriora, & vsui ac compositioni magis idonea reddantur, solent cõcoctione conuenien- ti commutari: Est enim coctio [*Probl. 7. sect. 12. Problem.*] rei concoquenda alteratio, vel commutatio.

Coctio. quid.

Differentia.

Eius autem tres [*c. 3. lib. 4. Meteor.*] con- stituuntur differentiæ, *maturatio*, *elixatio*, & *assatio*. Sed quia maturatio, *πείρασις* Græcis dicta, naturalis quædam est coctio, hic omittitur, quoniam de artificiali tan- tum agimus, ad quam *elixatio*, *υψισιο*, *calfa- ctio*, *frictio*, *despumatio*, & quæ calore muta-

tionem quandam acquirunt, tanquam ad genus solent referri.

Pro rerum autem coquendarum sub- stantia & viribus, fit coctio leuis, aut vali- da, aut mediocris. Quædam enim leuem tantum coctionem sustinent, quorum sci- licet virtus longiore coctione facile resol- uitur, vel quia imbecilla est, aut in super- ficie posita, aut quia rara substantiæ textu- ra constant, vt semina quædam, aromata multa, & flores omnes.

Alia longiorem coctionem desiderant, vt quæ contrario modo affecta sunt, quo- rum nempe virtus non facile resoluitur; aut quia valida est, ac firma; aut quia in sub- stantia crassa ac densa residet; aut quia in profundo est sita: cuiusmodi sunt radices, ligna, gummi, lapides, & acria, vt *cepa* & *allium*, quæ coctione mitescunt. Quædam mediocrem coctionem pariuntur, quæ in- ter dicta extrema media sunt, in substantia & viribus, vt *sana alia omnia*, *iuiuba*, *passu- la*, *tamarindi*, *Molliusculi fructus* & semi- na multa.

Coctio autem, quæ fit in humido à calore moderato, *elixatio* dicitur. At humidum il- lud, cui medicamenta incoquantur, ma- gna ex parte aqua est, eaque vel simplex, vt communis; vel medicamentosa, & com- posita, ad quam reducuntur *lixiuum*, *hy- dromel*, *lac*, *serum*, *vinum*, *acetum*, *succi plantarum*, *aquæ salsa*, vel *sulphureæ*, & li- quor omnis, in quo medicamenta exci- piuntur & incoquantur.

Elixatio quid.

Est vero multiplex elixationis vsus: Pri- mo siquidem humorem medicamento ex- crementitium coquendo resoluit; vnde *colocynthis* & *elleborus* coquantur, ne moleste ventrem perturbent, & torminibus exerceant. Contrarium tamen accidit his medicamentis, quæ leniendo & lubrican- do purgant, quæque cum plena sunt, ea- dem meliora, vt *cassia* & *tamarindi*: co- ctione namq; deteriora fiunt, quia humi- ditas illorum natiua imminuitur, & vis purgatiua deperditur.

Multiplex elixationis, utilitas.

Secundo, elixatio flatus crassos & mor- daces

E daces

daces ad nauseam ventriculum laceffentes, ab eodem medicamento dissipat, vt in *senna, polypodio, carthamo, ebulo.*

Tertio, acrimoniam, violentiam & qualitatem vlcera frangit, vt de *scammonio* scribit Mesue, quod illius iussu, in malo austero, vt *citonio, vel succo rosarum* coquitur, & praestantius redditur, vt omnia acria coctione fiunt meliora.

Quarto, vehementiorem medicamenti attractionem & maligniorem obtundit: proinde *elleborum album*, & medicamenta valentiora incoquimus, vt illorum violentia fracta maneat; sicque omnia medicamenta redduntur benigniora, dum in aqua vel succis herbarum, seminum aut fructuum coquantur.

Deniq; elixatio facultates medicamentorum diuersas optime permiscet, vt ex his omnibus vna resultet, veluti concreta facultas: que si fuerit imbecilla in planta quadam, leuius coquenda est; si potentior ac validior, validius; eoq; magis, quo substantia illius crassior, solidiorque fuerit. Idcirco primum ligna, dein radices, tertio semina, postea lignorum cortices, tum fructus, postremo flores igne lento, terti fumi experite concoquantur, dum arida duraq; mollescant, cetera contabescant, & in aquam aut liquorem suas vires deserant.

Hic elixationis ordo semper tenendus in omni medicamentorum & maxime apozematum apparatu, quae fiunt ex decocto radicum, foliorum, seminum & florum, saccharo aut syrupis quibusdam dulcorato.

Tempus autem coctionis, non vna hora, aut aliquo temporis certo spatio, vt quidam arbitrantur, sed vno artificis periti iudicio definitur. Quaedam enim ad elixationem multum temporis, alia parum exigunt.

CAP. XII.

De assatione & frixione.

ASSATIO est medicamentorum cum succo tantum proprio concoctio. Quo praeparationis modo carnes, radices, & fructus sine aliquo humore aduentitio coquuntur.

Ea autem assatio fit modis pluribus: Carnes enim veru tranfixae verlatili ad ignem coquuntur; vel catino figulino exceptae in clibano; vel suprapositaerati suppositis prunis ardentibus assantur. Radix quoque *Beta Romana* sub cineribus assatur, vt & *castanea* in pertusa sartagine: sed haec cuncta magis ad popinam, quam pharmaciam pertinere creduntur.

Assationis modi.

Beta Romana.

Assantur vero medicamenta multa, vt qualitatem inutilem deponant, & retineant salutarem: alia, vt fiant mitiora: nonnulla, vt facilius & citius puluerentur. Sic *rheum* assatur aliquando, vt minus sit purgatorium, & valentius astringat: quemadmodum & *seylla*, vt illius vehementia obtundatur, qua interanea laedit, ex Dioscoride. Sic & *cerebella passerum* assantur, vt sicciora sint & magis puluerabilia, vt commodius his permisceantur, quae venerem suscitant.

Assationis varij vsus.

Cerebella passerum Venerem excitant.

Multa quoque praeparantur assando, vt copiosa & excrementitia illorum humiditas absumatur. Dum vero super tegulam ignitam, vel in furno aut sartagine assantur, cochleari aut rudicula quadam ferrea debent versari, ne vrantur, atque amoueri, antequam nigrescant.

Hoc autem discrimine dirimuntur inter se assatio & frixio, quod illa fiat cum succo proprio: haec vero cum aduentitio, vt cum oleo, butyro, vino, aceto, aut alio succo vel liquore: quo modo multa alimenta fringuntur, vt *faba & cicora*, tum vt suauiora sint, tum vt flatum magis deponant, ex Gal. cap. 29. lib. 2. de aliment.

Frixio.

Coriandrū frigitur, hoc est, praeparatur cum aceto, vt illius qualitas cerebro noxia obtundatur. Frigitur & *vitici semen*, vt flatum magis discutiatur, & Venereos appetitus inhibeat. Nonnulla vero fringuntur in oleo amygdalarum dulcium, vt *myrcbalani citrini, chebuli & nigri* in compositione Trypherae Perficae: alia in omphacio; & quaedam in vino, aut alio succo, pro vario Medici scopo, vt qualitatem meliorem acquirant, vel deterioremi amittant.

Coriandrū praeparatio.

Ordo coctionis medicamentorum.

Quo modo fiant apozemata.

Tempus coctionis.

Assatio quid.

C A P. XIII.

De vſtione.

MVLTA medicamenta præſertim ſolidiora, vt mineralia, vel quæ malignam habent qualitatem, priuſquam veniant in vſus humanos, vruntur: nonnulla etiam vruntur, vt citius queant puluerari, vt oſſa, cornua, vngues, ſericum, & pili animalium: alia, vt mutant colorem: alia, vt facultatem, & nouâ noſtro propoſito idoneam nanciſcantur: multa acria interdum vruntur, vt mitelcant, & acrimoniam amittant: & quædam non acria, vt eandem acquirant. Sicque acria, vt notauit Galeus in proœmio lib. 9. ſimpl. multum caloris amittunt vſta; at quæ eiufmodi non ſunt, aſſumunt. Hoc probat exemplo *calchanti*, quod mitius moderatiuſq; reſiditur per vſtionem. Nonnulla vero non acria, vrendo redduntur calidiora, & magis erodentia, vt *fex vini*, *hydrargyrus*, *calx cruda*, & alia multa.

Qua autè ratione idem efficiens effectus tam oppoſitos promat, ſic ſentiunt medicinarum proceres. Acrimonia acquiritur, aucto calore ad certum gradum, quem dum per aduſtionem excedant acria, ſuam acrimoniam amittunt. Quæ vero acria non erant, cum ad iſtum caloris gradum, ſeu ſecundum aut tertium peruenerunt, eandem acquirunt, quorum vſus à Galeno improbat. Laudat enim æs vſtum rubrum, reſiicit nigrum, quod nimis ſit vſtum.

Spagyrici tamè malunt acrimoniam amitti vſtione propter diſſipationem ſulphuris & ſalis volatilis; acquiri vero in non acribus, diſcuſſo ſulphure volatili, cui nulla aut exigua erat acrimonia, ac remanente ſale fixo, cuius acrimonia hebes erat, & obſcurata à ſulphure ante vſtionem.

Porro varius eſt vrendi modus. Quædã n. in clibano vruntur; in patina; alia in olla ſictili cruda; alia in vreoſo gneo, alia in catino cupreo: & quædam in fornace aurifabrorum, vel in reuerberio Chymiſtarum.

Vritur lepus in clibano, quo vſque poſ-

ſit in puluerem læuigari, ad calculoſos atterendos & ſaburram renum pellendam vtiliſſimum. Vruntur viperæ, Galeni conſiderendos. *cap. 2. lib. 11. ſimpl.* in olla noua ad ſalem theriacum, lepris & impetigini agreſti diſcutiendis maxime idoneum. Sed inter vrendum cauendum eſt, ne vapor teter, ac venenatus cerebrum laceſſat.

Vruntur animalia pleraq; integra, ſi puſilla ſint; vel partes grandiorũ, vt oſſa, cornua, pili, pennæ, corium, vngues. Exeipiuntur vero ſictili nouo, & in furno, vel fornace, & interdum ſolis circumeir a prunis ſubditis vruntur, donec facili negotio puluerari queant. [*cap. 33. lib. de theriac.*]

Rami arborum, arbuſta, ſarmenta, & multa ſimplicia per ſe accenſa, interdum & vaſe quodam terreo aut metallico concepta, ſolent vri.

Canceri nonnunquam vruntur in ſartagine ærea, quandoque in olla, ſæpe inter carbones ignitos, donec cineſiant; vel ſaltem quouſque ex his torridis fieri queat puluis tenuiſſimus, qui commendatur ad canceroſos affectus, & eos, qui à rabioſo cane inſiguntur.

Lapides inter prunas ardentes à follibus excitatas vruntur. Cyaneus tamen, Phrygius, & alii pretioſi in partes exiguas, ante vſtionem frangi debent, & olla ſictili, noua, operculo recto perforato, excipi, vt facilior exhalationi pateat exitus, dein tam diu vri, donec igniantur.

Vſtionis enim terminus in quibuſdam eſt ignitio; in aliis, dum nihil ſumidum amplius exſpirat. Multi tamen lapides ter aut quater igniuntur, & toties humore quodam ſuffunduntur ante trituram.

Fex vini rãdiu torretur, donec albefcat, atq; tantam acrimoniam acquirat, vt linguam & palatum quaſi vrendo mordicet.

Ouorum putamina, oſtreorum, & limacum teſtæ, cornua & dentes animalium ita debent accendi, vt conflagrent, & albefcant, & ſiant puluerabilia.

Accenduntur & vruntur nonnunquã reſinæ, *ſtyrax*, *thui*, *pix*, *terebinthina*, & multa

Puluis leporis vſti ad calculoſos atterendos.
Viperarum vſtio.

Puluis cancerorum vſtorũ quos affectus ſanant.

Lapidum vſtio.

Vſtionis terminus.

Fecis vini vſtio.

Cum acria per vſtionem acrimoniam amittant, nõ acria vero eandem acquirant.

Multiplex vrendi modus.

- similia, vt ex his accensis fuligo quædam medicamentosa excipitur ad futuros vsus.
- Aluminis vstio.** *Alumen* in patina ignita vritur, quousque bullas excitare desierit. Et *calchanthum*, donec colorem mutauerit.
- Salis vstio.** *Sal* vritur olla exceptus & opertus, ne exiliat. Exilit vero & strepit vrendo, donec perfecte crematus fuerit. *Nitrum* quoque est eodem modo vrendum.
- Cerussa preparatio.** *Cerussa*, inquit Dioscorides c. 103. lib. 5. vrita in fictili nouo, flagrantibus igni carbonibus, assidue verjando vritur, donec cinereum colorem traxerit. tunc eximit, refrigerato vritur. Vel, in patina noua super prunas vrito, & ferulacea rudemcuetò, donec colore fiat similis *Sandaracha*, Quæ vero sic parata est, *Sandix* à quibusdam dicitur, inquit idem author.
- Sandaracha. Sandix.** Est autem *Sandarach* non quidè gummiuniperi, quod vulgo vernix, & à Mauritani *Sandarax* dicitur, sed species auripigmenti rubelli. [*Brasual*, in exam. simpl. ca. 66 lib. 9. simpl. ca. 53. lib. 9. simpl. Eadem enim in fodina *Sandarach* & auripigmentum effodiuntur. Imo simul mista sunt, & vires easdem possident. Alio nomine *Sandaracha* vocatur, à Chymistis *Arsenicum rubrum*, vt & *Auripigmentum*, *Arsenicum croceum*. Porro, *Cerussa* vsa in *Sandica* transit. ait Galenus nunquam tamen in *Sandaracham*, quæ est vrentis facultatis. *Sandix* vero nulla sui parte calefacit, sed potius refrigerat: Hacque pictores vtuntur, vt *Cerussa*, cuius colorem vrendo, & aliquando acetum permiscendo varie permutant.
- Arsenicum rubrum.** *Auripigmentum.* *Arsenicum croceum.* *Sandaracha vires.* *Sandixis qualitas.* *Auripigmenti vstio.* *Auripigmentum* torretur in testa noua, viuis carbonibus subiectis, assidueque versatur, donec igne flagret, & mutet colorè. Et *Sandaracha* eodem modo vretur & dos vtriusque eadem, ait Dioscor. cap. 80. & 81. lib. 5. Cruetas enim cum vredine vehementi excitant, capillos euellunt, excrecentia reprimunt, & tubercula discutiunt.
- Cadmie preparatio.** *Cadmia* crematur carbonibus obruta, donec translucida spectetur, & scoriæ ferri modo bullet, mox extinguitur, [c. 45. lib. 5. Dioscor.] Nonnulli exultâ terunt in vino,
- rursusque fictili crudo vrunt, donec pumicosa videatur: Iterumque tritam ex vino tertio vrunt, donec prorsus in cinerem redigatur.
- Pumex* crematur flagrantissimis carbonibus obrutus, & vbi canduerit, extractus vino restinguitur odorato; Iterumque incensus restinguitur, & tertia vstione exemptus, & per se refrigeratus ad vsus conditur. Dioscor. cap. 125. lib. 5.
- Vritur *arugo* minutissime fracta & cōminuta in fictili patina flagrantibus prunis superposita, versaturque, donec se mutet, & colorem cinereum concipiat, *ibid.* lib. 5.
- Chalcitis* vritur fictili nouo viuis carbonibus superposito. Finis aut vstionis in humidiorib. est, vbi ipsa chalcitis bullas excitare desierit, & perfecte inaruerit. In reliquis vero, dum mutata in floridum colorè fuerit, & sanguineū aut miniarum colorem contraxerit, tum demū eximenda est.
- Chrysocolla* patinis supra carbones vritur: & *Ochra* cadmia modo. Dos *Chrysocolla* ad purgandas cicatrices, excrecentem carnem coercet, astringit, excalfacit, & modice corpus mordendo exest. *Ochra* vero astringit, erodit, collectiones & tubercula dissipat. Dioscor.
- Plumbum* multifariam crematur: antequam tamen vstionē experiatur, solet vel in scobē, vel in laminas attenuari, dein fictili nouo excipi, & addito sulphure ita cōflagrari, vt in cinerem perfecte redigatur. Interiicitur vero sulphur laminis, & dum vtrumque conflagratur, rude ferrea versatur; interea sedulo cauendum, ne halitus plumbi nocentissimus naribus excipitur. Cerebro enim multum obest propter admixtam hydrargyri portionem, cuius ratione neruis etiam lædit; & plumbariis saepe stuporem & paralytim inuehit.
- Adiicitur vero ad rem comburendam aliquando sulphur, aliquando nitrum, cum scilicet admodum valida est, & indomita rei compages: alioquin volatilia eiusdem citius dissiparentur, quam fixa vincerentur à flamma, vt placet Spagyricis.
- Pumicis vstio.** **Æruginis vstio.** **Chalciteos vstio.** **Chrysocolla vstio.** **Plumbum multis modis vri.** **Halitus plumbi cur cerebro & neruis noxiis.**

Et quemadmodum affatio finitima est vstioni, imo quoddam velut iter ad vstionem, sic vstio ad calcinationem, & calcinatio ad cinesactionem. Proprie tamen cinesactio rebus cremabilibus & flammis concipere natis competit. Ex mineralibus n. in quibus vix comperitur flammæ pabulû, vix cineres post vstionem relinquuntur; ex lignis succensis, quid nisi cinerum cumulus? Æque tamen cremabilia & incremabilia possunt laeuigari; illa, dum cinesfiunt, hæc vero, dum post vstionem puluerando, vel super tabula marmorea ducendo in alcohol, seu pollinem læuissimum attenuantur. Hæc si lectoris animum non expleuerint, specialem medicamentorum, quorum est frequens apud nos vsus, vstionem, in officina pharmacopœorum à nobis illustrata comperiet.

C A P. XIV.

De extinctione.

EXTINGCTIO est ignita materia in aliquo humore suffocatio. Illa vero materia extinguitur sæpius vita, sæpe & ignita tantum; vt cum gemmæ, & multa metallica, priusquam vrantur perfecte, vino, aceto, aqua simplici, vel stillaritia, vel succo quodam, aut liquore extinguntur, donec plane refrigerint.

Multa pluries extinguntur, vt lapis pyrites; nonnulla semel tantum, vt galla, & quædam extinguntur ex se sola, citra materię cuiusdam humectantis affusionem.

Weckerus Syluii transcriptor argentū viuum salua hominis ieiuni extingui dicit. Improprie tamen non ignita dicuntur extingui, sed emendari, seu præparari. Præparatur autem hominis ieiuni salua, emédatur salua: Nam vt melius aliis miscendis concorporetur, recte salua cogitur, quæ tamen illius qualitatem nihilo meliorem efficit: Salua vero castigat, & minus efficaciam reddit. Dicitur enim salua quasi salmatrix: cerebrum namque & neruos plurimum roborat, quibus argenti viui malefica vis plurimum obest, quæ succo salua debet emendari.

Auri massa sæpius ignita nonnunquam extinguitur aqua communi, quæ vtiliter datur dysentericis ad occludenda vasorum oscula, & elephanticis ad robur partium principum & exhilarandos spiritus. Non enim temere creditur aurum, vt exteriora reficere, sic & interiora.

Vt aqua salutaris est ad multorum affectuum profligationem, in qua pluries chalybs fuerit extinctus: Sic chalybs ipse in scobem redactus, ignitus, & extinctus aceto eximius est ad multos vsus, de quo alibi fusius.

Tanta vis est extinctionis, vt vires humoris, quo aliquid extinguitur, in se trahat & retineat. Sic cadmia interdum vino, interdum aceto, pro varia intentione Medici extinguitur: Et ferrum ignitum nonnunquam hydræleo extinguitur, vt magis ductile fiat, ad cassides & alia arma facienda: aliquando vero aqua sola extinguitur, & magis fragile redditur.

C A P. XV.

De calfactione, insolatione, & refrigeratione.

CALFACTIO est medicamentorum tam simplicium, quam compositorum præparations quidam modus, quo ea ipsa non quidem coquuntur, aut vruntur, sed moderate calefiunt, vel in sole, vel igne, vel rerum putridarum calore, vt commodius percolentur, vel malaxentur, vel misceantur, vel facilius & felicius exhibeantur. Sic medicamentum infusum, antequam percoletur, calefit, vt illius qualitas non modo in liquorem transmittatur, sed vt liquor promptius permeet, & totus eliciatur.

Clysteres colico dolore laborantibus præscripti, solent feliciter à Pharmacopœis paulo calidiores iniici, modo non sit à bile; febrientibus vero tepidiores, ne feruor magis incandescat, sed mitescat: Et vomituriensibus aqua tepida bibenda datur, vt naturæ motum adiuuet, humorisque fiat sursum per os facilius exclusio. Cum vix quidpiam actu frigidum debeat

Aqua extinctiois auri.

Calfactio quid.

Extinctio quid.

Weckerus Syluii transcriptor.

46
exhiberi, siue topicum sit remedium, vel introsumendum, vt & balneæ, & ipsa lintheamina, priusquam ægrotis inseruiant, debent modice calefieri. Multa quoque medicamenta calefactione indigent, vt facilius terantur, misceantur, dissoluantur, & percolentur.

Insolatio.

Insolatio calefactioni tam est finitima, vt altera alterius vicem facile queat subire. Vtraque enim eundem effectum pollicetur, & instar cuiusdam coctionis est: vt cum circa caniculam, aut vigentibus cæli squaloribus, dies circiter quadraginta insolatur *hydromel*, vt sic magis concoctum vinosum reddatur. Non tamen ea arte sola fit vinosum, sed quod paratur ex libris quatuor aquæ fluuiatilis & vna mellis, tam diuque coquitur ante insolationem, donec ouum crudum supernatet.

*Hydromel
vinosum
quomodo
fiat.*

Conseruæ recetes insolantur, vt omnes earum partes simul fermententur, & humidior quædam materia discutiat, maxime vero quæ ex foliis aut floribus frigidis parata, ad multum tempus debent asseruari.

Scilla succus, consilio Gal. [cap. vlt. lib. de puero epileptico.] elicitur insolatione. Obscuro tamen cælo, igne extrahitur. Et quæ medicamenta insolari hyemis constitutio denegat, eadem igne calefiunt per hyemem, vt æstate per solem.

Olea multa ex infusione florum, vel rerum aliarum permixtione parantur, insolanturque diebus vel pluribus, vel paucioribus, pro infusæ rei quantitate & viribus. Calidiora namque & sicciora, aut nulla aut pauca egent insolatione, frigida & humida diuturniore.

Par est ratio de aceto, variis floribus alterato. Rosaceum enim diutius debet insolari, sambucinum minus, & quod alliam, mentam & vetonicæ garyophyllatæ flores admittit.

Refrigeratio.

Refrigeratio quoque medicamentorum ad apothecarium spectat. Quæ enim post coctionem cogi desiderat, ea ipsa refrigerat, vt gelatinam: Quæ etiam calore præparata in pharmacopolio reponit, vt ele-

ctuaria solida, conseruam siccam, & emplastra. In hoc vero differt refrigeratio ab extinctione, quod quæ extinguntur, refrigerantur, non contra.

CAP. XVI.

De putrefactione & fermentatione.

PUTREFACTIONEM ab externo semper oriri calore, in materia humida, ex Aristotele docuit Galenus. cap. 9. libr. de diff. feb. & comm. ad part. 1. libr. 3. epid. Vt enim calor internus coquit, non corrumpit: Sic quod omni ex parte siccum est, nunquam manifeste putrescit: neque si quidem regula, nec aurum, nec argentum putrefieri cernuntur.

Et quia putrida ab alieno calore talia sunt, putrefactio coctio quædam est, vt cû medicamentosa quædam materia putrere relinquatur in ampulla sepulta fimo, seu ventre equi, vt loquuntur Chymistæ (sic enim forsan arti ficta ficta nomina donant) dies triginta & aliquando quadraginta, qui postremus terminus ab illis vocatur mensis philosophicus, vt & liquor putrefactionis, menstruum.

*Mensis philosophicus
chymicorū.
Menstruum
quid chymicis.*

Hunc autem præparationis modum Spagyrici tanquam peculiarem sibi vendicant: Galenus tamen multis seculis ante illos natos, *calcitum* & *lithargyrum* olla noua cum aceto excepta, & obruta fimo putrefieri docuit. Nostræ ætatis pharmacopœi Galenum quoque secuti, surculos populi nigri plures menses macerant & putrefaciunt, vel axungia porci, ad coctionem vnguenti populeonis, vel oleo ad medicamenta acopa seu lassitudini cõferentia.

Fermentatio non tantum ad medicamenta, sed potulenta & esculenta pertinet: fermentatur enim massa triticea subasta, vt ex ea panis conficiatur & suauior, & salubrior.

Fermentatio.

Fermentantur vinum & zithum, dum effervescent, sitque tunc sinceri succi à fecibus segregatio: fermentantur quoque syrups, conseruæ, & electuaria, dum recens parata in vasis effervescent.

Sua est chymicis fermentatio, quam interdum

terdum viuificationem, & aliquando refu-
fcitationem vocant. Per eam enim, inquit,
velut ex mortuis reuocatur destructa
materia, & vires acquirit nouas.

Talem fermentationem vani pollicen-
tur aurifices ad metallorum transmutatio-
nem, sed fermenti materiam nondum
norunt, nec conficiendi modum.

CAP. XVII.

De dissolutione.

Ad exercit.

MEDICAMENTA varie solent immuta-
ri, priusquam exhibeantur: vt pluri-
mum vero cum integra displiceant, tritura
quadam & dissolutione in succo quodam
apparantur. Est autem dissolutio *velut tri-
tura quadam, per quam medicamenta tam
simplicia, quam composita diluuntur in hu-
more quopiam idoneo, ad consistentiam me-
diocrem: & aliquando liquidiorum, vel
crassiusculam pro variis Medicorum sco-
pis.*

*Dissolutio-
nis vsus
multiplex.*

Ob varios autem vsus medicamenta dis-
solvuntur: *primo*, vt facilius assumantur:
dein, vt promptius aliis misceantur ad co-
positionem: *tertio*, vt citius distribuantur:
quarto, vt in affectam partem penetrare
valeant, & illic, si fuerit opus, diutius im-
morari, vt cum in vterum, vesicam, intesti-
na, aut vlcus sinuosum liquida medicame-
ta iniiciuntur: *quinto*, medicamenta dis-
solvuntur, vt postea queant percolari, atq;
vt illorum virtus ab excrementis repurga-
ta, citius partes subeat interiores.

*Lithontri-
ptica.*

Sic medicamenta, quæ calculos atterunt,
dissolvuntur interdum in vino albo, aliquan-
do in succo limonum & aqua parietaria, ra-
phanorum, aut simili, vt facilius renum cu-
niculos & vterum ducius possint perua-
dere. Contra quæ sputo mouendo impe-
rantur, in liquore quodam spissiore, vt sy-
rupus bechico dissoluenda, vt potius ecle-
gma vel linctus, quam potus appareatur.

*Anachar-
sasis quomo-
do mouenda.*

Vt vero dilutioni inseruit tritura, sic &
infusio, & sæpe calefactio. Quæ enim dura
sunt, aut lenta, vel viscida, vix possunt dis-

solui, nisi prius terantur aut infundantur,
& sæpe calefiant ad ignem aut solem.

Sic multa medicamenta statim diluun-
tur trita, & multæ terrarum differentia: a-
lia non nisi diu agitata, vt *blatta byzantia,*
concha, opium thebaicum, & infinita alia:
quædam maceratione & calefactione e-
gent, vt gummi multa, quæ, vt dissoluan-
tur, debent prius aceto forti, vel aqua vini,
aut vino generoso macerari.

*Non quavis
in quouis li-
quore dilui.*

Non autem in quouis succo aut liquore
metallica, atq; etiam mineralia facile dis-
solvuntur, sed vel in succo limonum, vel a-
ceto distillato, aut aquis illis, quas Spagyrici
valentes nominant. Ideoq; *non omnia in o-
mni liquore dissolvuntur, sed in idoneo &
quasi determinato.* Terebinthina enim diè
naturalem in aqua aut decocto ducta, vix
vquam diluetur, nisi quid ex ouorum vi-
tellis superaddatur.

In summa liquantur igne axungia, me-
dulla, pinguedines, vt dissolvantur, & in-
grediantur facilius vnguentorum & em-
plastrorum compositionem. Diluuntur
species aromaticæ in aquis cardiacis, vel
alterantibus pro epithematis. Soluuntur
catapotia, vel alia purgantia tam simplicia,
quam mixta in aqua vitæ, vel alia conueni-
enti, ad extractorum eliciendorum artifi-
ciosam sedulitatem. Denique solida quæ
sunt, cum ea forma non possint aut debeant
exhiberi, prius sunt atterenda, & idoneo
succo, aut humore dissoluenda, vt facilius
& vtilius assumantur.

CAP. XVIII.

De liquatione.

POSSUNT quidem omnia dissolui, prius,
vt decet, apparata, sed pauca liquari. V-
runtur namq; lapides, accenduntur ligna,
concreta tamen cum non sint à frigore,
haud quaque liquantur. Est enim liquatio,
ait Aristot. *cap. 6. lib. 7. meteor. eorum, quæ à
frigido concreuerunt, in liquidiorum consi-
sistentiam ac fluxilem, à calore facta solutio,*
vt adeps, medulla, oleum hybernum, & si-
milia, quæ cum leui frigore coeant, leui
quoque calore funduntur.

*Liquatio
quid.*

Sed

Sed quæ vehementi ac diuturno frigore obriguerunt, ægerrime liquefcunt, vt aurum, as, & ferrum; quorum sane fusio ad eos potius, qui metallica, quam qui pharmaceutica tractant, pertinet.

Dissolutio non nisi fit eũ humore.

Differt autem liquatio à dissolutione, quod liquatio semper fiat à calore & sine aut raro cum humore, dissolutio vero semper cum humore, & raro cum calore.

A calore solo facile liquatur plumbum, sulphur facilius, pix, & resina. In aqua calida nonnunquam liquantur sal, manna, saccharum, gummi, hedera, pruni, iuniperi, & pleraque alia, quæ sic sæpe funduntur, vt dissoluantur.

Quomodo metalla facile liquentur.

Chymici pyrotheciam illustrarunt, multa que adinuenerunt, quibus ars fusoria dicitur, vt cum illorum doctrina, sal ammonius semel sublimatus cum sale communi, postea bis perse, statim fluere facit dura metalla. Aliter quoque breui cuprum funditur, si inter liquandum aliquid vngulæ caballinae iniiciatur.

Porro magnus est liquationis in pharmaciam vsus. Efficat enim, vt medicamenta formam mutant, & aliã nanciscantur, tum, vt purgentur & eorum pars impuriore à syncera & puriore separetur.

C A P. XIX.

De mollitione & duratione.

MVLTA medicamentorum præparationes tantam inter se habent affinitatem, vt eadem fere iudicentur, vt liquatio & mollitio, quæ tantum secundum magis & minus videntur discriminari, ita vt mollitio sit liquationis principium. Cuncta enim, quæ liquantur, prius mollescunt, & multa postquam fuerint emollita, si diutius calefiant, liquefcunt, non tamen omnia. Ebur enim, vngues & cornua possunt emolliri, non liquari.

Mollitionem fieri duobus modis.

Fit autem mollitio duobus modis, vel solo calore ignis, solis, aut animalis, vel rei cuiusdam putrescentis, vel affuso humore, vt cum cæra emollitur in aqua calente; aut

cum massa quædam medicamentosa durior in aliquo syrupo aut succo idoneo malaxatur, vt mollescat, & tactui cedat. Arbitratur enim durior corporis & mollis tactus est, ait Galenus, cap. vlt. lib. 3. de differ. puls.

Vniones, concha, & ouorum putamina, acetato destillato macerata adeo mollescunt, vt ad libitum tractentur, & ducantur. Ebur quoque zytho creditur emolliri, atque etiam, dum sex horas cum radice mandragoræ percoquitur.

Cornua mollescunt igne rarefacta, aut aqua diutius cocta, vel sub fumo per septem dies sepulta. Et corallia succo berberum, & margarita succo limonum, & lapides multi certis liquoribus, vt decet, apparatus creantur emolliri.

Porro cum dura sint, ait Galenus, cap. r. lib. 4. de dignos. puls. quibus caro nostra cedit, & mollia, quæ carni, durationis & mollitionis, vt oppositorum, eadem erit ratio doctrina. Locum autem habet in Pharmaciam duratio, in medicamentis compositis, quæ ad conseruationem & vsum, plus, minus sicca, solidaque debent esse, cuiusmodi sunt, electuaria, conseruæ sicce, emplastra, pilulæ, trochisci, & miuarum genera.

Indurantur vero medicamenta frigore, calore, & rerum siccarum admixtione. Frigore, quando, quæ liquata sunt, aut tantum emollita, ab igne remouentur, & aeri exposita refrigerantur & coalescunt. Calore, dum ad iustam consistentiam medicamenta coquantur, & pars humidior absorbitur; tunc enim sicciore reddita indurantur. Admixtione quoque rerum siccarum medicamenta durefcunt, siue vt diutius afferuentur, siue vt consistentia facilius & felicius exhibeantur.

Duratio

Quot modis medicameta indurantur.

C A P. XX.

De siccatione.

QVÆ in hyemem sunt afferuanda simplicia, vel ad nos è peregrinis regionibus aduehenda, priusquam in arculis, aut pyxidibus & sacculis reponantur, debent accurata-

accurate sicari. Excrementosa enim illorum humiditas coacta, nec difflata cito corrumpitur, peritque tunc salutaris cuiuslibet medicamenti qualitas.

Quare medicamenta sicantur.

Neque vero conseruationis gratia tantum medicamenta sicantur, sed sepe ut puluerentur, vel ut viribus polleant insignioribus. Quicquid vero humidius est, & aridum expeditur, id ipsum vel igne, vel sole sicandum, vel in umbra relinquendum per flatum, pluuie & pulueris experte, donec tabescat, illiusque superflua humiditas penitus dissipet.

Ignis calore sicantur ad puluerationem, quae in fornace, vel clibano vruntur, vel in carbonibus accensis, ut ossa, vngues, cornua, conchae, vel in olla fictili, ut pili animalium; & quae fragili calide imponuntur, vel castoreo, aut calatho excepta, supra aut intra furnum, a quo panis de nouo extractus est, reconduntur. Sic enim pruna, pyra, cerasa solent desiccari, fructusque alii humidiores.

Qua in sole melius sicantur.

Solis calore sicantur estate & autumno potissimum folia & flores, quorum color in his aridis expeditur, ut etiam semina, quae collecta ante perfectam maturitatem, vel caelo pluuioso, vel necessitas rei cogit aliquando, vix nisi sole aut igne possunt exacte sicari.

Radices quoque, crassiores & magis succulentae, nisi minutius diuidantur, melius in loco soli exposito, vel aeri perflatum & aquilonio, quam in umbra ventis non agitata sicantur, estque multorum minus idonea desiccatio, nisi praecesserit insolatio.

Paruae tamen radices in umbra facile arescunt, ut aliae maiores, quae per frustula, ac taleolas incisae & transixae filo, umbroso aeri, ac ventoso & minime pluuiali exponuntur. Facilius vero folia, quae manipulis ligata, in folio pensa, partim aeri externo, partim calori ignis fere iugis officinarum exponuntur: Omnium facillime flores: Papyro enim auecatino excepti & subinde versati cito siccescunt.

Quomodo cortices & flores sicandi.

Exsiccata vero folia sacculis cannabinis, aut papyraceis reponuntur, radices, flores & semina, vas vitratum aut ligneis.

Flores nenupharis quia crassiores & humidiores sunt, filo transiguntur, ut sic aeri expositi, commodius arescant. Eodem modo & *cortices arantiorum*, *limonum*, *granatorum*, & lignosae radices in officinis solent desiccari.

Pulmones vulpium in vino loti sicantur in clibano parum calido, prius ceruorum in aere libero, intestina lupi in umbra, ficus & passula in solatu, ut & confectiones solidae, quae post condituram in saccharo, siue syrups debent asseruari.

C A P. XXI.

De expressione.

VT purior tenuiorque medicamentorum substantia separetur a terrestri & crassiore, valido saepe compressu opus est, quae cum solae manus exequi minime valeant, praelum quoddam siue torcular a Mesueo est inuentum, quo medicamenta sacculo excepta, aut panno forti, ut cannabino, aut setaceo inuoluta, tam valide comprimuntur, ut tenuis substantia tota exilire cogatur, remanente crassiore & magis compacta.

Praelum seu torcular cuius sit inuentum.

Sic in torculari ab vuis attritis vinum expressum in dolia aut cupas delabitur. Sic pomorum educitur succus ad pomacei aut Syrupi regis Saboris confectionem. Eodemque modo seplasiarii plantae frumentaceae nondum adolescentis succum extrahunt, ad condimentum illud cum pauco aceto pane tosto, & speciebus aliquot parandum, quod intinctum viridem nominant. Quibusdam Graecis οὐσὸν βοτάνων, vinum ex herbis vocatur.

Pomaceum qui fiat. Intinctus viridis.

Vinum ex herbis.

Pleraque tela excipiuntur, dein manibus premendo contorta, sufficienter exprimuntur, ut succus agrestis, portulacae & plantaginis, pro aqua aluminosa, additis ouorum albuminibus & alumine.

Aqua aluminosa quibus conficitur.

Simili modo fit expressio *rhubarbari*, vel *agarici*, aliorumque medicamentorum in decocto, aut aqua conuenienti infusorum, ut ex his, quod profuturum est, habeatur, eiiciatur, quod nociturum.

G Acacia

Acacia.

Acacia ex succo seminis spina Egyptia exprimitur, qui siccatu in umbra, niger, si ex maturo semine, subrufus, si ex viridi elicitur, apparet.

Expressio igitur fit aliquando succi tantum simplicis alicuius medicamenti, nonnunquam eiusdem in decoctione vel aqua macerati, ut cum exprimitur infusio oleorum, & decoctio syruporum & apozematum. *Mel Anacardinum* exprimitur ex Anacardiis exiguis ac recentibus diutius coctis. Ex his n. sic tabefactis, liquor aliquis enatat fere mucaginosus, quem mel Anacardinum appellant. Quod ut probe fiat secundum Arnaldum de Villa noua, cap. de memor. defect. debent Anacardi teri, & diebus septem in aceto macerari; octauo coqui lento igne ad duarum partium dissipationem. Colatura autem cum melle cocta à multis perhibetur mel Anacardinum.

*Mel Anacardinum qui fiat.**Quomodo succi diu sine putredine seruari.*

Ut expressi succi diutissime seruentur absq; putredine, sal admiscetur, vel reponuntur in vase oris angusti, superfuso oleo sufficienti, ut digiti crassitudine.

Infusa medicamenta & succi nunc leui, nunc forti expressione extrahuntur. Olea vero simplicia, vix nisi validissimo cōpressu extrahi queunt, siue cum, siue sine igne. Vt roque enim modo educitur amygdalinum, & quod ex nucibus, pistaciis & fructibus multum oleosis elicitur.

C A P. XXII.

De extractione.

OMNIS expressio quædam extractio est, sed non contra: Nam multa extrahuntur sine expressione, ut succi & resinae ex plantis incisus vel percussis; Sic enim *euphorbium* ex Lybica arbore conto vulnerata extrahitur, nam succus è plaga confestim stillat in pelles ouinas arbori circumligatas; Tanta siquidem eius est acrimonia, ut gustum & olfactum molestissime feriat, & ardorem orinaribusq; maximum excitet. Propterea rustici quidam vocantur ad huius succi collectionem, qui spe mercedis allecti corticem arboris feriunt

Euphorbii, unde & quomodo colligatur.

è longinquo, ut minus ab acerrimo *euphorbii* feruore ledantur; nunquam tamen tuti ac illæsi discedunt.

Ex fructu *cucumeris agrestis elaterium* extrahitur consilio Dioscoridis; e. 148. lib. *Elaterium quomodo parandum.*
4. hoc modo: Decerpi cucumeres, qui tãti protinus exiliunt, seruantur vna nocte. Postridie imposito supra craterem aut peluim rariore cribro, virisque manibus prehensi, sigillatim supino cultro, sursum versus aciem habente finduntur, atque per cribrum humor in vas subiectum exprimitur, & quod carnosum cribro lasu, ut facilius exudet, eliditur. Humor in pelui agitatur, dein residere sinitur. Tum linteo operui soli exponitur: cum steterit, supernatans aqua identidem effunditur, qua partim effusa partim exhausta, quod remanet sedimentum in mortario teritur, & cogitur in pastillos.

Ex plantis integris, vel earum partibus, extrahuntur non modo succi, ut hypocistis ex germinibus adnatis cisti radicibus; succus *glycyrrhizæ* & *laserpitii* seu *Cyreniacus*; sed alii quoque varii liquores, ex incisis arborum, & fruticum cortice, & stipitibus, ut gummi, resinae, lacrymae.

Succi.

In gummi erasu numerantur *ammoniacum, sagapenum, opoponax, galbanum, bdellium, myrrha, styrax, thus*, & alia multa, quæ pro varia cuiusque natura facilius, aut difficilius extrahuntur. Nonnulla sine arboris vulnere, dehiscente per calores æstiuos cortice, sponte defluunt.

Gummi.

Resinae extrahuntur facilius, quia magis fluxiles, & fere sine manuum auxilio decidua, ut quæ ex Terebinthio lacrymatur, quæ resinis omnibus antecellit, ait Dioscorides cap. 67. lib. 1. Proxima lentiscina, dein, quæ è pinu & abiete extrahitur.

Resina.

Inter lacrymas multa locum habent, ut aqua è vite resecta defluens, lactithymalorum omnium, & papauerum succus ille crassior, qui dum plene coaluit, opium nominatur.

Lacryma.

Sauciatur ergo in plantis multiantum cortex, inde stillat *diapylon*, hoc est, lacryma in pel-

in peluim aut aliud vas appensum. In multis radix vulneratur, vel secatur omnino: interdum & rami. Ita Balsamum extrahitur cortice fruticis præciso, cultello quodam eburneo. Ferrum enim sine magno sui dispendio tolerare minime potest.

Fit adhuc oleorum extractio, sed modo multifariam artificioso. Vel enim extrahuntur destillatione, quæ fit per ascensum, vel descensum, de qua plene sunt Chymicorum farragines; vel expressione; vel infusione: de quibus iam supra locuti sumus, fusiisque loquemur in pharmaceutica officina.

CAP. XXIII.

De extractis Chymicorum.

NON paruum est discriminē inter extractionem Pharmacopœorū & Chymicorum: Illi enim liquorem tantum quendam, vt lacrymam, resinam, & gummi, vel quid simile ac fluidū extrahunt, sæcernuntque à substantia crassiore ac solidiore: Hi vero nō modo corpus illud crassum deserunt, sed & tenuiorem substantiam exhant, relicta eius portione crassiuscula ac pauca, cui, vt subiecto, virtus vnita adherescit. Vnde extractum quasi essentiam à corpore separatam appellant.

Eiusmodi enim extractum parua mole vires habet eximias, illiusque dragma non minoris est efficacis, quam vncia medicamenti tota cum sua substantia crassiore exhibita.

Solent vero his extracta dari, quorum nauseat ventriculus super pharmacopœorum medicinis, & quibus maxima est rei familiaris vbertas. Extractum enim *rhei* aut vnicium pauperi præscribere, vitam illi eripere est.

Fiunt autem extracta ex medicamentis tam simplicibus, quam compositis sæpius hoc modo. Immergitur medicamentum minutim incisum, vel si fuerit massa cataploriorū aut electuarii, dissoluitur in aqua vitæ optima, vel alio liquore idoneo, ita vt ad duos digitos emineat, in vase bene ob-

turato; tū relinquatur duos aut tres dies in loco calido; dein valida fit expressio; quæ postea in balneo Mariæ ponitur, vt separatur aqua vitæ à facultate medicamēti, quod exigua quantitate crassiusculum remanet in fundo vasis; Tuncq; colligitur, & reponitur in vase vitreo, aut fictili, sed vitrate.

Cum validius extractū quis parare voluerit, in priore expressione aliud eiusdem generis medicamētum macerabit, & post diutinam ac perfectam infusionem exprimet, vt ante. Idque ter, aut quater, si extractum potentius expetierit; tandemque facta expressione vltima, vel ignis calore blando, vel balneo Mariæ segregabit aquam vitæ; vel insolatu dissipabit, solo remanente extracto, quod exiguo corpore viribus est eximium.

Rhabarbarum & alia medicamēta pretii maioris, post primam macerationem & expressionem abiicienda non sunt, vt vulgaria, sed bis, aut ter, vel etiam quater, in alia aqua vitæ infundenda, donec colorem & saporem prorsus amiserint, & quicquid illis inerit virtutis, in aquis ipsis reliquerint: tūc enim fieri debet vltima expressio, quæ aliis miscetur, à quibus omnibus aqua vitæ separatur, per balneū Mariæ, quousq; subsidentia, seu extractum relinquatur.

Non vero semper extracta fiunt per aquam vitæ, sed multoties per herbarum decocta, aquas stillatitias, & aliquādo per aquam pluuiam vel fontanam. Massa enim *Extractum pilularum* pilularum nonnunquam macerantur in aqua pluuiæ per octiduum, adhibitis, si videtur idoneum, succis buglossi, vel betonicæ, vel alterius pro exigentiæ rei. Postea igni lentissimo coquuntur, filtrantur, & coagulantur.

Hoc modo *rhei optimi* minutim concisi *Extractum rhei* libra vna maceratur per diem integrū, in libris duabus succorum depuratorū borraginis & fumaris; deinde igne lentissimo coquitur, donec succi absumantur: tunc fit expressio fortis, quæ de quo igne coquitur lēto in diplomate ad mellis crassitudinē. Sunt, qui sachari duas vncias adii-

ciunt, sed augetur moles, & hebescit extracti facultas.

Multis aliis modis extracta parantur, quos pluribus persequi nostri nunc non est instituti, quando quidem Pharmacopœi instituendi methodum, non Chymici meditamur.

C A P. XXIV.

De cribratione.

VT agricola paleas & acus à tritico excutit vanno, sic ab optimis marcida fecernit semina cribro, ipsiq; potius, quam Pharmacopœo, cribratio competit, sed vterq; illo vitur instrumento ad farinam à furfure fecernendam, quod tamisium vulgus nominat, nonnulli incerniculum, & aliquando setaceum, quod ex seta equina concinnetur, interdum ex tela cannabina, & aliquando ex sericea. Cribrum vero fit ex pergamena multis foraminibus rotundis aut longis peruia, per quæ solium & semina minutula facile descendunt, remanentibus succulentis, ac melioribus. Vsurpatur itaq; cribratio pro eo medicamentorum apparatu, qui cribro, aut incerniculo peragitur.

Cribratio-
nis vsus.

Est autem multiplex huius præparationis vsus; per eam enim stros seminum molitorum, seu farina à furfure separatur: Radices coctæ à corticibus mundantur, & fructus ab acinis repurgantur.

Pulpa quoque fistularis cannæ cribro equina tela concinnata transmittitur, vt medulla sic à siliquis confectis & seminibus per purgata sola extrahatur.

Eodem modo & *Tamarindi* & *dactyli* macerati aceto vel alio liquore per setaceum traici solent ad definitos vsus.

Semina multa coquantur ad crepaturam, vt radices & folia ad putrilaginem, deinde transmittuntur per setaceum crinibus equinis concinnatum ad cataplasmatum, vel aliorum diuersæ formæ remediorum confectioem.

Pulveres cardiaci, vt etiam alii, qui me-

dicamentorum compositiones ingrediuntur, tamisio sunt tenuissimo cernendi, & maxime qui obstructionibus liberandis, vrinæ & mensibus mouendis dicantur. Quo enim tenuiores sunt, eo citius ad partes attingendas deferuntur.

In quibusdam pulueribus cernendis tamisio setacea exquiruntur, in aliis multiplia, vel quæ ex linteo fiunt tenui & raro.

In summa cribratio fit ad mixtionem commodiorem rerum pulueratarum, vel certe iam mole minimarum, & ad tenuioris portionis sæpe melioris, à crassiore sæpe deteriore, separationem.

Vt autem varia sunt, quæ cribrationi inferuiunt instrumenta, sic varius cribrandi modus, nam proprie Cerealia, vt & legumina cribro excepta suspenso, manu agitantur, & hac, illac versando semina, quæ mala sunt, ablegantur, retinetur, quæ bona.

Variis cri-
brandi mo-
dis.

Eodem modo cardiaci pulveres cernuntur, cribro inter manus versato, nec violenter succussato, vt tantum pulueris pars tenuior transmittatur, relicto crassiore.

Pulveres
cardiaci
quomodo
cribrandi.

Nonnulla vero vt optime transmittantur, debet incerniculum numeroso percussu in abacum aut aliud corpus solidum succussari, ne partes crassiusculæ cribro impingantur. Proinde terenda fere sunt omnia, antequam cribro volentur. Et quæ cribrum vix permeant ob crassitudinem, denuo terenda, donec ob tenuitatem tota transmittantur.

C A P. XXV.

De colatione & filtratione.

QVA ratione medicamenta sicca cribrantur, eadem colantur humida. Vt enim sordes omnis fecernatur, habeaturq; purus humor ac syncerus, colo transmittitur, vel densò, aut raro, vel textura mediocri, pro rei exigentia & commodiore vsu. Ideoque pharmacis proceres iubent in officinis multa cola asseruari rara, aut densiora: eaq; vel lanea, vel lineæ, aut cannabina, vel setacea, & sæpe detrita; sæpius tamen

нона.

noua, vt validiori compressu totus succus colandæ rei absque telæ crepatura traiciatur.

Ad crassorum & viscidorum colaturam quid requiratur.

Vt recte colentur crassa & viscida, tria exoptulant, vt ampliore humore diluantur, vt colo traiciantur rariore ac nouo, & diutius calefiant ante colaturam. Sic enim illorum densitate magis rarefacta facilius transmeant. Myua seu gelatina carniū & fructuum, sic prius calefacta colatur. Et mellis genus omne, & manna per os ex liquore quodam sumenda, vt res quædam extranea ac fordida, si quæ sit admixta, per colaturam separetur.

Quæ tenuia sunt, vt succus herbarum, limonum & multorum fructuum, tepida solari solent, & sæpe frigida; Sic namque terrestrior pars ac crassior remanet, traiecta puriore ac magis sincera, veluti defecata. Lac tamen colatur frigidum, nec non aqua turbida, vt ab illo pili, si qui sint allapsi, ab hac vero, vt conspurcamenta secerantur. Sæpe tamen per residentiam ab aqua id omne separatur, à quo turbida reddita est, vt in cisternis videri potest.

Vinum quoque Hippocraticum ter aut pluries colatur frigidum per manicam laneam, oblongam & acuminatam, ad sachari, vini & aromatum, quibus conficitur, mixturam & consistentiam iucundiorē.

Quædam tamen non nisi calidissima percolanda sunt, alia frigida, quædam tepida. Et multa vnica tantum colatura egent, quædam duabus, & nonnulla tribus, donec clarescant.

Apozemata percolantur stamine vulgari extenso; interdum & sacculo laneo, aut lineo: Syrupi vero, qui ob sachari vel mellis admixtionem & longiorem coctionem crassiores sunt, nec tam facile transmeare queunt, linteo raro, dum percolantur, egent.

Simili modo decocta colantur, quib. vnguenta parantur, vt etiam vnguenta ipsa liquefacta, dum quid crassiusculū, quod vim pistilli aut ignis effugerit, secernendū est.

Multorum medicamentorum tenuior portio à crassiore segregatur per aliam colationis speciem, quæ filtratio nuncupatur: Quo apparatus modo solent vti, qui lac virginalē dictum conficiunt vel tenuiorem alicuius medicamenti substantiam tantum exoptulant. Fasciam enim laneā, duos, aut tres digitos latam & oblongam assumunt, eiusque extremum in vasis fundum, quod medicamentum filtrandum continet, immergunt; Alterum vero extra vas ascendens in aliud vas propinquum spectat, ac propendet, in quod humorem, quem à priore vase continenter quasi surgendo trahit, stillatim eructat.

Filtratio.

C A P. XXVI.

De spumatione.

DESPUMATIO dicitur; cum spuma *Spuma quid.* innatans detrahitur vel cochleari solo, vel penna, si pauca fuerit, vel colatura. Nam cum spuma sit *succus quidam lentus includens flatum; generatio enim omnis spuma duarum substantiarum mixtura perficitur,* inquit Galenus *comm. ad aphor. 43. libr. 2. quarum spiritusosa vna est, altera humida, proinde varia agitatione mouetur ac disiciatur;* Idcirco spumæ secernendæ ouorum adduntur albumina, quæ suo lentore & visciditate eam ipsam cogant, ac colligent, vt quando gelatina, syrupi multi & apozemata coquendo despumantur.

Cum autem *motus & calor* sint efficiētes causæ spumæ, nihilque crudum & immotum spumescat, despumari tantum debent quæ agitatione vel coctione spumam edunt.

Spuma efficiētes causas.

Vt mel aut sacharum despumetur, humoris aqua portio, & sæpe dupla adiicitur, dein coquendo, spuma cochleari pertuso deraditur, ne simul cum ea ipse humor, in quo fit concoctio, abiiciatur. Quod si hac arte imperfecta videatur despumatio, singulis libris singula ouorum albumina adiunguntur, quæ continuata elixatione simul vt indurantur, spumam colligant, vnde postea spumæ facilis est à liquore secre-

rio, vt quæ per colaturam vna cum albuminibus in colo seu stamine relinquuntur, humore syncero solum transmissio. Si mel valde impurum est, cum triplo humore coquitur ad dimidias, vt optime despumetur. Idem iudicium de cæteris rebus despumandis valde impuris.

Quando mel per se despumandum.

Per se autem mel aliquando despumatur & purgatur, si modo cuiusdam alienæ qualitatis expers sit, vel cum tam longam coctionem sustinere non potest viribus integris, vt ea, quæ cum illo admiscentur: Tunc enim præstaret non despumatum miscere, quam cum miscendis despumare.

Sacharum despumandum tam diu coquendum est, vt post despumationem admixti liquoris vnciæ duæ aut tres solum, pro sachari libra supersint.

Condiendi fructus dum coquantur cum sacharo, aut mellis portione, vt nonnulli faciunt, solo cochleari despumantur, vt decocta & succi laneo colatorio. Solent enim trahi per pannum extensum clauis affixum, vt spuma & feces desuper relinquuntur.

C A P. XXVII.

De clarificatione.

Clarificatio quid.

CLARIFICATIO est sordium crassiorum à medicamentis liquidis expurgatio; sic enim gratiora palato redduntur, & facilius distribuuntur. Clarificantur autem multa per se sola, dum portio magis factulenta subsidet, vt succus pomorum, *aurantiorum, citriorum, buglossi, acetosa*: Quædam despumatione, alia colatione, nonnulla coctione, additis sæpius albuminibus ouorum; aliquando etiam sine his; vt cum succi plantarum & fructuum eoquantur ad tertiam partis consumptionem, deinde

Clarificatio quot modis fiat.

biduum sinuntur, donec clarescant. Vnde clarificatio modis quinque fieri dicitur, *quiete, colatione, despumatione, aceti vel acida rei mixtione, & albuminum ouorum cum re clarificanda agitatione, & coctione.* Decocta enim & syrupi si acetum recipiant, per se magis ac magis aceti vi purgan-

tur. Ouorum autem albumina seopulis agitata sunt, donec tota spumescant, tum syrupis admiscenda vel decoctis, quæ postea reloquuntur. Et vbi coctione perfecta perfecte albuminibus spuma colligata est, artificiose deradenda ac separanda vel traiectione communi, quæ fit per pannum quatuor angulis totidem clauis firmatum; vel colatura magis particulari, quæ fit per manicam Hippocratis. Debet vero ter aut quater iterari colatio, donec syrupus aut decoctum plane claruerit.

Recentiores quasdam portiones formæ iulepi conficiunt, quæ cū consistentia valde claræ, Claretæ nuncupantur. Tales vero redduntur modis *superius* enumeratis.

C A P. XXVIII.

De aromatizatione.

AROMATIZATIO dicitur artificiosus *Aromatizationis* preparatio, quo medicamentum quid, magis odorata ac suauolentia redduntur, ad gratiam palati, cordis, ac facultatis vitalis, & animalis robur & oblectationem. Medicamenta siquidem ventriculorum subuertentia, si *caryophyllis* aut *cinamomo*, aut aliis aromatis condiantur, minus infensa sunt, ac molestia partibus præcipuis, & salubrius humores excrementitios per secessum, aut etiam vomitum, si contigerit, educunt.

Licet autem aromata calida sint omnia *Quæ aromata* Galeno, *cap. 15. lib. 2. de aliment. facultate* hanc vel *temque vitalem exhiberent*, quædam tamē illam partē *magis respiciunt cerebrum, vt caryophyllis;* corporis *magis respiciunt* quædam cor vitæ fontem, vt *cinamomum;* *magis respiciunt.* alia ventriculorum, vt *nux moschata*; alia iecur, vt *santali*; & quædam vterum, vt *moschus, ambra, zibethum*; non quod sane his delectetur vterus sub odoris specie; organum etenim non est odoratus, sed afficitur *Vterus quomodo afficitur* tantum odoribus ratione materiæ tenuissimæ, seu vaporis aerei, quo recreantur spiritus quibus genitalia turgere omnibus est in confesso.

Multas confectiones aromaticas descripsit *Mesue, vt diacinamomum, aromaticum rosa-*

rosatum, diamoschum vtrumque, diambra, electuarium de gemmis, & pleraque alia, quorum felicissimus est vsus ad robur principibus membris conciliandum & conseruandum, putredinem arcedam aut corrigendam, & reficiendos spiritus.

Qui ex morbo conualescunt, aut valde sunt senes, satisque valent opibus ad iacturam virium refarciendam, consilio Medicorum, conditis solent vti paratis ex conseruis, syrups & pulueribus cardiacis, quorum eximia vis aromatum odori suauissimo maxime tribuitur.

Cur medica. Similem ob causam syrups multi aromatizantur confectione Alkermes, aut trochiscis gallia moschata, vel moscho, ambra, zibetho & aliis suaueolentibus in cluis nodulo, ita vasi, quod syrupsium aut liquorem continet, alligato, vt circa illius medium suspensus maneat. Sic enim aromatica vis æque distribuitur ad totum humorem, quod etiam norunt Oenopola, qui vinum fragrantius & suauius reddant, suspensis in dolio zinzibere, cinamomo & similibus.

Quomodo vinum redatur suauius.

Quibus salices ad Venerē vtantur.

Qui inter aulicos ditiores sunt, salaciores & magis desidiosi, vt belluarum more potentius ruant in Venerem, ad illiusque ludibria sint vegetiores exercenda, quis interdum vefuntur forbilibus, vel fixis cum multo moscho aut zibetho, ita vt naturam destruant magis, quam reficiant.

Multi vero fructus, vt nuces & pyra, ante condituram cinamomo aut caryophyllis configuntur: cum vt palato, tum vt cordi gratiora sint & magis amica. Iulepi sapius aromatizantur aqua rosacea, apozemata cinamomo aut santalo citrino; opiata & condita confectionibus aromaticis, pomata ambra, vel moscha, vt alia multa medicamenta styrace, belzoim, caphura.

C A P. XXIX.

De coloratione.

LICET color, docente Galeno cap. 2. lib. 1. Simpl. cap. 30. lib. de histor. philos. medicamentis facultatem non ostendat, quia tamen qualitas est corporis visibilis, quæ

quod vel obsit, vel profit magis aut minus expetitur: Vt enim nigredo videndi vires lædit, vt etiam albedo: sic viridis color exhilarat, vt præter experientiam Philosophus scripsit *Probl. 60. sect. 31.* Ex medicamentis tamen nonnulla magis expetitur alba, quædam rubra, alia nigra, vel alius coloris. Color autē illis acquiritur quatuor potissimum modis, lotionē, agitationē, coctionē, mixtionē. Lotione candida fiunt multa, vt oleum, terobinthina, cera. Quædā etiam agitatione talia euadunt, vt penidia, vnguentum album Rhasis, emplastrum diachylon, & ceratum refrigerans Galeni: Ea n. omnia, quo diutius tractantur & subiguntur, eo magis albescunt, vt pilule alba, Bechica confectiones, & lacharata omnia: Motus siquidem seu agitatio colorem expetitum medicamenti conciliat. Hoc non tantum in enumeratis cernitur, sed manifestissime in vnguento crudo, quod ex lithargyro, oleo & aceto paratur. Hæc enim tam diu in mortario agitantur, donec formam vnguenti albescens acquirant. Coctione adhuc medicamenta magis colorata fiunt, aut albiora, aut nigriora, prout concoctio validior ac diuturnior, vel imbecillior erit. Sic emplastrū ex cerussa cruda paratum candidum est, ex eadem vsta rubrū, & ceratum, quod æruginem crudam recipit, viride est, quod vstam, album ac melinum. Denique pro rerum admixtarum vario colore, varius est medicamentorū color. Quæ enim recipiunt crocum, flauescunt; quæ cinnabarim, rubent; quæ cerussam, albescunt; quæ cassia medullam, nigrescunt.

Coloratio quot modis acquiratur.

Vnguentum crudum ex quibus consistit.

C A P. XXX.

De conditura, salitura, & fartura.

VT salitura & fartura potius ad popinā, quam Pharmacopolium spectare videntur, sic conditura ad artem aromatariā. Medicamenta tamen iisdem interdum egent: nam salitura plurimum facit ad conseruationem, fartura ad saporis gratiam, conditura ad vtrumque. Condiuntur enim non tantum fructus, aut flores: sed & cauliculi,

liculi, cortices, & radices tenellæ, tum vt diutius asseruentur, tum vt iucundius edantur. Sic radix zinziberi tenellæ, siliqua castia fistularis, quæ non multum adoleuerit, nuces moschata, myrobalani, & alii fructus exotici recentes condiuntur, vt felicius ad nos sine magna virium iactura è longinquis regionibus aduehantur. Nostrates fructus dulces subacidis aut alius saporis iucundi palato, statim atque seledti fuerit, & à cortice nudati, si sit opus (multi enim non decorticantur, vt ribes, berberis, agrestia) cum sacharo, aut melle vel utroque coquantur. Amari vel acidissimi & acres tandem in aqua macerantur, donec vehementem qualitatem deposuerint.

Solent vero potissimum Pharmacopœi condituras, vt vocant, humidas parare, sicut dum cum sacharo & aqua, vel cum syrupo fructus, aut radices tamdiu concoquunt, vt humiditatem omnem aqueam amittant, & cum syrupo perfecte cocto conditi ac reconditi asseruentur.

Aromatarii vero non solum condituras eiusmodi conficiunt, sed etiam siccas, vt loquuntur, quæ sunt ex fructibus vel sacharo extrinsecus incrustatis, vt tragetæ omnes species, vel intrinsecus coquendo sacharatis & postea insolatu exsiccatis. Fructus vero multi vel sale condiuntur solo, vt capparès, vel addito aceto, vt cucumeres in frustula secti, vt portulaca, lactuca, & multa olera, vt sine putredine ad hyemem vsque possint asseruari. Sal enim miram vim habet desiccandi & conseruandi: vnde carnes & pisces saliti in plures nontantum menses, sed annos, sine corruptela reconduntur. Ob eam rationem anima à philosophis quibusdam dicta est sal corporis, quia quamdiu in ipso remanet, tamdiu ab omni putredine vindicat ac tuetur. Confert etiam vt medicamenta qualitatem aliam, præter peculiarem nanciscantur, propterea carnes viperinæ & multorum animalium partes insperguntur sale marino, aut fossili, (sunt enim omnes eiusdem facultatis Galeno) eoque pauco, si saporis;

vel copiosiore; si conditura gratia adhibeatur.

Quæ autem alimenta medicamentosa desiderantur, si cavitatem habeant manifestam, fructibus aut herbis farciuntur, aut radicibus, quibus etiam sæpe configuntur. Nunc multa animalia farciuntur ante assationem vel elixationem, vt palato magis arrideant, & aliquando vt sanitati resarciendæ aut conseruandæ magis conueniant, vt cum polypodium, capparès passulæ, hordeum, vel aliæ plantarum partes ventre exenterati caponis vel anseris includuntur. Gallinæ annosus hordeo solet farciri, vt simul cum facultate alium subducendi, qua pollet ex Galeno & Oribasio, detergeat & nutriat. Cucuræ sæpe farciuntur è cephalicis pulueribus, exceptis bombace, sindone duplici interluto, vel vt vulgus loquitur, interbastato. Simili modo paratur topicum remedium forma seuti, quod regioni stomachi adhibetur. Excipit vero puluères roborantes & stomachicos, quales præscribit solent in ventriculi debilitate. Proprie tamè fartura dicitur, per quam exenterata animalia, vel excauati fructus medicamentosis rebus, vel alimentosis, & aliquando aromaticis tantum ad iucunditatem farciuntur.

CAP. XXXI.

De destillatione.

DESTILLATIO est humoris aquei vel oleosæ re quapiam vi caloris educid. *Destillatio quid.* Fit autem ea vel per ascensum, vel per descensum, idque calore humido aut sicco. Humido calore destillationes fiunt in balneo Mariæ, & in vapore aquæ calentis. Balneum Mariæ, aut maris, vt aiunt nonnulli, dicitur vas quoddam cupreum aut aneum, aquam calidam continens, in quod vas aliud immittitur, quod materiam destillandam contineat. Cucurbita seu boccia vocari solet, cui aliud vas rostratum super imponitur, quod vulgus alembicum seu capitellum nominat, de in glutine ex farina

Salitura.

Epicureis anima pro sale.

Balneum Maria.

Cucurbita.

rina & ouorum albuminibus facta, simul arctissime compinguntur.

Balneum roris.

Destillatio in vapore aquæ calentis fit quoque in vase duplici, vnum materiam destillandam continet, & in alteru vas oblongum cupreu aut æneum immittitur aqua semiplenum, ita vt relinquatur sufficiens spatium inter cucurbitam & aquam bullientem, cuius solo vapore sursum elato, destillanda materia incalescat, & ad capitellum rostratum vapores extollat.

Varia sunt forma balnei.

Varia vtriusque balnei formæ describi solent; quisque enim pro arbitrio aliquid mutat, innouat, addit, aut detrahit, potius ad vasorum elegantiam, quam destillationis facilitatem. In omnibus autem ignis, qui causa est efficiens destillationis, tam conuenienti loco est astruendus, vt negotio facili materiam in boccia contentam calefaciat.

Ignis in destillatione qualis.

Debet vero ignis luculentus esse, nõ sumidus, aut fetidus, vt qui ex ligno putri aut carbonib. indebite extinctis paratur; atq; ita regendus, vt nec valentior sit, & materiam adurat; nec ita paruus, vt ante perfectum opus extinguatur. Antequam aqua feruendo deficiat; alia substituatur calida, aut saltem tepida, atque eo feruoris gradu calefacienda, quem materia postulat conditio. Quædam enim vapore tantum benigno, alia validiore, nonnulla aqua feruente commodius destillantur.

Plantarum destillatio.

Plantæ recentes integræ, vel earum partes in frusta sectæ in humido balneo conuenientissime destillantur. Siccæ si fuerint, humore quodam idoneo madere debent ante destillationem. Sic enim aquæ destillatæ plantarum vires & qualitates melius retinent; sed quia sunt magis excrementosa, non ita possunt seruari. Aquæ tamen multæ saporis plantarum non retinent, quod substantiæ terrenæ ita inhæreant, vt calore etiam vehementissimo non ascendant.

Balneum autem humidum aquis destillandis, siccum vero (si modo balneu dici debeat, vt multis placuisse video) & aquis

& oleis educendis aptissime conuenit. Proprie quidẽ dicitur siccum, quod cucurbitæ non supponatur aqua, sed solus ignis, interpositis aliquando cineribus aut arena vellimatura ferri aut chalybis. Quod vt commode fiat, ea industria fornax astrui debet, quæ ima sui parte ostium apertum habeat, per quod cineres eximantur, qui a prunis accensis craticulæ transuerse superpositis deciderint. Super cratem aliud patebit ostium, per quod carbones immittentur, dein super ostii concameratione, trabeculæ ferreæ transversim inferentur. Tū desuper lebes æneus, aut figulinus, vel ferreus collocabitur, in quem cucurbita imponetur, sepelieturque adiectis arena aut cineribus: Tandem capitellum rostratum superponetur. In fornacis parte summa, quædam ventilia seu foramina constituentur, per quæ fumus exilire queat.

Alembicus.

Frequens nunc est vsus instrumenti cuiusdam cuprei, quod alembicum vocant, in cuius camera inferiore trabeculæ ferreæ, quæ prunas ardentes sustinent, continentur, in media boccia, in suprema capitellum rostratum ac coniforme, & aliquando rotundum cum refrigeratorio instar aheni efformato, vt copiosam aquæ quantitatem continere valeat, quæ dum validius incaluit, per epistomium in eius parte decliui sicum, effunditur, vt noua & frigida denuo affundatur.

In multis alembicis rostrum prominet longissimum, rectumque, & sæpe instar serpētis, a quo subinde nominatur, flexuosum, vt per dolium frigida plenum trahatur, & aqua prolectata magis concreseat & contemperetur.

Retorta vesica.

Inseruit quoq; destillationi, quæ fit per arenam, aut cineres boccia quædam vitrea, incurua, rerorta, dicta vt etiam alia recta, quæ a vesica nomen habet, figura ouali, vitrea aut cuprea intus stanno obducta, quæ his inseruit destillandis, quæ facili negotio in altu subleuatur; vt radices, semina, folia, flores, & aromata. Quæ vero difficilius atcolluntur, vt pinguedines, resina, lacrymæ,

Gummi, retorta vitrea, densissima, aptius sublimantur.

*Varia destil-
landi forma.*

Sunt vero tam variae destillandi formae, tamque varia destillandi instrumenta, & instrumentorum materia, ut vix possint certis legibus coerceri. Verus tamen haec inuoluit consuetudo, ut vulgus Pharmacopoeorum plantas recentes multaque alia medicamenta destillet alembicis plumbeis intus stannatis, quae non tantum adferunt nocementi, ut plerique reformidant. Vitrea tamen & figulina meliora sunt, sed quae facile franguntur, fracta eiciuntur inutilia. Quae autem caloris vehementiam non sustinet, melius in balneo Mariae destillatur, dein in cineribus, in quibus ut in balneo, calor mitis ac temperatus asseruari potest ac foueri. In arena & limatura ferri non item. Haec enim vix, nisi calore acerrimo incallescunt, unde oleis destillatione prolectandis commodissime usurpantur. Debent vero aquae destillatae dies aliquot in solari in vasis charta foraminulenta obruratis, ut impurius magisque excrementitia portio resoluatur, simulque impressum deleatur ignis vestigiū, quod aquas destillatas sole comitari.

*Quomodo
aqua destil-
lata inso-
landa.*

C A P. XXXII.

De destillatione per descensum.

VROQUE calore, & humido, & sicco fit destillatio, tam per ascensum, quam per descensum. Per ascensum, quando vi caloris ignis solius, aut aquae, vel alius corporis interpositi, materiae in cucurbita latentis portio tenuior sursum ad capitellū aduolat, ibique condensata ad rostrū decliue suo pondere delabatur, & ad lagenam aut vas aliud, recipiens dictum, rostro subditum effluit. Atque ut destillatio per ascensum fit pluribus modis, sic etiam quae per descensum. Alia enim proprie dicitur fieri per descensum, quando sine exaltatione humor eductus stillat deorsum. Alia per inclinationem, alia per transfudationem, alia per lacinias seu filtrationem.

*Varij destil-
lationis per
descensum
modi.*

Quae fit sine calore, ut exprimendo & colando, improprie destillatio nūcupatur, ad

huncque locum minime debet referri.

Destillatio autem per descensum, aliquid quando fit sine calore, ut cum in aere vapidum, ut in cella vinaria sacculus suspenditur impletus myrrha aut tartaro. Haec enim, ut alia multa, in vdo loco diu asseruata tabescunt, & succum purum velut exudat, atque in catinum subditū emittunt. Frequentius vero fit cum igne, cuius vi non solum aquae, sed etiam olea per descensum prolectantur. Sic enim aqua rosarum aut florum quorumlibet optime destillatur. Olla sumitur cuprea, aut aenea, vel figulina, panno tegitur lineo, aut cannabino unde quaque firmiter succincto, rosae desuper aut alii flores imponuntur, dein patina prunis impleta superponitur floribus, ex quibus calefactis exudabit aqua optima in ollam subiectam. Ignis autem ita regendus, ne flores adurantur, proinde multi prudenter charitam inter vas ignem continens & flores adhibent. Sic enim vim caloris tutius perferunt. Hic vero destillandi modus ut facillime, sic plebeculae familiarissimus.

*Destillatio-
nem fieri in-
terdum sine
calore.*

*Quomodo
aqua edu-
catur per
descensum.*

Sunt, qui in simo aut alia re putrente quas destillant, sed quibus facile carere possit Pharmacopoeus, penes quem mundities omnis esse debet, & selectiorum remedium preparatio. Magis arridet illa destillatio, quae fit in calore Solis, hoc modo. Rosae aut alius floribus impleta matula, ollae alteri subiectae probe applicetur, & firmiter coniungatur, dein Soli exponatur splendidissimo: Si enim illius radii ollam superiorem verberarint, aqua stillabit optima in inferiorem.

*Destillatio
in simo.*

*Destillatio
in calore
Solis.*

Oleorum autem per descensum destillatio difficilius est, vixque nisi magno cum apparatu, labore, & tempore perficitur. Est per descensum vero Chymicis valde familiaris, qui variis modis olea per descensum prolectant. Ita enim vasa, aliaque instrumenta destillationi inferuientia apparant, ut via non detur sursum ascendendi, sed velut e liquore factus & eductus humor deorsum instar stillicidii exudat. Locum habere solet in his, quae calor ascensivus destrueret, vel à fortibus spiritibus

*Oleorum
destillatio
difficilis
est.*

diffi-

dissiparentur, antequam consistere possent.

Huius autem destillationis vari traduntur modi: Alia enim fit in fornace per transudationem, per quam humor prolestat transudat, & guttatim in excipulū delabitur, igne supra adhibito: Alia quoque fit per transudationem, sed in humando, quando scilicet fouea in terra excavatur, in quam demittitur olla, cuius orificio alterius ollae fundum foraminulentum adaptatur, & optime coniungitur. Orificium vero superioris superioris ollae materiam destillandā continentis operculo commodo tegitur, & firmiter agglutinatur; tum adhibita terra sepelitur utraque olla usque ad ventrem superioris, ita, ut commissura lateat: Dein ignis admouetur per gradus, pro destillandae materiae conditione & natura. Res enim solidior maiorem postulat calorem, minus solida minorem.

Est vero alia destillatio media inter ascensoriam & descensoriam, quae fit per inclinationem, in qua scilicet parua fit eleuatio, indeque mox deorsum reflexio. Vocatur quoque destillatio per retortam, quia fit in boccia reflexa, in cuius curuatura spiritus coadunati descendere coguntur in receptaculum inferius locatum, & proboscidi retortae probe iunctum. Debet vero retorta in fornace, ut decet, extructa decumbere, cuius venter in catino arenario vel cinereo sepeliatur, & cornu per rimam extra propendat.

Quando retorta in destillationibus usurpanda.

Porro solent usurpari retortae in his, quae difficilime ascendunt, ut in oleis metallicis & spiritibus mineralium, in quibus educendis, cum ignis sapius vehementissimus desideretur, cauendum, ne retortae disrumpantur. Proinde antequam igni adhibeantur, luto, aut argilla aut alia conueniente materia debent incrustari, maxime vero, si ipsis nitrosa includantur, & sine intermedio cinere aut sabulo igni violentissimo adhibeantur. Sed quia nostri non est instituti, Spagyricorum destillationes recedere, nec illorum matralia, cucurbitas, ampullas, vasa hermetica, circulatoria, sublimatoria, ca-

tinosa, ollas & fornaces describere, destillationis praecipua non ulterius persequemur: haec enim multo facilius & citius praxi & manuum actione ediscuntur.

Plures autem non modo destillationes, sed praeparationes aliae à Chymicis traduntur, ut sublimatio, cohobatio, exhalatio, euaporatio, exaltatio, & aliae multae, quarum pleni sunt eorum libri. *Sublimatio* dicitur, quando extractum vasis partem sublimem attingit, ibique subsistit. *Cohobatio*, quando id, quod prolestatum est, denuo capiti mortuo redditur. *Caput mortuum* illis est velut exucca fex, & expers qualitatibus excrementum: fit tamen interdum materia salis chymici. *Exhalatio* est spirituum siccorum per calorem in aera dissipatio. *Euaporatio* humidorum resolutio. *Exaltatio* autem non idem ac sublimatio designat. Est enim artificiosa praeparatio, per quam res quodammodo immutatur, ut ad altioris substantiae & virtutis dignitatem perducatur; ut cum rude quidpiam crudum ve maturatur & perficitur. Huic dicuntur inferuire maturatio & gradatio; maturatio, digestio & aliquando circulatio. *Maturatio* est exaltatio è rudi crudove ad coctum & magis elaboratum atque perfectum. *Digestio* est maturatio simplex, per quam res incocta & intractabiles calore digestorio coquantur, & mitiores tractabilesque redduntur. *Circulatio* est liquoris puri per solutionem circularem, ope caloris in vase Hermetis, seu Pelicano, exaltatio. *Gradatio* vero proprie ad metalla pertinet. Est enim illorum ad bonitatis & perfectionis gradum maiorem exaltatio, qua pondus, & color, & consistentia ad excellentiorem gradum perducuntur. Sed ne longius à proposito digredi videar, Chymicis suas praeparationes relinquam. Tractatio enim destillationum eo me impulit, ut haec obiter attingerem, & velut parergon, ad latus, breuibus lineis depingerem.

FINIS LIBRI SECUNDI.

H 2 INSTI-



INSTITVTIONVM
PHARMACEVTICARVM
JOANNIS RENODÆI
LIBER TERTIVS;

De compositione medicamentorum generalium.

CAPVT I.

Cur medicamenta componantur.



VT simplex composito naturâ prius est, sic medicamēta simplicia compositis; primumq; veteres Medici, referēte Plinio, *cap. 2. lib. 26. nat. hist.* ad morborum curationem simplicia tantum præscribebant, vt Diocles, Praxagoras, Chrysippus, & Erasistratus. Hippocrates quoque, qui primus artis Medicæ fundamenta stabiluit, ac leges condidit, omnibus pene affectibus medebatur solis simplicibus medicamentis. *Necessitas tamen exercitatos coegit Medicos, inquit Aetius, c. 25. tetr. 4. serm. 2. aliquando noua conquirere remedia, & ex simplicibus quædam cõponere. cum scilicet simplicia vbiq; mederi non possunt. Nam si solis simplicibus, ait Galen. c. 5. li. 1. comp. med. general. vniuersos præter naturâ affectus cu-*

rare liceret, nullus vniq; compositi vnquã vnus foret. At nullũ datur tale simplex, quod præstare id valeat: quare cõpositionis medicamentorũ necessarius est vsus; maxime vero in morbis, qui cõtrarias simul medicamēti facultates desiderāt, quæ in his, quæ suapte natura proueniūt, nõ inueniuntur.

Multi autem sunt compositionis medicamentorum causæ [*Serapio c. 2. lib. 7.*] Prima, quando morbo profligando deest aliquod simplex medicamentũ omnino contrarium: tunc enim aliquod compositũ usurpatur, quod simplicis suppleat defectum; vt cum ad vlcus moderate detergendum, miscemus duo simplicia medicamenta: vnum, quod potenter; alterum, quod negligenter id præstat, ex quorum concursu ac cõmissione vnũ nascitur moderate deterforiũ. *Secunda* compositionis causa est, vt violētia medicamenti obtundatur, vcl vt eius ignauia excitetur. *Violentia*

Multi esse causas compositionum medicamentorum.

1.

2.

cius.

3. eius qualitas hebescit admixtione benignioris, aut oppositi, vt cū acris, lenienda permiscetur, amaris dulcia, impese calidis refrigerantia, malignis cardiaca. *Tertia* ratio deprompta est ab affectuum curandorum varietate. Quot enim sunt affectus partes & humores noxii, tot medicamenta his analogia & destinata debent prescribi. Cerebro siquidem & pulmonibus, aut aliis partibus male affectis, id dari medicamentum debet, quod singulis prospiciat, & a causa morbifica liberet. Situs quoque & dignitas partium affectarum compositionem necessariam demonstrant; nam pars quaelibet non solum roboranda, quæ principatum obtinet; vt cerebrum cephalicis, cor cardiacis, vt iubet Galenus *cap. 1. libr. 1. comp. med. gener.* sed etiam sæpe alteranda, & ab humore peccante vindicanda, quod vno atque simplici medicamento fieri minime potest. Pars insuper longe à remediis dissita, ostendit sæpe attenuantia permisceri debere, vt facilius qualitas medicamenti ad partem deferatur, vt ostendit Galenus *libr. 1. de comp. med. per genera.*

4. Sunt alia quædam compositionis causæ minus necessariae, vt cum ad gratiam palati, vel cordis medicamenta dulcorantur *sacharo*, aut *melle*; vel conduntur *cinamomo*, aut aliis aromatis; vel diluuntur in decoctis idoneis, vel in forma boli, aut electuarii solidi componuntur. Ad odorem enim, saporem, colorem, & iucunditatem medicamentorum, atque ad eorundem conseruationem in futuros vsus, multa sæpe adiunguntur, permiscentur, & simul vniuntur.

CAP. II.

De syrupis in genere.

5. CVM planta multæ non semper nobis sint ad manum, sed earum vel folia aruerunt, vel radices in terra latent hyeme, vel earum vis post flores & folia amissa perit, nec dum urgente necessitate expetuntur, possunt inueniri; ex his futuros vsus aut succi extrahuntur, aut decocta paran-

tur, *mellis*, aut *sachari*, aut vtriusque simul quantitate sufficienti condita, vt possint in tempus longissimum, viribus integris manentibus asseruari, præcedente multa coctione, vt syrupi consistentiam acquirant. Est autem syrupus *medicamentum quoddam liquidum, ex succis, vel decoctionibus, cum melle aut sacharo, ad saporis gratiam & conseruationem tam diu coctum, donec iustam consistentiam acquirat*: cuius indicium est, si guttula in marmor effusa non diffuat, sed hæreat aut digitis excepta, horum abduktione in fila ducatur.

Sunt vero syrupi Arabum inuenta, quos Auicenna *lib. 5. serm. 1. tract. 6.* vocat decoctiones, vel succos inspissatos cum dulcedine, iuxta vocem Arabicam *Sçarab*, quæ potum quemlibet, modo suauem, vel *Srab*, quæ vinum dulce vel potius syrupum nostro more paratum, aut portionem medicatam designat: Græci *propomata*, vel *propotismata*, & aliquando *ἀποκωδιόματα*, vocare solent. Sæpius tamen his nominibus veteres *Oinomel*, aut alias potiones mellitas intellexerunt: nam antiquioribus Græcis vix Syrupi nomen, eiusque parandi modus innotuit.

Contendunt nonnulli probabilius syrupos dici ab *σῆσις*, id est succis, & *σῆρα*, id est, traho, quasi sint succi extracti: siue quod e Syria primum sint allati; siue ab eo, quod Alexandro Aphrodisæo dicitur *σῆσιον*, defrutum, mustum, sapa, aut dulcis ex vino & melle potio.

Perfekte autem coquantur syrupi cum *melle* aut *sacharo*, ne corrumpantur, totoque anno sint vsui, habentque propterea consistentiam crassiorem, eamque mediam inter saram & iulepum, vt apozema inter iulepum & syrupum. Syrupus enim est minus crassus sapa, syrupo iulepus, apozema iulepo. Sapa enim vt syrupi, quia crassiores diutius & tutius sine corruptione seruantur; apozemata & iulepia, quia tenuiora minusque cocta, minus: Vix enim integram hebdomadam perdurant, solentque à Medicis in rem præsentem imperari, vt

H 3 quoties

Syrupus
quid.

A quibus
inuenti.

Sçarab.

Nominis
syrupum
etymologia.

quoties rei necessitas postularit, aegrotis exhibeantur. De his vero fusius libro sequenti tractabimus: Nunc enim de his agimus, quæ apud Pharmacopolas in longissimum tempus asseruantur ad futuros usus: ex illis tamen in rem præsentem, vel apozemata conficiuntur, si in plantarum decoctis; vel iulepia, si in aquis stillatitiis dissoluantur. Sæpe quoque eclegmatum, opiatarum, & conditorum confecturam ingrediuntur, tum ut gratiam & vim præstantiorem, tum ut consistentiam acquirant scopo proposito conuenientiore. Per se tamen & impermissi sapissime præscribuntur: maxime vero qui sentim lambendo, ad expectoratum mouendum debent assumi, ut syrups de ruffilagine, violatus, de glycyrrhiza, capillorum Veneris, de hyssopo, aliique quamplurimi, qui propter dulcedinem spiritum concoquunt.

Materia Syruporum.

Fiunt autem syrups ex decoctione herbarum, radicum, fructuum, seminum, florum, vel earum succis, atque etiam aliis quibusdam, quæ feliciter possunt decoqui. Eliguntur vero decoquenda, quæ intentioni respondeant, seu ad partem quædam roborandam, seu ad humorem quælibet vitiosum emendandum, vel educendum, vnde syruporum nunc prostat tanta varietas. Componuntur enim ad calefaciendum, refrigerandum, humectandum, siccandum; ad aperiendum, obstruendum, incidendum, incrassandum, & purgandum.

Aqua optima qua.

Decoctio vero eorum, ex quibus syrups parantur, fieri debet in aqua, interdum pluua, sæpius fontana, aut fluuiatili, eaque optima, qualitatis scilicet omnis experte. Cuius quantitas rerum coquendarum quantitati & duritie respondeat. Quæ n. duriora sunt, ut radices & ligna, vix nisi tempore multo, & aqua multa coquuntur citra adustionem. Proinde quantitas aquæ augenda est, quando simplicia diutius coquenda sunt, ut etiã quando nimis sunt amara.

Decoctum colatum & clarificatum de-

nuo coquitur cum pari quantitate sachari, aliquando mellis, sæpe cum ambobus, & interdum cum sapa & alterutro, ut in Officina patebit.

C A P. III.

De Propomatibus.

MELLE dulcoratos omnes potus, generali significato, veteres Græci *Propomata* quid. *Aet. c. 30. cent. 3. ser. 1.* Aetii & Pauli *[Paul. Eg. c. 15. lib. 7. de remed.]* iudicio Propomata nominarunt. Cum enim illis vix sacharum innotuisset, potulenta multa ad gratiam palati mellita reddebant, quæ nunc nos sacharata, ut suauiora efficitur. Quædam tamen non sachari defectu, melle condiuntur, tum ad peculiarem saporis conditionem, tum ad qualitarum, quibus pollet, eximiarum consecutionem. Mei enim præter dulcedinem, quam adfert lingua iucundissimam, tantam vim habet conseruandi, ut salis loco in multis vsurpetur. Babylonii *[Dionys. Areop.]* enim corpora mortuorum olim in melle sepeliebant: & Appius *[Herod. in Thalia.]* cocus, ut sine sale diu carnes asseruaret, melle contegebat. Multa quoque condita, ut & alia pleraque medicamenta, mel excipiunt, tum ut magis arideant, palatoque sint gratiora, tum ut securius absque corruptela conseruentur, & vires acquirant insigniores. Vnde Galenus *cap. 177. de simpl. medic. recte scripsit, mel omnibus antidotis posse tuto commisceri:* Est enim dulcissimum *[cap. 11. lib. 1. de alim.]* succumque gignit tenuissimum; & medicamentis admixtū efficit, ut ea permaneant *[Paul. cap. 14. lib. 7. de remed.]* ac durent. Nō tamen omnib. æque salutaris est illius vsus: nam ut *[cap. 8. lib. 2. de fac. nar.]* senib. & frigidis confert, sic acute febricitantibus, & iuuenibus præsertim biliosis obest sapissime, quia in corporibus calidis cito mutatur, & bilefcit, & amarescit, atque igni si plusculum admoueat *[cap. 16. lib. 4. simpl.]* amarum efficitur, vti etiam vetustate. Pa-

Melle qui corpora conseruabant.

Pater Galeni mel amarum habebat. re. Pater enim [*cap. 11. lib. 1. de Antidor.*] Galeni mel quoddam habuit ita amarum, ac fit in Ponto natum foret, eo in tractu, ubi ex absynthio mel apes colligunt: id ipsum tamen & Atheniense & optimum fuisse dicebat: verum temporis diuturnitate amarum euasisse. Mel autem primus ostendit Aristæus quidam Atheniensis, auctore Plinio, *cap. 56. lib. 7.* Et Curetes populi omnium primi, illius usum docuerunt, licet Bacchus illius perhibeatur auctor ab Ouidio, dum ait;

Liber & inuanti pramisa mellis habes.

Porro ex melle multa medicamenta parantur, necnon potiones quædã vel liquidiores, iucundæ Paulo dictæ, ut *hydromel aquosum* & parum coctum; vel crassiusculæ, & diutius coctæ, vel insolatæ, ut *hydromel vinosum* vulgo dictum, ut *oxymel*, & alia pleraque medicamenta, quæ à melle habent nomenclaturam, ut *mella medicamentosa ex violis, anacardis, rosis*, & similibus.

Quid hydromelitis nomine intelligendum. Hydromelitis vero nomine multa comprehenduntur, ut *mulsa, melicratum, hydromel aquosum & vinosum*, simplex & compositum. Nullum tamen est adeo simplex, quin melle constet & aqua, ut nominis indicat notatio, verum sic ad differentiam magis compositi nuncupatur, cuius multæ differentiæ sparsim describuntur à primæ notæ Medicis, ut à Galeno *lib. de Dinamida.* & Paulo *lib. 7. de re med.*

In hydromelise qua mellis ad aquam proportio. Varia autem est in hydromelite conficiendo mellis ad aquam proportio, pro vario Medici scopo, atque sumentis temperatura. Ætatis enim tempore, & iuuenibus aquosissimum præscribitur; hyeme, & senibus ac pituitosis magis vinosum seu melleum. Sic enim placuit maioribus nostris hydromel parum aquosum & perfecte coctum, non improprie nominare. Saporem namque & calorem vini cuiusdam generosi, ut maluatici, referre videtur. Sputum enim potenter mouet, pituitam concoquit, calorem fouet natium, & stomachum roborat. Eius genuina descriptio & parandi mo-

modus traditur in officina à nobis edita.

Et licet vna non sit aquosi melicrati seu *Melicratum, mulsa, & hydromelitis* (hæc enim nomine tantum, non re discrepant) conficiendi norma, vulgaris tamen præparatio, à *Melice part. 3. distinet. 6.* tradita, est aquæ librarum octo ad vnâ mellis, tam diu solum simul coctorum, donec spuma amplius non emergat, quam opinionem sequitur auctor luminaris maioris. Multi tamen cuique libræ mellis, aquæ libras decem, & aliquando duodecim miscent, pro intentionis varietate.

Rustici loturam fauorum colatam æstate decoquunt, optimeque despumant, dein in vasis amplissimis reponunt, & suspensio in vase paucio fermento nodulo ligato, biduum aut triduum relinquunt; tum magna volupate ad sitim explendam bibunt. Est enim potus hic dulcoacidus, & illorum palato suauissimus: alii incoquunt mellis libras sex in aquæ fontanæ libris quinquaginta, optimeque despumant: deinde fermenti vnciam vnâ cum dimidia vel vncias duas dissoluunt, & in dolia coniiciunt, relicto quodam spatio, ut duorum, aut trium digitorum vacuo.

Apomeli vero parum dilutum est, viref- *Apomeli.* que ut æquat hydromelitis vinosi, sic mellis ad aquam proportionem habet eandem, eundemque parandi modum, ut in officina demonstraui.

Inter potiones mellitas annumeratur *Oinomeli.* *Oinomeli*, quod fit ex partibus duabus vini veteris, & vna mellis. Interdum etiam ex partibus sex musti & vna mellis secundum Oribasium *cap. 25. lib. 5. collect.* Et quia mel tenuium est partium, atque dulcissimum, medicamenta, quæ illud admittunt, ad crassorum humorum attenuationem, coctionem & expurgationem maxime conducunt.

CAP. IV.

De syrupo mellitis.

QUOD Græcis *oxymeli* dicitur, & Arabibus *Secaniabin*, Pharnacopœi sæpe; nec improprie ace-

acetum mulfum nominant. Est enim acetosus syrupus, ex aqua & melle, seu mulla, & aceto paratus, vnde dulco-acidus gustu percipitur: Saporemq; vt mulfum habet & varium, sic quoque vires mistas, tam ratione mellis ad acetum, quam aceti ad seipsū.

Acetum esse calidum & frigidum. Oxymelitis qualitas. Acetum enim pugnantibus qualitatibus constat, estque [Gal. lib. 1. simpl. & libr. 2. comp. med. loc.] frigidum & calidum, discussorium & repullorium. Proinde oxymel morbis calidis prodest & frigidis, humores crassos & lentos incidit & attenuat, abstergit, spurum educit, obstructions aufert, humores frigidos ad expulsionem parat, calidos temperat, & sitim extinguit. Mel enim humoribus frigidis reluctatur, acetum illorum lentiori, aqua calori efficitque praterea, vt mel diutius concoquatur, commodius despumetur, & oxymelitis virtus melius distribuitur, vt recte Mesuei interpres notauit. Non solum autem mel esse debet optimum,

Mellis optimi nota.

dulcissimum nempe & acerrimum, colore pallidum, nec valde crassum, nec dilutum, & quod spuma parum egerat; sed etiam aqua, quæ cum sit tam sanis, quam ægrotis commune solatium, vt loquitur Galenus cap. 27. lib. de renum dignor. & medicat. omnibusque maxime necessaria purissima, ac optima esse debet. Talis autem indicatur gustu, visu, olfactu: Gustu, si nullam plane qualitatem præ se ferat, sed videatur ab omni qualitate immunis: Visu, si pura, sincera, & exquisite clara: Olfactu, si eorum nihil inest, quæ in aquis vitiosis esse olfactus testatur. Acetum quoque optimum sit, est necesse, & album potius, quam rubrum, non stillatitium, nec acuosum; sed acerrimum, quod vim habet ad incidendū & tenuandum potentiorum. Ab aceto si quidem id habet oxymel, vt inter pharmaca numeretur, cum vix in eorum censu sit mulla, inter vtrumque est Apomeli, à Serapione Acumeli dictum.

Aque bonitas qui dignoscatur.

Acetum quoddam optimum.

Cum autem cuiuslibet aceti non sit eadem virtus, nec singulis hominibus in gustado eadem delectatio, apud omnes mel-

lis ad acetum non est eadem proportio. Sunt enim, qui magis, alii, qui minus mellitum, aut acetatum desiderant. Vnde Serapio censet, debere fieri secundum illum, qui bibit ipsum, vt loquitur. Descriptio tamen à Mesue & Orbasio tradita recipitur, & vbiq; parata inuenitur.

Oxymelitis preparatio. Fit autem ex aceti vna parte, aqua partibus duabus, & mellis quatuor: omniaque simul coquantur ad consistentiam syrupi liquidioris. Licet enim minus perfecte coquatur, ratione tamen mellis, tuto ac diu sine corruptela seruetur.

Dicitur vero oxymel simplex, collatione facta ad magis compositum, quod scilicet præter aquam, mel, & acetum, multas excipit radices, aut fructus, cuiusmodi multæ formulæ describuntur à Nicolao Myrpsō & recentioribus.

CAP. V.

De succis mellitis.

RVSTICORVM sacharum est mel, quo sæpe cerafa, ribes agrestis, & pyra cōdiunt. Pharmacopœi vero non sachari defectu, sed recto Medicorum consilio fulti, fructus quosdam, succos & flores melle cōficiunt, efficiuntque velut conseruam, sapam & syrupum. Conseruam quidem, vt mel illud rosarum, Geleniabin Arabibus, & Rhodomel Græcis dictum, quod fit ex vna parte florum rosarum rubearum contusarum, & triplo mellis despumati: Sapam, vt mel passulatum, quod ex libra vna passularum mundatarum, in libris tribus aquæ per diem integrum maceratarum, coctarumque ad dimidias, & postea colatarum, & aqua mellis despumati quantitate conficitur: Syrupum, vt mel aliud rosatum, quod ex pari mellis despumati & succi rosarum rubrarum pondere paratur. Mel quoque mercuriale simili modo conficitur, & coquitur in consistentiam scilicet syrupi crassioris.

Mel passulatum. Vt autem varia est mellis rosati consistentia, sic varia descriptio preparatioque. Multi enim eandem quantitatem rosarum ab vnguib; purgatarum & mellis ponunt, vt Mes-

vt Mesueo placuit, non tamen, vt ille, excoquunt igne, sed Soli æstiuo per dies decem aut duodecim exponunt, antequam in Pharmacopolio reponant. Sic citra colaturam paratum *rhodomel*, vt recentioribus vocari solet *mel rosatum foliatum*, & à nonnullis, *Conserua mellis rosarum*.

*Rhodomel.
Mel rosatū
foliatum.*

Quod vero ex partibus æquis succi rosarum tubearū, & mellis despumati conficitur, propter saporem, consistentiamque, *syrupus mellis rosati* nuncupatur. Inter vtrumque medium est, quod partim ex foliis rosarum & earum succo, atq; pari mellis pondere præparatur. Prior tamen parandi modus magis recipitur, illiusque instar cætera mella medicata ex aliis floribus conficiuntur.

*Cur præstat
hæc insolari
quam coqui.*

Præstat autem ea insolari, quam igne decoqui, quia facile dissipabilis florum odor perit, illorumque qualitates vix integræ remanent post cœcturam. Insolatum vero facillime ferunt, qui calore potius blando, ac longiore, quam feruido ac breuiore agens, ista medicamēta melius permiscet. Mel tamen illud, quod ex rosis paratur recentibus, igne lento solet concoqui; quod ex siccis, tantum insolari.

Quoquo modo paratur mel rosatum, seu ex floribus integris, vel pistis, ante vsum debet paululum calefieri, vt percoleatur, vocaturque tunc mel rosatum colatum.

*Quomodo
mel ex fru-
ctibus pa-
randum.*

Vt autem fructus duriores sunt coctum difficiliore, & minus dissipabiles foliis & floribus, sic mel ex illis medicatum dissimili modo paratur. Insolatus enim non sufficit, sed longa concoctione opus est; idque in aqua, priusquam mel accedat ad confectioem. Atque vt rite fructus percoquantur, debent viginti quatuor horas in aqua tripla macerari, dein ad tertias aut dimidias feruefieri: Tandem colaturæ par mellis pondus additur, peragiturque concoctio ad consistentiam syrupi.

CAP. VI.

De sapis.

EX herbis fructibusq; succi educuntur, qui vbi colati & expurgati fuerint, & Solis aut ignis beneficio consistentiã nacti fuerint, duriusculam, sapa & succagine medicatæ, Græcis ἀποκλισηγετι, & Arabibus *Rob*, seu *Robub* nominantur. Sapa tamen proprie loquendo, *vinum est ex vuis albis maturisve expressum*, & ad mellis consistentiam percoctum, estque verum *Rob Arabum*. Alia vero quæuis succago extracta, & ad iustam spissitudinem percocta, generalius *Robub* appellatur.

*Rob & Sapa
quid.*

Robub.

Ista tamen Barbarorum nominum distinctio fere negligitur, & sine discrimine *Rob* & *Robub* pro quouis inspissato succo vsurpantur, vt ex Mesueo liquet, qui proprii idiomatis non ignarus, quosuis concretos succos, potius *Rob*, quam *Robub* nominat, licet aliter senserit interpres.

Extrahuntur autem succi vel prelo, vel solo manuum compressu, dein per mantile traiciuntur, vt quicquid inest sordium, linteo adhærescat, & purior tantum succus transmittatur; qui postea lebere, aat alio vase exceptus insolatur, vel ignilento coquitur, dum crassescat, & formam solidam acquirat. Sic enim illius aquea humiditate resoluta, in multos menses annosve sine putredine asseruatur.

Porro succaginum aliæ simplices sunt, aliæ compositæ. Ex simplicibus quædam substantiam habent friabilem, & facultatem purgatoriam; coquunturque diutius, vt perfectam soliditatem acquirant: cuiusmodi est *aloe*, *scammonium*, & similia: Aliæ substantiam habent magis lentam & viscidam, & qualitatem vt plurimum astringentiam acidamque, vt sunt omnia *Rob* à Mesueo distincti. & tradita. Compositæ succagine dicuntur, quæ præter succos concretos sacharum admittunt, vt *Rob berberis conditum*, *rob citoniorum*, *mororum*, & similia fructuana.

*Sapa simpli-
ces & com-
posita.*

Defrutum
quid.

Vt ergo defrutum dicitur *vinum dulce ad tertias tantum coctum & expumatum, ac liquidum adhuc manens, sic sapa proprie dicitur vinum expressum in consistentiam duriusculam calore inspissatum, quod & rob, & robur dici potest. Si quis uominum, quam rerum magis sollicitus est, liceat illi Rob ad omnes æque succos potius referre.*

Saparum
usus.

Vfus saporum ad multa commendatur, præsertim ad morbos oris, sæpeq; præscribuntur per se, nonnunquam & aliis confectionibus admiscetur, vt *diamoro, diacodio, & quibuldam syrupis.*

C A P. VII.

De conseruis.

Conseruarii
differentia.

FLORVM virtus facile cum sit dissipabilis, vix diu retinetur integra, sed multū coctione, vel tēpore imminuitur & resoluuntur sepe. Vt autē retineatur, flores sacharo aut melle cōdiri solent, efficiturq; conditum, quod multos menses annosve sine magno virium dispendio conseruatur, vnde conserua non improprie nominari cōsuevit: cuius duæ differentiæ statuuntur; vna dicitur liquida seu mollis: digitis enim prementibus cedit, illisq; nonnihil lentoris relinquit; altera vocatur sicca, quæ solidior est multo, atque in pastillos efformatur, quibus potius digiti cedunt.

Quia vero flores omnes substantiam non habent æque compactam, nec eandē temperiem, non omnes modo simili condiuntur, nec eandem sachari quantitatem in sui conditura postulant.

Qui humidiores sunt, in loco, nec humido, nec valde calido, diem vnum aut alterū parum tabescent, vt superflua illorum humiditas resoluat. Sicciores, quo recentiores & magis succulenti, eo meliores.

Inter humidiores, ex quibus conseruæ fiunt, numerantur flores *nenupharis, rosarum, cichorij, violarum, borraginis, & buglossi.* Sicciores sunt flores *saluis, hyssopi, rorismarini, arantiorum, iasmini, betonica, persicorum,* atque multorum aliorum sim-

plicium, qui nunquam aut rarissime condiuntur.

Humidiores maiorem quantitatem sachari ad sui confectionem desiderant, sicciores minorem. Quibusdam æquum sachari pondus sufficit; aliis sesquiportio: multis duplum requiritur: *rosis & nymphis* conceditur triplum.

Nonnulli cum sachari duplo pondere, aut quantitate idonea integri commiscetur, & vnum aut duos menses, pro florum crassitie vel tenuitate relinquuntur in solari.

Alii, vt *rosa* ex vnguibus purgatæ, in mortario lapideo, cum pistillo buxeo laboriose teruntur, & sachari triplo exquisite permiscetur: postea reconduntur in vase sigulino, vitrato, charta recte obrurato, non foraminulenta, ne florum vis dissipetur.

His peractis vas mensem integrum aut dies quadraginta in soletur; Sic enim nulla virium aut odoris dissipatione, optima fiet conditura & fermentatio, cuius singulas partes calor solis feliciter peruadet, si singulis hebdomadis bis aut ter rudicula quadam agitur.

Quidam sacharo liquato, & ad electuarii consistentiam cocto, flores aliquando integros, sapius tamen tenuissime tritos, immergunt, perfecteque commiscunt. Dein vbi eiusmodi mistura refrigit, pyxidibus recondunt & insolant.

Si inter condiendum parum *succi limoni* aut *agrestis* adiciatur, rubeus color, viuidusque comparabitur, vix intra annum delebilis, si adhuc calens vase reponatur: Simul enim atq; refrigescit, crustula quadam in superficie adnascitur, quæ colorem, odorem & virtutem diutius tuetur.

Folia autem cum substantiam habeant magis compactam, & qualitatem minus euanidam, raro conseruæ ex illis parantur. E longinquis enim regionibus felicititer aduehuntur viribus integris. Quædam tamen cum facultatem habeant eximiam, eamq; in superficie positam, vix sine facultatū iactura exsicantur, vt *oxalis & capillus veneris*. Proinde ex illis optime repurgatis

Conserua
rosarum quæ
fiat.

Quomodo
conserua ru-
bra fiat.

Monspeliensis ager multis simplicibus luxuriat.

Mompessulani Medici celebres,

conferuæ parantur, vt ex capillo veneris Monspeliensî; Præ cæteris enim laudatur, vt & alia multa simplicia, quæ vberime illo in tractu luxuriant; Audio tamē Mompessulum magis ob Medicorum, quam medicamentorum præstantiam commendari.

Vt sit, *conserua capillorū veneris* optima ex agro Monspeliensi in multas Galliæ regiones aduehitur, quæ ex æquis partibus foliorum mundatorum tritorū, & sachari puluerati simul mistorum, parata est, & legitimo tempore ac sufficienti insolata.

Sunt, qui hanc conseruatam meliorem putant, si ex herbæ decocto & sacharo syrupus fiat perfecte coctus, cui rursus folia herbæ mundata & optime trita permiscantur. Sic enim vim acquirit præstantiorem, & consistentiam magis idoneam.

Conserua ex rosis siccis.

Conserua vero sicca fit ex rosis siccis tenuissime læuigatis cū octuplo sacharo ad consistentiam electuarii cum aqua rosea cocto, cui parum succi cuiusdam acetosi, vt *limonum*, aut *agrestis* commisceatur. Reddit enim hoc acidulum conseruam nō modo dulco-acidam & gustui suauissimā, sed colore magis rubrā, ac iucundiorē.

Eadem arte ex aliis floribus siccatis ac aritis, sicca conseruæ parantur.

CAP. VIII.

De conditis in genere.

Conditura cur fiat.

RADICES, fructus & aliæ plantarum partes condiuntur, vel ad cōseruationem, vel ad saporem, vel ad vtrumque. Ad conseruationem, sale vel aceto, & ambobus sæpe multa condiuntur, vt *oliua*, *capares*, *crithmum*, *cucumeres* & *flores genesta*. Ad saporem, *cortex citri*, *arantiorum*, *amygdala*, *pinos*, *caryophilli*, *nuces*, & multa semina, melle aut sacharo conficiuntur. Ad vtrumque radices multæ, vt & fructus flores. Sic enim *radix Satyrionis*, *pyra*, *pruna*, *berberis*, *agrestis*, & *flores buglossi*, aut *violarum* suauius eduntur, & melius ad tempus longum asseruantur.

Quæ autem condienda sunt, prius syru-
po idoneo cōcoquantur, & vasis fictilibus aut vitreis simul cum eo reponuntur, asseruanturque, & à Pharmacopœis condita liquida nuncupantur. Quod si post coctionem perfectam, ea ipsa aeri exponantur, donec illorum extima superficies aruerit, vdsq; lentor, quo digiti contrectantium infuscantur, plane resolutus fuerit, conseruæ sicca nominantur.

Conditata liquida.

Conseruata sicca.

Huc quadam rerum affinitate referri posset quædam conditi species, quæ pasta regia vocari solet, sed de ea magis apposite *libro quinto* agemus, in tractatu remedium particularium.

Tragemata.

Ad condita solida spectant ista bellaria, quæ aromatarii trageas & tragemata nominant. Ignis enim adiutu, & appulsu sachari præparantur, vt cætera condita, modo tamen dissimili. Si. n. semina, exempli loco, condienda sint, sacharū prius in cōsistentiā syrupi coquitur, dein sensim super semina affunditur: Tum manu agitantur. Idq; toties repetitur, donec ea ipsa sacharo profus obducta sint & incrustata. Hoc modo *arantiorum cortex* minutim secta, vt & *cinamomum* solet condiri. Fructus cum sint humidiores, liquidam conseruatam desiderant; semina, quia sicca, siccam.

CAP. IX.

De pulueribus.

PVLVERIBVS ars pharmaceutica minime carere potest. Cū enim medicamenta plus minus humida sint, vel arida, *Æreia* Græcis dicta; hæc pulueres, vt plurimum sunt, illa maiori ex parte, sunt pulueribus concinnata, vt electuaria, conseruæ solidæ, trochisci, emplastra, & pleraq; alia medicamēta, tum quæ intrinsecus assumuntur, tum quæ adhibentur exterius. Nihil siquidem in Chirurgia tam frequenter auditur, præscribiturue, quā puluis sarcoticus, astringēs, escharoticus; Nihilque tam sedulo à Pharmacopœis præparatur ac custoditur, atq; pulueres cardi-

Puluerum in Chirurgia frequens vsus.

ci,cephalici,& roborantes, qui non solum aliis remediorum formis commiscuntur, sed etiam per se sæpissime imperantur ad varios vsus, affectuive, vt ad principes partes roborandas, conseruandas vires, extinguenda venena, fluxiones compescendas, coctionem iuuandam & aluum sistendam aut ciendam.

Puluis vulnerarius optimus.

Affectus vero externi sepe solis, vix sine illis curantur, vt vulnus puluere rubro, ex partibus duabus *sanguinis draconis*, & vna *sturis* composito; vt vlcus cauum & deterium puluere sarcotico; vt ad cicatricem vtrumque perducendum puluere epulotico, cuiusmodi est puluis *pompholigis, cadmia, cerussa, spodij, terra lemnis, & plumbi*, vt decet, preparati.

Puluis epuloticus optimus.

Pulueres in medicina quid præstent.

In summa, vel medicamenta forma puluerum dantur, vel ex his solidiores formæ parantur, materiamque mutuuntur suam. Hi etenim nõ solum in varias formas medicamentorum coaptantur, sed ipsorum, seu corpus, seu qualitatem spectes, ex maxima parte sunt basis.

Fiunt vero pulueres ex selectissimis medicamentis, plus minusve tritis, pro medicamenti natura & exigentia rei. Verum, quæcumq; leuigata sunt, ac in pollinem redacta, generali nomine, Latinis *pulueres* dicuntur, quos distinctius Arabum idioma his tribus designant, *suffus, alkool & stef*. Suffus puluerem quemlibet, læuẽ aut crassiusculum cõplectitur: Alkool tantum signat tenuissimum: Stef quorundã trochiscorum attritionem denotat, quæ fit in cocte, ex aqua *rosarum, aut foeniculi*, vel alterius conuenientis, ad affectus oculorum.

Alkool, Suffus, Stef.

Minuta species. Pulueres cordiales.

Ex pulueribus autem nonnulli condimentis sunt tantũ destinati, qui scilicet ex aromaticis parantur, vt *pipere, zinzibere, nucemosehata, galanga, cinamomo*, & similib. aromatum speciebus, vocanturq; à seplasiariis minutæ species, quas solent in sacculis coriaceis asseruare. Alij dicuntur cardiaci ac roborantes, qui ad medicamentariam artem tantum spectant, vt *puluis diarrhodonis abbatũ, diacinamomi, dianisi, lasisia*

Galenĩ, & similes pulueres cordiales, qui reponi debent in pyxidibus aut vasis vitreis, vel figulinis optime clausis, ne subito eorum virtus expiret. Alij parantur pulueres cathartici potius in rem præsentem, quam in futuros vsus, quia diutius asseruati vires amittunt, aut imbecilliores multo redduntur.

Vix autem quilibet puluis intro sumitur solitarius & immixtus, sed aqua vel alio liquore excipitur. Exterius vero non item; nam vulneribus & vlceribus sæpe solus adhibetur.

Suffitores & cosmetici, qui que fucis ventulas erugant, & tetrum expirantem ab eodentulis odorem fascinare ac tegere pollicentur, varios pulueres ex aromatis & suaueolentibus conficiunt, vt ex *radice ireos, rosis, santalis, storace calamita, belzeino, schœnanto calamo aromatico, cinamomo, caryophyllis, maiorana, ambra, moscho, ziberbo*, Ex quibus & aliis odorem iucundum spirantibus, varia proportione mixtis, pulueres duos insignes, *Chyprium* nempe & *violeteum*, vt vocant, conficiunt, alioque multos ac varios, pro varia eorum, à quib. expetuntur, delectatione. Solent vero reponi in sacculis sericeis, & in arculis cum vestibis asseruari & gestari. De his autem parum sollicitus esse poterit Pharmacopœus, quem magis decet puluerem *diamargaritonis* habere optimum, quam *chyprium*.

Cosmetico- rum studiũ.

C A P. X.

De Eclegmatis in genere.

Asperæ arteriæ & pulmonum affectus medicamentum quoddam paratur, syrupo crassius, & electuario quouis liquidius, quod Arabibus *Loboch*, Græcis *Eclegma & eadenti* & aliquando *aptemaxo*. Latinis *linctus* nominatur: Sensim enim velut lingendo, seu lambendo sumitur; vt sic in via diutius cunstando, aliquid in thoracem deerret, vel saltẽ illius bechica vis ad inania thoracis spatia & bronchia pul-

pulmonum deferatur, sputum concoquat & moueat ad exclusionem, quæ feliciter naturæ robore suscipitur ex sputo concocto, per anacatharsin, seu per os expectorationem.

Eclegmatū vsus.

Exhibentur non solū mane, ieiuno stomacho, sed etiam vesperi, ac inter pastus sæpe, ad varios effectus, pro varia intentione & medicamentorum, quibus constant, materia, intentione, & qualitate: dantur n. ad leniendum, detergendum, incrassandū, incidendum, expectorandum, & sanguinē sistendum. Proinde ex medicamentis cuiuslibet saporis, vt olim veteres, eclegmata possunt confici. Displicent tamen valde amara & acerrima, quæ scilicet, præter ingratum, quem adferunt palato sensum, tracheam arteriam & fauces exasperant, & pulmones moleste laessunt. Acidula tamen interdum præscribuntur ad crassorum humorum attenuationem.

Nunc vero sic apud omnes inualuit bechicorum vsus ad eclegmatum confecturam, vt solis dulcibus fere componantur, vt succo glycyrrhizæ, pineis, iuiubis, sacharo uando, aut rosato, penidiis, diatragacantho, & eiusmodi electuariis tritis, & melle aut syrupo idoneo exceptis.

Quod si alicuius præter naturam affectionis conditio amara vel acria postularit, ea minore copia reliquis medicamentis immiscenda sunt, tum vt liberius sumantur, tum vt humorem contentum alterando, continentem partem non lædant. Eiusmodi lohoch propter vim, quam habent insignem, incidendi & aperiendi imperantur Asthmaticis, & his, qui propter crassos humores pulmonibus contentos difficile spirant.

Solent vero eclegmata sumi ex bacillo glycyrrhizæ parum cōtuso, vel ex cochleari & in ore detineri, donec sua sponte liquefiant, & sensim dum per cœsophagum delabuntur, aliquid in subditam arteriam sese insinuet.

Reponuntur in vasis fictilibus vitratis, & annum integrum asseruata vires seruant

integras. Quæ tamen amygdalas, nucas aut pineas excipiunt, vt rancescunt citius, sic illorum virtus citius senescit.

Prostat in officinis electuarium quoddam liquidiusculum pro clysteribus, ex libra vna decocti violarū, malua, mercurialis, parietaria, beta & absynthii, cum pari pondere medulla cassiæ & mellis destumati paratum; Quod cum syrupo quouis crassius, & à cassiæ colorem mutuetur & virtutem, lohoch de cassiæ nominatur.

Lohoch pro clysteribus.

Lohoch de cassiæ.

C A P. XI.

De electuariis in genere.

MEDICAMENTA, quæ foris adhibita, veneno cuiilibet, siue intra corpus sumpto, seu morsu inflicto, medentur, Alexiteria dicuntur Græcis; vt antidota, quæ non quidem extrinsecus adhibita, sed intro sumpta, grauissimis affectibus auxilio sunt. Latini vero interdum, vt nomen vtrumque retinent & confundunt, sic sæpius electuarii nomine designant. Veterum n. antidota, recentiorum electuaria sunt, quorum pro cōsistentiæ varietate duo genera constituuntur: Alia enim solida sunt, & in tessellas, seu lozengias, vt vulgus Pharmacopæorum loquitur, complanata; Alia molliora in opiata cōsistentiam subacta & formata.

Electuaria liquida.

Si vero Galeni arbitrio, antidotorum, seu electuaria differentia sumatur ab illorum qualitate, & viribus, alia medicamentorum lethalium gratia assumuntur; Alia valent aduersus bestias virus eiaculantes; Alia morbis ex prauo victu contractis offeruntur. Sunt vero quædam ad hos omnes vsus accommodata, vt quæ non modo salubriter intro sumuntur, sed etiam exterius admouentur, vt sberiaca, & mithridatium.

Pro varia igitur electuaria soliditate, quædam dicuntur sicca & tabulata; alia minus dura, quæ scilicet opiata cōsistentiam, eamque mediam inter eclegma & pilulas, vt omnes antidoti, quarum pulcres sapa, melle, aut vino subiguntur;

Electuaria sicca & tabulata.

Quæ eclegmata conueniant Asthmaticis.

qui si sacharo, vt decet, apparato, excipiantur, & ligneo pistillo agitentur, iustam electuarii solidi consistentiam acquirunt; Ita vt pro mellis aut sachari adiectione, & artificiosa mixtione, vnum & idem electuarium, liquidum aut solidum possit formari. Raro tamen quæ *cassia medullam*, aut *fructuum pulpas* admittunt, in tabellas complanantur.

Proportio mellis, aut sachari in electuariis.

Tanta vero esse solet mellis proportio ad pulueres in electuariis liquidis, quanta sachari in solidis, ita nimirum, vt vni libræ sachari, aut mellis, tres vnciæ puluerum commisceantur. Alterutrum tamen modo augetur, modo minuitur, prout antidoti vis desideratur validior aut imbecillior. Quo enim maior sachari aut mellis quantitas pulueribus additur, eo vis electuarii erit imbecillior; quo minor, eo maior.

Tabellis purgantibus solet dragma vna tantum pulueris vnciæ sachari paulo supra consistentiam syrapi, in aqua aut succo cocto permisceri. Cardiacis accedunt sæpe vnciæ duæ sachari ad dramam vnam puluerum, quorum quantitas tanto minor esse debet, quanto qualitas validior, & sapor magis ingratus.

Medicorum error.

Debent autem medici iustam sachari mellisve quantitatem definire. Dum enim vtriusque tantum, quantum satis, more nimum solito, in suis formulis præscribunt, ancipitem in electuario conficiendo Pharmaceuticam polam relinquunt, illiusque arbitrio salutem committunt ægroti ita vt possit vim medicamenti vel imbecilliosem, vel intensiorem, vt liberit, efficere; Vixque duos Pharmacopæos inuenies, qui eidem remedio eadem proportione mel aut sacharum adiiciant, vbi quantitas vtriusque subticetur.

Electuarii liquidum faciendi modus.

In mollis antidoti confectura, melcum aqua pauca diluitur, sensimque moderato igne coquitur, ac despumatur, dum aqua, vel alius liquor ante mixtus exhalarit. Tū ab igne remouetur, & antequam plane refrixerit, puluerum confusorum vnciæ tres in mellis sic præparati singulas libras pau-

latim insperguntur, & lineo pistillo permiscentur, dum mixtorum quædam sit æqualitas.

Si *pulpa cassia*, vel *tamarindorum*, aut *manna*, *dactyli*, *amygdala*, aliiue fructus admiscendi sunt, non debet istorum causa, mellis pondus immutari. In legitima enim consistentiæ electuario conficiendo, puluerum maxime siccorum ad sapam, mel, aut sacharum est habenda ratio.

Non debet autem electuarium molle in pyxide reponi, antequam plane refrixerit, ne illius pars superior extrinsecus velut membranula quadam incrustetur, melius fermentetur, & vbique sit æqualis consistitudo.

Sacharo quoque sua debetur præparatio, antequam pulueres excipiant. Debet enim aqua stillatitia, aut alio liquore idoneo solui, igne despumari, & lente ac tam diu coqui, dum syrupo crassior euadat, eiusque gutta extracta propter spissitudinē vix effluat: Dein aliquantum refrigerato, species paulatim admiscuntur, confunduntur, & agitantur pistillo, donec totum soliditatem & æquabilitatem adeptum sit. Tū marmor priusquam refrixerit, admouetur, pistillo dilatatur, complanaturque. Refrigeratum in tabellas discinditur, quadratas, vel rhomboideis, easque pondere dragmæ vnius aut duarum, triumue, quæ postea in sachari duritiem concretæ, in arculis reconduntur.

Electuarii siccum faciendi modus.

Cuiuscunque sit consistentiæ electuarium, siue solidum, siue molle, simplicium vires optime, ac diu feruat integras Diutius tamen solido, molle, cuius humiditas maior medicamenti facultates magis coercet, impeditque, ne tam cito ab aere dissipentur.

Quo electuaria quauis palato gratiora sunt, eo citius hebescit illorum energia ac facultas. Vix enim annum durant efficacia. Amara & ingrata biennium, & triennium sæpe; Interdum *theriaca* sine magna virium iactura decennium.

C A P. XII.

De Hieris.

HIERÆ parum admodum differunt ab opiatīs, opiatę ab electuariis liquidis: Consistentia enim omnibus est eadem, & sæpe vis purgandi. Electuaria tamen & opiatę interdum nec purgando aluum turbant, nec moleste feriendo gustum, palato displicent. At hiera præter purgatoriam, quam *semper habent facultatem*, valde sunt amara, & ingrata, vt cognominis indicat notatio. *Picra* siquidem dicuntur, ob insignem amarorem, vt *hieræ*, id est, sacra, ob insignes effectus. Confiuntur ex laxantibus & amaris, eustomachicis tamen, quæ scilicet à ventriculo, & regione prima corporis, crassos ac pituitolos humores incidunt, & clementer expurgant: Maxime vero ea, quæ à Galeno *cap. 11. lib. 8. comp. med. local.* immutata & emendata, ab ipso nomen habet, quæ biliosarum quoque ventris affectionum, optimum est remedium inquit ipse, adeo, vt in vno die sæpe multos stomachicos creditos persanet. Nam ex his: quæ ei admiscuntur, cum *alos* stomacho valde sit commoda, & *cinamomum* vim habeat aperiendi, extergendi & attenuandi, (est enim partium tenuissimarum) si quid crassum sit, aut viscosum in humoribus, ad omnes affectus circa ventrem, & stomachum ex vitiatīs succis vtiliter exhibetur, modo ex acuta febre non incanderint.

Hieræ siquidem facultas calfactoria cū sit & exsiccatoria, febribus his, per quas humores accenduntur in vasis, & corpus totum æstuat, vix secure potest exhiberi, licet per febres non vehementes, aliquando Galeni consilio detur.

Sunt vero hierarum, præter picram Galeni, varię descriptam, varię compositiones, quæ omnes ab effectu, *hieræ*, à sapore, *picra* nomen sibi vendicant: vt à materia, quæ in compositione, quantitate aut qualitate præpoller, quædam *hieræ colocynthidos* dicitur; & aliæ *Logadii*, *Pacchi*, aut *My-*

repsi nomine conficiuntur, quod illarum compositiones primi inuenerint, aut inuentas castigarint, auxerint, immutarint. Singularum descriptiones extant in officina, earum compositio docetur, & vires fusissime explicantur.

Porro, ex hieris, quædam vim purgatoriam ab oleo tantum mutuuntur, eamque fortem non habent, vix, ait Galenus, *cap. 2. lib. 4. de loc. affect.* vsque ad locos circa hepar conscendunt, nisi ampliori pondere sumantur. Suffusionibus enim oculorum vtiliter dantur, quatenus ex stomacho potius, quam cerebro noxios humores educunt. Verum quæ *colocynthidem*, vel *agari-cum*, vel vtrumque recipiunt, aut *scammonium*, potenter aluum turbant, & inutiles succos ab vniuerso corpore trahunt, forasque propellunt.

Vtilitas.

C A P. XIII.

De opiatīs in genere.

INTER electuaria liquida opiatę numerantur, id sortitę nominis, vel ab opio mixto, aut hypnotico simili, vel ab illius recens inspissati consistentia, & fortassis colore, qui vt plurimum idem est in opio & in mollibus antidotis, tam cardiacis, quam laxantibus.

Et licet angustiori significato, opiatę tum dicantur veteribus, medicamenta, quæ opium admittunt, cuiuscunque sint consistentiæ, vel solidæ, vt *ladanum Chymicorum*, & *pilula de cynoglossa*; vel molles, vt *Philonium Romanum*, nunc tamen latius pro quibusuis confectionibus molliusculis vsurpantur, cardiacis, alterantibus, purgantibus & narcoticis; seu opium admittant, vt *Tberiaca*; siue cardiacis tantum & alterantibus consistant, vt *confectio Alkermes* & de *hyacinto*; siue purgantibus, vt *Triphera*, *Diaprunum*, & similia, quæ tamen frequentius electuariorum & confectionum nomine designantur.

Fuerunt autē opiatę ab antiquioris no-

Vnde habent nomen.

Opiatorum appellatio amplissima.

*Opiatę cur-
tæ Me-
inuenta.*

*Hiera picra
vide habeat
nomen.*

*Hiera picra
Galeni di-
citur, quod
eam emen-
darit.
Eius effica-
cia.*

*Quibus con-
ueniat, &
quibus non.*

*Hiera varia
descripta.*

ra Medicis Galen. cap. 2. lib. 2. de loc. affect. Act. cap. 12. lib. 2. de sign. & caus. diut. morbi. Inuentæ, ad læuitiam dolorum leniendam. Nam cum dolor sit tristis sensus natura grauis, & tolerari molestissimus; humores varie exagitat, sanguinem corrumpit, febrem accendit, deicitq; vires; ita ut cogatur interdum Medicus, morbum relinquere priorem, ut tanto symptomati his præfidiis medeatur, quæ licet morbi causam non tollant, sensus tamen sopiendo conciliandoque somnum, vires symptomatum acerbitate fatiscences, animumq; adeo reficiunt, ut postea vegetiore conatu morbificam causam facilius extrudant.

Doloris vehementia desperatio interdum parens. Narcoticorum igitur vsu fallenda non nunquam doloris acerbitas, quæ multos eo dementia impulit, ut crucem, quam vitam potius eligentes, manus sibi violentas attulerunt.

Confectiones colica. Tam læuos cruciatus multoties obseruauit Galenus *cap. 5. lib. 7. comp. med. loc.* in doloribus colicis, qui nullis mitescerent remediis communibus, ut ad illorum sedationem opiatas quasdam narcoticas, posteritati consulens descripsit, confectionesque nominauit colicas, ut quæ symptomatis huius feritatem lenirent, motum compescerent humoris, & sensus stupidos redderent. Hinc opiata dicuntur narcotica, quod veluti necrosim quædam, seu mortificatione adferant. Vocantur & anodyna, quod dolorem ad tempus mitigant sedantve.

Paregorica qua. Anodyna namque non sunt uniusmodi omnia. Alia enim vocantur paregorica, seu lenientia, quæ temperata sunt, & nostro calori similia, ut *hydroleum, radix liliorum in lacte cocta, & oleum amygdalinum.* Alia dicuntur Alliotica, quæ cum lenientia sint, sedant quidem dolorem, cui præterea quadam qualitate opposita aduersantur, ut *oleum rosaceum aut violarum* ad dolorem moderate, *nenupharium* ad impense calidum; *Laurinum* vel *anethinum* ad frigidum. Alia denique Narcotica sunt, quæ sensum stupefaciendo, dolorem auferunt:

Alliotica. **Narcotica.**

quorum tamen vsus non est temere vsurpandus; nam diutius admodum, calorem partus extinguunt, neruos resoluunt, vnaque motum & sensum adimunt; & quantitate paulo maiore sumpta, Galeno iudice, *capit. decimo octauo, libro quinto simplic. med.* interficiunt.

Quod ex periculosis circulatorum experientiis constat, qui cum suo stibio vitrato, tormina, aliaque sæuissima symptomata excitariunt, ut suum errorem alio tegant peiore, narcoticis indebite paratis, & exhibitis, dolores quidem summovent, & facile somnum conciliant; verum ægrotos in æternū dormituros, ad cimbam Charontis intrudunt. Vnde *Empiricorum hypnoticum, saepe malorum omnium medicina est.*

Nolo nunc historias de sceleratis istis periculatoribus mihi notissimas memorare, ne longius à proposita institutione discedam, quia in immensum cresceret opus, si quæ à fide dignis viris accepi, huc referre vellem.

Ipsa autem Narcotica improprie, ac solum nomine tenuis, anodyna vocantur: Præter enim qualitatem elementarem, qua refrigerant, aliam habent calori nativo inimicam & deleteriam, nisi exigua quantitate, ac debite apparatus, & quando conuenit, sumantur, ut *opium, mandragora, hyosciamus, cicutia.*

Anodyna vero proprie sumpta, *paregorica* sunt calida in primo gradu, seu temperata, vel parum symmetriam excedentia, quæq; tuto sumuntur & admouentur.

Medicamenta igitur, quæ opium vel alia narcotica excipiunt paruo pondere sumenda sunt, vereque opiatarum nomen, cuiuscunque sint consistentiæ, merentur: Reliquæ tamen confectiones molliuscule, alterantes, purgantes, & roborantes, etiam nunc opiata vocitantur.

CAP. XIV.

De Pilulis.

PILULA à parua pilæ & velut globuli forma sibi nomen adoptauit, quæ quod non

Somniferum
Empiricorum.

Anodyna
qua.

Pilula cur
ita dicta.
non

Vnde dicantur catapotia.

Forma pilularum quid præstet.

Pilularum sapor ingratus.

non diluatur, sed deuoretur integra, *ἄγερον* Græce dicitur. Propter enim ingratum saponem, odoremve simplicium, ex quibus pilulæ conficiuntur, vt *aloe*, *colocynthide*, *agarico*, *opoponace*, *sagapeno*, & aliis acerbis, fætidis, & amaris, consistenti solida, ac spherica effigie formantur, & parua exhibentur quantitate, vt facilius ac minore molestia sumantur. Efficit namque medicamenti exigua moles, vt iucundius deglutatur; Soliditas, vt minus diluatur, forma teres, vt citius delabatur, in ventriculo diutius immoretur, à partibus remotis efficacius trahat, nec tam cito prorumpat ad intestina, vel per vomitum excludatur. Medicamenta namque liquida, eodem instanti sæpe sumuntur & euomuntur.

Ad insuauitatem catapotiorum tegendam ac fallèdam, auro foliato extrisolecus artificiose velantur, aromataq; varia nonnunquam permiscuntur, quibus gratia conciliatur maior visceribus & palato. Si tamè paulisper ante deglutitionem stabulentur in ore, atq; dentibus aut lingua compressus attingantur, quendam tristitiæ sensum gustui non tantum excitant, sed velut horrorem & ventriculi subuersionem.

Omnes autem pilulæ amaræ sunt, paucis exceptis, vt bechicis, quæ non affatim deuorantur, sed diu in ore detinentur, vt liquefiant ac sensim deglutiantur, non catapotia aut pilulæ, sed pastilli seu trochisci potius nominantur.

Insuauitas vero pilularum *aloe* potissimum tribuenda, quæ est earum fere omnium basis, quæque vix alio modo sumi potest, propter insignem illius amarorem. Tum quia visciditatis cuiusdam est particeps, qua pulueres facile coniungit, & in pilulas cogitur.

Augetur ista amaritudo rerum ingratarum, vt *colocynthidis*, *agarici*, *fenna*, & aliorum purgantium commixtione. Quæ eo magis palato displicent, quo plura fuerint admixta, cuiusmodi sunt, quæ ex *colocynthide*, *aloe*, *agarico*, *scammonio*, & *gummi*

Arabico parantur, quas ad plures excrementorum purgandas species imperat Galenus *cap. 14. lib. 5. method.*

Sunt vero pilularum differentia multæ, *Pilularum* partim sumptæ à membrorum, quibus de *magna va-* *ricus.* *stiantur*, partim ab humorum, quos trahunt, diuersitate. Partium ratione, quædam dicuntur Cephalicæ, quæ scilicet à capite pituitosos humores purgant, vt *Cochia*, & *de agarico*: Aliæ opticæ, quia multis constant, quæ oculis conferre creduntur, vt *pilula lucis*, maiores & minores: Aliæ stomachicæ, vt *pilula ante cibum*, & *de rhabarbaro*: Aliæ artheticæ, quæ ab articulis educunt humores: A quorum discrimine quædam dicuntur phlegmagogæ, quæ pituitam; aliæ cholagogæ, quæ bilem; aliæ melanagogæ, quæ melancholicum succum deturbant. Atque pro operandi modo aliquando dicuntur aluum soluere constringendo, vt *pilula de rhabarbaro*, & *de myrobalanis*; vel moderate trahendo, vt *pilula de agarico*; vel trahendo simul & fundendo, vt *pilula de euphorbio*.

Porro ad mallam catapotiorum conficiendam, maxima pars miscendorum simplicium, in puluerem tenuem debet comminui, dein excipi melle despumato, vel tragacanthi mucagine in succo conueniente soluti, aut potius syrupo quodam idoneo, ita vt viscositatem aliquam, habeat, quod pulueres confusos est excepturum, vt commodius mixtura cohereat, siccitate non tam cito interhiet, simplicia intus conclusa fermententur, & minus prompte eorum exhalet facultas. Ob eam causam, inquit Syluius, pilularum species melle cocto debent comprehendi. Nam aqua aut succo comprehensæ non coherent, & panis furfuracei modo, promptè siccantur, facile friantur, cito senescunt.

Quod si lacrymas, gūmi, aut succos inspissatos induratosve pilulæ exceperint, ea liquore quodam tenui ante debent mollescere, calido pistillo duci; dein pulueres commisceri: Ac postremo mellis, aut liquoris alius visciditatis tantum, quantum mixtura

K postu-

Postulat, confuse permisceri, ut fiat velut Pasta quedam, seu massa primum molliuscula, in dies enim induratur, quæ exacto biduo, aut triduo, pauco oleo amygdalino extrinsecus liniatur. Tum aluta obuoluitur, aut corio quodam tenui; tandem in stannea pyxide reponatur.

Crassities pilularum qualis esse debeat.

Vfus tempore, istius massæ portio, quæ definitæ despondeat, cum idoneo succo, si opus fuerit, teritur, ut mollescat, ex eaq; globuli maiores, minoresve aut mediocres fingantur, prout eos diutius aut minus in ventre cunctari desideramus.

Pilula validiores quando sumenda.

Quæ valide trahunt à capite & aliis partibus remotis, horis quatuor, aut quinque à cœna tenui, vel circa mediam noctem debent exhiberi; quibus sumptis super dormire confert.

Benigne quando.

Quæ blande purgant, tuto hora vna, aut duabus ante quousvis pastus deuorantur. Quæ medio modo se habent, securius ieiuno ventre, ac mane sumuntur.

Pilularum dosis.

Ad aluum ciendam tantum, dragmæ dimidia pondus, ex eccoproticis fat esse potest. Ex validioribus, ad validius purgandum integra dragma sæpe datur, & aliquando sesquidragma in robustis corporibus, quæ crassis potissimum humoribus scarent.

Notri Germani eas nebulas vno mauidas & emollia inuolutas ut plurimum deglutunt.

Sunt, qui pilulas omnes auerfantur; alij nullas: Quidam non nisi crassiores; paruulas vero tantum ex cochleari cum multo syrupo sumunt. Alii quasuis, modo pauciores: Multi vix nisi ceraforum conditorum, aut passularum cortice inuolutas assumunt: nonnulli in oui vitello reconditas, aut spinachiorum vel lactucarum coctis foliis obductas; alij alio modo facilius deglutunt: Ingratus enim sapor, eas mille modis sumendi adinuenit.

C A P. XV.

De trochiscis.

A Placentularum effigie medicamenta quædã de nouos, quasi parui panes, rotundi, lupinis similes, & aliquando asperos,

Latinis *pastilli*, & *orbiculi* dicuntur. Sic autem efformantur ad medicamentorum conseruationem, & interdum castigationem. Tutius enim medicamenta sine virium dispendio, in ea forma solidiore conseruantur, quam in puluerem reducta.

Vfus tamen tempore, cum assumi vix queant integri puluerantur, his solū demptis, qui diutius in ore detinentur, ut liquefiant. *pilula bechica*, à nonnullis vocati. Nam *trochisci de Scilla & de viperis in Pilula bechica.* Theriacæ cōfectura, pastillorum formam amittunt, dum in pulueres reducuntur.

Fiunt vero ex medicamentis, ut plurimū siccis, tritisve, cū aqua, aut vino, vel alio liquore malaxatis, donec catapotiorū consistentiam acquirat; dein formantur in rotulas aut orbiculos, qui postea siccantur in umbra, priusquā in pyxidibus reponantur; vbi annū durant integrū; sæpe duos, & aliquando tres, præsertim qui opiū excipiūt, vel medicamentū quoddam validissimū, cuius vires nō facile dissipantur. Trochisci igitur ob duritiem & densitatē vim medicamentorum, quibus constant, diutius cōseruant, faciliusque resistunt iniuriis aeris: Pulueres multo minus; quia cum tenues sint, statim aer eos subit, atque ita facile alterantur: Non tamen omnes trochisci sūt ex pulueribus, ut qui ex medicamentis quibusdam, quæ minime possunt puluerari, ut *Scilla & viperarum carne* parantur.

Non solum autem trochisci intus assumuntur, sed adhibentur extra. Qui per os ingeruntur, ut ex omni medicamentorum genere parari queunt, sic facultatē habent roborantem, aut purgantem, vel alterantem. Roborare dicuntur, qui partē quampiam specialius respicientes, illius robur adaugent; ut trochisci *gallia moschata*, cerebrum; *terra lemmia*, cor; *rhabarbari* iecur; *diarrhodonis*, ventriculum; *capparium*, liencm. Qui conficiuntur ex catharticeis, simplicium vires retinent, & aluum ducendo foras humores propellunt, ut *trochisci de agarico, alhanhal, & rhabarbaro*. Idem iudicium de alterantibus, qui quali-

Trochisci roborantes.

Purgantes.

Alterantes.

quali-

qualitate opposita intemperiem quamuis immutant; vt frigidam, calida calidam, frigidam; sicca humidam; humida, siccam.

Nec desunt etiam affectibus externis pastilli, vt illi sunt, qui à forma, colore, aurore, trochisci albi Rhafis nominantur: vt que alij multi, qui atteruntur in cote, vt fiat siess, pro collyrijs ad multos affectus oculorum.

Peculiaris trochiscorū confectio, in officina fusissime explicatur. Sequitur nunc, vt de his medicamentis agamus, quæ tantum extrinsecus adhibentur.



SECTIO II.

LIBRI TERTII,
IN QVA GENERALIS
MEDICAMENTORVM

EXTERNORVM EXPLICATIO TRADITVR.

CAP. I.

De oleis.

VT morbi omnes intus generantur, vel extrinsecus adueniunt; sic remedia, quæ illis subueniunt, vel interna sunt, de quibus abunde supra; vel externa, de quibus nunc agendum. Inter quæ oleum cum iure quodam primas tenere dicatur, ab eo medicamentorum localium explicatione auspicabimur. Multis siquidē medicamentis Pharmacopœus interdū carere potest, oleo vix vnquam. Gal cap. 11. lib. 8. simpl. med. } Ad mensam enim nō tantum trahitur, præsertim quod dulce est, & ex oliuis maturis expressum; De eo namq; semper est intelligēda olei absolute dicti denominatio, sed lituum, vnguentorum, empla-

Oleum alimentum est & medicamentum.

strorum, & ceratorum velut basis est, & commune simplicium, ex quibus conficiuntur, vinculum. Atque per se, quod temperatum sit, seu calidum & humidum in primo recessu, vel, vt loquitur Galenus cap. 25. lib. 3. simplic. medicam. inter caleficientia & refrigerantia, humectantia & siccantia medium, acopum est, seu lassitudines tollit, asperitates lente, squalidam cutim emollit, aliisque multis affectibus, quorum alibi, nempe c. 6. & 7. lib. 2. simpl. medic. meminit, salubriter, suauiterque medicatur.

Eius vires.

Olea autem, quorum vsus est frequens, vel simplicia sunt, vel composita. Simplicia dicuntur, quæ homogenea sunt, habentque nihil ab arte præter extractionē, quæ sine rerum aliarum mixtura peragitur. Quo modo Pallas omnium prima oleum eduxit, vel artem educendi docuit, vt scribit Diodorus: nam ante illius hortum erat oliua omnibus ignota; oleique vsus tunc nullus antequam exprimendi modum docuisset.

Oleorum vel simplicia sunt, vel composita. Simplicia dicuntur, quæ homogenea sunt, habentque nihil ab arte præter extractionē, quæ sine rerum aliarum mixtura peragitur. Quo modo Pallas omnium prima oleum eduxit, vel artem educendi docuit, vt scribit Diodorus: nam ante illius hortum erat oliua omnibus ignota; oleique vsus tunc nullus antequam exprimendi modum docuisset.

Pallas olei inuentrix.

Simplicia vero fere sunt olea omnia, quæ expressione trahuntur, vt oleum simpliciter dictum, quod ex maturis oleæ fructibus: omotribes, seu omphacinum, quod ex iisdem immaturis exprimitur; vt oleum amygdalinum, caryinum, & alia multa ex fructibus seminibusve educta; quæ tantum inter sese discrepant, quantum ipsa semina à se inuicem dissident. Ex seminibus calidis, calidum; ex frigidis, frigidum oleum extrahitur. Vetustate tamen oleum quodcunque aliquantum immutatur, & a quosioris partis dissipatione, quod ex se calidum est, potentius calefacit, quod frigidum, segnius refrigerat: nam vetus oleum, iudice Galeno, cap. 6. lib. 1. compos. med secundum gener. digerendi vim, quæ effectus est caloris, habet.

Oleum omotribes.

Pro fructus etiam ipsius, ex quo trahitur oleum, diuersitate, cū is maturus aut immaturus extiterit, præparandi modo, & alteratione artificio inducta, aliam atque aliam acquirit qualitatē & efficaciam

Oleum ouorum.

alterandi. *Oleum de vitellis ouorū*, exempli loco, licet sit impermixtum, ob præparationem tamen, humiditatem quandam amittendo, calidius ac siccius efficitur, fitque medicamen vtilissimum ad cutim detergendam, impetiginem, & alios plures cutaneos affectus persanandos, & vlcera quædam fistulosa & maligna curanda.

Olei amygdalini falsitas.

Idem omnibus accidit, quæ vi ignis exprimuntur, ex quo calorem acquisititium perpetuo retinent. Et cum simili modo *amygdalinum* extrahitur, tatum extrinsecus applicatur: cum absque igne, instar lohoch pergrati lingitur, ad demulcendam tracheæ arteriæ asperitatem, & ad sputum coquendum ac mouendum; vt solet dari cum pauco sacharo pueris tussiculosis, & quibus aliquid è cerebro ad pulmones delabitur. Extra quoq; calasticum, & omnium maxime anodynum medicamentum.

Olea exprimenti modus.

Vt exprimantur olea, debent fructus & semina repurgari; perperamque faciunt apothecarii, vt obiter dicā, qui ex amygdalis non decorticatis oleū extrahunt. Mundata semina pistillo contunduntur: contusa excipiuntur lebece, igni adhibito, agitanturque paulo diutius, vt calefiant, dein fetaceo inuoluuntur, subiiciunturq; ligneo torculari, donec compressu validissimo olea exprimantur.

Quæ nullo caloris aut ignis adiutu educere volumus, vbi minutim attrita fuerunt, statim prelo committuntur, vt oleum guttatim exudet.

Inter olea simplicia annumeratur, quod ex petra eductum *petroleum* vocatur. Sed de his nostra tantum agit institutio, quæ arte parantur. Simplicia quoq; sunt *liquidambar* & *balsamum*, quæ ex arboribus exoticis incisis guttatim stillant, de quibus in Officina fufus agemus.

Olea educta per ascensum & descensum.

Interdum etiam eliciuntur destillatione tam per ascensum, quā per descensum olea quædam simplicia, vt è *junipero*, *guaiaco*, *caryophyllis*, & similibus, tam lignis, quam fructibus siccis; quibus olla comprehensis, vi ignis suppositi aut superpositi,

oleum in vas superne, aut inferne annexū ascendit, aut descendit. Non omnia tamen, nec semper caloris adiutu, per descensum eruantur. Ex *tartaro* namque & *myrrha* sacco conclusis, & in vdo loco, vt cella vinaria suspensis, absque ignis interuentu, oleum facile exudat, de quibus olea parandi modis omnibus aliis.

Composita vero olea, quibus potissimum pharmacopola debet esse munitus, eas sūt, in quæ stirpium, fructuum, florum, & quorumuis simplicium materia immergitur, maceraturque. Deinde totum insolatur, dum materiæ istius vires in oleo remanent, quod postea exprimitur, atque reconditur. Hoc modo fit oleum *violaceum*, *rosatum*, *hypericonis*, *nenupharinum*, *lumbri-corum*, & alia multa, quæ veteribus Græcis *myza*, Latinis *unguenta* nominabantur, potissimumque ea, quæ lacrymarum & rerum odoratarum admixtione spissiora redderentur. Vnde *myropola* seu *unguentarij* dicuntur, qui eiusmodi olea odorata & unguenta vendunt, apud quos oleum quoduis fragrans, vt *laurinum*, pro unguento sæpe est, vt unguentum pro oleo.

Vix eorum probatur sententia, qui olea tantum simplicia vocant, quæ ex floribus, fructibus, aut aliis simplicibus in oleo oliuarum infusis, maceratis, & insolatis parantur: Composita vero, quæ cum vino, aqua, infuso, aut decoctione idonea, lento igne coquantur, donec omnis fere admixtus humor absumatur. Hæc enim illis non minus, imo magis videntur composita, quod rerum infusarum nō modo tota vis, sed substantiæ, cui inhæret, non exigua portio confuse, cum oleo post expressionem remaneat. Hinc oleum, licet nullius excessus particeps, sed temperatum, tale perpetuo est, qualis infusæ rei conditio: si frigida, frigidum, si calida, calidum; & exsiccatorium, si ea ipsa vim siccandi habuerit.

Quæ expressione sola, vel maceratione & expressione simul eruantur olea, optime seruantur reposita in vasis vitreis aut figulinis,

Olea composita.

Olea veteres unguenta nominabant.

Quibus vasis olea seruanda.

nis, validissimo fornacis calore perfecte induratis. Quæ vero destillatione tam per ascensum, quam per descensum eliciuntur, quæ vulgus Chymicorum essentias appellat, in vasis semper vitreis, ac solidissimis, & angusto ore, bene obturato seruari debent, ne substantia ac qualitas eorum facile dissipabilis cito expiret.

C A P. II.

De vnguentis.

VNGVENTA veteribus dicuntur, Galeno teste, *cap. ult. lib. 7. simpl. med.* oleagina medicamenta ex odoramentis confecta; Actuario [*cap. 1. lib. 5. meth.*] quæ exterius adhibentur, & illita tantum opem ferre creduntur partibus, quæ alia remedia non facile ferunt; *vt quæ*, inquit Orbasius *cap. 27. lib. collect. cataplasmatum grauantur, & madefactionibus fluentibus laeduntur.*

Vnguenta cur
dicta & in-
uenta.

Sunt vero vnguenta crassioris consistentiæ, quam olea, & velu media inter hæc & emplastra; vt linimenta, inter olea & vnguenta. Vnguentum siquidem liquidius, sæpe vocatur linimentum, de cuius paradi modo & vsu *lib. 5. fufius*. Consistentia tamen cum sit parum dissimilis vnguentorum, linimentorum, & ceratorum, pro iisdem fere vsurpantur. Nam linimentum dicitur, quo iuuandæ partes liniuntur; vnguentum, quo inunguntur. Ceratum, quod ex cera & oleo paratur.

Arabes sub vnguenti nomenclatura, cerata & emplastra sæpe complectuntur, vt multi olea quæuis spissiora, vt veteres Greci odorata sola. Sic Dioscorides *lib. 1. olea pleraque odorata, vnguenta vocat*; & Hippocrates *lib. de medic.* Medicum non tantum optima corporis constitutione, & ornatu decenti, apud ipsum vulgus, gloriâ captare debere vult, sed etiam vnguentis odoratis, hoc est, rebus aromaticis, ac suauolentibus.

Vnguentum
quid.

Clarioris tamen explicationis gratia à se inuicem distinguuntur; Et specialius, vnguentum dicitur, *medicamentum quoddam oleaginum, media inter oleum & emplastrum*

consistentis: quæ tamen semper vniufmodi non manet. Nam quo tempore calor vehementior est, vnguenta & pingua magis liquat, & vnguenta liquidiora & molliora reddit; quo imbecillior, eo solidiora. Propterea solent myropolæ plus olei hyeme; minus æstate, vnguentis commiscere; frigus siquidem vnguentum quantumuis fluidum, vt & oleum ipsum inspissat: quod etiam obseruauit Galenus *cap. 1. lib. 8. comp. med. gener. in cerati stomachici compositione.*

Ea vero proportio olei in vnguentorum confectura seruatur, vt vnciæ olei, pulueris dragma, & ceræ dragmæ duæ commiscantur, siue vt loquitur Galenus *cap. 1. lib. 4. comp. med. gener. ceræ quadruplum oleum adiciatur, pulueribus octuplum, hoc est, singulis olei vnciis singulæ drachmæ puluerum, quorum materia ex herbis arefactis, metallis, & terris depromitur; eaq; cerato refrigerenti confuse ac paulatim permiscetur, & accurate rudicula agitur, ne quid grumosum remaneat.*

Olei propor-
tio in vn-
guentorum
confectura
qualis.

Cum succos vnguenta recipiunt siccos, puluerare eos oportet & dissoluere: Siliquidos & fluidos, reliquæ materiei commiscere, & coquendo absumere.

Quæ probe puluerari queunt, tenuissime debent læuigari, vt radices, ligna, resina, & ipsa etiam gummi, quando sunt sicciiora: Sin minus, pistillo calido subiiciuntur, vt mollescant, vel aceto aut humore idoneo soluuntur.

Quæ humidiora sunt, vt *terebinthina*, instillantur. Herba humidiores, vt & animalia vel eorum partes vix puluerabiles, vino, vel alio liquore perfecte coquantur, donec tabescant, & absumpta prope sit humiditas: Dein in percolato liquore, reliqua dicta proportione, commiscetur materialia, vt legitimæ consistentiæ fiat vnguentum; Cui oleum & cera, non modo formâ, & multam materiæ portionem suppeditant, sed reliquorum admixtorum vim connectunt, & diutius asseruant.

Fiunt vero vnguenta nuncigni, vt omnia,

*Vnguentum
crudum.*

*Vnguentorū
varietates.*

*Quibus va-
sis vnguenta
reponenda.*

*Ceronea &
cerata à ce-
ra dicta.*

*Ceratum
quid.*

omnia, quæ ceram admittunt, nunc sola sub-
actione, sed longa, vt quæ sine ceræ con-
cursu paratur; cuiusmodi est vnguentum
crudum, siue de *lithargyro*, quod ex oleo, a-
ceto, & *lithargyro*, simul diuturno pistilli
percussu nutritis, nutritum nominatur.

Porro multæ sunt vnguentorum diffe-
rentiæ, partim sumptæ ab eorum colorib.,
vt *viride, album, citreum, aureum*; partim
ab effectis, vt *resumptiuum, analepticum,
mundificatiuum*; partim à qualitatibus pri-
mis, quarum ratione quedam dicuntur ca-
lida, vt *apostolicum, Ægyptiacum, Martia-
tum, Enuiatum*; alia frigida. Vt *nutritum*:
alia ficcantia, vt *diapompholix*, & *desiccati-
uum*; alia humectantia, vt *rosatum*.

Cera autem alba magis expetitur ad fri-
gidorum, flaua ad calidorum vnguentorū
confectionē. Sine tamen discrimine Phar-
macopœi modo hanc, modo illam assu-
munt, prout suæ res alterutram habendi,
faciliorem præstant commoditatem.

Reponuntur vnguenta pyxidibus, seu
vasis stanneis, & aliquando fictilib. vitratis;
durantque annum integrum, sæpe bienni-
um, & quædam triennium.

C A P. III.

De ceratis.

CERATA vnguentis, *ceronea* emplastris
sæpe designantur: illa, quod molliora;
hec, quod duriora: Ambo sic dicta, quod
ceram admittant, vt emplastra multa, quæ
indiscriminatim ab his ceronea perpetuo
dicuntur, qui omnibus morbis emplastra
quædam catagmatica, in myropolarum
officinis empta, adhibent; ita vt adeo inua-
luerit nunc apud vulgus Ceroneorum vsus,
vt omnia emplastra *ceronea* dicantur. Qui-
dam Luteriæ emplastrum quoddam, *ceroneum*
vocat, ad omnem dolorem, omneq;
morbi genus adhibet.

Est autem ceratum, de quo præsens exa-
men suscipitur, *medicamentum consistentia
quodammodo medium inter vnguenta &
emplastra*: his etenim non ita solidum, illis
non ita molle. Quisque tamen modo olei

pondus adauget, modo minuit, & pro arbi-
trio, ceratum, nunc vnguento solidius, nunc
liquidius efficit. Vt vera vniufmodi si
semper paratur, sic semper, dum asserva-
tur, diu manere non potest. Nam cum gla-
ciali tempestate, & rigido cælo, quantum
uis liquidum facile concresecat, & æstuoso
solidum liquetur, hyeme plus olei, minus
ceræ; æstate plus ceræ, minus olei adiun-
gitur.

Cum vero ambientis aeris constitutio
vel temperata fuerit, vel qualitates primas
non multum excesserit, solet quadrans ce-
ræ, aut paulo plus minusue olei libræ li-
quari & permisceri, vt per cæli mutatio-
nes, cerata non contingat multum lique-
scere, aut incrassari. Pauca tamen diu in
pharmacopoliis asservantur, quia omni &
paucò tempore parari queunt ex oleo & ce-
ra, à quibus cerata proprie dicta, vel potius
Cerelæ nominantur. Quædam enim mi-
nus proprie sic dicuntur, quod præter ce-
ram & oleum alia multa recipiant, cuius-
modi sunt, *ceratum santalinum, stomachi-
cum*, ac pleraque alia; vt quæ ex tempore,
prout res postulat, fiunt ex emplastris, oleo
liquatis, quando scilicet partis affectæ con-
ditio, solidioris cuiusdam emplastri duri-
tiam ferre minime potest. Sic enim cerata
quædam acopa, seu lassitudinem leuantia,
fatigatis nervis, & affectis lassitudinæ mu-
sculis vtiliter adhibentur.

Adhibentur & regioni lienis, ventriculi,
iecoris, vteri, & ossium fractorum, extensa
prius super corio, ad similitudinem partis,
cui superponenda sunt, efformato.

Quod ad lienem imperabitur, formam
habebit oblongam, inftar bubulæ linguæ.
Quod ad ventriculum, erit scutiforme; ad
reliquas partes, pro varia singularum inter
se figura, varie concinnabitur.

In cerelæ confectione cera minutim
secta in oleum coniicitur, eaque igne len-
to liquantur; liquata ab igne remouentur,
& continenter spatha permiscuntur, dum
coeant. Postremo affusa paulatim frigida
denuo agitantur, & percutiendo lauantur.

Sic

*Olei quanti-
tas in cerato
non semper
eadem.*

*Ceratorum
efformatio
pro ratione
partis affe-
ctæ.*

*Cerelæ
consciendi
modus.*

Sic enim ceratum, aquæ multæ affusione, quantum scilicet absorbere poterit, subactum, accurateque madefactum, magis refrigerat, & Galeno iudice, *cap. 6. lib. 1. de simpl. med.* morbis omnibus calidis ad motum confert, maxime, si vbi affectæ partis ardore nimis incaluerit, subinde mutetur.

Cum ceratis minus proprie sumptis, adipēs, medullæ, anxingiæ, & mucagines adduntur, vt sæpe fit, ea paulatim refrigerantibus permisceantur, quemadmodum & pulueres, quorum eadem ac in vnguentis ad olea proportio fere obseruatur.

Reponuntur in vasis stanneis aut fictilibus, sed quæ facile quouis tempore parari possunt, ea præfiterit recentia habere.

C A P. IV.

De emplastris.

Quæ medicamenta topica, in solidiorem massam coacta, Arabes *Cerota* & Græci veteres *Gal. cap. 12. lib. 1. comp. med. gen.* Jemplasta vocarunt, iuniores euphonia cuiusdam gratia addita litera r maluerunt emplastra nominare; qua detracta, eorum qualitas non *emplastrica*, sed *emplastrica*, seu *εμψαστρική*, quasi dicas infarciens appellatur. Dum enim emplastrum parti superinducitur, propter substantiæ, qua constat, visciditatem, cutis meatus videtur occludere, halituosos retinere spiritus, & calorem partis coercendo, suppuratum aliquid mouere. Illius namque glutinosa substantia vix intro sese insinuat, sed foris tantum insidens, tenaciter corporis meatibus in hæret. Minime tamen ipsius qualitas otiosa manet, sed calore partis excitata, adiutaque, varios effectus pro varia ipsiusmet facultate producit. *[cap. 9. li. 5. de simpl. med. 5. gl. r materia labii r vulneris coactum adiuuat: Si catagmatica, ossium fracturæ feruntur nationem: Si sarcotica, hanc naturæ feruntur, vt facilius nouam carnem generet: quod non tam medicamento- rum, quam ipsius naturæ proprium est opus.*

Vt autem varia ac multiplex est empla-

strorum compositio, sic etiam qualitas: Ex omnibus enim prope medicamentis componuntur; vnde non omnia perpetuo emphrastica sunt, seu lentore suo poros stipantia, sed quædam ecphrastica, hoc est, farctuli liberantia, & quasi expurgantia; alia epispastica seu extrahentia, & diaphoretica; aliarhyptica, quæ fordes ex cute & vlcibus detergent: Et quædam, quod multis affectibus conueniant, vt pleraque alia medicamenta, polychresta dicuntur, quæ scilicet contrariis constant medicaminibus, *teste Gal. initio lib. 5. comp. med. gener.*

Debet tamen medicamentum emplastricum omni mordacitate vacare: nam si qua illi insit acrior & mordacior qualitas, hæere poris vix poterit, ait Galenus *cap. 9. lib. 5. comp. med. gener.* sed excerneretur facile, aliquam partem liquando, aut humorem aliquem ex alto attrahendo; proin terrenæ consistentiæ & viscosum esse oportet emplastricum.

Porro componendorum emplastrorum duo sunt scopi præcipui, consistentia crassa, ac solida, & facultas. Odor & color sæpe expetantur, atque ad ægrorum potius gratiam, quam quod medicamentorum naturam & efficaciam concilient.

Consistentiam idoneam & materiam suggerunt, *cera, oleum commune, lithargyrus*, & interdum resina; virtutem vero nullam aut exiguam. Quæ supera adduntur prope omnia, corpus emplastro & facultatem impertiuntur, vt mineralia, metalla, radices, surculi, ligna, flores, semina: Quæ si arida fuerint, pulueranda, & emplastro ab igni remoto, miscenda. Si qua ex his vix friabilia sint, humore aliquo soluuntur, qui absimitur coquendo, antequam illa emplastro perficiendo commiscantur; vel simul eidem sæpe commixtus coctione dissipatur.

Herbæ virides, vt quæ in puluerem attenuari non possunt, ex idoneo liquore coquantur, colostratiuntur, miscentur; vel succo ex his tritis educto, alia incoquantur;

Eccathartica emplastrum.

Emplastrorum conficiendorum scopi.

1.

εμψαστρική medicamenta.

Sarcosis non tam medicamentorum, quam naturæ est opus.

tur; quo absumpto, viribus tamen relictis, si quæ supersint adicienda, quæ longam coctionem non ferunt postremo commiscuntur.

Diutius vero coquenda sunt emplastra, quæ succos, vel aquam, acetum, vinum, aut decoctum aliquod recipiunt; quia cum emplastrum esse debeat omne spissum, & viscidum, ut parti, cui adhibetur, adhaereat, humiditas illi contraria est, quæ tamen sæpe admiscetur, & calore resoluitur, ubi qualitas illius accessura est, & in emplaistro coñficiendo retinenda. Nam quæ succis incoquantur, eorum facultates seruant, etiam ipsis exhalatione dissipatis. Efficit quoque humiditas, quæ coñficiendis emplastris accedit, ut reliquorum virtus altius subeat, & ad partes magis distitas deferatur.

Ex materialibus oleum quidem additur, non modo, ut corpus emplastris præstet, sed, ut cera cum ipso liquetur, acria vel austera obrundantur, & vim magis anodynâ & emollientem emplastra nanciscantur.

Oleum vetus simplex, & quod infusione paratur, vel quoduis compositum, aliquando in emplastrum immittitur, ut præter materiam suam quoque virtutem immittat.

Cera vero materiam duntaxat emplastris præbet, sed vim agendi nullam, ut & resinæ quædam. Non tamen omnia ceram aut resinam excipiunt, quæ scilicet aliunde materiam illis analogam, ut *ihus* aut *ladanum* copiosum, aut simile medicamentum admittunt.

Emplastrorum coñficiendorum modus. Primum autem, si *cera* emplastrum ingrediatur, ea liquatur in oleo: si *lithargyrium*, & id quoque in illo coquitur, dein mucagines, succi, liquores, si permiscendi, cum his adhuc feruefiant, dum aquea & humidior portio resoluatur: tum resinæ & adipēs inducuntur, ut & gummi genera; ex quibus nonnulla pura miscentur, alia non nisi vino, oleo, aut aceto macerata & percolata. Postea permiscetur *terebinthina* emplaistro percocto; & ab igne semoto, ut

nullam ignis vim, vel minimam sentiat. Postremo his omnibus confusis, & in legitimam consistentiam decoctis, igne subducto, pulueres creti paulatim inspergantur, & sedulo rudicula versantur, agitanturque, dum omnia in massam coeant, nec mollem, nec plane duram, sed lentam, glutinosam, & adhaerentem, non ita tamen, ut partem, cui adhibetur, velinquet, vel difficillime auellatur.

Et ut magis legitima emplastris forma existat, si in illius coñfectionem adeps veniat, aut medulla, aut terebinthina, minuendum erit oleum: Si arida quæuis, ut lacrymæ non pingues, friabiles succi, resinæ, stirpes aridæ, & mineralia puluerata commiscenda sint, augenda olei quantitas.

Ea autem olei proportio ad arida seruatur, ut singulis puluerum vnciis tres olei tribuantur. Cera vero quadrupla sit ad oleum, adeo ut ad huius quartarium ceræ libra aut paulo minus esto.

Hæc tamen singulorum in temperatione quantitas, cum potius iudicio, quàm certis legibus ubique definiri vix queat, hodie pulueris & olei designati ponderi, ceræ quod satis est, adici solet, ut liquidis, siccis, viscidis, malaxatione simul coadunatis, læta, sequeax, ac idonea emplastris moles inducatur: Ex qua magdalix vnciæ dimidiæ, vel etiam integræ, si libuerit, pondere formantur, chartis oleo inunctis inuolutæ, ut sic in pharmacopolio ad futuros vsus reponantur.

Sic sunt emplastra proprie dicta ad aliorum discrimen, quæ citra ignem & ceram parantur, quorum scilicet materialia, melle, aut mugacinibus, aut viscido quodam cremore malaxata, in emplastris consistentiam coagmentantur: cuiusmodi est *emplastrum de crusta panis*, & *de baccis lauri*, & alia quædam parari solita, quæ inter emplastra & cataplasmata ambigunt.

Ad emplastra quoque refertur & ceratū illud durius ex pari ceræ & olei pondere coñfectum, ut & cerota, seu ceronea, de quibus abunde su-

per.

CAP.

Humiditas emplastris coñficiendis aduersa.

Olei proportio in emplastrorum coñfectione.

CAP. V.

De Sparadrappis.

Tela Gal-
deri.

TELA vtrinq; emplastica in multis pro-
stat officinis, quam recentiores modo
Sparadrappum, modo telam Galteri, primi
forſan illius inuentoris, vel potius infe&to-
ris nominant. In emplastrum enim ido-
neum, iam paratum, sed liquefactum, tela
vetustate quodammodo attrita demergi-
tur, & inculcatur sæpe, dum plane infecta
& inquinata fuerit, ac vndequeque velut
incrustata: tum extrahitur, & exponitur
aëri, vt refrigerata obdurescat, ac postea
ad rerum exigentiam seruetur.

Eius autem varietates inueniuntur mul-
tz, quæ non à telæ, sed ab emplastrorum,
in quæ immergitur, diuersitate sumuntur.
Aliæ enim catagmaticæ sunt, quæ fractis
ossibus solidandis, & roborandis partibus
conueniunt, quæ scilicet ex emplasticis

astringētibus, & roborantibus parātur: vt,
*℞. ol. citonior. & rosar. seui ariet. an. ℥iij.
thuris, mastiches, picis, boli armena, farina
volatilis an. ℥ij. cera alba q. s. fiat empla-
strum, in quod liquatum tela immergatur.*

Aliæ vim habēt exsiccantem & epulo-
ticam, & vlcibus ad cicatricem perdu-
cendis commendantur, cuiusmodi est, que
sic describitur.

*℞. ol. rosar. ℔. j. cera citrina ℔. ℞. cerussa
veneta, thutia an. ℥ij. lithargyri auri ℥iij.
fiat emplastrum, & cum tela vetustate quo-
dammodo iam attrita, fiat Sparadrap.*

Plures alias formulas describit Ioannes
Vigonius in suo opere chirurgico, quæ huc
transcribere nec volui, nec debui: cum
minimo negotio, quisque varia, pro vario
scopo, emplastra sumere potest, & in his li-
quatis linteum inculcare: nam qui præscri-
bendi & conficiendi emplastra modum
nouit, is ex illiæ telam inquinare, seu
Sparadrappum efficere facile poterit.

Tela cat-
agmatica.

Cicatricem
inducens.

FINIS LIBRI TERTII.

L INSTI-


INSTITVTIONVM
PHARMACEVTICARVM
JOANNIS RENODÆI
LIBER QVARTVS,

De legibus in compositione medicamentorum seruandis.

CAP. I.

*Quis primus medicamenta composuerit,
& qua ratio compositionis.*



*V*M morbus omnis sic via ad interitum, antequam supra modum augeatur, omni praesidiorum genere profligandus, atque in medicamentis inuestigandis, se-

ligendisque, tanta sedulitas est adhibenda, ut quae singulis praeter naturam affectibus oppugnandis conducunt, perpetuo sint ad manum, & quasi medicamentorum eximiorum sylvula praesto sit nobis.

Ea autem nec simplicia exhibentur, nisi arte quodam modo immutata; nec composita sine multo precedente apparatu, ut supra demonstratum est, quo simplicia singula non solum abluuntur, siccantur, teruntur; vel infunduntur, macerantur, exprimuntur; aut alia praeparatione comixtioni magis idonea, vel vsui feliciora redduntur, sed ea ratione, & proportione simul vniuntur, ut omnium concursu noua quaedam est totius complexione mixtura comparetur, seruata tamen singulorum virtute, si non integra, saltem primis mensibus conspicua, cum adhuc scilicet recens est mixtorum coitio, nec perfectam adepta fermentationem, cap. 2. lib. 1. comp. med. gener.

Quia vero medicamenta interdum exhi-

bita sola nocent, ceteris admixta profunt mirifice; cum medicamenti cuiuspiam qualitas probatur, improbatur alia: diuersas enim qualitates in simplicibus medicamentis reperiri, certum est: per compositionem, alterius admixtione, noxia deletur, aut obtunditur; optima magis exurgit, & effectus praestat insigniores. Et licet quaedam simplicia non laedant, quia tamen non satis iuuant, citra alterius mixturam non veniunt in usum, ut medicamen emplasticum, quod simplex nullum tale est, inquit Galen. c. 13. lib. de ther. ad Pis. vnde primi emplastrorum auctores non temere ex oleo quaedam liquare, & emplastra conficere excogitarunt.

Ob multas rationes alias libro allatas superiore, medicamentorum sit compositio, cuius omnium primus defenditur Herophilæus, dein Cappadox Heras, Musa, Asclepiades, & Andromachus, cap. 2. lib. 2. comp. med. gener. Sed omnium maxime Galenus cap. 2. lib. 1. comp. med. gener. Epibogismo. pharmaci componendi rationem inuenit, mixtorum legitimam proportionem, & vtendi modum docuit; Non Empiricorum more, qui ad insomnia, casum, & fortunam medicamenta prope omnia referunt, paucis exceptis, quae communi iudicio, quod pluribus eiusdem facultatis consent, per compositionem meliora redduntur, & ex eis nonnulla curandi corporis natura:

Quis primus medicamentorum compositionem tradiderit.

Sarcoticum optimum ex facultatibus oppositis.

turæ idonea inueniuntur. Quod tamen exemplo optimi Sarcotici, ex cerato & duodecima aruginis parte confecti, Galenus cap. 3. lib. 6. comp. med. loc. negat, probatque, medicamenta ex duobus aut plurius oppositæ facultatis, optime componi. Ceratum namque sordes parit, ærugo carnem vlceratam erodit, ex his tamen pharmacum exurgit optimum, quod carnem generet, & cauum vlcus impleat. Sic calida frigidis, discutientia roborantibus, cardiaca venenis miscentur, & ex diuersi generis simplicibus medicamenta præstantissima componuntur.

Historia Galenonota.

Cuidam [referente Galeno c. 29. lib. 9. de facul. medic.] ex eorum numero, qui citra ratione, & experientia sola medicamenta esse composita tenent, pharmacum podagricum iactati, aduenit forte fortuna, quidam podagricus, qui tam mediocriter laborabat, vt incedere etiã posset, qui pedi medicamentum apposuit. At misellus totam noctem egit insomnem; ac postero die, tantum abest, vt commode sicut antea, incederet, vt nec quidẽ gestari posset.

Ex fortuita igitur medicamenti compositione, fortuitus & sæpius infelix euentus, vt pluribus ostendit Galenus, præter historiã allatam, qua pseudomedici vanitatem & ignauiam irridet, censetq; Medicum non modo compositorum medicamentorum causam, sed componendi viam & ratione habere, & ad singulos affectus, optima pharmaca, dum est necessum, componere; ne illi graue forsan accidat, quod duobus Medicis c. 1. lib. 2. comp. med. gener.] Galeno cognitis, quorum ob amissas medicamentorum compositorum formulas quasdam, alter contabescit perit, alter ab operibus medicis destitit.

CAP. II.

De basi medicamentorum & eorum collocatione in formulis.

IN medicamento præscribendo debet primum illius quædam basis constitui, hoc est, medicamentum aliquod simplex,

in compositione præcipuũ, & morbo depellendo accommodatissimum, cui cætera inicitur. Vt cum morbus aliquis suscipitur oppugnandus, si quidem fuerit simplex, nullo prauo symptomate comitatus, seligendum est tantum aliquod simplex medicamentum, quod viribus sit par, & partem iuuet. Sed si simplex nullum detur idoneum; ex multis vnum concinnetur, cuius basis, & veluti columen affectui aduersetur: atque alia adiiciantur, quæ membrum affectum roborent, qualitatem medicamenti ad partem longe distitam deferant, atque reliqua permisceantur, quæ vel palato gratiam concilient, vel opus felicitent, ac promoueant.

Basis autem sæpius qualitate, quam mole præpoller, vt in confectiõibus aromaticis & purgantibus; atque quo depellendus morbus fuerit grauior, eo basis remediũ præscribendi maiores vires habeat: Et sæpe ad expugnationem affectionis alicuius prauæ, multæ bases confuse in quandã compositionem referuntur, quæ in mutua operam conspirant, & vicem gerunt vnus; vt cum ad sedationem doloris vehementioris, multa simul anodyna medicamenta confunduntur.

Multæ bases aliquando in vno medicamento.

In componendis igitur medicamentis, primum basis quærenda affectui & affectæ parti accommodatissima, sed non semper omnium prima in compositione collocatur. Non enim affatim, ac promiscue inordinateque omnia, quæ in compositionem veniunt, simul confunduntur, sed alia aliis priora aut posteriora. Et cum miscendorum ordo negligitur, medicamentum sæpe nec vires habet eximias, nec formam idoneã. Quæ enim longiore coctione egent, si parum; & quæ breuiore, si multum coquantur, nec illorum integra virtus, vt quæ nondum exierit; neque horum, vt quæ iam perierit, comparabitur.

Ordo seruandus in describendis formulis medicamentorum.

Accurate quoque debitus ordo seruandus in formulis medicamentorum describendorũ faciẽdis, vt ne posteri in recepta, vulgi more, vocata, scribantur, quæ priorum.

Historia notanda.

eius parte & capite describenda sunt: In quem errorem incidunt, qui medicamentorum substantiam, qualitates, & apparatus ignorant: Ut etiam interdum iuniores Medici, qui longo medendi usu nondum probati, quæcunque veniunt in mentem, modo facultates illorum norint, confuse inordinateque describunt.

Petius agunt, qui, quæ citra virium iacturam vim ignis non patiuntur, diu concoquunt; quæ propter insignem amarorem in bolum fingenda & tegenda, in potu dant; Quæ debent concoqui, cruda; quæ puluerari, integra; Quæ tantum infundi, dissoluta, nec expressa porrigunt.

Qui ista parum cauti negligunt, vix antiquiorum Pharmacopœorum effugiunt censuram, qui peritioribus Medicis edocti, non solum componendi medicamenta modum habent compertum, sed ex his multi rationem ordinis, quo simplicia singula collocanda sint, habent perspectam.

Hæc autem sit prima lex describendi medicamenti, ut ex primo loco scribantur, quæ longiore apparatu, ut diuturna coctione, aut laboriosa tritura egent, veluti radices & ligna non odorata: Postremo, flores & aromata: Medio inter utrumque, herba, fructus, semina. Qui secus faciunt, ligna, radices, folia, flores, & aromata, nullo ordine, & affatim, eodemque instanti miscentes & concoquentes, vel horum qualitatem facile dissipabilem non retinent, vel illorum ægre separabilem non assequuntur; istoque improbo parandi ac miscendi modo medicamentum efficiunt, quod nec singulorum vires genuinas habebit, nec Medici votis respondebit.

Secunda lex. Secunda ordinis seruandi lex in prescribendis medicamentorum formulis hæc est, ut si angustia temporis urgeat, & quædam coquenda sint, vel infundenda, & alia pulueranda, ab his semper incipiat, quæ cocturam vel macerationem postulant; ut dum hæc sunt, alia comminui & lauari queant, & eodem tempore suum quæque habeant apparatus.

Prima lex medicamenti describendi.

Tertia obseruatio est, ut quæ vel quantitate, vel qualitate præpollent, cæteris in compositione describenda præmittantur, ita tamen, ut præparationis, mixtionisq; modus, cuius potior est habenda ratio, non dissentiat.

Hæc quarta lex fere perpetua seruatur, ut in compositionum formulis ea postremo scribantur loco, quæ materia rationem habent, ut mel in magnis confectionibus, saccharum in electuariis solidis, in multis vnguentis oleum aut cera, & sæpius utrumque.

Hic ordo si seruetur, tyronibus medicamenta parandi miscendique viam aperiet felicior, atque in mixto firmiores eorum vires manebunt; quæ nisi arte debita retineantur, aut hebescunt, aut periclitantur.

CAP. III.

De formis & sine medicamentorum.

UT qui sano sunt corpore, difficile ferunt a phor. 37. lib. 2. Hippoc. sic minus appetunt medicationes. Et qui vel ad *φύλαξιν* imminetis morbi, vel præsentis *ἄλωσι* seu profligationem medicamento quodam opus habent idoneo, sæpius antiquam mali feritas inualuerit, Medicum non vocant, aut medicamentum respiciunt, aut ea arte & mixtura paratum desiderant, ut odore, colore, sapore, naribus, oculis, palato arideat. Sed apud imprudentes eiusmodi viros & pueros, Coquus, inquit Galenus *Coquus a lib. 2. de prænotione.* ex Platone, Medico præstat, & maiore laude dignus, ut qui gula noua quotidie irritamenta parat.

Sed cum per ea puniatur, per quæ quis peccat, morborumque pene omnium nutritrix sit immanis gula, iure quasi diuino, medicatio, quæ fit per os, vltionem commissi peccati in eo ipso relinquit. Medicamenta enim fere omnia, præsertim cathartica, propter dissentaneam, quam cum nostra qualitatem habent, gustui ac olfactui dupliciter, non est mirum; Cum non ut alimenta mutari, sed mutare nata sint, & noxiam humorum qualitatem emendare, vel eisdem foras protrudere.

Quæ.

Coquus a lib. 2. de prænotione. Medico præstat.

Qua inodora insipidaq; sunt, & mole parua varie corpus exagitando, susq; deq; humores excussunt, vt slibium, his postponenda medicamentis, qua maiore quantitate exhibita, licet ingrata, blando, ac cum delectu è partibus affectu vitiosos succos educunt.

Forma medicamentorum quid præstat.

Forma autem medicamentorum non solum efficit, vt assumantur ipsa facilius, (alii enim liquidis, alii solidis tantum delectantur) sed vt effectus diuersos, pro formæ diuersitate, polliceantur. Quod enim ad incidendum & extenuandū imperatur medicamentum, forma liquida accommodatius est, vt solida ad astringendum.

Non hic formam, quæ dat esse rei, nec ipsam rei facultatem effectiois causam appello, sed ipsam compositi medicamenti consistentiam qualemcunque, solidam, liquidam, mediocrem: præterquam & alia interdum in multis, præsertim siccis, industria Pharmacopœi manu effingitur, aut sigillo imprimitur; aut materia in pilulas, trochiscosve formatur, vel complanatur in tessellas, nunc quadratas æquilaterales, nunc rhomboïdes, seu altera parte longiores.

Ista vero impressa forma exterior, & veluti sigillatio, parui momenti est, vt quæ nihil opis adferat ad effectum medicamenti promouendum, aut felicitandum, vt superstitiosi quidam autumarunt, vt illud omittam, quod Spargyricorum nonnulli somniant, de signaturis plantarum externis, quibus illarum dotes partibus corporis accommodant, cum quibus certis notis, aut externa forma, si Deus voluerit, conueniunt. At illa medicamenti forma, qua ipsum densum est, tenue, vel liquidum multos ac varios præstat vsus: Nam idem nunc vrinam mouet, nunc aluum deicit, pro vario componendi modo. Galen. cap. 13. lib. 4. de sanis tuend.

Crassities aut tenuitas puluerum quid efficiat.

Quæ tenuissime læuigantur, instar polinis, citissime deferuntur ad renes & vesicam: quæ crassiuscule, diutius subsistunt in intestinis, & aluum per secessum turbant. Si obstructionem quis liberare voluerit, mensesque mouere, nec satis feliciter soli-

da medicamenta exhibebit: vt neque liquida, si e cerebro & partibus disitis noxiū sit educturus humorem.

Et vt partibus quibusdam roborandis, & affectibus depellendis, medicamenta quedam crassa debentur, alia liquida: sic nonnullis, inter ambo media, qualia sunt elegendmata, & antidota quædam inter remedia interna; vnguenta, litus, mucagines, cataplasmata inter externa.

Quæ autem forma singulis medicamentis sit idonea, superius abunde dictum est, speciatim vero de his postea disputabitur, quatenus formantur varie pro partium conditione, quibus adaptantur, vt cum exemplastro stomachico scutum formatur regioni ventriculi apponendum pessarium sinui pudoris, glans subdititia ꝛo lici, turunda vulneri.

Sunt, qui nulla ratione formam medicamentorum non tantum idoneam, sed illorum quoq; sumptuosam confecturam expectunt, alioquin tanquam vilem & inutilem aspernantur; cuiusdam diuitis exemplo, qui cum à Galeno cap. 10. lib. 3. comp. med. gen. postulasset, excepissetq; formam medicamenti, quo vicus malignum in famulo curaret, vidissetque omnia, quibus constabat pharmacum, esse vilis pretii: Hoc, inquit, mendicus serua, me autem sumptuosus aliquod medicamen doceto.

Nimis sumptuosam medicamentorum confectura sæpe vana. Historia.

Sic multi medicamenta etiam eximia parui ducunt, si nouerint, vilia vero ignota sibi, pro secretis habent, & tanquam aliquod deductum è cælo remedium sepe mirantur. Proinde Medicinæ dignitati cōsulunt minus, qui tam diuinæ artis arcana detegunt, & plebeculæ, vt arrideant, medicamenta idiomate vulgari conscripta præbent.

Artis arcana non detegenda.

Præstiterit n. gratis medicinam facere, & pauperi medicamentū dare, aut aliquod parui pretii præscribere, quam illius compositionem docere; quam dum semel nouit, periculum in aliis, vt in se, feliciter tentans, eos ducit ad exitium. Medicamentum enim quoduis, maxime catharticum, bo-

num & malum est, & pro ratione bene vel male ventis, sanat vel interficit.

Finis compositionis.

Finis autem compositionis medicamentorum est, cuius gratia ea ipsa suscipitur: vel ad quem omnia, quæ mixtioni sunt necessaria, referuntur, vt tandem medicamenta ex arte composita, sanitati vel tuendæ, vel exornandæ, vel morbis profitigandis inseruiant.

C A P. IV.

De medicamentorum ponderibus, & eorum notis.

Ponderum magna varietas.

Cuique nationi & ditioni sua semper fuerunt, vt adhuc sunt, pondera & mensura. Libram mercatorum Constantinopolitanorum pendet uncias viginti sex: Mediolanorum, viginti quatuor: Parisiensium sexdecim: Lugdunensium quindecim: Hispanorum quatuordecim: Genuensium & multorum aliorum duodecim: aurifabrorum octo tantum; vulgus Markam nominat.

Veteres quoque Græci, Arabes & Romani non solum propria habebant idiomata & characteres, sed etiam pondus. Et nisi regia potestate arcerentur mercatores, nulla esset certa ac definita statera, quandoquidem pondere volunt emere maximo, & minimo diuendere.

Quia vero in Medicina sæpe bis peccare non contingit, & errata in præscribenda dosi fere semper periculi plena sunt, Medicis omnibus communia & definita debent esse pondera, vt vna lege vnus sit omnium consensus.

Libra Medicorum.

Libra autem illorum semper uncias duodecim pendet, quæ sic scribitur, lib. j. Uncia dragmas octo, cuius hæc est nota, ζ j. Dragma scrupulos tres, quæ sic pingitur, ζ j. ita vt in uncia tot sint scrupuli vel scriptuli, quot in Alphabeto Græco literæ, nempe viginti quatuor, iuxta illud Faunii Poetæ:

Uncia sit dragmis bis quatuor, vnde putandum.

Grammata dicta, quoniam hæc viginti quatuor in se

Uncia habet, tot enim formis vox Græca notatur.

Horis quot mundus peragit, noctemque diemque

Quibus verbis scriptuli videntur quasi vicem gerere literarum; dragma syllabarum; uncia, dictionum; libra, orationis; vel saltem periodi completæ. Sunt tamen pondera quædam minutiora scriptulis, nã granum est omnium ponderum minimum, seu minutum, è quo fit obulus, seu scriptulus dimidius, qui sic notatur ϑ β. Granum vero duabus literis gr. simul iunctis, & aliquando g solo designatur.

Obulus. Granum est omnium ponderum minutum.

Cum sesquilibram, seu libram vnã cum dimidia, & sexunciam, hoc est unciam vnã semis notare volumus, maiori ponderi picturam hanc lib. j. β. minori istam ζ j. β. damus.

Granum igitur λεπτόν Græcis, omnium minimum est, indiuisibile & minutum, minutia ob id nominatum.

Chalcus, seu æreolum, pendet minutias seu grana duo.

Siliqua, seu Geration, Kirat Arabice dictum, chalcos duos, hoc est, grana quatuor.

Semiobulus æreola tria, id est, siliquam vnã & dimidiam.

Obulus siliquas tres, seu chalcos sex, aut grana duodecim.

Scriptulus duos obulos, seu chalcos duodecim, aut grana viginti quatuor.

γεγραμμά.

Denarius est octaua pars uncia Romanorum, & pendet scriptulos tres, seu obulos sex, vel grana septuaginta duo.

δηνάριον.

Dragma est octaua pars uncia Græcorum, & leuior est denario, pendetque tantum sexaginta grana hoc est scriptulos tres vulgares, quorum singuli grana solum viginti pendunt.

δραγμα.

Olim denarius decem asses seu libras valebat, vnde illi nomen, ait Silius, nunc libræ tantum est pars octogesima quarta, vt dragma nonagesima sexta. Libram intelligo Medicam, quæ uncias duodecim pendet.

Multi [Scrib. Larg.] autem pro denario dragmam ponunt, illo non multo leuiore,

vt pro

vt pro dragma denarium, iuxta Græcorum interpretum versionem, qui cum nihil haberent, quod exacte denario Romano responderet, pro denario dragmā reliquerūt. Sicilius duas dragmas valet, estq; quarta pars vnciæ.

Sicilius.

quatuor.

Semi vnciæ media est vnciæ pars, scilicet duos continens.

Vncia medica octo dragmas, negotiatoria denarios totidem pendit.

Galienus.

Dragmam quoque interdum ab antiquis Hexagion dici comperio, mercatores vulgo *grossum* appellant.

Bes continet vncias octo, & media pars est unæ, seu unæ medicæ, quæ sexdecim vncias continet, videturque libra mercatorum. Ex *Dioscor. & Gal.*

At Medicorum *λίτρον*, id est, libra, minor est, & vncias tantum duodecim valet.

Omnia autem sic in pauca contrahere habet, vt memoriæ mandentur facilius.

Libra seu pondo, & As sæpe dicta, p̄det vncias duodecim; de unx, vñdecim; dextās, decem; do drans, nouem: bes seu octunx, octo; septunx, septem; semis, sex, vel mediā ponderis cuiusque notati partem: quincunx, quinque; triens, quatuor: quadrans seu quartarium, tres.

Vncia continet sicilicos quatuor, sicilicus dragmas duas, dragma scriptulos tres, scriptulus obulos duos, obulus duas siliquas semis, siliqua duos chalcos, chalcus duo grana.

Nomina ponderum Arabum.

Nomina ponderum Arabibus familiaria non subtrixisse, sed tam varia deprehendi, vt infida arbitratus sim, apud quos vnciam *adar*, *alfatil*, *sacros* & *assathis* dici cōpeti. Dragmam quoque modo *alchi*, modo *nabach*, & aliquando *darchamet* nominant; vt scriptulum aliquando *guanthus*, sæpe *gormin*, & aliquando *kermec* & *arme* vocant: Obulam vero *Seminem*, *Seminet*, *Onolos* *Onolosat*, *Ologinat* indiscriminatim efferunt, mediam eius partem *Danich*, tertiam *Kirat* nuncupantes: Ipsi autem sua vocabula relinquenda, nobis nota ex vsu sunt.

Porro cum herbæ mensurentur manipulis, per literam M. flores pugillis, per literam P. designantur. Manipulum vocant Medici, quantum manu complectuntur; Pugillum, quantum tribus digitis capere valent.

Herbæ quomodomen-
surantur.
Manipulus
quid.

Cum vero æquale pondus, aut mensura duorum aut plurium simul medicamentorum præscribitur, hæc dictio *Ana* additur, quæ singulorum medicamentorum præscriptorum æqualem assumendam esse portionem indicat.

Ana quid
signet.

Inter notas ponderū, vel potius quantitatis finiendę in præscribendis medicamentorum formulis, cum fructus multi nec trutinā librentur, nec cyathis, conchis, acetabulis, aut vasis similib. concauis mensurentur, sed numero tantum ponantur, solita litera N. apposta, numerus illorum notatur; Non tamen quantus, nisi quoque notam ponderis, quo opus est, vna subiungatur; vt exempli loco, si amygdalæ, sebesten, pruna, aut similia præscribenda sint, quæque numero duo, tria, quatuor, quinque, sex aut plus, minusve pro vario Medici scopo præscribuntur, præstat *Rondeletio* testante, in numero signando notis præcorum Romanorum, vti, quæ sic depinguntur, I, II, III, IV, V, VI, VII, VIII, IX, X, XI, XII, quam aliis characteribus, *Ziphra* nomine vulgari nuncupatis, atque sic designatis, I, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10. Ne forsan ignarus quidam tyro dum dragmas duas aut tres sic 3. 2. 3. 3. depictas oscitanter legit, perperam triginta duas aut triginta tres dragmas assumat.

C A P. V.

De Medicorum mensuris.

NON sine ratione DEVM omnia pondere, numero & mensura creasse, literæ Sacræ testantur. Nam cum numerus sit ætius rationis, Plato hominem animalideo sapientissimum asseruit, quod nouerit numerare, omniaque Deus iusto pondere & mensura præcepit trutinari. *Leuit. 19. & Dent. 25.*

Cur homo
animal sapi-
entissimum.

Per mensuras, instrumenta quædam in-
star pyxidum concaua, certis speciebus ex-
cipiendis mensurandisque accommodata,
intelligimus, quibus medicamenta, tam
simplicia, quam composita; sicca, liquida-
ve non modo Pharmacopœi, sed mercato-
res dimetiri solent.

Sæpius tamen ad liquores, vt oleum, a-
cetum, prisanam, decoctum, vel similia di-
mezienda efformantur, eaque industria
adaptantur ponderibus, vt alia sint vnciaz
tantum vnus, alia duarum, aut trium, alia
libræ vnus, alia quinque aut decem, vel
plurium sit capax.

Omnium minima mensura capere po-
test ʒj & ʒ̄ si vini substantiæ mediocris, vo-
caturque cochlearium.

Cochleariū.

Alia maiuscula. Cheme dicitur, & duplo
superiore maior est, capitq; vini ʒ ij. & ʒ̄ j.

Ligula.

Mystrum.

Tertia adhuc maior, ligula interdum
dicta, & à nonnullis mystrum, seu cochlea-
rium paulo maius, capit eiusdem ʒ ij. aut
ʒ iij.

Concha.

Concha continet mystra duo, seu che-
mas duas, vel ʒ v.

Cyathus.

Acetabulū.

Oxybaphū.

Cyathus conchas duas seu ʒ x. vel ʒ j. ʒ̄.
Acetabulum, Oxybaphum Græcis di-
ctum, sesquicyathum, seu ʒ ij. & ʒ̄ ij. vel ʒ̄
ij. ʒ̄. ad summum.

Quartarius acetabula duo, seu ʒ iij. ʒ̄.
vel paulo plus.

Hemina.

Hemina, seu hemifextarius quartarios
duos, seu ʒ ix.

Sextarius, seu chopina Parisiensis, duas
heminas, hoc est, ʒ j. ʒ̄.

Chœnix.

Chœnix, seu modulus sesquifextarium,
nempe ʒ ij. & ʒ̄ iij.

Congius.

Chus seu Congius sextarios sex, hoc est,
lib. ix.

Vrna.

Vrna congios quatuor, seu libras qua-
draginta.

Amphora.

Amphora vrnas duas, seu libras octo-
ginta.

Metretes.

Cadus.

Culeus.

Metretes seu Ceramium Græce, Cadus
Latine, sesquiamphoram.

Culeus amphoras viginti, seu vrnas qua-
draginta.

Sic enim ab ea mensura, omnium mini-
ma, sensim ad maximam progrediendo
mensuræ liquidorum, vt solidorum à gra-
nis, incipiunt. Atque vt maior numerus cō-
tinet minorem: sic maius pondus, aut mea-
sura, vtunque minus.

Mensurarum igitur aliz paruz sunt, a-
liz magna, aliz mediocres: Et ex illis qua-
dam liquidis, aliz siccis, aliz ambobus
mensurandis destinantur.

Culeus, amphora, vrna, congius & quar-
tarius, liquidis, modius & semimodius, sic-
cis; sextarius, hemina, acetabulum, cy-
athus, his & illis dimetiendis inseruire solēt.

Modius.

C A P. VI.

De quantitate medicamentorum ex- hibendorum.

In componendis medicamentis non tā-
tum simplicium qualitas requiritur, sed
qua quantitate singula misceri debeāt, vel
iam compositum exhiberi, est inquisitione
dignum. Minor enim quantitas, vt sæpe nō
prodest, sic maior obest sæpius; nec minus
laetitia interficit ipsa cicuta; plures que vi-
num, quam aconitum occidit.

Quod si alimenta plus æquo ingesta ve-
neni sunt loco, summa artis & artificis laus
est medicamentorum iustam describere
quantitatem, & quæ, ac quanta, cuique se-
xui, ætati, naturæ, & tempori conveniunt,
definire. Purgat enim potēter turpethum,
colocynthis, veratrum; imbecillime polypo-
dium, tamarindi, ius galli veteris; modera-
te cassia, fenug, rheum; difficillime, senes &
melancholici autumnō: facillime pueri
humidiores hyeme, & vere; vt biliosi æsta-
te: Qui mediōrum participes sunt medio
modo purgantur.

Et cum per ætatū tempestatūq; mu-
tationes humorum conditionem mutari
conringat, conringit quoque, vt idē medi-
camentum eadem quantitate nō similiter
moueat ac operetur. Nam cum humores
turgent & vrgēt, natura leui sæpe medica-
mento proritata, molitur excretionē ma-
teriz

*Alimentorū
nimia quā-
titas pericu-
losa.*

*Idem medi-
camentum
non eadem
semper pra-
stat.*

terix grauantis, eamque vel per secessum, aut vomitū excludit. Vt contra, cum propter lentorem tenacius impingitur, nec sua qualitate naturam ad exclusionem lacellit, validissimum nonnunquam medicamentum ignauum est, nec aluum satis turbat, ducitve, aut certe molestos ac redundantessuccos tantū mouer, nō promouet.

Fallit hęc sepe diuersitas humoris incautos, qui cū experientia didicerint, *castiam* vncis, non granis; *scammonium* granis, nō vncis; *rhabarbarum* dragmis præscribi & exhiberi, dum cuiusq; pro efficacia agendi convenientem dosim præscripsisse putāt, ne semel quidem, aut contra, impense & profuse vident aluum moueri. Nam cum in orgasmō natura est, turgetq; superfluis humor, pauca sepe grana *rhei* ventrem turbant, imo & cathartici cuiusvis odorem aliquando solus exagitat.

Quare nō imprudenter agunt Medici, si ab ægrotis, à quibus vocantur, & à se nunquam antea visis seiscitentur, num illorum aluus facile & blando ecoprotico moueatur, an mochlico & validiore indigeat; vel sic, Sit ne perpetuo liquida, vel dura, & clysmis quotidie solita moueri. Sic enim feliciter imperabitur medicamentū purgans, quod nec supra, nec infra vires ventrē agitabit; & quanta, & qualia purgari oportet, purgabit. Ea tamen lege, vt si totū corpus prauis scateat humoribus, nō affatim, sed partite; nec vno die, sed pluribus, si opus fuerit, moueantur. Natura siquidē non facile fert magnas cuiuscunque humoris, etiam laudabilis, euacuationes; Semperque cum ea bene agitur, si omnia paulatim frant, nec quicquam immoderate ac violenter ducatur.

CAP. VII.

Iustam medicamentorum quantitatem vix desiniri, non tamen, dum parum excedit, aut deficit, periculosam.

Medica quidem ars coniecturalis est, sed quam experientia inuit, auxilii ratio,

Et doctorum autoritas stabiluit, qui ex causarum indagacione effectus perquirētes, ac longa obseruatione prudentiores facti, theoremata posteritati reliquerūt multis rationib; validissimis, & necessariis fulcita, quibus morbi dignoscuntur, remedia inueniuntur, & medicamentorum quantitas describitur, si non iusta ac definita, saltem adeo naturæ & morbo accommodata, vt illa vincat, hic vincatur. Quod .n. mali reformidandū, si vbi *castia* vncia, aut *rhabarbari* dragma conuenit, illius tantū dragma septem, vel etiam nouem, huius vero scriptuli duo aut quatuor exhibeantur? Nā *paruulus error non valde pertimescendus*; Atque vt sine sanitatis insigni iactura, per medicamentū humores excrementitij nō semper omnes educuntur, sic cum præter illos non nihil ex his, qui qualitate non laedūt, educitur, graue quid suspicari nihil est necesse: Cum nec ipsa edulia potulentave eadem semper copia, nec iisdem horis ingerantur. Vt nec si cacochyma sunt, morbos statim inuehant. Multis sepe contigit innoxie aliquot *cicuta* folia in iulculis cōedisse ancillarum incuria, quæ petroselinum, cui externa quadā forma conuenit, selegisse putabant. Et qui ranas habent in deliciis, buffonum coxas interdum sine periculo mandunt.

Summo autem iudicio, artificiosa que coniectura efficiendum est, vt medicamenti quantitas naturæ viribus, & educendæ sarcinæ respondeat, quæ si copia grauet, nec medicamentum illi proportionatum vna vice tuto possit exhiberi, melius erit partite diebus singulis, vel alternis, totam illuuiem deplere, quam affatim humores & vires simul deicere.

Miserum est etiā corpus iterato medicamento repurgare, cū vnico tantū egeat, aut violentum porrigere, cum oneri tollendo blandum satisfaciat. Hypercatharsis namque seu superpurgatio timenda, quæ venas nimium referando, dysenteriam interdum excitat, sanguinem vacuat, & virium integritatem profternit. Prodest siquidem

M

magis

Odor medicamenti cur ventrē aliquando ducat.

Paruulus error non pertimescendus.

Superpurgatio timenda.

magis aliquid ex superfluis humoribus deferere, quam immoderata vacuatione portionem optimorum una cum excrementiis protrudere.

Et quemadmodum idem medicamentum eidem homini, eadem quantitate, sed diuersis temporibus datum, plerumque diuersos promit effectus: sic semper dum variat illius quantitas, agit varie: & modo huic, modo illi morbo tutius feliciusque datur. Si enim [aphorism. 1. lib. 4. Hippocr.] grauidam purgare consilium est, ut certe quadrimestrem usque ad sextum mensem, fas est, medicamentum roborans audacter illi parua quantitate dabitur, ut molestia causa, de qua per grauiditatem primis mensibus conueniunt, blande subtrahatur, nullamque ex medicamento fetus aut praegnans percipiet.

Quomodo
medicamentum
idem
varios
promit
effectus.

Qua magna
religione
ponderanda.

At vero cum opij, diagridij, aut alius medicamenti, quod parua mole maximas vires habet, quantitas exquiritur, ea religiofus, ac prudentius praescribi debet ac ponderari, ut si iuste definitur vix queat, solum tantillo plus exuperet aut deficiat. Cum enim lex non sit de minimo, nec de eo iudicet praetor, ut vulgo fertur, leuiter in excessu vel defectu minimo peccatur.

C A P. VIII.

De his, quae innoxie magna quantitate sumuntur, quibus conueniant, & quando.

OMNE medicamentum aliquod natura negotium, aut maius, aut minus facit: prout illius facultas imbecillior fuerit aut validior. Quod catharticum est, ut odore, saporeve magis displicet; sic molestiam adfert maiorem. Nam quaecumque purgant, omnia, inquit Gal. e. vlt. lib. quos, quando & quibus ventriculum laedunt, & maxime eius osium, quod nervis quamplurimis constat, & acute sentit. Propterea excogitatum est purgantibus benevolentia, & plerumque castigantia admiscere, vel ea seligere, quae non multum ingrata sunt, nec alium im-

moderate turbantia: Quae talia dum habentur, non tamen imprudenter exhibenda, sed quibus conueniunt, atque ea quantitate, quae viribus naturae respondeat, eaque facile ferat.

Quantitas autem illa varia est, pro varia singulorum facultate; quae quo imbecillior est, eo maiore dosi sumit; quo validior, eo minore. Imbecilla dicuntur purgantia, quae lente ac benigne ventrem ciendo, primam corporis regionem eluunt, atque vncius potius, quam dragmis mensuratur: cuiusmodi est manna, pulpa tamarindorum, madulla cassia, & similia: Valida, quae exigua mole, ut quae granis tantum aut scrupulis ponderantur, magnos & saepe violentos praestant effectus, de quibus postea. Inter imbecilla quoque numerantur omnia, quae vncius; inter violenta, quae granis mensurantur: inter ambo media quaedam sunt, ut rheum, senna, aloë & similia, quae dragmis ponderantur; quae omnia, ut quaecumque lubricando & roborando purgant, maiore quantitate sumuntur.

Dosis medicamentorum purgantium.

Idem est iudicium de alterantibus medicamentis, quae quo minus à symmetro corpore distat, ut calida, aut frigida primo ordine, usque ad secundum, eo maiore dosi praescribuntur; Quo longius ab eodem recedunt, ut quae ad quartum recessum caloris aut frigoris accedunt, eo minor ipsorum quantitas exhibetur: Tutum siquidem non foret piper, pyrethrum, euphorbium, aut cicutam, sedum, nymphaeam largacopia porrigere, cum horum usu algerent interiora; illorum conflagrarent.

Alterantium dosis.

Roborantia vero cum à se inuicem diffideant agendi viribus, valde dissimili quantitate praebentur, ut aquae cordiales, vncius; cōleruae principum partium roboratrices, dragmis; Alexiteria efficaciora, scrupulis; lapis bezoardicus & cornu monocerotis, granis.

Quae item forma liquida sumuntur, ad roborandum, alterandum, aut purgandum, ea semper dosi maiore solent imperari.

Porro non ex parte tantum medicamenti, sed corporis status & humoris, quantitas augetur

Quae medicamentis validis, quae benignis egent.

augeri debet, vel minui. Robustum firmumque corpus, laboribus & crebris purgationibus assuetum, aut multis obstructionibus impeditum, blanda imbecillaque; medicamenta aspernatur. Molle, ac rarum, quale puerorum & mulierum est, vt è diuerso, macilentum, exuccumve, medicamentis tantum eget blandioribus, & mulieres grauidæ, & qui ex longo morbo resurgunt.

Frigidus & crassus humor tardius purgatur.

Humoris quoque species & copia medicamenti quantitatem distinguit. Nam lentus humor, crassus, frigidus, melancholicus, pituitosus, & tenaciter cuiusque parti adhærescens pigre delabitur, validioreque cathartico ad illius exclusionem habet opus. Tenuis, calidus, biliosus, interdum sponte per vomitum excernitur, aut facile blando medicamento purgante per secessum educitur.

Medicamenti dosis pro cæli & soli natura immutanda.

Præterea cæli status, regionis natura, & anni, tempestatisque conditio, non idem semper medicamentum, eademque copia exhibendū arguunt. Nam cum tempestate aquilonia alui duræ sint, [aphor. lib. 3.] & hyeme rigida corpus coarctetur, deserturque præsertim in regione gelida, humor tunc partibus tenaciter adhærescens, non nisi valido medicamento, aut blando liberalius, aut sæpius exhibitio profunditur. Et vt annus tales plerumque morbos facit, qualis est eius constitutio, [aphor. 5. lib. 3.] pro humoris morbum committentis specie, cuius prouentum magnum facit aut minorem; sic immutari quoque suadet non tantum medicamenti genus, sed quantitatem, quæ copiosior esse semper debet, cum vel ratione corporis, humoris, cæli status, regionis, consuetudinis purgatio difficilis esse solet: vt contraria ratione cum facilis est, illi us etiam copia debet esse minor, vt mox docebitur.

C A P. IX.

De his, quæ parua quantitate præscribuntur.

SV A cuiusque medicamenti est purgandi virtus fortis, aut imbecilla; sua & virtu-

tis particularis proprietas, quæ hinc potius, quam illum humorē blande aut potenter educat. Blandum illud dicitur, quod mediocriter tantum quantitate sumptum, aluum pigre ac benigne mouendo, pauca deiecit; superflua tamen ducit, dum superfluo pondere sumitur. Si enim rhei vel cassiæ, quæ inter familiarissima naturæ pharmaca recensentur, immoderata quantitas, vt illius sesquiuncia, & huius selibra ingeratur, magna, immoderataque ventris turbatione, humores agitando, per secessum, aut vomitum, aut vtrumque mouebit.

Blandum medicamentum quale.

Potenter purgat, quod exigua mole, vt Potenter qua gravis ponderatur, citam ac copiosam purgans. deiectionem efficit; proinde parua semper quantitate datur: vt & omnia, quæ ingrata sunt, aut rara, magnoque venduntur pretio, aut vires habent efficacissimas, ac malignæ cuiusdam qualitatis participes.

Ingratum quale.

Ingrata sunt, quæ vel odore moleste feriunt nares & cerebrum, vt castoreū, saganum & assa fatida, quam ob tetrum halitū Germani stercus diaboli vocant; vel sapore, cuiusmodi sunt amara, vt colocynthis, centaurium minus; actia, vt euphorbium, pyrethrum; acidissima, vt oleum sulphuris & vitrioli, cuius aliquot guttæ syrupo violato proportionem debita commixtæ, eundem colore ex rubro micante, fucant, & acidulū simul reddentes, oculis & palato suauem admodum efficiunt. Eiusmodi syrupū arte dicta alteratum, aulicus quidam Medicus, primo sui aduentu, omnibus æque morbis, propriis manibus dabat, plebeculamque vanis ostentationibus fallendo, arcana omnium arcanorum assererat.

Quæ rara sunt, nec nisi magno emuntur, vt gemmæ, smaragdi, vniones, balsamum, aromata pretiosa, ambra, moschus, zibethum, & quæ quarto recessu calfaciendo aut refrigerando corpus immutant, minore quantitate præscribuntur.

Religiosius adhuc assumuntur, quæ antipathia quadam & speciali dote vitæ primordia, spiritum & calorem impetere, carnes colliquare, & sanitatis integritatē destrue-

Cantharides an & quomodo moueant urinam.

re nata sunt, vt caro viperarū ad pestem & lepram, tenes, vel potius lumborum caro stincorum, ad æstum Veneris ciendū, cantharides ad ischuriam; hæ enim, vt decet, præparata, aliisq; medicamentis idoneis permixta, & quantitate parua data, urinam mouent innoxie, maiore copia siltūt, & vesicā impense calefaciunt. *Rondeletius.*

Mineralia quoq; vt ea omnia, quæ facultates habent efficacissimas, parcius; quæ minus validas ac remissas, liberalius sumuntur.

Qua parua dosi præscribuntur, & siuta.

Præterea, quæ ad aromatizationem, vel correctionē, vel aliorum medicamentorū deductionē conducunt, ea semper minori quantitate ponuntur, vt *cinamomum*, vel *santali*, aut *schœnantū* ad odoris, saporisve suauitatem pharmacis conciliandum, *zinziber* ad *agarici*, *croci* ad *opy* castigationem; incidentia & aperientia ad reliquorum medicamentorum virtutem medicandis partibus deferendam.

Nihil vero æque pharماعi cuiusdam magnam dosim dehortatur, atq; vis illius effræna, præpotens & maligna, quæ cum intro subit, simul vt educitur in actum, sæpe naturam anxie ducit, & symptomatum excitat cateruam.

Quæ rara sunt, pretiosaque principibus & diutibus, maiori pondere, si res postularit, audaciter præscribuntur.

C A P. X.

Qua quantitate simplicia medicamentis componendis permisceantur.

MEDICAMENTA pauca inueniuntur multis simplicibus eadem proportionem mixtis cõposita, quin duo, vel plura reliquorum quantitatem superent. Superant, quæ materiæ vicem gerunt, & idoneam medicamentis formam inducunt, vt *oleum*, *cera*, *lithargyrus* emplastris & vnguentis; vel præcipuam agendi vim præstant, & basis locum in cõpositione obtinent, vt *aloe* in multis catapotis; vt etiam, quæ sub magna mole vires habent imbecillas, vel ad reli-

quorum conseruationem adhibentur, vt *mel* & *sacharum* in electuariis & syrups.

Hæc vero præcipua lex in medicamentorum miscendorum proportionem seruanda est, vt, quo quid maiorem medicamento vtilitatem affert, eo in huius compositione, copia maiore adhibetur.

Æquali pondere miscetur, quæ symbolo quodam conueniunt, habentq; inducendæ formæ medicamento aptam materiã, & æque affectu, affectu parti, causæ & symptomati aduersantur; quod videtur obseruatum in vnguento *tetrapharmaco*, seu *basilicone*, quod *cera*, *picis*, *resina*, *adipis tauri* partibus constat æquis; vt etiam in electuario Iustino descriptione Nic. Mirepsi cap. 403. quod partes æquales, triginta simplicium excipit, quæ proprietate quadam omnia calculos atterere, & vias lotio dicatas referare creduntur. His excipiendis additur *mel* aut *sacharum* diuersa proportionem commistum, vt ex omnibus simul electuarium paratur, quod formam sibi conuenientem, ac consistentiam idoneam habeat, & ad futuros vsus diutius conseruetur.

Porro ex medicamentis simplicibus alia pondere, alia numero, alia vtroque modo, quædam mensura, nonnulla manipulis, alia pugillis mensurantur.

Radicum quantitas pro singulis dosibus varie, pro varia illarum virtute & agendi efficacia mensuratur. Si blande aluum duccendi facultatem habeant, dragmis; si potenter, scrupulis; si tantum alterant, uncis integris, vel mediatis: Et cum balneas ingrediuntur, libris, & aliquando manipulis, si tenuiores sint, ponderantur.

In syrups magna quantitate conficiendis, ponuntur ab ʒj. ad ʒij. aut ʒiij. In apozematis pro vna dosi, à ʒij. ad ʒ. ʒ. vel ʒj. aut plus, minusve, pro radicum viribus. Si pro multis dosibus parandum sit decoctum, eadem proportionem ipsarum augenda quantitas.

Cum vero duæ, vel tres, vel plures qualitatis eiusdē, aut fere similis radices præscribuntur, singularum minor quantitas poni debet.

Qua simul æquo pondere possunt misceri.

Electuarium Iustinum ad quid utile.

Radicum quantitas in medicamento componendo.

debet, adeo, vt omnes simul iunctæ æquipoſſent vnus quantitati, inquit Rondelet. Quod etiam fieri debet in omnibus aliis ſimplicibus medicamentis, facultate ſimilibus, dum æque affectui propugnando, & parti iuuanda conueniunt. Atque vt paucis repetam, quæ acrimoniam quandam, aut facultatem habent eximiam, parua quantitate, quæ blandam, aut imbecillam, maiore ponuntur.

*Herbarum
quantitas.*

Idem eſt iudicium de herbis tam recētibus, quæ ſiccis, quæ manipulis meſurantur, aut ſingulis, aut pluribus, pro illarum facultate, & medicamenti parandi natura. Singulas enim ad vnā doſim, aut alterā, manipulo ſolo, & plerumq; tantum dimidiato metimur: ad ſotus parandos, manipulis duobus; ad balneum pluribus, & interdum faſciculis vſurpamus.

Flōres.

Minutuli flores ſiccis, aut recentes, vt *roriſmarini, violatum, bugloſſi*, modo pugillis, modo pondere meſurantur: Miores ac recentes, vt *liliorum, nymphaea, roſarum* ſæpius manipulis: aridi dragmis, vncisve in trutinâ expenduntur.

Semina.

Semina quæuis calida, frigida, temperata, acria, acerba, amara, vel ingrata, pōdere ſemper librantur, ſed diuerſa quantitate in compositione medicamentorum ponuntur. pro illorū diuerſa virtute & Medici ſcopo.

Narcotica.

Calidiſſima, frigidiffima & narcotica, dum extrinſecus adhibere conſilium eſt dantur à ʒij. ad ʒj. Si intrinſecus ſumere, à ʒj. ad ʒj. aut paulo plus, aut minus, pro illorum vi potentiore aut imbecilliore.

Fructus numero & pendere meſurantur.

Fructuum & radicū cum ſit diuerſa magnitudo & qualitas, diuerſa quoq; illorum quantitas præſcribitur diuerſoq; modo iudicatur. Minimi pondere, vt *Ribes & berberis*: maiuſeuli numero, vt *ſebeſten & pruna*: nonnulli vtroque modo, vt *amygdala, iuinba, & paſſula*. Multi, quia craſſiſſimi ſunt nec integri experuntur, fruſtariim ſecandi ſunt, & a cortice, nucleis, & acinis repurgandi; poſtea dragmis aut vncis meſurantur.

Breuis epilodus.

Et vſummatim omnia complectar, li-

quida ſæpius meſuris, ſolida pondere, fructus numero, folia manipulis, flores pugillis meſurantur. Atque pro varia ſingulorum qualitate, varia quæque doſi præſcribuntur: hinc lignorum, corticum, leguminum, animalium, & eorum, quæ ab ipſis ſumuntur, doſim, meſuram, & pondus minutius perfequi ſuperfluum videtur, cum ex eorum conſiſtentiâ & qualitate, atq; ex his, quæ ſuperius dicta ſunt, hæc omnia facile dignoſcantur.

CAP. XI.

De medicamentorum reſpoſitione.

VT accuratam ac dilucidam medicamentorum compositionem explicaremus, illarum conſiciendi modū, baſim, formam, finem, & ſingulorum mixturam ingredientium quantitatem, atq; eorundē æqualitatis aut inæqualitatis rationem ſuſſime aperuimus. Sequitur nunc, vt medicamenta iam composita his in locis reponantur, in quibus diutiſſime viribus integris queant aſſeruari.

Medicamentum autem quodq; ſeu ſimplex, ſeu compositum, nam vtrumq; aſſeruandum eſt, non vbivis ante vſum reponitur, ſed in loco idoneo, ne alteretur, corrumpaturve, & adhuc validum vrendi tempore, quibus conuenit, oportune ac feliciter detur.

Simplex primum ſeligitur, & à ſordibus, eiufque partibus excrementitiis, aut inutilibus repurgatur; dein, vt aſſeruetur, ſiccatur: humida namque diu ſeruari non poſſunt, quin marcorem & putredinem acquirant.

Siccantur autem herbæ in umbra, vel ſole non multum feruido, nec loco marcido, ſed ſiccō, aut ſumi, pulueriſque experte, & manipulis aut faſciculis colligatæ, reponuntur in ſacculis cannabinis aut papyraceis, ne à prædictis detrimentum capeſant. Flores modo ſimili ſiccantur, reponuntur, & conſeruantur: Eſtque conſeruatio tam affinis reſpoſitioni, vt hæc ad illam referatur.

*Herbarum
reſpoſito.*

Frigus non item officit, cum ab eius rigiditate tuta sint omnia, quæ sicca sunt aut crassa, sed liquida ac humida facile cogit, quæ adueniente tepore statim ad pristinum statum redeunt. Aquæ tamen destillatæ, immoderato gelu concretæ, de sua bonitate non parum amittunt, sæpiusque lagenis vitreis, quibus continebantur, per hyemis sæuitiam abruptis effunduntur, nisi prudenter aromatarii prouiderint.

Sæuitia hyemis anni
1608.

Anno salutis 1608. mensibus Ianuario & Februario, dum hæc conderem, hebdomadas sex integras adeo sæuit hyemis rigiditas, ut yasa confringeret non modo figulina, vitrea, stannea, sed cuprea etiam crassissima, quibus aqua continebatur: Atque panis recens è libano extractus, mox induritiem velut lapideam concresebat, nec in cellis vinariis à glacie tutus erat. Mitescente vero frigoris sæuitia, singulæ ædes Lutetiæ intus & extra horrido gelu incanescebant. Multi autem morbi pulmonum & partium spirabilium toto illo tempore grassabantur, quibus quamplurimi peribant.

Frustrum.

Fructus reponuntur aliquando in horreis, ut *poma*, interdum in doliis, ut *pruna*, sæpe in pyxidibus vitreis aut ligneis, charta, ut decet, obturatis, ut *iuiuba*, ne à fumo aut puluere alterentur, aut à muscis inquinentur, & erodantur.

Seminum.

Semina purius siccata reponuntur in vasis vitreis, & aliquando ligneis, & loco sicciore seruantur.

Radicum.

Radices purgatæ, & arefactæ seruantur in arculis & pyxidibus ligneis gossipio non nunquam inuolutæ, si pretiosæ sint, ut *rhum*, ne ab æris nociua qualitate, aut caloris edacitate, vis earum pereat, ac cito corrumpatur.

Succorum.

Succiliquidi excipiuntur lagenis, aut aliis ore angusto vasis, quibus desuper oleum affunditur, nec ab aëre alterentur.

Sicci pyxidibus ligneis, aut vasculis vitreis, fictilibusve reponuntur; ut etiam lacrymæ, gummi, animalia, vel eorum partes & mineralia.

Liquores & olea, ut liquidambar & balsamum vitreis lagenis excipiuntur, & subere, aut cera & membrana quadam obturantur, ne citius ab aëre dissipentur.

Terebintina non tantum optime vase ex ferro albo, aut vitreo reposita seruat, sed etiam figulino.

Quædam in ædium parte suprema; alia in media; alia non nisi in cella vinaria, aut alio loco madere, & vliginoso, feliciter reponuntur & conseruantur, ut *castia*.

Medicamenta composita pro diuersa illorum consistentia & viribus, in diuersis vasis reponuntur, ut hydromel in doliis, syrupi in vasis fictilibus, & aliquando vectura: facillioris gratia, ex ferro albo confectis, ut *syrupus capilli Veneris* Mompeliensis, qui eiusmodi vasculis exceptus, commodius ad longinquas regiones vehitur; electuaria solida in arculis ligneis; liquida in vasis stanneis & figulinis vitratis; pulueres in vitreis; unguenta in ollis stanneis. Sicque singula varie, pro varia singulorum natura reponuntur.

Syrupus capilli Veneris Mompeliensis.

C A P. XII.

De conseruatione & duratione medicamentorum.

VT medicamenta composita pro vna tantum dosi non solent confici, sic nec simplicitate colligi, sed quæque ad futuros usus maiore quantitate seliguntur & parantur: atque ut à puluere, fumo, putredine, iniuriis aeris & insectis, à muscis formicisve tuta sint, reponuntur in vasis idoneis, aut includuntur sacculis, aut inuoluuntur chartis, & in pharmacopoliis asseruantur, his solum exceptis, quæ in loco vel humidiore, vel sicciore vtilius asseruantur, ut *castia* in spelunca vinaria; & *saccharum*, conditura, tragemata, omniaque sacharata in fornace aut scinio, iuxta ignem.

Multa ad sui conseruationem aceto, aut sale, aut utroque condiuntur, ut *cucumeres*, *cappares*, *oliua*; vel *sacharo*, aut *melle*, ut omnia

omnia medicamentorum genera, ex quib. electuaria vel Syrupi componuntur.

Decocta, æstate biduum, aut triduum; hyeme hebdomadam integram; aquæ destillatæ & conseruæ annum vnum durant.

Syrupi perfecte cocti, electuaria, trochisci, pilulæ, olea, vnguenta & emplastra biennium sæpe conseruantur; vt & radices, ligna, cortices, succi sicci, lacrymæ, gummi, triennium & aliquando quadrienniũ; *elaterium* triginta annos; vngues, ossa, cornua seculum.

Præter hæc quædam vix diu conseruantur, nisi eorum fruatur præsentia, cum quibus familiaritatem quandam habent, vt magnes cum ferro, cuius limatura, quasi nutritur, qua absente cito senescit, amittitque vigorem.

Alia securius vires suas tuentur, si rerum quarundam appulsu, ab aeris iniuriis & redine vindicentur. Sic *camphura* granis milli aut psyllii obruta tutius seruatur; *mala citria*, *arantiaque* aceruo tritici sepulta tardius putrescunt, & *radix Mechoa* ea *absynthio* inuoluta, non tam cito carie eroditur, eiusque facultas magis integra conseruatur.

Moschus & *zibethum* tuto seruantur in pyxidibus plumbeis, nec credibile est, ea mediis in latrinis suspensa, aut recondita, vires amissas, vt Plateario placuit, resarcire.

Crocus, *caryophilli*, *piper*, *macis*, & alia aromata optime ac diu seruantur in sacculis coriaceis: *Storax*, *benioin*, in pyxidibus vitreis: *Santali*, *xyloaloe*, *lenticiscus*, & *schœnantum*, semina, & alia pene innumera in capsulis, seu vasis ligneis, vt fufus in Offi. sine docebitur.

Medicamenta igitur tam simplicia, quam composita, si dicto modo, ac sedulo seruentur, diutius durant: si negligenter, celerius senescunt.

Pars autem illorum maxima singulis annis debet mutari. Si quæ tamen colorem, odorem, saporem diutius seruant, durant quoque diutius, vt *sesquiannum*, aut bien-

nium, aut triennium; vt quæ crassam habent substantiam, & vires firmiter substantiæ inhærentes, vt contra, quæ easdem facile vanescentes habent, & substantiam raram, minus durant, vt flores, & ea omnia, quorum virtus superficialis est, & cito dissipabilis. Tutius vero ac diutius semper seruantur, quæ in arculis optime clausis, aut vasis strictè operculatis includuntur: sic enim illorum virtus securius retinetur. Multi theriacam in vase plumbeo durabiliorem putant, quæ tamen tempore Galeni in pretioso, vt nunc in figulino fere semper reconditur.

C A P. XIII.

De his, quæ antonomasia quadam cæteris præstant, à qua illorum denominatio sumitur.

VT erueret Deus hominem ab arumnis & agritudinibus, quibus quotidie læcessitur, terram hanc tanquam paradysum inferiorem, seu hortum locupletissimum stirpibus innumerus ditauit, quarum amœno balitu reficitur, colore vario recreatur, in sanitate nutritur, in morbo inuatur, & à morte liberatur.

In illo autē fecundissimo solo permulta fruticant, & quotidie nobis occurrunt generis eiusdem, & qualitatis parum dissimilis, quæ eodem quoque nomine designantur ac nuncupantur. Nam iridum & graminum infinita, pene dixerim, recensentur differentia, nec certo quis hucusque numero eas definire valuit; vt nec geraniorum, hyacinthorum, anemonum, narcissorum, aliarumque multarum stirpium, in quarum omnium varietate varianda naturam delectari, & quasi ludere videmus.

Ex his vero dum absolute quædam scribuntur, sine ampliori aut peculiari singulorum descriptione, ea semper sunt eligenda, & vsurpanda, quæ meliora & vsu longo probata; hocque theorema in his, quæ analogiam habent inter se, perpetuo est obseruandum, vt in quoquo genere semper assumendum

Ferrum magnesi alimantum.

Mala citria Aurantia.

Nō probatur Platearij consilium.

Quando medicamenta mutanda.

Aloe quanta
melior.

mendum est, quod optimum. Veluti quando *aloe* simpliciter ponitur de ea, quae succum citrinum habet, succotrina vulgo dicta, nominis significatio intelligenda venit.

Atque ut pauca, pro multis exempla sint, cum simpliciter acetum ponitur, non acetum *zythi*, sed *vini* sumendum est. Si balsamum, narium illud ex arbore *Aegyptiae*

elicitum. Si benioin, illud quod à maculis candidis, instar amygdalarum, amygdaloides dicitur, sumendum.

Quando etiam absolute cassia ponitur, fistula usurpanda, quando corallus, ruber, qui praestantior iudicatur.

Sic quoque caetera de praestantioribus semper intelliguntur: vt,

Diflammus
Aristolochia
Dulcis radix
Endiua
Epithymus
Foeniculus
Fel terra
Gummi
Granatum
Hepatica
Hedera
Iasminum
Hyoisycamus
Lactuca
Lilium
Marrubium
Menta
Nigella
Nymphaea
Nasturtium
Oleum
Opium
Papauer
Polypodium
Quercula minor
Quinque neruia
Rosa
Regina prati
Stachas
Santalum
Tapsus barbatus
Terebinthina
Veronica
Viola
Xyloaloe
Iris
Zinziber

Cretesis
Rotunda
Glyzyrrhiza
Cichorio latifolio
Cassytharhymo innata
Marathro
Centauro minore
Arabico
Acido
Lichene
Corymbifera
albo
albo
Satiua
albo, ac bulbofo
Prassio albo
Vera & hortens
De *Semine tantum*
alba
Semine eius
Oliua
Thebaico
albo
Querno
Chamadri
Lanceolata
Rubra
Vlmaria
Arabica
citriuo
albo
Veneta
Mascula
nigra, vel potius caerulea
nigricante
Florentiniana

Maluatico; quod nulli bonitate cedit, & à Persis, Arabibus, & aliis Barbaris maxime omnium expetitur.

C A P. XIV.

De radicibus, seminibus, floribus, lapillis, & aquis, qua dignitate quadam cæteris præferuntur.

PERMVLTA simplicia etiam diuersi generis, qualitates habent affines; Ex his tamen alia aliis esse præstantiora, vsus comprobauit, & ad morborum profligationem conuenientiora, vt quæ qualitate quadam alterante, roborante, vel purgante cæteris præstant, & effectus exhibent feliciores; cuiusmodi sunt plantæ multæ, vel earum partes, & quædam mineralia: Quæ cum absolute scribuntur, ancipitem sæpe eum relinquunt Pharmacopœum, quem latet genuina dilucidatio; cuius tenuitati fauētes, dicimus, radicem quinque aperientium nomine, *radices apij, asparagi, petroselinij, fœniculi, rusci* intelligi. Præter quas adhuc alix quinque, nempe, *graminis, rubia maioris, anonæ, capparis, eryngij* multum celebrantur.

Radices aperientes maiores.

Radices aperitina minores.

Semina frigida 4. maiora.

Semina 4. calida maiora, & totidem minora.

Flores cordiales tres.

Semina frigida quatuor sunt maiora, *citrus, cucurbita, melonum, cucumeris*; & quatuor minora, *lactuca, portulaca, endiuia, cichorij*.

Totidem etiam calida, tam maiora, *anisij, fœniculi, cimij, carui*; quam minora, *amomi, apij, dauci*.

Flores cordiales tres tantum perhibentur, *violarum, buglossi, & borraginis*; qui si tales sunt, maxime quidem, dum recentes sunt adhuc, & colorem saporemque retinent. Exsiccati enim vt insipidi & inodori, sic nullius aut imbecillimæ sunt qualitatis.

Idem est iudicium de floribus aliis feruari solitis, quorum odore, sapore, colore pereuntibus qualitas perit.

Rosæ vero, quæ cum suauitate hæc omnia diuissime retinent, maxime cardiacas puto, vt & flores vniuersos, qui odore gratioso spiritus exhilarant. Flores enim suauiter olentes, non herbarum modo, vt *zinnicis, lilij conuallij*, sed etiam arborum,

arborumve, vt *lilacis, arantiorum, tiliæ*, cordiales sunt, possuntque in vsu medicamento feliciter vsurpari.

Flores *chamemeli, meliloti, anisi* inter cordiales calidos numerantur; sed *arantiorum, iasmini, ireos, saluie, anthos, uetonica, caryophyllata*, aliosque pene innumeros flores, qui fragrantia ac suauitate nares iucunda feriunt, & mentem recreant, præfero.

Capillares herbæ quinque sunt, *capillus Veneris verus, Mompeliensis* vulgo dictus, *pillares, adiantum vulgare, polytrichum, ceterach*, quinque. seu *aspplenium*, & *ruta muraria*, nulla ratione salua vita dicta; quibus *epithimum* & *castuta* species possunt annumerari.

Quatuor emollientes herbæ communes sunt, *malua, althea, viola nigra, acanthus satiuus*, seu *brancha vrsina*; quibus adhuc alix quatuor adiunguntur, *Mercurialis, parietaria, sicla, vulgo beta*, & *atriplex*. Omnium siquidem vsus æque celebratur in decoctis clysterum & cataplasinatum emollientium parandis.

Emollientes herba octo sunt.

Fragmenta pretiosa multa sunt, sed quinque potissimum in vsu Medico commendantur: *Sapphiri, granati, smaragdi, hyacinthi, & sarda* seu *cornallina*.

Fragmenta pretiosa quinque.

Quatuor aquas cordiales plebecula tantum nouit: *endiuiæ* scilicet, *cichorij, buglossi, borraginis*, nec quintam dari censet: Ego vero præter has adhuc octo etiam magis cardiacas puto, *cardui* nempe *benedicti, scabiosa, calendula, morfea*, hoc est, *succisa, oxytriphilli, vlnaria, acetosa, nenupharus*.

Duodecim aquæ cordiales.

Cerebro quoque roborando quædam aquæ conferunt; *cephalicæ* propterea dictæ, quæ quaternario numero describuntur, videlicet, *aqua betonica, melissa, rosarum, & florum arantiorum*.

Quatuor aquæ cephalicæ.

Præterea quatuor in officinis vnguenta calida prostant, *Aregonium, Martiatum, Althea, & Agrippa*. Et totidem frigida, *album, rosaceum, populeum, & citrinum*.

Quatuor vnguenta calida, & quatuor frigida.

CAP. XV.

De Succedaneis.

SUCCEDANEIS raro, nec nisi, quasi coacti Medici debent uti, cum scilicet quædam desunt vel incognita, vel non satis probata, vel ita rara, ut haberi, vel ita pre-

planta pro planta,
radix pro radice,
cortex pro cortice,
semen pro semine,
liquor pro liquore,
gummi pro gummi,
resina pro resina,
oleum pro oleo,

Medicamē-
zum compo-
situm facile
admittit
substitutio-
nem.

In compositis quoque seruat eadem lex, sed non adeo strictè. Solet enim & debet sumi puluis pro puluere, eclegma pro eclegmate, electuariū pro electuario, syrupus pro syrupo; sæpe tamen est tanta virium affinitas inter composita medicamēta cōsistentiæ diuersæ, ut facile admittatur substitutio. Si quis enim auersatur eclegma bechicū, ei secure & feliciter imperabitur syrupus iniubinus, aut de vngula cabalina; & qui catapotia respuerit, quidni catharticum aliud forma potus, aut boli, viribus analogum assumeret? Sic nonnunquam Medici solent ægrotis indulgere, quibus solida respuentibus, liquida præscribunt, aut contra, solida imperant, quibus nauseat ventriculus super liquidorum usu.

Non semper autem substituitur simplex medicamentū pro simplici: nam cum vix duo simplicia facultatib. omni ex parte similia reperiantur, sæpe alicuius penuria, cui nullum simile datur, duo aut plura miscētur, quorum concursus illi vires similes exhibet, vel in qualitatibus elementarib. caloris, frigoris, humiditatis, aut siccitatis; vel in secundis, quæ materiæ commoderationem sequuntur. Sat enim est, si suppositium medicamentū id efficiat, quod genuinum ac defectiuum pollicebatur. Qui enim egerit simplici quodam raro & pre-

tiosa, ut emi vix queant: tunc enim Pharmacopœi Medicorum consilium secuti, in eorum, quæ deficiunt, locum alia subrogare possunt; ita tamen, ut succedanea deficientibus specie, genere, viribus, sint valde similia, & affinia. Debet enim, si fieri possit, simplex medicamentum poni pro simplici, compositum pro composito, ut:

minerale pro minerali,
sal pro sale,
terra pro terra,
lapis pro lapide,
gemma pro gemma,
metallum pro metallo,
animal pro animali,
pars pro parte.

tioso, secundo gradu calefaciente, aut refrigerante, habueritque duo alia, vnum, quod tertio gradu, aliud quod primo sit tale, ambo si permiscuerit, vnū quid efficiet, quod pari recessu aut calefaciet, aut refrigerabit, scopo proposito accommodatissimū. Eadem est in attenuantibus, in crassantibus, digerētib. & aliis permiscēdis ratio.

Quia vero solum & cœlum qualitates simplicia immutant, ut ostendimus supra, de arbore persica, diligenter obseruandū, quæ optime substitui possunt; nam multū est discriminis inter iridem nostratē & Florentinā. Hæc enim cephalica & bechica est, illa phlegmagoga & potenter ferum ducendo ventrem subducens. Et quemadmodum vinum Canariæ generosius est Hispanico, & Hispanicum Gallico: sic & racemi, è quibus exprimitur, aliam atque aliam sortiuntur qualitatem, saporem nempe & caloris excessum. Proinde licet eiusdem generis & speciei simplicia deligantur, non tamen pari qualitatū recessu suam temperiem nata sunt omnia; nā quod in solo calidiore creuit, calidius est: quod in frigidore, frigidius.

Quomodo gradu tertio aut quarto calidū substituitur pro minus calido.

Quod

Iris ab iride multum differi.

Quod enim quarto recessu calidū est, ea potest quantitate sumi, vt tertio tantū gradu vel etiam secundo calefaciat. *Euphorbium*, exempli gratia, quod quarto recessu calefacit, si infra quatuor grana datur, tertio tantum gradu calefaciet; atque quo minor illius quantitas dabitur, eo minus calefaciet. Verum cuiuslibet medicamento est determinata dosis, alioquin posset dari medicamento tam exigua portio, atq; etiam ipsius ignis, vt nec calefaceret, nec vreret. Et *caryophilli* ordine tertio calidi, si minus octo grana dantur, infra tertium gradum calefacient, vt principio, vel medio, vel sine secundi, pro maiore, vel minore illorum quantitate. Et sic de reliquis qualitatibus in singulis gradibus dicendum.

Cuiusque gradus tres partes.

Cuiusque autem gradus tres partes, seu mansiones constituuntur. *principium, medium, & finis*, quæ sic inter se habent, vt principium vnus coincidat cum fine alterius, vt principium quarti cum fine tertij: Sic finis hyemis vix veris initio dissimilis.

Dosis calidiorum in quarto gradus.

Vsitata dosis calidorum in quarto gradu est granorum quatuor, cuius cum sint tres mansiones, summa eorum dosis, quæ sine eiusdem gradus attingunt, est granorum duodecim: quæ medium, granorum sexdecim: quæ principium, granorum viginti, qualis est eorum dosis, quæ in fine tertij ordinis calefaciunt.

Quocirca, qui medicamentum aliquod in fine primi gradus calidum, aut frigidum non habebit, aliud quod initio secundi tale erit, poterit substituere: qui medicamento in fine secundi calido indigebit, aliud pro succedaneo, quod calefacit, in principio tertij exhibebit.

Compositorū autem doses cum e simplicibus deducendæ sint, pro singulorum deficientium qualitate, alia substituentur ipsis analogæ, in quorum mixtione, si dicte leges seruentur, compositum exurgit, optimum deficienti substitutum.

CAP. XVI.

Quæ & quando recte substituantur.

NE quid igitur nostre institutioni pharmaceuticæ desit, nec præfidiis destituatur æger, cum ad opem illi ferendam vocatus Medicus nonnulla præscribit, quæ nec in officinis, nec hortis pharmacopolarum inueniuntur, quædam in eorum, quæ deficiunt, locum supponenda, quæ ob id Græci *ἀντὶ τοῦ ἀπορῆσαι*, Latini *succedanea & substituta*, myropolæ vulgò, quid pro quo nominant.

Quid pro quo.

Debent autē substituta viribus esse his similia; quorū defectum suppleant, vicemque gerunt, vt dictum est. Quæ si talia non queant inueniri, ea saltem eligenda veniunt, quæ ab illis non multum dissentiant, sed in pluribus respondeant. Absurdum namque est, succedanea illa vocare, quæ non succedaneas & symbolas, sed oppositas qualitates sortiuntur: neque vlla ratione, *euphorbium* pro *agarico*, *pyrethrum* pro *lapatho*, *melilotum* pro *malo cydonio* in quibusdam codicibus videtur substitutum. Hæc enim inter se affinitate nulla consentiunt, vt sane consentire debent, quæ subrogantur.

Substituta quæ mala.

At vero cum meliorum penuria quædam imbecilliora substituantur, horum qualitas quantitate aucta, compensatur, & duplum pondus substituitur; vt contra, succedaneum validius si sit, & efficacius, de eius quantitate detrahatur, vt qualitas minuatur.

Hoc autem fieri nequiquam fas est, absque periti Medici consilio, quod tamen permulti non aspernantur modo, sed medicamenta præscribunt ipsi, magna ciuiū internecione, cuius maxime sunt authores nonnulli vasti nebulones, ac importune dicaculi, qui compto vestitu ægrotis assident; & blando sermone & fallaci incautos decipiunt. De improbis tantum loquor, qui de corio humano audacter ludentes medicastulos simulant, & inique bardos ac

Succedanea sine Medici consilio non esse danda.

imperitum genus foeminarum ludifican-
tur. Sciunt pellaces, quid velim, in quos ta-
men nihil acerbius dicam, cum pauci sint,
multi vero & pij & prudentes, qui nil te-
mere suscipiunt, & cum de hominum salu-
te agitur, Medicos accerunt, quorum cō-
siliis & præceptionibus adiuti affinia, legi-
timaque antiballomena, in eorum, quæ
defunt, vel iam exoleuerunt, locum appo-
site substituunt.

Qui sine delectu & ratione, quæuis me-
dicamina, vt quæ manibus sese offerunt
priora, pro genuinis & optimis reponit,
periculosum medicamentum, quid pro

Abynthio,
abrotono,
acacia,
acantho,
acoro,
adiantæ vero,
ammi,
amomo,
ammoniaco,
amygdalis amaris,
adipe vulpis,
adipe cerui,
alumine,
althea,
arsonico,
aqua pluvia,
aqua marina,
aniso,
aristolochia rotunda,
Balaustio,
balsamo,
borragine,
berthonica,
blito,
butyro,
Calamo aromatico,
cardamomo,
calamintia,
chamadry,
cinamomo,
cinnabari,
citri succo,
Dauco,

quo facete dictum, dedisse creditur.

De tali ardelione quidam festiue illud
ex Niniuita inculcare solebat, *Sape loco il-
lius quid pono.*

Ne igitur in succedaneorum reposicio-
ne quis error committatur, recentiores
Galenum secuti, simplicia deficientia, aut
exolera ordine alphabeti scribunt, illisque
antiballomena, seu simplicia substituenda
opponunt: vt quæ incipiunt à litera;

A. Primo loco, quæ à litera B. Secun-
do, & ita deinceps scribantur. Ergo substi-
tuitur, pro

origanum vel abrotonum.
origanum.
hypocistis.
malua.
radix.
sommune.
anisum.
acorus.
propolis.
nuclei persicorum.
adeps musela.
adeps capra.
sal fossilis.
malua.
sublimatum.
fontana.
salita.
daucus.
longa.
malicorium.
serebintina limpida.
buglossum.
melissophyllum.
astriplex.
oleum.
schœnantum.
cyperus.
mentastrum.
chamepythis.
canella vulgaris.
minium.
succu limonum.
pastinaca.
anethum.

dactylus,
 dictamnno,
 dente apris,
 diphryge,
 dulci radice,
 Ebulo,
 eleboro albo,
 eleboro nigro,
 epithymo,
 eruca,
 eupatorio,
 eryngio,
 Fenugraco,
 faeniculo,
 felle perdicis,
 flore aris,
 fumaria,
 folliculis fenna,
 foliis myrti,
 Galanga,
 galbano,
 gentiana,
 glyzyrrhiza,
 Hepatica,
 helenio,
 hyfopo,
 hypocisti,
 Iasmini floribus,
 iuiubis,
 iunco odorato,
 hyoscyamo,
 Lactuca,
 lapatho,
 laureola,
 lacca,
 lepedio,
 Magnete,
 malua,
 mandragora,
 melle,
 mumia,
 Nardo Syriaca,
 nepetba,
 nucemofchata,
 nymphen,
 Oefypo,
 oleo,

Pro

fucus Massilienfes.
 salvia.
 porcinnus.
 as vsum.
 passula.
 sambucus.
 elaterium.
 lapis lazuli.
 epithymbrum.
 erifimum.
 lichen.
 cconone.
 orobus.
 apium.
 felcothurnicus.
 arugo.
 cicerbita.
 duplum foliorum.
 eius bacca.
 acorus.
 sagapenum.
 radix tormentilla.
 passula.
 agrimonium.
 iris.
 satireia.
 acacia.
 anthos.
 passula.
 cardamomum.
 papauer.
 cichorium sativum.
 viola nigra.
 mezerium.
 styrax.
 nasturtium creticum.
 phrygius lapis.
 atriplex.
 papauer.
 sacharum.
 pissasphaltum.
 schœnantbium.
 mentastrum.
 caryophilli.
 lactuca.
 medulla visuli.
 butyrum.
 omphacio.

amphacio,
 opio,
 opobalsamo,
 opoponace,
 oryza,
 oxyacantha,
 Papaueris succo,
 peplo,
 petroselino,
 plantagine,
 pompholyge,
 Quercula minore
 quinqueneruia,
 Raphani semine,
 rosmarino,
 ribes,
 ruta,
 Sagapeno,
 saluia,
 sambuco,
 santonico,
 sapa,
 Pro } sepia ossa,
 saturcia,
 saxifraga,
 sedo,
 spica alba,
 Tanaceto,
 taraxaco,
 trifolio aetoso,
 thymo,
 thimelaa,
 tamarisco,
 tusfilagine,
 Valeriana hortensi,
 veronica mare,
 venera concha,
 veratro albo,
 viola nigra,
 vino rubro,
 Xylocassia,
 xylobalsamo,
 Zinzibere,
 zibetho,

succu limonum,
 meconium, vel succus lactuca.
 stacta vel oleum caryophyllorum,
 ammoniacum, vel galbanum.
 farina tritici.
 ribes.
 mandragora succus,
 iithymalus.
 apium.
 pido sella.
 caadmia vsta.
 chamepytis.
 plantago.
 succus eius.
 maiorana.
 berberis.
 zanacetum.
 resina pins.
 calamenthum.
 ebulus.
 abrotonum.
 vinum dulce.
 pumex.
 thymus.
 pimpinella.
 sulanum.
 lauendula.
 parthenium.
 cichorium.
 oxalis.
 saturcia.
 chamelaa.
 asplenium.
 pulmonaria.
 syluestris.
 foemina
 ostreorum concha.
 turpethum.
 alba.
 album.
 cinamomum.
 radix ligustici.
 piper.
 moschus.

Vers. sarcus
 lentisci.

Quia vero in medicina bis peccare saepe non contingit, diligenter caueat illi barbati ac iuniores apothecarii (de ignaris lo- quor) sine consilio quidpiam substituere: alioqui vt illi ipsi succedanei, vel verius spurii sunt, sic spuria medicamenta pro legitimis vende-

vendere & exhibere solent. Vt ab ignaris quibusdam audaculis fieri millies obseruauit, qui sine discrimine simplicia quæuis in eorum, quæ deficiunt, locum perperam substituant.

C A P. XVII.

De medicamentis adulteratis.

IMMANIS hominum auaritia eo nequitie multos interdum rapit, vt medicamenta notha & adulterata pro veris & natiuis exhibeant, quorum dignotio magni est in medicina faciendæ momenti, & à Medicis & Pharmacopœis accurate perdiscenda, vt ægrotis medicamenta tantum optima exhibeant, quibus feliciter adiuti, breui conualecant, non adulterata, quibus anxie lacessiti, vel statim periclitentur, vel misere diuturno languore pereant.

Illa igitur subricuisse non visum est, ne parum prudens Pharmacopola à præstigiatoribus & circumforaneis quibusdam jagyrtis decipiatur, qui sæpe carthami flores pro croco, & ebur pro monocerotis cornu vendunt, vt & alia multa simulant, præsertim rarissima & pretiosissima, quorum vsus multum expetitur, & ob vires eximias celebratur.

Propterea, ne Pharmacopœus, penes quem ægrotantis est mors & vita, imprudenter ab improbis & cautis institoribus circumuentus; pecuniæ refarciendæ, aut maioris lucri causa ægros circumueniat, his artibus instructus impiorum dolos ac fraudes aperiet & vitabit.

Moschi adulterium.

Moschum simulat massa quædam è sanguine hædi, pane asso, & trito, atque ladano subacta in pyxide aut alio vase idoneo seruata, in quo diu moschus verus asseruatus fuerit. Fraus subtilius occultatur, si portio moschi optimi commisceatur. Sed detegitur non modo consistentia & colore, sed odore qui in fœditio cito vanescit.

Ambra.

Ambra fingitur puluere Agallochi læuigato, benioin styrace, calamita, ladano, & pasta anicularum Cypriarum.

Verum peculiaris ambra natiua halitus

facile ab artificiali discernitur: Adde quod illa longiore manuum attritu mollescit, hæc potius friatur.

Cinnamomum adulteratur corticibus tamaricis in aqua cinnamomi maceratis, & postea siccat; Sed gustu facillime à vero distinguitur.

Caryophylli iam vetustate in odori fragrantès redduntur, si vino maduerint, quod optimos ante caryophillos ad macerationem admiserit. Verum fugax est acquisitius hic odor, & qui breui perit.

Belzoim fraudulenter simulatur mixtis simul resina, thure masculo, cum pauco styrace. At vt odor valde dissimilis, sic & color, qui maculis albidis in spurio, vt in vero non est variegatus.

Camphoram nonnulli referri putant gummi solo iuniperi: sed rudioribus tantum & ignauis sic malitiose vafri imponunt. Quisq; n. vel mediocriter in re medicamentaria versatus primo intuitu fraudem aperit.

Opobalsamum oleo liquidambar representatur dolo parum fallaci, cum vtrumq; viribus sit affine. Tam astute autem solet à multis adulterari, vt etiam exercitatissimos fallat.

Terra orientalis Lemnia dicta fingitur bolo, vel etiam argilla vulgari siccata, puluerata, aqua plantaginis subacta; in pastillos formata, & Turcarum imperatoris sigillo, cuius multiplex à Bellonio character datur notata. Ast deprehenditur falsitas, si vtraque multa diluatur aqua, quæ post residuum in Lemnia reperitur pinguior, in spuria tenuior ac limpidior.

Bitumen viriatur pice mista; quod facile dignoscitur igni, dum admouetur: Nam quod picem admisit, halitum efflat gratiorè.

Opium adulteratur meconio, seu succo foliorum & caulium papaueris nigri; sed error innotescit ex pinguedine, quæ in illo maior, ac fere resinosa, in hoc minor, vel potius nulla.

Manna thuris adulterium admittit facile, cum pollen resina illam perbelle referat. Ignis autem fraudem detegit.

TACAMA-

Tacamahaca. *Tacamahaca*, gummi, vel potius resina; *elemi* mixta in expertis sincera putatur; Vtriusque enim color idem, aut parum abfimilis consistentia affinis & odor non multum varius; Altera tamen gratius altera nares ferit.

Sagapenum, *galbanum*, *opoponax*, *Serapinum*, quod satis vulgaria sint, adulterari non solent. *Edellium*, quod rarius, illorum quodam admixto nonnunquam immutatum idiotis venditur.

Sassafras antiquioribus Europeis fuit ignotum, & cum primum adferri coepit, magno vendebatur: ob id adulterio non fuit diu expertus. Noui hominem, qui puluerem buxi & seminis foeniculi pro *sassafras* poline vendidit. Sed cum vbertas natiui postea fuisset aduecta, desit adulterari.

Os e corde boum pro osse cordis cerui latrunculi quidam vendunt. Sed qui vtrūque norunt, illud multo maius affirmant, hoc prorsus expertus eximia qualitatis.

Pro *Thamarindis* nonnulli pruna crassiora non male substituunt: verum hæc inique *Tamarindos* nominant, cum nucleo, pulpa, sapore, manifeste dissentiant.

Mille possem alia medicamenta & adulterandi modos ex *Dioscorid.* & aliis antiquis, nec non ex recentioribus, recensere, sed reticere melius duco. Cum mens hominis non tam ad bona, quam praua, prona sit, & fallendi satis gnara. Hoc obiter adhuc dicam, aquas, liquores, succos & medicamenta composita facile posse adulterari, simplicia difficilior, præsertim integra.

F I N I S L I B R I Q U A R T I .

I N S T I -



INSTITVTIONVM
PHARMACEVTICARVM
JOANNIS RENODÆI
LIBER QVINTVS;

De Medicaminum formulis, quorum vsus ad
morborum præcautionem vel proflig-
ationem celebratur.

Seçtio prima de his est, quæ per os sumuntur.

P R Æ F A T I O.



Talimenta quædam rerum diuersarum mixtura con-
diuntur, laboriosoque parantur artificio, vt sine cor-
ruptela aut marcore possint diutissime conseruari, vt
artocrea, Lucanica, farcimina multa, & panes bis co-
cti, quibus nautæ, dum velis, ventoque feruntur ad In-
dos, anno sæpe, & interdum biennio vesci coguntur: vt
& puluis ille Turcarum castra sequentium zonis, qui
bus cinguntur, loculorum instar efformatis, inclusus, quo solo, aqua di-
luto, & ad pultis consistentiam cocto, mensem integrum victitant. Alia
vero diem vnum, aut biduum, imo quædam tantum horam sine altera-
tione conseruantur. Sic medicamenta multa annum integrum, aut bien-
nium viribus integris durant, vt quæ *superius* à nobis in genere tradi-
ta, in pharmacopoliis, tanquam in penu ditissimo ad futuros vsus con-
seruantur.

*Miles Tur-
ca fert in
zona victi-
menstruum.*

Alia vero recenstantum parata optima sunt, vel diem, aut biduum,
O vel ad

*Libri huius
dispositio.*

vel ad summum triduum, æstate, sine virium iactura perdurant, vt ea medicamenta, quæ in rem præsentem parantur, curandis ægrotis exhibenda, de quibus ordine, hoc postremo libro disputare, nunc nostrum est consilium; In initio ab his sumpto, quæ intra corpus sumuntur, vel per os, vel alia loca conferentia, vt nares, sedem, vterum, vesicam: quæ non solum pro varietate morbi & naturæ varie componuntur, sed etiam partis affectæ; Cui vt commode adhibeantur, vel inhæreant, vel vt ad eam facilius deferantur, aliam atque aliam consistentiam nanciscuntur, vel liquidam, vt quæ bibuntur, vel iniiciuntur; aut solidam, vel mediam, quæ sumuntur, deorantur, induntur, adhibentur. Quæ omnia vt sigillatim persequamur, à potulentis auspicabimur, dein alia medicamenta solidiora in libri huius sectione prima describemus. In secunda, quæ in anum, aut vterum induntur, iniiciuntur ve lectione speciali subiungemus; In tertia vero eorum medicamentorum descriptionem dabimus, quæ tantum externis corporis partibus adhibentur.

C A P. I.

*De solemnibus quibusdam decoctionibus
longo vsu celebratis.*

SIMPLICIUM medicamentorum substantia non raro per se datur, vt aliquando succus, & sæpissime decoctio, quæ, vt facilius vtiliusque assumatur, fieri solet in aqua simplici, aut stillatitia, vel aliquo humore conuenienti pro medici intentione & exigentia rei. Is vero liquor, in quo fit decoctio, per os sumenda (de ea enim tantum loquimur) qualitatem non valde insuauem, nec violentam debet habere. Potulenta siquidem decoctione in succo *absinthij, centaury minoris, sorbarum immaturarum*, vel in lixiuio, aut aceto parare, nec tutum, nec gratum esset: quæ vero exterius adhibentur, vt vnguenta quædam, cataplasmata, foras, ad quorum præparationem decoctione est opus, humore quouis idoneo decoqui possunt, amaro, acerbato, falso, ac etiam oleo, si ita curandi morbi, & partis sanandæ conditio postularit.

*Quarum
decoctionum*

Nunc autem de ea specialiori agimus decoctione, quæ colata, per os assumitur,

vel sola, vel aliis mista simul dissolutis. Cuiusmodi est decoctio communis medicinalis, & decoctio pectoralis, quibus vix bonus therapeuticus carere potest.

*frequens
vsus.*

Est vero omnis decoctio leuis aut valida, aut mediocris, pro rerum coquendarum substantia & viribus. Quædam enim leuiter tantum decoquenda, vt quæ facultatè habent imbecillam, facileq; dissipabilem, & substantiam raram; Alia validiorem decoctionem sustinent, quorum scilicet substantia firma est, crassa, densaque, & virtus non facile resoluitur; Alia mediocrem, quæ substantia & viribus inter dicta media sunt, vt fructus, qui nec tam leuiter, vt flores, nec tam valide, vt radices decoquuntur.

*Qua parum
aut multum
decoquenda.*

Cum vero absolute imperatur decoctio sine speciali liquoris designatione, semper ea fieri debet in aqua, vel pura & simplici, vt fontana, aut fluuiatili, & aliquando pluuiæ, cuius quantitas simplicium decoquendorum quantitati respondeat, ita, vt nec multum exuperet, aut deficiat. Nam cum per decoctionem simplicia vires suas in aquam deponant, si hæc valde copiosa fuerit, & illa pauciora, decoctio tandem colata vires habebit imbecilliores: Vt cõtra, si in aqua pauca decoquantur multa simpli-

*Aqua quæ
vires in de-
simpli-*

coctū parandis.

simplicia, illius cita fiet exhalatio, dissipatioque; horum potius vsitio, quam elixatio, quæ à calore moderato fit in humido, naturæ, & quantitati rei coquendæ proportionato.

Quæ longissimam decoctionem sustinent, copiosiores aquam postulant; quæ breuiorem, minorem. Multam quoque, quæ multa sunt, ita, vt hæc in aquam demersa, ab ea duos digitos, aut tres, si duriora sint, & coctu difficilia, superentur. Sicque certa aquæ mensura vix potest definiri, & industriæ Pharmacopœci sæpius relinquitur.

Aqua quæritas pro do- si paranda.

Cum vna dosi tantum paranda decoctio proponitur, sat est, pauca quædam simplicia in libra dimidia igne lenio, ad partis mediæ cōsumptionem elixare: Si pro duabus, in libra integra; si pro quatuor, in duabus. Hocque pacto sensim, vt aquæ, sic simplicium quantitas augenda.

Tres decoctio- nes val- de vsuales.

Tres porro decoctiones in medicina faci- enda valde sunt vsuales. Prima dicitur communis, quæ communiter ad dissoluenda purgantia, & interdum in coquenda folia *senna*, aut alia quædam tantum infundenda vsurpatur.

Secunda vulgo dicitur *pectoralis*, quod omnibus constet quæ partes ad pectus at- tinentes iuuant. Tertia est *decoctio clysteris*, de qua postea suo loco.

Singularum autem descriptiones apud omnes eadem non sunt, quisque pro suo arbitrio quicquam adiciens, aut detrahens. Vulgaris & maxime vsualis decoctio communis hæc est.

Decoctio cō- munis me- dicina.

℞. hordei mundat. p. j. prunorum dulc. nu. vi. passul. glycyrrhizæ rasa an. ℥. s. anisi. & fenicul. an. ʒ. ij. hyeme: Æstare vero, sem. quatuor frigid. maior. an. ʒ. ij. flor. trium cord. an. p. j. si. decoctio in lib. ij. aqua. ad partū mediā consumptionem. Colata hæc decoctio satis esse potest, pro dosibus qua- tuor mediocribus, vel tribus tantum ma- iusculis.

Decoctio pectoralis, cuius frequens est vsus in effectibus pectoris, variè quoque

præscribitur; sed quam Rondeletius resti- tuerat, sic non inepte Bauderonius emen- dauit.

℞. hordei integr. p. j. caricarium, iuu. Decoctio [po- bar. an. nu. vj. daçylor. num. vj. passul. gly- floralis. cyrrh. an. ʒ. s. hyssopi mediocriter sicca m. s. bull. in lib. ij. aqua pluuiæ aut fontana ad di- midias.

Sunt, qui *sebesten* pro *iniubis* substituunt, alii *hyssopi* quantitatem augment, alii capil- lares & flores cordiales adiciunt, sed cum satis pectoralis sit eorum vis, quæ in præ- scripta formula continentur, eam pluribus onerare nihil videtur necesse, cum præfer- tim difficiliter parentur, assumanturque ea, quæ pluribus, quam quæ paucioribus simplicibus medicamentis constant.

CAP. II.

De dosi.

DOSIS vocatur illa medicamenti con- ueniens ac certa quantitas, quæ vna vice, ac iterum, si sit opus, aegrotis præscribi- tur, vel potius datur: *dos* enim datio est, cuius tot sunt varietates, quot medica- mentorum, & corporum, quibus offerun- tur, naturæ & diuersæ proprietates. Alia enim dosis est liquidorum; alia solidorum; alia mediam consistentiam habentium. Dosi quoque varia dantur cathartica, quæ semel corpus ingressa, si validiora sint, aut maiore copia exhibita, superfluos humo- res non solum exagitant, sed etiam lauda- biles, & viscera lacessendo, facultates illis inhærentes lædunt. Item & alia medica- mentorum dosis pueris datur, alia adultio- ribus, vt & prouectioribus ætate & senibus alia, pro singulorum natura, consuetudine & viribus. Liquidorum dosis vnciis men- suratur, daturque. Solidorum nonnunquã granis; sæpius dragmis, & interdum vnciis.

Dosis medi- camentorū varia.

Alterantia medicamenta raro vncia so- la, nisi pueris dantur, aut si qualitates exi- mias habuerint ac validissimas, cuiusmodi est, *aqua vita*, *cinamomi*, & ea, quæ *impe- rialis* vulgo dicitur.

Alterantiū medicamen- torum dosis.

Vsitator dosi vnciarum est trium, aut quatuor. Quæ maiore copia exhibentur, nauseam sæpe mouent, ventriculum subuertunt, ac sine prospero successu foras per os excluduntur.

Roborantiũ dosi.

Roborantiã quoq; potissimum liquida, dantur ab vncia vna ad vncias tres aut quatuor. Solida aliquando granis, vt puluis *monocerotũ*; aliquando scriptulis, dragmisque dantur, vt cardiacæ confectiones, & antidota multa.

Purgantiũ.

Eodem modo mensurantur, danturque purgantiã, quorum nonnulla dantur à granis tribus ad sex aut octo, vt *diacrydion*; Et

Stibij vsum non omnino esse respiciendum.

forãan *stibium*, quod licet efferum sit ac immitis, arte tamen castigatum atque domitum, & à prudente Medico exhibitum, sæpe felices producit effectus: Eiusque vsus ad contumacis morbi curationem, cum meliora desunt, non videtur omnino respiciendus.

Neoterico- rum in inueniendis remediis seculitas.

Si enim fas est, ex serpentum carne, imo ex eorum senectã & recrementis, in hominis subsidium remedia mendicare, vix nefas esse potest, ex illis medicamentis solatium expectare, quæ recentiorum sedalitas inuenit, industriosa dexteritas secura reddidit, multa experientia probauit, licet illa veteres minus norint, aut neglexerint, vel indebite dederint; vt nunc certe multi ac venefici circulatores, qui suo stibio male parato, & improba dosi, nec quibus, nec quando conuenit exhibitio, pene innumeros interficiunt.

Quam varia cathartico- rum do- sis.

Et vt ad propositum redeam, quædam cathartica tantũ parua dosi, vt granis paucis dantur; alia scrupulis, vt *colocyntis* & *veratrum*; alia dragmis, vt *rheum*; alia vnciis, vt *manna*, *cassia*, *tamarindi*.

Dosis igitur medicamenti quantitatem idoneam, vna vice exhibendam denunciat, vt cum forma potus, pharmacum quoddã ex vnciis, vt plurimum, tribus, aut quatuor, decocti, vel aquæ stillatitiæ paratur; In quo, vel roborantiã, vt pulueres, antidota, & confectiones cardiacas aliquando diluimus; vel cathartica infundimus, vt

agavicum; vel dissoluimus, vt *catholiconem* aut *diacarthamum*; quorum etiam sua dosi est particularis, qua singula maiore aut minore copia dantur, pro cuiusque viribus imbecillis, aut validioribus. Hæc vero singula pro cuiusque medicamenti & corporis natura velle complecti, integram curandi methodum amplecti est.

CAP. III.

De potione purgatoria.

MEDICAMENTORVM genus omnem forma quauis dari potest, sed sanando morbo & iuuanda parti non semper idonea. Vsitator cuiusque forma liquida est, eorum præsertim, quæ meatus obstructione liberant, vasa diducunt, & menses, atque vrinam mouent. Maxime vero, quæ vim habent purgatoriam, forma potabili sunt conuenientiora. Sic enim promptius se diffundunt, subeuntque venas exiles, & humores partibus inharætes efficacius deducunt. Sola siquidem dragma solidioris medicamenti humore quodam diluta, non minus aluum turbare solet, quam eiusdem integri duplum pondus. Vnde cum medicamentum purgans absolute dicitur, de potione solutiua semper intelligitur; Cuius dosi raro tres vncias excedere debet, ne ventriculum proritando, vomitu statim excludatur.

Sunt autem variæ potionum purgantium differentia, pro varia humorum duccendorum & medicamentorum natura; Nam singuli humores proprio cathartico ducuntur, sanguinem si exceperis, qui sola venæ, aut arteriæ sectione vacuatur. Quod bilem purgat, *cholagogum* dicitur; *Melanagogum*, quod melancholicum succum, *phlegmagogum*, quod pituitam.

Ex his vero singulis, tam simplicibus, quam compositis, liquore idoneo maceratis, infusis, vel solutis, aut coctis, purgatoriarum potiones parantur, vt ad bilis eductionem, hoc modo.

℞. radic. cichor. oxalyd. glycyrrhizæ Cholagogom. an. ʒij. endiuia, fumar. agrimon. an. m. s. flor.

Purgantiã cur in forma potabili conuenientiora. Sic enim promptius se diffundunt, subeuntque venas exiles, & humores partibus inharætes efficacius deducunt. Sola siquidem dragma solidioris medicamenti humore quodam diluta, non minus aluum turbare solet, quam eiusdem integri duplum pondus. Vnde cum medicamentum purgans absolute dicitur, de potione solutiua semper intelligitur; Cuius dosi raro tres vncias excedere debet, ne ventriculum proritando, vomitu statim excludatur.

flor. trium cordial. an. p. i. fi. decoct. in parua quantitate aqua, in qua infund. rhabarb. ʒ. ij. B. sental. citr. ʒ. B. in expressi. dissol. syrup. violar. ʒ. vj. fi. potio.

Cum validius purgandum est, augenda vt rhei quantitas, aut potentiora praescribuntur medicamenta, vt:

Alia potio ualidior.

℞. diaprun. solut. vel electuar. de succo ros. ʒ. ij. Dissol. in ʒ. ij. decoctionis supra descripta, vel aqua endiuia, adde syrup. de cichor. composit. cum rhabarb. ʒ. i. fi. potus.

Ad purgandum humorem pituitosum, vt ad biliosum, multa dantur tam simplicia, quam composita medicamenta: Ex quibus pauca quaedam, pro multorum exemplo, forma potus sic optime praescribuntur.

Phlegmagon.

℞. polypod. querni graminis, passul. an. ʒ. ij. sem. cartham. ʒ. ij. chamadr. chamepith. betonic. an. m. B. anis. ʒ. i. fi. decoct. in qua decoque lento igne folior. senna ʒ. ij. B. in colatura infunde agaric. ʒ. i. B. macis ʒ. B. in expressi. dissolue syrup. rosar. pallid. ʒ. i. fi. potio.

In simili decocto colato possunt dilui electuarii diacarthami ʒ. iij. vel ʒ. B. & syrupi rosar. pallid. ʒ. i. vt fi. potus.

Senna quoque, rheim, & polypodium pituitam vacuant, vt & turpethum, semen carthami, colocynthis, mezereon, veratrum album, semen & radix ebuli, benedicta laxatiua, diaphoenicum: Ex quibus artifex peritus varias potiones purgatorias parare potest.

De melancholica aqua ducant.

Sua quoque sunt melancholico humori ducendo destinata cathartica, vt epithimum, lapis lazuli, senna, elleborus niger; & inter composita confectio Hamech, catholicum, diasenna, Syrupus regis Saboris. Ex quorum vno aut altero in conuenienti liquore soluto, aut infuso, aut cocto purgans medicamentum, potabili forma confici potest hoc modo:

Melanagon optimu.

℞. cortic. radic. cappar. tamarisc. radic. bugl. ss glycyrrhiza passul. corinthiacar. an. ʒ. iij. h. r. dei integr ʒ. B. coterach. adianis. politric. calcedis. borrag. an. m. B. flor. trium

cord. an. p. i. fi. decoctio. in qua infunde & coque folior. senna ʒ. B. sem. faecul. dulc. ʒ. i. in colatura dissolue syrupi regis Saboris ʒ. i. fi. potus.

Item, ℞. glycyrrh. passul. mundat. an. ʒ. iij. iuinbar. nu. vj. epithymi, scolopendri, summitatum lupuli, oxalydis, fumaris an. m. B. flor. geniste. p. ij. fi. decoctio, in qua dissolue confectio Hamech. ʒ. i. B. diasenna ʒ. ij. syrup. violar. ʒ. vj. aut ʒ. j. fiat potus.

Vtiliter quoque catholicum ad melancholiam ducendam imperatur. Cum enim polychrestum sit & quoluis humores noxios clementer purget, facile his sese accommodat, quibus permiscetur, vt additum rhei bilem purgat; dilatum decocto senna, aut commixtum confectio Hamech, melancholicum succum.

Catholicum polychrestu est.

C A P. IV.

De Iulepis.

IULEPI & syrupi vix est dissimilis apud Arabes acceptio, qui de vtroque simul ac confuse iisdem capitibus loquuntur: & per iulepum absolute positum, sacharum aqua rosata dissolutum, & in modum syrupi coctum intelligunt. Nos autem distinctius loquentes, de ambobus diuersis capitibus & libris scribimus; de syrupis nempe, longiore coctione inspissatis, in officina, de iulepis vero nunc assumendis, & leuius coctis, in hoc libro de remediorum formulis.

Est autem iulep nomen Persicum, potio- nem dulcem significans, quam Graeci Ζουδάμιον nominant, parantque ex aquis quibuslibet stillatitiis, dulcoratis, vt syrupis ex succis, vel decoctis simplicium, cum sacharo aut melle: crassiorem substantiam elixatis.

Iulep quid.

Ad fugiendam odoris & saporis insuauitatem, Serapio ex aqua sola & sacharo iulep, vel potius hydrosacharum conficit, quod syrupum simplicem vocat. Auicenna maioris iuauitatis gratia tertiam rosaceae

Syrupus simplex.

O 3 partem.

partem adicit. Mesue non tantum ex aquis iulepos conficit, sed etiam ex succis, infusionibus & decoctis. Et vulgus poriones quaslibet limpidissimas & sacharatas, non tantum ex aquis distillatis, sed etiam ex pauciorum simplicium, nec infuauium, & aquæ multæ decoctione colata, clarificata & dulcorata paratas, iulepos vocat; Cuiusmodi est *iulepus zizyphorum*, vel verius syrupus. Cum enim fiat ex *iuisibus masculis* numero centum, & aquæ fontis libris quatuor ad medias coctis, cum libra vna *sachari*, consistentiam habet zupio crassiorem, sæpeque vtendi tempore aqua simplici, cocta, aut prisana diluitur, cum ex se iulepi fatis sint diluti. Improprieque syrupus ille, qui ab Alexandria, vbi frequens est eius vsus, nomen habet, *iulepus rosatus* nominatur, cum æque, ac reliqui syrupi, coctione inspilletur, & asseruetur.

Iulepus zizyphorum.

Syrupus Alexandrinus

Iulepus rosatus qui fiat.

Syrupus rosaceus Rondeletii.

Iulepus rosatus fit vere ex aqua rosarum cum dimidio sacharo cocta prope ad crassitiam syrupi, aut multo minus, si mox sit assumendus, vt vulgares iulepi, qui in rem præsentem fiunt ex *sacharo*, vel syrupo quodam cum aqua tripla; vt

℞. Aqua endiuia ℥. iiii. Syrupi limonum ℥. j. si in lapium.

Si iulepi consistentiam habent liquidiorum, vt colari possint: sed qui diutius concoquuntur, vel duplam tantum aquam ad sacharum recipiunt, vt *rosaceus* Rondeletii, vel vtriusque æquale pondus, vt Syluio placuit, ob crassitiam pigre defluunt, vixq; colo traiciuntur.

Pro diuersa igitur coctione & quantitate aquæ ad sacharum fit, vel syrupus, ex vtriusque scilicet partibus æquis; vel iulepus, ex aqua tantum tripla ad sacharum, vt Iouertus voluit.

Paratu cum sint facillima eiusmodi iulapia, vnus tantum aut alterius formulam subducam.

Dosis iulepi. ℞. aquarum sumaria & oxalydis an. ℥. an. ij. sachari ℥. j. coque lento igne ad vnus

uncia resolutionem, si iulepus pro vna dosi.

Ad somnum conciliandum iulep hypnoticum sic recte parabitur.

℞. Aqua nenupharis ℥. ij. aqua betonica & syrupi de papauere simplicis an. ℥. j. misc. si iulep, hora somni sumendum.

Iulepus soporif.

CAP. V.

De distillatis restauratiuis.

OMNIA medicamenta analeptica, que scilicet habitum corporis, longo vel morbo, vel inedia absumptum reficiunt; & instaurantia, quæ ad virium languore quodam effectarum, resarciendum robur imperantur, non tantum ex medicamentosa, sed etiam alimentosa materia sumuntur. Cum enim partim alant corpus, partim affectibus, a quibus male habet, medeantur, multiplici, ac varia qualitate esse prædita, ratio manifesta suadet.

Dicuntur autem distillata, quod per alembicum guttatim in vas subiectum distillent; Instaurantia vero, quod ex carnibus, euchymis, conferuis, pulueribus cardiacis, arque his omnibus, quæ vel odore, vel substantia, spiritus instaurare, & partes nobiles roborare valent, extrahuntur.

Multi porro maiorum consuetudinem vix probant, qui carnem caponum, aut perdicum crudam ab ossibus & pinguedine purgatam distillant adiectis pulueribus & conferuis. Cum enim caro cruda non nisi longo tempore possit coequi; facultas vero puluerum sit cito & facile dissipabilis, non iusta ratione, simul cruda & dura pulueribus dictis commiscuntur: tum quia ex carne cruda, quæ primum stillat aqua, citius corrumpitur. Æquius videntur agere, qui carnes ex dimidio coctas cum proprio succo, in vase distillatorio, cum reliquis materialibus permiscunt.

Neque eorum iudiciū probatur, qui catenas aureas cum carnibus decoquunt, cū nihil ex ipsis dissoluatur, aut extrahatur præter vitilis.

Distillata cur dicta.

Catenarum aurearum decoctio non vitilis.

præter sordes, quæ ex contrectantium manibus impuris contrahuntur.

Laudabilior est eorum consuetudo, qui panniculos auri coniciunt, vt solent Parisienses Pharmacopœi, qui nullis sumptibus parcunt, vt sua probe distillata restituant, vt reliquas compositiones conficiant.

Sic vero ista solennis & eximia distillatio parabitur optime.

Distillatum restauratiuū optimum.

℞ iuris vnius caponis & duarum perdicum lb ij. aquarum buglossi, oxalydis & nenupharis an. q. s. conserua violarum, cichorii, & rosarum an. ℥ ij. pulueris diamargariti frigidi, electuarii triasantali & diarrhodonis abbat. an. ℥ j. trochiscorum de camphura ℥ ij. foliorum auri nu. xij. ponantur omnia in alembico vitro pasta recte obturato & per balneum Maria fiat distillatio, vt artis est.

Distillatum aliud ad febres syncopales & malignas imperari potest hoc modo descriptum.

Aliud valde cardiacum.

℞ aquarum oxalydis, ulmaria, cardui, cichorii, an. ℥. iij. decoctionis caponis vnius agrestis alterati lb. j. conserua nenupharis & rosarum an. ℥. j. theriaca ℥. h. radicum angelica, tormentilla pulueratarum an. ℥. j. sem. cardui benedicti & citriorum an. p. iij. ponantur omnia in vase vitro, bene obturato, quod in lebetem aqua feruida plenum postea immittatur. & fiat distillatio.

Vfus tempore distillati huius portioni addi poterit succus quidam idoneus, vt citri, vel granatorum cum paucis saccharo communi, vel rosato, si ita efflagitarit ægrotus.

CAP. VI.

De apozematibus.

Paracelsus pseudomedicus, & natura monstru.

FELIX quidem Germania, vt obiter dicam, quæ simul viros per celebres gignit, & cunctis opibus luxuriat: vt tamen arborum frugifera simul cum pomis fragran-

tibus fungos vel inutiles, vel venenatos aliquid profert, sic illa magnum natura monstrum peperit, pseudomedicum scilicet Paracelsum, qui suæ medicinæ diabolum auctorem professus est, atque characteres & verba, medicinas dæmonum nominauit, vt syrupos & apozemata hominum. Sanctius hæc, vt & reliqua medicamenta Philosophus antiquus [Herophilus] deorū manus auxiliatrices nuncupauit, vt quæ diuinis ac mirandis viribus prædita corpus humanum, vel morbidum sanent, vel salubre tueantur. Ob eam rationem Heraclitus inter philosophos non parum celebris, sacrificia solebat medicamenta vocare, quoniam pharmaci præpotentis instar, animam, vt medicamenta corpus, à suis morbis expurgant. Cal. Rhod. cap. 2. lib. 12.

Characteres sunt medicina dæmonii Paracelsi.

Vere autem dixit nebulo, & forsitan semel, apozemata esse hominum medicamenta, quibus scilicet peccantium humorum qualitas contemperatur, mille cruciatus sedantur, mortis ante diem ferocientis impetus eluditur, symptomatū acerbitas lenitur, partes ad naturam bonitatem & vigorem reducantur. Parantur enim ex omni genere medicamentorum, præsertim alterantium & roborantium: quibus interdum simplicia quædam purgantia ac benigna, atque exigua quantitate infunduntur. Vocare enim apozema, decoctum quoddam nigricans, valde ingratum, & multa senna laxatiuum, cui crassioris cuiusdam electuarii, vt catholici, vel lenitiui sesquiuincia dissoluta fuerit, absurdum est, nam ἀποζέμα Græcis decoctum est, à verbo ἀποζέω, feruefacio, decoquo & apozema tantum pro herbarum tenuiore decocto vsurpatur.

Apozematū effectus.

Apozema quid & unde dicatur.

Est vero omnis apozematum materia à plantis: ex quarū aquis sūt iulepi, ex decoctis apozemata & syrupi; inter quæ præcipua hæc differentia cōstituitur, vt iulepi tenues sint, syrupi crassi, apozemata utrunque media; omnia melle aut saccharo, vel utroque simul dulcorata, & pro varia cuiusque consistentiæ, magis aut minus cocta.

Apozematū materia. Iulepi, syrupi, & apozemata, quomodo differant.

Olim

*Veterum apo-
zemata.*

Olim veteres aquam mullam, cui plantarum folia quædam incoxerint, apozematum vice utebantur, vt multi adhuc hodie iusculis virentium stirpium mixtura alteratis. Æque enim in brodio pulli per elixationem relinquitur herbarum vis, atque in aqua simplici; & minore sumptu, auidiusque eiusmodi alterantia iuscula sumuntur, quam apozemata. Potest tamen æger his & illis vti, & a coquo, qui nil præter lebetem & veru nouit, iuscula herbis idoneis, Medici consilio, alterata repetere; A Pharmacopœo vero apozemata, iusta ratione, industriosoque artificio parata; non quidem ad alendum, vt iuscula, sed calefaciendum, refrigerandum, humidificandum, siccandum, aperiendum, aut alio quouis modo immutandum. Propterea radices, aut alia plantarum partes sæpius amaræ; aut alia quantitate insuaues, modo vtilis, aliquando sumuntur, purgantur, & in aqua sufficienti coquantur: Atque ex iusculo colato, *sacharo* aut melle dulcorato, & *santalis* aut *cinnamomo*, si ita videtur, aromatizato, apozema ad plures aut pauciores, pro decocti quantitate, doses paratur.

*Quomodo
apozemata
distant à sy-
rupis.*

Neque vero æstate tantum, dum adhuc stirpes virent: sed etiam hyeme, cum defunt, aut aridæ tantum suppetunt, apozemata conficiuntur, licet per idem tempus, syruporum sit frequentior vsus, qui ab apozematis non differunt, nisi *coctione*, quæ in syrupis longior est ad maiorem crassitiæ & custodiã, in apozematis, breuior: ita vt syrupus vicè apozematis gerat hyeme, apozema syrupi, æstate: videturque eadem res, nomina diuersa: sed in syrupis maior quantitas *sachari* requiritur, vt huius & decoctionis æquale pondus: in apozematis variũ, vt tertia, aut quarta tantũ pars *sachari*, vel *mellis* ad decoctũ. Sat enim est singulis huius libris, quadrans, hoc est, vncias tres *sachari*, vel syrupi, vel ad summum triens, seu vncias quatuor permiscere: cum tamẽ liquoris sapor valde est ingratus, *sachari* pondus solet augeri, & cum *onorum albu-*

minibus apozema paratum desumari, & a fordibus expurgari.

Porro apozemata varie fieri solent, ad varias intentiones, vt ad liberandas obstructions, hoc modo:

*℞. rad. asparag. ru. ci. graminis, cichor. glycyrrhiza passul. mundatar. an. ʒ. ʒ. fol. a-
diati, polytric. agrimonii pimpinella, summi-
tatum lupuli, arthemisia ar. m. ʒ. summita-
zum hyssopi ʒ. ij. florum trium cord. an. p. j. si.
decoct in lb. ij. ʒ. aqua ad medias. in colatu-
ra dissolue syrupi capilli veneris, aut sachari
ʒ. iij. fiat apozema clarum, pro quatuor
dosisibus.* *Apozema
aperitiuum*

Ad bilis feruorem contemperandum aliud sic parabitur.

*℞. radic. cichor. oxalydis, lapati acuti an. ʒ. ʒ. glycyrrhiza passul. corinthiac. an. ʒ. iij.
fol. endiuia, scariol. tarraxaci, oxytriphylli,
fumaria, lactuca, portulaca, an. m. j. florum
ros. alb. recentium m. ʒ. vel florum trium
cordial. an. p. j. si. decoct. in sufficienti quanti-
tate aqua. In colatura dissol. syrupi de succo
acetosa, aut limonum, vel sachari rosati ʒ.
iij. si. apozema clarum aromatizatum san-
tali citrini ʒ. ʒ. pro quatuor dosisibus.* *Apozema
ad contem-
perandum
feruorem
bilis.*

CAP. VII.

De gargarisimatis.

AD oris, gingiuarum, palati, pharyngisque vitia gargarisimata instituuntur, quæ vim habent, inquit Cellus *cap. 23. libr. 5.* vel lauandi, vel reprimendi, vel euocandi. Lauant lac, & cremor hordei: Reprimit aqua, in qua vel *lenticula*, vel *rosa*, vel *rubus*, vel *cotoneum malum*, vel *palmula* decoctæ sint. Euocant *synapi*, *pi-per* & acria similia; Quibus tamen gargarizationes non fiunt, nisi dulcibus quibusdam admixtis, Actuario iudice *cap. 6. libr. 3. method. meden.* ne gustum plurimum offendant.

Nam cum liquor haustus ad gurgulionem vsque reuocetur, totum oris concauum eluit, & mordacius, dum acrior est, organa

Emulsio ad
vicia pecto-
ris & pul-
monum.

℞. amygdalar. dulc. mundatar. ℥. j. pi-
nearum non rancidarum ℥. ℞. seminum ci-
trull. cucurbit. melonum, bombacis an. ℥. iij.
pistentur in mortario lapideo cum lb. j. de
coctionis iuiubarum & passular. sensim af-
fusa, & sachari ℥. iij. fiat emulsio ad qua-
tuor doses.

Ad renum ardorem extinguendum, &
acrimoniam urinæ demulcendam, ex usu
erit aptissimo emulsio sic parata.

Emulsio ad
renum ar-
dorem.

℞. sem. quatuor frigid. maior. an. ℥. ℞.
sem. lactuca & papauer. alb. an. ℥. ij. pi-
stentur in mortario marmoreo cum lb. j.
aqua simplicis, vel ptisana, adde sru-
pi de nymphea ℥. iij. fiat emulsio ad tres
doses.

Ad gonorrhœam virulentam, præmissis
vniuersalibus remediis, hæc conuenienter
imperabitur emulsio.

Ad gonor-
rhœam vi-
rulentam.

℞. lentis palustris, sem. lactuca an. ℥. ij.
sem. portulac. & plantag. an. ℥. j. sem. qua-
tuor frigid. maior. ℥. ℞. pistentur in mor-
tario lapideo lb. j. ℞. aqua decocta; adde
sachari rosati ℥. iij. fiat emulsio pro quinque
aut sex dosibus, sumendis horis duabus an-
te pastus.

C A P. IX.

De amygdalaris.

AMYGDALÆ vel *amara* sunt, prorsus
medicamentosa, vel *dulces*, quæ par-
tim alimentosa sunt, partim etiam medi-
camentosa. Ex his potus quidam paratur
instar lactis albidus, qui febrientibus &
thoracis affectibus læssitis solet exhiberi.
Licet enim *amygdala* moderatæ calidæ
sint ex Paulo Ægin. lib. 7. de re med. & Ori-
basio c. 2. lib. 1. Synopsicos. vel potius tempe-
ratæ, tritæ tamen & aqua dilutæ feruorem
contemperant, & vi quadam incidendi &
attenuandi viscera thoracem expurgant,
Aetuar. c. 7. de spir. animal. nut. Ex earum
autem cremore sorbitiuncula paratur, que
simul & nutrit, & asperam arteriam lenit,
& humores in thorace contentos proiectu

faciles reddit. Sic vero paratur:

℞. Amygdalarum mundatarum ℥. ij. Amygdala-
terantur in mortario cum aqua elixata tum quomo-
paulatim affusa lb. ℞. adde sachari ℥. vi. do parandū.
misce & coque parum. Detur.

Nonnulli grana duo aut paulo plus salis
commiscent, alii respuunt. Datur quavis
hora, maxime his, qui iuscula, & alia edu-
lia auersantur, sed sæpius datur hora so-
mni, tuncque parum seminis papaueris al-
bi, aut lactucarum adici solet, maxime
cum ægroto præscribitur, qui vigiliis as-
siduis mâle exercetur. Nonnulli terunt
amygdalas cum aqua tepida, & addito pau-
co sacharo portionem parant ignis vim non
expertam, talemque porrigunt. Præstat
cum aqua parum feruifaceta terere, & rur-
sus parum elixare iuxta modum deferi-
ptum & consuetum. Soler augeri vel mi-
nui sachari quantitas pro affectus condi-
tione. Nam vi dulcia bechica sunt, & vitiis
pulmonum & thoracis conuenientissima:
sic *amygdalatum* multo sacharo dulcora-
tum ipsis sunt conuenientiora; febrienti-
bus magis conuenit, si sachari receperit
minus.

Lutetiæ familiaris est iste dulciarius po-
tus, quem & ipsæ mulierculæ quotidie par-
rant, nec formula communi Medici præ-
scribunt, sed Pharmacopœorum relin-
quentes arbitrio solum imperant, vt pare-
tur amygdalatum. Quibus magis aridit
crassius, siue ad alimoniam, siue ad gra-
tiam, maior amygdalarum & sachari quan-
titas adicienda; quibus liquidius, horum
minus, aquæ vero multum commiscetur.

C A P. X.

De ptisana antiquorum, seu hor- deato.

PTISANA vulgaris & officinarum po-
tus est, ex glycyrrhiza, aqua, & pauco
hordeo, & sæpe sine ipso confectus: Anti-
quorum vero ptisana cibus est, ex hordeo
selecto, & pinsendo exteriori cortice purga-
to, & aqua confectus. Hinc ptisanæ nomen
ἀπὸ τῆς πίσιδος, hoc est, pinsere, & decorti-
care

*Hordeati
preparatio.*

care sumptum. Debet vero sumi, Galeni consilio [e. 2. lib. de ptisana.] hordeum carnosum, nullius adscititæ qualitatis particeps, non nimis recens, nec nimis vetustū, nec corrugatum: Ita selectum in aqua maceratur; dein in mortario tunditur, vt exterior cortex & quodque glumofum excutitur: tum manibus confricatur, abluitur, à furfure purgatur; postea siccatur & seruat. Cum autem vltus postulat, eius portio cū aquæ optimæ & probatissimæ partibus duodecim igni lento diutissime coquitur, vt quam amplissime intumescat, flatum omnem deponat, & in succum lacuem, continuum, æqualem, & lubricum abeat. Sic suam veteres ptisanam primam coquebant, & ægrotis exhibebant: eorum tamen nonnulli *sapam*, aut *mel*, aut *amylum*, vel *cuminum*; alii parum *olei acetii*, & *salis permiscebant*. Nos vero forsitan delicatiores nihil istorum addimus, sed tantū *sacharum*, & aliquot interdum *amygdalas*: atque vt antiquam mixturam non retinemus, sic neque nomen, & hordeatum non improprie vocamus, quod Hippocrates & Galenus ptisanam proprie vocant, quæ sic Lutetia parari consuevit.

*Hordeatum
optimum.*

℞ hordei electi, à corticibus purgati, ℥. ij. coquantur lento igne in aqua limpidissima, qua ubi parum efferbuerit, proyiciatur & affundatur alia. Tum coquantur denuo per quatuor horas aut quinque, igni blando; dein colo transmittantur. Colatura adde sachari ℥. vj. aut. ℥. j. postea rursum parum coque.

Sic enim hordeatum habebis crassius & magis nutritorium. In Italia non solet recoqui post colaturam, tuncque liquidius est, & auidius à multis sumitur ægrotis, sed minus nutrit, propterea non tantum semel in die circa horam somni datur, sed bis, & sæpe ter, zulapiorum ritu.

*Hordei
qualitas.*

Cum autem hordeum frigidum sit ex Galeno, com. ad part. 30. lib. 1. de vict. acut. e. 16. lib. 1. de aliment. nam quocunque modo paraueris, nunquā calefacit, ptisana ex his duobus parata more Hippocratis, fe-

bricitantibus optimum est & medicamentum, & alimentum. Nutrit enim & medetur, & nutriendo vicem præstat potus & cibi, ac similiter operatur, vt alicæ vel oryza succus, vt narrat Galenus, lib. 1. de aliment. lib. 1. de vict. acut. cap. 237. lib. de simplic. medicament.

C A P. XI.

De lohoch seu eclegmatis in rem præsentem imperandis.

DE eclegmatis in genere egimus fufissime, nunc de his, quæ ex tempore parata solent ægrotis exhiberi, nec diu sine alteratione queunt afferuari: altero siquidem aut tertio die tanta fermentatione exurgunt, vt vix in pyxidibus possint arceri, nisi rudicula, aut bacillo glycyrrhizæ, vt mos est, subinde agitentur. Sic enim *sacharum* liquori accuratius permiscetur, & mixtura facilius subsidet, ac securius cohibetur. Præferuntur autem lohoch ad varios effectus, pro varia medicamento- rum, quibus constant, materia & qualitate, quæ cū dulcis est ac palato gratiosa, asperam arteriam lenit, humores concoquit, sputum mouet, educit: si dulcoacida, pituitam, lentam & crassam incidit, attenuat, præparat; si dulcoamara, deterget, coquit, expurgat. Quia tamen amaror propter insuauitatem valde gustui displicet; amara vix nisi parua quantitate veniunt in eclegmatum confecturam: Solis enim dulcibus fere componuntur, vt succo glycyrrhizæ, iuiubis, pineis, sacharo rosato, aut cando, penidiis, electuario diaireos, aut diatrageantho, aut confectionibus aliis similibus, pulueratis, & melle aut syrupo idoneo, & interdum vtroque simul exceptis & subactis.

*Eclegmatis
usus.*

Ad crassos humores incidendos & attenuandos conferet lohoch hac arte paratum.

℞. electuarij diaireos simplicis ℥. j. sa. Lochoch in chari candi ℥. ℞. anisi conditi ℥. ij. syrupi de hyssopo & oxymel. simplicis an. ℥. j. ℞. lohoch.

P 2 cuius

cuius frequens sit vsus mane ieiuno stomacho, & inter paſtus.

Loboch con-
coquens &
expectorans.

Ad humorum coctionem & expectorationem, aptiſſimus erit eclegmatis ſequentis iteratus ſæpe vsus.

℞. diatragacanthi frigid. ℥. vj. diuiriſ Salomonis, Alphenitiſ an. ℥. ℞. cum ſyrup. de glycyrrhiza aut capill. Vener. q. ſ. fiat loboch.

Ad compeſcendum catarrhi in pulmones irruentis impetum, ſic præſcribatur eclegma.

Loboch ea-
tarrhum ſi-
gens.

℞. penidiarum, diatragacanthi frigid. an. ℥. ℞. ſachariroſati ℥. vj. terra lemnia ℥. ij. cum ſyrupo de papauere albo vel iulepo roſato, fiat linctus.

Item ad fluxiones erodentes & vitia pulmonum ſananda, vel ſaltem ad meliorem ſtatum reducenda.

Ad fluxio-
nes eroden-
tes & vitia
pulmonum.

℞. manus Chriſti perlata ℥. j. terra ſigilata, pulu. diatragacanthi frigid. an. ℥. j. corallirubr. ℥. ℞. lapidis hamathit. ℥. j. cum ſyrupore ſumptiuo, fiat loboch.

C A P. XII.

De apophlegmatifmiſis.

MULTIPLICI remediorum genere caput humore excrementitio, maximeque pituitoſo grauatum depletur, ſed nullum hoc præſtare ſine reliquarum partium moleſtia cernitur. Potiones enim phlegmagoga, vel catapotia, dū è cerebro pituitam eliciunt, importunè ventriculū & aſſociata membra lancinant, aliumque turbando dolores ſæpe mouent acerbos, nec raro cordis morſus & ſpōthymiam excitant. Apophlegmatifmi vero ſapore non ita ingrato, leniter totam oris concauū feriētes, per emiſſaria palati, copioſam pituitā cerebro attrahunt, quæ ſenſim poſtea, frequēti ſpuratione facile excluditur. Sunt autē omnia ſimplicia, quibus parantur apophlegmatifmi, calidæ & ſæpe acris facultatis, per quam nō ſolum humorem frigidum attenuant, incidunt, attrahuntq; ſed

Apophle-
gmatismo-
rum utili-
ſſim.

etiam facultatem expultricem ad opus ſuum ſtimulant.

Per palatum hæc pituitam facile proli-
ciunt maſticata aut gargarizata maſtiche,
ſaluia, ſtaphyſagria, thymus, puſlegium, car-
thamus, piper, ſynapi, pyrethriū, zinziber, a-
corus, radix ireos, & cyperi: ex quibus non
nulla, vel in partes minutas concaſa maſti-
cantur, atque dentibus atteruntur, vel pul-
uerata liquore idoneo excipiuntur, & in
globulos ſeu trochiſcos conſinguntur, vel
tenui linteo obuoluta in nodulos effor-
mantur, vel elixantur, & colata decoctio in
ore inſtar gargarifmiſis continetur.

Materia.

Viſitatio forma ſolida eſt, vt diutius in
ore detineatur, & ſubinde maſticetur, vn-
de apophlegmatifmiſis pro maſticatorio, &
contra maſticatorium pro apophlegmatif-
mo uſurpatur. Caput autem inter maſti-
candum inclinandum eſt, & labra diducē-
da, vt attractus & congeſtus humor liberi-
us ac citius effluat.

Multæ huiuſce remedii formulæ parari
poſſunt, quas hic recensere lectori forſan
eſſet moleſtum, cum vna aut altera tan-
tum illius animum explere valeat, vt:

℞. ſtaphyſagria ℥. iij. maſtiche ℥. ij. cube- Paſilli ma-
bar. ℥. j. pyrethri ℥. ℞. fiat omnium puluis, qui ſticatorij.
excipiantur ſucco vel ſyrupo roſar. pallidar. ſi-
ant paſilli manſiles, vel ſic:

℞. radic. ireos ℥. ij. piperis longi, ſynapi, py- Globuli.
rethri, agaris an. ℥. j. ſtaphyſagria ℥. ij. ℞. te-
nantur omnia, excipiantur melle, & ſingan-
tur globuli, linteo raro inuoluendi, qui vsus
tempore in ore contineantur.

C A P. XIII.

De bolo purgatorio.

QVI vomituriunt & dilutas purgatio-
nes aſpernātur, nec catapotia propter
inſuauitatē, aut cœli ſqualores admittunt,
medicamento egent, inter potū & pilulas,
conſiſtentia medio, quod bolum iam pridē
viſitatus mos nominare conſueuit. Sic n.
dicitur, quod fruſtatim, ſeu per morſellos,

Bolus quid. vt loquuntur barbari, sumatur; ita vt bolus sit medicamenti cuiusdam purgantis opiata consistentia frustulum, ingestioni aptum, cuius crassitudo ea sit, qua integra deuorari facile possit; eam nonnulli Latinorum buccam vocant.

Eius materia. Paratur ex omni purgantium genere, his solum exceptis, quæ vel propter insuauitatem fastidium mouent, horroremque excitant, vel malignitatem castigari, nec in propria substantia dari debent.

Nonnunquam ad efferam purgantium vim corrigendam, vel gratiam odoris saporisve conciliandam, vel partium quarundam robur augendum, alterantia & aromatica permiscuntur, sed parua quantitate, ne boli moles nimis intumescat, quod ægroti plurimum auersantur: Multi enim ad primum medicamenti cuiusque solidi frustulum, rigent, ad secundum stomachantur, ad tertium desipiunt.

Delicatus purgantis auersantur. Modus conficiendi bolus simplicissimus est, vt qui ex cassia fere sola & sæpe paratur. Est enim velut basis reliquorum medicamentorum in bolis, vt aloë in pilulis. Per æstus cæli feruidiores, eiusmodi bolus, vt frequens, sic aptus & salutaris esse solet.

Bolus eccoproticus & refrigerans. ℞. pulpa cassia orientalis, & canna pinguis recens extracta ℥j. s. pulueris santali citrini ℥j. misce, fiat bolus cum saccharo, vel syrupo violato, ex cochleari, paulo ante iusculum sumendus: vel sic.

℞. medulla cassia optima recenter mundata ℥j. pulpa tamarindorum pinguium ℥j. s. electuarij lenitiui ℥ij. fiat bolus. Sumatur cum syrupo capilli Veneris.

Sæpe solet cassia rhabarbarum, aut aliquid ex diagridiatis adiungi, vt ad bilis eductionem, hoc modo:

℞. medulla cassia orientalis recens mundata ℥j. diapruni solutiui ℥ij. puluer. glycyrrhizæ ℥j. fiat bolus cum saccharo, vel syrupo cichorii sumendus.

Quia vero cassia status excitando sæpe dolores in aluo parit, quorum molestia leues animi defectus delicatulis interdum

contingunt, eius quantitas vel minor esse debet, vel ad eorum vaporem, quæ status discutunt, extrahi, vel ex his nonnihil permisceri, vt.

℞. pulpa cassia fistula ad vaporem decoctionis anisi extracta ℥vj. electuarii de succo rosar. ℥ij. rhabarbari optimi ℥j. s. cum saccharo fiat bolus.

Si defuerit cassia, nec deerit tamen boli conficiendi modus & vsus, cum ex pulpa prunorum, tamarindorum, passularum, & electuariis multis facile queat parari. Ex his enim & aliis pluribus medicamentis purgantibus, tam simplicibus, quam compositis fiunt opiata laxatiua, quæ forma boli ieiuno ventre sumuntur.

Boli non semper per cassiam habent probasti.

CAP. XIV.

De opiatis.

QUID de opiatis in genere sentiendum, abunde supra [cap. 13. lib. 3.] disseruimus, nec bis de re eadem idem dicere, cum non videatur æquum, particulares quarundam opiatarum formulas tantum hic paucis describam, quarum paradigmate, quasuis alias conficere non erit arduum.

Non solum autem opiata ad conciliandum somnum imperantur (ab opio enim appellationem habent suam) sed ad purgandum, roborandum, & alio modo quouis immurandum, vt electuaria liquida, in quorum censu iure numerantur: cum eadem consistentiam habeant, & compositionis rationem.

Opiatorum vsus.

Fiunt enim ex pulueribus, syrupo aut melle, & aliquando sapa exceptis, & accurate pistillo simul subactis, quibus conferuæ quædam aut aliæ confecturæ cordiales aut cephalicæ permisceri solent, vt ad roborandum cor, & facultatis vitalis integritatem tutius conferuandam, & exhilarandam. Pro ditioribus opiata recte parabitur in hunc modum.

Materia.

℞. conferua florum bugloss. & borraginis an. ℥ij. conferua florum calendula, corticis citri

Opiata multum cordialis citri

atri conditi an. ʒ. j. ꝑ. confectionis alkermes & de hyacintho an. ʒ. j. puluer. electuarii de gemmis, diamargarit. frigid. & latitia Galeni an. ꝑ. j lapidis bezahardici & cornu monocerotis an. ꝑ. ꝑ. cum ꝑ. ij. Syrupi de conseruatione myrobalanorum, vel limonum fiat opiata.

Qui minus valent opibus, hanc sibi parandam curabunt.

Alia pro pauperibus.

ꝑ. conserua rosarum ꝑ. j. conserua rad. c. nula campana ꝑ. j. ꝑ. boli orientalis in aqua ulmaria vel cardui lota ꝑ. ꝑ. cum syrupo acetoso, fiat opiata.

Roborando cerebro, & sopitis facultatibus animalibus recreandis formula sequens valde confert.

Opiata cephalica.

ꝑ. conserua betonica ꝑ. vi. conserua rosarum ꝑ. ꝑ. confectionis alkermes ꝑ. iiii. pulueris electuarii dianthos ꝑ. ij. specierum electuarii diamargarit. frigid. dianisi, diamoschi an. ꝑ. j. cum syrupo de stachade q. s. fiat opiata.

Languenti ventriculo ob frigiditatem, vel humiditatem, & coctricis facultatis imbecillitatem, prospero successu imperabitur opiata, hoc modo concinnata.

Opiata stomachica.

ꝑ. conserua veteris rosarum ꝑ. ꝑ. conserua anthos ꝑ. ij. nucis moschata condita ꝑ. j. pulueris aromatici rosati ꝑ. ij. puluer. diacynamomi ꝑ. j. diambra ꝑ. ꝑ. syrupo de menta, vel iulepi rosati q. s. fiat opiata, cuius ꝑ. j. detur mane ieiuno stomacho, & in fine singulorum pastuum.

CAP. XV.

De conditis.

AD commoditatem earum partiū, que principatum in nature æconomia tenent, mixtura quædam inuenta est, opiatis suauior, quam recentiores conditum vocarunt.

Materia conditorum.

Paratur ex conseruis, pulueribus cardiacis & sacharo, quantitate multum inter se dispari mixtis. Granulatum enim vt fiat, plus additur conseruæ, quam in opiatis, mi-

nus pulueris, & sachari plurimum, soletque conspergi foliis auri conditura, tum ad oculorum gratiam, tum ad virium præstantiam. Conficitur namque ex omni genere cardiacorum, modo gustui non ingratorum. Cum enim eius vsus frequens esse debeat, quibus imperatur, vt macilentis, languidis, & his, qui ex longo morbo conualescere incipiunt, nullius, si fieri possit, aut pauculæ insuauitatis particeps esse debet.

Conditum cordiale.

Sic vero ad iacturam virium omnium refarciendum, conditum recte parabitur.

ꝑ. corticis citri conditi ꝑ. ij. conserua bu-gloss. & rosar. an. ꝑ. ꝑ. specierum electuarii de gemmis, diambra, & diamargaritonis frigid. an. ꝑ. j. ossis de corde cerui ꝑ. ꝑ. scobis vnicornis, lapidis bezoardici an. gr. vj. folia aurin. vj. sachari rosati triplum, aut quod sufficit fiat conditum granulatum.

Quibus præ imbecillitate subinde nauseat ventriculus, vel esculenta, potulentæ, statim vt assumpta fuerunt, eructat in intestina, feliciter exhibebitur conditum si iuxta formulam hanc conficiatur.

Contra eusymphyti maiori ꝑ. ij. pulueris diarrhod. abb. assumptorū.

ꝑ. conserua veteris rosar. ꝑ. vi. conserua scobis eboris, coralli rubri an. ꝑ. j. cum sachari rosati triplo pondere, aut q. s. fiat conditum, de quo mane ieiundo ventre, atque ante & post singulos pastus ꝑ. j. sumatur.

CAP. XVI.

De pasta regia.

PASTA regalis & opiata non parum habent affinitatis, ex iisdem enim fere constant ambo, eaque sola, R. de letio teste distinctio intercedit, quod regalis pasta opiata siccior, & electuario humidior, imo utroque solidior: consistentia enim electuarii & opiata tam parum dissimilis est, vt eadem esse putetur. Vt sit, pasta regia non quidem mazapanis est, vt putat Gorræus, sed confectio quædam sic à recentioribus dicta, quæ alio nomine electuarium regium

Differentia inter pastam regalem & opiata.

Electuarii regium. regium à Mefue nuncupatur. Propter enim vires, quibus pollet, regias, id est, eximias, ad expectorationem & alios pectoris affectus, id nominis sibi vendicauit.

Panes dulciarii. Constat vero conferuis, pulpis, syrupis, pulueribusque tanta industria preparatis, & simul subactis, vt ex mixtura quædam exurgat tractabilis massa instar pastæ, à qua nomen, & ex qua boli, aut paruuli panes dulciarii cuiusuis figure concinnantur, qui sensim exsiccantur, ne vsus tempore digitos contrectantium lentore quodam commaculent. Sic autem eiusmodi pastæ conficiuntur.

℞. amygdalar. dulc. pistaciior. mundatorum. strobilorum per diem in aqua rosarum maceratorum an. ℥ h. pulpa iuiubar. dactylor. passular. damascenar. an. ℥. iij. gummi tragacantha ℥ j. amygd. ℥ h. sachari rosat. quod sufficit. fiat pasta.

Ad sputum mouendum Rondeletius pastam imperat descriptam hoc modo:

℞. conferua capillor. vener. & bugloss. an. ℥ h. puluer. diatragacanti frigid. diatricos simplic. an. ℥ ij. penidiarum sachar. cand. an. ℥ ij. syrupi de glycyrrhiza parum, vel quantum sat est: fiat pasta: cuius consistentiam, si paulo maior syrupi quantitas liquidiozem effecerit ex pasta opiatam efficiet.

C A P. XVII.

De mazapanis.

MAZAPANIS vel marcipanis confectio est, à recentioribus sic nominata, quæ pro bellariis frequentioribus habetur. Esui enim gratissima est, plurimumque nutrit, vnde macilentis imperatur, & his, qui pulmonum pectorisq; præter naturam affectibus diuexantur.

Marcipanis quibus confect. Ad eius confectioem bechica ac dulcia multa accedunt, vt *sacharum, pistacial-strobili, & alii fructus suaues, ex quibus tussis, & cum aqua vel simplici, vel rosacea accurate subactis fit massa, de qua placentulæ, vel morselli, vt loquitur Ron-*

deletius, concinnantur, & in furno leniter concoquuntur, donec colorem ex rufo flauescentem & duritiem mediocrem acquirant.

Vulgaris huius confecturæ modus apud *Marcipanis dulciarios pistores simplicissimus est, vt quibus con-* qui ex *amygdalis, rosacea & sacharo* tantam præparent.

Aromatarii vero præter hæc adiciunt nonnunquam Medicorum consilio, quæ partem quandam respiciant, humorem noxium contemperent, & simul alendo & medendo sanitatem tueantur, vel refarciant.

Est autem vsitatissima suauissimaq; massæ panis hæc confectio.

℞. amygdalar. dulc. decorticatar. ℥ iij. pistaciiorum mundat. ℥ j. pistentur in mortario lapideo cum pauca aqua rosar. adde sachari albiss. lb. h. fiat pasta, de qua formetur cylindri, vel placentulæ, quæ in clibano leuiter coquantur.

Est & hic conficiendi marcipanis modus vsitatus, & ad flatus discutiendos accommodatus.

℞. pistaciiorum ℥ j. amygdalar. dulc. à cortice purgatarum ℥ ij. anisi ℥ j. cinamomi ℥ j. terantur fructus in aqua rosata: adde sachari ℥ iij. fiat pasta, quæ si ob aquæ copiam liquidior fuerit, lento igne leuiter feruefiat in pelui, donec crassescat; deinde formetur placentulæ in furno, post extractum panem parum coquendæ.

Huc rerû affinitate spectare possunt illi paruuli ac oblongi panes, ex *farina, triplo, aut quadruplo sacharo, & pauco coriandro, cum exigua ouorum portione subactis simul confecti, quos vulgus panes biscotos appellat. Sed cû sua cuique relinquenda sint, nec in messem alienâ falx iniicienda, eiusmodi dulciarii panes pistoribus conficiendi sunt relin-* quendi.

C A P.

De piniolato seu pignolato.

NON multum dissimili modo fit aliud pasta genus, à necotericis pignolatum & piniolatum dictum, quod ex pineis mundatis paratur immersis in *sacharum* liquatum, & ad *sachari rosati* consistentiam coctum.

Ut autem pinei rancorem omnem deponant, debeat prius in aqua diem integrum, aut saltem dimidium macerari, & *sacharum in rosacea* liquari. Sic enim confectura gustui erit amior, ut & olfactui, si *moschi* aliquot grana commisceantur, ut in multis bellariis interdum fieri videmus, quæ in principum mensis apponuntur. Vsitior autem conficiendi piniolati formula hæc est.

Piniolatum optimum.

℞. *sachari paulo infra consistentiam electuarii solidi in aqua rosarum cocti lb. s. misce pinciarum mundatarum, & in aqua subinde mutata per duodecim horas infusarum ℥ ij. dein rudicula agitentur simul, ut probe tota massa subigatur, cui antequam plane refrixerit, adde moschi ℥ j. fiat pasta, de qua formentur cylindri super charta reponendi & exsiccaadi, ut indurecant.*

De pandaleis.

ALIVD solidioris adhuc pasta genus, *pandaleon* dictum, ad pulmonum & pectoris affectus à Rondeletio præscribitur. Ex multis enim constat, quæ humorẽ lentum attenuant & coquunt, & ad expectorationem mouent, videnturq; *pandalea* omnia bechica esse nec ab eclegmatis & syrups pectori destinatis, nisi consistentia, differre, ut nec ab electuariis solidis, nisi forma quadam externa. Simili namq; modo componuntur, parantur, & coquuntur; sed electuaria solida duriora sunt, & in tabellas complanantur figuræ cuiuslibet, quadratæ, aut oblongæ; *pandalea* vero integra seruantur in pyxide lignea, perinde

Pandalea qui differant ab eclegmatis & electuariis solidis.

ac conferuæ in vitrea aut fictili, & vtendi tempore frustũ aliquod cochleari aur cultello confringitur, quod perinde ac taxillum alphœnici aut tabellæ alicuius bechicæ in ore retinetur, vt liquefeat, & paulatim initar lohoch deglutiat. Eandem consistentiam habent, & in similibus vasis solent asseruari, atque *sacharata* illæ confectiões, seu conditura, in Hispania celebrata, quas vulgo *Marmeladas* appellat.

Marmelada

Fiunt igitur vt plurimum ex puluere quodam non insuauis, & *sacharo* in aqua conuemente liquato & perfecte cocto, vt crescere valeat.

Conferuæ nonnunquam adduntur, vt & portio mellis; si ita rei exigentia postularit, ita tamen paratum *pandaleon*, vt cunq; palato displicet; aridet vero plurimum, quod paratur hoc modo:

℞. puluer. diareos Salomonis ℥ j. diatra-gacant. frigid. ℥ ij. puluer. santal. citrini ℥ j. *sachari* in aqua tussilaginis, vt decet, cocti, ℥ iij. fiat *pandaleon*, quod in vase ligneo reponatur.

Sunt etiam, qui *pandalea* conficiunt ex pincis, vel amygdalis decorticatis atque contusis, & *sacharo*, vel melle, ad hunc modum.

℞. pinciarum mundatarum & contusarum ℥ j. penidiarum ℥ s. mellis despumati & cocti quantum satis, fiat pasta solida, seu *pandaleon*.

De hypoglottidibus, vulgo sublinguis.

TVSSIS & oris fætor obuios quosuis exercet molestissime, cū aures illa, hic vero nares importune feriat. Vtriq; affectui medentur bechici & aromatici quidã parui pastilli, qui à terete forma, quam illis non raro Pharmacopœi tribuunt, & à qualitate, qua insigniter pollent, ad humorem tussim committentem expectorandũ, pilulæ bechicæ nominantur; ab vtẽdi modo, quod sub, vel potius super lingua contingantur.

Moscardini. tineantur, hypoglottides; ab odore, quem à *moscho* mutuuntur, *moscardini* nuncupantur.

Suaues sunt, quæ iuxta hanc formulam componuntur.

℞. *sachari albi* ℥. j. *penidiarum* ℥. ℞. *ireos* ℥. ℞. *santali citrini, cinamomi an.* ℥. j. *moschi* ℥. ℞. cum mucagine gummi *tragacantha* in aqua rosacea extracta, fiat pasta: de qua formentur parui pastilli figura cuiusuis, teretis, quadrata, rhomboidis, in ore sæpe interpastus continendis.

Facilis quoque est paratu & vsu suauiissima hæc descriptio:

℞. *sachari rosati* ℥. ij. *sachari candi* ℥. j. *amylis* ℥. ij. *specier. diacynamomi, dianisi, & ireos an.* ℥. j. *macis* ℥. ℞. *zibethi gr.* ℞. cum mucilagine *tragacantha* in aqua melissa extracta, fiant hypoglottides.

C A P. XXI.

De tabellis.

TABELLÆ ad electuaria solida pertinent; imò electuaria sunt ipsa, cum ex pulueribus fiant & *sacharo* perfecte cocto, vt confidentia durior acquiratur, & diutius ac securius absque virium dispendio conferuetur.

In tabellis autē conficiendis par *sachari* quantitas, vt mellis in electuariis liquidis additur. Alterutrum tamen nunc angetur, nunc subtrahitur, prout electuarii virtus expetitur validior aut imbecillior.

Tabellis purgantibus dragma vna tantum pulueris solet cōmisceri vnciæ *sachari* in aqua aut alio liquore, vt decet, cocti. Roborantibus ad gratiam palati, maius *sachari* pondus additur, vt vnciarum duarum, ad dragmas singulas puluerum.

De tabellis autem paucis nunc, ac obiter tantum in hoc libro de remediorum formulis ago, cum iam *supra cap. 11. lib. 3.* in medicamentorum, quæ in officinis diutissime conferuantur, descriptione, non modo de electuariis liquidis, sed & solidis seu tabellis fusillime differuerim.

Sed vt medicinā facturo omnia remedia, quæ ad manum esse debent, suggeram, aliquot tabellarum roborantium formulas describam, vt;

℞. *specierum electuarij diamargarit frigid. electuarij de gemmis an.* ℥. ℞. *puluer. ossis de corde cerui* ℥. ℞. *scobis eboris tenuissime lauigati* ℥. j. cum *sachari* in aqua rosar. soluti ℥. ij. fiant tabella, pondere ℥. j. aut ℥. ij. Singulæ sumantur mane ieiuno stomacho.

Qui valent opibus, & ex longo morbo resurgunt, vel à quacunque causa, *Palmo*, aut *liphymia* laborant, has tabellas curabunt præparari.

℞. *puluer. aureæ Alexandrina* ℥. ℞. *diacynamomi, hyacinthor. smaragdor. margaritar. subtilissim. tritarum an.* ℥. j. *cornu monocerotis, lapid. bezoardic. an.* ℥. ℞. cum *sachari* in rosacea dissoluti ℥. ij. aut ℥. iij. fiant tabella parua.

Ad hoc caput attinent tabellæ, manus Christi, vulgò nuncupata, quæ nihil aliud sunt, quam *sacharum rosatum*, vel *simplex*, vt vulgare, vel magis compositum, quod *margaritas* recipit, vocaturq; manus Christi per lara cuius hæc est descriptio.

℞. *sachari albi* in aqua rosarum optima soluti, & supra syrupi consistentiam cocti ℥. ij. *margaritarum electarum tenuissime laugarum* ℥. j. fiant tabella.

C A P. XXII.

De pulueribus.

PRÆTER eos pulueres, qui in officinis ad futuros vsus asseruantur, de quibus alibi diximus, alii quoq; multi in rem presentem solent præparari, vt ad frigiditatem ventriculi, & facultatis coëtricis imbecillitatem, puluis digestiuus vulgò dictus qui ex stomachicis, roborantibus, coctionem iuuantibus & flatu discutientibus conficitur, hoc modo:

℞. *anethi & coriandr. preparatorum Puluis flatu an.* ℥. ij. *corticis arantiorum conditorum* ℥. j. *discuiens. ℞. cinamomi* ℥. j. *macis, caryophyllor. an.* ℥. ℞. *sachari candi* ℥. ij. aut ℥. iij. fiat omnium puluis.

℞ Alius

Tabella roborans.

Tabella manus Christi.

Sachari quantitas in tabellis.

Portio sachari in tabellis purgantibus.

Alius quoque pulvis virtutis eximia ad corroboracionem ventriculi & partium sanguificationi dicatarum, & ad flatuum dissipacionem sic parari poterit.

Alius.

℞. fœniculi dulcis & coriandri conditorum an. ʒ. i. scœnanthi, salami aromatici an. ʒ. ʒ. dianisi, diamargar. frigid. & diaciumamomi an. ʒ. i. crusta panis tostæ ʒ. ij. sacchari albi ʒ. ij. fiat omnium pulvis.

Ad earum partium, quæ nobilitate cæteris præstant, & facultatum robur, in febribus malignis confici possunt pulveres cardiaci & alexiterii, hoc modo:

Pulvis cordialis.

℞. radic. angelica, tormentilla an. ʒ. ʒ. ligni aloes ʒ. i. seminis citri, cinamomi an. ʒ. ʒ. ossis de corde cervi, scobis eboris, margaritarum electarum an. ʒ. i. cornu monocerotis, lapidis bezoardici an. ʒ. ʒ. dictamni ʒ. ʒ. sacchari rosat. ʒ. i. ʒ. fiat omnium pulvis, qui ieiuno ventre, aut longe post pastus detur cū aqua scordii, aut cardui, aut distillato restauratio, vel alio liquore idoneo.

Fiunt & pulveres topici, qui vulneribus solidandis, vel vlcibus carne implendis admouentur, de quibus suo loco.



SECTIO II.

DE HIS, QUÆ VEL INDVNTVR, VEL INIICIANTVR;

ET PRIMVM,

C A P. I.

De Errhinis.

MEDICAMENTA vel sumuntur, vel induntur & iniiciuntur, vel admouentur. Adsumuntur zupia, apozemata, syrapi & alia pleraque, quæ non, nisi per os ingeruntur, de quibus supra: Induntur, iniiciuntur, & in errhina, glandes, pelli, & enemata: Admouentur vnguenta, emplastra, fotus & alia multa, de quibus ordine nunc disse-

rendum, initio ab his sumpto, quæ corpus quidem ingrediuntur, sed non per os, verum per nares, vterum, aut sedem; per easque partes habent egressum, per quas ingressum.

Quæ naribus immittuntur, *errhina* ob id, & *nasalia* vulgo dicta, medicamenta sunt, quæ naribus purgando capiti exhibentur; vnde & caput purgia etiam cõmuni therapeuticoꝝ Medicorum consensu vocatur.

Nasalia.

Fiunt ex his, quæ facultatem acrem habent & extergentem, qua vis expultrix validius laceßita, humorẽ in cerebro stabulantem mouet & foras excutit: cuiusmodi est *beta*, *cyclaminis*, *cucumeris agrestis*, & *maiorana succus*; vt & pulvis *euphorbiæ*, *ellæbori*, *piperis*, & similibus qualitate acri præditorum, qui in nares insufflatus sternutamentum mouet, & cerebrum purgat. Nonnulla quoque; fiunt ex astringentibus & agglutinantibus, vt quæ ad hæmorrhagiam sistendam præscribuntur.

Errhinorum materia.

Dantur sub varia forma, vel liquida, quæ per nares attrahitur, vel solida, quæ intra ipsas inditur, vel forma pulueris, qui insufflatur.

Errhinum liquidum sic recte parabitur.

℞. succorum radicis *beta* & foliorum *maiorana*. ʒ. i. succorum *brassicae maris* & *cyclaminis* an. ʒ. ʒ. miscet & si *errhinum*, cuius portio vt ʒ. ʒ. mane per nares attrahatur, & subinde iteretur, & aqua in ore contineatur, ne ad ipsum e naribus errhinum refluat.

Errhinum liquidum.

Quædam dantur forma vnguenti, quod narium interiora liniuntur, valentque in diuturnis capitis affectibus, oculorum caligine, epilepsia & odoratus hebetudine, corpore prius, vt decet, repurgato. Sic vero parabuntur optime.

℞. radicis *cucumeris sylvestris*, *pyrethri* an. ʒ. i. *piperis albi*, *carpesiorum staphysagria* in forma ar. ʒ. ʒ. cum pauco oleo *Ireos* & *cera* fiat liniunguentum.

Errhinum vnguentum.

Errhinum solidius ad sistendum sanguinis e naribus profluuii, sic poterit parari.

℞. boli *armena*, sanguinis *draconis* an. Aliud solidius ʒ. i. rosar. *balaustior. pulueratorum* an. ʒ. ʒ. diuisum

sum

sistendam cum pauco albumine oui simul agitentur, hamorrhagiam auriū. immoerantur pili tenuiores leporis, vel lannugo salicis, & fiat velut turunda, seu er-rhinum forma pyramidali naribus intro-mittendum, cui filum alligabitur, vt pro arbitrio queat extrahi.

Puluis ster-nutatorius. Puluis ptarmicus seu sternutatorius, cum ad nalalia pertineat, sic à nobis descri-betur.

℞. ellebori vtriusque an. ʒ. i. euphorbii ʒ. ʒ. radice Ireos nostratis sicca ʒ. ʒ. fiat o-mnium puluis tenuissimus, de quo portio tantilla in nares insuffletur, præmissio con-ueniente cathartico.

C A P. II.

De pessis.

NOMINE pessis, seu pessarii omnia, que intra sinum pudoris adhibentur, intelligere licet, quæ ab Hippocrate *Πριαιπισκοτα* vno verbo nominantur, vt vnguenta, litus, radices, aut herbae intrita, & penicilli. Hic vero sumitur pro medica-mento oblongo, digiti crassitudinem & longitudinem æquante & aliquando su-perante, quod intra mulierum naturalia reconditur, eique filum alligatur, cum pe-nitius intrudendum est, vt commodius ex-trahi possit.

Pessorum forma. Forma pessarii pyramidalis esse debet, læuis, rotunda, nullaq; inæqualitate aspe-ra, ne collum vteri lædat; debentque duo aut plura inæqualis magnitudinis parari, vt primo tenuius immittatur, postea cras-siora.

Dua diffe-rentia. Sunt autem duæ huius remedii diffe-rentiæ: vel enim ex materia quadam soli-diore, vt plumbo, fit pessus, turundæ canu-latæ similis, qui vero angusto, agglutina-to, obstructo & clauso inseruit, aperiendo, referando & dilatando; vel ex alia materia medica, & sanguini tenuando, vel increas-fando, vel mouendo vel sistendo conuenit. Fere autem ex aromaticis parantur, cum menses præsertim ducendi sunt, aut hyste-ricæ suffocationis symptomata compescē-

da. *aphor. 28. lib. 5. Lib. de morb. mul. Hip.* recreare Aromata enim non parum recreant vte-rum, licet non sub odorispecte, sed suo vapore benigno & aereo vasorum ora di-ducunt, & obstructa liberant, ob idq; fluo-rem menstruum concitant. Sed cauend-um, ne acria valde sint ipsa, aut talia simul misceantur, ne os vteri & ceruicem exul-cerent, quando diutius in vteri vagina pes-sus hæreere debet.

Ante vero intromissionem pessarii, ad-itus vteri rebus odoratis inungatur, vt oleo moschelino, aut liquidambar, vel simili, quod zibethum aut moschum exceperit; ex quibus & cera fiunt sæpe litus, quo virgi-num naturalia inunguntur: pudor enim puellaris pessaria respuit, quæ non nisi re-fractis virginitatis repagulis queunt in-tromitti.

Perro materia pessorū fere ad vnguen-ti formam reducitur, in eamque liqua-tam immergitur lana pexa, aut gossipium, & formatur pessus iuxta longitudinis te-nui linteo aut panno sericeo inuolutus, cui filum appenditur, propter causam superius allatam.

Sic autem ad menses ducendos confi-cietur pessus.

℞. nigella, baccarum lauri an. ʒ. ʒ. myr-rha ʒ. i. fabina, dictamni an. ʒ. ii. castorei ʒ. mensium i. puluer. hiera picra ʒ. ii. cum oleo nardino & accelera-tionem. pauca cera, fiat linimentum, quo insuccata lana pexa panno sericeo inuoluatur, & fiat pessarium, oleo moschelino aut nardino, ante intromissionem liniendum.

Non omnia priapiscota obuoluuntur, sed instar suppositorii, ex materialibus ad consistentiam solidiorem redactis forma-tur pessus, qui penis longitudinem refe-rat, vt ad sistendos menses, hoc modo.

℞. boli armena, sanguinis draconis an. Pessus ad ʒ. ii. pulueris myrtillorum, rosarum, balau-menses si-stiosiorum, hypocistidis an. ʒ. i. vnguenti comi-standos. tissa ʒ. i. igne lento simul commisceantur, & fiat pessus forma pyramidalis, & iusta magnitu-dinis.

Aromata

CAP. III.

De modulis, vel potius penicillis.

PARTIS cuiusque conditio & natura non omnia semper remedia etiam eximia ferre potest, vt quæ propter pondus grauat, vel ob duritiem ledunt. Vnde emplastra ad effectus alicuius curatione etiã optima relinquuntur, vel ad formam vnguenti reducuntur, vt facilius possint tolerari: hinc in ano, qui cõdylo matris vel rhagadibus exasperatur, & in orificio pudendi muliebris externo, quod vlcerebus scater, nec suppositoria, nec pessi adhibentur, sed penicilli molles, quos nõ satis proprie quidã nodulos vocitant, cū apophlegmatismi verius nomen hoc sibi valeant arrogare.

Penicilli namque non in nodum efformantur, nec perinde sunt duri, sed mollissimi, vt qui ex cotone, vel lana fiant, succo vel vnguento quodam idoneo insuccata: Sicque à partibus affectis sine molestia admittuntur, & facile feruntur. Vt etiam in curandis vulneribus fieri cernimus, intra quorum labra duo, aut plures aliquando reconduntur.

Sepe autem adhibentur ano, & anteriori vuluæ, cum harum partium vlcera tã conditio alia remedia nõ facile ferat: fiant vero ex materia diuersa pro affectus, cui destinatur, varietate, vt ad dolorem ani, quem acer humor inuexit, demulcendũ.

Penicillus anodynus.

℞. cerati refrigerantis Galeni ℥. ℥. vnguenti crudi seu nutriti ℥. ij. cum dimidio oui vitello fiat lini mentum, quo flocculus lana inungatur, & admoventur affecta parti.

Ad vlcereis sordidi detersionem penicillus hic erit vtilissimus.

Alius detergens.

℞. Syrupi de absinthio, mellis rosati an. ℥. ij. myrrha, aloes an. ℥. ℥. misce, & cum lana fiant penicilli.

Idem præstat hapsus lanæ aut gossipii, vnguento de apio imbutus & parti admotus.

Ad vlcereis desiccationem commendatur & hic.

℞. vnguenti albi Rhasis ℥. ℥. desecati ui rubri, & vnguenti diapompholigos an. ℥. ij. misce & cum pexa lana, vel carpto bombace fac penicillos. *Alius desiccans.*

CAP. IV.

De suppositoriis.

EX ventris torpore humorum fit confusio & immensa morborum propago, quæ vt vitetur, aliis pigrior alimentis humectantibus lubricanda, vel clisteribus eluenda, vel glandibus subdititiis sollicitanda, vt singulis diebus, præcedentis diei excrementa deponat: fecibus namque diutius cohibitis, nec pro assumptorum ratione descendebitis, ad caput vapores ascendant, corpus ingrauescit, ciborum concoctio læditur, ac reliquæ functiones euadunt deteriores.

Ventris seignities naturam male læcessit.

Quibus igitur pudor obrepit, vt virginibus, sæpe nates Pharmacopœo nudare, de aluo per clysterẽ sollicitanda, cogitanti, aliud dabitur medicamenti genus, à supponendo, *suppositorium* dictum, quod quisque propriis manibus, intra anum recondere facile poterit.

Olim subdititium hoc medicamentum, glandis formam à qua & *glans* sæpius vocatur, referebat, nunc vero longius efficitur, & digiti aut pessi cuiusdam longitudinem æquit.

Glans subdititia.

Est autem plurimum suppositoriorum v. s. cum enim facultas expultrix hebes est, nec statò tempore fæces ad exclusionem cogit, suppositorio acri, velut aculeo stimulanda, seu quãdo rectum intestinum induratis fecibus nimio opere saturatum, nec clysmum admittere potest, seu iam admissum egerere nequit.

Suppositoriorũ vsus.

Multum vero conferunt eiusmodi subdititia medicamẽta ascaridibus enecãdis, & his affectibus, quibus aluum fluere optimum est, nec enematis eluere tutum, vt

in

in enterocele, & in intestini recti ab humiditate nimia prolapsu & inuersione.

Suppositorium basis.

Basis eorum est *mel*, quo solo sæpe confusque cocto dum crassescat, nec amplius inquitur digitos concinnantur. *Mel* enim cum tenuium sit partium, acrimoniam quiddam habeat, necesse est, ait Galenus *cap. 38. lib. 3. de aliment.* qua aluum ad excretionem proritet.

Melli nonnunquam additur *sal communis*, aut *puluis hiera*, aut alius simplex vel compositus.

Suppositorium commune ad facultatis excreticis stimulum paratur hoc modo.

Suppositorium commune.

℞. mellis ℥. ij. salis communis ℥. ij. vel salis gemmae ℥. iij. lento igne coquantur in paruulo cacabe ad crassitudinem legitimum, & fiant suppositoria iusta longitudinis multa pro quantitate mixerum. Vix n. vnicum suppositorium ex cocto melle tantum paratur, sed simul plura fieri consueuerunt, ne exigua mellis portio, quæ conficiendæ glandi sat esse potest, citius vratur, aut patina ignita pereat, quam tractabilem consistentiam acquirat.

Ad vermes sedis enecandos, & ad pituitam, qua nutriuntur, educendam, sic parata suppositoria feliciter induntur.

Aliud ad vermes.

℞. aloes ℥. j. agarici, absinthii an. ℥. j. salis gemmae ℥. ℥. fiat omnium puluis, cui admisceantur mellis, ut decet, cocti ℥. ij. fiant suppositoria, quorum singula oleo amygdalarum amararum, aut absinthii, vel felle bonis peruncta, dum opus erit, indantur in anum.

Pro infantibus interdum exacuitur frustulum oblongum saponis albi, ad formam glandis, & inditur; aliquando & cauliculus *bete* vel *mercurialis bery* pro illita vicem gerit suppositorii: hæc enim omnia blande aluum exonerant.

C A P. V.

De clysteribus seu enematis.

CLYSTER vel clysmus nomen à Græcis mutuatum abluionem significat, vt

enema iniectionem, atque pro eadem utraque vox vsurpatur; per inferiora enim aluus ablui non potest, nisi iniectione quadam præmissa, quæ per sedem in intestina infunditur, ad vim eorum excretoriam pigriorem iusto proritandam, duritiem ventris emolliendam, intemperiem alterandam, dolorem sedandum, flatu discutiendos, fluorem cohibendum, intestinorum vermes enecandos expellendosque.

Ad alios quoque multos effectus consequendos clysteres instituuntur, quia nulla fere corporis pars est, quæ ex illo solamen aliquod non percipiat, *com. ad aphor. 17. lib. 18.* Si caput dolor exercuerit, si oculos lipitudo, si fauces strangulatio, si pectus suffocatio, si ventrem inflatio, si renes inflatio, si mesenterium obstructio, si vesicæ dysuria, ischuriaue, his omnibus prospere clysmus medetur malis.

Magnus clysterum vsus.

Sui quoque sunt & vtero clysteres, per metrenchytem in illius fundum iniiciendi, sui & vesicæ; Sui nec vlceribus defuncti, quorum os angustum est, & sinuosa profunda que cavitatis.

Sumitur vero pro medicamento liquido, quod per sedem in intestina infunditur, cuius descriptiones traditur varix, pro affectuum, quibus destinantur, varietate, vt ad emolliendam aluum, hoc modo.

℞. malua, violarum, althea, branca vrsina, mercurialis parietaris, an. m. j. seminis foeniculi, ℥. ℥. hiemali tempestate, astiu vero seminum quatuor frigidorum maiorum ℥. j. si. decoctio in sufficienti quantitate aqua, de cuius colatura sumatur ℔. j. ℥. ad summum pro grandioribus, libra dimidia pro infantibus, & ℔. j. vel paulo plus aut minus, pro his, qui inter pusillos & proceros media sunt statura.

Decoctio communis clysteris.

Seruatur eiusmodi decoctio biduumestate, in frigidiore loco incorrupta, hyeme quatriduum; recens tamen parata semper melior iudicanda, perperamque faciunt multi Pharmaceopei, qui hebdomadam integrā idem decoctum ad quosuis vsus seruant.

Quandiu decocta pro clyst. possint incorrupta seruari.

In ea sæpe decoquuntur folia orientalia,

Q 3 vel

vel dissoluuntur electuaria quædam & mel, pro vario Medicorum scopo, vt ad seignitatem ventris & humorum illic cunctantium educationem.

℞. quatuor emollientium, atriplicis, parietariae florum meliloti & chamameli an. m. j. fiat decoctio in sufficiente quantitate aqua; in colatura ad ℞. j. dissolue mellis mercurialis ℥. ij. sachari rub. ℥. j. benedicta laxatiua ℥. vj. hiera picra Galeni ℥. ℞. fiat clyster, iniiciatur manu, vel longe post pastus.

Clysteris inventionem auis dedisse fertur.

Ad sopitam vim magis irritandam, quidpiam salis communis, vel gemmei solet adici, cuius facultatem ad ciendam aluum nouisse creditur, auis quædam nomine Ibis, ciconiæ non multum dissimilis, quæ aqua marina rostro oblongo excepta, ac in aluum immisso, se proluit, vsuq; clysteris, etiam referente Galeno in præfatione sui introductorii. Cauendum tamen, ne clysteribus ad dysenteriam præscriptis, salugo quædam dissoluatur, dolorem namque intestinorum redderet multo acerbiores.

Clyster carminatiuus.

Ad flatus discutendos clyster carmina, tius vulgo dictus, ad hunc parabitur modum.

℞. althea, parietaria, comarum anethi, origani, calamenti, abrotani, florum meliloti & chamameli an. m. j. coriandri, anisi, cumini an. ℥. ℞. fiat decoctio in colatura ad ℞. j. dissolue mellis anthosati ℥. ij. benedicta laxatiua ℥. vj. electuarii de baccis lauri ℥. ℞. olei anethi ℥. iij. fiat enema.

Sunt qui pro oleis ex infusione paratis; ℥. j. olei, anisi arte spagyrica educti, aut paulo plus, minusue, pro corporis & morbi conditione dissoluunt: quod sæpe successu felici sum expertus, dum cætera votis non respondebant.

Validius purgant clysteres, qui pinguis non admittunt.

Hic notandum venit, enemata, quibus oleum permiscetur, aut butyrum, vel vtrumque, seignius humores attrahere. Pinguium enim adiectione, cathartorum vis magis hebes, ac ignaua redditur, sed leniuntur, sedanturque citius dolores intestinorum. Propterea ad emolliendum po-

tius & leniendum, quam attrahendum olea, pinguius commiscetur, vt:

℞. decoctionis quatuor emollientium ℞. j. dissolue mellis violati, sachari rubri, catholici an. ℥. j. ℞. olei chamameli & butyri recentis an. ℥. ij. fiat clyster.

Nec omittendum est, enemata non solum inferiora intestina proluere, sed etiam media, & superiora non nunquam, cum scilicet ventriculus male affectus est, & ab inferioribus intestinis trahit, ita vt, inquit Galenus cap. 1. libr. 3. de sympto. caus. nonnulli portionem clysteris per vomitum excluderunt, quamuis alibi contrarium tenere videatur.

Quosque enemata perstringant.

Hoc quoq; accidit, dum macilentio clyster ex lacte, vel decocto carniū paratus iniicitur, cuius dulcedine & gratioso tempore famelicus, & inanis ventriculus allectus, velut sugendo liquorem ad se trahit, quo se se reficiat, vt ex Auenzoare scriptum legitur in suo Theysir. cap. 18 tract. 10. lib. 1.

Ad lethargum, apoplexiam & alios affectus cerebri, in quibus sensus torpent, ignauaque est vis facultatum, clysteres hoc debent modo parari.

℞. betonica, maiorana, calamenti, salvia, origani, an. m. j. mercurialis, atriplicis, an. m. ij. fiat decoctio, in qua bulliat foliorum fenugreci ℥. j. cum ℥. ij. anisi. In colatura ad ℞. j. dissolue mellis anthosati ℥. ij. confectionis hamech & hiera diacolocynthidos an. ℥. ℞. aut ℥. vj. salia ℥. ij. aut ℥. iij. fiat clyster.

Ad apoplexiam.

Ad dysenteriam & alium ventris fluxum citatiorem cohibendum dabitur enema sic paratum.

℞. plantaginis centinodia, tapsi barbati an. m. j. bulliant in ℞. j. lactis & ℞. ℞. aqua fabrorum ad tertis partis consumptionem.

In colatura dissolue boli armene, amyli an. ℥. ij. vitellum oui j. fiat clyster.

SECTIO III.
DE HIS, QVÆ
EXTRINSECVS

ADHIBENT VR;

& primo,

C A P. I.

De balneis.

CVM absolute balneum dicitur, de tepido ex aqua dulci, seu pluuiali, seu fluuiatili parato, intelligitur, non de sordido Celtiberioſi balneo, qui vrina diu tenuata lauari, vel potius conſpurcari curabāt, nec de balneis medicatis, quæ in diuerſis terræ plagis ſcaturiunt, quæq; pro varietate mineralium, quæ proluunt, varium ſaporem & halitū ſortiuntur, & vini ad multos affectus curandos eximiam. Tot enim fere medicatarum aquarum ſcaturigines, quot morbos, terra profert. [Galenus cap. 5. lib. 1. de ſanitate tuenda.] Multas nunc inſignesque Normania, peneque tota Gallia fundit, vt & Germania, Italiaque, ſed hic loquimur tantum de balneo, quod ex aqua ſimplici, vel herbarum decocto, in ſingulorum ædibus parari poteſt.

Balneorum
uſus triplex.

Paratur autem triplicem ob cauſam, ob delicias nempe, ſanitatis cuſtodiam, & morborum depulſionem. Prioris, quod ſcilicet ad mollitiem & voluptatem refertur: veteres Romani fuerunt olim cultores mirum in modum profuſi, nam balnea publicis viſibus, magna mole ac inimitabili artificio ſtruxerunt, Alexandrino & Numidico marmore. Nam parietes Thafio lapide partim fulgebant, partim picturis nitentes viſum non parum reſciebant, atq; in eorum piſcinas argentea epiſtomia aquam vel tepidam, vel calidiorē ad libitum fundebāt. Tanto enim ſtudio proſequebantur balnea, vt ex his nonnulli ſepties ſingulis diebus lauarentur; maxime vero Imperatores

Balneorum
ſuperba ſtrua
aura.

& patritii, qui ſeorſim lauabantur. Cū tamē balneum voluptaria ſit res, vt aſſerit Iureconſultus *Vlpianus*, ad maiorem voluptatē, Balnea Romani habebant in deliciis. *Balnea Romana habebant in deliciis.*

Ad ſanitatis cuſtodiam, qui feruido ſunt iecore, vel cutim habent ſqualidam, balneas aquæ tepidæ ac dulcis ſape & feliciter ingrediuntur. *Oribasius c. 27. lib. 1.* Balneorum magna utilitas.

Ad morborum depulſionē multus quoque eſt balneorum uſus. Laudat namq; Galenus [c. 10. lib. 10. method. med. c. 20. lib. 12.] in hæctica febre, in diaria, & etiam aliquando in putrida, obſeruandis.

In pleriq; morbis conferre Hippocrates [Part. 4. lib. 3. de victu acutor.] ante Galenum multis in locis ſcripſit. Cutis enim ſpiracula ſoluit, humores diſcutit, feruorē viſcerum temperat, laſſitudinem tollit, terrenumque melancholicum humorem diluit, temperat, lenit.

Hæcticiſ ditiſſimis parabitur balneum ex lacte vel ſolo, vel aquæ portione adiecta. Aliis minus opulentiſ aqua ſufficiet, eaque potius fluuiatilis, aut pluuiæ, q̄ fontana aut pluuiæ, cui proderit ſtirpes quæſdam vel integrantes, vel earum partes incoquere, vt:

℞. althea, maluarum, violarum, foliorum vitis & tuſſilaginis an. m. iiii. bulliant in ſufficienti quantitate aquæ fluuiatilis aut pluuiæ pro balneo. Balneum ex decoctione herbarum.

Ad morpheam & alias cutis ſcæditates proderit, corpus primum in balneum immergi ſupra deſcriptum, modo ante per vniuerſalia remedia, chatharſim phlebotomiamque, praua ſuccorum colluuiēs emendata fuerit, & ſanguinis copia immunita; dein in *infra* deſcriptum, quater aut quinquies, aut pluries in ipſum, ſi vitium poſtularit, lauare.

℞. foliorum enula campana, oxylapathi, ſcabioſa an. m. vj. clymeni rubri, fumarie an. m. iij. bull. in ſufficienti quantitate aquæ, & alias cutis ſcæditates. Balneum ad morpheam balneo qua ſatis faciat parando.

Credidit olim nimis inſipienter perdita quædam

quædam gens, Elephantiasim balneo ex humano sanguine parato sanari: Sed hoc cum sit horrendum etiam dictu, & a cæcitate quodam inuentum, prorsus fugiendum. Tantum enim malum, in quo tota naturæ æconomia labefactata est, nec remedio cuiquam externo, nec ei, quod intrinsecus assumitur, nec sæpe simul omnibus cedit.

CAP. II.

De semicupio, seu infessu.

VT balneum corporis totius est laueru, excepto capite, quod tamen sæpe vaporibus tentat, sic semicupium dimidii: Est n. balneum abdominis tantu, vel dimidium solum, aqua vel decocto idoneo plenum, cui æger ad ventriculu vsque insidet, cruribus & tibiis extra porrectis. A Græcis *εμφυρισμα* vocatur, à Latinis *infessus*, & *infessio*, & aliquando *semicupium*. Fit ex eadē materia, qua forus & balneum; quorum altero maius & altero minus est, ac velut inter vtrumque medium.

*Semicupii
usus.*

Huius præsidii multiplex agnoscitur usus. Ineruit enim vtero molliendo, vasis eius referendis, colicæ affectionis cruciatibus, sedandis, & aliis doloribus, qui vel renes à calculo obfitos, vel vterus obstructos, vel alias ventris partes imas excruciant, mitigandis.

Ad doloris nephritici sedationem, vbi emollitione & vaporum diductione opus est, sic parabitur semicupium.

*Semicupium
ad nephritici
cum dolore.*

℞. betula, albea, maluarum, violarum, parietaria, florum meliloti, summitatum anethi an. m. iij. seminis lini ℥. ij. coquantur omnia in aqua pluuiali, vel fontana pro semicupio.

Sunt, qui materialia excipiunt sacco, parti magis dolenti, in ipsa infessione admouendo. Ante ingressum corpus crudis & viscidis humoribus scatens medicamento idoneo, si tempus permiserit, repurgandum, sin minus alius tantum clystere laxanda.

Ad ventris exsiccationem, duriciem, tentionem & colicum dolorem encatasmata

parantur aliquando ex omazorum decoctione, quibusdam lac additur, aliis vinum, nonnullis oleum.

Vbi dolor colicus à flatuum copia ortus, ventrem distendit & excruciat, semicupium parabitur adhuc modum.

℞. poly, calamenti montani, origani, summitatum anethi, florum meliloti, maiorana an. m. iij. seminum anisi, foeniculi, cumini, baccarum lauri an. ℥. j. Includantur omnia duobus sacculis, qui bulliant in aqua sufficiens, & fiat semicupium, in quod æger resupinus, à genibus ad umbilicum demergatur.

Aliud ad colicam flatuosam.

CAP. III.

De vaporario.

EX hisdem paratur vaporarium, quibus semicupium, sed quantitate minore. Sat enim est in lebere pauca quædam concoquere, quorum vapor sursum per cathedræ foramen, cui æger insideat, delatus, vel vterum, vel anum feriat. His enim maxime partibus medetur, cum scilicet referendus est vterus, menses euocandi, vel sistendi, hæmorrhoides aperiendæ, vel constringendæ, dolor sedandus, & intemperies quædam alteranda.

Ad mensium prouocationem, ne vapor disgregetur & in ambientem exhalet aerē, cathedra pertusa, cui mulier insidebit, accurate pannis multis inuoluetur; Sic enim sursum ascendens, ad sinus pudoris officiu facile deferetur, & vaporum ora permeans, sanguinem attenuabit, & ad motum concitabit.

Remedium hoc sequenti formula descriptum, mensibus & hæmorrhoidibus cingendis idoneum.

*℞. fol. alth. arthemisia, calamenti, cala-
mintha, hyssopi, satureia, maiorana, an. m. j. ad mensium
sabina, m. ij. florum melilot. chamameli &
iasmini an. m. ℥. fiat decoctio in aqua &
quarta parte vini albi, cuius vapor admit-
tatur dicto modo.*

*Vaporarium
ad mensium
& hæmorrhoidum
censationem.*

Ad fluorem vtrumque sistendum, accomodatissimum erit sic descriptum.

℞. bur-

Ad suorem ℞. bursa pastoris, centinodia, pilosella, uteri utrū. plantaginis, equiseti an. m. j. rosarum m. ij. que sistentiū. balaustrorum m. j. fi. decoctio in aqua sabrorum. cuius vapor inhiens naturalia.

Ad hæmorrhoidum dolorem leniendum, placandumque, sic parabitur.

Ad dolorem ℞. rapsi barbari m. ij. althea m. j. sem. lini hæmorrhoidi- ℞. bulliant in lacte, & podice tepidus vapor dum sedandum excipiatur.

CAP. IV.

De Hypocausto seu sudatorio.

Hypocaustū quid. HYPocaustum locus est, ad fornacula cuiusdam instar continnatus, in quo sudor elicitur siccō calore, ab igne subiecto, per spiracula parua ascendente. Alio nomine vocatur laconicum, quod eo præcipue Lacones uterentur, vt balneo Romani. Morbis confert frigidis ac diuturnis: Illius enim calor acer & feruidus, cum externum corporis habitum non modo calefaciat, sed etiam præcordia & partes omnes internas, potenter meatus aperit, humores calefacit, liquat, & per sudores proliciat.

Sed quia calor eiusmodi sic extrinsecus occurrando & simul intro sese insinuando, humores affatim proliciat, vix hora quarta parte tolerari potest, sine spirituum dissipatione, & iactura virium, quam lipothymia non raro consequuntur. Maxime vero delicatuli in hypocausto animo deficiunt, vt etiam hi, quibus est corpus impurum, & excrementis pluribus onustum. Proinde qui suæ sanitati optime consultū voluerit, ipsas fornaculas adibit nunquam, nisi prius humorum sarcina, medicamento sublata idoneo, & sanguine, si plenitudo suaserit, imminuto. Sic enim vtilius succorū, qui habitum corporis infarciunt, reliquæ foras per sudores ablegabuntur.

Non est improbanda rusticorum consuetudo, cum inopia Laconici, artificiosa industria, vt decet, extructi, dolium iustæ magnitudinis, vel ad ignem, vel cacabo

carbonibus ignitis, vel decocto quodam feruente impleto, ac in fundo illius reposito, calefaciunt, illicque sedentes profuse sudant, & facile sine animi deliquiis.

Ex his nonnulli furnum, à quo nuper panis extractus est, ingrediuntur, atque caput extra præfurnium tantum exerunt, & illic sudant ad libitum.

Ad sudorem his promouendum, qui lue venerea laborant, Chirurghi quoddam æstuarium ex viminea textura effinxerunt, instar caueæ cuiusdam, in qua cicurandæ aues incarcerantur vocantque nec improprie, nec infacete *caueas*, in qua quidem aues non nutriunt, sed ab his nutriuntur.

Illic inclusi miselli, cum lateribus aliquot ignitis, & stragulis inuoluti, coguntur, donec sudor copiosissimus ex vniuerso corpore proliciat, præbilito ante guaiaci cremore aut farseparille, aut altetius alexiterii, quod simul sudores moueat & virus luis venereæ deleat.

CAP. V.

De fomentis seu fotibus.

TANTA fœtus habet commoda, vt nulla pars est corporis, quæ foueri, hoc est, per fotum curari non patiatur. Hunc præseribit Aetius oculis male affectis; Tralilianus *iniriolib. 6.* auribus, alui profluuiio, imo dolori cui libet sedando quoddam describit conuenientissimum. Nec in febre *Fotuum Celsus cap. 12. lib. 3.* omisit fomenta validiora, vt nec omittenda pleuriticis, hepaticis, lienosis, calculosis, arthriticis, & partibus omnibus, quarū nec vlcus continuitatem diuisit, nec vulnus secuit integritatem: cutim enim ad transpirationes raram faciunt, ait Oribasius *c. 29 li. 9.* sanguinem attenuant, eius portionem discutiunt, & sic efficiunt, vt affectæ partes mitius dolore premantur.

Ad multas igitur intentiones fit fomentum, vt ad robur ventriculo reconciliandum sic:

R ℞. ab-

Fomentum
roborans
ventricu-
lum.

℞. absinthii, menthae utriusq; comarum
anethi, rosarum an. m. ij. pulegij, maioranae
an. m. j. balaustrorum, nucum cupressi con-
cusarum an. ℥. j. bulliant in aqua cum quarta
parte vini sub finem decoctionis additi,
fiat fodus cum spongiis.

Ad lienis mala Trallianus varios fodus
praescribit, ex his, quae vel ipsum roborant
vel humores incidunt, digeruntque, vel e-
ius intemperiem quamlibet immutant;
vt, ad illius robur, obstructionemque libe-
randam, corpore prius rite purgato, fiet sic
fomentum.

Fom. splene-
ticum.

℞. ceterach, scolopendrii, absinthii Ro-
mani, stochados utriusq; tamarisci, an. m.
ij. florū geniste, lasmini an. m. j. fiat decoctio
in aqua & vino, modo nulla sit inflamma-
tionis suspicio: vel, in aqua sola, & singulis
decocti libris olei capparum ℥. ij. addician-
tur, pro fodu partu cum spongiis, vel saeculis,
dictu simplicibus impletis.

Ad pleuritidem fodus sic descriptus vti-
liter admovebitur.

Aliud ad
pleuritidē.

℞. altheae, violarum, malua an. m. ij. flo-
rum meliloti & chamam. comar. anethi an.
m. j. sem. lini ℥. j. si decoctio in aqua vel lacte,
pro fodu lateris dolentis, cum lana aut
spongiis.

A fodu liniatur pars oleo quodam pare-
gorico, vt liliorum, amygdalino, violarum,
aut butyro recenti.

Fodus calculosis saepe imperantur, re-
gioni renum adhibendi, vt:

Aliud pro
calculosis.

℞. nasturtii aquatici, parietaria, betula,
violarum an. m. ij. fenugraci ℥. ij. fiat deco-
ctio in hydrateo, pro fodu regionis renum.

CAP. VI

De epithematis.

Differentia
inter fodus
& epithe-
ma.

IN TER fodus & epithema nihil discrimi-
inis quidam constituunt; Fernelius
contra, medicamēta diuersa esse tum for-
mula, tum viribus recte putat. Fodus
siquidem est multiplex qualitas, & paran-
di modus, fereque partibus singulis pos-

sunt ad moueri. Epithemata vero duabus
potissimum qualitatibus eximia sunt, al-
terante, qua intemperiem quandā emen-
dant; & roborante, saepe que alexiteria, qua
vifcus nobile tuentur, & virus aliquod op-
pugnant, atque iecoris fere cordisque re-
gioni tantum ad mouentur.

Parantur saepius ex aquis stillatitiis, ear-
diacis & alterantibus, aut liquidissimis de-
coctis, quibus pulueres viribus singulares
permiscuntur. Proportio pulueris est scrupuli
vnius, aut dragmae dimidia tantum
ad uncias singulas stillatitiarum aquarum,
quibus parum aceti solet commisceri.

Diluitur interdum puluerum loco, non
nihil ex confectioe quadā alexipharma-
ca, tempore pestilenti, vel cū agrotus ipse
maligno quodā morbo, qui cor & faculta-
tum robur impetit, iam correptus est: tunc
enim securum est parum Theriaca, aut mi-
thridatii epithematis commiscere.

Ad iecur ex febre exaestuans, refrige-
randum & roborandum sic fiet epithema.

℞. aquarum cichorii, endiuia, nenupha-
ris & plantagini an. ℥. ij. aceti rosati ℥. j.
pulueris triasantali ℥. j. pulueris diarrhod.
abbat. ℥. j. trochisci de caphura ℥. ℞. fiat epi-
thema, quo tepido insuccentur panni la-
nei, vel linei, & subinde admoveantur re-
gioni hepatis.

Ad muniendum cor, & tuendum vitalis
facultatis robur, epithemata sic parata op-
tima sunt.

℞. aquarum buglossi, scabiosa, cardui, o-
xalyatis & rosarum an. ℥. ij. aqua theriacalis
℥. ij. specierum diamargar. frigid. triasantali
an. ℥. j. pulueris radicum tormentilla,
gentiana, dihamni & grani tinctoris an. ℥.
℞. misce, & fiat epithema, quo linteum in-
succatum regioni cordis applicetur.

Veteres pannum coceyneum laudant,
quicum in baphia arsenico multo inficia-
tur, a recentioribus improbat. Probo-
tamen ego in morbis venenatis, in-
quibus ipsa venena saepe sunt
salutaria.

Epithema-
tū materia.

Epithema
hepar refri-
gerans.

Aliud con-
fortans con-

CAP. VII.

De lotionē.

NON hic per lotionem intelligimus balneum aquę frigidę, quemadmodum Oribasius c. 7. lib. 1. & Paulus c. 51. lib. 1. sed particularis alicuius membri ex decocto medicato ablutionem, ad sordes auferendas, intemperiem corrigendam, humorem digerendum, partem roborandum, & somnum conciliandum. Ad pediculos quoque capitis enecandos lauari capillitium prodest, vt decocto ad hunc modum parato.

Lotio ad phthiriasim.

℞. staphysagria ꝑ. ij. absynthii, tanacetii, betonica, centaurii minoris an. m. ij. bulliant in sufficienti quantitate aqua ad tertias. Coletur decoctio, qua caput abluatur cum spongiis vel linteis.

Vetulis, quę moleste ferunt canos habere capillos, quod a maritis despiciantur, hæc denigrans capillos imperabitur lotio.

Lotio denigrans capillos.

℞. corticum quercus & alni an. ꝑ. ij. gal-larum ꝑ. ij. corticis nucum viridium lb. ʒ. foliorum mali granati & myrthi an. m. j. fiat decoctio, cui adde aluminis ꝑ. ij. vitrioli ꝑ. ij. Decocto colato abluatur capillitium, nec detergeatur linteis, sed in sole non feruido, aut aere calidiufculo exsiccetur.

Quęcunque tamen præ deliciis seipsas ornant, inquit Galenus cap. 2. lib. 1. de compos. med. local. harum nulli tale quippiam a me petenti exhibui. Sic enim multę sese fucant, vt fallant.

Olim autem frequentius, quam nunc, caput lauabatur, nec sine ratione, vulgare prouerbium auditur, nunquam caput lauandum, raro pedes, sæpe manus.

Ad somnum conciliandum lauantur aliquando pedes, decocto simplicium, quę calorem mitigant, & sensus sopiunt, ad hunc modum parato.

Lotio pedum concilians somnum.

℞. lactucarum m. ij. betonica, florum nenupharis an. m. ij. florum papaueris m. j. fiat decoctio in aqua pro lotionē pedum.

CAP. VIII.

De embroche & aspersione.

PER embrochationem oleum, vel alius liquor, vt decoctum affectioni curandę accommodatum, instar pluuie, super partem aliquam delabitur, sicque dicitur a Gręca dictione βερρο, id est, pluo, seu irri-go, vnde embrochatio, quasi a pluuia descēdente irrigatio. Hoc medicamentum in vsum venit, ait Aetius cap. 172. ser. 3. setr. 1. vbi ob aliquam circumstantiam balneum adhiberi prohibetur. Et in vigiliis, & in febribus, & in delirantibus valde conuenit, velut est decoctum papaueris & chamame-li. Archigenes præceptorem suum Agathinum ex vigiliis delirantem, confestim a delirio & vigiliis liberauit, capite eius multo oleo calido irrigato.

Eiusmodi irrigationes a fotu tantum dissentire videntur, quod illę supra partem ex alto delabantur, hic vero admoueat-ur cum spongiis, aut pannis, & aliquando sacculis.

Iam vero irrigamus, inquit Oribasius Irrigatio, c. 13. lib. 9. vbi inflammatio resoluenda, aut abscessus suppurandus. Aspersione vero vti-mur ad faciem, atque in febribus ardenti-bus; a stiuo tempore, aqua frigida; hyberno, ea ipsa calidiore. Verum in simplicioribus febribus, & in stomachi subuersione etiam poscam aspergimus. Vtimur adhuc asper-sionibus in oculis fluxione infestatis, ocymi decoctum velur efficacissimum adhiben-tes, sed subiicienda mento spongia sicca, ne defluat aqua ad pectus.

Componitur autem embroche, seu irri-Embroche gatio ex simplicibus, vino, aqua, lixiuio, ad lethar- aut oleo coctis, vt ad lethargũ, hoc modo: gum.

℞. cyperi, calami aromatici, iridis, ligni lauri an. ꝑ. ʒ. salvia, roris marini, pulegii, sampuci, calamenti, stechnados vitrii, que an. m. ʒ. sebaenanthi, seminis coriandri, cum- mini an. ꝑ. ij. fiat decoctio in libris tribus a- qua ad tertiam partem consumptionem. Colatu- ra adde aqua vita ꝑ. ij. fiat embroche capitis.

Ad somnũ vero conciliandũ, ex simplici- bus con-

bus contrariam facultatem habentibus parabitur irrigatio ad hunc modum:

Irrigatio somnum provocans.

℞. lactucarum m. ij. florum nymphaea, rosarum albarum an. m. j. florum papaveris, betonica an. m. ℞. fiat decoctio, cuius colatura pro embroche capitis esto.

Ad irrigationem referri potest aquarum medicatarum, ut Borbonensium stillicidium, seu gutturnium, de quibus agere, nostri non est nunc instituti.

C A P. IX.

De linimento seu litu.

LINIMENTUM media est consistentia inter unguentum & oleum: Illo siquidem liquidius est, hoc vero crassius; nam ad sui spissitudinem parum cere aut pinguedinis admittit, ne tam facile diffluat, nisi sole aut igne parum ante incaluerit. Basis illius oleum est, cui nonnunquam additur aliquid ex resinosis & pinguibus præter ceram, ita tamen, ut consistentiam semper retineat molliusculam. Est enim litus seu linimentum nihil aliud, quam unguentum valde molle, ad cuius confectioem oleum quoduis assumi potest, modo viribus polleat proposito scopo accommodatis. Omnis autem fere litus, cum paregoricus sit, & doloris sedatiuus, ex oleo, ut plurimum simplici, vel amygdalino, violato, aut simili, quod nullo excessu temperiem quandam immutet, conficitur, ut ad lateris dolorem in pleuritide sedandum hoc modo:

Linimentum quid.

Litus ad pleuritidem.

℞. olei amygdalarum dulcium ℥. ij. ℞. butyri recentis insulsi ℥. j. cera parum, fiat litus.

Ad dolorem ex intemperie ab humore frigido natum, oleum quoddam assumendum est, quod pari gradu calefaciat, quo & humor ipse à temperie discessit. Idem est iudicium de temperie contraria, ad medicamentum viribus contrarium. Litus enim ad dolorem ex humore calido natum, ex oleis refrigerantibus parandus est, ut,

Litus ad dolorem ex humore calido.

℞. olei nenupharis ℥. ij. ℞. olei rosati ℥. ℞. cera ℥. ij. liquecant omnia simul, & fiat linimentum. Vel sic;

℞. olei violati ℥. ij. mucaginis seminis al-

thea, vel lini. ℥. j. cera parum, fiat litus, affectæ parti admouendus. (plicabitur.

Intemperie frigidae sic paratus litus applicabitur. ℞. olei chamameli & anethi an. ℥. j. ℞. a-xungia anatis ℥. j. cera ℥. ij. liquecant omnia simul, & fiat litus. *Alius ad intemperie frigidam.*

C A P. X.

De mucaginibus.

QUONIAM de mucagine sæpe fit mentio, quæ vel sola admouetur, vel aliis remediis admiscetur, de ea quoque paucis, ut agamus, nunc nostrum suadet institutum.

In primis autem efficax est ad molliendum, humectandum, & dolorem leniendum, ut quæ ex glutinosis radicibus & feminibus extrahitur: nonnunquam & ad digerendum, & attrahendum, ut quæ ex gummis multis educitur. Semina fere sunt lini, fenugræci, malvæ, citioniorum, psyllij & althea, cuius & radices aqua tepida macerantur, multa mucilagine luxuriant. Multum quoque eructant ficus, gummi Arabicum, tragacanthum, & ixyocola, si per noctem, in aqua, vel alio liquore infundantur, & postridie recalcacta, exceptaque tela noua, aut sacco fortiter exprimantur. Sic extrahitur mucago bdellij, sagapeni, ammoniaci, galbani ad confectioem emplastri de mucilaginibus accessura.

Mucaginum usus.

Singulis autem aquæ velli liquoris alterius vncias, singulæ radicum, vel seminum vnciæ solent imponi. Si tamè crassior mucago expectatur, augenda seminum aut radicum quantitas; si liquidior, minuenda, & dragma tantum seminis vnciæ liquoris infundatur.

Ad inflammationes quasvis proderit mucaginem adhibere sic paratam.

℞. radice althea ℥. ℞. seminis psyllij ℥. ij. infunde super cineres calidos, per diem integram aut dimidiam in aquarum nymphaea & solani ℥. iij. dein eliciatur mucago, dolenti parti admouenda.

Mucago ad inflammationem.

Oculorum dolori à causa calida mitigando, conueniet, & quæ sic elicitur.

℞. seminis citioniorum ℥. iij. infunde per noctem in aquarum nenupharis, solani & euphrasie an. ℥. j.

Alia ad dolorem oculorum ex causa calida.

an. ʒj. ʒ. mane fiat extractio mucaginis, affectæ parti admouenda.

C A P. XI.

De collyriis.

MEDICAMENTVM optimum non tantum affectui, sed affectæ parti accommodatum est. Non enim quoduis auribus, ori, naribus, vtero præscribitur, sed quod accommodare singulis exhiberi potest. Oculis peculiaris quædam decernuntur, collyria dicta, quæ qualitatibus eximii prædita, illorum vitiiis eximie succurrunt. Cuiusmodi sunt, quæ Galenus libro de oculis, & libris 4. & 5. composuit. medicament. loc. literis mandauit, vt etiam Paulus & Aetius multis in locis.

Collyriorum differentia. Collyria sicca.

Sunt autem collyriorum duo genera; alia sicca, ab Arabibus *Sief*, à Græcis *ἄρρηκτα* à Latinis *collyria sicca* dicta; alia *ὑγρογόμα*, quæ humida sunt, & à recentioribus absolute collyria nominantur, seu quod ex forma liquida melius adhibentur: vix enim oculi remedium aliquod durum crassum ve perferunt, seu quod ex collyriis siccis fiant, ad corem læuigatis, & in aqua, aut alio succo idoneo solutis. Ex humidis quædam habent consistentiam mellis, aut vnguenti molliusculi, vt *tuthia* multa vstione & lotionè præparata, & cum succo *feniculi*, aut alio idoneo liquore ad vnguenti formam redacta: alia plane liquida sunt & fluxilia, vt quæ ex aquis *euphrasia*, *rosarum*, aut *plantaginis* cum exigua portione *trochiscorum alborum* *Rhafis* parantur.

Tuthia præparatio.

Hæc in vitreis lagenis reponi solent, vt solidiora in vasis æreis.

Collyriorum materia.

Et vt numerosæ oculorum affectiones collyriis sanantur, sic eorum est materia multiplex, quæ desumitur, vt tota reliquorum medicamentorum familia ex mineralibus, animalibus, & plantis, ex quibus vel pulueres fiunt, vel aquæ destillantur, vel succi extrahuntur, vel excrementa sumuntur.

Cum visus acuendus est, paratur colly-

rium oxydoricum, ex his, quæ oculorū caliginimodentur, vt sunt *fella animalium*. Aqua com-
aqua chelidonii & euphrasia, vel aqua com-
munitatis, vulgo dicta, quæ sic parata, optima est.

℞. euphrasia m. iij. chelidonii, feniculi, verbena, silerū montani an. m. ij. ruta, melissa an. m. j. caryophyllorum, macis, piperis longi an. ʒ. ʒ. maceventur per noctem in aquis partibus aqua rosarum albarum & vini albi, tum fiat distillatio lento igne. Aqua seruat-
tur pro collyriis.

Ad palpebrarum scabiem pruriginosam, commendatur collyrium Brunii sic descriptum.

℞. vini albi, aqua rosarum an. ʒj. ʒ. aloes Collyrium hepatica subtiliter puluerata ʒj. fiat collyriū. ad scabiem
Roborantia & refrigerantia collyria ad palpebrarū.
hunc rite parantur modum.

℞. aquarum plantaginis & rosarum vrbat an. ʒ. ij. albuminis ouorum ʒ. ʒ. miscantur, agitenturq; simul, & fiat collyrium. Collyr. roborans & refrigerans.

Oculorum dolori sedando vtiliter adhibetur collyrium sic descriptum.

℞. aquarum portulacæ & plantaginis an. ʒj. ʒ. mucaginis seminis citoniorum in aqua solani extracta ʒj. fiat collyrium. Aliud ad dolorem oculorum.

Ad desiccationem, roborationem, & refrigerationem, collyrium sic paratum, efficacissimum est.

℞. aquarum pilosellæ, rosarum & euphrasia an. ʒj. trochiscorum al. Rhafis ʒj. tuthia præparata ʒ. ʒ. fiat collyrium. Exsiccans, robor. & refriger.

Collyrium Eleisir, vulgo dictum, roborat oculum, & vneæ prolapsum impedit. Sic vero conficitur.

℞. antimonii, hamatites an. ʒx. acacia ʒ. ʒ. aloes ʒj. terantur subtilissime, & cum aqua corrigiola, fiant trochisci. Collyrium Eleisir.
Ex quibus vsus tempore dissoluatur vnus in aqua rosarū.

Aliud cognominatur de plumbo, quod vim habet sarcoticam & consolidatiuam, ad huncque modum conficitur.

℞. plumbi vsti antimonii, tuthia lota, aris vsti, gummi Arabici, tragacanthi an. ʒj. opii ʒ. ʒ. fiat omnium puluis. Collyrium de plumbo.
& cum aqua rosar. fiant trochisci, quorum singuli vsus tempore

Collyrium
Lanfranci.

Pore diluantur in liquore quodam idoneo. Ad vlcera venerea commendatur collyriū Lanfranci, apud quem tamē inuenisse, mihi illius opera excurrenti nondū cōtigit. Eius descriptio à recentiorib. datur sic.

℞. vini albi ℥b. j. aquarum plantaginis & rosarum an. q. s. auripigmenti ℥ ij. viridis aris ℥ j. aloes, myrrha an. ℥ ij. terantur subtilissime, & fiat collyrium.

CAP. XII.

De lacte virginali.

Lac virginale ex his est, quæ iuniorum adiuuenit sedulitas, qui non paruam apud vulgus gloriam captant, cum ex duobus succis vnicoloribus & aqueis simul mixtis, lacteam quandam substantiam, albā, viscidam & lentam instar lactis oculis subiiciunt. Sic enim multi ingenii sui specimē exhibentes, quasi miracula facere crediti sunt & soli naturæ secreta rimari. Dicitur autem lac virginale, partim à colore, quem habet lactis, partim à consistentiā & viribus, quibus pollet maximis, ad vitia cutis delenda, quæ virgineum faciei colorem immutant. Est vero multiplex huiusce topici medicamenti parandi modus, sed vfitatior hac formula describitur:

℞ lithargyri subtiliter puluerati ℥ iij. aceti vini albi optimi ℥b. ℞. misceantur, agitentur, & si tres horas relinquuntur: dein panno villoso ita filtrantur, ut liquor infusus in excipulum subiectum guttatim stillet. Tū aqua sic filtrata alia aqua vel pluvialis, vel fontana, cui parum salis fuerit solutum, cōmiscetur: Ex vtriusque enim concursu lac prodibit virginale.

Est & hæc vfitata parandi methodus.

℞. aceti albi optimi ℥b. ℞. lithargyri, auri tenuissime triti ℥ j. bulliant simul ad consumptionem tertiae partis. Colatura adde parum olei tartari, & fac lac virginale.

Aliud sic adhuc fit:

℞. cerusa ℥ ℞. lithargyri ℥ j. trochiscorū de camphora ℥ ℞. aceti fortissimi ℥b. ℞. macebantur tres aut quatuor horas. agitentur, filtrantur. Liquore extracto admisceatur aqua florum fabarum, vel plantaginis, aut rosarū,

cui salis parum fuerit dissolutum, & fiat lac virginale.

Valeat plurimum faciei rubori, herpetibus & aspredinibus cutis.

CAP. XIII.

De aqua aluminosa.

REVM affluuitas aliam aquam exhibet, Rad multa eximie virtutis, quæ ab alumine, quod habet pro basi, aluminosa nūcupatur. Eius confectionem cum multi succi ingrediantur, quos recentes habere melius sit, quam asseruatos, vix ante & post æstatem paratur, sed fere circa finem Augusti, aut initium Septembris. Tunc enim *agresta* succus copiosus est, & acidissimus, quia immaturus, propterea aquæ huic parandæ magis idoneus.

Extrinfecus vtiliter adhibetur ad inflammationes, herpetas, & alias plerasque cutis infectiones cohibendas, deregendasque. Admota quoque super lingua per febres acutas nigricante, illius non modo scabritiem delet, sed calorem temperat, & ad colorem naturalem reducit.

Eius descriptionem vfitatorem & magis probatam hic exhibeo, cui peritus Medicus alia facile poterit adiungere, si cuiusdam affectionis particularis natura ac cōditio ita suaserit. Formula autem parandi talis est:

℞. succorum plantaginis, portulacæ, *agrestis*, aluminis rupei an. ℥b. j. albuminum ouorū n. xij. agitentur omnia simul baculo auro rudicula, & postea distillentur in alembico.

Sunt, qui præstantiorē reddunt ad pityriasis & alias affectiones cutis, succos solani & limonum commiscentes, vocantq; aquam aluminosam magistralem.

CAP. XIV.

De frontali.

FRONTALE *αεαγδδνα* Græce dictum, medicamentū est, quod fronti impostū, capitis dolore laborantes iuuat. Datur quoque sæpe ad illius ardorem extinguendum, & conciliandum somnum, cū per febres perpetuæ vigiliæ vires deiciunt, langui-

Aqua aluminosa facculata.

Aqua aluminosa magistralis.

ACM

Lac virginale cur distillatum.

Lac virginale qui fiat.

nem corrumpunt, & mentem exagitant. Tunc n. salutare est, topico refrigerante & hypnotico, super osse coronali admoto, dolorem lenire, feruorem misuere, sanguinem temperare, & fumos sursum repentes cohibere. Ad oculos quoque lipientes aut fluxione obsessos, ex Nicolao Myrepto, vtile est, frontalia adhibere, vt decet, confecta. Sed cauendū, ne cerebro pituitoso humectātia, refrigerantiaq; frontalia adhibeantur, praesertim hyeme, ac senibus, cū ne quidem ipsis, ætate conueniant, nec aliis quibuslibet frigidis naturis. Iuuenibus vero & biliosis, & calido morbo, qui molestissimū capitis dolorē inuexit, cessatis, tempore quouis admota profunt.

At vero puellis, quorum ossa cranii adhuc hiant, nec verticem obseruant firmiter, minime tutus est frontaliū vsus; atque horum praesertim reformidandus, quæ vel acetum recipiunt cerebro inimicum, aut qualitatem habent narcoticam, aut valde refrigeratorem, aut calfactorem, aut alio excessu eximiam.

Profunt, quæ primis gradibus quatuor qualitatum intemperiem quandam mutant, vapores compefcunt, sensus benignè sopiunt, & cerebrum roborant.

Omnia autem frontalia sunt plus, minusve humida, vel prorsus sicca; humida, polyphormia sunt, & variam inter se consistentiam habent: vel enim forma vnguenti parantur, vel litus, vel opiata, vel cerato malagmatis, vt cum herbis in tritis oleagina quædam superadduntur, & ex mixtura conficitur frontale.

Sicca quoq; non vniformia sunt, sed ex foliis & florib; plantarū integris, vel pulueratis, & duplici sindone in tersutis parātur.

Familia est etiam mulierculis, quod fit hoc modo.

℞. foliorum lactuca & betonica minutim incisorum, rosarum, an. m. j. madeant in oxyrhodino, & fiat frontale.

Capiti feruori mitigando, & somnum conciliando valebit, quod sequitur.

℞. conserua nenupharum ꝓvj. conserua

rosarum ꝓ s. florum papauer alb. ꝓ ij. pisten- somnumque tur simul in mortario cum pauco vnguento concilians. populeone fiat frontale.

CAP. XV.

De cataplasmatibus & pluribus.

CATAPLASMA Græcis & Latinis dicitur, *Cataplasma medicamentum quoddam molle, quod quid.*

dolori sedando, repellendo, molliendo, laxando, calefaciendo, prorsus mouendo, vacuando, & digerendo extrinsecus tantum applicatur.

Consistentiam habet pultis, à qua sepe nomen assumit; sed proprie loquendo, puls alimentum dicitur, cataplasma medicamentum topicum, quod non modo ex melle, cui incocta essent, vel mixta medicamentata scopo accommodata, paratur, vt olim ab antiquis solebat, sed ex radicibus, herbis, farinis, oleo & butyro: atq; nunc sæpe à clinicis mulierib; ex lacte, mica panis, oleo, & vitellis ouorum vtiliter fit, ad mitigandum, leniendum, & concoquendum. Sic vero paratum cataplasma, pulrem qui vocaritur, vt pulrem ex farina hordei, mucagine seminis lini & vitellis ouorum, cum Fernelio cataplasma, nusquā aberrabit. Vtriusq; n. eadem est consistentia, inter vnguentū scilicet & emplastrum media, & quæ materia amborum mixta; vtriusq; eadem ratio conficiendi & vtendi.

Fernelius existimat, veterib; cataplasma & malagma idem esse. Galenus tamē in *initio lib. 7. de comp. med. gener.* medicamēta solū, quæ partes præter naturā induratas emolliunt, iuxta antiquorū sententiā nominat: ita vt medicamentum malaëticū, seu molliuū, & malagma non discrepare, nec rem diuersam constituere credibile sit.

Fiunt ergo cataplasmata ex radicib; foliis, cauliculis ad pūtrilaginem coctis, farinis, pinguedinibus, & oleis. Stirpes sicca, si expetantur, in puluerem reducuntur tenuissimum; si virides coquantur, dum contabescant, pīnfuntur, cribro traiciuntur; traiectis adduntur mucagines, pinguis, aut oleagina, & aliquando farina, atque denuo coquantur, dum pultis crassitiem acquirant.

Eius vsus.

Materia.

Quibus frontalia bene vel male conueniant.

Frontalium forma varia

Frontale feruorem mitigans;

Ad doloris sedationem, & duritiei molitionem hoc cataplasma laudatur.

Cataplasma anodynum, & malacticum. ℞ radicū liliorū & althea an. ℥ij. maluarum, parietaria, violarū an. m. ij. coquatur omnia ad putrilaginem, pistentur, cribro transmittantur: Cribratura addo farinae lini ℥ij. olei lilior. ℥ij. fiat cataplasma.

Valde quoq; emollit, & dolorem quemuis mitigat, quod paratur ex seminis lini farina in hydrelao, ad iustā consistentiā cocta.

Flatus dissipans. Ad serolos humores eliciēdos, poros cutis aperiēdos, & flatuum dissipationem, valet cataplasma hoc modo confectum.

℞ radicis bryonia ℥ij. radie. ebul. & cyclaminis an. ℥ij. mercurialis m. ij. coquatur ad putrilaginem in aqua cum quarta parte vini albi, terantur, & cribro cernatur. Crete adde pulueris baccarum lauri ℥ss. puluer. sem. fœniculi. cumini & florum chamameli an. ℥ij. farine lupinorum & fœnugraci an. ℥j. olei Irini q. s. fiat cataplasma.

Syncomistū. Cataplasma ex pane cibario syncomistum vocant, ad omnia, si Oribasio credimus utile est: Omnibus enim propemodum, inquit, inflammationibus conuenit, cum aqua & oleo rosaceo paratum. Ad multa quoque utile est, quod ex fermento & oleo conficitur. Partiem enim maturat, contusiones sanat, humores delitescētes ad cutim attrahit, digerit, resoluit.

Formula cataplasmatum variæ apud authores sparsim leguntur, quas hic recensere, vt operosum, sic non satis utile, cum pauciorum exempla sufficiant.

C A P. XVI.

De catapasmatis, empasmatis, & diapasmatis.

Cataplasma quid. CATAPASMATA proprie dicuntur pulueres odorati, ex pluribus compositi, qui ad fragrantiam & suauitatem, vestibus insperguntur. Pulueres quoq; sic dici possunt, qui partibus corporis, vt stomacho, post litum, ad illius robur adhibentur; quæ admodum & qui ex pluribus aromatis ad condimenta parantur, nec non ad vsus alios, veluti sunt pulueres sarcotici ad carnē

ulceribus generandum. Cathartici, ad hyperlarcosim abstinentiam, epulotici ad cicatricem inducendam. Paul. cap. 13. lib. 7. Sed quia eiusmodi pulueres iam supra attigimus, de his ne verbum quidem effluxisset, nisi cataplasmatibus & catapasmatis paronomasia eo nos redegisset.

Similis vocum affinitas de empasmatis & diapasmatis aliquid euuuiare, & differentiam, quæ inter vtrumque & cataplasma datur, aperire, nobis occasione obtulit: Empasmata sunt, inquit Oribasius, Empasma ca. 31. lib. 10. quæ vt immoderati sudores, aut quid.

alia per halitum digestio cohibeatur, aut cutis extremitas scarificetur, aut pruritu tenetur, adhibentur. Diapasmata, quæ ad suauem odorem cuti aut toti corpori conciliandum, forma quacunque ac pulueris, aut vnguenti, aut litus accommodata sunt. Cataplasmata sunt; quæ ad modum superiore capite descriptum, & ad vsus dictos conficiuntur.

Empasmata autem inseruiunt, vel profusioni sudorum sistendæ, qui immoderate fluunt, nec critici sunt, & vires exoluunt naturæ, vel hydropticis, ischiadicis, & orthopnoicis. Quæ sudorum eruptionem compescunt, parantur ex gypso, myrtho sicca læuigata, malicorio, rhoe Syriaco, sorbis siccis, tritis, galla, acacia, & similibus astrigentibus. Quæ hydropicos, ischiade laborantes, & recta solum ceruice spirantes iuuant; sunt ex arena, fece vini vsta, nitro, sale, sulphure, sinapi, nasturtio, pipere, pyrethro, & similibus acerbis, ex quibus dropaces & sinapismi, quorum eadem est cum empasmatis agendi ratio, parantur.

C A P. XVII.

De sinapismis, seu phœnigmis.

SINAPISMVS species cataplasmatibus quædam esse dicitur: vtriusq; enim consistentia similis est, sed vires multum diuersæ, quod in sinapismo fere sint vniufmodi, & perpetuo calefacientes: In cataplasmate multiplicis qualitatis, quæ efficit, vt ad calefaciendum, refrigerandum, emol-

C A P. XVIII.

De dropace & picatione.

emolliendum, laxandum, & alios affectus supra dictos præscribatur. In acutis autem morbis raro, imo nunquã adhibetur sinapis, nec in tabidis & colliquatis, inquit Oribafius c. 13. lib. 10. sed in lethargicis, in catoche, in perfrictione, quæ egre calefiat, atque in stupidis & fequioribus naturis, vt sensus partis hebes excitetur, facultas affulgeat, calor excitetur, humor discutatur.

Sinapismi conficiendi modus.

Conficiendi sinapismi modus ex Oribafio & Aetio c. 181. tetr. 1. ferm. 3. est huiusmodi: Caricæ in aqua tepida pridie macerare oportet, postmodum vehementer expressas contundere, dein acerrimum sinapi per se terere, caricarum cremorem inter terendum paulatim affundendo, quo facilius teri possit, non tamen fiat aquosum. Tum in massas leues redigito, alteram ex caricis, ex sinapi alteram. Et cum vehementem sinapismum volueris, duas sinapi partes vni caricarum addito: si mediocre, vtriusque partes aquas; si imbecillam, tertiam tantum sinapi partem duabus caricarum.

Si ex aceto paratur sinapisinus, inefficior est ac imbecillior, quia sinapi virtutem discutit acetum.

Linteo autem excipi debet sinapisinus, vt parti adhibeatur, quam sæpe intueri oportet, vt rum ex illius admotione satis ruboris cõtraxerit; alii enim citius, alii ferius eius sensum percipiunt. Propterea certum temporis spatium, quo in parte manere debet, definiri non potest. Quod si longo temporis spatio sinapisinus cuiusdam parti admotus non agat, nec cutis colorem immutet, spongius aqua calida imbutis fouenda est, vt facilius intro facultas illius queat subire. Vt enim sinapisinus ad cutim excrementa possit euocare, hanc si non vlcere, saltem rubrificare debet, vnde &

Phœnigmus.

phœnigmus, hoc est, rubrificans medicamentum solet appellari.

Post sufficientem sinapismi vsu, in balneum ducendus est ager, à quo pars rosacea illinenda.

Dropax topicum quoddam medicamentum est, interdum emplastrum modo durum, interdum, vt malagma molle, prout postulat vsus. Est vero dropax alius simplex, qui tantum pice & oleo modico paratur, vocaturque *πικτωμα*; id est, picatio; alius compositus, qui scilicet præter oleum & picem multa calefacientia recipit, vt piper pyrethrum, bitumen, sulphur vinum, salem, cinerem sarmentorum.

Dropax quid.

Differentia.

Conuenit autem maxime diuturnis morbis, inquit Aetius c. 180. tetr. 1. ferm. 3. & omnino ante & post sinapisinum adhibetur: Ante, vt corpus ad sinapisinum præparet: Post, vt reliquæ affectionis excindantur. Simplex sic & fit, & adhibetur.

Quibus modis conueniat.

Pix arida cum modico oleo liquatur, deinde calida adhuc cuti illinitur, & præterea locis agglutinatur, & priusquam perfecta frigeat, auellitur. Ea rursus ad ignem calfacta agglutinatur: & similiter priusquam frigeat, auellitur: atque hoc sæpe repetitur.

Picatio quomodo fiat.

Vtilis est assidue vomentibus, cœliaciæ affectionis, cruditatibus, & partibus alimentum non sentientibus.

Picatio quibus affectibus conueniat.

Compositior dropax fit ex calefacientibus enumeratis, cum videlicet partem quãdam perfrigeratam ad pristini caloris bonitatem reducere oportet, & cum exsiccati est opus, inquit Oribafius c. 30. lib. 1. additur sal, sulphur vinum, cinis sarmentorum: Si aperire, euphorbium & lymnestis, quæ alio nomine *adareæ* vocatur. Singula autem hæc trita pici liquefactæ insperguntur.

Dropax magis compositus.

Oportet autem dropacem calidam adhibere, crassitudinem habentem pro ratione virium ægri, pilis ante, vt dictum est, abrasis, in locis, quibus adhibetur.

Porro dropax confertim auulsus, spiritum remissum firmat, ad superficiem reuocat, & propriorum operum commonefacit, *Ast. loco dicto.*

Dropacis effectus.

Nonnunquam & adhibetur psyllothri vice, ad euellendos pilos capitis achoribus obsessi

obfessi. Malignum enim, foetidum ac contagiosum istud capitis vlcus, quod mulierculæ *rincam*, Arabes *asaphas*, vocant, non nisi euulsis, aut sapius abrasis capillis perfecte sanari potest.

C A P. XIX.

De psyllothris.

Psyllothrum quid.

PSYLLOTHRUM ad cosmetica medicamenta, quæ scilicet corporis cultui & ornatui inscriuunt, refertur, nec vnguenti aut emplastri, aut alicuius specialis formæ genus est, sed depilatorum medicamen, quod forma qualibet adhibitum, hispida partem, pilos ac lanuginem perdendo, glabram reddit. Omne autem psyllothrum proprie sumptum, cum erodentem & vstoriam habeat facultatem, non modo pilos attenuat, sed auellit, & ad tempus partem omnino denudat. Propterea non nisi magna cautione ac prudentia adhibendum est. Si enim cuti diutius immoretur, præsertim quod vstorium est, cutem vlcerat, pustulas excitat, & instar pyrotici adurit, vel vt escharoticum erodit. [*cap. 7. lib. 4. de loc. affect.*] Ex his, quæ partes glabras tuto faciunt, vtile est, inquit Orbasius *cap. 13. lib. 10. lixiuum stillatitium*, itemque *arsenicum, sandaracha, & calx viua*. Aliquid autem eorum, quæ vehementer exulcerant, alicui imbecilliori miscendum est, cuiusmodi est psyllothrum sic à Paulo Ægineta descriptum, *cap. 52. lib. 3.*

Psyllothrum Pauli.

℞. asellorum domesticorum ℥ij. sandaracha ℥. s. calcis viua ℥. j. aceti veteris. lixiuij ficulnei an. ℔. s. coquito in olla ad consistentiam linimenti.

Aselli domestici.

Norandum vero, domesticos asellos animalcula esse, quæ sub vasis aquariis stabulantur, & in globulos se conuoluunt, à Græcis *βίαι*, à Latinis vulgo *millepedæ*, à Gallis *Cloportes* nominantur.

Vt pili cadant, nec denuo renascantur, Rondelcius hoc imperat psyllothrum.

Psyllothrum Rondelcij.

℞. auripigmenti, ouorum formicarum, gummi Arabici an. ℥. s. gumi hedera ℥ij. cū sanguine vesperilionis, vel succo hyoscyami.

fiat linimentum ex aris; cuius portio adhibeatur loco nudato, abrasis prius capillis.

Ob insignem, quam habet, vim ad perdendos pilos *visis alba*, seu *bryonia*, ab Orbasio & Aetio psyllothrum nominatur.

Efficacissimum est, & quod ad hunc modum paratur.

℞. calcis viua ℥ij. auripigmenti ℥. s. lixiuij fortis q. s. coquatur, donec immissa pluma depiletur, & fiat linimentum, quo partes pilosa inungantur, & per hora quadrante sinatur, dein tergeatur, tū locus aqua calida lauet. *Aliud.*

In Turcarum dominio minerale quoddam *Rusma* illis dictum inuenitur, quod agendi præstantia omnibus psyllothris iure debet anteponi; licet enim admodum sit temperatum, nec partem, cui adhibetur, vrat, pilos tamen celeriter & sine dolore perdit, & loca lauiua glabraque reddit, nullo remanente pilorum vestigio. Vt ad votū applicetur, debet in tenuissimum pollinē læuigari, & cum portione media calcis viuæ in aqua dilui. Hanc mixturam Turcicæ mulieres paulo ante balnei, aut hypocausti ingressum, partibus obsecenis & axillis adhibēt, quas depilare & perperuo glabras manere desiderant. Est autē *rusma* scoriz ferri multum simile, sed leuius, nigrius, & quidpiam exustum referens, vt ex Bellonii obseruationibus *cap. 33. lib. 3. narratur.* *Rusma Turcarum.*

C A P. XX.

De vesicatoriis.

AB effectu, quæ præstat paruulū quoddam medicamentum externū, vesicas scilicet excitando, vesicatorium nominatur. Est autem paulo vehementius phœnigmo, seu sinapismo, qui tantum superficiē cutis rubrificat, & imbecillius pyrotico, quod eā ipsam adurit. Admotum enim cuti, epidermidem attollendo pustulā excitat, qua rupta, serum effluit, vel paucum, si in corpore sicciore, ac parte superna adhibetur; vel multū, si in humidiorē, vt in hydropico, ac in parte decliui, vt in tibia. Rupta n. cute, aliquando fluctuantis in abdomine & cruribus aquæ portio delabitur, & per vicusculum,

sculum, tanquã fonticulum perenniter effluit, sed vlcus sepe dysepuloticũ relinquit.

*atorio-
utili-*
Prodest vero ad odontalgia, pone aurẽ dentis dolentis vesicatorium admouere, vt aliquãdo ad pedium, in gonagra, podagraque, sed pituitosis magis, quã biliosis conferre creditur. Vidi tamen herpetem vesicatorio admoto perfecte sanatu, qui nullis aliis præfidiis cesserat. Marcellus laudat e. *19 lib. de re med.* ad lichenem. & alios affectus cutis sanãdos, si vulnere ex morfu ferarum inflecto, & bubonibus malignis applicetur vesicatorium, ex alto virus euocat, & faciliorem ac tutiorem curationẽ efficit. Rustici parare solent ex sola radice ranunculi intrita & admota; Pharmacopœi ex cantharidibus pulueratis, pauco aceto & fermento mixtis: Optimum est, quod ex earum puluere, pauco gummi elemi excepto, conficitur. Sic quoque recte fit.

*Vesicatoriũ
rusticorum.*

Aliud.

℞. euphorbij ℥. ss. piperis gr. vj. cantharidum preparatarum ℥. ss. fiat omnium puluis, qui excipiatur pauco fermento veteri & aceto, fiat massa mollis, de qua exigua portio extendatur super panno sericeo, & fiat vesicatorium.

C A P. XXI.

De pyroticis, seu cauteriis.

RECTE scribitur ab Hippocrate, *aphorif. vit. lib. 7. quacunq; non sanant medicamenta, ea ferrum sanat: qua ferrum non sanat, ea sanat ignis: qua ignis non sanat, ea incurabilia putanda.* Saepè enim morbi cuiusdã feritas tam seua est, vt nullo sit medicamento locus, sed vel pars secunda, vel vrenda, vel vtroque modo curanda. Vtitur saepè ferro candente, sed cum hoc remedium etiam fortissimorũ terreat animos, Medicorum sedulitas illius tanquam vicarium adinuenit, quod ab agendi vi & effectu, pyroticũ nominatur. Ignis enim efficaciam præstat, quando ipsius admotione, caro viua demoritur, mortua absumitur, & pars sana perforatur, vt morbide excretionẽ suscipiat; morbida aperitur, vt propriũ

*Pyroticum
enim dicitur.*

excrementum eructet. Sic abscessus cauterio diuiditur, vt pus extra profiliat, sic rumpitur vomica, sic pertunduntur bubones, vt suum quodque virus euomat.

Ad humoris rheumatici resolutionem, vel diuersionem, in diuersis partib. corporis adhibetur pyroticum, modo in capite, modo in brachio vtroq; modo in tibia alterutra. Admouetur quoq; ad curationem enterocœles super ea peritonei productione ampliore, qua spermaticæ venæ feruntur ad testes, vt caro noua in locum perditæ succenturietur, quæ viam intestino descendenti intercipiat, & sic in loco proprio, intestinum labi solitum contineatur.

*Cauterium
ad herniam.*

Hac curandi methodo multi circulatores incautos euitant, dum vasa seminalia simul cum productione pyrotico identidem repetito adurunt.

Desumitur autem pyroticorum omnis materia ex adurentibus, seu causticis, quæ scilicet quartum caloris gradum superant, veluti est: *calx viua, arsenicum, sublimatum, tartarum, auripigmentum, vitriolum, nitrum, & lixiuum forte, vt quod paratur ex cineribus sarmentorum.*

*Pyroticorũ
materia.*

Est vero multiplex pyrotica cõficiendi modus, quisque enim sua, suoq; modo parata seruat, quæ omnium præstantissima proficitur. Noui barbitionforem omnium maxime ignarum, qui sublimatum tantũ admouebat, pauco unguento Ægyptiaco subactum, omniumque pyroticorum securissimum mordicus contendebat.

*Conficiendũ
modus.*

Marianus in sua Chirurgia, plurimi facit cauterium quoddam ex Io. Vigonio surreptum, quod sic describitur.

℞. lixiuij lb. vj. saponis, vitrioli Romani an. ʒ. j. bulliant omnia simul in vase aneo ad aque consumptionem. Quod in fundo remanebit, colligatur, atque ex eo fiant cauteria diuersa magnitudinu pro arbitrio.

Cardanus ex solo saponis & calce mixtis, tritis, & ad unguenti consistentiã subactis, cauteria sua cõficiebat; Nunc vero parantur ad ignem, & formam nanciscuntur solidiorem, & magis idoneam. Vt hoc modo.

§ 1 *℞. cali-*

℞. calcis viua ℔. j. salis nitri ℥. j. infunde per diem integrū in ℔. iij. lixiuij ex cineribus vasorum vinariorum, vel herbarū calfacientiū parati: Subinde baculo tota mixtura agitetur, prostridie coletur, ter, quaterque, dum aqua clara euaserit, qua a neo vase excepta coquatur ad ignem luculentum, ad aqua consumptionē, non tamen ad perfectā lentoris exsiccationē. Tum ex ea massa sunt cauteria multa, multiplici q; magnitudinis, quæ in vase vitreo, oris angusti diligenter operculato ad futuros vsus alleruentur.

Sic adhuc recte ad hunc conficiuntur modum.

℞. cineris sarmentorū ℔. iij. salis gemmei ℥. iij. calcis viua ℔. j. ℔. infunde per horas quatuor, aut quinq; in ℔. xv. aqua pluvia, omnia simul, ac sepe agitando: tum bulliant parum; Atq; cum tota plane mixtura refrixerit, sexies, aut septies per linteam satie crassum coletur. Colatura limpidissima excipiatur area pelui, tam diuq; concoquatur, donec in ipsius fundo relinquatur petrea quadam materia, ex qua pyrotica varia magnitudinis formentur.

Inter Parei ferragines cauterium quoddam inuenitur, ridiculo nomine, sericeum, dictum, cuius vanam pollicitationem cum effectus improbet, eius descriptionem subicebo.

C A P. XXII.

De scuto.

VENTRICULI intemperiei frigida, ac imbecillitati multa medetur tam assumpta, quam ad mota. Assumuntur blanda purgantia & eustomachica, vt pilulæ ex aloë, & rheo, aromaticum rosatum, & pulueres digestiui, vulgo, dicti.

Admouentur calefacientia & roborantia, vt litus, forus, de quibus supra, & scutum, de quo nunc agendum.

Scutum cur sic dictum, & cui parati accomodatam. Eius differentia.

Sic autē vocatur medicamentū quoddam ventriculo peculiare, quod scuti formam habet, illiusque calorem suscitatur, robur adauget, & coctionem iuuat, ad motum.

Concinnatur interdū ex emplastro quoddam stomachico, super aluta extēso & ad-

moto, & aliquando ea parte, qua proxime carnem contingit, raro syndone inuoluto.

Sæpius tamen fit ex arida materia, quæ ventriculo confert roborando, crassiuscule trita, bombace excepta, & duplici linteo ad scuti formam conluta.

Materiam illam copiosissimam nobis suggerit calefacientium & roborantiū vberissima seges, inter quæ ea potius seligenda, quæ speciali dore ventriculū respiciūt, vt nux moschata, macis, caryophilli, calamus aromaticus, schœnanthum, rosa, menta, absinthium, & alia multa, quæ suauis odore spiritum recreant, & amico calore iuuant concoctionem. Sic autē parari potest scutum viribus ad dictos vsus efficacissimum.

℞. cyperi, ligni aloes, calami aromatici an. ℥. j. schœnanti, cinnamomi, caryophill. nucus moschata an. ℥. j. macis ℥. j. rosarum rubearum, maiorana, absinthij, menta an. ℥. ij. salvia ℥. j. fiat omnium puluis, qui cotone moschato exceptus & interfusus geminis linteis, in scuti formam concinnetur.

Misori sumptu confici poterit, quod sic describitur.

℞. galanga, ireos piperis, an. ℥. j. baccarū lauri, cumini an. ℥. j. absinthij virisusque, menta, salvia & rosi marini an. m. ℔. fiat omnium puluis, excipiatur carpro gossipio, & fiat scuti regioni ventriculi admouendum.

C A P. XXIII.

De cucufa, & semicucufa.

CVM cerebrum sit velut magna glandula Hippocrati lib. de glandul. & caput sit pituitæ sedes ac locus: instar n. cucurbitulæ trahit, magna cōgeries humoris frigidi in toto capite solet asseruari, qui nisi medicamentis idoneis vacuetur, aut perennis illius generatio impediatur, ad mēbra subiecta, puta fauces, pulmones, thoracē, & reliquas partes inferiores delabatur. Multi tamen adeo medicamenta vacuantia auersantur, aut tāta cerebri frigiditate laborant, vt etiā repurgati, sæpe de capitis grauitate, ac catarrho conquerantur, maxime si crepusculo sese commiserint, aut subdiu caput pauculo tempore nudarint.

Post.

Ventriculū peculiariter respicientia.

Scutum roborans & calefaciens.

Aliud.

**Cucufa ca-
piti sunt pe-
culiars.**

Post igitur vniuersalem purgationem ad robur capitis, ad frigidam eius intemperiem, ad dolores inde genitos, ad destillationem sistendam ex gollipio puluerib. cephalicis consperso, & duplici linteo interfuto, concufa capiti apta ac conueniens, instar pileoli formatur.

**Earum ma-
teria.**

Omnis porro materia puluerū, ex quibus infarciuntur cucufæ, nō ex stirpib. siccis tantum pendet, sed ex mineralibus & animalibus quædam sæpe mutuamur, quæ multū adferunt, vt suauitatis, sic vtilitatis.

Suavis & vtilis est puluis ad cucufas, capiti roborando aptandas, qui sic paratur.

**Puluis ad
cucufas.**

℞. caryophilli, cinam. calami aromatici, schænanthi, ireos an. ʒj. baccarum lauri ʒij. styracis, benioin an ʒh. macis ʒj. maiorana, rorismarini an. ʒij. moschi ʒh. fiat omnium puluis, qui excipitur bombace ad cucufam.

Quibus non licet propter rei familiaris angustiam, cucufas sic paratas gestare, minore sumptu conficiuntur, hoc modo.

Alius.

℞. betonica, melissa, saluis, stochados vtriusque rorismarini an. m. h. ligni lauri ʒ. iij. cumini ʒj. fiat omnis puluis ad cucufam concinnandam.

Is quoque puluis ad eisdem vsus tuto ac feliciter capillis inspergitur.

In summa, vna est & eadem cucufæ & scuti parandi ratio; sed illius forma, capiti adaptatur, huius stomacho; vtriusque facultas parti, cui destinatur, iuuandæ accōmodanda; stomachica; stomacho, Cephalica, capiti, cui adstringentia quandoq; miscemus, dum catarrhos sistere consiliū est.

Et vt cucufa totum cranium inuoluit, sic semicucufa tantum dimidium; vel certe puluis medicamentosus vni tantum parti, quæ scilicet male habet, adhibeatur, & cū bombace interbastetur, vt loquitur vulgus, ad semicucufam.

C A P. XXIV.

De sacculis.

CVM minutula semina, ac etiam paulo maiora, magna ex parte integra & sicca, ex vsu sint Medico, vixque per se sola

partibus corporis possint adhiberi, ante illorum vsum sacculo includuntur, vel magno, vel paruo, pro partis, cui adhibentur, conditione. Ad auris tinnitum, non nisi paruus admodum vsurpatur; Ad colicum dolorem & Tympanitem, magnus, vt qui sæpe totum abdomen operiat. Eius magnitudo, qui regioni cordis admouetur, proportionem quadam illi respōdere debet, vt nec multo maior, aut minor concinnetur: cuiusmodi sunt, qui ex cardiacis & alexiteriis pulueribus parantur, & tempore pestilenti super cordis regione, ad illius & facultatum tutelam, gestantur.

Sunt autem vel sicci, vel humidi; Sicci a-lio nomine à veteribus, fomenta sicca vocantur, apud quos idem est vsus sacculorum & foruū. Admouentur multis corporis partibus, capiti, cordi ventriculo, iecori, lieni & vtero, sub eadem forma, quadrata nempe, quæ tamen oblonga esse debet instar linguæ bubulæ, dum lieni, vt scutiformis, dum ventriculo adhibetur.

Vt autem æquabilis sit matetiæ per omnes sacculi partes dispensatio, is transuersim filo acu traiecto, consuendus est. Qui cordi applicatur, fere sericeus est, qui reliquis partibus, lineus, aut cannabinus, sed rara filorum serie contextus.

Ad refrigeratos artus, ad flatus dissipandos, ad humores euocandos & absorbendos, sacculi non nisi calentes adhibentur, veluti sunt, qui ex seminibus frixis, & vino aut aceto irrigatis fiunt, vt ad colicum dolorem, & Tympanitem hoc modo.

℞. milii lb. baccarum lauri contusarum ʒij. sem. feniculi, anethi, cumini, an. ʒj. salis communis ʒij. ocymi, maiorana an. m. h. torrefiant omnia simul in sartagine, & calidiora recondantur in sacculo, qui affectu parti inducatur, quique refrigerens denuo calefiat & admoueatur; vel duo simul parentur, vt vicissim adhibeantur.

Ad cordis affectus eximia est virtutis sacculus hoc modo paratus.

℞. radicum angelica, ireos enula campana, cyna, cyperi, gentiana, tormentilla an. ʒj.

**Fomenta sic-
ca.**

**Sacculus ad
Tympanitem
& colicum
dolorem.**

Alius ad af-
fectum cordis. trochiscorum de caplura, benioin, styracis
 calamita an. ℥ ij. alipta moschata, ligni alo-
 es, santali citri an. ℥ ℥. macis, caryophyllorū,
 sechenanthi an. ℥ j. granorum kermes, corti-
 cis citri sicca an. ℥ ij. fiat omnium puluis cras-
 sissimus, qui exceptus sacculo sericeo regioni
 cordis adhibeatur.

Vix probantur sacculi sicci ad pleuri-
 tidem, etiam liquoris cuiusdam vapore
 madidi, præstiterit fofus humidus applica-
 re, de quibus supra.

Ad capitis & stomachi affectus, cucuræ,
 frontalia, & scutum imperantur, cum tamē
 lethargum, apoplexiam, Carum, aut sopi-
 tos sensus excitare consilium est, sacculi
 magis conuenient sic descripti.

*Sacculus
 ad lethargū,
 apoplexiam,
 &c.*

℥. cyperi, galanga, caryophyllorum, radic.
 angelica, baccarum lauri, cumini an. ℥ ij. sal-
 uia, maiorana, betonica, stæchados utriusq;
 lauendula an. m. j. fiat omnium puluis cras-
 sissimus, excipiatur duobus sacculis interba-
 statis ad caluaria frictionem. Sic n. magis
 conducit duos habere sacculos, maxime
 cum calidos admouere proponimus, vt dū
 vnus adhibetur, alter paulatim calefiat, &
 vicissim alter alteri succedat adhibendus.

C A P. XXV.

De dentifriciis.

DENTES permultis vitiis obnoxii sunt:
 eos enim nigredo deturpat, caries ab-
 sumit, laxitas tremulos facit, dolor anxie
 laceffit. Nigredini præscribuntur dentifricia,
 laxitati astringentia, cariei detergentia
 roborantiaque, dolori mille remedia.
 Quisque enim expertum ad Odontalgiam
 se habere secretum proficitur. Sed accidit
 sæpe, vt quod semel profuit, postea irritum
 esse, & interdum obesse comperiat.

Historia.

Ægrius autem ferunt multæ mulieres,
 dentium nigredinem, quam dolorem, qui
 licet à plebecula, tanquam momenti nul-
 lius affectio despiciatur, filio tamē Metro-
 dori maxillæ marcor superuenit, excide-
 runt dentes molares & ipsa maxilla. Hip-
 poc. lib. 5. & 7. epid.

Porro dentibus extergendis & dealbā-

dis dentifricia à Medicis præscribuntur,
 eaque forma multiplici, vt pulueris, opia-
 tæ, linimenti, sed vltiora forma pulueris
 dantur, vt:

℥. ossis sapia ℥ ij. coralli albi, crystalli an. Puluis den-
 ℥ j. cornu cerui, lentisci an. ℥ ij. fiat omnium res dealbans.
 puluis, quo fricentur dentes.

Parem habet vim dentibus dealbandis
 dentifricium: hoc modo descriptum.

℥. scobis eboris, pumicis, cornu cerui an. Varia denti-
 ℥ j. coralli ℥ ij. margaritarum ℥ j. caryophil. friciorum
 lorum, cinnamomi, rosarum, rosis marini formula.
 an. ℥ j. fiat omnium puluis pro dentifricio.

Forma opiatæ dentifricium sic impera-
 ri potest.

℥. dentium equorum vstorum, aluminis, Dentifriciū
 coralli albi an. ℥ j. ossis sapia, pumicis an. ℥ j. in forma o-
 salis vsti ℥ ij. macis, caryophyllorum, lentisci piata.
 an. ℥ ℥. fiat omnium puluis, & cum melle ro-
 sato, fiat opiatæ, qua mane fricentur dentes,
 & postea vino abluantur diluto.

Quibus magis arridebit dentifricium
 forma linimenti, sic parabitur.

℥. putaminum ouorum vstorum, cornu Alud infor-
 cerui, crystalli an. ℥ j. santali citrini, lentisci ma linimen-
 an. ℥ ℥. radicis ireos ℥ j. moschi ℥ ℥. fiat o-
 mnium puluis tenuissimus, & cum syrupo ro-
 sarum siccarum quantitate sufficienti, fiat
 dentifricium liquidiusculum, quo mane
 dentes circumliniantur.

Sunt, qui forma trochiscorū parant, quib.
 exsiccatis & induratis dentes sæpe fricādo
 detergunt, expoliunt & cādidiores reddūt.

C A P. XXVI.

De odoramentis.

NON abs re scripsit Hippocrates in
 lib. de medico, in Medico præter cate-
 ra, cultum artificialē in vestitu & odoramē-
 tis suauib. requiri, quibus tanto solet æger
 delectari, quanto his offēdi, quæ vel ingra-
 ta sunt, vel nimis fragrantia. Ea siquidem
 auersatur multi, quod caput vel repleant,
 vel moleste feriant, & cephalalgiam infe-
 rant: Contra vero suauissimi halitus ex reb.
 odoratis prodeutes, vterum, ventricu-
 lum, cor & cerebrum multum recreant.

Quis

Sapores dul-
ces grati,
Odores qui
grati.

Cuius rei rationem reddens Galen. c. 6. li. 1. de sympro. caus. & proportionem constituens odoratus ad gustum, sic libri simpliciæ [c. 27. lib. 4. de simplici. med. facult.] loquitur: Quæ in modum sapores grati & familiares, idem quoque & dulces sunt; ingrati nec dulces, nec familiares: Sic odores familiares spiritui animali, idem quoque grati & suaves sunt. Qui vero non familiares, non suaves sunt, & maleolentes. Atqui ut dulcia tepentata sunt Galeno [cap. 10. lib. simpl. lib. 1. de caus. plant.] sic odorata sua uita moderatum habent calorem, ut placet Scaligero.

Quæ cum ita sint, odores suaves grati erunt cerebro & partibus principib. Quæ dâ tamen odorata tertium caloris gradum attingunt, ut cinnamomum, & caryophilli, calamus aromaticus, verum his non utimur, nisi parua quantitate, aut his admixtis, quæ calorem illi contemperant; Odorata namq; magna quantitate narib. obiecta, graue odorem & cerebro noxiu spirare solent, quæ minima quantitate recreant, quod uicitus odor, & grauis temperetur aere ambiente, aut rerum aliarum permixtione. At male olentia quantuuis aere temperentur, non solum qualitate sua, sed etia substantia cerebro, & partibus neruosis aduersantur ex Galeno [cap. 10. lib. de instr. odorat.] Quod confirmat Aristoteles, dum cap. 24. lib. 8. de hist. animal. scribit mulieres ad odorem lucernæ extinctæ abortire.

Cû igitur suavis reru odorataru halitus sit cõsocialis spiritibus, illorumq; familiare pabulum. Medicus nõ modo captabit gloria apud vulgus, si fuerit unguentatus, sed etiam ipse aliis odoramenta præscribet, ad spirituum robur & custodiam sanitatis.

Ea vero vel forma pulueris, vel unguenti, vel pomi, vel trochiscorum describuntur. Forma pulueris diapsalma, vel odoramentum sic fiet suauissimum.

℞. calami aromatici ʒiij. ireos florentia ʒij. styracis calamita. benioin an. ʒj. rosarũ ʒij. caryophyllorum. moschi, ambra an. ʒß. ꝑ. omnium puluis, accurate seruandus, ne vis eius exhalet.

A recentioribus celebratur puluis quidã,

Male olentia
ingrata &
facultatibus
noxia.

Puluis odoratus.

Cyprius vulgodictus, ut & violeteus, cuius cum varia descriptiones dentur, quisque puluerem odore suauissimo fragrantem Cyprium, vel violeteum nominat.

Vnguenti forma facile parabitur odoramentum, si puluis supra descriptus excipiat paucio oleo liquidambar & cera, ut consistentiam acquirat idoneam. Vel sic:

℞. santali citrini, calami aromatici, schœnanthi, cinamomi an. ʒj. styracis calamita benioin, macis an. ʒß. cera ʒiij. ol. moschelini q. suff. fiat unguentum. Vel hoc modo:

℞. macis, cinamomi an. ʒß. benioin ʒij. zibethi, moschi, ambra an. ʒß. caphura gr. v. cum oleo amygdalino s. litus.

Fit quoq; ex aromatis selectis odorata massa, ex qua vel pomum, vel trochisci formantur, quorum suauitas magnifit. ut:

℞. corticis citrisici, cinamomi, ladani an. ʒj. styracis calamita ʒij. macis, caryophyllorum, ligni aloes, ireos an. ʒß. caphura ʒij. moschi, zibethi, ambra an. ʒß. cum mucagine gummi tragacanthi in aqua rosarum extracta, fiat massa. ex qua fiat pomum, vel orbiculi, aut pastilli cuiusuis figuræ.

CAP. XXVII.

De suffitu, & auiculis Cypriis.

SVAVES quidem odores, spiritus omnes exhilarant, sed multa suum, non nisi uignis halitum communicant; Proinde prunis ignitis incenduntur, aut ita certe calefiunt, ut quoquo versum odorem spargant.

Sic sua Thymiamata primi Dei cultores parabant; sic suos suffitus Medici ad sanitatẽ, sic suos Auiculi ad voluptatẽ conficiunt. Nõ tamẽ in prunas sepe materia suffitu inicitur, sed cocula quadã, sic Põpeio dicta, ænea, vel argentea, quã vulgus Cassoletã nominat, excipitur, simul cû aqua rosarũ, vel arantiorũ, in eaq; dũ feruet tota mixtura, suppositis in eiã media parte carbonib. accensis, vapore suau totam ædiculã implet.

Est igitur suffitus vel humidus, vel ficcus, & uterq; vel voluptatis, vel sanitatis. Humidus paratu facilis est, & familiaris mulierũ splendide uiuentium, quæ dum ægotant, vel saltẽ his diebus, quib. medicamẽta purgantia sumunt, ex cortice arantiorũ, citria-

Puluis Cyprius.

Odoratum unguentum

Odorata massa.

Cocula; Cassoletã.

Suffituum differentia.

rum, caryophyllorum, cinamomo & aqua rosarum simul mixtis, & ignita Cassioletha receptis, cubiculum suffiunt.

Siccus à Pharmacopœis Medicorum consilio frequentius paratur, non modo ad voluptatem, sed etiam ad utilitatem.

Voluptatis suffitus dari solet his, qui deliciis & cultui corporis indulgentes, res paternas effuse diripiunt.

Qui sanitatis est, his præscribitur, quibus spiritus reficiendi sunt, roborandum cerebrum cor exhilarandum, & à malignitate extrinsecus adueniente vindicandum.

Confert etiam pulmonibus infarctu à crassa pituita liberandis, non tamè omnibus affectionibus circa thoracem consistentibus idoneus est. Sanguinem enim spuentibus aduersatur, inquit Aetius cap. 144. tert. ferm. 3. cū per eorū, quæ suffiuntur, vasa rursus aperiantur; neque his adhuc, qui siccum

morbū circa thoracem habent; Verum Asthmaticis, Orthopnoicis, & quibus thorax copia crudorum humorum infestatur, prodest, ut etiam lue venerea laborantibus. si ex medicamentis idoneis, quæ istius morbi virus per frequentem saluationem abiciunt, ut decet, paratur, atque corpore prius per vniuersalia remedia vacuato, vsurpetur. Fere autem forma pulueris crassiusculi, suffimigium datur, ut ad roborandū & siccandum cerebrum, hoc modo:

℞. styracis calamita, benioin an. ʒj. gūmi iuniperi, ithuris an. ʒj. caryophyllorum, cinamomi an. ʒij. foliorum lauri, saluis, roris-marini, maiorana, an. ʒ. fiat omnium puluis crassiusculus, cuius portio prunis candentibus inspergatur, ut odoratum fumum expiret æger.

Ad sistendum humorem, qui è cerebro ad pulmonem delabitur, ad hunc modum parabitur suffitus.

℞. nucum cupressi, balaustiorum, ladani an. ʒj. rosarum ʒij. baccarum myrthi, mastiches, an. ʒj. fiat puluis pro suffimigio.

Corde roborando & refarciendis spiritibus, suffitio confert ad hunc confecta modum.

℞. calami aromatici, xyloaloes, schoenanti, cinamomi, an. ʒj. styracis calamita, benioin an. ʒj. s. macis, caryophyllorum an. ʒ. rosarum, maiorana an. ʒij. alipta moschata ʒij. fiat omnium puluis ad suffitum.

Ex iisdem pulueribus cum carbone salicis, & liquore quodam idoneo aliquando conficitur massa, ex qua fiunt pastilli, vel redæ, vel auicula, vulgo Cyprea dictæ, quæ citra flammam, ignem facile admittunt, & suauem fumum exhalant. Sic rite possunt fieri.

℞. benioin ʒj. styracis calamita ʒij. ladani ʒ. alipta moschata ʒij. caryophyllorum, schoenanti, an. ʒij. ligni aloes ʒj. carbonis salicis ʒij. terantur omnia: puluis excipiatur gummi tragacantho aqua rosarū soluto. fiat velut pasta, ex qua formentur vel auicula, vel clauis, aut orbiculi, cuiuslibet figura.

Ad ciendos menses vult Hippocrates lib. de nat. mulieb. ut mulieres singulis quibusque diebus bis suffiantur, infundibili fistula, per quam fumus deducitur penitissime in sinum pudoris intromissa. Eligenda vero, quæ primo, aut ad summum secundo gradu calefaciunt; dein ad vehementiora transeundum, ea tamen cautione seruata, vt non valde acria vsurpentur, ne caput grauetur, & vteri ceruix exulceretur, ut iussit Hippocrates, lib. de superfetaz.

Fiunt vero suffimenta, ut vasa diducantur, & proxime vterus accurrat ad orificiū, sicque sanguis extra facile prorumpat. Sed cū mensium cunctatio à duritie & siccitate vteri proficiscitur, materia suffitus aliquo liquore excipienda est, quo possit vterus humescere, ut cera & oleo simplici, vel odorato, aut terebinthina, vel ladano, vel gummi tragacantho, ut fiant pastilli, qui vsus tempore in carbones ignitos iniciantur, vel potius in cineres calidos, ut voluit Aristoteles in problematis, ut:

℞. radic. cyclaminis, asari, myrrha, bdellii, ireos, an. ʒj. styrac. calamita ʒij. nigella Romana ʒij. cinnamomi, caryophyll. an. ʒj. ses. prouocans. sabina, maiorana, calamintha, dictamni an.

ʒij.

Suffitus ad sanitatem.

Suffitus quibus affectibus conueniunt.

Lues indica suffitu nonnunquam curatur.

Puluis pro suffitu cerebrum corroborans & exsiccans.

Alius ad sistendum humorem delabentem ad pulmones. Ad corroboracionem cordis.

Auicula. Cyprea.

Suffitus confert mensibus mouendis.

Suffitus mē-

℞. ij. gallia moschat ʒ. j. fiat omnium puluis pro suffitu muliebrum; vel excipiatur terebinthina Venera, & fiant pastilli ad eundem vsu.

Vlceribus quoq; dysepuloticis, quibus frustra tentata fuerunt alia remedia, & indicæ sui suffimenta sæpe feliciter vsurpantur, maxime vero quæ ex cinnabari fiunt, cui, vt hydrargyro, cuius est multum participes, mira virtus inest, & alexiteria, ad venerei morbi virus, per saluationem excludendum. Illius namque fumus, toto exceptus corpore, per spiramenta cutis sese transfert in corpus internum, & humorem attenuando, inpellendo ac disficiendo, tandem ad os deducit, & frequenti sputatione foras excludit. Sicque non modo vlcera, quæ pharyngem & internas oris partes occupant, perfecte delet, sed & dolores sedat & materiam, quæ tubercula & pustulas committebat, optime sanat. Sic autem parari debet ad huius mali curam suffitus.

℞. benioin, thuris libani an. ʒ. ij. baccharum lauri, calami aromatici an. ʒ. j. cinnabaris ʒ. x. fiat omnium puluis, qui excipiatur syraxe liquida pro suffimigio. vel sic:

℞. granorum iuniperi, thuris, mastiches, ladani an. ʒ. j. cinnabaris ʒ. j. terantur omnia, & ad vsu seruentur pro suffimento. hoc quoque modo recte parabitur.

℞. styracis calamita, benioin, caryophyllorum, thuris masculi, ladani an. ʒ. j. myrrhe ʒ. ij. gallia moschata ʒ. ij. mastiches ʒ. j. cinnabaris ʒ. j. terantur omnia, & excipiantur terebinthina, vt coeant in massam, ex qua fiant pastilli pro suffimigio.

Eiusmodi autem suffitus non nisi summa prudentia sunt adhibendi, ne strangu- lationem, aut neruorum resolutionem,

aut tremorem adferant. Cinnabaris enim, vt & hydrargyrus, cum vix naturæ legibus coercentur, non nisi à peritis & expertis Medicis debet exhiberi.

Vidi quendam pedissequam regis à muliercula suffitum, qui ob recurrentium neruorum resolutionem, duos menses ante obitum, à maligno fumi halitu concitatum, auidus seu loquendi impotens misere periit.

Alios obseruauit ab Empiricis & ignaris cinnabari indebite parata, tractataq; suffitos paralyticos euasisse, nec arte vlla post ad sanitatem redire potuisse.

Nolo plures historias eorum, qui à circulatoribus suffiti, sæuis doloribus cruciati, ac tandem victi interierunt, enarrare. Si quis enim misellus lue venerea infectus, vel guaiaci decocto, vel hydrargyrato litu, vel cinnabaris suffitu tandem conualuit, idem eandem opem, quam ipse sensit, in aliis vult experiri. vnde multi sartores, fabri, & etiam baiuli his remediis Lutetiæ nunc istius morbi curam audacter pollicentur, & infeliciter suscipiunt.

Sic videor omnes remediorum formulas, tum in hoc, cum in tertio libro descripsisse. Si quæ alio nomine ab antiquis designantur, sub illis continentur, vel iam eorum tanquam inutilium exoleuit, quod si quis nauseabundus has lucubrationes fastidiat, ac malo animo famæ nostræ insultet, det illi Deus meliorem mentem; atque maleuolo cum sit & omnibus displiceat, illi forsitan displicere, non nefas. Sequitur nunc, vt beneuolo artis Pharmaceuticæ studioso Officinam extruamus.

FINIS LIBRI QVINTI.

T IOAN-

Suffimenta ad luen veneream.

Cum summa cautela vsurpanda.



I O A N N I S
R E N O D Æ I M E D.
 PARIS. DE MATERIA MEDICA, COM-
 POSITIONIBVS IN PHARMACOPOLIO PA-
 randis & seruandis necessaria,

LIBRI TRES.

LIBER PRIMVS.

De plantis.

P R Æ F A T I O .



VNIVERSI compendium homo, viuentium perfectissi-
 mus, diuinum animal, & corporū omnium ^{μετεωρις} na-
 turæ lege, sanissimis ac innumeris morbis, ^{ὅπο ἢ ἐνίοιτων,}
 & ^{ὅπο ἢ ἐξ ὧ} seu laceffitur; Ex principiis enim generationis
 humanæ conuascitur infausta quædā labes, ex qua mor-
 borum seges immensa sobolescit; nā seminalis hæredi-
 tas non ex omni parte beata, sed iniuriis permultis, quæ
 ad interitū necessario fatalē iter parant, obnoxia. Ex qualitatū siquidem
 oppositarū, quibus cōstat corpus, dissidio, ex perenni, ac triplici ipsius ef-
 fluuiō, excrementorū prouentu, prauo rerū non naturalium vsu, animi pa-
 thematis, humidi primigeniū iactura, & caloris extinctione natiui, qui
 virtutis est finitæ, atq; vt agēs physicū repatiē agēdo, quotidie morimur.
 Summus tamē Opifex, optimus rerū & cōditor & cōseruator, hominē vt
 foueret, ac tueretur, totū replenit terrarū orbē omni genere auxiliorū, ex
 quib. ille nō modo victū & vestitū habet, sed adhuc auxilia multa, vt me-
 dicamenta saluberrima, quorū grauito fauore & virtute eximia suæ sani-
 tati prospicit, & morbos futuros præpedit, vel iā factos felicissime pellit.

Auxilia illa sunt stirpes, mineralia, animātia, ex quib. medica materies
 sumitur, quā his trib. libris examinamus, nō quidē totā; laboris enim esset
 immēsi, & forsan inutilis, sed eam tantū, quæ singulas cōpositiones in no-
 stra Officina, seu Antidotario descriptas ingreditur. Qui integrā plantarū
 historiā desiderauit, præter eruditissimā Dioscoridis lectionē, Ruellii, Ma-
 thioli,

μετεωρις
 σμος.

Moriendi
 necessitas.

Ex quibus
 sumitur
 materia
 medica.

thioli, Dodonei, Lobelii, Dalecampii & Clusii laboriosissimos commentarios poterit consulere. Qui de mineralibus & metallis prolixiorum textum postulat, adeat Georgium Agricolam; qui animalium historiam, legat libros 9. Arist. de animal. Conrad Gesnerum, & Edoard. Vuottonum, qui de ea materia doctissime scripserunt. Quae enim breuiter nunc & dilucide sumus explicaturi, tum instituendo Pharmacopœo, tum instituendo Pharmacopolio sat esse putamus, cum ex his omnia medicamenta vilitiora & praestantiora tam in rem praesentem, quam futuros vsus soleant parari.

Prioris libri
dispositio.

In prima autem primi libri sectione, multa simul congesi adeo vulgaria, vt non solum in pharmacopoliis, sed singulorum ciuium aedibus ex parte maxima reperiantur, quorum tamen vsus in medicina tam frequens est, & necessarius, vt sine illis, vix medicinam aliquis faciat, aut medicamenta quaedam recte parat, & feliciter exhibeat. Quid enim in communi medicamentorum vsu vilitius aqua, vino, aceto, saccharo, melle, manna & floribus cordialibus? Quid frequentius celebratur quatuor emollientibus, quinque capillaribus, quinque radicibus aperitiuis, quatuor seminibus frigidis, totidem calidis, tam maioribus, quam minoribus; & aliis quibusdam in huius libri fronte descriptis.

Hæc igitur omnia in reliquorum classes minus apte referenda putauimus, cum ex vsu sint quotidiano, & illorum portio in area, alia in vestibulo pharmacopoliorum prostet, alia in cella vinaria, alia in popina, aut taberna posteriore conseruetur. In abaci vero capsulis anterioribus semina frigida, calidaque reponi solent, vt praesto sint perpetuo, eaque, dum vsus postulat, mox Pharmacopœus habeat praemanibus. Sic duximus æquum, de stirpibus aliquot, aut earum partibus inter se qualitatibus valde oppositis, sectione simul eadem, methodice tamen agere.

Ab aqua autem auspiciari visum est, vt quae sit non modo communissima, sed vtilissima, qua sine nec sumus, nec viuimus sani, aut ægroti conualescimus. Ex ea, tanquam vulgatissima, vt obiter dicam, Christus imbecillitatis nostrae memor primum instituit sacramentum, quo lauit nos à protoparētis crimine, aliaque multa miracula fecit, quae qui tantum physicus est, minime capit. Qualitates vero naturales & eximias, dum accurate perquirat, dignoscit, experitur, in omnibus diuinum cogitur mirari Conditoris opificium.

CAP. I.

De aqua.

AQUA diuersa ratione & elementum & alimentum dicta, non solum commune sobolis humanae solacium est, sed animantium & vegetantium omnium subsidium,

quo nullum viuens carere potest. Aristoteles c. 2. lib. 4. de gen. animal. Degunt enim animantia multa absque ignis vsu, sine aqua nullum, & qua sola virginem Hispanam diu vitales anas traxisse viri grauissimi produnt: [Gal. Rhod. cap. 23. lib. 13.] Melancholi-

Historia.

Alia historia.

cholicum quendam vidit Albertus, qui septem hebdomadas ab omni pabulo abstinent, solo aque haustu diebus alternis sumpto, recreatus. Animalia multa non solum ex aqua generantur & nutriuntur, sed & plantę siue huius benigno appulsu nec fruticant, nec florescunt, sed exuccę & aridę cito tabescunt, vt contra, lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, ait Propheta, fructum suum dabit in tempore opportuno: vnde forsan prodit Hesiodi opinio, aquam omnibus elementis antiquiorem asserentis; cui assentitur Thales, eam rerum principium constituens vnicum: in quorum sententiam descendit Empedocles, qui omnia ex aqua fieri credidit, & Hippocritus quidam apud Arist. ca. 2. lib. 1. de anima, animam vocauit aquam, vt Hippocrates principia vite aquam & ignem; sed per aquam ille semen, hic humidum radicale intellexit.

Psalm. 1.

*Aqua & ignis vita principia.
Aqua differentia.
Aqua fontana melior.*

Aqua porro, de qua nunc loquimur, visibus humanis maxime necessaria, seu ad sitim extinguendam, seu ad alimeta & medicamenta coquenda & paranda, elementata est frigida; nomine saepius designata. Ea; vel fontana, vel fluuiatilis, vel putealis, aut pluuia & cystemia; fontana, quia e terra funditur, dicta, vt salubrior preferatur omnibus. Nonnullę tamē improbantur, quod viscera terre eluētēs, secū alienas qualitates adferunt; nam pro locorum varietate, per quę transeunt, variū odorem, saporemq; mutantur. Sic quędam visa sunt, per loca sulphure plena traicta, adeo calentes, vt non possint esse vsui. Alia; ob anfractus aluminosos & virolatos, quos abluunt, tam acida sunt & ingrata, vt quiuis siticulosus auerferetur. In Germania trans Rhenum, maritimo tractu, fons erat aqua; dulcis, quę bibita, dentes intra biennium deciderent.

Pucenses aqua, medicinalis.

In multis Gallię regionibus alieni & insoliti insuauisq; saporis aquę scaturiūt medicata, vt Pucenses, quę singulis annis, aegroti innumeri adeunt, & redeunt feliciter. Sed de his agere nostri nunc non est instituti, sat est, si ostēdero, quibus qualitatibus debeat insigniri aqua potabilis, ac medicamentis

in pharmacopolio conficiendis necessaria.

Ea autē, inquit Arist. lib. de sensu & sensibili. in seipsa omnium saporū genera permista, vel materia, quę tanquā saporum seminariū sit, habere debet, vel, vt loquitur Galenus c. 15. lib. 1. & c. 2. lib. 2. de alim. vniuersos, id est, insipida, seu omnis qualitatis expertis esse debet, atq; leuissima, sed non pondere, vt multi putant, nam aqua ex niue leuis est, tamen insalubris, sed quia tenuiū sit partium, celeriterq; calestat, vt vult Hippocritus & cito refrigeretur, qualis fontana aut fluuiatilis modo pura sit, cuius defectu, pluuia ex Galen. lib. de pris. sumatur, presertim ad hydromelitis cōfectionē. Cysteminas aquas schola Parisiens. iudicauit insalubriores: Sūt enim velut mortuę, quę ab aere, a quo decidunt, a tectis, quę abluunt a fouea, in qua consistunt, quę nonnulli cauediū, quasi cauum ædium vocant, vitium quoddam contrahūt.

Quid per lenitatem aqua intelligendum.

Cisterna aqua cur insalubres.

Aeris enim inquinamētū aut pestilentis, aliaue putri qualitate infecti, vix non potest imber particeps fieri, qui lateres ædium proluens, quosdā sepe felēs mortuos, & alias sordes secū rapit, quibus facile inficitur, cū careat motu, qui velut aqua anima est. Et licet cum multo sabulo stabuletur aqua in cisterna, illuc tamen cū fiat iugis aqua; impurę delapsus, tandem sabulum sordescit, inquinaturque: hinc aquę postea e cisterna effluentis pessimus odor, sapor, vsus. Auger corruptelam pluuie conditio, quę aeris lenitate referta citissime corrūpitur: Et per imbrēs, pisces multos deterius habere, vt Capitonem & Cestræum, seu mugilem, viri grauissimi scripserunt; nam oculi eorum albescunt, & per id temporis macilentis capiuntur. Aqua igitur optima est fontana, aut fluuiatilis & putealis modo non limosa, nec fetida, sed insipida, quę scilicet nullam habet saporis manifestam qualitatem, nec alienas qualitates per-

Motum esse animam aqua.

Aqua optima qua.

mixtas, salis, nitri, sulphuris, bituminis, aliorumq; id genus. Gal. comm. ad part. 10. lib. 4. epid.

CAP. II.

De vino.

VETERES olim Romani diis sacrificaturi perpetuo vinum offerebant, hinc poeta Ouid.

Redduntur merito debita vina Ioui.

Nam dii vina dedere, inquit Plato in *Sympos.* ut pellant hominum curas, & mentem lætitia diffundant: nam

*Bacchus & afflictis requiem mortali-
libus adfert.*

Natura siquidem e suo penu nihil quicquam largita est præstantius vino. Vulneribus enim curandis est præstantissimum balsamum, *Luc. 12.* viribus reficiendis cardiacum eximium, nutriendo corpori alimentum optimum, quod nominis indicare videtur notatio: nam Græce dicitur *οἶνος* id est, iuamine, iuxta illud *Homericum; Iuamem senties si biberis:* lætificat enim cor hominis, mentem exhibet, ætatem floridam facit, inconstitiam auferit, calorem natium fouet, viscera calefacit, coctionem iuuat, stomachum roborat, obstructions tollit, viam abigendis excrementis parat, vrinas mouet, somnum conciliat, venena frigida obtundit, spiritus refarcit, flatu dissipat, crassos humores attenuat, coquit, discutit, atque vt paucis cum Androcide sapientia claro dicam, *vinum est sanguis terræ, lac senum ex vite, quasi vita prodiens, vitam conseruans, aquam vitam suppeditans,* quam Chymici subinde Elixir vitæ nominant. Hæc omnia cum verissima agnouisset, & expertus esset poeta Græcus, tam alacri animo vinum excoluit: nam

Laudibus arguitur vini vinosus Homerus,

vt non modo rerum abstrusarum cognitionem adeptus est, sed summam in scribendo facundiam consecutus: *facundi enim calices quem non fere disertum? Nā vt vulgo dici solet vinum acuit ingenium,*

Ennium & vana, ait poeta, *parant animos* Ob id *Æschilum.* poeta Ennius nunquam se accingebat car-

minibus scribendis, nisi prius multo madidus mero. *Æschilus* quoque nisi potus, ad carmina, nisi tragædias nunquam exarandas profiliit. Facetum est autem, quod de Lampride narratur, qui cum vino ingurgitatus multa apposite diceret & responderet, se thuri similem esse fatebatur, quod non nisi calefactum suauem spirat odorem. *In vino etenim facundia, in vino veritas, in vino alacritas:* vetulam enim etiam nolentam saltare, compellit, vt prouerbio fertur; nam vinum forte, ait sapiens, quod abstinere olim apud Hebræos nefas erat, Persarumque fuit mos, vt postquam vino maduerant, de rebus maximis decernerent. *Alexan. ab Alex.* Plato tamen, ait Galenus neque permittebat in exercitu, vt vinum gustarent milites, neque serui, neque principes, neque hi, qui de re aliqua essent consulturi, quod scilicet velut tyrannus animæ facultatibus imperet, excessuque sumptum vires enervat, sanitatem destruit; ynde Hippoc. *in vino morbus & sanitas, mentis temperantia & feritas, bellum & pax:* iuxta illud:

Vinum alis lites, lites dissoluit easdem.

Vinum ergo adiaphorum, hæc indifferens est, & proratione boni vel mali vsus bonum vel malum, atque vt sanis robur est, sic infirmis infirmitas, præsertim his, qui à causa calida male habent.

Porro vini multæ differentie numerantur, à calore, sapore, substantia, odore, virtute, & loco, oranes sumptæ: A colore, quoddam dicitur album, rubrum, nigrum, flauescens, rubellum, pallidum: A sapore, dulce, austerum, acerbum, acre, insipidum: A substantia, crassum, tenue, sæculentum: Ab odore, suauis, fragrans, inodorum: A virtute, vinosum & aquosum, polyphorum & oligophorum dictum: A loco, Falernum, Albanum, Græcum, de quib. antiquatis modice bibendum ait Galenus *cap. 6. libr. 5. de sanit. tuend.* caput enim omnia grauant, sed his omnibus caremus; nostratia tamen non minus sunt vinosa, vt Aurelianum, Burgundianum, Andipum. Ainum, & quæ in Lutetianis vineis coluntur, vt Meudonianum,

non scripisse carmina, nisi vino fuerint madidi.

Vinum, quibus fuerit interdictum

Vinum sanis: robur. Vini differentia.

Vina gallien.

Qui primus
aquam vino
miscuerit.

num, Ruellinum, Argentolianum; quæ omnia generosa sunt, indigentque Amphistione, qui primus aquam vino commiscuit. Ut vero in conuiuio temperatum vinum præstantissimum expetitur; sic etiam in pharmacopoliis, tum ad medicamentum, quæ per os sumuntur, paranda, ut *theriacam*, & *mixturatum*; tum ad ea, quæ extrinsecus adhibentur, ut unguenta multa & emplastra. Ex illo quoque destillato, aqua quædam habetur, ardorem & flammam cito concipiens, & ad multos usus celebrata, quam æquam vitæ nominant. In summa, nihil est in vino, quod non sit eximium, odor, sapor, spiritus; ex quibus non solum homo recreatur, alitur, fouetur, sed etiam ex illo mortuo & in acetum mutato, nec non ex illius facibus, quas chymiatrum tartari nomine designant, & medicamenta & alia adiumenta multa mutuantur.

CAP. III.

De aceto.

ACETUM, quod Græcis dicitur, est velut acre vinum, vel potius, ut multis placet, vinum mortuum. Ex vino enim vapido, propriis spiritibus, & in isto calore destituto producit, atque ut *emphacium* eleganter vinum crescens, sic acetum vinum decrescens dicitur; nam inter utrumque est vinum. Sed utroque acetum tenuius, acutius & liquidius; ob id non concrefcit, nec gelu contrahitur, præcipue quod fit è vino, quod præstantius est salubriusque: Nam quod è zytho putrescente in quibusdam regionibus parari solet, ut ingratum, sic minime sanum, debetque à pharmacopolio ablegari; & cum absolute acetum ponitur, semper id ipsum, quod ex vino laudabili, vetustate, aut artificio, non maleficio, seu malignæ cuiusdam rei mixtura, tale euasit, sumendum est, quod ob vires eximias trahitur, & in culinam ad acetaria & condimenta, & in pharmacopolium ad *oxyeratim*, *symplicium acetosum*, *oxymelitim*, unguenti *Ægyptiaci* & de *lythargyro*, *aruginis* & *cerussa* præparationem.

Acetum autem omne vim habet attenuandi, incidendi, discutendi simul & reprimendi, nec non refrigerandi, & aliquantum calefaciendi. Galen. cap. 10. lib. 2. comp. med. loc. Nam calor in se quædam semina retinere etiam agnouit Homerus: unde mixtae qualitatis esse Galenus scripsit, cap. 19. lib. 1. de simplic. med. nam ut lac uniuersum non est homocomeres & simile, neque unde quæque sibi idem; sic nec acetum, quod multi calidum, alii frigidum nominant. At maiori parte frigidius, quam calidius his liquido constat, qui vere eius facultatem expenderint. cap. 20. eiusdem lib. Atque longe ab illorum coniecturis recedendum, qui cauterii instar calidum putant: nam sensu constat ad motum valde acre, & principio refrigerare, sublatum tamen calorem quendam relinquere, qui armoniæ ratione, & per accidens spatio temporis sic fit, tamen non ubique, nec in omnibus corporibus. cap. 21. eiusdem lib.

Hinc colligitur, acetum quidem frigidum esse, sed accidentarium habere calorem, vel ut loquitur Galenus, cap. 23. eiusdem lib. nec esse summe frigidum, nec summe calidum, sed neutrius extremorum particeps. Multa enim ex pugnantium facultatum mixtura nascuntur, & pleraque ad sensum simplicia sunt, quæ ex pugnantibus qualitatibus constant, & de his cum ambigitur, sint neutra, necesse est, ut acetum, quod ingenitam perdidit qualitatem, & alienam ex putredine adeptum est. Cuius sententiæ est Theophrastus & Aristoteles; nam vitæ vini partes dum in acetum transeunt, refrigerantur, & aqueum recrementum putrescens, adscititiam caliditatem obtinet, velut cætera omnia, quæ putrescunt. cap. 2. lib. 4. simplic. Fitque acetum quiddam ex contrariis facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus, partim calidis, sicut visorum lignorum cineres. Miras autem præbet acetum mortalibus utilitates, sed multi frequentius eo, quam Pharmacopœci vtuntur.

CAP. IV.

De omphacio.

Omphacium
quid.

OMPHACIUM est *vua acerba, ac nondū mature/centis*, quæ Græcis *ουφαζ*, in officinis *agresta* dicitur, *succus*, non Solis calore in Rob mutatus; cuiusmodi erat olim Dioscoridis omphacium: Nunc enim instar vini exprimitur in torculari, colatur, in doliis reponitur, & parum salis permiscetur. Ex vis autem magnitudinem, sed nondum maturitatem adeptis, vt sit progressus ad vini expectationem, sic ex vino regressus ad acetum, quod virib. omphacio in multis conuenit: vtriq; enim vis inest refrigeratoria, sed in omphacio imbecillior, in aceto vero tanto est validior, quanto tenuior, cui & acrimonia quædam inest aliquantum excalefaciens ex putrido calore orta. Proinde Aristoteles recte scripsit, acetum proprio vini calore frigidū esse, calidum aduentitio: ista tamen caliditas *stis* esse non potest ad superandam aciditatem prouenientem frigiditatem. At vero omphacium ne minimum quidem habet caliditatis, nec ita tenue est, nec ita expedite meatus corporis permeat: acidū quippe non modo est, sed acerbum, *teste Gal. ca. 11. libr. 4. de simpl. med.* ob id ad hypochondria ardentia præstantius est, quam acetum, quod non tantam habeat violentiam, ac ferientem frigiditatem, nec eam mordaci admistam caliditati. Debent enim, qui tali caloris excessu laborant, sine violentia mitigari, nec foris vllam admittere caliditatem aut acrimoniam mordacem. Hinc est, quod summe ardoribus omphacium prodest, inquit Galenus, *cap. lib. 4. de simpl.* siue ori ventris impositum, siue aliis partibus, quas refrigerare lubet.

Omphacium
quib. prodest.

Frequentius autem per os sumitur, tam alimentis ad voluptatem, quam medicamentis ad sanitatem mixtum. Eo enim alterata ius-ula faucibus & palato gratissima sunt, eo acidulata condimenta appetitum reuocant: atque eius vsu iecoris feruor extinguitur, sanguinis æstus tempera-

tur, venter alimenta non auersatur: hæc autem omnia rite præstat syrupus ex eo paratus, quem officinæ de *agresta* vocant.

Licet autem ex *vua* qualibet immatura omphacium possit haberi optimū, in Gallia tamen ex ea tantum sub finem æstatis, & ante vindemiarum tempus exprimitur, quam vitis alba promit, in hortis culta, cuius palmites longiores, crassioresq; ad topiariorum pergulas & fornices deduci solent; quæque racemos profert oliuarum fere magnitudine, succo multo turgido, ex quibus vel etiam maturis cum vix bonum possit vinum haberi, ex iisdem nondum maturis optimum habetur omphacium: à cuius saporis affinitate, oleum ex oliuis immaturis expressum, acidulumque, omphacium dicitur.

CAP. V.

De saccharo.

SACHARVM antiquioribus incognitum, nunc tam frequens est, vt Ironia quadam, *pharmacopola, sine saccharo*, vocetur, cuius officina eo non luxuriat. Non à cælo deciduum est, roris instar, nec ex plantarum foliis colligitur, vt putarunt hi, qui tantum nomine tenus, id ipsum vestigarunt, sed ex arundinacea planta, quæ non solum in India, sed in multis aliis Asiæ & Aphricæ locis, vberime fruticat. Nunc in quibusdam Gallia hortis prouenit, sed vix hyemis sæuitiam aufugit secura.

Est igitur arundo planta hæc saccharifera, *Planta saccharifera*, septem, octo uel pedes longa crassissima, *charifera*, geniculata, foliis vtrinque multis, longis, angustis, striatis obuallata, fungosa, medullosa, & intus dulcissimi succi vbertate referta, qui vel inciso trunco, instar lacrymæ cuiusdam ex arbore stillat; vel medulla à cannis apertis, incisisque secreta, & ignis vi tādū elixa, donec totus liquor in saccharum, salis modo in fundo vasis, concreuerit. Radices promit canna nostratis æmulas, sed minus lignosas, magis succu-

succulentas & dulciores, à quibus germina quædam erumpunt, quæ auulsa & legitimo transplantata tempore virent & adolefcunt. Comosos flores gerit, vt arundines, inter quas numerari recte, vel eius sola facies suadet.

Sacharum Madarense.

Succus ex ea tractus, vnica coctione imperfecte elaboratus, adhuc ruber, & sacharum rubrum nonnulli, alii spumam sachari nominant. Quando coctione longiore & elaboratione magis defæcatur, albicatq; plurimum, sacharum absolute vocatur. Ex Madarenfi & Canariensi regione albissimum quoddam defertur, quod vt candore, sic dulcedine & suauitate alio quouis sacharo præfertur, quod officinæ sacharum Madarense nuncupant. Sæpe tamen quoddam minus album institores aduehunt, illo non minus bonum. Multi enim, vt Madarense sacharum ementiantur, commune cum lixiuo quoddam eluunt, excoquunt, & portionem nigriorem abstergunt; hocque pacto albissimum quidem reddunt, sed minus dulce, minus gratum, magis rancidum.

Sacharum qui albescat.

Ex sacharo commune Candum fit hoc modo: liquatur sacharum cum pauca aqua, & elixatur, vt crassus syrupus, qui in ollam fictilem iniicitur, in qua bacilli lignei cancellatim, decussatimq; aprati fuerint. Reponitur olla super asserem in loco calido, relinquaturque quindecim aut viginti dies; tum syrupus non concretus effunditur, & pauca aqua calida affunditur ad eluendam syrapi pinguedinem, qua denuo effusa reponitur vas in loco calido, & die sequenti frangitur, inueniunturque bacilli sacharo cando, in *Mar salis fossilis*, aut crystalli, colucente onusti.

Sacharum Candum quomodo fiat.

Est quoddam sacharum minus album, minusque crassum, partim pulueratum, partim in grumos crassiores redactum, quod vulgus Cassonadam & Castonadam nominat, cuius non modo in popinis, sed officinis est frequens vsus.

Castonada.

Quod ex longinquis regionibus aduehitur, in metas turbinatas pyramidū æmu-

las coactum (vulgus panes sachari vocat) vt cando minus coctum, minusq; durum, sic minus calidum, magisque ad condimentum, obsonia, & alimentorum sapes dulcorandos & suauiores reddendos admittitur. Acrida siquidem lenit, acida recundit, austeram palato gratiora efficit, & saporibus omnibus gratiam affert maiorem. Vnde non tantum Seplasiarii, sed pistores & coci sacharum frequenti habent in vsu: nam ad gulæ delicias fere nihil mensis apponitur, quod aliquid sachari non receperit. Aqua enim, vinum, fructus, caro, pisces, & reliqua edulia, porulenta que si displiceant, sacharum permisceas, & venter postea nullus auerfabitur.

Est autem sacharum omne calidum, sed moderate, & linguæ scabritiei, pectoris asperitati, tussis & spuro mouendo conducit, sed dentibus officit: eos enim nigros reddit, & mobiles, & rubigine inficit.

C A P. VI.

De melle.

SCRIBIT Athenæus, Cyrimos Corsicæ Sincolasideo longæuos esse, quoniam melle vtantur assidue: Et interrogatus Democritus, quonam pacto sanus quis possit diu viuere? Si interiora, respondit, melle rigaris, oleo exteriora. [Galen. cap. 11. lib. de art. vi. rat.] Mel enim cum sit dulcissimum, succum gignit tenuissimum, & in [cap. 8. lib. 2. de facult. nat.] senibus sanguinem optimum; in iuuenib. tamen & biliosis facile vertitur in bilem: nam quod in melle dulce est, ait Aëtarius cap. 8. lib. de spirit. anim. mor. in biliosum humorem mutetur, necesse est.

Est vero facilis hæc mutatio, quia, teste Paul. 4. cap. lib. 1. de Synops. & Oribas. lib. 5. collect. calefacit & exsiccat ordine secundo, adiunctamq; habet dulcedini acrimoniã. Præstantissimum siquidem est mel, quod hinc duobus excellit, hoc est, quod dulcissimum est simulque & acerrimum ex Gale- no cap. 17. lib. de Antidot. Mustum vero ex vis dulcibus expressum, & ad dimidias tertias-

Mel præstantissimum quod. Mustum quid.

ve coctum, licet melli dulcedine non vbi que cedat, vt aqua, tamen obrufum est, nec sensum vellicat.

Solum autem mel quasi [cap. 177. lib. de simplic. Gal.] compositionem in se habet, quia ex multarum herbarum succo vel flore colligitur, & omnibus valetudinibus prodesse potest maxime tamen senibus, temperamento frigidis, & hyemis tempore: nam vbi [cap. 16. lib. 4. simplic.] calorem nactum fuerit, bilem procreat.

Historia
notanda.

Hinc duorum concertationem irridet Galenus c. 7. lib. 1. de alim. facult. quorum alter mel salubre, alter insalubre affirmabat, vterque ex illato sibi à melle affectu coniectans: Sed neuter intelligebat, homines non vnum ab initio temperamentum habuisse; neque si habuissent, immutabile ipsum ætatis decursu rueri potuissent. Alter enim erat senex & pituitosus; alter vero iuuenis & biliosus.

Mel quid.

Est vero mel secundum Galen. c. 177. lib. de simpl. med. succus roris celestis, ab apibus collectus: nam cum omne alimentum vel ab animalibus, vel plantis desumatur, mel ab vtroque est secretum. Oritur enim in plantarum foliis, aut floribus, neque est earum succus, neque fructus, neque pars, sed eiusdem cum [cap. 38. lib. 3. de alim. facult.] rore generis, nec tamen assidue, nec copiose, vt ille, prouenit.

Vnde fiat.

Ad illius autem bonitatē vel malignitatem aliquid accedit ex [cap. 62. lib. 2. collect.] Oribas. plantis, ex quibus colligitur, vnde venenatum dicitur illud, quod in aconitis ex apibus excerpitur, vt [cap. 52. lib. Paul. Ægin.] Heraclienſe; & amarum est, quod ex Ponto aduehitur, vbi absynthiorum prouentus luxuriat.

Mel venenatum.

Debet autem mel colore pallidum esse; consistentia, neque crassum, neque valde concretum, neque dilutum, sed vnitum omni ex parte. Optimum est, quod præter dulcedinem, thymi acrimoniam præ se fert, sed tamen odorem eius non reddit, ex Oribasio cap. 62. collect.

Porro vt mel longiore coctione amareſcit,

sic quoque asseruatione longiore; nam pater Galeni cap. 11. lib. de antid. mel quoddam habuit ita amarum, ac si in Ponto natum foret, eo in tractu, vbi ex absynthio apes mel colligunt, idiplum tamen & Atheniense & optimum fuisse dicebat. Verum temporis diuturnitate amarum euasisse. De melle fufius differere, superuacaneum esset, cum de eo iam abunde in cap. 3. lib. 3. Institut. locuti fuerimus.

CAP. VII.

De manna.

PRÆSTANTISSIMUM naturæ donum & miræ diuinitatis plenum est manna, nō modo, quæ præter naturæ leges, Israeliticis alendis è cælo pluit, sed quæ nobis quotidie medicandis mellei aut sacharei roris modo, è Iouis nubibus, super frondes exudat. Non minus enim, vt illi suas olim grâdines sachareas, nunc nosfrates agricolæ vulgarem & granatam mannam mirantur, dum exultantes canunt; Iupiter melle pluit: hinc aereomeli, Arabice Tereniabin, & à sacris paginis mutuato nomine, manna dicitur, cui solum nomine tenus conuenit manna, vel potius manna thuris, quæ velut pollen thuris est, ex magnis fasciculis concussu elisis, proueniens: fragmenta enim exigua & micæ congeruntur, colligunturque pro manna thuris. Est alia quædam manna Larigna dicta, ex effraetis laricis ramis collecta. Vtraque tamen licentiose nimis manne nomen assumit. Nam manna proprie & secundum Medicos vsurpata (de Man-hu enim seu Manna Hebræorum non loquor) est velut ros celestis, dulcis & gratus, qui ex aere sudoris instar exudans, sublucanis horis, super frondes & ramos arborum, herbarumq; delabitur, & breui concreſcit, ac gummi modo concreſcit.

Aeromeli.

Manna
thuris.

Manna La-
rigna.

Man-hu.
Manna
quid.

Quæ ex frondibus colligitur, præstantior est, vocaturque vulgo manna de folio; vt pessima est, quæ de terra nominatur. Præstantissima vero censetur Calabriensis, & maxime quæ ex Oenotriæ quodam

Manna de
folio.

Manna Ca-
labriensis.

loco defertur, in quem singulis æstatibus descendit, & ab omnibus excerpitur. *Brassauol. in exam. simpl.*

Historia.

Hunc autem locum reges Neapolitani olim occluserunt, inquit Brassauolus, ne quis sine vestigali assumeret. Occluso loco defuit manna, nec descendit. Eo recluso & vestigali remoto, iterum descendere cepit. Sed rursus clauso loco & recluso, & postea clauso cessauit, ita ut reges postea liberum locum reliquerint, & omnibus colligere permiserint. Idem scribitur de Tragafæo sale in Epiro, cui cum vestigali iniunxisset Lysimachus, euanuit, mox dempto, succreuit. *cap. 12. lib. 9. Rhod. cal.*

Sed ne longius à proposito discedam, frequens est in Gallia quædam manna *Briansonnensis* dicta, quæ Calabriensis inopia medicum aliquando venit in usum, licet multo minus idoneum.

Briansonnensis manna.

Manna mastichina.

Est & alia quædam, *mastichina* dicta, rotunda: quæ è ramis & foliis arborum, ventorum impetu in terram delabatur, grandinis modo, nec à cælo aut aere decedit: verum improprie manna vocatur, cum verius sit lachryma, & veluti salua arborum concreta.

Manna qualitates.

Manna temperata est, aut paulo calidior, guttur, asperam arteriam & thoracem lenit, aluum blande mouet, & serosos humores purgat, maxime vero id præstat manna granata, ut Calabra, non Tereniabin, quod mannam quandam instar mellis liquidam esse, Arabes scripserunt, quo non utimur, quia caremus.

Tereniabin.

CAP. VIII.

De floribus cordialibus, & primum de violis.

VIOLEA *Græcis* dicta, in opacis & asperis locis ad mærorum basim, & hortorum margines nascitur, & aliquando in pratis. Viret toto anno; floret sæpe Februario; sæpius Martio, unde viola Martis dicitur, interdum quoque autumno, si cultus adhibeatur, folia gerit hederæ non multum dissimilia, sed minora, tenuioraq;

cauliculis, vel potius pedunculus statim à radice prodit, cuius extremo flos ex cæruleo purpurascens trini odoris æmulus adnascitur. Semen minutum in rotundis folliculis extrema fere ætate producit.

Est autem viola martia multiplex, ac colorum variorum; quædam enim alba est, alia violacea, alia inter vtrumq; media. Datur & alia, quæ surrectis & duriusculis cauliculis sese erigit, quibus flosculi purpurascens emergunt. Est & alia tricolor, in locis scioribus nascens, foliis angustioribus, longioribus & laseinis, caulibus quadratis tenellis, succulentis, brachiatis & reptantibus. Ab eius trino colore quidam ex recentioribus herbam trinitatis nominant: alii violam flammæam, vulgus Gallorum minutam penseam.

Violarum differentia.

Minuta pensea.

Aliæ quædam parvæ admodum stirpes violarum nomine donantur, quæ quod nunquam vel rarissime ad medicos adhibentur vsus, ut viola mariana & matronalis, omittuntur. Martia vero tota vsurpatur; nam flores, quod vim habeant cor exhilarandi, medicamentis cardiacis fere semper commiscuntur: semen & folia, quod malactica sint, enematum decoctionem & cataplasmatum confectioem sæpius ingrediuntur. Floribus autem violarum vim inesse refrigerandi, omnes assueverunt, ac tironia tamen, quam in ore, dum mastlicantur, relinquunt, cuiusdam caloris esse participes, denunciant: Sed quia fugax est iste calor, qui ab exuperante frigiditate vincitur, frigidus Medici credunt.

Vires.

CAP. IX.

De flore buglosi.

BUGLOSSVM, à bubulæ linguæ figura, quam non inepte refert, sic dictum, quod vi magna polleat ad hilaritatem inducendam ex Dioscoro. & Plinio *in phlegone* nominatur: folia gerit longa, lata, aspera, symphiti similia, sed angustiora, breuioraque, nec ita obscure virentia. Cauliculos gerit bicubitales, brachiatis, hispidos, flores stellatos, cæruleos, nitentes, quod semen conse-

Descriptio.

consequitur oblongum, obscurum, medullosum. Radice fulcitur longa, crassa, exterius nigricante, intus alba, succulenta, dulci. Nascitur tum in hortis, tum in sabulosis & campestribus locis.

Hortensis siue naturā, siue effigiem spectemus, nullæ sunt varietates, nisi in florū colore, qui in quodam albus, in alio purpureus, ut in quodam Italico, in vulgari cæruleus. Verum sylvestris multæ diuersitates agnoscuntur: aliud enim perpetuo virens dicitur, quod nullo cæli statu marcescat: aliud asperū & Echioides, cuius folia bullis prominulis, cum rigida sint admodum horrent, perperamq; à nonnullis pro Anchusā sumitur, à cruore, quo radix eius inficit, sic nominata.

Buglossum calidæ & humidæ, vel potius mediæ est temperaturæ; vnde inter plantas exhilarantes numeratur, quod etiā Galenū cap. 80. lib. 6. de simpl. med. agnouisse certum est, qui buglossum vino immersum lætitiæ & hilaritatis causā esse scripsit.

CAP. X.

De flore borraginis.

Differentia inter buglossum & borraginem.

BORRAGO cuius notissima, buglossum non parum foliis & viribus affinis est: vtriusque enim folia longa sunt, ad bouinæ lingue figuram accedentia, sed borago eadē breuiora & latiora gerit, & adueniente hyemis rigore cito marcescit, ac commoritur; buglossum vero stat vegetum, nec segniter frigus perfert, præsertimque eius radix, ut & folia, quæ non longe à terra recedunt. Flores patulos edit cæruleos, & interdum albos, atque ampliores, quam buglossum, in quorum medio velut centro, coronis quædam fulca, extremo acuminata quasi defixa est.

Nascitur in fundo quouis, sed altius vi-
ret in humidiorē & pingui. Floret tota æstate, atque etiam autumnō. dum tardius seritur. Semen nigrum profert, in reliquis idem cum buglossō.

Folia in iusculis sumpta peculiarē dant gratiā, & aluū subducunt; atq; in vini con-

iecta, potantibus animi lætitiā & voluptatem adferre viri graues scripserunt, iuxta illud; *Ego Borrage gaudia semper ago.* Flores in acetariis oculis & fauces recreat, & in medicamentis virtutē cardiacā augēt.

Huic valde cognata est alia stirps frigoris patientissima, quæ modo buglossum, *Borrage* modo borrago semper virens nominatur: *rens*, vtriusque enim effigiem & naturam præ se fert, & viribus iisdem pollere creditur. Nascitur in locis campestribus multis, & ab his, qui simplicium varietate delectantur, in hortis seritur, & colitur.

CAP. XI.

De communibus quatuor emollientibus, & primum, de maluis.

QUATUOR sunt emollientes herbæ cōmunes, *malua, althæa, viola nigra, & acanthus*, seu *branca vrsina*, quibus adhuc aliæ quatuor minoris famæ adiunguntur, *mercurialis* nempe *parietaria, scela*, vulgo *beta*, & *atriplex*. Omnium siquidem vix æque celebratur decoctis enematum, & cataplasmatum emollientium parandis.

Est autem malua, sic ob præcipuā molliendi vim dicta, vel hortensis, quæ cultu & mangonio aliquando arborefcit, & in altissimā assurgit proceritatem: vel sylvestris, quæ cuiq; nota est: vbiq; enim foliis quam plurimis luxuriat, crassiusculis, circinatis, angulosis. Flores tota æstate promit, ex purpureo pallidos: Radices pusillas, longas, lignosas; semen paruū, planū, ac orbiculatū.

Multæ autem maluarum agnoscuntur differentia. *Prima* nomē generis retinet, quæ vbiq; viarum & arearum prope vrbes importuna sæpe germinat. *Secunda*, minus copiosa, pusilla magis, ramulis repit minoribus, prope rudera & inculta pagorū loca, flosculis purpureis albicantibus.

Tertia dicitur *arborefcens*, quæ instar fruticis assurgit, senum & octonū cubitorū. Quarta à multiplici, qua pollet facultate, dicitur *Althæa*, à Latinis *Bismalua*, & *Ibiscus*; Maluacea .n. habet folia, lenia, ob-

Malua vnde sic dicitur.

Maluarum differentia multa.

Arborefcens.

Althæa.

Vires.

longa, incana, flores albidiores, & semina cæteris maluis sylvestribus similia.

Radices profert crassas, longas, rotundas, in multos furculos diuicatas, ac plurima mucagine pregnantes. Thirst eius surrecti folia proferunt maluacea, oblonga, incana, & aliquantum tomentacea; flores subalbidos, & semen paruum, planum, ac orbiculatum, vt cæteræ maluarum species. Calefacit gradu primo, facultatemq; habet digerendi, laxandi, & pus coquendi.

Alcea.

Quinta dicitur *Alcea*, quæ facie maluæ prodit, ortu & cauliculis, sed altius incisis: Ex radice prodeit numerosa virgulta, sesquicubitalia, floribus rubellis ornata; quibus defluxis, semen emergit rotundum, compressum reliquarum maluarum modo.

Transmarina.

Sexta vocatur *transmarina* & *rosacea*, à floribus rosei elegantia & similitudine. Cuius genti notissima est, cum in hortis sata & culta multos annos perduret, radice de nouo primo vere sese propagante.

Althea varietates.

Ad maluarum familiam referuntur huiusmodi quedam species, videlicet *althea arborea*, *althea palustris*, *althea Theophrasti* floribus luteis. Totidem adhuc alceæ inueniuntur differentia, vulgaris, exotica & fruticosior, quæ est folio pentaphyli.

Vires.

Malua omnis vim habet emolliendi, unde nomen; eiusque folia decocta tritaque profunt sacris ignibus & ambustis. Valet & contra venena imposita, & dolores ab ictibus apum & vesparum excitatos leuat.

CAP. XII.

De acantho seu branca vrsina.

ACANTHI vox non solum ad spinosas plantas, vt carduos, sed alias multas hortenses nullis aculeis horridas refertur, vt ad cynaram, seu scholimum, & ad brancam vrsinam, officinis acanthum dictam, quam nonnulli *marmorariam* vocant, quod olim in columnarum epistillis eius folia insculpta viderentur.

Descriptio.

Nascitur in hortis & locis humentibus,

ait Dioscorides: folia promit longa, lata, pingua, læuia, nigricantia, incisuris erucæ modo diuisa: caulem bicubitalem edit, læuem, digiti crassitudine, à medio ad verticem ex interuallis exornatum foliolis quibusdam oblongis, velut nucamentis parum acuminatis, sed non spinosis, è quibus flos candicans erumpit: semen illi oblongum est & luteum: caput thyrsi specie.

Subsunt radices mucosæ, longæ, rubentes, glutinosæ, quarum nullus aut rarus in medicina vsus, etsi vltis & luxatis illitæ profunt, potæ moueant vrinam, & tabidis conferant: folia enim tantum vsurpari solent ad enematum decocta, cui soli duntaxat vsui tota planta destinatur, & à Pharmacopœis seritur, & feruatur in hortis: sylesfrem enim apud nos reperire, per rarum.

Brancam vrsinam nonnulli vocari contendunt, quod eius folia pedes vrsæ anteriores referant inuenimus & *Pæderotam* *Pæderota*, & *melamphyllum* nuncupari.

De viola, quæ inter quatuor emollientes præcipuas numeratur, abunde supra locuti sumus.

CAP. XIII.

De aliis emollientibus, & primis de Mercuriali.

MERCVRIALIS à Mercurio nomen habet, à quo inueta perhibetur, unde Græcis *ἰσχυρὸν βοτανίον* sæpe, sæpius tamē *Linostis* vocatur. Eius duæ sunt differentia: prima dicitur mas, secunda femina, vtrique sureuli rotundi, leues, geniculis aliquotasperis, cubitales, brachiati, folia circa hos multa sunt, oblonga, mucronata, ambitu serræ modo incisa, ozimi foliis affinia. Semina masculinæ bina simul iuncta, pediculis cohærentia, è foliorum sinu prodeunt, apurines ritu: feminæ vero exiguæ, spicæ erumpunt cum stoculis muscosis, racematim cohærentibus, quo tabescentes semen nullum consequitur.

Linostis. Differentia.

Æstate

Vires.

Æstate integra vires, hyeme perit, vere re-
redit. Eius vires maxime se produnt, & ex-
petuntur ad aluum exonerandam; eiusque
succo conficitur mel, mercuriale dictum,
ad sopitam vim expultricem ciendam, &
aluum detergendam, eluendamque a-
ptissimum.

Est & tertia mercurialis *Cynocrambe* di-
cta, seu mas syluestris, quæ passim secus vi-
as, & in locis vdis nascitur, quæ quod mari
multum affinis sit, placuit eius nomine,
cum viris literatis insinire.

CAP. XIV.

De parietaria.

PARIETARIÆ plantæ vulgaris & ancil-
lis ipsis notissimæ multiplex appellatio
efficit, ut quid ea ipsa esset, & quo nomine
insignita legitime, viri docti dubitarint.
Frequentius autem in arte pharmaceutica
helxine nuncupatur, qua tamen voce plâta
gemina à Dioscoride describitur: Prima
cognominatur *Cissampelos*, estq; conuol-
uuli species, quæ nascitur in sepibus, vici-
nasq; stirpes amplectitur: Altera in parie-
tibus & maceris, vnde *parietaria*, & *herba*
muralis dicitur; ut etiam *helxine*, quod ve-
stib. hercat, stulosculos emittit herbidos, pal-
lentes, muscosos, & folia admodum hirsu-
ta, quæ quod detergendis vitreis calicibus
apertissima sunt, à nonnullis *vitrycola* nuncu-
patur. A quibusdam quoq; herbam venti
nominari comperio, sed id nominis æqui-
us sibi vendicat anemone, ut suo loco dice-
tur. Cum autem parietaria vulgaris sic no-
titia, longiori descriptione non eget.

Vim habet refrigerandi & detergendi,
& illitu condylomata & inflammationes
fanat. Cum oleo vel butyro fixa, & regio-
ni renum admota nephritico dolori pro-
dest, & meatus referando calculi exclusio-
nem mouet & accelerat. Ob id recte syru-
pi de althea confectioem, ex Fer-
aelii statuto ingredi-
tur.

Muralis
herba.

Vires.

CAP. XV.

De beta & atriplice.

BETA vel rubra est, vulgo nigra dicta, vel *Differentia.*
candida, vel flauescens: tot enim colo-
rum varietates in his reperiuntur. Rubra
adhuc est duplex; vna vulgaris, ab aliis, ra-
dice, foliis, colore minime distincta, sed
colore tantum; alia Romana, quæ magis
nigricat, radicem crassissimam habens rari-
modo, vnde & *beta-rapa*; à multis satis pro-
prie *beta erythrorisosa*; à Fuchio, *rapum ru-
brum*, sed improprie nuncupatur.

Beta-rapa.

Candida inter cibos magis recipitur. E-
ius tamen succus potius usurpatur ad errhi-
na: sua enim facultate nitrosa pituitam e
cerebro deducit: hinc colligitur, betam
non adeo fatuam seu inspidam esse, ut pu-
tauit Martialis, stomachum enim laceffit
& grauat parumq; nutrit, vnde mensis tan-
tum rusticorum & pauperum apponitur,
nisi quis prima menta ad ciendam aluum
illa velit uti; maxime vero candida, quæ ut
potius ventrem, sic rubra vesicam proritat
& exonerat. Optime igitur ad confectio-
nem *diacassia* accedit.

Atriplex quoque vulgo *arrochia*, Græcis
ἀτρίπλεξ; dicta, inter herbas emollientes
optimo iure numeratur. Inter enim olera
vix datur vnum, quod facilius & efficacius
aluum subducit.

Atriplex.

Refrigerat enim primo recessu, hume-
ctat secundo, estque qualitatis omnis expers,
hoc est, fatua & insipida, atq; aquati-
cam & vliginosam habet naturam: ob id
citissime subit inferiora, & aluum aperit.

Vires.

CAP. XVI.

De quinque capillaribus, & primum de
vero capillo veneris.

QUINQUE affines herbe, capillares in
Officinis appellantur. Capillus vene-
ris verus, seu *adiantum verum* *adiantum*
commune, *asplenium*, seu *scolopendrium*, *Ce-
terach*, vulgo dictum *Polytrichum*, seu *tri-
chomanes*, & *salvia vita*, seu *ruta muraria*.
Sunt qui *epithimum* & *culcutam* verius

V 3 capilla-

Herba capillares unde habeant nomen.

Adiantum verum.

Descriptio capilli veneris veri.

Vires.

capillares dici existimant, quod crines & capillamenta melius referant: proinde non tam à forma, quam facultate, qua pollent ad tingendos capillos & amissos refarciendos, quinque herbae prius enumeratae capillares dici videntur.

Capillus autem veneris verus nullibi frequentius inuenitur, quam in tractu Narbonensi: raro in reliquis Galliae partibus praesertim frigidioribus prouenit, & qui Lutetiae anno praeterito late virescibat in horto Ioan. Gonerii Pharmacopoei meritisissimi, praerigiditate hyemis anno 1608. periit.

Herbula est sine caule, flore, semine nascens in locis verrucosis, petrosis, umbrosis, vdis, & in fontium asperginibus. Pro caule cincinnos habet plusculos, capillos, fuscios, quibus adhaerent paruula folia, ac tenella, coriandri foliis non multum dissimilia, unde à Mesueo *coriandrum putet* vocatur. Nomen autem adianti datum fuit, quod aqua perfusum, ut etiam caeterae species, & *diuinae*, hoc est, minime madet, asserente Theophrasto *cap. 13. lib. 7. de hist. plantar.* quod tamen asserendum non est de longiore maceratione, nam si diutius aquae fuerit immersum, perinde ac aliae plantae madescit.

Adiantum in caliditate & frigiditate symmetrum est, ex Galen. *lib. 6. de simplic. med.* verum desiccatur, extenuatur, digeritur, alopecias capillis vestit, strumas & abscessus discutit, lapides frangit epotum, & mirum in modum thoracis, hepatis, renum & lienis affectibus opitulatur. Vires illius profuse à Mesueo *cap. 20. de simplic.* describuntur.

C A P. XVII.

De adianto vulgari.

PRÆTER adiantum verum, quod absolute dictum capillum veneris verum portendit, Theophrastus *cap. 13. lib. 7.* duas adhuc eiusdem nominis plantas humiles notat, Adiantum videlicet album & nigrum: utriusque tamen ramuli nigro colore nitent, folia similia, crispa nempe, densa &

punctulis rubiginosis altera parte conspersa, atque prorsus eadem vires: sed cum alterum cauliculos, nerulosque proferat nigriores, & obscuro virore magis saturatos, nigrum vocatur. Misero ægrorum damno hallucinantur, qui pro utroque dryopteridem usurpant.

Miraculo quidam nimis creduli tribuunt, quod aqua perfusum non madeat, ut dictum est, aut aquam ita respuat, ut siccum semper videatur: sicque ab euentu nomen adianti detortum. Verum longior eius in aqua demersio, infusione contrarium docet: nonnulli putant, sic iustius nominari, quod à pluuia descendente non cito madeat, pennarum annatum ritu; vel aquarum margines, ac puteorum parietes circumuectiens, aquam tamen quasi fugiens non attingat; perinde ac hyrundines, quae in hominum aedibus delectantur & nidificant, ab hominibus tamen contrectari & cicurari nunquam patiuntur.

Adiantum porro ex radice pusilla, filamentis pluribus compacta & nigra exiles furculos emittit, iuncea, rectos, sesquipalimum altos, & aliquando longiores, ex herbido nunc pallentes, nunc nigricantes, foliolis mollibus utrinque vestitos, filicis maris diuisura, situ, & ritu, sed multo tenuioribus & minoribus, altera facie magis, altera minus virentibus, & punctis aliquot maculatis. Locorum opacitate gaudet, perpetuo viret, folia non amittit, sed nec florem vllum, nec semen edit.

Vires adianti ad multa commendantur. Capillorum enim defluuium prohibet, vel eosdem fluxos reparat: Asthmaticis & spiriosis prodest, menses mouet, strumas discutit, atque eosdem plane effectus praestat, quos capillus veneris verus.

C A P. XVIII.

De Polytricho.

UT adianti nomine tres plantae comprehenduntur, sic vnica sub triplici designatur. *Trichomanes* enim *polytrichum* & *callitrichum* ex herbariae rei peritis, idem

Adiantum cur dictum.

Vires.

nam

nam Trichomanes Romanis dicitur capillaris, quod fluentem capillum expleat; Polytrichum, quod capillos multos ac defos efficiat; & callitrichum, quasi pulchricomum, quod eosdem pulchriores reddat. *Ruel. cap. 133. li. 3.*

Sunt, qui pinnulam adhuc, alii filiculam, & nonnulli adiantum vocant.

Descriptio.

Nascitur in parietibus & locis opacis, & umbrosis, & iuxta specus ac fontium aspergines, vt adiantum. Radix ei pusilla, nigra, ex qua velut capillamenta, nitida, rigida, fusca, breuiter rumpunt; vtrinque folia paruula, optimo disposita ordine, & aduersos inrer se pediculos habentia lentis magnitudine & effigie, sed tenuiora, & subter maculis ferrugineis signata.

Nec flores, nec semen gerit, vt adianta, quibus in facultatum conditione conuenit.

CAP. XIX.

De Ceterach.

TOTAPharmacopolarum turba in hoc diu stetit errore, Scolopendrium & hemionitidem, vulgo linguam ceruinam nihilinter se discriminis habere, & vnicam plantam esse: sed Medicorum vel nudis verbis, vel libris peritiores facti, nunc agnoscunt, asplenium seu splenium, vulgari ac barbara voce Ceterach dictum, verum scolopendrium esse, cuius folia paruula sunt, polypodii modo diuisa, subter flauescencia, hirsuta, angusta, corrugata, viridia, pediculo vix palmum longo & nigricante adhærescentia, aduersa serie disposita, ita tamen, vt alia non directe aliis, vt in polytricho, sed aliorum interstitiis, vt in polypodio quodam opponantur.

In petris inuenitur, & opacis parietibus, atq; quibusdam aliis locis saxosis & umbrosis. Nullo caule, sed pediculo tenui fulcitur, nullo flore coronatur, nullo semine grauidatur.

Vires.

Vim habet eximiam ad lienem minuendum, calculos atterendos & pellendos, vrinam mouendam, singultum sedandum, & ieterum sanandum.

CAP. XX.

De Salvia-vita.

VIRIBVS & effigie proxima est capillaribus alia planta, quæ à similitudine foliorum rutæ, cui perbesse conuenit, & à loco natali, in quo sponte & late viret, ruta muraria, in officinis Salvia vita vocatur. Petras opacas, manantia saxa, ædificia vtrusta & specus amat. Et velut saxa diuidens è mediis eorum incisuris erumpit, tenuibus, breuibus, & iuncea furculis, & velut filamentis adianthi valde similibus, quib. foliola adhærescunt paruua, crassa tamen, incisa, ex albido colore virentia, & adrutam accedentia.

Tota planta vix palmum æquat, flore & semine vidua, perpetuoq; viret, vnde frequens est eius vsus per hyemem, cum scilicet alia stirpes defunt, vel arida non satis conueniunt.

Vim habet meatus referandi, obstru- *Vires.*
ctiones liberandi, excrementa mouendi, humiditates serosas exsiccandi: propterea iecoris, lienis & mesenterii infarctibus expediendis conducit, menses & vrinam ciet, calculos pellit, hydropi medetur, & vitiis, quæ intra sunt thoracem, opitulatur. Faluntur, qui paronichiam esse putant.

CAP. XXI.

De quibusdam aliis capillaribus, minus proprie dictis, & primum de Hemionitide.

A Virium efficacia, quibus ad splenem *Phyllitis.*
minuendum pollet hemionitu, à Pharmacopolis vocatur nunc asplenium, nunc scolopendrium, vt ceterach, quod ea in re cæteris omnibus medicamentis antecellit: reuera tamen hemionitis scolopendrium non est, aut asplenium, seu ceterach vulgare, sed alia quædam herba caulis, floris & seminis expers, & foliis tantum extra terram prodicens, vnde Phyllitis sæpius, quasi foliosa herba dicitur. E radice enim multis capillamentis fibrosa & nigricante folia multa exeunt, crassa, rigida, longa, ceruorum

uorum linguæ modo, hinc ceruina lingua multis dicta, superne lænia, inferne multis lineis tranuersis ferrugineis asperula, Gaza herbam mulam nominat.

*Herbamula.
Vires.*

Multi est ad lienem vsus, cuius non modo obstructionem tollit, duritiem & tumorem minuit, sed etiam hepatis affectus multos feliciter sanat.

C A P. XXII.

De cuscuta, & epithymo.

Descriptio.

CVSCUTA, seu cassitha herbofis fructibus adnascitur, epithymi modo, nullaque radice nixa, sed velut ab alarum sinu prodiens cirrhis, capillamentisve longissimis repit, inquit Marthiolus. Eius autem vberior esse solet proventus in segete linaria, crebrisque volutionibus lini fastigia scandit, vnde podagram lini officinæ appellitant.

Fuchsius non sine ratione credit, Cassitham primum radiculis niti, quæ tum arefcunt, quando cirrhi, seu capillamenta plantam inuoluunt, à qua sugunt alimentum: proinde temperamentum mutat & qualitatem, pro varia plantarum, quibus innascitur, natura, putantq; multi, epithymum & cuscutam non differre, nisi quod hæc lino, illud thymo innascatur.

*Differentia
inter cuscutam & epithymum.*

Matthiolus tamen refragatur, & effigiem vtriusque non parum dissimilem tradit, nec non qualitates, etiam Galeni testimonio. *Epithymum* enim calefacit ordine tertio, & *cuscuta* tantum secundo, ita, vt verisimile sit epithymum suas vires à thymo, cuscutam à lino mutuari. Perperam igitur faciunt, qui podagram aliarum plantarum assumunt pro vero epithymo, aut cuscuta.

Vtrique nulla sunt folia, sed cirrhi tantum & velut tenues, ac subrubræ testudinum fides, quibus flores paruuli, quasi stellulæ albicantes dehiscunt, pusillo semine grauidati, quod syrupi de cichorio laxatiui rhabarbaro ingreditur compositionem.

Vires.

Vim habet abstergendi & roborandi.

Iecoris & lienis obstructiones tollit, vrinam mouet, ictero succurrit, & affectibus ab humore bilioso & melancholico ortis prodest.

C A P. XXIII.

De quinque radicibus aperientibus, & primum de apio.

RADICES aperientes multæ sunt, quarum quinque cæteris dignitate quadam præferuntur, ex quibus tres hortenses sunt, *petroselinum*, *asparagi*, *fœniculi*; aliæ agrestes, quæ scilicet in locis incultis nascuntur, *apii* & *rusci*.

Apium autem Latinis, & ἄπιον Græcis multum inter se dissentiunt, vt & Persilium vulgo dictum, & petroselinum verum.

Nam apios ex Dioscor. cap. 177. lib. 2. folio constat rutaceo, breui, caulibus ternis, aut quaternis, humi prostratis, radice exterius nigra, intus alba, pyri effigie, & corpus fusque, de que mouet, licet non ita vehementer. Atque aliquando apios pro forma pyri, aliquando pro sapore fatuo aut vix perceptibili sumitur.

Apium vero sic vulgo dictum, seu Selinon, vel potius eleoselinum, vt Dioscorides cap. 75. lib. 3. nominat, apio fatiuo, persilio, vulgo dicto, simile, sed grandius; Ad eadæque efficax, sed propter ingratum saporem & odorem, inter oleram minime locum habet.

Nascitur in locis, vt plurimum incultis, vdis ac riguis, vnde Paludapium non improprie nominatur, & apium rusticum.

Calidum est secundo gradu, siccum tertio, [Galen. lib. 8. simpl.] menses & vrinas mouet: status quoque discutit, & magis semen, quam ipsa herba, valetq; ad araneorum morsus, ait Plinius. Radix vero sapissime vsurpatur ad diducendos meatus, & obstructiones liberandas, folia comesta pulmonibus conferre putantur.

C A P. XXIV.

De Petroselino.

QUOD veteres apium hortense, seu fatiuum

Apium.

Apios.

Vires.

tiuum vocarunt, nos petroselinum nostras, ac vulgare persilium, hortis omnibus frequentissimum, & iusculis, ac cibis condiendis familiarissimum vocamus, quod non nisi in hortis lætum ac copiosum vi-
ret, in quibus ad gratiam, quam cibariis admixtum cōcedit, sedulo feritur; & in locis tam calidis, quam frigidis vberime provenit, modo pinguibus, ad sitque iugis humor, cuius rigatu facile animetur; vnde nullum cœlum & solum respuit, modo cultum. Semen autem illius omnium tardissime germinat, nimirum quadagesimo die à satū, & nonnunquam quinquagesimo.

Folia fert coriandro similia, crispata, radices longas & capillatas, esui gratissimas, medicinae vtilissimas.

Dantur vtiliter calculosis, ictericis, & iis mulieribus, quibus statim menses non procedunt, nec non his, qui vrinae difficultatibus laborant.

CAP. XXV.

De asparago.

ASPARAGI dicuntur sic, quod in virgulis asperis nascantur. Eorum enim scapi asperunt, non læues, vel quia sua sponte sine satū profiliant; Ex arietis quippe tuis & defossis cornibus prodire viri grauisissimi scripserunt: Olerum tamen & aliarum plantarum recentissimi turiones, ac tenella germina, priusquam in folia explicentur, ex veterum placitis asparagi nuncupantur.

Est vero asparagus vel syluestris, *corruda* dictus, vel hortensis, seu sativus; & uterque vulgaris notitia, inquit Dioscorides c. 152. lib. 2. multis ramis & foliolis longis, tenuibus & numerosis se arigit, quæ instar fœniculi in capillamenta abeant.

Hoc olus siccitate lætatur, & rigationem auersatur frequentem, ingruente tamen Autumno, dum irrigantur, thyrsulos edunt teneriores & magis succulentos.

Subsunt radices rotundæ & numerosæ, quæ vim habent aperiendi, meatus didu-

cendi, iecur & renes obstructionibus liberandi, felle suffulos sanandi, menses & vrinam mouendi.

CAP. XXVI.

De fœniculo.

FœNICVLVM ad varios vsus totum celebratur: nam coma tenella acetariis mixta suauitatem addit; Semen cum *senna* decoctum ab ea flatūs & tormina excitari solita discutit, aliaque innumera, vel per se, vel aliis commixtum, beneficia præstat; Radices obstructionibus expediendis vni-
ce commendantur.

Planta est ferulacei generis, hominis interdum proceritatem superans, caule geniculato: fungosa intus medulla, cortice exterius læui, & herbaceo, folio peucedani, tenui, longo, molli, capillaceo, grato odor, muscario rotūdo, patulo, lato, sublu-
teo, in orbem circinato, ex quo semen nudum, oblongum, ex pallido flauescens dependet: radice longa, crassa, alba, odorata.

Sunt vero duæ fœniculi species; prima Græcis dicitur *marathrum*, cuius adhuc duæ agnoscuntur differentia: vnum dulce est, in Italia frequentissimum: Alterum vulgare, cuius semen est acrius & minutius.

Secunda species dicitur *erraticum*, seu *Hippomarathron*, à magnitudine sic appellatum, satiuo enim grandius ac procerius est, & in Mauritania nonnunquam duodecim cubitis a surgit, crassitudine quatuor palmorum, semine miliaceo, radice alba & odorata.

Fœniculum calefacit tantum gradu secundo, aut in principio tertii.

Contra serpentum ictus in vino potum confert, menses & vrinas mouet, lac generat, suffulis medetur.

Hippomarathrum vero ad omnia fœniculo efficacius: Potenter enim menses pellit & vrinas, calculos eiicit, regium morbum purgat, & contra serpentum morsus nihil æque conducit.

Vires.

Vnde asparago nomen.

Corruda.

Vires.

Marathrum.

Vires.

Elaphoboscum.

Elaphoboscum nonnulli inter fœniculorum genera recensent, quod ei fœniculaecus sit caulis, vt & muscarius, folia tamen valde dissimilia, vt & color, odor, sapor, virtus & facies. A quibusdam ocellus ceruæ, ab aliis gratia Dei vocatur.

Ocellus.

C A P. XXVII.

De Rusco.

Ruscus, & Officinis Bruscus, videtur esse myrthacantha, seu ruscus syluestris: Exurgit enim facie & foliis myrtheis, sed rigidioribus, durioribus, mucronatis & inodoris. Virgultis adhærescunt bæcæ prærubræ, magnitudine ceraforum, quibus nuclei bini, terniue includuntur ossei, ac tritura vix puluerabiles.

Hypoglossum.

Huic affinis est alia planta, *Hypoglossum*, & *laurus Alexandrina* dicta, sed folia gerit molliora & maiora, è quorum media ac superna parte foliola, velut lingula supernascuntur.

Rivos.

In asperis & incultis locis ruscus nascitur; cuiusq; radicis decoctio menstrua ciet, calculos atterit & pellit, stranguriæ medetur & ictero.

C A P. XXVIII.

De quatuor seminibus frigidis maioribus.

QUATUOR semina frigida maiora sunt semina *cucurbita*, *cucumeris*, *melonis* & *citrulli*: sub quibus alii fructus multi oleracei comprehenduntur, ab antiquis nomine *oxus* designati. Est vero inter eos affinitas tanta, vt fere sit indistincta & indeterminata cuiusque nomenclatura: Nam multi sub cucumeribus melones & pepones complectuntur; Sub cucurbitis citrullus & melopepones.

Cucurbitarum varietates.

Singulorum autem multæ sunt varietates, cultura præsertim & mangonio sic efficta. Nam cucurbitarum differentiæ quatuor notantur, maior, minor, seu lagenaria, anguina, seu oblonga & indica, præter *colocynthida*, quæ *cucurbita syluestris* nuncupatur.

Cucumer vero aut syluestris est, & nuncupatur *asininus*, ex cuius succo conficitur *elaterium*; aut satiuus, cuius multæ quoq; differentiæ comperiuntur: Alii enim longi sunt, recti & flauescetes; Alii breuiiores, virides & incurui; Nonnulli compressi, lati, rotundi; Alii clypeiformes, & vulgo pepones nominantur.

Cucumers.

Melones Galli sæpe vocant, quos Itali pepones, Dioscorides Melo pepones, & antiquorum nonnulli cucumeres domesticos: sed vitata nominum confusione, præstat eos fructus è Sicya satiuæ prouenientes, (sic enim vocatam plantã, ex qua melones leguntur, obseruauimus) & instar mali citionii, aut pomorum redolentium fragrantis, melones, quasi fructus pomosos nominare; quorum, vt prædictorum multæ varietates notantur: Alii enim propter odoris & saporis suauitatem dicuntur *Moschatellini*, alii *sacharini*; Alii à solo & regione, vbi nascuntur, aliam habent denominationem.

Melones.

Citrulli magnitudine dictos omnes fructus superant, locupletantque hortos rusticorum: quorum etiam permultæ traduntur varietates, tam in colore & figura, quam in magnitudine atque etiam sapore. Nonnulli enim breuiiores sunt, alii longiores; Aliqui plani, alii rotundi, & velut sulcati; Alii ex rubro & viridi flauescetes, qui dulcedine cæteris præstant.

Citrulli.

Vt autem quatuor hæ plantæ effigie sunt valde affines, sic & viribus, & semina ex illis collecta pro quatuor seminibus frigidis seruantur maioribus, quorum frequentissimus est in Medicina vsus.

C A P. XXIX.

De quatuor seminibus frigidis minoribus, & primum de Lactuca, & eius semine.

LACTUCA à lactei succi, quem fundit, dum abrumpitur, vbertate, dicta primas inter olera tenet: vt enim gratissima est in acetariis & iusculis, sic in medicis vsibus sa-

Lactuca unde dicitur.

Vires.

bus salutaris. Nam præter quod sanguinem generat satis laudabilem, feruorem etiam sanguinis & viscerum extinguit, somnum conciliat, & hecticis prodest, ex Galeno, *cap. 40. libr. 2. de aliment. & cap. 13. lib. de Maraf.* estque familiare medicamentum alimentosum, iuuenibus & biliosis naturis tutissimum.

Toto anno feri potest, & si terram pinguem, probe subactam & soli expositam nacta fuerit, late vires, & in latum sese diffundit. Dum adhuc tenella est, si euellatur & alio fundo probe stercoreto plantetur, pluribus foliis in globum conuolutis extuberat, & capitata vulgo pomata euadit.

Lactuca pomata.
Differentia.

Lactuca autem vt nullum olus præstantius, sic notius nullū, nec frequentius, cuius tres præcipue varietates in hortis visuntur. *Rugosa* & vulgaris non capitata; *Sessilis*, seu *pomatæ ac capitata*, & Romano nigro semine, & *scariola folio*. Addunt nonnulli alias duas, *Cecilianam* & *Cypriam*, seu *Gracam*: Præter quas in locis incultis alia nascitur, quæ à lacte & semine potius, quam effigie, lactuca dicitur, à Galeno *Thridacine*. Nonnulli à colorum varietate varias enumerant, albas, rubentes, nigras, purpureas.

Vires.

Omnis autem lactuca, vt & semen eius refrigerat, & somnum conciliat. Eoque remedio feliciter vsus est Galenus ad vigilias immoderatas, quæ illi acciderant ob studia longiora & raro intermissa.

Semen vero, quod inter refrigerantia minora sumitur, ad multa vsurpatur: valet enim ad gonorrhœam virulentam, ad vrinæ ardorem, ad humectandum, refrigerandum, leniendum, sitim extinguendam, & somnum conciliandum.

CAP. XXX.

De portulaca, eiusque semine.

PORTULACÆ semen etiam numeratur inter semina refrigerantia minora. Est vero portulaca vna ex hortensibus, quæ omnium maxime in iusculis & acetariis expetitur, sæpeque pauperum & diuitum

mensas inchoat, & apud multos aceto & sale condita ad hyemem integram feruatur.

Duo autem portulacæ discrimina traduntur: Est enim vna syluestris, quæ passim in vineis multis sponte nascitur, multisque surculis in terram reptantibus, ex viridi rubentibus luxuriat. Altera domestica seu hortensis, quæ studiosissime excolitur. Folia emittit ampliora, magis carnosa & succulenta: surculos magis erectos & minus duos. Vtriusque effigies parum dissimilis, sed vires aliquantum varix. Satiuam enim refrigerare omnes asserunt, syluestrem calefacere nonnulli contendunt.

Species.

Alterutrius folia tusa & clauis pedum adhibita secure medentur; Ignibus sacris etiam auxiliantur: capitis dolores in solatu contractos, cum oleo rosaceo sedat. Commaducata dentes mobiles firmat, oris & tonsillarum vlcera sanat.

Vires.

Est & portulaca quædam marina & aquatica, sed istarum nulla medicamentorum compositiones in Officina nostra descripsi ingrediuntur.

CAP. XXXI.

De aliis seminibus frigidis minoribus, ac obiter de cichoraceis.

DVO alia semina frigida minora defumuntur ex cichoraceis, ad quæ stirpes multæ referuntur; vt *Chondrilla*, *Hieracia*, *Sonchi*, *Scariola*, *lactuca syluestres* & *intybacea omnia*: sed cum absolute cichorium ponitur, semper erraticum & syluestre intelligendum est, cuius scilicet frequentior est in medicina vsus: estque genus ad alias intybaceorum, tam satiuorum, quam sylstrium differentias.

Cichorium.

Satiuum autem cichoriū, seu intybum, Græcis dici solet *seris*, quia seritur; cuius duæ sunt species, vnum latifolium, quod à nonnullis *endiuia hortensis*; alterū angustifolium, quod *seris*, seu *Seriola* & *Scariola*, & Syluio *intybus* dicitur. Vtrumque intubolanum,

Intybum.

Seris.

Scariola.

En diui

hortensis.
Intybolachanum.

chanum, quasi cichorium olus vocat Galenus, quod inter olera tam ad altera iuscula, quam acetaria conficienda reponatur.

Taraxacū.
Dens leonis.
Hedipnois.

Ad syluestre refertur *taraxacum*, seu *cichorium luteum*, *Dens leonis*, & *Hedipnois*, quasi somnum concilians dictum. A Rondeletio *Chondrilla* Dioscoridis nuncupatur. A quibusdam *caput monachi*, ab aliis *urinaria* quoque dicitur.

Cicerbita.

Cicerbita, seu *Sonchus*, Gallice *laiteron*, quod eius sit lacteus succus, dicta, ex endiuarum familia est, passim que in locis cultis & incultis prouenit; eiusque tres differentiae à Dioscoride statuuntur, aspera, laeuis, & arborescens. Prima *rostrum porci* à multis nuncupatur. Clusius agnouit quinque inter se discrepantes, duas vulgares, laeuem & laeuiozem, duas Austriacas laeuem & laeuiozem, & Pannonicam.

Rostrum porci.

Chondrilla.

Ad syluestre quoque cichorium referuntur omnes *Chondrilla* species, quas alii duas tantum, alii quatuor agnoscunt, praeter zacintham, seu cichorium verracarium, & perdicum, seu perdition, quod nonnulli *chondrillam marinam*, alii *bulbosam* nominant. Sicque in vniuersum *chondrillarum* erunt sex varietates, quae magis viribus, quam facie cichoraceis respondent.

Hieracia.

Quod si ex qualitatibus affinitate conformae genus inferre liceat, hieracia inter cichoreacia, aut vt alii volunt, inter sonchos, cum quibus magnam habent similitudinem, reponere nihil vetat. Sunt vero hieraciorum varietates multae, nempe maius, latifolium, angustifolium praemorsa radice, longius radicum, villosum, montanum, folio hedipnois, foliis & facie *Chondrilla*, & Narbonense falcatum. De quibus consule recentiores rei herbariae scriptores.

Cichorij varia nomina.

Cichorii autem varia nomina, vt ad institutum redeam, cichoraceis obscuritate attrulerunt. Genus enim pro specie, species pro genere, & vna species pro altera saepe ponitur, & eodem nomine designatur. Nam cichorio saepe haec nomina dantur, *Am-*

bubeia, *Picris*, *Intybum*, *Seris*, *Endiuia*, *Scariola*, *Scariola*, *Intubolachanum*; atque omnes hieracii, cicerbitae, seu sonchi, *chondrilla* & lactucae syluestris species cichorii nomine saepius donantur.

Lactucae syluestris partim affinis est cichoraceorum generi, folia enim scariolae hortensis gerit, & partim naturae papauerum, cum opii odorem vtrunque eructet soporiferum & virosum.

Semina autem cichorii syluestris & endiuiae sumuntur pro seminibus frigidis minoribus, quorum qualitates appellatio satis indicat.

Lactucae syluestris.

Semina frigida minoribus.

CAP. XXXII.

De seminibus quatuor calidis maioribus, & primum de aniso.

SEMINA quatuor calida maiora desumuntur ex *aniso*, *feniculo*, *cumino* & *caruo*. Quid sit feniculum, supra diximus, quid anisum, ipsae etiam mulierculae dicere queunt, cum eius semine saepius vtrantur saccharo incrustato. Et quae inter eas opere pistorio delectantur, panificii quoddam genus conficiunt (biscoctum nominant) cui semen anisi permiscetur, quod odorem, saporemque conciliat pergratum. Id ipsum multis adhuc condimentis addiunt ad gratiam maiorem. Oris enim halitum commendat, urinam ciet, hydropticis prodest, & nullum ex oleraceis seminibus ventriculo magis amicum, *Dioscorid.* *Vires.* *cap. 65. lib. 3.* Calefacit & siccatur ordine tertio ex Galeno, *lib. 5. simpl.* gustus tamen nondum percepit tantum caloris excessum. Latinis & Graecis *anisum* vocatur, estque nomen feminis & plantae, quam à nonnullis *anicetum* vocari comperio.

Planta nec apio similis est, vt scribit Fuchsius, nec etiam feniculo, vt asseruit Ruellius, sed inter vtramque media: folia enim nec ita lata, vt apio, nec ita tenuia & capillacea, vt feniculo. Sed cum vulgaris sit no-

Anicetum.

fit notitia, in describenda illius historia non diutius immorabor.

*Carminati-
ua unde di-
cta.*

Non est tamen prætereundum, illa femina calida & Pharmacopœis Carminatiua, hoc est, status discutiētia, vt interpretatur, vocitari, etymo non satis noto, nisi forsan à verbo Græco *καταρτίζω*, id est, discerpo & in minutas partes diuido, vel potius à carmino, id est, pectore, vnde apud Arabes *Carmos* ad capillos veneris refertur, & carminare est pilos seu lanam pectere, idque non affatim, sed paulatim; perinde ac status sensim discutiuntur. Non tamen mihi satis constat vera carminatiui vox & origo, licet vsu iamdiu admissio comprobetur.

Carmos.

CAP. XXXIII.

De cumino.

CYMINVM, seu Cuminum, & seminis, & plantæ cuiusdam sceniculo similis nomen est; cuius duo genera perhibentur, vnum satium, ac domesticum, aliud syluestre. Satium regium Hippocrati dictum, morbis mulierum multis ab eodem commendatissimum à Dioscoride Æthiopicum, à quibusdam Ægyptium & Asiaticum nuncupatur.

Id fere vnicaule, raro cubitale, sæpe pedem tantummodo altum, interdumq; humilius, frequentibus ramulis brachiatum: folia in tenues particulas secantur ad sceniculum accedentia, sed breuiora, minoraque: In virgularum fastigijs exeruntur umbellæ, primum flosculis ornatae, postea seminibus onustæ, nudis, angustis & canaliculatis: Radix subest aliquantum tenuis & odora, quæ seminibus maturis tabescit. Seritur & vberè prouenit in Hispania, Italia, & quibusdam Gallia regionibus calidis, modo semen in pingue solum iniicitur. Inter olera maxime fructicat, atque eo magis, si cum probris & maledictis seratur, vt idiotæ putant, quos irridendos magis, quam probandos puto.

Cuminum

Syluestre cuminum gingidii folia pro-

fert, cauliculos exiles, scandicis seu pectinis veneri ritu: in cacumine capitula quina aut sena, rotunda, villosa, in quibus semen est acetosum. *Dioscor. cap. 60. lib. 3.*

Est alterum satium valde simile, quod à floribus singulis cornicula promit in sublime exserta, in quibus semen est melanchio simile, ait Dioscor. hocque videtur ea esse planta, quam Officinæ pedem alaudæ & consolidam regiam dicunt.

*Consolida
regia.
Vires.*

Cuminum calefacit & siccatur tertio recessu attenuat, digerit, resoluit: Sumpsum & adhibitum status discutit, frigidus humores incidit, tumores pituitosos dissipat, venenis aduersatur: contra colicum dolorem & Tympaniam prospere vsurpatur.

CAP. XXXIV.

De caro.

TOTVS aromatariorum chorus Caron, siue Careum, vno consensu Carui vocitat, Athenæus Pastinacam maiorem, cui viribus & vultu apprime respondet. Caule assurgit cubitali, & sæpe altiore, quadrangulari, geniculis quibusdā intercepto, intus cauo, folijs pastinacæ agrestis, vel dauci nigri, quem vulgus carottam nominat. Radix ei carnosæ, gracilis tamen, oblonga, candida, interdum flauescens, sapore pastinacæ. Semen sceniculi modo in surculorum summitatibus multum, subnigricans & angulosum. Ab Arabibus vocatur Cardumeni, quod pro Cardamomo vsurpat Syluius, sed etiam deceptum credunt Arabicæ linguæ peritiores.

Caruum tertio quodam modo recessu calefacit & siccatur, vniam mouet, menstrua pellit, status discutit, stomachum roborat, coctionem iuuat, vtiliter miscetur antidotis, & anisi vicem gerit. Eius radix cocta, pastinacæ modo manditur ex Dioscoride *cap. 66. lib. 3.*

CAP. XXXV.

De alijs quatuor seminibus calidis minoribus, & primum de Ammi.

AMMI Cumino tam affine est, vt quod

in Æthiopia nascitur, pro Cumino habetur. Semen notum est, inquit Dioscorides, & minutulum, multoque minus cumino. Quod videtur indicare ipsius appellatio; *ammi*, siquidem perpusillum & quasi arenaceum semen portendit; qua voce & tota planta designatur.

Duplici autem discrimine Ammi notatur: Vnum dicitur *Æthiopicum*, quod maius est & vulgare, foliisque constat latioribus.

Alterum minus, *tenuifolium*, nec adeo frequens. Prius caule sese erigit herbaceo, rotundoque, surculis multis & exiguis; folio oblongo, angusto, pluribus incisuris in ambitu diuiso; mucario aneti proximo, paruulis floribus coronato, seminulis multis origanum spirantibus, cum acrimonia amaricantibus referto.

Ammi minori culmus brevis est, multis ramulis diremptus, folia oblonga, capillacea, sursum versus magis attenuata; flores vt priori, paruuli, albi, in umbellas coacti: semen oblongum, paruulum, & acre. A quibusdam pro Sifone usurpatur: nam cum Sifone, seu Sinone, secundum Dioscor. semen sit exiguum, in Syria natum, apio simile, nigrum, feruens, oblongum, ac ammi paruo simile, pro eo si non sumi, certe substitui potest.

Vires.

Ammi gustu acre ac subamarum est; incidit, tenuat, calefacit, siccatur, & digerit: vrinam & menses mouet; inflationes & tormina discutit.

Creduntur mulieres facilius concipere, si post coitum ammi halitum odorentur.

C A P. XXXVI.

De amomo.

NON modo inter exoticas stirpes, sed prorsus incognitas, Amomum numeratur: Nullus enim antiquorum illius effigiem, aut accuratam descriptionem dedit; & inter recentiores Clusius rei herbarie studiosissimus, & amomi perquirendi dignoscendique avidissimus triplicem quidem illius iconem exhibuit, sed vix proba-

bili coniectura sciri potest, quænam illarum amomo vero respondeat: forsitan nulla. Prior ico, vt ipse scribit, est ramuli cuiusdam arboris odore & suauitate ei affinis, quæ caryophyllos gerit, fructibus tamen & foliis rotundioribus & minoribus. Secunda furculos Tithymali parali non male refert. Tertiaramum breuem, granis cardamomo vt cunque similibus racematim onustum refert. Verum vt fatetur vir nobilis, difficile est statuere, quid sit verum amomum.

Ipsius quidem viribus, à Dioscoride, recensitis, optime respondet minutulum quoddam semen & oblongum, aromaticum, gustu suaue & calefactorium, quod in officinis seruatur, *Amomum Creticum* nuncupatum; verum ex quanam planta natum, non dicitur. Hoc vt & alia multa simplicia rara in Pharmacopolio Pasch. Bazoini, viri pietate & doctrina probatissimi sæpe vidi & gustavi, maxime vero amomum vulgare, quod verum si minime teneatur, illius tamen optimum est succedaneum, non *Amomum Plinii fulgoris impatientissimum*, quod Lucretia in vasis figulinis alitur, surculis rectis, copiosis, viridi cortice vestitis, foliis myrtheis, sed longioribus, floribus candidis, stellatis, quos sequuntur fructus alkekengi, modo teretes, crassi, ex rubro flauescentes, multo succo & semine turgidi. Galenus Amomo substituit acorum, licet illius nomenclatura Cardamomo magis cognatum portendat.

Amomum Dioscoridei.

Amomum Creticum.

Amomum Plinii.

Vim habet amomum calefaciendi, astringendi, & exsiccandi. Eius decoctum iccori & renibus conuenit, atque eosiuuat, quos scorpius percussit.

Vires.

C A P. XXXVII.

De dauco.

DAUCUS tres sub se nominis eiusdem plantas differetes complectitur. Prima generis nomen retinens, absolute dicitur *daucus*, qui de Cretico intelligendus est; quique secundum Dioscoridem foliis

Species. i.

forni-

feniculo similis est, caule dodentrali, umbella coriandri, flore albo, semine oblongo vt cumini, languine quadam albescente hirsuto, suavis odoris in mandendo, cuius potissimum celebratur vsus in *syrupo de Artemista*; aliis quoque medicamentis multis vtiliter permiscetur.

Daucus hic non in sola Creta fruticat, sed in multis aliis regionibus, vt in Germania & Italia; & qui nunc emitur Venetiis, solum nomine tenus Cretenfis est; nã ex alpibus & Genuensium tractu adfertur, nec ramentum Cretico vlla in re cedit.

2. Secunda dauci differentia apio similis est, sed acrimoniam quandam habet, halitum maiorem, saporemque feruidiorem.

3. Tertia foliis est coriandri, floribus albis, coma & semine anethi, sed oblongiore & acri. Aliæ quædam stirpes daucis affines, pro daucis nonnunquam habentur: Sic Carotta à Theophrasto daucus appellatur; sic & pastinaca syluestris & Caucahis illius nomenclationem sæpe mutuatur.

Vires.

Dauci semen medicis vsibus frequentissimum calefacit, siccit, aperit, incidit, vrinam & menstrua mouet, & flatu discutit.

De apio, cuius semen numeratur inter calida minora, *superius* egimus.

CAP. XXXVIII.

De eximius aliquot floribus, ex quibus aqua & olea trahuntur efficacissima, & primum de Rosis.

Rosarum varietates.

ROSA vix potest non esse omnibus notata, cum mire sit ferax, & in dumetis ac sepibus sponte nascatur. Eius duo constituuntur genera, syluestris vna, quæ *Cynorrhodon*, seu *rosa canina* vocatur, & altera hortensis, quæ absolute rosa dicitur. Cuius multæ sunt differentia, rubra, alba, pallida, seu ex albo rufescens, incarnata, lutea, cœrulea, quæ in multis Italiae locis nascitur, & moschata, quæ omnium vltima, nempe autumnio floret.

Ex his mangonio & arte immutatis, multæ videntur aliæ varietates suboriri, sed trium præsertim vsus in medicina expectitur, albarum, rubrarum, pallidarum. Ex albis aquæ distillantur: Ex rubris, mel rosarum, conserua, oleum rosaceum, & syrupus de rosis siccis parantur: Ex pallidis syrupus rosarum laxatiuus.

In rosis multæ partes distinguuntur, flos, vnguis, capillamenta, granula, flosculi, calix, semen, lanugo. Flosculos capillamentis appensos, *Antheram* male nonnulli vocant, cum Anthera non sit medicamentum simplex, sed compositum, & ad oris affectus vsurpatum, vt constat ex *Actuarii cap. 7. lib. 6. meth. med. Celsi cap. 11. lib. 6. Orbasio & Marcello.*

Rosarum partes.

Anthera quid.

Rosæ autem non omnes eandem habent facultatem: laxant enim pallidæ, astringunt rubræ, roborant ambæ, vt & albæ communes & moschata: nam suavis omnium odor partes eas, quæ principatim tenent, vt & spiritus omnes, maxime vitales & animales recreat & reficit.

Vires.

CAP. XXXIX.

De nymphaea.

NYPHAEA, quam à Nympha zelotypia stimulo erga Herculem, mortua natam Poetæ fabulantur, inter plantas aquarum alumnas maxime ad medicos vsus commendatur. Eius duæ in officinis agnoscentur differentia; vna maior, quæ flores gerit candidos; altera minor, quæ luteos. Vtraque nascitur in stagnantibus aquis & plaudibus.

Species.

Maior folia fert ampla, orbiculata, herbacea, caules graciles, longos, læues, & rotundos; flores candidos, lilio candore & magnitudine similes, in medio quid croceum continentes; radicem nigram, nodosam, longamque. A quibusdam *lilium aquaticum* vocatur, ab aliis *nenuphar*, à nonnullis *heraclea*.

Minor è limoso & aquoso etiam fundo prodit, iuncis pediculis, triu sæpe cubito-

rum.

rum, quibus adnascitur flos luteus ac nitens, rosæ similitudine. Radix subest alba, nodosa, aspera, subdulcis.

Vires.

Nymphaea insigniter refrigerat, Veneris insomnia compescit, semen immodice fluens retinet, id ipsum extinguit potum & illitum, somnum conciliat, gonorrhœæ multum prodest, & Venerem in torum adimit, si diutius sumatur eius decoctum vel conferua, aut syrupus ex floribus paratus.

C A P. XL.

De lilio.

LILIUM à Græcorum nonnullis *κεϊβον*, Labaliis, qui ex Iunonis lacte natum credunt, *Iunonia rosæ* dictum, in coronamentis rosæ proximum est: Illius enim candor eximius, odor suavissimus, & elegantia formæ nobilitatem illustrant.

Planta est bulbosa, fecundissima, quæ ex vna radice quinquagenos saepe profert, & alit bulbos. Simplici caule sæpius assurgit bicubitali, & interdum tricubitali, comoso, foliis Satyrii, sed longioribus, foris striatis, ex herbaceo nitentibus, ut coronæ Imperiali, dictæ, quæ liliū quoddam est: flore calathi effigie, resupinis per ambitū labris ex calicis fundo emicantibus, aliquot apicibus, & velut staminibus luteis in extremitate tuberosis.

Flos ille patulus, latus & elegantissimus pedunculo tenui, languidoque adhærens, hic vero surculo crasso & rigido, foliis vndiquaque cincto, qui circa finem æstatis marcescit, & adueniente autumno radices eius denuo pullulascunt.

Species.

Sunt autem liliorum genera multa; nā præter candidum & commune, quod sic absolute dicitur, aliud est candidum Byzantinum, à loco, vbi nascitur, nonnihil discriminis mutuatum; aliud cruentum quoddam luteum; aliud puniceum. Est & paruulum quoddam conuallium, seu liliū vernum dictum. Est & magnum liliū Persicum, vulgo *corona Imperialis*, *Tusai* Barbaris nominatum: quibus adiungun-

tur *hemerocallis Chalcedonica*, *Byzantina* & *martaga* multa, de quibus omnibus agere nostri non est nunc instituti.

Radix lili candidi malactica est & anodyna, & vsus plurimi ad enematum decocta, & cataplasmata emollientia, & pus mouentia conficienda. Ex floribus infusus paratur oleum ad eisdem vsus commendatum. Ex iisdem adhuc destillaris habetur aqua ad facies mulierum erugandas, & niueo candore illustrandas summe expetita.

C A P. XLI.

De croco.

IN ordinem florum eximiorum referimus plantæ cuiusdam bulbosæ florem, aureo cruore nitentem, quem Medici *Crocum*, Galli Mauritanorum idioma secuti *Safranum* nominant. Est autem bulbosa stirps, viuax & carnosæ, folio angusto & gramineo, flore hermodactyli prætenis, purpureo & cruore aureo nitentibus filamentis, odoris intensi cum quadam acutie. Iuxta fontes & semitas læte fruticat, gaudetque calcari & atteri pedibus, pereundoque, inquit, melius prouenit.

In *Coryco* tamen *Cilicia* monte omnium præstantissimus nascitur. Frangrantius enim spirat, & colore plus aureo est. Vere viret, tota æstate sese in latum diducit, autumno flores leguntur, qui non tantum in medicos & culinarios trahuntur vsus, sed alios quoque multos, in quibus aureus color desideratur.

Est vero crocus vel domesticus, cuius Dioscorides multas enumerat species; vel syluestris, cuius Dodonæus adhuc plures describit, quas omnes breuitatis causa desero.

Calefacit ordine secundo, primo siccat: eiusque moderatus vsus cerebro prodest, sensus vegetiores reddit, somnum & torporem excitat, cor recreando lætitiā gignit, humores ad coctionē perducit, multisque commodis beat illum, qui eo ipso prudentia-

Vires.

Crocus præstantissimus vbi nascatur

Species.

Vires.

prudenter vti scit. Ex eo parat oleum Mel. quod emplatri confectionem de ranis ingreditur. Ad alias quoque compositiones accedit, vt syrupum regis Saboris, & emplastr. Oxycroceum, quibus non modo colorē, sed etiā vires largitur eximias.



SECTIO II.
DE SIMPLICI-
BUS PURGAN-
TIBUS.

P R Æ F A T I O.

Aboluta libri huius prima sectione, in qua vulgaria quadam simplicia, que velus preparantia sunt, & passim in medicina facienda, medicamentisque componendis occurrunt, breuiter, perspicue tamen explicauimus. Secundam nunc aggredimur, in qua multa cathartica, seu humores aluum subducendo purgantia describuntur, qua aliquando vel per se sola exhibentur, vel aliis compositionibus in Officina nostra descriptis permiscetur. Ea autem magna ex parte peregrina sunt, & à regionibus barbaris mutuata, qua ob id non nisi arida, aut saccharo condita, vt siliqua Cassia teneriores, ad nos deuehantur. Eorum tamen ad nos aliquando semen delatum, & in solo pingui, aprico, & soli exposito satum, germinat. Sed ob hyemis rigiditatem planta hinc nata raro adolescit, aut adulta sobolescit, & vix vnquam primigeniam retinet naturam. Medice igitur ditionis augenda, & felicius hominum sanitatis conseruanda gratia, ab Indis & Arabibus multa mutuamur simplicia, quibus presentissima morbis infinitis auxilia adferimus. Non tamen est adeo nostra ingrata tellus, quin optima quoque purgantia liberali manu suggerat, vt ex hac sectione demonstramus.

C A P. I.

De Rhabarbaro.

ÆTATIS præteritæ multi Rhaponticum & Rhabarbarum idem esse putarunt, nec centaurium maius & Rhaponticum inter se dissentire: sicque de diuersis tribus plantis vnicam effecerunt. Rhabarbarum autem nostrum vulgare, nõ esse Rhaponticum, manifeste conuincit eius descriptio, à Dioscoride tradita; vt neque etiam Rhaponticum ipsum esse centaurium maius, author ipse docet, qui diuersis capitibus de vtroque agit, diuersamque faciem & virtutem agnoscit.

Est vero Rhabarbarum vulgare sic dictum, quod sit insignis radix populi Barbari, seu Indici, vel provincie cuiusdam Barbaræ dictæ, vt Troglodyticæ: forsan & à Rha fluuio Ponti nomē habet, vt de Rhapontico probabili ratione scribitur. Sed cum Rha peregrino idiomate radicē designet, antonomasia quadam rhabarbarum, seu Rha, quasi optima radix, ab Arabibus Raued, à Chinesibus Rauam, apud quos frequentissima est, optimaque sæpius sine additione denotatur.

Maxime autem laudatur Rheum, quod ex Sinarum regione, vbi duntaxat vberime, ac fere sponte prouenit, adfertur in Indiam, in Ormus, in Persiam, Arabiam, & Alexandriam: ex quibus regionibus, dum ad nos postea aduehitur, Indicum, Arabicum, Antiochenum, Turcicum quoque nuncupatur.

Est vero rhabarbarum Hippolapathi rotundi ac nostratis facie admodum simile. Radix est crassissima, rotunda, colore exterius subnigro ac rufescente, & interius ex rubro flauescente, & adnucis moschatæ colorem internum accedente: & præterea cum maceratur, vel masticatur, croceo inficit colore.

Medicamentum est cholagogum, benignum, ac iecoris & ventriculi roboratum: Affectui dysenterico, cholericò, &

Rhabarbarum nostrum vulgare non esse rhaponticum, nec hoc centaurium maius. Rhabarbarum vnde dictum.

Rhabarb. optimum vbi nascatur.

Descriptio.

Vires.

Y alius

aliis ab hepatis imbecillitate natis conuenit confertque plurimum.

CAP. II.

De cassia.

TRIPLEX cassiæ nomine stirps designatur; *cassia odorata*, quæ Theophrasto *eneoron*, & forsan Virgilio *lauendula* dicitur: *cassia lignea*, seu *canella*; & *cassia nigra*, seu *fistula*, aut siliquosa, quæ arbor procera est instar iuglandis, folia habens ei valde similia, ex pluribus composita. Ligni materies valde compacta, duraque est; cortex non valde crassus, & aliquantum flavescent.

Fructus siliquæ sunt, longæ, rotundæ, nigra, exterius lignosæ, intus medulla multa, nigra, & multis feminibus rotundis & planis, quæ à se inuicem membranæ ligneis ac transversis diuiduntur, prægnantes.

Antiquiores hanc vel non norunt, vel ignaue neglexerunt. Arabes omnium primi, cum illius salubrem usum essent experti, valde commendarunt.

Cassia vires. Medulla cassiæ plurimum humectat, calorem immoderatum temperat, aluum lubricat, lenit, subducit, & clementer sine torminibus feces educit. Vtiliter datur pueris, senibus, & grauidis.

CAP. III.

De Tamarindi.

TAMAR Arabum est idioma, quod dactylum seu palmulam notat, nõ quod arbor, in qua fructus hic nascitur, palmulæ sit congener, cum valde sit illi dissimilis; sed quod vulgato nomini & improprie usurpato aliud aptius dare Barbari non curarunt, à quibus *Tamarindi*, hoc est, *dactyli India* vocantur.

Propter eorum aciditatem Græci ἀξυφεινῆς, id est, acidaspalmulas nominant, aliquando & dactylos, sed minus recte, quod nullū ex digitis satis eleganter referat.

Arbor, in qua nascuntur Tamarindi, procera est, iuglandis, aut fraxini modo

dura, compacta, multis cincta ramis, & foliis armata minutim incisis, palmi magnitudine. Fructus hi virent immaturi, & acidi sunt; maturi subcineritii, eorumque tunc aciditas suauitate non caret.

Male vero putat Mesue, Garcie iudicio, tamarindos esse fructus palmæ syluestris Indiæ, cum in tota India palmæ non reperiantur, sed ex Arabia in Indiam aduehantur: Excerpturque; ex arbore aspectu pulcherrima, ramis brachiata multis, foliis umbrata pluribus, speciosis. filicis cuiusdā feminæ, Hispanis *helecho* dictæ similibus, floribus coronata pulchellis, odoratis, candidantibus: post quorum occasum fructus emergunt initio virescentes, qui nõdum sese foliis inuoluunt, frigoris vitandi causa, interdum vero explicantur; Illa tamen foliorum inflexio singulis noctibus etiam per inopiam fructuum adesse solet, tuncque arboris rami foliis inuoluuntur.

In Malauar tamarindi vocantur *puli*, in Guzarate *ambili*, in Canarin *chincha*, in aliis regionibus aliam sæpe sumunt denominationē. Valent ad aluum blande subducendam, humores adustos leniendos, contemperandos, promouendos: tertio recessu refrigerant, siccant secundo.

CAP. IV.

De Myrobalanis.

SI nomina rebus potius iuxta, quam vlturanaturam ipsarum debeant imponi, hi fructus Syriaci, Arabicive nulla ratione *myrobalani*, seu *myrobalana*, dicendi sunt, cum nec glandium ideam referant, nec vnguenti aut odoramenti fragrantiam redoleant, vt nominis etymon pollicetur.

Quod si Galenus & Dioscorides fractui cuiuspiam iuxta naturam eius myrobalani nomen dederunt, tantum is à myrobalanis vulgaribus differt, quantum res inodora à fragrantia, aut à glandibus pruna.

Recepta tamen potius longo vsu, quam ratione myrobalanorum nomenclatura dicimus, eos omnes prunorum quædam genera esse, qui à tot diuersis arboribus

exces-

excerptantur, quod cognominibus distinguuntur. Singulorum enim diuersa effigies & facultas illorum errorem demonstrant, qui in eadem arbore nasci, sed diuersis temporibus colligi contendunt.

Species.

Sunt vero quinque numero, *flaui*, *Indici* seu *nigri*, *Bellirici*, *Chebuli*, & *Emblici*, quorum magna pars in regno Cambayæ inuenitur, & ab incolis singulorum nomina Garcias ab horto deprompsit, & paucis arbores & fructus singulos delineauit.

Citrini.
Indici.
Bellirici.

Arare, inquit, seu myrobalanus *citrinus* rotundus est, & folia sorbi profert: *Rez anuale* seu *niger*, aut *Indicus*, octogonus est, & folia falicis habet: *Gosim* seu *Belliricus*, foliis est lauri, sed pallidioribus & subcineritiis: *Aretca*, seu *Chebuli* myrobalani magni sunt & rotundi, oblongiores tamen, cum perfectum incrementum uacti sunt, folia persicis similia habent: *Anuale*, hoc est, *emblici* folia habent minutim incisa, & palmum longa.

Chebali.

Emblici.

Sunt arbores singulæ magnitudine pruni: omnes syluestres, sponte nascentes, & nusquam domesticæ. Auicenna myrobalanos vocat *Delegi*; peculiariter uero flauos *axsar*; Indicos *asuat*; Belliricos *helelagi*; Chebulos *quebulgi*; Emblicos *Embulgi* uocant Arabes.

Vires.

Singuli myrobalani peculiare habent dotes: Nam citrini seu flauo cholagogi sunt: Indi seu nigri melancholiam ducunt & exhilarant: Chebuli & Emblici phlegmagogi. Omnes autem clementer purgant astringendo, & ventriculum, cor & iecur roborant.

CAP. V.

De Aloe.

Aloes descriptio.

ALOES nomine quædam herba percelebris, ut & succus eius medicis usibus multum commendatus appellatur. Per os enim seu sumatur, seu adhibeatur exterius, salutare præstat effectus. Est uero aloë planta uix, aut parum scyllæ similis, ut quidam crediderunt; folia enim crassiora sunt, pinguiora, longiora, latiora, utrinque aspe-

ra, crenata, retrouersum repanda, spinulis aliquot retusis aculeata, lento tenacique succo turgida, foliorum sedis maioris modo: Caulem erigit pedalem: flores multos, candidos, & semen ut asphodeli. Radix singularis ac crassa, cuiusdam pali in terram adacti effigie.

Copiosissima prouenit apud Indos, unde succus eius defertur, ut etiam ex Arabia *Ubi plurimum nascatur.* & multis aliis regionibus calidis.

Hæc sæpe biennium, & aliquando diutius pensillis in tabulis, suo tenaci lentore uiuit, incrementum capit, & noua folia promit; at solo demissa marcescit. Ob uiuacem eius naturam (perpetuo enim uiret) *Semper uiuum marinum* à quibusdam uocatur: nisi tamen à frigore, cuius est impatientissima, studiose conseruetur, cito tabescit.

Semper uiuum marinum.

Porro tota aloës planta grauis est odoris, & saporis amarissimi, præfertimque; succus eius, qui à quauis ipsius parte extractus bonus est, & in medicina faciendâ uisatissimus.

Eius autem concretis liquoris duæ differentiæ ad nos aduehuntur; una arenosa & sordibus conspurcata, que ueterinarius, seu equis medicandis dicata est, & *caballina* uocatur; alia hepatis modo coacta, unde *hepatica*, uel *Succotrina*, quasi succo-citrina, quod eius puluis citrinus sit, dicitur; aut, ut quidam uolunt, *Socotorina*, quod ex Socotorina insula deferatur præstantissima. Laudatur ruffa, pinguis nitida, friabilis, iecoris modo coacta, facile liquefens: improbaturnigra, dura, arenosa, & impura.

Aloe caballina.

Succotrina.

Aloë calida est ordine primo, sicca tertio. Ad mota densat, stringit, exsiccat, vulnera glutinat: sumpta aperit, meatus refert, menses & hæmorrhoidas stimulat ac mouet, ventriculum roborat, aluum subducit, humores biliosos ac pituitosos purgat, ventris tineas ac lumbricos enecat & expellit, infarctus tollit, putredinem arceat, & cadauera diu absque corruptela conseruat.

Aloë uis.

CAP. VI.

De fenna.

VT omnia Medicinæ præcepta statim in artem redacta non fuerunt; sic nec omnia medicamenta cognita, aut in vsum adhibita: nam prioris seculi Medicis ignota fuit fenna, Persis *Abalzemer* dicta, qua nullum medicamentum purgans frequentius, vtilitatis, vtilius. Est vero plâta siliquosa, è regionibus orientalibus ad nos primam aduecta, collureæ admodum similis, cuius tamen folia ad myrrhi maioris effigiem accedunt. Flores ex alarum sinu erumpunt lutei, tenuibus pediculis appensi, quibus succedunt folliculi oblongi, plani, compressi, incurui, feminibus paruis, fuscis, compressis, gygartis similibus, grauidati.

*Abalzemer.**Descriptio.*

Radices eius medicis vibus inutiles sunt, longæ ac tenues, idque plus minus pro stirpis ætate; quæ cum sit frigoris impatiens, in plagis septentrionalibus vix quadrimestre viuât, atque etiam in Italia raro vltra autumnum perdurat.

Species.

Huius duæ statuuntur differentiæ; vna dicitur syluestris, cuius folia minora sunt, rotundiora, ac minus vtilia; altera domestica, cuius ea ipsa maiora sunt, acutiora & meliora.

Vires.

Non autem fenna adeo calefacit, vt plerique autumant, cum vix gradum caloris primum excedat, & circa finem secundi ficeat, aut initio tertii. Purgat vero blâde pituitosos humores, vt crassos & melancholicos, simulque terget, digerit, & à cerebro, pulmone, liene, hepate, ventriculo & mesenterio lentos humores, nec non bilem vstam expurgat. Proinde morbis dictarum partium ab eiusmodi succis proficiscentibus medetur.

Datur & in forma pulueris, cum scilicet electuariis admisceatur, vt electuario *diabalzemer* & *catholiconi*, & infusa ac decocta, vt cum ex ea syrupus de pomis fit purgatorius, vel apozemata quædam solutiua parantur: quia vero flatus & tormina solet

excitare, dum coquitur, simul *anisum*, aut *coriandrum*, vel *fœniculum* ad discutendos flatus permisceatur.

CAP. VII.

De radice mechoacan.

EX prouincia Mechoacan radix quædam eiusdem nominis, crassa, per taleolas secta & exsiccata, ad nos ab hinc paucis annis adferri cœpit. Radix, inquam, peregrina, purgatoria, ex pallido candidans, & valde crassa, ex qua rami multi, longi, imbecilli, qui nisi quodam nitantur fulcro, in terram sparguntur. Ad peticas vero accedentes scandunt, & multiplici eas nexu amplexantur, bryoniæ ritu, cui valde est vultu similis, sed viribus dissidens; nam bryoniæ acris est & calida multum; Mechoacan fere insipida, nec vilius acrimoniæ particeps. Bryoniæ folia lata sunt quinquangularia, & ad vitium similitudinem diuina, sed asperiora, hirsutiora, & albiora; flores parui, candidi, racemosi, & vuarum ritu congregati. Mechoacanæ vero folia ampla quidem sunt, sed tenuia, atro-virentia, & altera tantum parte mucronata, non vt bryoniæ angulosa: fructus multi, racematim coherentes, coriandri magnitudine, autumnno maturefcentes. Deligenda radix albicans, ac recens.

Differentia inter bryoniam & Mechoacam.

Anonnullis *rhabarbarum album* vocatur, ab aliis *scammonium Americanum*, in officinis radix *mechoacana*, quæ valde candida, aut nigra, aut cariola improbat. *Quanam mechoacana improbetur.*

Calefacit tantum primo gradu, siccata secundo. Pituitam ac serosos humores sine molestia purgat, nec partes vt reliqua purgantia debilitat, sed roborat. Cum vino melius, quam cum alio liquore soluitur, daturque tuto senibus & pueris: tussi veteri, colico dolori & venereæ lvi plurimum conuenit. *Vires.*

CAP. VIII.

De Agarico.

FVN G I vel terreni sunt, *bolesi*, & *Campiniones* vulgo dicti, proxime & affatim è terra.

ē terra exeuntes; vel arborei, truncis nempe arborum adnati: vix enim vlla senescens arbor datur, cui non adnascatur fungus, vel rugosus & nigricans, vt in quercubus & iuglandibus; vel crassus, durus & albicans, vt in betula; vel albus, plenus, mollis & friabilis, vt *agaricum*, quod præstantissimum ex larice excerpitur. Hæc enim arbor triplici excremento nobilitatur, resina Larigna, quæ omnibus aliis humidior est, omnique expers acrimoniæ, & male pro terebinthina à quibusdam venditur, *Manna* quadam laxatiua, quæ ex effractis illius furculis colligitur, & *agarico*, trunco illius arboris iam antiquæ adnato.

Agaricum.
Resina.
Larigna.
Manna.
Laricen.

Larix.

Est vero larix arbor conifera, eximia proceritatis, caudice affurgens recto, cortice crasso, in frequentes rimas dehilscen- te, foliis circa ramulos multis, ab vno tuberculo numerosis, simul cohærentibus, breuioribus, mollioribus & tenuioribus, quam pini, nec aculeatis, sed retusis. Coni admodum parui sunt, cupressinis fere similes.

Agaricum
optimum
quod.

Laudatur autem *agaricum*, quod ex larice decerpitur, cuius est velut apostema: præstantissimum vero album, rarum, friabile, primo gustatu dulce, mox amarum & stypticum. A Democrito *medicamentum familia* vocatur.

Vbi nascatur

Nascitur in Galacia & Cilicia, sed præstantissimum in Agaria Sarmatiæ regione, à qua nomen. Nunc habemus optimum ex Delphinatu Gallia: provincia, & multis Italia: regionibus, in quibus larices proceræ ac copiosè proneniunt, quarum truncis *agaricum* adnascitur; vnde radicem esse minime credendum est, vt apud Dioscoridem & Galenum comperio.

Vires.

Calefacit primo gradu, siccat secundo: pituitam purgat, obstructa liberat, attenuat, terget, flatu dissipat, & omnibus morbis ab humoribus crassis, lentis, & frigidis opitulatur.

CAP. IX.

De Polypodio.

POLYPODIUM sic dicitur, quod eius radice prodeant nodi multi, & cirrhipolyporum piscium ritu. Vocatur & *Dendropteris*, seu arborum filix, quod arboribus incresecat, & aliquando lapidibus vmbrosis, muscosis, & muris quibusdam humidioribus.

Herba est sine caule, flore, semine, radiceque tota constat, & foliis tantum filicis maris similibus, sed minoribus, parte a uersa fuluis maculis conspersa. Radix illi longa & hirsuta est, minimi digiti crassitudine, per obliquum repens, & multis quasi verrucis exasperata, intus porracea & virescens, vt pistacium. Sapor admodum dulcis est, subamarus, austerus, & aliquantum aromaticus, sed linguam ignaue feriens.

Neutiquam vero tertio recessu calefacere, vt asseruit Mesue, sensus indicat, siccare secundo credibile est. Præterea humores crassos, lentos, & viscidos terget, digerit, & siccat: bilem atram & pituitam lentam educit, etiam ab articulis, si largiore copia sumatur. Longissimam coctionem sustinet, & raro solum datur, sed aliis commistum purgantibus, quæ illius purgatoriam vim, alioquin multum imbecillam augment. Si ius galli veteris, aut decoctum *beta*, vel *malua* illius vim summopere iuuat. Admotum quoque quibusdam affectibus prodest, vt Dioscorides *cap. 188. lib. 4.* scribit.

CAP. X.

De carthamo.

VT *carthami* nomenclatura quid purgatorium, sic *eni ci* quid spinosum dicit. Est enim *carthamus* planta, & ventris subductoria & carduorum cognata, caule bicubitali & sæpe altiore affurgens, recto, duro, admodum lignoso & superne ramo-

Descriptio.

fo. Oblonga ei folia sunt, in medio & prope furculos lata, in fastigio acuminata, in ambitu aculeata.

[E furculorum extremitatibus erumpūt, capitula rotunda, oliuæ magnitudine, & sepe maiora, multis squamulis spinosis obuallata, e quibus staminei ac crocei flores exeunt, adeo crocum referentes, vt non nisi à perspicacissimis discernantur: hinc venia quadam plebecula digna, quæ crocum syluestrem appellat.

Succedunt semina oblonga, læuia, alba, angulosa splendentia, seminum floris Solis Peruiiani effigie quorum cortex admodum durus, medulla candida, pinguis, subdulcis. Carthamus à Seplastariis sæpe *crocus syluestris*, à Medicis *enicum* sæpius nominatur: cuius duo agnoscuntur genera; satiuum vnum, quod carthamus vulgaris est; alterum syluestre, cuius adhuc duas Theophrastus differentias tradit, *cap. 4. lib. 6.* vnam recto caule, quo priscæ mulieres pro colu vrebantur, & Rullio *cap. 155. lib. 3.* attractilis est, & carthamus syluestris, alteram humiliorem, torosiosem, hirsutiosem, humi pene serpente, quæ in officinis carduus benedictus est, de quo postea.

Species.
Enicum.

Vires.

Semen carthami inter medicamenta purgantia locum habet; eius enim medulla plegmagoga & per se sumpta, vel aliis mixta medicamentis humores frigidos & lentos expurgat; non vero calefacere tertio recessu sensus iudicat contra Galenū.

C A P. XI.

De Ebulo.

EBULVS adeo sambuco, foliis, muscario, flore & fructu similis, vt magnitudine sola differre videantur: vnde Dioscorides vtrumque sambuci nomine indigitat, vnū sambucum maiorem, seu arborem, alterū sambucum minorem, seu *chamaædem* nominans.

Sambucus.

Sambucus in arborem assurgit sæpe proceram, virgis arundinum ritu cauis, medullofis, rotundis, primum viridibus, de-

inde cineritiis, lignosis & duris folio iuglandis, sed graueolente, & pluribus incisuris per ambitum serrato, floribus multis, paruulis, albis in vmbella elegantem dispositis, quos bacca consequuntur sanguineo cruore turgentes: sambucus syluestrium prima germinat, & nouissima foliis nudatur.

Chamaæcte vero seu Ebulus herbosior est, & humilior, vt cuius caudex lignosus non est, nec perpetuus, sed quotannista befcit & foliis comoritur. Vberime fruticat in locis vdis, & pinguibus, præsertim incultis: foliis per interualla binis, amplis ex pluribus compactis, per ambitum serratis: flosculis in vmbella numerosis, candidis, odoratis, nec fœtidis: postea fructibus, vt sambuci, paruus, rotundis, nigris, succo multo & granulis prægnantibus. Radices ei crassæ, longæ, carnosæ. Ex fructibus autumno maturis secernuntur acinuli seu parua semina, & in officinis seruantur.

Ebuli radices, vt & seminula, vim habent hydragogam, eamque validam & aperientem, ob id non tantum hydropi, sed aliis quoque morbis ab humore seroso natis vtilem.

Vires.

C A P. XII.

De Esula.

INTRA herbas lactarias Tithymalorum genera septem numerantur, quibus esula multum sunt congeneres, & veluti species. Omnes enim plantæ lactariæ sunt, & moleste ac torminose pituitam purgant. Esula tamen multorum rusticorum consuetum est, & familiare rhabarbarum, cuius vsu nonnulli sæpe conualescunt, & intereunt multi.

Species.

Dicitur vero Esula, vel caula, Arabibus *Alsebran*, Dioscoridi *peplus*, in officinis *esula rotunda*, quod orbiculata constet coma. Nascitur in vinetis, septium marginibus, & pluribus locis incultis.

Alsebran.

Pepto seu esula cognata est alia planta, *peplus* & *peplium* à Dioscoride, & à nonnullis *plantago aquatica* dicta, quæ vires habet

bet

bet eandem; potius tamen venit in vsum pepulus, seu esula, præsertim rotunda & minor; nam maior, quæ foliis & floribus est Tithymali, raro vsurpatur.

Esula calida est, acris, vlcera, & cum violentia humorem pituitosum educens. Substantia enim tenui constat ignea, acri, incidente, tenuante, fundente, aperiende & siccante. Præter pituitam & aquas trahit atram bilem etiam à iuncturis.

Castigatur illius feritas infusione in aceto facta, vt in officina cap. 8. lib. 2. docuimus, vel cardiacorum & roborantium admistione.

CAP. XIII.

De Hermodactylis.

Differentia inter ephemerum colchicum & hermodactylum.

HERMODACTYLVS & ephemerum colchicum, bulbosæ sunt plantæ vultu affines, sed viribus dissimiles: nam ephemerum dicitur strangulatorium, quod vna die suffocatu interficiat, nec multum purgando aluum ducat; hermodactylus vultu affumenti periculum adferat, & pituitam rite etiam à iuncturis expurget.

Ephemerum nostras.

Est aliud ephemerum nostras, quod nonnulli bulbum agrestem & crocum pratensem nominant, cui folia terna aut quaterna sunt, oblonga, vt cum que lata, læuia, pingua: flores colore & forma croco similes, eodemque tempore, nempe Autumno exeuntes: radix bulbo similis. In pratis nascitur, & locis humidioribus. Magno errore à quibusdam ignaris pro hermodactylo vsurpatur: is enim exsiccatus flaccidus est, vietus, & minime purgatorius, nec perniciosus, vt colchicus, qui vnà strangulat. At vero hermodactylus officinarum peregrinus est, non flaccidus, vt nostras, sed durus, compactus, & qui leui contusione in farinaceum puluerem abit, sumptusque humorem à partibus remotis, vt iuncturis educit. Est ergo ephemerum quoddam lethale & strangulatorium, vt colchicum; aliud non strangulatorium, vt nostras, & tertium purgatorium, idque tutum, vt Sy-

Ephemerum triplex.

riacum, quod in pharmacopoliis hermodactyli nomen habet.

Hermodactylus calefacit, siccatque initio secundi ordinis, cum humiditate tamē quadam excrementitia, flatulenta, nauseabunda, qua ventriculo aduersatur, maxime dum humores à medicamento commoti, in illum confluunt. Pituitam lentam, ac alios humores viscidos etiam ab articulis efficaciter trahit; ob id chiragræ, podagræ, & omnibus iuncturarum doloribus ab eodem humore natis conducit.

Hermodactylus officinarum.

Vires.

CAP. XIV.

De Turpeto.

NVLLA est tam anceps & controuersa, atque ea, quæ de Turbith fertur, enarratio: Mesue lactariam, ferulaceamque herbam nominat: Serapio radicem Tripolii existimat: Actuarius modo pityusæ radicem esse putat, modo Alypum Dioscoridis, præsertim cum albicat. Nonnulli credunt esse radicem Tapsiæ; alii Scamonia Antiochenæ; sed Garcias ab horto plantam ab his diuersam mordicus tenet: Nam planta est, inquit, radice neque magna, neque longa, caule hederæ modo per terram extenso, digiti crassitie, & aliquando crassiore, duos palmos & aliquando plures longo. Folia gerit althea, vt etiam flores, eosque candidos, & nonnunquam rubentes, nec colorem ter in die mutantes, sicut tripolium, vt ridicule multi crediderunt.

De Turbith varia opinio.

Non est vero totum Turbith gummosum, sed pars caulium tantum radici proxima, eaq; vtilior: reliqua pars gracilior est, ac comosior, quam vt esse possit vtilis.

Pituitam duntaxat purgat, non atram bilem, vt Alypum, quod à quibusdam herba terribilis vocatur: eius enim folia, flores, semina purgationes terribiles commouent. Ob similem vim agendi, aut paulo mitiorem, fortassis Turbith, quasi turbatorium dictum est, & Arabibus Terbeth, qua voce phlegmagoga valentiora nominant.

Turpethi descriptio.

Herba terribilis.

Terbeth.

Turbith

Turbith igitur Garciae, nec radix est Alypi, nec Tripofii, nec Scammoniae, nec Tapfia, vt neque planta lactaria, aut ferulacea; nec si gummosa, optima, nec domestica, vt asserit Mesue. Vt sit, nulla est officina, in qua Turbith optimum, & his notis insignitum, quas illi tribuit Mesue, non inueniatur; cuius viribus & illud responderet, quod aliis lineis à Garcia depingitur, Arab. *Caritamion* dictum.

Quodnam Turbith optimum.

Quid autem sit verum Turbith, adhuc ambigitur. Laudatur, quod subalbum est, aut cineritium, fractu facile, ac recens, nam verus imbecillum est, & viscera conturbans.

Vires.

Calidum est ordine tertio: purgat trahendo mediocriter: correctum pituitam crassam, lentam, & putrem à ventriculo, thorace & remotis partibus, etiam iuncturis educit.

C A P. XV.

De Scammonio.

SCAMMONII nomine succus plantæ cuiusdam concretus, & planta ipsa intelligitur; quibusdam tamen magis proprie hæc *Scammonia*, ille *Scammonium* dici videtur. Est vero planta lactaria, voluulosa, scansoria, læuis, similacis modo, cui foliis, flore, facie, valde similis est, sed radice non parum dissimilis, quæ in smilace tenuis est, in Scammonio crassa, prælonga, intus candida, odore grauis & multo succo prægnans; ex eaque tenues & viticulosi surculi prodeunt, qui vicinos frutices conscendunt, amplexantur, & se implicant: folia ei lata & acuminata sunt instar arisari, sed minora: flores albidii concaui, calathi figura. Nascitur vberius in pingui solo, præsertim in Antiochia & Syria.

Scammonia succus quomodo extrahendus.

Ex ipsius radice, Scammonium vulgo dictum, seu liquor colligitur pluribus modis; primo refecatur caput radiceis, dein cultro excavaatur, vt in spatium concameratum succus confluat, qui postea vasis idoneis excipitur. *Secundo*, terra foditur iuxta radicem, vt concamerato sinu sero relinquantur, in quam, subiectis iuglandium foliis, profunditur succus, qui concretus extrahitur. *Tertio*, radix omnino euulsa inciditur, lac inde profluens siccatur, & in offas quasdam formatur, & seruatur. *Quarto*, ex foliis & caulibus tritis succus extrahitur, siccatur, cogitur, & seruatur; sed nigrum est, aut ex nigro virescens eductum hoc modo postremo Scammonium & omnium pessimum. Præstantissimum, quod ex incisa radice superna exudat, & maxime quod ex Antiochia defertur, deinde Armenium; Europeanum omnino primum.

Scammonium Antiochenum optimum.

Vt vero sit optimum, debet esse nitidum, splendidum, clarum gummi modo, subalbum, rarum, fungosum, tenuissimis fistulis spongiosum, cito liquefcens, tenerum, friabile, non valde ponderosum, nec odoris tetri, licet non suavis, sed proprii, & taurino glutini simillimum. Ab his notis, quod longe recedit, pessimum.

Quibus notis dignoscatur Scammonium optimum.

Scammonium omne valenter, cum labore atque molestia mouet aluum: bilem flauam & serofos humores, tenues & acres purgat, & si paulo largiore copia sumatur, intestina abradit, viscera lædit, venarum ora aperit, erodit, sanguinem sæpe per inferiora ducit, dysenteriam excitat, cor, hepatis, & reliqua viscera conturbat, & ventriculum subuertit. Calidum & siccum est tertio recessu.

Vires.

Scammonii feritas.

Illius effera vis castigatur admixta aloë: Melius vero si in malo citonio excavaato, vti veteres docuerunt, clibano, aut prunis decoquatur, pasta vndique circumlita, præsertim additis quibusdam seminibus, vt *apii*, *frænsiculi*, *dauci*; vfitatior tamen correctio fit ex solo citonio, vel succo rosarum.

Scammonii correctio.

Castigatum, vt decet, Scammonium, *Cur Dacrydium*, quasi lacrymula dicitur, & in Officinis, corrupto vocabulo *diagyridium*. Nimis recessefferum est, antiquatum imbecillum & torminosum; mouet enim, non promouet; Bimum bonum.

Cur Dacrydium dictum

CAP. XVI.

De Elleboro.

Species albi. **E**LEBORVS, seu helleborus albus est, aut niger. Albi duæ sunt differentiæ, maior & minor. Maior folia gerit plātaginis, vel potius gentianæ similia, sed maiora, magisque venosa, striata, & velut plicas habentia. Caulis ei rectus & longus, plures species proferens, è quibus flosculi candidi emergunt: Radix ceposa, crassa & candida, cui multæ fibræ adhærescunt. Calefacit & siccatur tertio gradu: varios humores, sed maxime pituitosos ducit, idq; cum molestia: vomitum excitat sumptus, & eius pulvis naribus admotus sternutamentum mouet. Est & *elleborine*, seu *elleborus humilis albus*, ei vultu multum similis, quem Officina non seruant.

Elleborine.

Species nigri. Niger vero quadruplex est, vnus dicitur *verus*; alius *pseudoelleborus*, seu *elleborus niger falsus* hortensis; Tertius est *elleborus Dioscoridis*, seu *Consligo*; Quartus est *elleborus falsus syluestris*. Adduntur à nonnullis *elleborus niger ferulaceus*, & *elleboraster* maximus.

Elleborus niger verus. Prior folia edit lata, plana, ex pluribus combinata, læuia, duriuscula, veluti lauri, per ambitum serrata: flores à cespite prodeunt lati, paruli, primum albidus, postea aliquantum purpurascens, è quorum decidentium meditullio enascuntur siliquæ breues, exiguo semine prægnantes. Radix subest multiplex, in fibras, seu radículas plures nigras determinata. Floret circa solstitium hybernum, & in mediis niuibus.

Elleborus hic præ omnibus aliis in vsum medicum venit, semperque vsurpandus, cum absolute & simpliciter *ellebori* vox designatur, Latinis *veratrum*, Arabibus *cherbaken* nominatur.

Cherbachē. Purgat humorem melancholicum: Prodest insanientibus, maniacis, hypochondriacis, lienosis, epilepticis, elephantiacis, quartanariis, & omnibus morbis, quos atra

bilis, vel humor melancholicus procreat, periculosus est autem sanis, pueris, & imbecillioribus.

CAP. XVII.

De Colocynthide.

COLOCYNTHIS cucurbita quædam syluestris est, sic Græcis & Latinis dicta, Arabibus *Landhel*, ac *plantarum nex*, *Landhel*. Persis *fel terra*, vt quæ suo amarore reliquas stirpes superet & sua vicinia veneni modo, inquit Mesue, inficiat. Repit autem per terram cucurbitæ satiuæ ritu, & foliis multum similibus, amplis, lanuginosis, sarmentis longis, humi serpentibus; floribus ex luteo pallecentibus, cucumeri similibus, ex quibus nonnulli cito marcescunt, nec vllius fructus prodromi; alii poma suppeditant rotunda, mediocris pilæ forma, conglomerata, vehementer amara, fungosa, medulla intus candida, & seminibus cucumerinis similia, grauidata, primum colore herbacea, & vbi ad perfectam magnitudinem & Autumnum peruenerunt pallida; semper vero amarissima & stirpibus insensibilissima, quæ tantum ob eius viciniam intereunt, sed & terra vicina afficitur, & quasi adusta videtur, Mesue referente, qui de Colocynthide multa scribit, quæ tanquam parum momentanea minime referenda putauit.

Calefacit & siccatur ordine tertio: pituitam & alios humores crassos ab omnibus partibus etiam remotis, vt cerebro, nervis, musculis & articulis attrahit. Bilem quoque purgat, & summo opere colico dolori, apoplexiæ, vertigini, epilepsiæ, asthma, & aliis affectibus multis, quibus elementiora medicamenta nihil profuerunt, sæpe medetur felicissime; qui plura volet, legat Mesuem *cap. 4. lib. 2. de simplic. medic. purgant.*

Est alius cucumer syluestris, seu erraticus in Officinis, modo *aspinus*, modo *anguinus* dictus, folijs, surculis, floribus à

Z *Cucumer aspinus. Anguinus.*
peiore

periore non multum diferepans, sed fructu longe alienus. Non enim poma, ut ille, rotunda profert spongiosa & alba, sed glandes oblongas è glauco virefcentes, quæ magnitudinem adeptæ perfectam, digitorum leui contrectatu, leuiter, citoque subsiliunt.

Elaterium. Ex his succus elicitus & coactus elaterium est, de quo alibi.

CAP. XVIII.

De Mezereon & Chamelæa.

Scitanter nimis multi Mezereon, Thymelean, Chamelæam, & chameleonem nigrum confundunt. *Thymelæa* quidem & *Chamelæa* cognata sunt natura & effigie stirpes, dissident tamen inter se & ab utraq; *Chameleon niger*: illæ enim frutices sunt, & surculos edunt tenues, rigidos, ligneos, folia admodum parua, ut mali granata: hic vero ex carduorum censu est, foliaque gerit scolymi, sed minora, tenuiora & spinosa, cuiusque radici venenatam qualitatem tribuit Galenus.

Mezereon. Est vero Mezereon planta quoque venenata, sic Arabibus, quasi viduifica, seu viduas faciens, aut vitam rapiens, aut leo terra dicta, cuius stipes eleuatur super terram circiter cubitos duos, inquit Mesue, & folia eius sunt similia foliis oliuæ, sed maiora, granaque profert myrri similia.

Quænam autem sit hæc planta, ab his, qui commentarios in Mesuem ediderunt, ignoratur: videtur tamen Chamelæa quedam esse species, atque capotissimum, quæ *Tricoccus*, quæ scilicet tria grana simul coherencia gerit, appellatur.

Nam ut in multis plantarum generibus, quedam amicae satis & familiares nostræ sunt naturæ, aliæ perniciosæ, sic in Chamelæarum societate, quarum vna effera est, & malignæ cuiusdam qualitatis particeps, Mezereon, seu Almezerion nuncupata, alia melior & minus formidolosa, quæ tuto sæpe medicum venit in usum.

Chamelæa. Dicitur vero Chamelæa, quasi parua
Oliuella. olea, quod sit olea non multum dissimilis:

Estque frutex furculosus, ramis tenuibus, & cubitalibus & sæpe longioribus, foliis oliuæ, sed minoribus, amaris, acribus, mordacibusque, linguam ferientibus & vicerantibus. Fructus ei paruus, rotundus, initio viridis, post rubens. *Vires.* Totâ planta acris est & vrentis facultatis. Folia ex Dioscoride, pituitam, bilemque detrahunt, præsertim in catapotii sumpta: Sic enim vtilius vsurpantur.

CAP. XIX.

De Thymelæa.

Thymelæa. **T**HYMELÆA, à nonnullis *Cneorum* & *Cnestron* male dicta, frutex est, in quo nascitur *coccum gnidium*, tamos emittens speciosos, tenues, bicubitales, foliis chamelææ, sed angustioribus, & admodum glutinosos, ac pinguibus: floribus in virgarum summitatibus albidis, & interdum rubentibus, pusillis, frequentibus, quos consequuntur grana quedam parua, quæ *gnidia* vocant, primum viridia, dein ex flavo rubentia, rotunda, baccarum ritu, nucleis exterius nigris, intus albidis.

Thymelæa facultas. Thymelæa tota, & maxime folia & fructus vim habent acrem, calefactoriam & vrentem: quare cum aceto optime præparantur. Folia circa canem colligenda, in umbra siccanda, in usum seruanda; ea, ut & fructus, pituitam purgant, aqueos & serosos humores.

CAP. XX.

De laureola.

Eupetalom. *Laureola.* **I**N syluis multis nascitur sponte sylvestris alia planta, tribus his nuper descriptis minus facie, quam facultate cognata, quæ in multorum hortis alitur, & à foliorum pulchritudine *eupetalom*, ab eorum chamedaphne vocatur.

Nascitur in locis nemorosis, incultis, montosis & asperis, ut in multis Gallie locis opacis & umbrosis.

Abs radice multos surculos profert; crassiusculos, obsequiosos, crasso cortice vestitos;

vestitos; folia oblonga, lata, carnosa, leuia, ex viridi nigricantia, splendens; lacrimis similia, sed minora & molliora, & plurima circa surculorum fastigia; stilosculos oblongos, cauos, & virore candicantes, sub foliis adnatos, fructus tandem seu baccas nigras nucleo duro pregnantes.

Vires.

Laureago seu laureola pituitam ac serofos humores per inferiora ducit: Ob id capitis dolori ab iisdem succis nato, hydropi & omnibus affectibus conducit, qui à seroso humore proficiscuntur, non temere tamen sumenda, nisi, vt decet, præparata, & à docto Medico præscripta; efferram enim qualitatem habet, qua viscera & partes internas lædit.

CAP. XXI.

De Ricino.

Nomina.

RICINVS sic dicitur à similitudine parui ac fœdi cuiusdam animalis, boiuno generi infestissimi, quod illius semen refert. Cici quoque croton, lupa, myrsola, kernu, palma Christi, & Arabice *Albemesuch* vocatur.

Herba est arborem figura & facie præsertimans; nam eius folia platani vel ficus æmula sunt, ampla, ac lata, diuisa, angulosa; caudicem ac ramos arundinum modo concauos: flores muscosos & pallentes: fructus capitulis triquetris & racematim coherentes & maculosos, exterius cortice aspero & echinato vestitos; medulla plenos candida & pingui; ex qua rufa & torculari commissa oleum exprimitur, non tantum lucernis, sed aliis vsibus expetitur. Nam aluum purgare, & alui lumbricos enecare asseruit Dioscorides. Valet quoque scabiei, capitis vlceribus & vteri suffocationibus curandis.

Vires.

Ricinum calefacere & ficcare secundo recessu, & vim purgatoriam habere, certum est. Eius grana viginti, aut plus, minusve, pro sumentis ætate & vigore, mundata, trita & pota, bilem & aquas per aluum deiciunt.

CAP. XXII.

De Brassica marina, seu Soldanella.

BRASSICA marina, Officinis Soldanella *Species.*
dicta, duas sub se plantas multum inter se differentes complectitur, quarum prior vulgari satis est similis effigie, sed per difolia, & quotannis germinans, noua profert folia: vocatur Brassica multiflora & monospermos.

1.

Alia multum dissimilis, quæ ex conuulvulorum familia creditur, ob vultum congenerem: eaque semen profert mucagineum, nigrum, duriusculum, angulosum, quod vim habet hydragogam, & sumptum hydropticis multum adfert vtilitatis, licet stomacho inimicum, Dioscor. Opportune tamen datum, & aliis mixtum, quæ interanea roborant, sine violentia aquas ducit, vtiliterque admiscetur Hydragogo eximio à nobis descripto.

2.

Vires.

Alia multa simplicia purgatoria facultate nobilitata tellus nostra promit, vt fragulam & rhaninum, spinam cerui dictam, quæ huc congerere nolui, quod vel raro videntur, vel nostras compositiones minime ingrediantur.



SECTIO III.

DE CALEFACIENTIBVS EXOTICIS.

India medicamentis, quam Medicis beatior, multas miræ de virtutis stirpes occultat, quas politioris vita & peritioris literatura Medici mendicant, vt his feliciter medeantur morbis, qui herbarum nostratum vires aspernantur. Ex diuersis autem eius Orientalis, Occidentalisve partibus diuersa eruntur planta aromatica, cardiaca & calefacientes. Ex quibus ens tantum explicandas suscipio, qua compositiones in Officina nostra descriptas

ptas ingrediuntur. Ab his autem, qua cum excessu calefaciunt, initium duco, dein quæ minus, postea qua inter calefacientia & refrigerantia ita ambigunt, ut potius temperata, & à quibusdam calefacientia, ab aliis refrigerantia dicantur, paucis describo.

CAP. I.

De Zinzibere.

ZINZIBER seu gingiber planta est à Barbaris mutuata, & sic nominata, iridi aquaticæ similis, sed foliis magis nigricantibus. Radix illius repit geniculatis internodiis, folia arundinacea proferens, quæ bis, terve in anno reuireseunt. Nascitur in multis India regionibus, semine, aut radice satum. Optimum censetur, quod ex Malauar defertur, vbi frequentissimum est, & cura multa colitur, alioquin minime bonum.

Zinziber optimū vnde ad nos deferatur.

Cum eruitur, internodium radicis in serobe defosso relinqui solet ad plantæ perennitatem; Terra namque opertum anno sequenti germinat, & radices alias, ac folia noua profert. Tenella radix in taleolas secta, cum aceto, oleo & sale in acetariis suauius editur; Ad nos tamen non nisi sicca aduehitur, aut sacharo condita; nulla enim arte potest in nostro solo cicurari. Quid vero sit discriminis inter zinziber, zedoariam & zerumbet, mox aperietur.

Calefacit zinziber ordine tertio. Coctionem iuuat, & ventriculum roborat imbecillum: eius tamen vsus solito nunc est infrequentior, nec ita condimentis admiscetur, sereque tantum ad quorundam medicamentorum castigationem vsurpatur.

CAP. II.

De Zerumbet.

ZERUMBET, siue Zurumbet, zedoaria & zinziber, plantæ sunt peregrinæ & cognatæ, sed vix cognitæ omnibus o-

mnes. Nam ex Arabibus Serapio cap. 172. libr. de simpl. ex autoritate Isaac, zerumbet zedoariam esse scribit: deinde ex autoritate sua asserit, zerumbet radices esse rotundas, aristolochiæ similes, colore & sapore zinziberis. Et alibi cap. 271. eiusd. libr. scribit, arborem esse magnam in montibus Indiarum Orientalium.

Auicenna lib. 2. tract. 2. cap. 247. ait, Zerumbet esse lignum cypero simile. Nonnulli putant, esse Arnabo, cuius meminit Paulus Aegin. cap. 3. lib. 6. falluntur tamen, nam Arnabo multorum opinione, arbor procera est, suauissime fragrans, vel, ut aliis placet, plantæ quedam nunc illo nomine incognita.

Arnabo quid.

Zerumbet vero graminacea stirps est, quæ partim seritur in prouincia Maluar, partim sponte prouenit in locis quibusdam syluosis huiusce regionis, ibique zinziber syluestre vocatur. Garcias. Eius siquidem vultus, vt & radices, cum zinzibere magnâ habent affinitatem: in zerumbet tamen omnia maiora; nam folia longiora sunt, & latiora, & radices crassiores; quæ erutæ conciduntur & siccantur, deinde in Persiam & Arabiam deuehuntur, vnde post in Europam.

Quid zerumbet, quomodo à zinzibere differat.

Zerumberinopia, zedoaria rotunda poni recte potest, nam vtraque planta vt nominis, sic virtutis, & forsân generis eiusdem non male putatur, non secus, quam cyperus longus & rotundus.

Commendatur plurimum zerumbet aduersus venena, & ad cor exhilarandum, atque ad partes interiores roborandas, & conseruandas.

Vires.

CAP. III.

De Zedoaria.

NOMINE Zador, zeduar, geiduar & Zadura, vulgaris officinarum zedoaria intelligenda est, quam Mesue radicem rotundam esse scribit, quæque zinziberis faciem refert: odoratior tamen est, vt cumque amara, nec adeo, vt zinziber, acris & calida.

Differentia inter zedoariam & zinziber.

Deuchi-

Deuehitur è Sinarum regione, & ab extremis Indiæ finibus. Affinis est zerumbetho, sed vulgarior & notior; verum vtraque planta Europæis integra fere inuisa.

Cypero zedoariam similem esse scripsit Auicennas, alii costo, de quo postea: omnia vero aromatica, & viribus, quam vultu similia.

Vires.

Calefacit, siccatque zedoaria ordine secundo, flatu discutit, animalium venenatorum moribus medetur, colicis doloribus opitulatur, alui tinea enecat, & antidotis optime miscetur.

C A P. IV.

De Galanga.

Species.

Galangæ duæ agnoscuntur differentia, maior & minor; vtraque in eodè solo proueniens: sed minor, quæ odoratior est, latius & vberius in Sinarum regione fruticat. Maior in *Iauar* & *Malabar*: Estque duorum cubitorum alta, & sæpe amplior, præsertim in pingui solo nata.

1. Minor.

Folia ei longa sunt duorum fere cubitorum, superne multum, inferne minus virentia. Caulis ex eorundem involucris vestitur, vt in Orchidum generibus videtur: flos candidus & inodorus: semen paruum: radix iuxta caput crassa, bulbosa & arundinis modo nodosa. In reliquis partibus zinziberi admodum similis, similiterque propagatur, radice nempe, non semine; lataque mirum in modum luxuriat, ac sobolescit: Iridi tamen videtur similior, non modo radice, sed foliis & facie.

2. Minor.

Minor galanga palmos tantum duos alta est, foliis myrtheis, radice nodosa & vltro sæpius nascens. Male nonnulli calamum aromaticum, & acorum cum galanga confundunt. Chynenses & Malabareses frequentes vtuntur galanga in cibis & medicamentis.

Vires.

Calefacit & siccat ordine tertio: ventriculum roborat, colicos dolores sanat, flatu discutit, & frigidis omnibus mor-

bis succurrit. Seligenda vero minor, vt præstantior.

C A P. V.

De Acoro.

ACORVS radix est odora, geniculata, Iridi multum similis, sed foliis longioribus & angustioribus, nec non caule tenuiore & longiore. Ipsius quoque radices tenuiores sunt, oblique iuxta terræ superficiem proserpentes, foris & intus albicantes, & gustu acres cum quadam amaritudine.

Turpiter errant, qui Galangam vtramque, zinziber & acorum non discrepare contendunt; nec excusandi, qui calamum aromaticum & acorum indistincte vsurpant, & ambas stirpes vnicam esse credunt: non parum enim inter se distant, vt ex singularum descriptione patet. Adde, quod Europa tantum acorum profert, nunquam aut raro, & quasi inuita calamum aromaticum; India calamum aromaticum nunquam, aut agre acorum.

Reponitur acorus, ex mente Galeni, *Vires.* inter ea quæ tertio recessu calefaciunt & siccant.

C A P. VI.

De Calamo aromatico.

CALAMVS aromaticus planta est Indica, & arundinacea, cuius scilicet caulis iuxta calami aut tubi cauus est, assulatum fractu facilis, nam percussu cito in assulas diffilit.

Ab acoro non parum distat, nec similiter inter radices connumeratur, sed potius inter surculos ligneos, concauos, geniculatos, arundinis modo intus albidos, exterius fuluos, odore fragrantissimo, sapore cum acrimonia non exigua amaro, & in mandendo admodum glutinoso.

Ex India sola deuehitur, & pro eo radix quædam, & rei alterius, quam calami veri & aromatici, quem Hippoc. myrsiticum, hoc est, vnguentarium ab odoris suauitate nominat, in Officinis multis venditur, quæ rei

rei herbaria peritiores *calamum Officinarium*, nonnulli *Cyperum Babylonicum* nominant, qui nunc alitur, vt & alia plantæ rarissimæ in horto celeberrimæ scholæ Medicorū Parisiensis, Ioan. Robini Regii Botanici industria & labore; antiquorum tamen *calamus aromaticus* & verus non est, hic enim acrior & calidior perhibetur, & folia habet strictiora, magis iuncea, & admodū triangula, vulgaris latiora, & fere iriina. Sed cū facie & facultate alter alteri non parum sit affinis, pro exotico nostras, seu pro raro vulgaris recte substituetur.

Vires.

Calefacit & siccit ordine secundo, leniter astringit, parum acer est, & partium quarundam tenuitate meatus aperit, menses mouet, spiritus recreat, & colorem iuuat natiuum.

C A P. VII.

De Costo.

COSTVS planta peregrina est, à veteribus quidem celebrata, sed suis lineamentis non satis accurate signata, ac descripta: vnde vera illius dignotio perfecte nondum recentioribus patuit. Omnes quidem vno ore radicem esse pronunciant, sed ex quam stirpe, & an ex vnica tantum, vel diuersis, nullus adhuc indubitanter asseruit.

Quod si antiquis fides non denegetur (vt certe in his potissimum, quæ probe norunt, celebrarunt, & longo comprobantur vsu, non nisi denegabitur iniuste) tria costi genera agnoscemus, *Arabicum*, *Indicum* & *Syriacum*.

Species.

Arabicus candidus est, leuis, & odoris suauitate cæteris præstans, recens abunde plenus, densus non cariosus.

Costus amarus & dulcis.

Indicus leuis quidē, sed niger & amaricans. *Syriacus* flauescens, tuberosus, gustu acer, odoratus, ac suauiter fragrans. Arabes vero tantum eius duo genera cōstituūt, amarū & dulce: credit tamen Clusius, genus costi duntaxat vnicū esse, nec nisi collatione quadā cum amariore, vel acriore costo dulcem nominari: quam saporis diuersita-

tem in plantis omnibus agnoscimus quotidie, quæ recentiores dulciores sunt ac suauiores; vetustiores, teredinibus, erofæ & corruptæ, acriores, amariore, & infuauiores.

COSTUS autem vsibus medicis nunc receptus & vulgaris, radix est fere zinziberis effigie, intus albida, læuis, parum grauis, exterius è pallido flauescens, subamara suauissime fragrans, ac sæpe tam odorata, maxime cum adhuc recens est, vt importune caput feriat. Nascitur in multis Indiæ tractibus, vt in Guzarate, & circa Amadabar, vrbem istius regionis percelebrem, Græci & Latini Arabum nomenclaturam retinuerunt, omnesque vno ore *Costi*, aut *Costum* efferunt.

Costus vulgaris.

In Pharmacopoliis nonnulli pro costo radicē quandam aromaticam plantæ nunc vulgaris vsurpant, quæ è *Seseli* con genere deprompta videtur: ad *Ethiopicum* enim Marthiolo dictū proxime accedit, radice, foliis, caule, magnitudine, facie, viribus. A quibusdam *pseudocostus*, ab aliis *Costus Belgarum*, ab aliis *Costus officinarum* solent appellari. Qui hunc pro vero substituere verbitur, angelicam illi sumere licebit.

Costus cum subamarus sit, modice astringit; & quia acer, calefacit insigniter, suaque odoris eximii gratia, cor & spiritus reficit & exhilarat.

Vires.

C A P. VIII.

De Been vtroque.

BEN vel Been, ex *Rhaspar*. 135. de nomin. Arab. vox est Arabica, arborem quandam in *Ethiopia* nascentem, & tamarisci similem designans, cuius granum dicitur *Abelban*, ex quo oleum manat, *Muscillinum* dictum; Qua voce ipsa etiam planta insignitur: nam Been secundum *Rhasim capite 145. lib. 21.* & Arabes *Muscillinum* dicitur. Quænam vero sit illa planta, dilucidius non explicat, vt nec etiam *Auicenna*, qui dum *cap. 85 tract. 1. libr. 2.* quaerit, quid sit Ben, respondet ipse, frustra lignea, aut radices esse contractas, ex siccitate habentes rugas, seu lineationes, ac duplici specie

Abelban. Oleum Muscillinum.

Opinio Auicenna de Been.

specie contentas, quarum vna alba est, altera rubra; vtraque calida & sicca in gradu secundo. Alibi tamen *tract. 2. lib. de medic. cord.* vtrumque Ben siccum primo recessu scripsit, & rubeum albo calidius esse: Contrarium tamen videmus in istis duabus radicibus, in officinis Ben nomine celebratis; nā quæ albicat, calidissima est. & acriter fauces & linguam ferit: rubra id solummodo præstat languide & ignaue.

Opinio Serapionis.

Serapio plantam vtramque non clarius depingit: Ben, ait, *species sunt duæ, & ambæ magnitudine radicis pastinacæ parvæ, & quædam tortuosa. Deferuntur ab Armenia: Odor earum bonus: & ambæ viscidæ, calidæ, humidæ.*

Cum igitur Arabes antiqui de planta indigena solū nomine tenus cōueniant, quid si nostrates in ea describenda, aut obmutescant, aut pauca quædā & probabilia tantum enuntient? Nullis sane Pharmacopoliis nō cognitæ sunt duæ radices, quæ passim Been nomine albi & rubri celebrantur: Illa tamen dignotio penes tantum superficiem est, nec dum veram quis ipsius effigiem dedit.

Vires.

Ex Arabum autem sententia Ben corroborat, corpus impinguat, semen auget, cōfert tremoris; & alia multa commoda præstat, quæ vix in nostro vulgari albo agnoscuntur. Ob id Syluius radicem Eryngii substituit, ego angelicam nostratam vel Hispanicam prætulim, vt magis cardiacam, aut tormentillam.

Substitutū.

Polemoniū.

Sunt, qui polemonium opinentur Ben album esse, & bistortam, rubrum, sed leuiori coniectura, quam vt pluribus sit opus improbare.

C A P. IX.

De Secacachul.

Nomina.

SECACACHUL varie nominari ab Arabibus, compario, vt *lochachium, lichimū*, habet, *alithinum*, apud quos illius semen, seu potius granum *Culcul* dicitur, & folium, inquit, est simile folio *Albenæ*, seu *Iulben*. Hæc siquidem vocabula apud Se-

rapionem & authorem Pandectarum videntur confundi, & pro *Secacachul* usurpanti, secundum quos planta est, breuicaulis, venosæ & nodosæ radice, è cuius singulis geniculis folia emergunt balsami, Serapio dicit *basat*, familia.

In illius summitate circa veris initium flores erumpunt violacei, violis tamē maiores, nec similes, quorum occasum sequuntur grana nigra ciceris magnitudine, humiditate dulci satura, quæ grana *Culcul* *Culcul* barbaræ gens nominat. Rhasis tamen suo idiomate Kilkil mauult appellare, cuius *Kilkil* qualitates recenset *lib. 23.* calidumq; & humidum secundo recessu tenet: Serapio in vtraque qualitate tantum primo. Ambo *Vires* autem plurimum valere ad rem veneream excitandam scribunt; auget enim semen, erectionem veretri facit, & ad congressum pigros alacres reddit. Nascitur Secacachul, seu Secacul, in locis vmbrosis, atque iuxta radices arborum.

Neq; autem radices, neque grana Secacul ad nos deferuntur: Et cū è planta profus exotica & herbariis recentiorib. incognita desumantur, à formulis remediorū debent expungi. Absurdum enim est à Barbaris ea medicare, quibus facile carere possumus, vel forsā ipsi carerent, cum illorum nullus adhuc Secacul accurate descripserit, aut ad nos mitti curarit, vel saltem venale in suis emporiis, perinde ac reliqua simplicitate rariora ostenderit.

Cum rebus Venereis inseruiat, quoties *Vires* dicta planta opuserit, vel *satyrium* prescribendum, aut iam prescriptum augendum, aut *pistacia*, aut *nuclei pinei*, aut *ornithoglossum*, aut alia illius, quæ ludibria mouent, substituenda.

C A P. X.

De Cinnamomo.

QVI D sit cinnamomum, vix scitur ex antiquis, qui de eo multa somniarūt: necdum ex recentioribus innotuisset, nisi illius natale solum peragrassent, vt Garcias ab horto, qui id ipsum vidit in multis *India*

Indiæ orientalis regionibus, vt in Zeilan, vbi laudatissimum prouenit & in Malabar.

Cais Mais.
Darchini.

Illius autem dignotioni magnam attulit obscuritatem multiplex, qua designatur, apud nos & barbaram gentem, appellatio: Nam in Malayo *Cais Manis*, hoc est, dulcelignum vocatur: In Ormus *Darchini*; quo nomine etiam à Persis & Arabibus enuntiat. Apud nos vero modo *Cassia* & *Cynamomū*. *Cassia*, modo *canella*, modo *cynamomum*, quasi Chynæ animum, vel potius *anomiū* ex Chynæ delatum vocatur; vnde tot diuersæ plantæ, quorū nomenclaturæ sunt reputatæ.

Cassiam & Cynamomū esse idem.
Cynamomi species.

Reuera tamen, si Garcia fides adhibenda, vt certe tanquam testi oculato & fidelissimo narratori debetur, *Cassia*, *cynamomū* & *canella*, vnum & idem sunt medicamentum: Nec cynamomi genera plura sunt duobus; vnum, quod in Zeilan; alterum, quod in *Malabar* & *Taca* nascitur. Pro bonitatis quidem gradu quinque eius diuersitates ab authoribus recensentur, sed genere tantum duplici distinctæ.

Canella.
Salihacha.

Canella autem crassior, xylocassia est, seu cassia lignea durior & crassior; Arabibus, Persis, & Indis *Salihacha* dicta. Quæ magis odorata est, fragrantior, & tenuior, cynamomum est verum, quod lignum odoratum portendit, ex eodemque arbuto habetur atque canella, sed hæc ex trunco, cuius cortex crassissimus est, illud ex ramis excerpitur. Quod videtur innuere Theophrastus, dum cynamomū in multas partes discerpit, quarum, quæ radici propinquæ sunt, deteriores & minus odoratæ, quæ in supremo sunt arbuto, odoratissimæ & præstantissimæ, quæ in medio mediæ.

Matthiolus negat esse idē

Displicet tamen Matthiolo hæc Theophrasti & aliorum opinio, qui cassiam & cynamomum idem esse scripserunt, fateatur quidem cassiam & canellam non differre, sed ab vtraque cynamomum non tantum distingui, sed nec inueniri. Et si inueniatur, non illius corticem, sed lignum

solummodo odoratissimum, & in vsu venire medicum.

Bona tamen illius venia, cynamomum nunc habemus præstantissimum; nec differt à canella, seu cassia odorata, nisi quodam accidente, vt gradu bonitatis. Atque eo modo accipiendæ sunt cynamomi varietates, à Dioscoride enumeratæ. Estque eorum optima ratio, qui asserunt, canellam seu xylocassiam esse crassissimum & extimum corticem, cynamomum interiorē, tenuiorem, odoratiorem, præstantiorem, & ad vsus multo commodiorem.

Quomodo differant.

Tempore Galeni cynamomum adeo rarum erat, vt soli Imperatores haberent, & curiose seruarent in seriniis, sed huius aromatis præstantia effecit, vt ad nos è regionibus peregrinis adueheretur copiosissimum & præstantissimum.

Est autem canellæ seu cynamomi arbor syluestris, ac sponte nascens, magnitudine oleæ, ramis multis, ac rectis foliis citri colore, iauri effigie, floribus candidis, fructu nigro & rotundo, oliuarum paruarum magnitudine.

Arbor canella.

Eius eximia virtus in cortice est; excalcescit, concoquit, menses & partum accelerat, & mire cor recreat.

Vires.

Est altera *canella Peruana*, illi vultu similis, cuius odor, sapor, & virtus non in cortice, vt in Indica orientali, sed in fructu tantum deprehenduntur, vt ex Nicolao Monardo refert Clusius *cap. 25. lib. simpl.*

C A P. XI.

De nuce moschata, maci & macere.

EX India defertur eximia quædam nux aromatica, quæ ab odoris suavitate Moschocaryon, Moschocarydion, caryon aromaticum, & nux myristica seu vnguentaria & moschata vocatur. Excerptur ex arbore peregrina pyri magnitudine, foliis persicæ sed breuioribus, roseo flore, odore peramæno.

Moschocaryon.

Arbos

Arbor nucis moschata.

Arbos hæc veteribus, præsertim Græcis, fuit incognita. Nascitur in insula *Banda*, ubi *Palla*, & *Macis Bunnapalla* nominantur.

Huius autem arboris fructus, propter odoris suavitatē, moschatus dictus, etiam si moschum non oleat, duplici putamine vestitur; altero externo & crassissimo, quod per maturitatem dehiscit, ut in iuglandibus; altero tenuiore, quod nucleum, seu nucem proxime ambit, quodque rubescens, ac eleganti facie se dat in conspectum, ubi cortex exterior dehiscit, & parvulus remanet.

Macis.

Istud vero tenuius inuolucrum & rubrum macis est, quod etiam exsiccata nuce dehiscit, & per calorem immutato tandem rubore, colorem quodammodo aureum acquirit. Est ergo macis membrana tenuis ex rubro flavescentes, qua nucem aromaticam, seu moschatam contegit & amplectitur.

Macis quid.

Porro macis & macer inter se discrepant, nam macis est inuolutum nucis aromaticæ, ut dictum est; macer vero ligni cuiusdam cortex crassus, flavescentes, seu cum *Plinio rubens*, ex *Barbaria allatus*, gustu valde amarus & astringens. Ex qua autem arbore, neque ex veterum, neque ex recentiorum lectione certo scitur: unde maceris quoque cognitionem incertam credimus.

Macer quid.

Nucis moschata optima nota.
Vires.

Nux moschata probatur recens, grauis, pinguis, & quæ acu puncta succam mox reddit oleosum. Eius vires, ut etiam macis roborando ventriculo, & coctioni iuuandæ plurimum commendantur.

C A P. XII.

De Piperibus.

Species.

MULTÆ plantæ multum inter se dissimiles piperis nomine donantur, ut piper album, nigrum, longum, *Calecutianum*, seu *Capficum*, & piper aquaticum seu *Persicaria*. Nec defuerunt, qui viticem seu agnum castum & *Ribes nigrum* piper

agrestæ vocarunt: Sed cum absolute piper ponitur, *Garcias* rogat *Pharmacopœos*, ut album tanquam præstantius seligant, nostrates tamen forsitan albi penuria nigrum sumunt.

Planta autem, quæ piper fert album, ab ea, quæ nigrum, tam parum dissidet, ut eadem esse dicatur. Vtraque scansilis est, atque adeo imbecillis & caduca, ut nisi fulcro quodam nitatur, ad terram illius framenta flexilia & lenta delabuntur, lupuli vel periclymeni modo. Propterea vel periclymenis fulcitur, vel seritur ad radices arboris, ad cuius fastigium sese conuoluendo scandit. Folia eius rara sunt; *Alyriæ* mali effigie, sed minora: radix pusilla: fructus parui rotundi, & simul multi ac racematim coherentes.

Piper omne potenter calefacit, atque potentius album nigro, & odoratius. Sed ut planta rarissima est, sic rarissimus fructus. Est & piper quoddam caudatum, de quo suo loco.

Planta vero, quæ longum piper edit, non minus effigie quam qualitate ei, quæ nigrum, conuenit, referente *Clusio*, contra *Garciam*, qui stirpes valde dissidentes asseruit; nam folia vtriusque magnitudine æqualia, hederacea nempe, sed neruosiora & pediculo breuiore subnixæ. Huius plantæ fructus lulos *Coryli* perbelle referunt; ex plantæ singulis internodiis prodeunt, atque ex opposita pediculi foliorum parte, ut in aliis piperibus: fructus illi ex multis granulis constanti, elegant serie secundum pediculi longitudinem cõgestis. Virides autem sunt, quia ante maturitatem collecti, & nunc longiores, nunc breuiiores, aut crassiores, ut in aliis fructibus contingit, perfectum incrementum non assecutus.

Macropiper seu piper longum vehementer mordet, ait *Dioscorides cap. 129. lib. 2.* & quia ante maturitatem decerptum est, subamarum relinquitur. Antidotis & Theriacis medicaminibus expetitur.

Vires.

Piper longū.

Piperis longi descriptio.

Macropiperis vires.

CAP. XIII.

De Caryophyllis.

CARYOPHILLA, seu caryophilli grana quædam sunt, seu fructus arboris exoticæ eiusdem nominis, quæ nascitur in insulis Moluccis, lauri forma & magnitudine, foliis persicæ, vel magis salicis, aliquantum angustis; surculis multis; flore copioso, primum albo, dein virescente, tum rufescente; qui ubi solis estu induruit, nigricat, & rudimentum quoddam fructus, seu imperfectum fructum & exsiccatum refert, tanquam clauum, quatuor velut exertis apicibus in extremo exasperatum.

Fructus hic adhuc virens suauitate omnes alios superat: erumpit in extremis surculis, clauo modo, vnde vulgus clauum gyrofleum vocitat. Rectius enim clauiculusdam refert effigiem, quam nucis aut nucifolii, vt recepta videtur notare nomenclatio. Nam caryophillum dicere, nucifolium dicere est.

Pisot.

Calefacit & siccatur ultra secundum ordinem. Plurimus est eius ad esculenta condienda, & ad medicamina vsus.

Cordi & cerebro benefacit: iecori & stomacho auxiliatur: oris fetorem emendat, & halitum gratiorem reddit: coctionem iuuat: oculorum aufert caligines, & visum acuit, Venerem stimulat, & obstructions tollit.

CAP. XIV.

De Cardamomis.

CARDAMVM, cordumeni, & cardamomum stirpes sunt nomine quidem parum, sed re ipsa multum dissidentes. Nam *cardamum* seu *cardamine* nasturtium quoddam est, folio & semine calidissimum, & pene adurens vt sinapi. *Cordumeni* non cardamomum est, vt putauit Sylius, sed carui Romanum.

Cardamomum.

Cardamomum peregrina planta est, amomo, si non effigie, saltem facultate co-

gnata, vt nominis affinitas præterdit, atque in India nascens: cuius duo traduntur genera; maius vnum, quod Arabes *Cacola* *Species.* *quebir*, & *Cacula quebir*: minus alterum, quod *hayl* seu *Kakolabil* appellant. Vtrumque ex planta cubitali & filiquosa nascens, non ex arbore procera, vt quidam autumarunt.

Leguminosa vero est illa, & vbi adoleuit, siliquæ multas profert, & singulæ siliquæ multa grana, *Cacola* barbaris nominata, quibusdam grana paradisi, alia tamen huius nominis dignitate insignita circumferuntur, malageta à prouincia Melegueta, vnde aduehuntur, dicta. *Cacola.* *Hayl.*

Cardamomum nunc notissimum est & vulgare, licet peregrinum, atque medicis vsibus vtrumque; optatissimum: Sed minus, vt odoratius est, sic præstantius, & magis expetitum; maius, minus.

Vtrumque; cardamomum calefacit, partes, quæ principatum tenent, recreat, calorem natium roborat, flatum discutit, & coctionem iuuat. *Vires.*

CAP. XV.

De Cubebis.

VISI sunt antiquiores Arabibus tantum tribuere, vt quicquid ex eorum ore vel prophanter effluerit, pro certa lege debeat haberi. Sed non tam displicet in sermone barbaries, quam in re eorum diffidum, qui vix de stirpibus in propriis nascentibus hortis conueniunt: vnde minus mirum, si de his, quæ nullo cultu ruri nascuntur, dissentiant, vt in *Cubebarum* descriptione manifestum est, quas *Auicenna* *Carpesium*, *Serapio* *myrtum syluestrem* nominat. Indi vero ex istis nullam, sed aliam longe diuersam plantam, quæ *cubebas* profert, agnoscunt, quas eorum nonnulli *Cubab Sini*, alii *Cumuc*, alii *Quabeb* & *Cubebe* nuncupant.

Planta autem, ex qua colliguntur, syluestris est, ac sponte nascens, imbecilla & fruticibus similis, aut piperis modo adhaerescens foliis myrtheis, fructibus racematim.

rim congestis, sed singulis granis coherentibus pediculis longioribus.

Fructus hic in *Laos*, & aliis regionibus, in quibus prouenit, tantifit, vt ab incolis decoquatur, antequam venalis detur institoribus: Verentur enim, ne alieno in loco satus radices agat & luxuriet.

Turpiter errant, qui cubebas, viticis semen, aut rusci fructum esse contendunt, cū inter stirpes has omnes nihil sit cognationis & similitudinis. A Quarius magis tollerandus, qui Auicennam secutus, combebas; sic enim loquitur, *carpesium affirmat esse; nā aromatica & calefactoria est in ambobus qualitas: verum effigies diuersa; nam carpesia ex Galeno, festucæ sunt tenues, surculi cinnamomi, facultate & odore similes, vocati Phu, sed validiore, & nonnihil aromatico, quem gustus percipit: quia tamen sunt tenuiora, viscerum obstructiones expeditius tollunt, & urinam mouent, calculumque pellunt. Non tamen adeo tenuia sunt, vt cinnanomum.*

Cubebæ admodum raræ sunt; ventriculum calefaciunt & roborant, hepar infarctum liberant, flatu discutiunt, intemperiem vteri frigidam emendant, & Veneris sopitam vim excitant.

CAP. XVI.

De Carpobalsamo, & cæteris balsami partibus.

BALSAMUM arbuscula est peregrina, Bolim in Iudæa, Ægypto, & in valle Syriæ; ac maxime in Hiericho nascens, aspectu non valde grata, colore cinericea, ramis tenuibus, foliis sampsiuchi, quæ quotannis Decembri labuntur, medio vere repullulant; floribus ad paruum lasminum luteum accedentibus, quos paruū consequitur semen, aromaticum, flauescens, plenum, gustu mordax, & acre, atque modice opobalsamum redolens, quod carpobalsamum nominatur.

Planta hæc ad radicem vsq; samentosa, cuius surculi tenues admodum sunt fului,

odorati, frequentibus nodis asperati, balsamelaum nonnihil spirantes.

Vbi adoleuerunt, sarmenta præscinduntur, emunturque ab institoribus, qui in aduenas regiones deferunt, quæstus magni gratia; vbi que enim expetuntur, & magno semper vaneunt, ob insignes, quibus polleat, facultates; xylobalsamum Medici nominant.

Nonnunquam fruticis huius abscinduntur surculi, quibus appenduntur lagenulæ cera oblitæ, in quas guttatim oleolus eximie fragrantis liquor stillat. Sæpius tamē ineunte autūno cultellis vitreis, aut ossis, vt eburneis truncus, aut rami crassiores vulnerantur; nam ægerrime ferrum ferūt, è quorum scarificatu succus crassior oleo perquam similis, & suauiter spirans emanat, qui Balsamelaon & Opobalsamum nominatur.

Inter olea quæuis & balsama omnia laudatissima hæc est, præstantissimum & toto orbe maxime celebratum, vt quod vires habeat abigendis morbis nulli medicamento secundas, siue interius assumatur, vt aliquando, siue exterius adhibeatur, vt sæpe fit, vel alius commisceatur medicamento.

Laudatur Syriacum, tenue & perspicuū, Balsamum quale in vasis aqua pleni fundum delabi ac subsidere solet, quod omnibus balsamis legitimis commune est, atque ei maxime, quod ex horto celebri Turcarum Imperatoris habetur, in quo magna sedulitate paruula dicta arbor colitur & custoditur, ex qua nempe tres partes excerpuntur, ad multorum morborum expugnationem vtilis, lignum, liquor, semen; xylobalsamū, opobalsamum, & carpobalsamū propriis & vfitatis vocibus Medici designat; quæ quod rarissima sint, & in paucis regionibus læte proueniētia, à regibus tantū, vel solis magnatibus possidētur: Nam vulgare carpobalsamum legitimum non est, tanquā viribus ignauum; fere inodorum, viciū, rancidum, exoletum, nec suauiter spirans Idē dicendum de ligno, quod xylobalsamum

Carpesium.

Virus.

Arbor balsami.

Carpobalsamum.

Xylobalsamum.

Opobalsamum.

Balsamum optimum quod.

nominant; nam surculi sunt lentisci, plerumque cariosi, aut ita vetusti, vt & insipidi sint, inodori & inefficaces.

Succedanea. His tribus Medici succedanea analogæ, prout materia medicæ concedit vbertas, adinuenerunt, vt carpobalsamo cubebas, xylobalsamo lentiscum recentem, opobalsamo oleum caryophyllorum & nucis moschata, vt etiam lacrymam limpidissimam terebinthi instar olei tenuem. Nam terebinthina ipsa balsamum est, & omnium balsamorum artificialium veluti mater, cuius omnes partes optime respondent vero & naturali balsamo.

Balsamum Peruuianum. Alia nunc duo Balsama incipiunt circumferri: vnum *Peruuianum*, quod ex nouo orbe aduehitur ex fructu quodam medioctis magnitudinis in Peru nascente elicatum, cuius meminit Clusius: alterum à regione quadam Indica *balsamum de Tolu* vocatur. Stillat hoc ex arbore sauciata pumillis pinis simili: vtrumque vires habet eximias, & in Syriaci locum poterit optime substitui.

Balsamum de Tolu.

C A P. XVII.

De Kermes.

STIRPES multe in regionibus tantum meridionalibus, aliæ septentrionalibus virent: Nonnullæ in his & illis viuaces sunt, & late fructificant, vt *granum Kermes* Mauritanis vocatum; cuius vocis usurpatio, plantam magis exoticam esse, & in Asia, Armenia, Sicilia, vt vult Dioscorides, & in Arabia, copiosiore, satis indicat. Ad duos enim vsus insignes dum accedit, eius Arabica nomenclatio retinetur, ad solemnem videlicet confectionem *Alkermes* dictam, & ad pannos *Kermesio* colore, omnium optatissimo inficiendos.

Kermes seu Kermes quid.

Est autem *kermes*, seu *karmas*, vt aliquando loquitur Serapio, nomen suffruticis ex ilicum genere, & grani cuiusdam ei adnascentis, quod *Coccus baphica*, seu *granum insectorium* vulgo nominatur.

Nascitur tum in dictis regionibus peregrinis, tum in multis Gallo-prouinciæ A-

relatenfis & Italiæ locis calidioribus, atque his maxime, quæ ad mediterraneum mare vergunt, reponiturque inter aculeatas ilices. Multiplex enim agnoscitur ilicum varietas; aliæ siquidem glandiferæ sunt, quæ in proceras arbores adoleseunt; aliæ coccigeræ perpetuo humiles; quædam bacciferæ inter ambas mediæ, vt *Aquifolia*, in septentrionali solo frequens & viuax. Nonnulli tamen ab ilicum excludunt numero, licet duæ priores tantam non habeant inter se affinitatem, quanta posteriori cum illis intercedit similitudo.

Est ergo planta, cui adnascitur *kermes*, pusilla quædam ilex, plures sæpe surculos, præduros à radice proferens, foliis obtebratis perpetuo virentibus, oblongis, in ambitu crenatis, densis, sinuosis, angulosis, spinosis, aculeatis, horridis; quæ ima sui parte, vere primo granum quoddam, tanquam ouum paruulum concipiunt, & superne reflexis spinis obuallant; quod postea augetur, ex albedo cinereum, tandem maturescens purpureum, ac perelegantem colorem acquirit. Totum enim granum id satur ac prægnans est sanguineo cruore, qui post maturitatem perfectam diutius in membranula coactus in vermiculos abit, vesicula tenui vacua penes relicta; qui vbi adoleuerint; nonnquam fiunt alati, & volatu aufugiunt. Antea tamen ipsorum præcreationem studiose liquor dictus elici solet, ad syrapi de *kermes* apparatus, vel sericum tingendum, antequam accedat ad nobilem huius nominis confectionem.

Impeditur dictorum animalculorum generatio, vel interitus cito citatur, sola aceti aspergine, qua exanimata cadauerula colliguntur, in massam miniatam coguntur, *Scoletium* dictam, *Plinius* *Cuscuthium* dicit, ad tincturam purpurei coloris, quem vulgus *Scarlatum* nominat.

Non est *Coccus*, seu granum illud *Kermes* fructus ilicis, sed potius excrementum, & tanquam salua rubens & lucida in parua *Kisti* conclusa, quæ circa foliorum exortum.

exortum nascitur; hæc enim ilex pumila non tantum coccigera, sed glandigera quoque est, in cuius nempe, præsertim vetustæ, furculis, glandes quæræ longiores & nigriores adnascuntur: Verum tunc desinit coccum eructare; propterea eius præscinduntur furculi, ut ex nouorum regeneratione noua fiat coccorum productio.

Kermes vim habet eximiam, cor & facultates omnes roborandi. Nervis quoque præcisus vtiliter adhibetur, ut & vulneribus, quibus coalescendis sua vi astrictoria prodest.

CAP. XVIII.

De Schœnantho.

SCHŒNANTHVM quasi flos iunci, vel Spotius ob eius fragrantiam iuncus odoratus, ex Arabia, vbi magnus est eius proventus, per fasciculos defertur in alias regiones, in quibus nulla arte potest cicurari.

Planta iunceæ est, ac graminea, ex radice exigua, arida, duriuscula, nodosa, multos calamulos, præduros, sparsos, rotundos, plenos, non contaus, nitidos, pedem altos, & in summo graciles profereas: folia rigida, sesquipalmum longa, mucronata, pallida furculos gramineos amplectantur.

Eorum fastigia ornat gemina series flosculorum, ex pallido rubentium & papporum. Nonnulli vocant paleam de *Mechu*; alii pastum Camelorum, quod eorum summitatibus vescantur & delectentur Aphricani cameli. Raro cum floribus aduehitur, licet ab eis denominationem habeat.

Schœnanthum moderate & calefacit, & astringit. Et quia tenuium quoque partium est, mediocriter digerit, & repellit: radix cæteris plantæ partibus astringentior; flos calidior, vrinas & menstrua satis potenter promouens.

CAP. XIX.

De folio, seu Malabathro.

EX India folium quoddam eximium, Arabibus *Cadegi Indi*, hoc est, folium Indum ad nos defertur, quod illius incolæ *Tamalapatra*, officinæ vero natiui nominis alteratione *malabathrum* vocitant. Est vero folium Indicum mali Medicæ folio simile, colore ex pallido virescens, tribus per longitudinem excurrentibus costis, odoratum, ac caryophillos aliquantum spirans.

Non aquis innatat, nec in paludibus Indicis provenit, neque sine radice est, ut Dioscorides putauit, sed ex arbore desumitur procera, procul ab aquis, & in aridis locis fruticante.

Est autem malabathrum calidum gra-
du secundo, odoratum; vrinam mouet, halitum oris commendat, vestes à tineis tectur, & in aliis qualitatibus nardo conuenit, quæ illius penuria substitui potest.

CAP. XX.

De spica Indica, & nardo.

DVO scribit Dioscorides cap. 6. lib. 1. esse Nardi genera; vnum *Indicum*; alterum *Syriacum*: vtrumque eodem in modo proveniens, sed altera parte, quæ ad Indos flectit, *Indicum*; altera, quæ ad Syrios, *Syriacum*. Adiungit tamen adhuc postea *Celticum*, quod in Liguria alpibus nascitur, *Saliunca* patrio nomine appellatum, & montanum, quod in Cilicia & Syria viret, *Thylacitis* & *Niris* aliquando dictum.

Celticæ nardi duas adhuc differentias agnoscit Lobelius; vnam gentianæ cruciatæ foliis, & radice valerianæ maioris; alteram *hirculum* dictam, cuius meminit Clusius, eam inter spicæ Celticæ fasciculos nactus.

Præter exoticam nardum & eius relatedas species, spicæ quædam nostrates celebrantur, *nardi* nominibus insignitæ, ut

Vires.

Tamalapa-

tra.

Malabathru

Vires.

Species.

Species nardi.

Celticæ.

Lauendula

maior.

Pseudonardus Aspica.

lauendula maior alba, Gallico & vulgari idiomate, *aspic*, & à multis pseudonardus nominata, ex qua oleum artificio chymico educitur, & cum additione literæ a, vulgo oleum de *Aspica* nominatur: vt etiam alia lauendula maior, cærulea, seu Italica; atque adhuc alia minor eiusdem coloris, odoris, & faciei. Ad easdem, si nominis e-tymon spectetur, stæchas, quæ vere spicata est, potest referri.

Cum autem sine adiuncto spica, seu nardus effertur, de Indica semper intelligenda est, cuius radice exili spicata comæ nascuntur, & confertæ glomerationes, quasi per cirrhos ac torulos discriminatæ, è quarum spatiiis mediis folia quædam iuncea exurgunt.

Vires.

Spica nardi, hoc est, nardus Indica, docente Galeno *lib. 8. simpl.* exalfacit primo gradu, & desiccatur secundo: iecori & ventriculo prodest, vrinam mouet, stomachi morfus sanat, & mesenterii humiditates exsiccat. Omnium vero maximus Indica seu nigra nardus corporis affectibus sanandis confert.

CAP. XXI.

De Agallocho seu ligno aloë.

LIGNVM aloë, Græcis *Xyloalot*, & *Agallochum* dicitur. Arbor est oleæ instar, interdum maior, non cute, vt scribit Dioscorides, sed cortice crasso vestita. Lignū eiusdem odoratum est, nigricans cinereis venis discurrentibus, & velut punctis mæularum, ponderosum, crassum, compactum, succulentum, igni adhibitum, & accensum (ægre autem flagrat) liquoris plurimum exudans.

Eius autem odor non per vniuersam ligni materiam diffusus percipitur, sed in medullis fragrantior est & vegetior; atque in sicciore, quam in virescente, aut recensente.

Cur agallochum rarissimum.

Rarissima est arbor, in India sola nascens, & maxime in his regionibus & pro-

montoriis, in quibus Tigres & ferocissime belluæ vicitant & commorantur: vnde non nisi summo cum periculo arbor grandiuicula cædi potest, aut iunior euelli; & sine vitæ discrimine transportari. Hinc antiquioris ætatis simplicissima gens inepte creditur, eam in solo terrestri paradiso nasci.

Eius plura genera recenset Serapio, quæ nec vidit ipse, neque nouit: forsan alia ligna odorata, quæ multa sunt, ad Agallochum refert. Sic quod in promontorio Comorin nascitur, odoratum, à quibusdam lignum aloes vocatur, cum tamen non sit, inquit Garcias.

Agallochum, seu lignum aloës, Auicenna *Agalugen* dictum, calefacit & siccatur ordine secundo, & ad cordis affectus plurimum valet.

Vires.

Agalugen.

CAP. XXII.

De Santalis.

ARBORIS cuiusdam peregrinæ & proceræ iuglandis ritu lignum ad nos defertur, quod in insula *Tymor*, vbi frequens est, *Chandama*; in Arabia *Sandal*; in Europa *Santalum* vocatur: Cuius tria dignoscuntur genera, album, pallidum, vtrumque; in insula dicta vberime luxurians; & rubrum, quod alibi, nempe in insula *Tanasarim* prouenit, vt ex Garcia ab horto narratur, qui tantam affinitatem esse scribit inter arbores santalorum, vt vix pallida à cædida queat discerni, nisi forte ab ipsis incolis, qui eas arbores cædunt; cæfas mercatoribus vendunt. Facies enim vtriusque similis, folia eadem, admodum virentia, lentis cæmula, flores ex cæruleo nigricantes, fructus ceraforum magnitudine, primum virides, tum nigri, fere inspidi & facile decedentes.

Species.

Pallida seu citrina santalorum arbor, in locis apricis lætior prouenit, odoratior & præstantior, eiusque lignum albo, album rubro longe præstat. Rubrum vero inodorum est, brasilio valde simile, sed non dulce

Santalum optimum quod.

dulce est, nec inficit, ut brasiliū, nec ita durum ac ponderosum.

Vires.

Vires autem eximias veteres fantalis dedere: Cor enim & partes vitales exhilarant & roborant, ait Auicenna; Calidis morbis, ut febribus aduerfantur, obstructions liberant, & hepar valde recreant.

CAP. XXIII.

De Sassafras.

NASCITUR in Florida arbor quædam prægrandis, Indis *Paccame*. Hispanis *Sassafras* dicta, caudice procero, cortice cinereo, ac tenui vestito: ramis in cacumine expansis: foliis ficulneis, in tres angulos diremptis: radicibus nunc crassis, nunc tenuibus, pro arboris ætate, per summos terræ cespites expansis, aliquantum aromaticis, & fœniculum spirantibus.

Arbor hæc læta fruticat in locis maritimis & temperatis. Radix eius omnibus aliis partibus præfertur, præsertimque eius cortex, qui calidus & fœccus est initio tertii ordinis.

Cæteræ eius partes gradu tantum secundo qualitatem utramque sortiuntur. Præter qualitates istas elementares aliæ quædam peculiare agnoscuntur ad multa perutilis & expetitæ. Sed ob raritatem circulatorum interdum buxi fœbem & fœniculi semen simul terunt, & pro puluere sassafras vendunt: Sat enim esse putant falsendæ plebeculæ, si pro vero sassafras, quod fuluo colore & fœniculi odore commendatur, puluerem flavescentem & fœniculum exhalantem exhibeant.

Vires.

Decoctum sassafras, inquit Clusius, commendatur in omni morborum genere, præsertim in obstructions tollendis, partibus internis roborandis, morbis mulierum mulis, & venerea luis curanda.

CAP. XXIV.

De Guaiaco.

Medicamentum
speculiariter
ad luen veneream.

MEDICAMENTA sex simplicia valde commendantur ad luis Indicæ curationem, *sassafras*, *guaiacum*, *sarsaparilla*, *chyma*, *mercurius*, & *cynabaris*. De

sassafras capite superiore, de aliis postea. *Guaiacum* sic à *guaiacam* voce, Indis germana, dictum, Latinis sæpe *lignum sanctum*, ex insulis occidentalibus *Boriquen*, *Cuenca*, *Nagrande*, & *Nicaragua* deferretur.

Arbor est procera ad ilicis, aut fraxini *Guaiaci* demagnitudinem & faciem multum accedens, ramosa, medullio nigricante, ac præduro, cortice crasso & pingui, foliis exiguis, & duris: flore luteo, ac purgatorio, quem Indi condunt & sumunt ad corpus purgandum.

Flores conlequuntur fructus magnitudine castanæ, ac forma duorum lupinorum simul iunctorum.

Est & alia species *Guaiaci* minoris, præstantioris tamen, quod *Palus sanctus*, & *cali* quando *Lignum sanctum* nominatur. *Arbuscula* est colore, viribus, magnitudine & vultu *guaiaco* non parum dissimilis: Nam materia ligni illius alba est, & concolor, multumque fibrosa, sapor acrior, odor fragrantior, qualitates efficaciores. Sed quia raro aduehitur, eius penuria, *guaiacum* usurpatur, quod quidem vires habet eadem, sed infirmiores.

Palus sanctus.

Arbuscula.

Palma sancta.

Utrumque autem plurimum valet ad luis Indicæ curationem: nam calefacit, incidit, attenuat, meatus aperit, sudores mouet, putredinem ardet, & proprietate speciali virus venereum extinguit.

CAP. XXV.

De Sarsaparilla.

EX insulis occiduis, & maxime ex *Peru*, & prouincia *Honduras*, radix quædam prælonga & vniformis deferretur, quæ nunc *Sarsaparilla*, nunc *Salsaparilla*, & *Sarzapariglia* vocatur, quam *Mathiolus* & *Dodonæus* putant esse eandem cum *Smilace* nostrati. Dissident tamen inter se multum, *Differentia* nam *smilacis* asperæ radix nodosa est, & inter *Sarsaparillam* & *Smilacem*. geniculata, graminis ritu, multoque breuior & mollior. Enodis vero est *sarsaparilla* radix, nullis geniculis asperata, dura, fibro-

fibrosa, rugosa, medullosa, & aliquando viginti pedes longa, atque viminis instar facile frangitur. Ceteræ eius partes similaci similes sunt, & simili modo frutices vicinos scandunt & amplexantur.

Sarsaparilla vires.

Sarsaparilla primis qualitatibus calefacit, sed moderate, calidis aperit, & sudorē prolicit, tertiis venereum virus extinguit.

Eius cremore vtuntur Indi ad veneræ luis, quæ illis vernacula & endemialis est, curationem.

C A P. XXVI.

De Chyna radice.

Nec prætereunda est alia Indicæ luis Antidotus, radix nempe quædam insignis, quæ, vt & tota planta, à Chyna nomen retinens, *Lampatan* vocatur. Nascitur in Chynarum vastissima regione, Indiæ Orientalis Scythiæ contermina, nec in montibus & fundo sicciorē, vt arbitrati sunt quidam, sed locis vdis, palustribus & aquosis, arundinum more, vt iuxta maris litus, & cuiusdam Lybiæ fluvii oras.

Radix ei crassa est & nodosa, vt arundinibus, dura & tuberosa, vt rubo, rubea & tortuosa, vt bistortæ. E radice tenues cauliculi erumpunt & imbecilli, foliis admodum raris cincti, qui licet humiles, vt rectius stent, fulcro indigent, quo nitantur.

Vulgaris nunc est ista radix, quam antiquior ætas aut non vidit, aut oscitanter prætermisit. Nunc vero lippis & tonsoribus notissima, neque datur tyrunculus vllus, qui de Chyna radice non garriat; qua tanquam medicamento polychresto vtuntur Indi ad omnium morborum, atque eorū maxime, qui alia remedia illis consueta temnunt, curationem.

Vires.

Valet autem plurimum Chyna ad luis veneræ curationem. Vertigini quoque prodest, stomachi dolorem sanat, hydropi conuenit ex Cardano, colicis doloribus & affectionibus vteri prodest, obstructions tollit, meatus aperit, yrinam mouet, sudo-

res elicit, conuulsioni & paralyssi confert, & articularum dolores leuat. Carolus enim Imperator huius nominis quintus, ab aliis medicamentis nullum, à Chyna maximum leuamen, aduersus arthritidē, quæ sæpe eum male exercebat, percepit. Sunt, qui tabidis prodesse contendunt, calidiorem tamen puto, quam vt atrophiam tollere, inemperiem sicciorē emendare & habitum optimum resarcire possit.

Historia.

Garcias enim ob eius vsum in tantos ardores hepatis incidit, vt totum pene corpus inflammatione obsessum fuerit; & re vera nunc rarior solito eius incipit esse vsum.



SECTIO IV.

DE CALEFACIENTIBVS INDIGENIS.

Multas quoque calefacientes plantas habemus, quæ peregrinis in re nulla cedunt, de quibus seorsim in hac sectione disceptaturus, eas primum describam, quæ seu vltro ruri, seu in hortis nostris culturae proueniant, cum excessu magno calefaciunt, dein eas attingā, quæ remisse suas vires calefaciendo exerunt; tandem quæ segnitè sese dant in conspectum, nec nisi à perspicacissimis earum qualitates accurate dignoscuntur. De his igitur quæ ignea quadam qualitate insigniuntur, prior erit sermo, vt:

C A P. I.

De Pyrethro.

PYRETHRVM ab igneæ qualitatis impressione, quam radix eius mansa in gustatorio organo relinquit, dictum, vulgus pedem *Alexandrinum*, Latini à saluæ copia

copia, quam in ore detenta elicit, *herbam saluarem* nominant.

Herba est cubitalis, & sæpe altior, caulem & folia dauci sylvestris, aut carotæ vulgaris æmula gerens, multipliciter diuisa, sectaque in capillamenta tenuia, fœniculi modo, florem pulchellum in surculorum summitatibus eractat, latum ac patulum & chrysanthemo, aut helenio forma similem, sed maiorem, medio orbe sublateum, foliis eius ambitum circumdantibus angustis, oblongis, parte superna albicantibus, prona aliquantum purpurascens. In medio eius orbe, atque inter stamina semen gignitur tenue, oblongum & odoratum.

Radix subest crassa, longa, è subruffo colore nigricans.

Nascitur in Italiæ & Hispaniæ locis multis: & in hortis Belgii satum vires, adolescit, floret, & sæpe semen perficit: vberius tamen & lætius in regionibus calidis, vt Orientalibus prouenit, inter plantas tamen indigenas & Europeas retulimus, quod in Septemtrionalibus etiam copiosum alatur.

Alia planta suo acri odore sternutamētum mouens, *piarmica*, seu *sternutatoria*, ob id dicta, in Officinis sæpe *Pyrethrum sylvestre* vocatur, quod suo sapore vellicāte gustum Pyrethri modo feriat, & saluam promoueat. Nascitur non modo in montosis & incultis locis, sed etiam in pratis, & circa margines agrorum.

Radix pyrethri feruidissima est, & ad quartum caloris excessum ascendens. Pituitam in ore detenta prolicet copiosam: proinde dentium dolori, à causā frigida prodest, diuturno capitis dolori, apoplexiæ, morbo comitiali, neruorum resolutioni, atque omnibus affectibus, qui à pituita in capite congesta proficiscuntur.

CAP. II.

De Sinapi.

SYNAPI vix alimentum est, nonnūquam medicamentum, sæpe condimē-

tum: Dapibus enim viscidis & glutinosis, præsertim hyeme, conuenientissime admiscetur, vt earum lentor incidatur & corrigatur, ventriculusque roboretur: nam quibus palatum torpescit, aut cibi ingruit fastidium, mirum in modum prodest id condimentum; sed quia acerrimum est, gustumque ferit importune, non modo teritur cum aceto ad eius mitigandum feruorem, sed sæpe ad dulcedinem & suauitatem maiorem mustum commiscetur; sicque gratissimum condimentum, vulgo *Mustarda* nominatum, quasi à musto & ardore paratum habetur, cui nobilitatem non paruam inter condimenta multi tribuunt.

Est autem Sinapi vel satiuum, vel agreste. Satiuum duplici agnoscitur discrimine; Prius folia rapo effigie similia gerit, sed paulo minora, & multo asperiora; surculum teretem, hispidum, asperum, bicubitalem, & sæpe altiorem, ramulis multis brachiatum, circa quos flosculi lutei, optima serie dispositi erumpunt, quibus siliquæ succedunt oblongæ, tenues & asperæ, in quibus semen paruum; rotundum, ex albo flauescens, gustu mordax & acre includitur.

Sinapi domesticum alterum superiori adeo vultu est simile, vt solo seminis colore dissentire videatur, quod in priore velut luteum est, in hoc è nigro subruffum, folia tamen ad Erucam magis accedunt. Cætera omnia fere eadem.

Vtrumque in agris, hortisque feritur, terramque diligit aratam, & maxime congestitiam: quamuis vbiunque nascatur, & nullo plerumque cultu germinet.

Sylvestre vbi que sponte nascitur in locis aridis, quandoque etiam humetibus, & iuxta margines & rudera. Reliquis minus est, foliaque gerit minora, laciniosa, bursæ pastoris non parum similia, sed acutiora: flosculos emittit luteos, quadrifolios: semen in siliquis postea dat, quod aliquando euariat, & interdum album, interdum rufum conspicitur.

Bb Sinapi

Piar mica.

Vires.

Species.

Domesticum

duplex.

1.

2.

Sylvestre.

Sinapi nomē dedit nobili medicamento, *Sinapisimum* vocant, cuius vsus ad multa valde celebratur, vt ad vetustos capitis dolores, comitiales affectus, vertigines, orthopnoeam, tusses antiquas, destillationes, & arthricos dolores.

Vires.

Sinapi calidum & siccum est quarto recessu: incidit, attenuat, extrahit, pituitam in ore detentum elicit: Tritum & naribus admotum sternutamentum mouet, fecundas histerico pathemate suffocatas excitat: sed qui caliginosos habent oculos & imbecillos, eius vsum profus vitare debent.

C A P. III.

De *Thlaspi*.

RECTE quidem & apposite sinapi & *Thlaspi* eadem serie describuntur, ambo enim si non effigie, saltem qualitatibus multum conueniunt, passimque *thlaspi*, sinapi rusticum vocatur. Sunt vero *thlaspeos*, seu *thlaspidii*, vt cum Dioscoride loquitur Plinius, multa genera, inter quæ tria præcipua notantur; maius vnum, minus aliud, & quoddam medium, ad quæ alia hoc nomine donata referuntur.

Species.

Thlaspi primum.

Primum vberrime in agris cultis, incultisq; provenit, foliis latioribus, oblongis, parum crenatis, in acutum sensum desinentibus, ramulos è caule sesquipedali prodeuntes, ambientibus, floribus primū albidis, sub æstatem frequentibus, pastoria bursa parum dissimilibus, in duas glumas, & tanquam valuulas subrotundas hiantibus, ex quibus semen nigricans, feruens, & acre, sapore sinapi, aut nasturtii emergit.

Thlaspi secundum.

Secundum caulē similiter ramosum edit, pedem altum, folia minora, angusta, acuminata, in terram versa, flores albidos, semen paruum, acre & feruens, nasturtio cognatum.

Thlaspi tertium.

Tertium & minus *thlaspi*, herbula est angustis foliis, digitum longis, in terram se conuertentibus, in extremo parum in-

cisis, flosculis albicantibus, caule tenui, ac ramoso, pedem alto, cui elegantissime valvula multa, parua, plana, breui pediculo nixa, ac ligularum, seu lenticularum effigiem exprimentes, adnascuntur, in quibus semen coarctatur paruum, gustus acerrimi & sinapi, ac nasturtii modo, dum manditur, os linguam feriens.

Nascitur in locis incultis, saxosis, montosis, soli expositis, calidis, siccis, vt in multis parietibus & tectis, vnde & Nasturtium tectorium sepe ab herbariis vocatur, & aliquando sinapi rusticum. Huius semen vsurpari solet in officinis ad Antidota, nec tamen errabit, qui eius defectu aliorum semina vsurpabit.

Multi multas adhuc alias stirpes semen feruens & acre ferentes ad *thlaspidia* referunt sed cum effigie multum dissideant, alii malunt ad eas, quæ vultu magis sunt affines, reducere. *Thlaspi* enim *Cratææ*, quod esse videtur, viola latifolia, vulgo *bolbonac*, vt etiam *Draba* quibusdam *thlaspi* dicta, nihil aut parum cum reliquis *thlaspidiis* habet affinitatis.

Thlaspi Cratææ.

Thlaspi semen calidum & siccum est quarto recessu: Internos abscessus rumpit, menses cit, fetus enecat, Ischiadibus prodest: per sedem infusum sanguinolenta euacuat, & alia multa commoda pollicetur, dum rite & opportune vsurparatur. Admiscetur vero antidotis quibusdam, vt theriacæ, &c.

Thlaspi vires.

C A P. IV.

Deeruca.

ERUCA, quam vulgus Roquetam. Græci Euzomon vocant, in hortis colitur condimentorum gratia; acetariis enim vt iusculis commixta simul & suaviter, & vtiliter estur ab his, quibus languet calor internus, ignauusque est libidinis stimulus: Venerem namque reuocat Eruca morantem, & tardos ad congressum maritos, celeres facit, vnde à poetis *herba salax* vocatur.

Herba salax.

Proceritate cubitali assurgit, folio admodum

modum longo & angusto, vtrinque profundis incisuris, sed raris laciniato, floribus pallefcenribus, & aliquando luteis ac quadrifoliis: Semine in siliquis napi modo, radice candida & dura. Nascitur aliquando sponte inter rudera, & in locis asperis & incultis.

Eruca sylvestris.

Est alia erraticac sylvestris, quæ squallido solo, & secus vias & pomæria gignitur, foliis ad taraxacum accedentibus, sed tenuioribus, ac minoribus, floribus luteis & brassicæ æmulis, mediæ ætate erumpentibus.

Erysimum quibusdam *Irio*, aliis *torvela* dictum, vultu & gustu sylvestrem *Erucam* tam bene refert, vt ipsius nomine à multis donetur; Cum tamen *Erysimum* inter cerealia à Galeno reponatur, vix inter *Erucas* repono.

Est vero etiam *Eruca* cuiusdam insecti putidi, brassicis & oleribus alis infestissimi nomen, quod Græcis *νημνη* vocatur, cuius multæ varietates in colore & magnitudine dignoscuntur, de quibus agere nunc nec volumus, nec debemus, sed de his tantum simplicibus, quæ compositiones pharmacopoli necessarias ingrediuntur.

Eruca vires.

Eruca calefacit & hec ordine tertio: lienem extenuat, graue virus alarum tollit, moribus muris aranei medetur, venærem excitat, vrinas mouet, cicatrices nigras delet cum felle bubulo illita, & lentigines emaculat.

CAP. V.

De *Vrtica*.

Species.

VRTICARVM duæ generales traduntur differentia; vna foliorum improba mordacitate, & surculorum lanugine quadam pungente lædit contrectantium manus, vel aliam partem corporis nudam, altera innoxie, ac sine molestia contrectatur. Illa Græcis modo *Acalyphe*, quod iniucundo sit tactu, modo *Cnide*, quod moleste pungat, vulgo *vrtica* viua & *griaca* dicitur. Hæc vero *lamium*, & *anonium*, & *vrtica* alba, & *mortua*, ac iners nūcupatur.

Vrentium species.

Vrentium porro *vrticarū* tres notantur

varietates, nempe maiores duæ, & minor vna: omnes vero sylvestres & vbiq; fere sponte prouenientes. Sunt tamen, qui specialius quasdam sylvestres & fœminas vocant, alias vero mares, vt quæ reliquas proceritate superant.

Omniū prima Romanis dicitur *mas*,^{1.} quæ teretes surculos emittit sesquicubitales, & aliquando longiores, canos & vacuos: folia lata, mucronata, simbriata, ambitu serrata, vndiquaq; aspera & mordaci lanugine obsita, quæ pustulas & vredinæ etiã leui contractu excitat, & cutim rubefacit. Semine in paruis velut pilulis includitur, rotundis, hispidis, quæ è foliorum alis prodeunt.

Vrtica mas.

Secunda *vrtica fœmina* est,^{2.} eaque non globulorū modo semen profert, sed tanquam vuas racemosas, longas, mercurialis fœminæ ritu, secundum surculos & alas exeuntes: caulem erigit altiore, ramosioremq; & folia latiora; omnia vero mordaci pube multum importuna.

Vrtica fœmina.

Tertia omnium minima, ramosissima, mordacissima, & odore grauissima est, racematimq; semen producit, sed non prædictorum modo: nam è foliorum alis granula multa simul erumpunt, sed singula singulis pediculis breuib; è surculo natis prodeuntia *vrticæ* maris ritu. Tertia hæc *vrtica cania* solet appellari, & omnibus mordacior percipitur.^{3.}

Cania.

Nascuntur *vrticæ* locis incultis, & iuxta sepes, dumos, & vetustos parietes: nonnunquam & in hortis, & in solo pingui.

Vrtica omnis siccat insigniter, sed non item calefacit, nã licet ab vredo dicatur, vredo tamen ab eius contactu excitata, nō tam ealori, quã illius lanugini aculeorum instar pungenti tribuenda: nam vt scribit *Macer. cap. 2. lib. 2.* triua aut decocta *vrtica* ignaue calida est. Orthopnoicis, mensib; & vrinæ mouendis conducit: semine vero venærem stimulat, & cicuta veneno presentissimum est alexiterium. Valet etiam ad malignam *hyosciami*, fungorum, & argenti vini qualitatem, necnon ad serpentum & virulentarum bestiarū morsus. Maris autē

Vrtica vires.

urticæ semen ceteris præstantius creditur. Non est omittendum ad dolorem & pustulas ab urtica excitatas oleum plurimum conferre, vt & sambuci folia trita & appofita; Proprietate enim hæc affectionem tollunt.

Inter urticas reponuntur totidem aliæ plantæ, quæ nunc lamia, nunc urticæ mortuæ & inertes vocantur; Ad quas etiam refertur multorum iudicio, alia stirps, Romanis urtica *labeo* dicta, quam putat multi Agripalmam, seu Cardiacam esse, alii Galeopfim & Galeobdolon.

Lamium.

Urticarum mortuarum primæ cubitali proceritate affurgit, foliis urticæ, in ambitu serratis mollibus, aliquantum hispidis, nec mordacibus; floribus aliquando albis, aliquando purpurascens cassides referentibus.

Alterâ superiori valde similis, sed minus ramosa, flores edit multos hormini affines, sed purpureos ex sarculorum geniculis verticillatim prodeuntes.

Tertiâ minor est, imbecillior, foetidior & foliis rotundioribus: vix eius in facienda medicina celebratur vsus. Ex aliarum autem floribus recentiores syrupum parant, quem vocant *de Lamio* ad vitia pulmonum & thoracis, quem tamen parum commendabilem effectus indicat.

Syrupus de Lamio.

CAP. VI.

De Iride.

A Floris variegato colore illius æmulo, qui arcus instar in opaca nube soli opposita pingitur, liliū quoddam Iris vocatur. Cuius viginti duas varietates sæpe distinxī, quas omnes nunc recensere, nostrum commentariolum non finit.

Dux autem præ cæteris species in usum veniunt medicum, nostras nempe, quæ flore est cæruleo & suauissimo odore, cuius radix potenter aquas educit, dein Tusca, seu Florétiana, cuius radix candida est, sed multo candidior flos, atque suauissime vtraque fragrans; Ideoque reliquis omnibus præferri solet & debet, nisi cum ex al-

vo serofos humores ducere consilium est.

Folia fert Iris omnis longa, instar gladii, vnde *gladiolus* sæpe dicta, radices nodosas paucis exceptis, quæ easdem bulbosas habent, flores valde patulos, lilioformes, sed foliis magis reflexis, quorum tria minora sunt, inter alias reliquorum trium sita, ac velut ansulas constituentia, quibus marcidis siliquæ se produnt duæ tresve, crassæ, triangulares, in quibus semina angulosa coarctantur.

Iris cærulea, *lilium cælestes* multis dicta in Pharmacopoliis multum expetitur. Nā eius radix hydragoga est, & hydropicis vtiliter datur. Ex floribus autem paratur oleum, ad multa quoque commendatum. Florentiana vero omnibus præstat vim enim habet cephalicam, aromaticam, cardiacam; incidentem & aperientem. In vniuersum omnes irides calefaciendi, extenuandique vim habent, torminibus medentur, mentes pellunt, & magni, inquit Dioscorides *cap. 1. lib. 1. ad omnia vsus.*

CAP. VII.

De Helenio.

HELENIVM, siue *Inula*, & Officinis *Inula campana* mox à radice folia promit, longa, lata, aspera, mucronata, numerosa, tenui lanugine hispida: caudicem durum, tricubitalem, & sæpe longiorem: flores aureos stellatos, buphthalmi, aut Conizæ mediæ æmulos, qui in scappos abeunt, remanente semine carduino non multum dissimili.

Radix ei magna est, crassa, lōga, ex ruffo flauescens, odorata, ac suauiter spirans. Nascitur in locis pinguibus, & humentibus. In insula Helena laudatissimum, vbi lacrymis Helenæ natum poetæ fabulantur, vnde nomen. Alii tradunt, porius ab Helena satum fuisse, ad serpentū interneccionem. Valet enim mirum in modum ad venena, non modo quæ corpus inficiunt humanum, sed & reliquorū animalium, præsertim quadrupedum. Datum enim ouibus, cum vino aut aceto, eas seruat

Vires.

Vires.

uat & sanat à peste quadam, cui sunt obnoxia, quam vulgus Clauelatum vocat.

Pro radicibus behen vix cognitis, nonnulli credunt, radices helenii sumi debere, quibus libetè assentior: Helenium enim, si behenium non est, ei sane optimum est substitutum.

Radix helenii manifeste calefacit, vrinam & menstrua mouet, commanducata dentes firmat, condita tussim emendat, *Dioscor. ca. 27. libr. 1.* Potum radicis decoctum, conuulsis, orthopnoicis, pesti & serpentum moribus medetur.

CAP. VIII.

De Cypero.

CYPERUS iuncus est triangulus, in riuo & palustribus locis emicans, cubitali, & saepe altiore proceritate, ab imo candicans, fastigio niger. Folia promit longa, gracilia, arundinacea, dura, cultellata, paniculas in cacumine dependentes, inter quas semen occultatur. Subsunt radices rotundæ, nodosæ, longæ, sibi implicitæ graminis modo serpentes, foris nigricantes, intus ex subluteo albicantes, odoræ, suauis, amaræ: hæc solæ inter plantæ partes magno sunt vsui, reliquæ fere inutiles.

Vires.

Excalfacit Cyperi radix citra mordacitatem: Proinde vlcera validius exsiccando, citius ad cicatricem perducit, & propter vim quandam astringentiam vlceribus oris valde conuenit; vrinam quoque mouet; menses restitantes excitat; & ad calculum & aquam subret cutem vtilissime bibitur.

Cyperus rotundus.

Est aliud cyperi genus, vultu illi simile, sed radice magis nodosæ & rotundæ, vnde cyperus rotundus nominatur.

Cyperus Indicus.

Meminit & cyperi Indici Dioscorides, zinziberis effigie, qui masticatus croceum succum reddit, gustu amarus, sentitur & acer: Illitu vim psyllothri habet.

CAP. IX.

De Angelica.

MIRVM est, antiquos eam stirpem nobilem, quam propter raras dotes, *Angelicam* recentiores nominant, non nouisse, vel subituisse, qua vix tota Europa promit fragrantiosem & suauiosem. Est vero planta bicubitalis, & interdum altior, caule geniculato, striato, pallecente, cano & ferulaceo. Folia edit amplissima, hipposelini æmula, mollia, virescentia, ex pluribus coherentia, serrata: flosculos albicantes in umbellis: semina subflaua, plana, lata, membranosa. Radix ei valde crassa & longa, plures in ramos aliquando dirempta, odoratissima, ac a roma suauissimum spirans, ex qua liquor saepe oleosus exdat, pinguis, odoris eiusdem, quem & folia ipsa & surculi exhalant.

Tres autem Angelicarum agnoscuntur *Species.* differentia: duæ nempe hortenses, & vna syluestris. Ex hortensibus vna maior est, *Angelica* supra nempe descripta, quæ videtur esse *minor.* Laserpitii quædam species; alia minor, ei o. *Angelica* dore facie, viribus, similis, ac sola magnitudine discrepans: *syluestris.*

Ipsis cognata est alia syluestris, radice, caule, foliis, umbellis, odore, flore, gustu, multum similis, minus tamen suauiter spirat & sapit. Frigidis locis delectatur, vdis & pratensib. Ea videtur esse, quæ à Dodonæo & Clusio *Archangelica* vocatur. Id *Archangelica.* tamen nominis, si cuiquam stirpi conueniat, Angelicæ veræ melius conuenit.

Angelica calefacit & siccatur ordine *Vires.* cundo, aperit, attenuat, digerit; humores crassos incidit & discutit; venenis aduersatur; pestilentibus morbis conuenit, menses promouet, cor & facultates recreat.

CAP. X.

De Libistico seu Ligustico.

SIMPLICIUM multorum affinis vultus in *Libisticum.* discernenda specie magnâ adfert ambiguitatem. Quid enim sit Laserpitium, qui

Bb 3 distiu-

distinguat a libistico, qui utrumque ab angelica, Imperatoria & Smyrnio, vix ex doctorum lectione colligi potest. **Quantum** vero coniecturis & rationibus assequi valeo, **Ligusticum**, Officinis **Leuisticum**, planta est altitudine frutices multos æquans, caule geniculato, intus concauo, foliis paludapio similibus, sed maioribus, laciniosis, ac velut in partes plures determinatis & incisis, atque ex pallido viridatibus & nitentibus. Umbellis comatur, flosculis paruis ac subluceis, hinc inde micantibus, quorum senio semen oblongum, rotundum, striatum succedit, fœniculo proximum, gustanti acre & aroma olens. *Dioscor. cap. 51. lib. 3.*

Panacea. Radix ei candida est odorata, Panacis Heracleotici similis, vnde & Panacea quibusdam dicta.

Smyrnum. Falluntur, qui Smyrnum aut Hippofelinum vocant; atque grauius errant, qui non modo Silphium, seu Laserpitium esse contendunt, sed succum ex eo eductum, Belzoinum nominant: Ex arbore enim procera hoc aroma exilit; ex laserpitio, quod ferulacea planta est, succus Syrenaicus: ex Libistico vel nullus educitur succus, vel eductus minime seruat. An succus Syrenaicus sit Asa dulcis, vel Belzoinum, suo dicitur loco.

Belzoinum. Ligusticum in Liguria copiosum nascitur, ac in Apennino monte; ibique Panacea vocatur, quod radice, caule & viribus Heracleoticum panaces referat. Quadruplici vero discrimine Panaces agnoscitur, **Syrium**, **Heracleum**, **Chironium** & **Centauryum**, quibusdam **Pharmaceum** dictum. Sed hæc relinquo exactius discutienda his, qui vniuersam simplicium historiam describendam suscipiunt; Redeo ad propositum.

Vires. Radicibus & seminibus ligustici vis inest calefactoria, ob id coctionem iuuat, ventriculum roborat, flatu dissipat, vrinam & menstrua mouet, strangulatus vteri tollit, & serpentum moribus medetur.

PLANTÆ multæ effigie plurimum diffidentes Seseleos nomine donantur, vt **Massiliense**, **Æthiopicum** herba, **Æthiopicum frutex**, **Creticum** seu **Thordylium**, **Peloponnesense Pratense** & **Herbaceum**, seu quod facie Cicutæ est. Massiliensi, cuius frequentior est vsus, caulis est ferulaceus, bicubitalis, geniculatus, durus: folia veluti fœniculi, sed ampliora, latiora, crassiora: flosculi in umbellis albicantes: semina oblonga, vt fœniculi, admodum acria, non tamen ingrata, quæ sæpe medicis vsibus inferuiunt.

Æthiopicum furculi lignosi sunt rigidi, subrubei, & cubitales; folia oblonga, mediocriter lata, læuia, ex albo virentia: flosculi in umbellis flauescetes: semina oblonga, vt Libistici. *Æthiopicum frutex.*

Aliud Sefeli **Æthiopicum herbaceum** furculos ferulaceos habet, bicubitales: folia lata ex pluribus coherentia, Paludapio similia; umbellas flosculis albicantibus refertas; semen membranofum, latum, planum, palaceum, odoratum & gratum. *Æthiopicum herba.*

Sefelli Peleponnesi geniculatus ac ferulaceus caulis est; folia lata varie diffecta; umbellæ parulæ; flosculi sublucei; semen latum, oblongum, planum; radix crassa, exterius subnigra, interius albida, acris & amara, & stomacho grauis. *Peloponnesense*

Cretico furculus humilis est, & obsequiosus; folia incisa, & in margine crenata; flores parui in umbellis albi, semen paruum, latum, planum, odoratum, & acre. In Pharmacopoliis raro vsurpatur. *Tordylium.*

Omnium Seseleon semen calefacit & siccatur ordine secundo, vrinam pellit, menses & fœrum trahit, & vrinam à renibus & vesica trahit, & educit. Massiliensis autem semen aliis præfertur.

CAP. XII.

De Gentiana.

GENTIANA non immerito à Gentio Illyriorum rege nomen habet, & miris laudibus effertur: est n. solenne pestifugum, putredinis exitium, & veneniale xiterium. Folia gerit plantagini, aut potius elleboro albo similia, ex viridi aliquantum rubentia, venosa, pedem longa, sapore perquam amara. Caulis ei cubitalis est, sæpe altior, è cuius singulis geniculis flores exeunt, verticillatim dispositi foliolis sex, angustis, stellæ radiantis instar explicati; quibus succedunt femina lata, ac tenuia, calicibus oblongis, è quibus flosculi emerferunt inclusa.

Vbiq; nascitur, sed delectatur magis in locis montosis, opacis tamen, atq; præstantissima in Illyrico, vnde sibi regium inuentoris nomen arrogavit. Vfus eius in radice est præcipuus, & à Medicis magis laudatus.

Vires.

Tanta vis inest Gentianæ præsertim radici, vt non solum homines, sed etiam bruta aduersus venena tueatur. Stomachum corroboret ex aqua pota, lumbricos necat, putredinem arceat, virus pestilens domat, & venenatorum animalium ictibus seure medetur.

Cruciata.

Gentianella.

A similitudine quædam aliæ plantæ Gentianæ vocantur, vt Cruciatæ minor, & Gentianella, sed quod earum vires, aut nihil, aut parum ad veram Gentianam accedant, vix in antidotorum veniunt compositionem.

CAP. XIII.

De Tormentilla.

Vnde dicta.

TORMENTILLA, quod tormentum, cruciatumve dentium leniat, dicta, à septena foliorum partitione, *Sepsifolium*, Græcis *Heptaphylon* nominatur. Nascitur in locis vmbrosis, nemorosis, ac opacis: furculos edit complures, tenues, imbecillos, humi procumbentes; folia singulis inter-

nodis septena, inter se inæqualia: flosculos luteos: radicem crassam, tuberosam breuem, foris nigricantem, intrus rubentem, cuius magnus & eximius est ad morborum pestilentium curationem vsus.

Radix tormentillæ moderate calefacit, insigniter siccatur, tertio nempe recessu, mediocriter astringit, putredini mirum in modum reluctatur, sudores mouet, pesti, & morbis venenatis efficaciter itecurrit.

Vires.

CAP. XIV.

De Peonia.

PÆONIA herba est insignis nomine, flore, viribus, multos stolones edens, pedum sæpe duorum altitudine, in summitatibus flores pulcherrimos eructans, vel rubros, vel ex albo rubentes, multiplices, amplos, & rosarum æmulos, vnde rosæ D. Mariæ quibusdam vocantur.

Eius tres sunt differentiæ: Prima dicitur *mas*, quæ folia iuglandis nucis similia, sed ambitu minora & crassiora obtinet.

Speciosi.

Secunda Smyrni modo folia diuisa & superiore minora gerit, ex obscuro virentia, surculos breuiore atque omnia minora.

Tertia videtur quasi neutra, vel potius promiscua, quæ scilicet vtriusque ideam gerit & effigiem, neque plane rubra, neq; candida, sed veluti pallida est.

Quædam nunc in multorum hortis cernitur prorsus alba & pulcherrima; omnium tamen elegantissima est multiflora, cuius scilicet flos non reliquarum more simplex, sed polyanthos, ac multiplex datur.

Omnes tuberosas radices habet & multifidas; quædam tamen magis glandulosas; caules oblongos; folia diuisa; flores valde patulos; in summo caule siliquas amygdalis similes, in quibus dehiscentibus, multa grana, parua, prærubra, cocci colore, splendat, acinis granatorum cõformia inveniuntur, & in medio quædam nigra, lucida, medullosa, sapore medicato, acris, subastringente.

gente, cum nonnulla amaritudine. Hæc omnia breuiter describo, ne in maiorem opus accrescat molem. Multa autem superstitiosa de pæoniis narrantur, quæ tanquam literis indigna, lubens omitto.

Pæoniarum vires.

Radices pæoniarum maxime laudantur ad neruorum & cerebri robur, ad epilepsiam arcendam, sanandamque, & totum caput roborandum.

C A P. XV.

De Rubia.

Vnde dicta.

RUBIA à rubedine Latinis, & *Erythrodanum* Græcis dicta, ramulis à terra prodit quadrangulis, asperis, geniculatis: foliis angustis, oblongis, subasperis, ac ordine circum genicula in stellæ modum digestis. Flores in ramulorum summitatibus parui, ac dilute lutei hiât, post quos semen paruum ac rotundum emergit, primum viride, dein rubens, postea nigricans.

Radices prolixissimæ sunt, numerosæ, flexibus multis humi sparæ, foris, intusque rubentes, quibus lanæ & coria inficiuntur: officinis *rubia tinctorum*, vulgo *garen-sa* nominatur Sponte nascitur in locis umbrosis & opacis, omnesque regiones fere scætant ipsa radice gustu amara & anchusæ modo rubicunda, pellibus tingendis & inficiendis velleribus commoda, ob id à nostris infectoribus expetita.

Vires.

Rubiæ radix vrinam & menstrua mouet, icterum sanat: Semen potum ex aceto lienem absomit: radix imposita menses, secundas, & partum trahit, & lichenas ex aceto illita curat.

C A P. XVI.

De Oinone.

Restabouis. Remora aratri.

ONONIS, vel potius *Oinone* sic dicitur à vini colore, quem illius flos representat: A Barbaris *arresta* & *restabouis*; à Romanis *remora aratri*, quod inter arâdû,

radices illius longissimæ & fibrosæ, boues aratrumque remorentur: dicitur & *Acutella*, à duris & acutis spinis, quibus transeuntes, qui eam attingunt, pungere solet. Planta notissima est, in mediis agris & sæpius iuxta eorum margines nascens, & maxime in solo pingui & glutinoso, viuaxque supra modum; nam cum fundum lætum inuenit, sese multum propagat, singulis annis noues furculos eructans, qui in terram vicinam vagantur modo cultam & pinguem. Surculos emittit breues, rigidos, spinosos, quos folia rutæ admodum similia, sed maiora & molliora in ferti modum coronant. Capitula exerit circinata, folia parum hirsuta, gratum halitum spirantia, florem pisi, sed minorem, & vnicolorem & purpurascens.

Radix excafactoria & extenuatoria *Vires.* est, vrinam mouet, calculos comminuit & pellit, obstructions tollit, menstruum quoque sanguinem pellit, & ictero prodest.

C A P. XVII.

De Eryngio.

ERYNGIVM & corrupte *Iringium* vel *emarinum* est, ad loca nempe mari vicina late germinans, foliis latis, angulosis, spinis durioribus circumseptis, vel *campestre* seu *vulgare*, cuius plures dantur varietates: quoddam enim dicitur planum, aliud pumilum, & à regione quoddam dicitur *Hispanicum*, *Pannonicum*, *Alpinum*, præter alia quædam spuria.

Folia vulgaris in varias secantur particulas, acuminatas ac spinosas. Caulis cubitalis est, ac ramosus, in cuius summitatibus capitella in globum coacta, muricato spiculorum vallo, in stellæ modum radiantur. Ex mediis capitulorum spinis horridis exeunt flosculi carulei, & interdum flauescens, radix crassa longaque est, exterius nigra, interius alba succulenta, dulcis, odorata.

Aca-

A capitulorum indefinito numero mul-
ti centum capita vocant, rustici *carduum*
lepuseulum, *carduum volutaem*. Planta e-
nim integra marcescens, vi ventorū eucl-
litur, & per medios agros dum volutatur,
currentem lepuseulum eminus dices.
Falluntur, qui eryngium secacul esse cre-
dunt, vt ex Serapione liquet, qui de vtro-
que, diuersis capitibus agit, & diuersam v-
triusque tradit descriptionem. Dicitur ve-
ro eryngium Arabice *Astaraticon*, non *Se-
cacul* aut *Seekakul*, vires tamen habere pa-
res, ex doctiorum lectione constat, quam
ob causam secacul nobis incogniti defe-
ctu, eryngium vulgare substitui potest.

Radix eringii vim habet calefaciendi,
meatus diducendi, vrinas & menses mo-
uendi, arenulas ex renibus & vesica pellen-
di, & Veneris languores proritandi.

CAP. XVIII.

De gramine vulgari.

VM gramen ambitu suo plantam vni-
uersam, quæ folia & ideam segetum
profert, amplexetur, non ita mirum, si eius
46. differentia à rei herbariæ peritis qui-
busdam enumerentur: istud tamen solum,
quod *Canarium* vocatur, medicatum est,
& à Pharmacopœis seligitur; reliqua om-
nia terram operiunt, vt pedes potius
alant, quam hominibus medeantur.

Est autem *Canarium*, seu *caninum* gra-
men agricolis vt maxime cognitum, sic
inensum, qui manibus & rastris segetes
eo repurgant, alioquin mire cum sitfe-
rax, pabulum tritico, vicinisque plantis
surrupit: Proserpit enim radiculis pluribus,
geniculatis, viuacibus, quæ ad se totam
terræ pinguedinem attrahunt.

Folia ei dura sunt, vt arundinis paruulæ
lata, tenuia & acuminata, vnde *gramen*
acuminatum & *dentem canis* mulierculæ
vocant.

Laudatur gramen ad renum, aliorum-
que viscerum farctus liberandos, tum & ad
lumbricos intestinorum enecandos. Ra-

dix vero ea potius præstat, quam reliquæ
plantæ partes.

CAP. XIX.

De Glycyrrhiza.

ADULCEDINE radicis, tota planta
Glycyrrhiza, hoc est, *dulcis radix*, & à
pharmacopolis *liquiritia* dicitur. Nonnul-
li *dyas* appellant, quod in ore secenta fit-
tim sedet atque arceat.

Radix est fruticosa, longa, numerosa,
humi sparsa, ex qua caules assurgunt alti-
trium sæpe cubitorum, foliis lentiscinis,
densis, pinguibus, glutinosis tactu, ac
gummosis, fraxinellæ similibus, floribus,
purpureis, & interdum albicantibus.

Mense Iulio, & aliquando citius fert si-
liquas paruas cicerculæ magnitudine. Gly-
cyrrhiza à Theophrasto *cap. 23. lib. 9. Sey-
thica* dici videtur, qua scilicet Scythæ
contenti sola vndecim & duodecim dies
fitim tolerant. Eandem pueri habent in
delitiis frustatim sectam & aquæ demer-
sam vitreis ampullis pro siti sedanda: mox
enim vt aquam ex infusa glycyrrhiza fla-
uescentem ebiberunt, aliam in lagenulam
affundunt, agitant, iterandæ potionis cau-
sa. Ex glycyrrhizæ radicibus succus expres-
sus, & in pastillos condensatus ad nos sin-
gulis annis ex Cappadocia & Hispania, vbi
frequens est, aduehitur.

In omnibus qualitatibus temperata di-
citur, ad calorem tamen magis accedit:
Asperitates lenit arteriæ & vesicæ scabræ,
tussi conuenit, expectoratum mouet, & ad
pulmonum & thoracis omnia vitia utilis.

CAP. XX.

De Cyclamine.

CYCLAMINIS varia multaque no-
menclatio: Barbaris enim *Arthanita*,
officinis *panis porcinus*, quibusdam *Tuber*
terra, aliis *malum seu pomum terra*, non-
nullis *Cissophyllon* dicitur.

Nascitur in locis vmbrosis sub arbori-
bus, in veprib. & syluis multis. Circa initiū
autūni floret: folia habet hederæ, angulosa,

Cc ambitu

Vires.

Species gra-
minis quot.Succus gly-
cyrrhiza.

Vires.

Vires.

Arthanita.
Panis porci-
nus.Tuber terra
Cissophyllon
Pomū terra.

Species.

ambitu leuiter ferrata, ex viridi purpurascencia, in quibus & supra infraque maculae plures albicant.

Est altera cyclaminis species, cui lata quidem folia sunt, sed fere nihil angulosa, & quasi rotunda, nec nisi obscure maculata.

Tertia agnoscitur, radice minore, flores magis purpureo & odore suauiore: eamque nonnulli putant esse, quam Plinius Chamæcisson vocauit.

Cyclaminis qualitates.

Vires multas, insignesque cyclamen obtinet: namque potenter incidit, aperit, menses mouet, foetus etiam mortuos expellit, iætero prodest, calculos expellit, contra steatomata efficax, maculas omnes emendat, venenis aduersatur, menstrua & foetus potu & appositu trahit. Aiunt, si pregnantis mulier radicem cyclaminis transgrediatur, abortum fieri. Sed leuis coniectura sæpe credulos fallit.

Alia adhuc duæ a recentioribus traduntur, à superioribus foliorum forma & magnitudine, florum & colore, & inuersione differentes. Præterea quædam vere tantum florent, alia autumnis, nonnulla medio inter vtrumque tempore.

CAP. XXI.

De Scilla.

SCILLA, quod capaceo generi cognata sit, & locis calidis, arenosis, mari propinquis delectetur, vel etiam sponte proueniat, *capa marina* iam diu cœpit appellari. Qui enim intus, & in cute scillæ & cæpæ anatomiam fecit, vtriusque eadem interanea, eademque segmina nouit. Multum tamen dissimilia, folia, flores, semina.

Scillæ foliis marcescentibus caudex affurgit cubitalis, è cuius medio, flores albi di fragariæ similes, in spicam circa fastigium desinentes, pullulant: hos sequuntur siliquæ breues, triangulares ac compressæ, semine nigricante, pleno, ac paleaceo grauidatæ.

Diutissime autem culmus floridus præstat, pro triplici florum exortu: Primo e-

nim tempore flores bulbo propiores, tempus multum visuntur expansi; deinde, qui medium tertium occupant; tandem, qui extremum. Mirum vero est, caudicem & folia simul viuere & virescere non deprehendi: nam caule tantum inarescente folia erumpunt; his tantum marcidis caudex affurgit, contra reliquarum stirpium naturam, quæ primum folia emittunt, deinde caulem proferunt; in scilla caulis prior erumpit, quam vllum folium.

Scilla vires.

Scilla calefacit ordine secundo, & admodum incidentem facultatem obtinet. Præstat vero assam aut elixam sumere, ait Galenus: sic enim qualitas eius vehementior castigatur. Commendatur ad cerebri & neruorum frigidos affectus, vt decet, parata; quo modo eam repurgatam, minutim sectam & in meliterio reconditam, ac quadraginta dies insolatam præparauit Galenus pro puero epileptico.

CAP. XXII.

De Bulbis.

BULBUS vel coronarius est, vel medicamentarius, vel esculentus: inter coronarios recententur narcissorum, liliomarcissorum, seu Tulipparum & hyacinthorum pene innumeræ varietates: Inter medicamentarios *scilla*, *hermodactylus*, *Pancratium*, *bulbus vomitorius*: inter esculentos, qui etiam ad medicos, eosque eximios trahuntur vsus sæpe, *porrum*, *ascalonium*, & hi, qui antonomasia quadam regii dicuntur, omnibus præstantiores, & ad Venerem stimulantem vtilis, quique veteribus in frequentissimo fuerunt ciborum vsu, pro quibus nunc capis & ascaloniis tantum vtimur, quæ veri nobis bulbi sunt, eosque pollicentur & præstant effectus, quos veterum bulbi, similiterque describuntur, adeo, vt in antidotis dum bulbi semen expetitur, *caparum* vel *ascaloniorum*, *escalotas* vulgus nominat, semen vsurpari potest.

Bulbus autem dicitur *radix quadam scapius corticosa, breuis, rotunda, membranis quidam* *Bulbus: pluri-*

Meliterium est vas, in quo mel fuit repositum.

pluribus tunicata, quarum exterior omnium maxima, extra terram sepius frobdescit, omnesque simul coeunt. capillamenta multa, seu radículas tenues producunt, quæ succum è terra convenientem alliciunt in totius bulbi nutricarum.

Frontes ei caparum ritu teretes, angustæ, inanes in mucronem desinentes: cauliculi dodrantes, in quorum fastigio flosculi emicant purpurascens, quibus deciduis semen succedit exterius nigrum, album interius.

Bulbi omnes acrimoniam habent, inquit Dioscorides *cap. 100. lib. 2.* exalfaciunt, Venerem stimulant, multum alimenti suppeditant, inflationem pariunt, ob id veretritentiginem excitant. Sed copia eorum largior in cibo vitanda, quoniam nervos tentant. Præ omnibus autem bulbis, libenter crederem, *Satyrium* stimulantæ Veneri conferre, alios ignavius, nec nisi quia flatuosi sunt, ipsius ludibriis inseruire.

C A P. XXIII.

De Satyrio.

ARADICEM effigie plantæ quædam *testiculi* dicuntur, ab effectu *Satyria*, quod pronos ad Venerem reddant, *Satyrium* ritu. Inter bulbosas radices numerantur, quarum, quæ vnico bulbo radica-tur, proprie *Satyrium*; quæ duobus, *Cynosorchis*, seu *testiculus canis*, quæ tribus, *trio-rechis* nominatur: cuiusque vero multæ differentia statuuntur, à forma bulbi, foliorum numero, florum colore & serie disposita sumptæ: Omnes tamen viribus affines & Veneris amicæ. Verum præ cæteris cõmendatur id, cuius radix vnica est, rotunda, mali magnitudine, exterius fulua, intus candida, ac multa carne turgida, gustanti dulcis & ori non ingrata. Ex ea trita folia emergunt, vnde *trifolium* aliqui nominant, ad terram depressa, lili figura & colore similia, sed minora. Caulem pedalem erigit, flores paruos & candidos, huius ra-

dices præ aliis sunt eligentiæ ad condituram, & pro vero *Satyrio* credendæ.

Satyria condita analeptica sunt, & vtiliter dantur tabidis, atque his, qui res venereas frequenter exercent. Tanta enim vi radix *Satyrii* ad congressus excitandos pollere creditur, vt sola manu detenta Venerem stimulet. Vnde Græci plantas pene cunctas libidinem irritantes, *Satyrii* nomenclatione designant.

C A P. XXIV.

De Porris.

PORRYM studiofissime feritur in hortis culinæ dicatis: Planta enim vesca magis est, quam medica, vt ositores & cocci satis agnosunt: eius tamen succus interdum pharmaceuticis remediis vsurpatur, vt pulueribus *pilularum foetidarum* excipiendis, & interdum empyreumati extinguendo, vel potius educendo; licet enim calidus sit, mira vi, impressum caloris vestigium ad se alliciens, aufert.

Est vero porrum vel hortense, vel agreste, atque vtrumque duum generum: hortense prius, dicitur *capitatum*, alterum *setinum*; illud, quod radice constat caparum modo rotunda, hoc quod longiore & frequenter secetur.

Ex syluestribus vnum dicitur *schonoprasum*, quod folia gerit, tenuia iunci ritu; alterum *ampeloprasum*, quod in vineis & aliis multis locis sponte nascitur.

Vnius nempe capitati meminit Dioscorides, cuius scilicet caput, vel verius radix in latum excrefcit, & sese dilatat, quod vt facerent antiqui, tegulam, aut silicem superponebant, atque ita crassescere comperiebant. Alii multi traduntur modi, quibus incrementum porris conciliatur quasi prodigiosum, sed hæc omnia rei hortensis cultoribus & scriptoribus relinquenda.

Porrum omne calefacit insigniter, resiccatur, extenuatur, aperit, incidit, resoluit, serpentum moribus & vstionibus auxiliatur.

Eius semen tritum & ex passio, aut vino albo bibitum, urinæ difficultates soluit, & meatus urinæ dicatos diducit. Nonnulli scribunt, porrum comestum Venerem stimulare, & ebrietatem discutere, frequens tamen eius esus tumultuosos somnos facit, visui officit, & bilem æruginosam gignit.

CAP. XXV.

De Raphano & rapo, seu Buniade.

MAGNA est affinitas inter raphanum, rapum, & rapistrum: *Raphanus* notior est, quam ut longa verborum serie explicari debeat; nam infima plebecula eo admodum delectatur, & sese cum pane & pauco sale sustinet, atque omnibus fere gentibus non parum in cibatu placere video.

Raphani
species.

Triplici vero discrimine notatur: alius enim raphanus dicitur maior, vitibus valde inimicus; alius minor, seu *raphanus*, & aliquando *radicula sativa minor*; tertius *raphanus niger* dicitur, quem nonnulli *raphanidem sylvestrem*, hortulani *Reserum* vocitant.

Rapum unde
dicatur
bunias.

Rapum à tumente figura, *Bunias*, à rotunda *gonzylon*, vel potius *strongylon*, vulgo *napus* dictū, ex radice valde crassa, carnosa, tuberosa, alba, vix capillata, folia edit oblonga, aspera, viridia, profundis in eis furis utrinque dissecta: caules bicubitales & ramosos: flosculos luteos, quibus siliquæ succedunt, seminibus brassicæ similibus, sed minoribus prægnâtes, quæ ad *Mithridati* confecturam accedunt, cuius vis ad venenatorum morborum expugnationem summopere commendatur.

Suspiciantur vero nonnulli, buniadem à napo vulgari distare, illiusque, non huius semen ingredi *mithridati* compositionem; alterutrius tamen defectu hoc vel illud substitui post.

Raporum
species.

Tria porro raporū seu raporū dantur discrimina, à figura radicum sumpta: Primum *orbiculatum*, seu *turbinatum* & breue est: secundū crassum & oblongum:

tertium minus & vulgare, quod vulgus absolute *napum* nominat.

A soli & cœli conditione, ut magnitudinem, sic bonitatem acquirunt napi: qui in agro Cadomensis fruticant, tam suaves & grati sunt, ut omnibus aliis præferantur.

Rapistrum sylvestre quoddam rapum esse videtur non bulbosum, quod passim in aruis germinat, foliis latis, virentibus, laciniatis, floribus luteis, cuius semen mulierculæ *nauetam* vocant.

Alia est eius differentia foliis erysimi, *lampfana* dicta; ut & tertia quædam erucæ folia gerens & flores candidos: omnia vero semina, parua, nigra, rotunda, siliquis inclusa proferunt.

Raphani crudi tantum mensis apponuntur & esitantur, napi non nisi cocti; omnibus inest calefaciendi, aperiendi, & urinas mouendi facultas.

Vires.

CAP. XXVI.

De Anemone.

Alter pars.

SVPR A de calefacientibus tantum Segimus, quorum radices magis celebrantur, paucis aliquot exceptis, propter excedentem calorem in huius sectionis initio descriptis, quorum inutilis radicū qualitas perhibetur; nunc de his, quorum aliæ potius partes veniunt in usum, differemus, initiumque ducemus ab *anemone*, deinde cætera persequemur. Dicitur autem *anemone* aliquando *herba venti*, quod eius flos non nisi vento flante sese diducat & aperiatur. Poetarum fabellæ ex Adonidis cruore natam asserunt, unde & *flos Adonis*, quibusdam dicitur. Eius duæ generales differentię traduntur, hortensis vna, & altera sylvestris; atque vtriusque præsertim hortensis adhuc multæ varietates agnoscuntur, florum colore & multiplicitate tantum distinctæ: quædam enim florem habent candidum, aliæ rubrum, aliæ caruleum, nonnulla phœniceum, aliæ rubellum, aliæ violaceum, aliæ.

Herba venti.

Flos Adonis.
Species.

aliæ ex herbaceo cruentum: quæ omnes ob florum præstantiam & pulchritudinem *croonis* tantum dicantur: Sylvestres vero pauciores sunt, & ad medicos vsus magis requisitæ, vt ad confectionem *unguenti Martiani* del. Myrepsi, in quo *sylvestris anemone*, præsertim ea, quæ vulgo *herba venti*, & *pulsatilla* vocatur, debet vsurpari. Earum autem omnium varietates, cum eleganter pictæ & descriptæ dentur, à celebribus viris D. D. Dod. & Clus. in illis longius describendis non immorabor.

Qualitatem omnes anemone acrem habent, aperientem, incidentem, detergentem, & exsiccantem.

CAP. XXVII.

De Keiri.

KEIRI Mauriana vox est, *leucoion luteum* designans, perpetuo virens & frigoris patientissimum, contra reliquorū leucoiorum naturam, quæ adueniente hyemis rigiditate cito marcescunt, nec nisi nouo semine sato renascuntur; violas excipio pumilas, tam hortenses, quam incultas, quæ quotannis repullulascunt; in hoc herbariorum distinctionem secutus, qui de vocum natura parum solliciti, leucoia à violis albis distinguunt, licet leucoion proferentes, albam violam enuncient.

Vt autem violarum multæ sunt differentia, vt *supra* ostendimus, sic & leucoiorum, inter quæ, quod luteum florem gerit, nempe Keiri, vsibus maxime medicis commendatur. Vbique fere nascitur & in maceris, muris & dificiorum, vetustis ruderibus, aliisque saxosis & aridis locis. Seritur quoque & læte viret in hortis iuxta muros ac parietes. Caules ei ramosi sunt, multi, rigidi, tenues: folia oblonga, angusta, ex glauco virentia, aliis cuiusuis leucoii foliis minor, rigidioraque. Flores lutei, odorati, suaves, siliquæ oblongæ, tenues, in quibus semen paruum planumque coarctatur.

Ex floribus per infusionē paratur oleū

humoribus resoluendis, frigidis doloribus sedandis, & nervis roborandis idoneum. Semen ʒ ij. pondere ex vico datum, aut cum melle subditum, menstrua, foetus. lochia, & secundas educit. Idem efficit iulesus ex florum decocto institutus.

CAP. XXVIII.

De Thymo.

THYMYM omnibus notum, inquit Dioscor. planta parua est, surculosa, exilibus & angustis foliis, quamplurimis vestita capitulis, in fastigio flosculis albescentibus refertis. Eius duo sunt genera; *Species.* primum dicitur *Cephaloton*, stœchadi multum simile; alterum ab eo distat, quod durius sit, perpusilla habeat folia & flores, non in capitulis aut spicis, sed iuxta folia. Datur & aliud exoticum, *Peruvianum* dictum, quod minus surculosum & foliosum est, sapore minus acre, odore magis suaue, in reliquis aliis simile. *Peruvianū.*

Thymum calefacit, siccaturque tertio gradu, incidit, attenuat, menses mouet, foetum trudit, viscera expurgat, & à pulmonibus educit: Oculorum claritati multum prodesse creditur.

Sæpius vero in genere condimentario reponitur; nam culinæ eo quotidie & viridi & sicco vtuntur.

CAP. XXIX.

De Serpillo.

SERPILLI duo generatraduntur; vnum *Species.* Shortense, quod maius est, magisque succulentum, cultu & solo pingui gaudens; alterum agreste, quod locis petrosis, squallidis, siccis, sterilibus, & aruorum marginibus, & collibus delectatur. Vtrique fere thymi facies, odor & sapor, & à serpendo nomen: humi namque serpunt ramuli, & inibi radices figunt, vbi terram attingunt. Vulgaritæ sylvestri exiles & tenues sunt, viticuli, foliis exiguis; thymi similibus induti.

Cc 3. duri,

Vires.

Species.

Vires.

duri, lignosi, quorum nonnulli palmi altitudine assurgunt; alii procumbentes in terram fibras capillatas, seu radículas demittunt.

In summitatibus capitula rotunda habent, è quibus flosculi prodeunt ex albo rubentes & purpurei, quorum vt & plantæ totius odor grauis & suavis.

Pulegium montanum.

Inuenitur & in multis locis aliud serpillum maius & agreste, cuius cauliculi non serpunt aliorum more, & in officinis *pulegium montanum* vocatur.

Hortense serpillum propter gratum & suauem halitum inter coronarias stirpes locum habet. Surculos emittit longiores & crassiores: folia item latiora & habitiora, & capita flosculis maioribus coronata.

Vires.

Serpillum acre & calidum est insigniter, menses & vrinam mouet, tormina ventris sedat, lethargo conducit, contra venenatorum animalium morsus valet, atque serpentes, dum vritur, suo fumo repellit.

C A P. XXX.

De Sampsucho & Maiorana.

Sampsuchū.

SAMPSUCHVM Dioscoridis maiorana nō est, cum sit herba ramosa per terram repens, foliis calaminthæ tenuifolia, rotundis & hirsutis; maiorana namque minime repit, sed surculis multis, rectis assurgit in altum, nec foliis constat rotundis, sed mucronatis; attamen sampsuchi penuria vsurpari recte potest. Est n. planta viribus & facie valde affinis illi, cuius gratiosus odor saporque efficit, vt sedulo in hortis & vasis figulinis alatur, & cura maiore conseruetur: hinc forsan maioranæ nomen vel à Maro, vt sentit Dodoneus; adeo maiorana & marum, seu *hysoyrium*, vt ex Dioscoride eius descriptione colligit, sint vnica planta, *sampsuchum* & *amaracum* altera, ex Dioscoride & Theophrasto: *Amaracus* nomen Galeno *Parthenium* est, ex Dodoneo, sic non suo, sed alieno lapsu nominatum, cum re vera amaracus sit *sampsuchum*.

Marum.

Hysoyrium.

Amaracum.

Eorum vero nusquam admittenda ratio est, qui ad mari familiam *Clynopodium* referunt, quod vulgus Gallorum *masie* nominat, cum inter se non parum distendant: nam *marum* Dioscoridi herba est surculosa, flore origani, foliis multo candidioribus, eique vulgo cognita & *Origanis* dicta: Plinio vero exotica planta est, nec inter vernaculas numerata. *Clynopodium*, *Clynopodiū*, quod nonnulli *Cleonicon*, alii *xopyron* nominant, vulgare est, & serpilli simile.

Proro *maiorana* vel frigoris impariens est, vel patiensissima: hæc hyemalis dicitur, & inter niues medias innoxie vires; illa æstiuæ & algidioris brumæ cuiusdam occursum perit.

Calefaciendi vim habet manifestissimam, cephalicam & hysteriam, atq; menses subdita, vel pota accelerat.

Maiorana vires.

C A P. XXXI.

De Pulegio.

PVLEGIUM dux sunt differentiæ; vnum dicitur *mas*, seu fatium, verum & latifolium; alterum syluestre & angustifolium. Vero pulegio abunde caules exeunt multi, rotundi, sæpe procumbentes, in altum tamen sese attollentes, folia è singulis geniculis bina exeunt subrotunda: flores subcærulei, circulatim culmosi iuxta foliorum exortum circumdant. Suauem pulegium odoremhalat, maxime cum floribus ornatur. Eius odorem aqua vase vitreo, vt decet, stillata, seruat. Vt pulegium verum parum distare videtur à secunda Calaminthæ differentia, sic syluestre à serpilli. Nasceitur optimum in locis aridis, saxosis, & montibus, vnde *pulegium montanum* & *regale*, quod officinæ multæ *Clynopodium* esse dicunt. Pulegium recens incensum pulices necat, vnde fortassis nomen. Ad pulegia autem plantæ multæ odoratæ referuntur, in quibus designandis vix auctores conueniunt.

Species.

Pulegio vnde nomen.

Pulegiū calefacit ordine tertio, valèter exsiccat, attenuat, menses & lectulas mouet, pecto-

Vires.

pectoris pituitam digerit, coctiones iuuat, conuulsis auxilio est; contra serpentum ictus ex vino confert, lienosis admotum medetur, & podagricis & comitiali morbo affectis prodest.

C A P. XXXII.

De Polio.

Folia nomen unde.

POLIVM capitulo quodam paruo in corymbi speciem coacto hirsuto, comestaceo & albescente, capillitium hominibus eani similitudine quadam effingit, vnde nomen. Assurgunt ei ab vna radice surculi numerosi tenues, duri, lignosi, rotundi, sesquipalmum longi: folia oblonga sunt, crenata, rigidiuscula, chamædryos affinia, sed angustiora, in ambitu serrata, in virgularum summitatibus flosculi albida lanugine pubescentes, simul plures in capitula coacti: semen paruum, nigrum, oblongum.

Tota planta incaua est, in locis squalidis & montosis latius virens, vnde *polium montanum* in pharmacopoliis nuncupatur, cui etiam *Teuthrio* nomen est, secundum Dioscorid. cap. 124. lib. 3. Grauem odorem spirat, sed non non iniucundum, & ad Medicos vsus sæpe adducitur.

Est alterum non vsque adeo valens odore & viribus infirmius, cuius etiam surculi rigidi sunt, & rotundi, folia breuiora & angustiora. Flosculi multi, simul congesti, lanugine tenui incanescentes.

Alia duo recenset adhuc Remb. Dodoneus. Pena vero quatuor, quæ his inuestiganda relinquo qui vniuersalem stirpium historiam describendam susceperunt.

Polium calefacit ordine secundo, siccatur initio tertii, hydropicis, ictericis, lienosis medetur, vrinas & menstrua mouet, substratum, suffitumue serpentes fugat; vulneribus ad cicatricem perducendos opiculatur.

C A P. XXXIII.

De Ozymo.

OZYMVM planta cum sit odoratissima,

hoc præ cæteris nomen iure sibi vindicauit, ne posthac minus apte *Ocymum* vocetur, quod pabuli genus est, teste Varro, ex varia segere adhuc virente, boum causa, fieri solitum. Ob eandem fragrantiam, vulgus etiam *basilicum*, quasi basilica, seu regia domo dignum appellat; *Ocymum* tamen non male dici credunt multi cum Pompeio, à nascendi celeritate, nam tertio à satu die, & interdum ocyus erumpere solet, traduntque nonnulli nimis superstitiose, aut potius ridicule lætius provenire, si cum maledictis leratur. Verum significantius per z. scribitur ab *ὄζω*, hoc est, oleo, quia tota planta suauem efflat odorem. Mirum est, quod de ozymo scribit Plutarchus, cuius nempe surculi sicci, aut paleæ tenues à succino expelluntur; cuiusvis autem alterius segetis festuæ, aut paruulæ stipulæ attrahuntur. *Holerius Medicus Parisiensis cap. 1. libr. 1. de morb. interd. rem notatu dignissimam narrat, de quodam Litalo cui ex frequenti odoratu ozymi, quod basilicam herbam nomenat, scorpio natus in cerebro vehementes & longos dolores, postea mortem atrulit: Libyes tamen asseuerant, si quispiam eo die, quo ederit, ozymum, feriat à scorpione, non posse lædi.*

Quatuor autem ozymi perhibentur differentia, tria nempe satiuæ & syluestre vnum, *Acinos* dictum. Ex satiuis duo latifolia sunt, & vnicum tenuifolium, quod basilicum minus dicitur.

Vulgare ac latifolium cubitali profilit altitudine; surculosum est ramulis teretibus, folio mercurialis, sed minore: Flosculi ei interdum candidi, nonnunquam purpurascentes: semen nigrum & pusillum, quod in syrupo de arthemisia D. Fern. vsurpatur.

Ozymum manifeste calefacit, flatu *Ozymi vires* dissoluit, vrinas mouet, mærores, quos atrabilis inuehit, mulcet, tristes exhilarat, timidus animat. A Chrysippo tamen improbat, vt stomacho & oculorum sanitati officiat, & insaniam inducat.

C A P.

Teuthrio.

Vires.

C A P. XXXIV.

De Origano.

Species.

QUATVOR sunt origani genera; primū & commune dicitur *Heracleoticum*, seu *Cunila*; secundum *Onitu*; tertium syluestre; quartum *Tragoricum*: cuius adhuc dux narratur varietates, quas breuitati studens fufius describere non libuit.

Verum autem origanum & folius & virgulis est maioris maiorane fimile, in summitate gerens umbellam, non circinatam, sed in paruis thyrsis, spicatis, hinc inde cōgestis, media astate adolefcit; atque vt facie, sic odore, ad maioranam accedit; verum hyemis sēuitiam tolerantius subit: nā inter niues innoxie viret. Brassicæ multum aduertatur & serpentum generi; quare testudines cum illis dimicaturæ origano sese muniunt, & contra frigida venena maxime valet.

Vires.

Omnia origana calefaciendi, siccandi, incidendi, attenuandi, & vrinas mouendi vim habent: purgationes fœminarum ciēt: peripneumonics & tussientibus ex melle in eclegmate & sorbitione feliciter dantur.

C A P. XXXV.

De Mentha.

Species.

LIET Mentha cuique nota sit, etiam Dioscoridis testimonio; nam viuacissima cum sit, vbique facile germinat, vix tamen species eius omnes exacte describuntur, & cæpius cōfufe mentha, menthastrum, sifymbrium, & calamintha designantur. Sic vero distinguuntur.

Hediosmos seu *mentha*, vel hortenfcis est, seu domestica & vera; vel syluestris, seu notha. *menthastrum* dicta. Menthe veræ quatuor sunt species: Prima caules habet quadrangulos, obscure rubentes, aliquantum pilosos, folia subrotunda, flosculos subrubros, circum cauliculos orbiculatim natos: Radix illius, vt reliquarum, serpit, nos subinde turiones germinans.

Prima mentha species.

Secunda radice, foliis, odore, magnitudine priorem æmulatur, sed color magis ex rubro nigricat, & flores in ramulorum fastigiis spicantur. 2. Species.

Tertia foliis constat longioribus flosculis spicatis insidentibus. 3. Species.

Quarta quoque foliis est oblongis & acutis, sed floribus subpurpureis, geniculatim cauliculorum internodia instar primæ conuestientibus. 4. Species.

Præter has à rei herbariæ peritissimis connumeratas, aliam adiungit Matthioli, quæ à Goritiensibus *Mentha Græca*, à Val. Cordo *Sarracenicæ*, à quibusdam *herba D. Maria*, à nonnullis *salvia Romana*, ab aliis *Lassulata*, à plerisque *herbe du cog* Gallice nominatur. *Mentha Græca*. *Herba D. Maria*. *Lassulata*.

Planta est in hortis passim nascens, foliis maioris saluæ, aut betonicæ, ex viridi albicantibus & serratis, caulibus cubitalibus & sæpe longioribus, in quorum fastigiis flores exeunt corymbacei, colore melino, tanacetimodo: huius sapor amarus est, odor vt mentharum grauis, non tamen ingratus.

Menthastrum, seu *mentha syluestris* suæ sunt etiam species: Prima, vbiuis secus mœnia & serobes vrbium scætet, foliis maioribus, rugosis, leuiter crenatis, floribus spicatis. Secunda pratensis est, quæ viret aquosis marginibus, folia gerens hispida, incana, subrotunda, flores, vt prior, spicatos; vtraque grauis, nec odore insuauis. Species menthastrum.

Mentha in re cibaria utilis est, peculiariterque gratiam tenella habet in acetariis, adultior autem vt prædura, sic ingrata est. Natura manifeste calida est, & eximie stomachica: Proprietate enim ventriculi calorem auget, robur firmat, coctionem iuuat, flatu dissipat & tormina sanat.

Tanta vero est *Sifymbrii* cum *mentharum* familia cognatio, vt cultu, aut neglectu inuicem transmutentur: Officinæ *balsamintham* nominant, vulgus *mentham crispam*. Longe autem distat à Sio, seu *Be-rula*, vt & à *Cardamine*, seu *Crescione*, quem 5. Species.

Prima mentha species.

Sifymbrium *Cardamine*.

quem Sifymbrium aquaticum vocant: nam verum Sifymbrium, serpillum sylvestre multis dictum, menthae hortensis admodum simile est, sed odoratius & latiore folio, viresque medicas habet insignes. Dioscorid. cap. 155. lib. 2.

CAP. XXXVI.

De Calamintha.

CALAMINTHÆ tres sunt species, prima montibus familiaris; secunda pulegio cognata; tertia menthastrum. Prior, quod locis squallidis, tuberosis, mōtosis fecundius luxuriat, montana dicitur; propter tamen eius elegantem faciem & gratiosum odorem, nunc in hortis cicurata servatur, ut menthae omnes, quibus & viribus, & nomenclatura uterque responderet; nam calamintha pulchram mentham portendit, atque nominis iste complexus illius nobilitatem signat; in officinis calamentum montanum nominatur.

Secunda calamintha species, foliis regali pulegio similis est: sed aliquanto maioribus, albidis, variegatis maculis, floribus ex candido purpurantibus, yirgas cubitales amicientibus. Gaudet locis apricis & expositis soli. Reperitur & in multis aruis post segetem demessam. Vocatur quoque interdum nepeta, Dioscoride referente, à quo nec improbat, nec probatur hæc nominis usurpatio.

Tertia menthastrum similitudine responderet, foliis oblongioribus, caule & ramis maioribus, quã superiores, sed viribus est inefficacior. Dodonæus pro hac tertia calamintha Cattariã herbã exhibet; Fuchsius aliam in multis dissimilem, & reuera Dioscoridis lectio vix ullam Cattariã lineam describit: iuste tamen ad calamintharum familiam referenda, ut quæ illis sit cognata, & viribus herba præstans, antiquis forsã ignota. Cauliculos edit multos, quadratos, duriusculos, folia marrubii incana, singulis nodis bina, flores in extremo spicatos, menthae aut menthastrum modo dicitur cattaria, quod valde à cattis expetatur,

qui eius folia iucunde & quasi lasciuendo contrectant, & auide depascuntur. Vulgus Pharmacopœorum nepetam vocitat.

Nepeta.

Insigniter calefacit & attenuat; peculiari dote conceptum iuuat, atque vterum reddit fecundiorum.

Omnis vero calamintha essentia est tenui, calida & sicca in tertio quodammodo recessu; tormina sedat, lumbricos & ascaridas enecat, icterum sanat, menstrua ducit, fugillata tollit, asthmaticis medetur, strenue humores digerit, ad omnia autem efficacior montana.

Vires.

CAP. XXXVII.

De Absynthio.

LICET Absynthium herba sit, Dioscoride referente, vulgo nota, in eius recensendis speciebus ac describendis, vix duo consentiunt. Relictis autem breuitatis gratia, opinionum varietatibus, dicimus tres esse absynthii differentias, Absynthium vulgare, absynthium Santonicum, & absynthium Seriphium. Falluntur vero, qui vulgare aliud à Romano & Pontico existimant, quique Santonicum appellant absynthium Romanum: vulgare enim Romanum est, sic olim dictum, quod fuerit plebi Romanæ sacrum, & quia in agro Romano, antiquisve ruderibus passim inueniatur: Ponticum vero & à Ponto, & à stypticitate, seu astrictione.

Species.

Absynthii Romanum, esse vulgare.

At quod Santonicum, vel potius Xantonicum appellatur, à Xantonum tractu, ubi plurimum nascitur, id nominis sortitur: hinc eius semen à nonnullis immutata voce sanctum, cum sanctonicum dicendum esset, appellatur. Tota planta absynthio vulgari similis est, sed minor, minusque candicans, seminibus non adeo multis, floribus exiguis.

Xantonicum.

Tertium absynthii Seriphium, seu marinum dictum, copiosum nascitur in monte Tauro, iuxta Cappadociã. Herba est tenuis, abrotoni parui similitudine, referta

Absynthii Seriphium, sine marini.

D d femini-

Species.

1.

2.

3.

Herba Cattaria.

seminibus minutulis, subamara & graui-
ter olens cum quadam calfactione: Tota-
que adeo similima abrotoni feminæ vul-
garis hortorum, vt non facile sit, vtramuis
ab altera discernere.

Vires.

Abfynthium omne aromaticam, sua-
uem admodum, acrem & amaram possi-
det qualitatem, ait Galenus: Attramen
vulgare quoddam in hortis multis inueni-
tur, minime amarum, sed dulce, soloque
sapore à Pontico distinguitur. Omnia ve-
ro stomacho conferunt roborando, cocti-
onem iuuant, & alui lumbricos tam sum-
pta, quam ad mota enecant. De abfynthio-
rum differentiis & qualitatibus videndus
est Dioscorides, vt & Casparus Bauhinus,
Medicus Basiliensis, qui librum integrum
edidit de abfynthiis.

CAP. XXXVIII.

De Artemisia.

Species.

ARTEMISIAE species plures sunt dua-
bus, contra multorum opinionem;
nam præter vulgares, latifoliam vnã &
tenuifolias duas, marina quædam est, quæ
ab vna radice lignosa, pluribus fruticat
sarmentis, foliis imis & humifere stratis,
Et Ruellio & Fuchfio si credimus, vt certe
de re hac credere nefas, matricaria & ta-
nacetum artemisiae sunt species.

Omnes autem artemisiae sunt syluestres,
quarum prior latifolia est, lacinosa, ac per
margines dissecta, caules habens rectos,
rotundos, striatos, bicubitales, & sæpius
longiores, flosculos exiguos, abfynthii æ-
mulos. Nascitur secus vias, & mediis inter-
dum in hortis.

Secunda tenuior est, flore paruulo, ean-
dido & graueolente.

Tertia tenuifolia quoque in sepibus,
& iuxta ductus aquarum nascitur, cuius
flores & folia contra odorem maioranæ
vteunque referunt. Vsurpanda vulgaris
ad confectiõnem syrups, qui ab ea nomen
habet.

Ab Artemisia regis Mausoli vxore sic e-

nunciatur, cum olim Parthenis diceretur,
hancque superstitioni multi herbam D.
Ioannis vocitant, qua sacris illi diebus
lumbos cingunt.

Calefacit ordine secundo, aperit, atte-
nuat, menses, secundas & fortus pellit, &
affectibus vteri multis auxiliatur.

Vires.

CAP. XXXIX.

De Melissa seu Melissophyllo.

QVA dulcedine & voluptate feruntur
catti ad cattariam herbam, de qua su-
pra, eadem apes ad apiastrum, seu melisso-
phyllon, quasi folium melleum, vel citra-
ginem, ab odore citri, quem refert, sæpe
dictum. Eius plures videntur esse differen-
tia: nam præter syluestrem, quæ impro-
prie melissa dicitur à Fuchfio, cum Cymi-
ces redoleat, vulgaris maxime celebratur,
deinde Hispanica, tum & aliæ magis pere-
grinæ, quæ à Moluccis insulis aduectæ,
Moluccæ dicuntur.

Species.

Melissa nostras cunctis notissima, sur-
culis quadrangularibus affurgit, foliis la-
tis, rugosis, subasperis, citrium malum o-
lentibus, binis prominentibus iuxta in-
ternodia, è quibus prodeunt exigui cali-
ces, cum flosculis candicantibus, suc-
cedente postea semine minuto nigri-
cante.

Hispanica, effigie, odore, viribus, ei
valde similis est, folia tamen minora, nec
ita rigida sunt, ac virentia.

Melissæ Moluccæ duæ sunt, prior lauis Melissa Mo-
dicta, altera spinosa: vtraque culmos, ac luca.
folia edit multa, melissæ nostrati non pa-
rum affinia.

Calefacit melissa ordine secundo, sic-
cat primo: in infessionibus valet ad ducen-
dos menses, & in potu, ac illitu contra scor-
pionum, phalangiorum, & canum morsus
conducit. Caput roborat, memoriam

auget, & facultates anima-
les recreat.

Vires.

CAP.

CAP. XL.

De Prasio.

Species.

PRASII, seu Marrubii duo sunt genera, vnum album, aliudque nigrum, quod *Ballore* vocatur. Vtrumque abs radice ramosum, altitudine sesquipedali, ac iuxta parietes & agrorum margines nascens. Candidum, quod magis est in vsu, caules edit quadrangulares, tenui pube hirsutos: folia per interualla bina, subrotunda, rugosa, ambitu incisa & lanuginosa: flosculi ex calicibus emergunt exiguis, qui verticillatim furculorum genicula circumdant. Omne marrubium in ruderato solo, & prope collapsas aedes delectatur. Nonnulli marrubium nigrum seu marrubium nigrum albo præferunt; ego album nigro cum peritioribus viris prætulerim.

Vires.

Calidum est ordine secundo, siccum tertio: Obstructiones tollit, pulmones expurgat, menses ducit, ruptis, conuulsis & neruorum contractionibus confert, daturque ad serpentum morsus & pocula venenata.

CAP. XLI.

De Betonica.

Betonica.

BETONICA plane syluestris est planta, loca amans opaca, nec aquosa; propter tamen eius dotes eximias, in hortis culta adolescit. Foliis emergit oblongis, latis, virentibus, subasperis, in ambitu ferræ modo incis. Cauliculi tenues sunt, quadrangulares, aliquantum hirsuti, ac cubitales: flores fert spicatos, rubentes, & quibusdam in locis albidos. Græcis dicitur *νίσσος* & *ψυχροτόμος*, Latinis *Betonica*; quæ vox ad aliam plantam detorque-ri solet, quæ *Vetonica altilis* & *tunix*, à quibusdam *flos Armerius*, à Germanis *flos superbus* nominatur.

Betonica.

Præter betonicam vulgarem, alia quædam latifolia multis in locis reperitur, quæ cultu magis delectatur, atque in hortis lætius viret.

Betonica calida & sicca est secundo recessu: vim habet cephalicam & alexiteriam: quare morbo comitiali, comati, & morbis venenatis prodest, maxime vero demorsis à cane rabido & serpentibus, & si quis hanc præsumperit, lethale venenum haustum nihil nocebit.

Betonica vires.

CAP. XLII.

De Veronica.

VERONICA duplici agnoscitur discrimine, vna dicitur mas, altera femina, *elatine* multis dicta. Illa Paulo *Egigneta* Betonica dicta, furculis pedibus, crebris, hirsutis per terram serpit, foliis oblongis betonicæ minoribus, serratis, & nonnihil ad Teuerium accedentibus, sed exigua lanugine pubescentibus, flosculis ordine digestis, purpurascens; semine paruo, rotundo, nigricante, in calicibus loculi formam referentibus contento: radice tenui huc illuc diuicata.

Species.

Veronica femina, multis *Elatine*, nonnullis *Veronica repens* dicta, furculis pedibus, tenellis, flexilibus, lanuginosis, multis, foliosis, ab exili radice serpit; foliis ad nummulariam vulgo dictam accedentibus, incanis, pilosis, floribus pusillis, albidis, anthirrhini similibus, semine exiguo, rotundo, nigro, anagallidis similitimo. Plurima nascitur inter segetes, & in veruactis, atque locis sabulosis.

Elatine. Veronica repens.

Agnoscent nonnulli veronicam quandam surrecticaulem, quæ rigidioribus furculis sese erigit, tenuibus ramosis & foliosis, atque superiori valde similis.

Exit & in pratis, inquit Dodoneus, ac humentibus locis alia quædam Veronica, effigie & magnitudine ad feminam multum accedens, cuius tamen folia minora sunt, nec pubescentia, sed leuia & virentia: viticuli per terram repentes; flosculi carulei; semen in theculis conclusum, paruum & nigricans. Huius vt & superioris, vel nullus, vel rarus in medicina vsus.

Vires.

Veronicam calidam & siccam esse, sensus indicat, astrictoriam quoque & vulnerariam experientia docuit. Confert scabiei & omnibus cutis vitiiis, atque vlcera & vulnera optime sanat. Peculiari autem virtute cancerosis vlceribus conuenit, si non perfecte sanandis, saltem mitigandis. Falsum est, quod scribit Fuchsius, Regem Galliaë Elephantiaë morbo correptum, huius herbaë adiuuamento sanatum. Nullus enim Galliarum Rex hac foëdalue, vt nec peste, correptus fuit vnquam.

CAP. XLIII.

De Dictamno.

*Vnde dictamno nomen.**Beloacon. Belotocon.**Dorcidium.**Pseudodictamnus.**Vires.*

DICTAMNO cauliculi cubitales aut paulo breuiores, in alas quasdam diuisi assurgunt, in quorum summitatibus velut spicaë squammatim compactaë dependent, floribus ex eorundem interstitiis exeuntibus. Folia ei sunt rotunda, sed altera parte acuminata, multa lanugine pubescētia, ac pulegio admodum similia; sed alariora. Laudatur maxime quod in Creta nascitur, & maxime quod in Diëte, illius regionis monte, à quo nomen. Græcorum nonnulli *Beloacon*, hoc est, telorum remedium, & *Belotocon*, quod infixæ spicula excludat, vocarunt. Ceruæ enim sagittis confixæ ad dictamnnum accurrunt, cuius contactu, quasi partu quodam spicula excluduntur. Inde quidam *dorcidium*, quasi ceruariam nuncuparunt, quod ceruæ illius vim omnium primæ demonstrasse creduntur. Ostenderunt & id capraë eo pastaë & vulnerata, cito telis decidentibus. Folia vero dictamno tomentosa sunt, & flores ex violaceo nigricantes.

Aliud quoddam in multis locis, præsertim maritimis quibusdam, vt in littore Barostuënsi in Normania inuenitur, illi foliis valde simile, quod *pseudodictamnnum* appellatur, sed flores habet verticillatim surculos ambientes, & vires, quam legitimum, inefficaciores.

Dictamnnum, & secundum quosdam

diphannum, in qualitatibus primis calidum & siccum est gradu tertio, in aliis ac peculiaribus, veterum testimonio tela extrahit, intro sumptum venenum extinguit, pesti prodest, menstrua, factum & secundas excludit, lienem minuit & strangurias sanat.

CAP. XLIV.

De Stœchade.

INIQUE stœchas Arabica cognominatur, cum vbique terrarum æque bona vireat & vigeat, & in Creta, & in Belgia, & Normania, vbi innoxie inter niues viuunt, & in Stœchadibus insulis, à quibus nomen, vel à fastigio spicato.

Eius tres differentiaë notæ fuerunt. Doneo, prima communis est & vera; secunda Belgica, facie parum priori dissimilis; tertia folio est serrato; præter quas alia datur, cuius coma aurei coloris est, *Elichryso* similis, & *chrysome*, seu *stœchas citrina* nostras vocatur. Hæc cauliculos edit admodum breues & tenues, folia angusta, incana & hispida: flores luteos, splendentes, bullis exiguis similes. Nascitur in locis asperis & arenosis, eiusque tres differentias Pena distinguit, de quibus is videndus.

Vera stœchas caules emittit à radice multos, cubitales, tenues, lignosos; comam in summitatibus spicaë modo angulosam; folia oblonga, lata lauendulaë minoris ritu, & similiter incana: flosculos in spica foliaë ea paruos, cœruleos, odoratos, suauem halitum spirantes.

Stœchas manifeste calida est, amara, moderate astringens, plurimum cephalica. Caput enim & facultates omnes præsertim animales recreat, humores frigidos discutit, mentem exhilarat, & omnibus capitis affectibus ab intemperie frigida natis conducit, & omnia viscera, totumque corpus roborat.

CAP.

*Vnde dicitur.**Species.**Vires.*

CAP. XLV.

De Salvia.

Species.

SALVIA, aut domestica est, aut sylvestris: Domestica bina, maior nempe, & minor. Vtraque *Elesiophacos* dicta, licet maior hoc nomine sola à quibusdam doneatur; minor *sphacelos* ab iisdem vocata, ab aliis tantum sylvestris, quæ etiam *Bosci salvia* nuncupatur.

Est & alia Cretensis baccata, figura, odore, sapore, nostrati valde similis, cuius Pena meminit.

Salvia ramosus est frutex, ait Dioscorid. e. 41. lib. 3. virgas habens quadrangulas, incanas, & folia cotoneæ mali effigie, sed angustiora, asperiora, crassiora, & magis albicantia. Flores in summis ramulis eminent falcati, hormino similes, cœrulei.

Vires.

Salvia quasi saluatricis vim habet cephalicam, nerualem, calefacientem, siccantem, aperientem, mensis & urinas cientem. Minor autem, ut præstantior, seligenda ad syrupi de stœchade confectionem, ipsius tamen defectum maior facile supplebit.

CAP. XLVI.

De Hormino.

HORMINVM, vel satium est, quod scilicet cultu, satu & solo pingui delectatur; vel agreste, quod sponte in pratis & locis macilentis nascitur. Vtrumque notissimum, ab vna radice caules emittens interdum multos, cubitales, præsertim satium, & sæpe altiores, angulosos, subhirsutos: folia, lata, mucronata, aspera, marrubii similia: flores iuxta folia furculos verticillatim ambientes, ex purpureo ad caruleum vergentes, & interdum albicantes, & in quibusdam profus albos, atque ex pyxidulis erumpentes, quæ hiantes per maturitatem deorsum spectant: semen his includitur paruum oblongum & nigrum; in sylvestri rotundum & fuscum.

Horminum & Orualla tam affines sunt plantæ, ut inter utramque grauisissimi viri, & rei herbariæ peritissimi, nihil discriminis constituerint; distingui tamen debere, certissimum est, ut inter recentiores Mathiolus notauit. Dicitur horminū à verbo *Vnde dicitur.* *oppes*, quod eo videntes in venerem ruant; à *Orualla* nonnullis *Geminalis* nuncupatur. *Orualla* vero vulgo dicitur. *Tota-bona*, aliquando *Tota-bona.* *Gallitrichum*, nonnullis *Galli-centrum*, *Gallitrichū.* aliis *Sclarea*, quibusdam *Scarlea*, cuius *Sclarea.* quatuor varietates tradit Dodon. quas hic speciatim recensere nostri non est instituti.

Hormino manifestissima caliditas *Vires.* est: Eius semen cum vino potum venerem stimulat, oculorum albugines aufert, aquæ conuenienti merum mucaginem quandam eructat, quæ mira vi multis oculorum affectibus prodest. Sylvestre autem viribus maioribus poller.

CAP. XLVII.

De Scordio.

SCORDIVM sic ab alii odore, quæ refert *Vnde dicitur.* dicitur. Planta furculosa est, humi procumbens, foliis è singulis geniculis, binis, oblongis, chamædri similibus, sed maioribus, ambitu ferratis, molliusculis, hirsutis, inalbicantibus. E furculorum alis rubentes exeunt stolculi, floribus vrticæ inertis, sed lamii valde similes, sed minores. Non solum quod in Creta provenit, laudatur, sed etiam quod in aliis regionibus offenditur.

Miraculo proximum est, quod de scordio viri grauisissimi scribunt, & præ cæteris Galenus cap. 24. lib. de anti. corpora nempe, quæ cruento genere bellicæsa mansissent humi diutius insepulta, quæ cum que supra scordium fortuna ceciderant, multo tardius aliis computruisse, partesque cadauerum, quæ herbam attigerant, fuisse profus à putredine vindicatas. Ob quam rem sane persuasum est, inquit Galenus *ibidem*, omnibus tam reptilium venenis,

Dd 3 quam

quam noxiis medicaminibus, quæ corpus putrefcere faciunt, scordium aduersari. Vberissime prouenit in locis palustribus, multis, secus scrobes, ac loca concaua, & humentia: reperitur quoque in montibus multis viginosis & pinguioribus.

Vires.

Calefacit, siccatur, à putredine conseruat, venenis resistit, pesti curandæ conuenit, & morbis contagiosis pluribus.

Contra serpentum morsus & lethalia venena vtilissime bibitur; expurgatque viscera & menses, vrinamque mouet, & hydropi opitulatur.

C A P. XLVIII.

De Ruta.

Species.

INTER graeolentes herbas ruta numeratur, seu domestica, cuius vna solum differentia agnoscitur, omnibus perspicua; seu syluestris, cuius plures dantur. Est autem ruta suffrutex bicubitalis, ramosus, furculosus, foliosus, & semper virens, fusciculos gerens luteos, à quorum occasu capitulum emergit quadrangulare, tot septis & loculis, quot angulis diuisum, in quibus semen continetur, quod in syrupo de Stœchade venit compositionem.

Dicitur autem ruta Græce *ῥίγανος*, quod eius præficcato spiritu & calore genitale semen arefcat, aut extingatur; vires tamen alias insignes, easque multas habet, quæ eius vsum valde commendant, eamque plurimi faciebant Mithridates, in sua peculiari antidoto, quæ à quibuscunque venenis tuebatur.

Antidotus Mithridatis quibus constitit. Ruta syluestres quor.

Constabat ducentis foliis rutæ, sicibus duabus, iuglandibus siccis duabus similitis, cum grano salis.

Syluestris vero rutæ duæ præcipuæ differentiæ dantur, vna foliis, odore & effigie hortensi similis est, vocaturque *montana*, quod in montibus fruticare soleat. Est & alia, quæ cum rarissima sit, & varie nominata. multorum in ea designanda exercuit ingenium. Dioscorides *cap. 53. lib. 3.* viderur eam *Moli* nominare; capite tamen sequen-

timoly describens, eius folia graminea facit, & radicem bulbosam, quod rutæ male congruit, ineptaque Cappadoces id nominis illi dedere, Syri vocant *Besafan*, Arabes *Besafan*, *Harmel* & *Harmalam*, quod nomen in Officinis pluribus pro ruta vulgari sumitur, *Harmela*. vt recte quidem defectu veræ harmalæ, quæ est secunda species rutæ syluestris, vrsurpari potest.

Ista harmala abs radice multos edit cauliculos dodrantes, folia angusta, tenuia & oblonga, florem album & quinquefolium, semen in calicibus rutæ hortensis modo, sed triangulis. Grauem spirat odorem. Nascitur in Cappadocia, & multis Hispaniæ tractibus incultis.

Calida & sicca est tertio ordine: atte- *Vires.* nuat, incidit, humores crassos digerit, & semen extinguit.

De ruta capraria nihil nunc, cum sic improprie nuncupetur. De ea forsan dicetur conuenientiore loco.

C A P. XLIX.

De Lithospermo, seu Milio Solis.

LITHOSPERMVM, sic ab eius seminis duritie, quasi petreum semen dictum, folia gerit oleæ similia, sed longiora, hispida, asperiuscula, è virore nigra, furculos rectos, tenues, ligneos, asperos, & hirsutos: flores candidos ex foliorum alis prodeuntes, breuibus pediculis innixos.

Flores consequitur semen paruum, rotundum, durissimum ac splendens, præsertim lucente sole, vnde forsan *Milium solis* officinis nuncupatum.

Eius duo sunt genera, vultu & viribus *Species.* paria; sola magnitudine dissidentia, præter quæ & alia duo agnoscuntur illis affinia, quorum vsum tanquam inutiles, aut non factis expertus negligit.

Miliū solis calefacit & siccatur ordine secundo, vrinam mouet, calculos atterit & expellit, obstructions tollit, meatus aperit, & stranguriæ auxiliatur. *Vires.*

C A P.

CAP. L.

De Saxifraga.

MULTÆ plantæ, multumque diuersæ, à facultate, quam habent atterendi calculos, saxifragæ nuncupantur: Sic Beonica Saxifraga Galeno dicitur: sic Dioscoridi quædam herba ferulacea, & epithymo similis; sic & pimpinella, & aliæ multæ stirpes lithonriptica, Saxifraga vocantur, vt & aliæ quædam, quæ non tam ab atterendis & comminuendis, qui in renibus aut vesica continentur, lapillis, quam ab exortu in petris sic dicuntur, vt *Empetrum*, seu *Crista marina*, quæ saxa quasi findens, ex eorum rimulis prodit, & viuax diu fructicat.

Vulgaris a. saxifraga pimpinellæ valde similis est, præsertim maior, cuius folia varie sunt discissa, & ambitu serrata: caulis cubitalis & sæpe latior, angulosus, striatus: umbellæ candidantes, & semen, quale apii hortensis, acre & feruentis gustus.

Est & alia minor, à superiore vix nisi magnitudine dissidens. Pimpinellam sola hirsutie à saxifraga differre multi scribunt, illa enim pilosa est, hæc glabra.

Ad saxifragarum familiam referuntur aliæ duæ, quarum vna saxifraga dicitur, quæ florem album gerit, altera aurea, quæ aureum. Maioris saxifragæ semen seligi solet & debet ad Benedictæ laxatiuæ confectionem.

Calida & sicca est euidentissime; attenuat, incidit, digerit, expurgat, obstructions aufert, menstrua cit, quæ in thorace glutinosa sunt, educit, vrinam cit, calculos atterit & pellit.

CAP. LI.

De Aristolochia.

ARISTOLOCHIA dicitur, quod puerperis conueniat, & earum lochia ducat: A multis *malum terra*, quod fructum ferat veluti pomum: peculiariter tam hæc no-

menclatio rotundæ datur: nam aliarum fructus est turbinatior.

Porro quinque Aristolochiarum differentiæ numerantur, longa, rotunda, Clematis seu *Sarmëitia*, *Saracenia* & *pistolochia*, seu *Polyrhizon*: quæ omnes caule, frondibus & flore adeo similes sunt, vt vix nisi à perspicacissimo distingui valeant.

Multis in Galliæ locis nascuntur iuxta vineas, marginesque aruorum ac sepium, læto ac restibili solo. Longa copiosa vires ad Sequanæ ripas.

Dioscorides Aristolochias tres tantum agnouit, longam, rotundam, & clematitim; priorem masculam vocat, secundam foeminam; illa quibusdam *dactylitis* quoque dicitur: vtrique vires eximias tribuit, non modo aduersus animalia venenata, sed etiam ad ossium squamas & spicula extrahenda.

Rotunda, quæ ad hieræ Pacchii confectionem accedit, calefacit, siccaturque: potenter ad venena, asthma, singultum & lienem prodest, & quæ à partu relinquuntur, attrahit, vnde Aristolochiæ nomen; remorantes enim puerperis secundas valenter ducit, & menses suppressos mouet.

CAP. LII.

De Asaro.

ASARVM à quibusdam *vulgo*, ab aliis *Perpensa* & *baccharis*, sed male dictum, in Officinis *asarum* cum Græcis & Latinis nominatur. Folia gerit colore & magnitudine hederacea, sed non acuminata, imo rotunda, vel magis oblonga, nec perfectum circulum constituentia, & auriculæ signaturâ, vt loquuntur Spagyrici, referentia; quæ cum iactaret Riuerius Empiricus, ex eo quæ sit Medicus Parisiensis doctiss. An asari folia morbis auricularum sanandis optima sint & determinata: Sed neque plantam, neque partis proprios affectus illum vnquam nouisse, ridicula ipsius responsio patet. Flores autem asari exigui sunt, sub

ipsum.

Saxifraga
alba.

Aurea.

Vires.

Vnde dicitur
Malum
terra.

ipſius foliis latitantes, purpuraſcentes, hyoſcyami citini ſimiles, ſed minores, in quibus ſemen paruum, anguloſum, & aliquantum aſperum continetur. Radices multæ ſunt, tenues & graciles, oblique diffuſæ, & ſibi inuicem implicatæ.

Vires.

Radices aſari vim habent excaſticatoriam & exticcantem, vt etiam folia, ſed imbecillioſam. Vrinam & menſes promouent, vomitum excitant, & craſſos, pituitoſosque ſuccos expurgant. Valde proſunt ad iccoris & lienis inſarctus & ſcirrhoſos tumores, vnde vino macerata vtiliter dantur iſtericis & aquis cutem ſubcutibus.

C A P. LIII.

De Pimpinella.

Species.

PIPINELLA, ſeu pimpinella à nonnullis inter ſaxifragas numerata, duplex eſt; vna hortenſis, quæ ſeritur, & cultu delectatur; altera ſylueſtris, quæ in pratis & aliis locis pluribus incultis viret. Vtraque ſaxifragis in multis conuenit, non tantum facie, ſed facultatibus quoque. Nonnulli *pepennellam*, alii *bipennulam*, alii *ſanguisorbam* & *ſanguinariam* appellant. Sunt, qui nomine compoſitiſſimo *Dionyſionymphadem* nuncupant, quod in vinum coniecta ſua uitateſ quendam ſatis gratam inter bibendum conciliet.

Celebrior eſt hortenſis, quam ſylueſtris uſus. Vtriſque folia oblonga ſunt ex pluribus ad vnum pediculum congeſta, quorum ſingula ſubrotunda, per ambitum ſerrata, aliquantum hirsuta: cauſis cubitalis eſt, & ſæpe longior, quadrangularis, & nonnihil ſtriatuſ, & ramoſus; atque in ſingulorum cauſiculorum ſummitatibus capitula erumpunt rotunda, foliolis oleraceis velut ſquamulis, ſimul & ſtoſculis compacta, quæ nonnunquam ante ſtoſculorum ortum, & poſt occaſum, fructum mori effigiant. Includuntur ſemina multa, anguloſa, fulca.

Radix ſubſeſt longa, ſed non multum craſſa, & dura, & inutilis.

Pimpinella calefacit, ſiccataque initio ſecundi reſeſſus: peramica eſt partibus, quæ principatum tenent cordi, hepati & aliis viſceribus: Sanguinem puriorem efficit, renes purgat, calculos & ſaburram eiicit, à cane rabido demorſis auxiliatur, & febribus malignis ac peſtilentibus conducit.

C A P. LIV.

De Chamædry.

CHAMÆDRYS naſcitur in petroſis & Calperis locis: Suffruticula eſt dodrantalis, folia gerens parua quernis ſimillima, vnde Chamædryos, ſeu quercula nomen. Vnde dicuntur.

Vocatur & *Triſſago*, & aliquando *Tencrium*, male tamen, propter effigiem Tencrio affinem. Huic nullas Dioſcorides ſubſtituit ſpecies, multas tamen neoterici agnouerunt, quæ magna cognatione illi congruunt: nam *Fuchſio* duæ dicuntur mares, & totidem fœminæ: *Dodoneo* duæ repentes, & aſurgentes totidem, quarum poſtrema tantum illi dicitur ſylueſtris, cum & omnes ſint ſylueſtres.

Chamædryos calefacit & ſiccata gradu tantum ſecundo, viſcera inſarctu liberat, menſes educit, aliſque vtentem multis beat commodis, de quibus videndus Dioſcorid. c. 12. lib. 3. Vires.

C A P. LV.

De Chamæpyſis.

TRES veræ chamæpyteos differentias ſtatuit Dioſcorides, quibus adiungit tres alias ſpurias Dodoneus. Prior dicitur *Aiuga*, vel *Abiga*, ab abiete, propter pinus odorem. Species. Aiuga, Abiga.

Foliis eſt ſemper vini minoris, ſed multo tenuioribus, pinguioribus, hirsutis, & circum ramulos denſis: flore tenui, ex luteo albicante. Vocatur & *Iux arthriticæ*, quod arthriticis doloribus ſanandis conferat. Iux arthriticæ. Secunda

Secunda cubitalibus est ramis, prætenui-
bus, incuruis, flore candido, semine nigro,
paruulo. Tertia chamæpytis mas dicitur:
paruula est, foliis exilibus, candicantibus,
hispidis, cauliculo aspero, flosculis luteis,
& semine iuxta alas. Omnes pinum redolent;
nulla moschum, vt credunt nonnulli.

Vires.

Chamæpytis vim habet aperiendi, calefaciendi gradu secundo, siccandi tertio: morbo regio & vrinæ difficultatibus prodest, menstrua mouet, aduersus scorpionum ictus confert, neruos roborat, ischiadi & aliis doloribus arthriticis conducit.

CAP. LVI.

De Parthenio.

PARTHENIUM diximus supra, Artemisiam non esse, nunc esse matricariam fatemur, non cotulam foetidam, vt à perito viro quodam assertum audio. Est vero Parthenium, vt posuit Dioscorides, foliis coriandri tenuibus, varie incisis, ambitu crenatis; flore per circulum albo, intus luteo, chamæmeli ritu, odore viroso, amaro sapore. Radix quam plurimis fibris scinditur, tenuibus, dariusculis, totaq; planta diluto colore virescit, & cuius notissima.

Matricaria Officinis dicitur, quod mulieribus matricis suffocationibus, obnoxiiis, & aliis ab ea ortis affectibus multis salubriter medeatur.

Eius duæ dantur varietates, vnum simpliciter flore, quod vulgare est; alterum pleno seu multiplici, quod in hortis ob elegantiam alitur, & nisi in solo pingui seratur, & cultu foueatur, in simplex degenerat. Aliud ab Alpibus, vbi copiosum & sponte prouenit, nomen habet, Alpinum dictum, quod odore & facie priori multum respondet, minus tamen est, flores simplices perpetuo gerens, & umbellatim congestos.

Vires.

Parthenium calefacit ordine tertio, secundo siccat, aperit, incidit, expurgat, menses, secundas, foetus mortuos potenter educit.

Pro parthenio igitur matricaria sumenda est, non cotula foetida, nec parietaria, nec mercurialis, quæ male secundum quosdam hanc nomenclationem vsurpant.

CAP. LVII.

De Hyperico.

HYPERICUM vulgo perforata & milifera dicitur. Planta est surculosa, cubitalis altitudinis, folia gerens myrthinæ qualia, sed tenuiora, molliora & magis flauescencia, ac innumeris poris, & tanquam foraminibus peruia: flosculos luteos in surculorum summitatibus, ex quinque foliolis aureo nitore collucescentes, gerens, staminibus exilibus in medio concoloribus, quibus tabescentibus erumpunt siliquæ paruæ, & oblongæ minutis grauidatæ seminibus, quæ confricata resinam olent.

Radix eius duriuscula est, multis fibris & capillamentis sulcata, flores & folia intrita succum quendam cruentum expriment, & flores oleo macerati idiplum cruore sanguineo ringunt.

Confert hypericum mensibus & vrinæ ciendis, & vulneribus optime sanandis, ischiadicis medetur; neruorum affectibus conuenit: calefacit, & siccat, neruosum genus roborat, & vtiliter medicamentis vulneribus dicatis admiscetur.

Vires.

Multi ascyrum & androsæmum cum hyperico confundunt, quod sint plantæ congeneres, multum tamen inter se vultu dissident, suntque diuersæ stirpes.

CAP. LVIII.

De Androsæmo.

ANDROSÆMUM sic dicitur, quod foliorum & granorum succus sanguinem humanum referat. Planta est fruticosa, ac ramosa, surculos multos, tenues, rubentes emittens, foliaque lata, mucronata, hederæ satis similia, sed tenuiora & latius

Vnde dicitur.

Ee virentia,

virentia, quæ trita vinoso succo manant, ait Dioscorid. complures alas habet in fastigio utrinque expansas, pinnatasque: circa quas pusilli flores & lutei. Semen profert in calicibus paruis, velut papaueris nigri. Illius trita coma resinofum spirat odorem.

Sponte provenit in multis Northmaniæ syluis, & aliis locis incultis, eiusque folia mulierculæ colligunt, & pustulis quibuslibet, furunculis, & omnibus fere cutaneis affectibus adhibent, frequentissime optato & felici successu: Experientia enim norunt, parti cuiuslibet admotum vel benefacere, vel nunquam obesse.

Vires.

Androsamum calefacit, siccit, agglutinat, sanguinem compescit, ambusta sanat ischiadicis prodest, vulneribus cohibendis, ulceribus carne implendis, & ad perfectam curationem ducendis confert. Semen tritum & ʒij. pondere sumptum, biliosa alui excrementa per secessum ducit.

C A P. LIX.

De Melanthio, seu nigella.

INTER Melantheriam & Melanthium non parum est discriminis: nam melantheria minerale quoddam est Mytio congener, Melanthium vero seu *Gith*, & in officinis *Nigella*, stirps est, quæ fruticis instar assurgit, ramulis tenuibus, foliis coriandri ritu minutim incis, floribus in virgarum fastigio candidulis, interpositis pluribus cirrhis, & staminibus, tanquam virentibus capillis, quibus capitula succedunt quadrangularia, superne corniculis prominentibus & reflexis armata, membraneis septis distincta, ac nigro semine, anguloso, acri, odorato grauidata.

*Melanthii
citrinum.*

Est aliud Melanthium sativum, à semine citrino, *citrinum* dictum, priori, si semen exceperis, prorsus simile.

Sylvestria.

Totidem sunt & sylvestria melanthia, quæ inter segetes nascuntur, sativus valde similia; præter quæ aliud pseudomelanthium est, quod inter cærealia numeratur.

Prior melanthii species in officinis *Nigella Romana* vocatur, licet Romæ paucæ sit, in hortis vero Germaniæ multis multa.

Potenter calefacit, siccitque, lumbricos interimit, menses movet, orthopnoicos tuat, flatu dissipat, & morbis ab utero multis opitulatur, ac benefacit.

C A P. LX.

De Hyssopo.

HYSSOPVS nulli non cognita, inquit Dioscorides *c. 16. lib. 3.* herba est fruticosa, pedali longitudine, foliis sativæ, aut thymi, sed longioribus, latioribusque: floribus cæruleis, thirfos spicæ modo vestientibus; radice longa, dura, lignosa.

Est vero duum generum; montana una, quæ sponte fruticat in locis aridis; altera hortensis, quæ seritur & colitur, culinæ gratia, quibusdam namque esculentis gratissima est, & iuscula, si modus adsit, delectabili saporis & odoris suavitate commendat.

Utraque desiccit & calefacit ordine tertio; minus tamen hortensis agrestis, & ea præsertim, quæ flores albos gerit, quæ in multis Angliæ & Galliæ locis provenit, adhuc minus calida, siccaque existimatur. Eius facultates pluribus perstringit Dioscorides *lib. 3.* ut etiam Galenus *lib. 8. simpl.* ut etiam & Mesue. Omnes autem fatentur plurimum tussi diuturnæ, suspiriosis, destillationibus, & orthopnoicis auxiliari.

C A P. LXI.

De Geranio.

DIOSCORIDES duo tantum geranii species genera facit, Matthiolus tria, tertium ex Plinio mutuatus, Fuschsius sex, Dodoneus octo, præter alia duo à Fuschio descripta, quæ paucis attingit.

Primum surculos emittit à radice subrubentes, admodum lanuginosos: folia anemones, diuisuris pluribus, longioribusque
secta.

secta; flores rubellos, quibus decidentibus emergunt in virgularum summitatibus capitula, quæ gruum, aut ciconiarum rostellæ, acus longitudine, utrunque referunt, unde recentiores modo *rostrum gruum*, modo ciconiæ, modo acum pastoris nominant.

2. Alterum surculis parvis, pilosisque, setiquipedem longis, foliisque maluaceis; sed candidioribus prodit; floribus purpureis; in summitatibus, capitellis gruum instar, rostellæ tenuia educentibus. In errore versantur, qui amomum esse dicunt.

3. Tertium surculos erigit, pedales, geniculatos, incanos, hispidos, odore ingratos, folia Chærephilo finitima; flores rubellos, capitula ciconiarum modo rostrata.

Herba Roberti. Totaplanta euidentiſſime rubet, unde *Ruberta* olim vocata: nunc *Rubertiana*, & aliquando *Robertiana* & *herba Roberti* nuncupatur.

4. Quartum folia quoque laciniata, rubentia, & flores purpureos gerit, capitulaque rostrata, ut superiora.

5. Quintum *batrachoides* dicitur, quod folia ranunculo similia promat, flores magis patulos, subcæruleos, rostellæ aliis affinia. Hoc duplici agnoscitur discrimine; vnum maius, quod cæruleos flores; alterum minus, quod rubellos eructat.

6. Sextum ramulos pandit tenues, lanuginosos, folia tenuia, in laciniis diuisa; flores in summitatibus purpureos, quibus rostellæ prædictis similia succedunt.

Tuberosum. 7. Est & geranium tuberosum, sic dictum, à radice crassa, nodosa, tuberosa. Multis luxuriat surculis rotundis, foliis ad anemones effigiem accedentibus, in multas laciniis diuisis, floribus in cauliculorum fastigio rubris, patulis, pulchris, paruulis rosis similibus.

Geranium moschatum. Præter hæc adhuc alia numerantur, ut montanum quoddam, ut *scandix*, seu *peten Veneris*, *pes columbinus*; atque aliud per celebre, quod ab odore moschi, quem apprime refert, *geranium moschatum* nominatur; quod in multis Normaniæ locis,

præsertim maritimis late viret, & suauiter olet. A nonnullis *herba camphorata* dicitur, sed male; quandoquidem camphorata ad chamepythim accedit, & chamæpeuce videtur esse. Attamen abrotonum camphoratum à nonnullis dici comperio; nam camphoræ halitum utrunque spirat.

Defectu camphorata sumendum est geranium moschatum ad *unguenti martiani* confectioem: Si utrumque desierit, prima geranii species sumenda, quæ ubique reperitur.

Omnia gerania virtutem non fortiture eandem. Moschatum calefactoriam vim habet, nerualem, discutioriam: Rubertianum deterforiam quoque & viceribus accommodatam.

CAP. LXII.

De Doronico, & Damafonio.

DORONICI Mesueo, Actuario *Carnabadium* est, nobis *Doronicum Romanum* vulgare, forsitan Paulo *Mamiras*, Matthiolo inepte *Aconitū Pardalianche*: qui ut suam de eo opinionem fulciret, in cane periculum fecit, quem illius esu misere periisse profiteretur. Ego præter grauisimorum virorum autoritatē experientiam adhuc oppono: illius namque multum cani quantitatem dedi, quam innoxie & auide esitavit. Singulis quoque diebus tantum abest, ut periculose, imo felicissime datur, & in decoctis, & electuariis cordialibus; ut de gemmis. Et clarissimus vir *Conr. Gesnerus* refert, se doronici radices, melle conditas, sæpe ingessisse, atque harum contritarum aliquando dragmas duas ex aqua hausisse, & agrotis sæpe illam radicem, & per se, & aliquando mistam medicamentis utilissime consuluisse.

Et licet Matthiolo detur, doronicum canes interficere, non propterea sequitur, hominibus esse lethale. Differt enim natura à natura, alimentum ab alimento, inquit Hippocrates *lib. de flatib. Aloe* enecat vulpem, non hominem: *Nux vomica*

feles & aues multas, nobis est salutaris medicina.

Non est igitur improbandum doronicum tanquam venenum, quod aliqui laudant, si non tanquam aroma, certe ut alexiterium; qua forsitan usurpatione videtur à Mesueo institutum in electuario de gemmis, ei siquidem inest theriacalitas, inquit Auicenna *tract. 2. de med. cord.*

Est autem doronicum planta admodum pusilla, cui teneri sunt caules, folia mollia, oblonga, ut plantaginis, ex viridi utrunque flauescencia, hirsuta, pilosellæ ritu, & ambitu rotundo, nonnihil laciniato & parum acuminato: Radices exiguae, rotundae, orbiculatae, in extremo sensim in angustum adductae, quæ scorpionis corpus & caudam non male referunt: color albidus: sapor dulco-amarus, & parum astrictorius: flores in summo lutei & radiati buphrthalmi ritu.

Species.

Nonnulli tres tantum doronici agnoscunt varietates, fere sola magnitudine discrepantes. Clusius septem enumerat, inter quas *damaionium*, Alisma aliis dictum, comprehendere non male videtur: optimaque ratione credunt auctores classici, radicem *damaionii* pro radice doronici vulgaris sumendam esse in confectioe electuarii de gemmis, & aliis compositionibus cardiacis: nam ad venena vel inflata, vel ingesta commendatur radix *damaionii* à Dioscoride *cap. 69. lib. 3.* proin melius dictis concoctionibus permiscetur, quam doronicum, de cuius viribus alii dubitant, alii non tanta pollicentur.

Damaionium.

Est autem *damaionium* effigie doronico non parum simile, folia gerens plantaginis, sed angustiora, laciniata, & in terram conuexa: caule tenui, simplici, cubito altiore: flore exalbido pallecente: radicibus tenuibus, acris, odoratis, & ad venenata conferentibus.

Vires.

Doronicum accedit proxime ad tertium caloris & siccitatis gradum, vteri flatus discutit, cordis palpitationi prodest, venenosis & pestilentibus morbis confert & serpentum moribus.

CAP. LXIII.

De Carduo benedicto.

ATRACTYLIDIS, quæ Cniciflyestris *Species atractylidis.*
Roeticaulis.
 Species quaedam est, duæ sunt differentiae; prior, quod recta assurgat, *Roeticaulis* dicitur; secunda, quod surculis aliquantum humi stratis procumbat, *straticaulis*, & vltiore & conuenienti nomine, *Carduus benedictus* dicitur. Planta est omnib. cognita, cuius caulos teretes sunt, obsequiosi, brachiati, humi accumbentes: folia utrinque laciniata, subspinosa: in singulorum surculorum fastigiis capitula, spinosis foliis, aculeisque pungentibus stipata, ac muricata, vnde *Acanacia* dicta molli lanugine & semine oblongo, fusco, velut pilis barbato, turgida: flos ex luteo pallefcit; radix pro ramorum & foliorum numerosa mole parua, albida, & in fibras diuisa.

Carduus benedictus.

Carduus benedictus ob insignem amarorem calefacit, cor & partes vitales roborat, sudorem mouet, venenis resistit, pestilentibus morbis confert, renum ac laterum dolores mitigat, lumbricos ventris interimit, & contra serpentum morsus valet.

Vires.

CAP. LXIV.

De Cardiobotano, seu Cardiacæ.

MYREPSVS ad *Martiani unguenti* confecturam ponit Cardiobotanum, Nic. Præpositus Cardumcellum: quid vero sit utrumque, facile non est diuinare: nonnulli pro Carducello chamæleonem album, non aculeatum; pro Cardiobotano, carduum benedictum sumunt: alii *Cardiacam*, seu *Agripalmam*.

Dicitur vero *Cardiacæ* ab effectu; Ad eordis enim affectus conuenire creditur: Mirum tamen, quomodo tanta halitus insuauitate, cor lactificet, quod sua uolentibus vnice delectatur. Est autem *cardiacæ*, seu *agripalma* (sic enim sæpe nominatur) planta cubitalis; raro enim breuior est, altior

Agripalma.

altior sæpe quadrangulos caules profrens, duos, crassosque ex nigro rubentes: folia lata, obscure virentia, ad verticam accedentia, laciniosa, profundisque incisuris diuisa: flores paruos ex purpureo candicantes, verticillatim furculos ambientes, & ex cauliculis exeuntes. Nascitur locis incultis, lapidosis, asperis. Nonnulli melissam esse dicunt: alii Syderitidem Herculanam.

Vires.

Calida & sicca est ordine secundo abstergit, expurgat, ventris lumbricos interimit, obstructiones tollit, conuulsis prodest, & cordis affectibus medetur; minime tamen cardiacam esse factor illius portendit.

CAP. LXV.

De Chamaleone nigro.

Chamaleon albus.

CARDVORVM pene innumeræ sunt varietates, ad quas refertur Chamaleon vterque, albus videlicet, nigerque. Albus fere sine caule est, & è medijs folijs per terram stratis, latis, longis cynaræ finitimis, caput echinatum promit. A multis non sine ratione pro Carducello sumitur Niger vero Vernilago & Carduus niger Romanis dictus, caulibus assurgit crassioribus, altioribus, folijs longis, latisque, vtrinque profundis sectionibus diuisis. In summitatibus erumpunt velut glomeruli multi, in umbellam coacti, stoculis pluribus micantes. Radix valde crassa est, exterius nigra, interius flauescens, gustu valde acris.

Vernilago. Carduus niger.

Radix chamaleonis nigri malignæ cuiusdam qualitatis est particeps, nec vnquam sumitur intra corpus; exterius vero sæpe & tuto adhibetur, præsertim alijs mixta medicamentis, vt in emplastro tonsoris videre est. Aliorum enim simplicium concursu, retunditur illius feritas, & quibusdam postea affectibus effectus salutes pollicentur, vt ischiadi & pluribus cutis infectionibus.

CAP. LXVI.

De Cynara, seu Scolymo.

TRIVIALIS est notitia Cynaræ, Scolymos Græcis dicta, cuius potissimum *Species.* duæ constituuntur differentia: altera enim sic dicitur simpliciter, seu Articaulis; altera spinosa & Hispanica, quæ è genere carduorum est, imo vtraque ex eorum tribu deprompta, sed cultu & arte lætior em faciem & saporem gratiosum adeptæ.

Cynaræ folia longa, lataque sunt & incisuris profundioribus vtrinque laciniata, colore cineritio albicantia; vnde forsitan Cynaræ nomen: Surculi bicubitales sunt, in summitatibus fructum folijs triangulis, crassis, duris, medullosis, squamarum instar compactum, pini como similem proferentes. Fructus hic tamdiu coctus, vt mollescat, esui gratissimus est, vulgo *popum articaulis* vocatur: non tamen adeo rebus veneris inseruit, vt plerique autumant. Parum enim materiæ genitalis, & flatulenti spiritus dat corpori, succi melancholici plurimum, Galenus lib. 2. de *alim. facult.* Flores ex tenuibus & innumeris staminibus conglomerati eleganter ex æruleo purpurascunt, qui senescentes abeunt in pappos, remaneantib. seminib. paruis, oblongis, vt carduorum. Cynaræ spinosæ vultum gerit Scolymos sylvestris, seu carduus coagulatorius. Caules tenelli Cynaræ (quam multi *Articoecum* & *Articoecalum* vocant) saccharo conditi esui grati, & in obsonijs celebrati.

Scolymus. sylvestris.

Cynara Galeno edulium est prauis succi: calefacit ordine secundo, biliosum & melancholicum succum generat, vrinam mouet: Radix eius ex vino cocta & pota, graueolentiam alarum, & totius corporis per vesicam vna cum lotio pellit.

Vires.

CAP. LXVII.

De Phu, seu Valeriana.

PHY, quod nonnulli, referente Dioscoride, *sylvestrem nardum* appellat, Plinius

Ec 3 nardum

Marinella.
Species.
nardum Creticam, Valeriana est, quibusdam *Marinella* dicta; cuius quinque nascuntur & noscuntur varietates; prima dicitur mas; secunda femina; tertia parua; quarta rubra; quinta Græca.

Prior sola Dioscoridi nota, caulem pro-mit cubitalem, & sæpe altiorem, geniculatum, concavum, interuallis rarioribus articulatam: folia ei oblonga, lata, lauta, virentia, sinuata, Elaphobolci foliis admodum similia, bina e singulis furculorum geniculis exeuntia, flores pulchelli, parui, umbellatim in summis ramulis collecti, purpurantes, odori: Radix digitalis spissitudinis transuersa fibris pluribus terræ summæ adhæret.

Vires.
Vim habet calefactoriam & alexiteriã, vnde quibusdam *Theriaca*, & *herba benedicta* dicitur, & antidotis miscetur. Vrinam quoque & menstrua pellit.

Reliquarum Valerianarum descriptio, quarum nullus aut rarissimus est vsus, ex rei herbariæ scriptoribus petenda.

C A P. LXVIII.

De Fumaria.

Vnde dicitur.
CAPNOS, seu *fumaria*, vel *sumus terra* Latinis dicitur, quod succus eius oculis immisus, lachrymas quasi vellicando excitet, vt fumus. Herbulæ est notissima in aruis, hortisve nascens, coriandro aliquantum similis, fructicosa & prætenera. Flosculos edit plurimos, rubellos, & interdum albidos, atque altera parte instar cristæ auiiculæ Coridalis, quam alaudam cristatã, seu galeritam vocant, acuminatos. Eius duæ differentiæ traduntur; prima & vulgaris inter segetes, & in locis apricosis fructicat; alia vix nisi in hortis inuenitur bulbosa, subcineritia, floribus interdum albis, interdum luteis, aut alio colore variegatis.

Vires.
Fumaria omnis acris est, & amaræ facultatis, biliosam vrinam mouet, sanatq; ictericis obstructionem & imbecillitatem.

Eius vero succus in oculos instillatus mirifice oculorum caliginem summouet, & visum acuit.

Vulgaris in frequenti est vsu, à qua duo syrups nomen habet; vnus de fumaria minor; alter maior dicitur: hic perpetuo paratus seruatur in officina Pasch. Bazoini Pharmacopœi doctissimi.

C A P. LXIX.

De Euphrasia.

EUPHRASIA à nonnullis ophthalmica & ocularis herba dicta, pumila planta est, vix pedem alta, cauliculos e radice tenui & fibrosa graciles & nigricantes proferens, folia parua, serrata ad chamædryn accedentia, flosculos albos minutis punctis maculatos. Nascitur ruri in locis macilentis, siccis, strigosis, incultis, secus vias & agrorum margines modo non umbrosas. Circa autumnii initium floret, tuncq; colligitur & seruatur, vel aqua ex ea recenti destillatur optima ad oculos, quibus præ aliis valde conuenit, vnde Germanis *solan oculorum* dicitur, quibusdam *Euphrasye*, quod animum exhilaret; quem ob effectum eadem etiam nomenclatione designatur buglossum.

Calefacit leniter, desiccatur potenter, oculis confert insigniter: Sumpta enim & adhibita caliginem auferit, morbisque omnibus oculorum pituitosis prodest. Vinum, cui multa euphrasia vindemiæ tempore maceratum fuerit, mira efficacitate iuuat oculos, & eorum affectus expugnat.

C A P. LXX.

De Centaurio minore.

CENTAVRII duo traduntur discrimina; vnum dicitur maius, quod rha-ponticum non est, vt diximus supra; alterum minus, quæ vultu & viribus multum inter se dissident: nã maius caules erigit bicubitales, folia oblonga, ex multis cohæ-

coherentia, in margine crenata, in virgarum fastigijs capitula turbinata, lacee modo squamis herbidis inducta, ex quib. flores eum punctaminei, caerulei & elegantes. Istud non magis fit in re medicamentaria, licet dignitate quadam veteres modo Centaurium, modo ex his nonnulli Panaces dixerint.

Minus vero frequentius vsurpatur, & à virium, quibus pollet, dignitate ad febrü halosim, seu expugnationem *Febrifugum* sæpe vocitatur: aliquando ab insigni eius amare *fel terra*; aliquando & *Limnison* nuocupatur.

Fel terra.
Limnison.

Planta parua est, cauliculo assurgens pedem tantum alto, anguloso, folijs induto exiguis hyperici similib. per interualla binis: florib. in summitate coronato paruis, purpureis, interdum explicatis ante exortu, & post occasum Solis reclusis: Succedunt siliquæ perbreues, in quibus grana minutula coarctantur. Nascitur vltro locis incultis, herbosis, macilentis, aeri libero expositis. Inuenitur in multis locis cum flore luteo, interdum albo: Vidi, qui comam media sui parte purpuream altera albam gereret.

Vires.

Centaurium minus potenter calefacit, vlcera antiqua expurgat, ad cicatricem ducit. Eius decoctum hepatis obstructions tollit, & lienem induratu iuuat: Succus in passo vsurpatus, menses & foetum educit; cum melle oculis illitus caliginem tollit.

C A P. LXXI.

De Rhapontico.

RHAPONTICUM Rhabarbarum non est, neque etiam Centaurium maius, vt multi multa inter has stirpes affinitate decepti crediderunt: Nam *Rhaponticum* peregrina radix est, in his, quæ supra Bosphorum Thracium, ac Pontum Euxinum sunt, regionibus proueniens raphani maioris crassitudine, subnigra, ac rufescens, centaurio magno similis, fractu facilis, intus colore ex atro subrubescente & ferrugi-

neo, sapore subamaro, astrictorio, acrimonia: omnis experite, odore fere nullo.

In multis Gallie hortis, eorum maxime, qui ratis simplicibus perquirendis, emendis, studiose alendis operam sedulam nauant, nunc Rhaponticum late virens inuenitur, quod antiquorum Rhapontico tam bene conuenit, vt ipsissimum esse & autopsia efficit, & ratio suadet, vt credamus.

Optima Rhapontici radix ea dicitur, quæ cariem non sensit & commanducata, cum remissa astrictione in ore lentescit, coloremque reddit ex pallido rufescentem, & ad croceum vergentem, qualem quotidie videmus in Pharmacopolijs Lutetianis. Nunc enim valde rara non est, & à cunctis pene seplasiarijs agnoscitur.

Valeat ad stomachi imbecillitatem, ad *Vires.* lienosos, hepaticos, coxendicum dolores, ad conuulsa, rupta, februm circuitus, venenatorum animalium morsus, & vtilissime antidotis admiscetur.

C A P. LXXII.

De Meu.

MEU, siue, vt alii volunt, *Meum* duplex *Species.* est; vnum laudatissimum, quod in Macedonia reperitur, sed copiosum in Athamante, vnde *Athamanticum* dictum: alterum magis vulgare, quod in multis Gallie & Italiae regionib. viret, quod herbarii nunc *anethum syluestre*, nunc *feniculum tortuosum* vocant. Vtrique folia tenuia sunt angusta, capillacea; surculi graciles cubitales, in quorum summitatibus produnt umbellæ cum flosculis candidis, quos semina consequuntur angulosa, oblonga, cumino maiora, odorata, cum acrimonia quadam amaricantia. Subsunt radices admodum tenues & odoratæ.

Athamanticum.
Anethum syluestre.
Feniculum tortuosum.

Meum calefacit ad ordinem tertium, sic *Vires.* cat ad secundum: incidit, attenuat, expurgat, obstructions aufert, vrinam & menstrua cit, inflationes stomachi discutit, iecoris infarctus tollit, & vitia renum emendat.

C A P.

CAP. LXXIII.

De Anetho.

ANETHVM & Medici & mulieres commendatissimum habent: Hæ enim sedulo Iunio mense, quo scilicet tempore suis flosculis comatur, & suavissime fragrat, excerpunt vel secant, siccant, seruāt, & simul cum vestibus recondunt, ad iucundum illis odorem conciliandum. Medici vero simul & semine vtuntur ad multa vtilissimo, vt dicitur.

Assurgit autem anethum bicubitali proceritate, surculis rotundis, geniculatis, foliis tenuissime dissectis, & veluti capillaribus: flosculis in muscario luteis: semine dein plano, admodum tenui, ac foliato, ex flauo pallecente: radice dura, ac fibrosa. In hortis seritur, & semel satum sæpe quotannis ex deciduo semine reuiuiscit. Grauis vtrunque est anethi halitus, sed tamen iucundus ac suavis.

Vires.

Excalfacit & siccit ordine secundo, atque introsumptum vrinam cit, tormina ac inflationes sedat, si agulum lenit, lac euocat, & eius copiam auget, incidit, attenuat, & humores ad coctionem perducit.

CAP. LXXIV.

De Petroselino Macedonico.

PETROSELTVM aut vulgare est, ac nostris in hortis frequens, Medicis *apium hortense*, vulgo *Persilium* dictum, quod vt gratissimum olus, in culinis celebratur, vt prima sectione notauius; vel *Macedonicum*, quod non prorsus simili modo à rei herbariæ scriptoribus depingitur. Lobelius enim fere domestico simile contendit, caule, foliis, umbellis, seminibus, sed in locis præruptis & saxosis gignitur, vnde *Petrapii* & *petroselini* nomen, adeo, vt vnum sit nostras & hortense; aliud vero syluestre & Macedonicum. Fuchsius vero folia dat ei pimpinellæ, & semina ammi, eaque odorata, acria, & aroma olentia perhibet. Hoc non tantum ex Dioscoride rescituit,

sed vidit, & expertus est. Cum enim semen petroselini, quod pro Macedonico seruabatur, terræ mandasset, plantam habuit & foliis pimpinellæ respondentem, & semen his conditionibus absolutum; quas ei tribuit Dioscorides.

In Macedonia copiosum & laudatissimum nascitur; maxime vero in locis saxosis & asperis. Læte virens in horto Ioan. Gonerii Pharmacopœi Paris. alitur, vt & aliarum multarum stirpes raræ & pretiosæ.

Calefacit & siccit insigniter, vrinam mouet, menstrua ducit, colico dolori prodest, tormina sedat: laterum quoque, renum & vesicæ doloribus sumptum medetur, flatus discutit, attenuat, incidit, vtilissime Antidotis admiscetur.

CAP. LXXV.

De Coriandro.

TAMETS I Coriandrum herba sit vrosu- sum & tetrum odorem spirans, hortense plane est, & studiose seritur & colitur. Eius enim grana dum resiccantur, halitum grauem & ingratum deponunt, & suauiter olent. Surculus ei admodum tenuis, teres, cubitalis & ramosus: folia primo exortu adianti similia, laciniosa, in tenues ac varie incisa: nam eorum pars cauliculo propior minus; remotior, magis secatur: flosculi candidi sunt in umbellis laxis: semen nudum, rotundum, firmum, nonnihil striatum, ac inane, quod primum viret, dein arefcens ex luteo albecit: radix breuis, dura, ac fibrosa: foliorum teter ac putidus odor & cimices redolens.

Semen aceto solet præparari ad qualitatis cuiusdam inimicæ castigationem, quam tamen sola desiccatione amittit, & innoxie sine præparatione sumitur.

Coriandrum, seu *Coriannos*, aut *Corion Vires*, ex Dioscoride, vim habet refrigeratorem, & cum pane aut polenta, erysipelatis, herpetibus & inflammationibus medetur, à quo tamen optima ratione dissentit Galenus, probatque calidum esse, nec valere ad erysipelas exactum, seu exquisitum, sed tantum cedema-

cedematodes: nam calefacit moderate, reficcit manifeste, atque astrictionis nonnihil obtinet.

CAP. LXXVI.

De Capparibus.

CAPPARIS in multis regionibus sponte nascitur, nullo aut exiguo cultu, atque vberiore prouentu in locis ficcis & agris desertis, citra rusticorum opem. Frutex senticosus est, humilis, spinis aduncis hamatus, cuius ramuli aculeis horrentes orbiculariter per terram sternuntur: Folia circinata veluti mali cotoneæ, e quorum aliis pediculi erumpunt longi, umbones, seu capitula rotunda proferentes, quibus debilescentibus, flores candidi panduntur, quibus succedunt fructus oblongi, acinoso semine pleni.

Ista florū rudimenta, seu capitula priusquam sese explicent, & adhuc nodosa solent euelli, muria conditi, & in pharmacopoliis seruari pro capparibus, quæ minores maioribus creduntur præstantiores. Conditura redduntur suauiores & salubriores ad medicum usum & esum. Radix quoque præscinditur, cortex separatur, siccatur, seruatur. Parum autem alimonie Cappares vescentibus promittunt, quod partium tenuitate polleant, & medicinæ potius cibo nascantur: à Muria tamen quendam mutuantur saporem stomacho pergratum, qui fastidientes sæpius inuitant ad epulas, & languentem appetitum reuocant.

Capparis (& fructum & radicem intelligo) exalfacit, extergit, purgat, incidit, digerit, lienem roborat, iuuat, minuit, obstructa tollit, & morbis à splenis infarctu & imbecillitate originem ducentibus conducit.

CAP. LXXVII.

De Periclymeno.

PERICLYMENON Romanis *volucrum maius* dicitur, aliquando *Capri-folium*, à Scribonio Largo *Mater sylua* & *matrisylua*; à nonnullis *Lilium inter spi-*

nas, Frutex est furculosus, lignosus, scanforius, & sese vicinis arboribus conuolvens ac circumligans, & ad summa earum fastigia sæpe furculis obsequiosis ascendens. Folia profert ex longis intervalis & singulis geniculis bina, oblonga, leuia, mollia, ex albo virentia, prona parte albiora: flores candidos, & aliquando flauescentes, in longitudinem porrectos, fistulosos, in extremo hiulcos, simul multos, ac velut in seruo congestos, & suauiter olentes, apicibus aliquot e medio exeuntibus. Fructus partim rubens, rotundus, racematim cohaerescens, in quo semen duriusculum; radix crassa & lignosa, cuius nullus est in medicina usus.

Nascitur in syluis & dumetis, & arbuta tam arcte sepe amplexatur, vt suæ circumvolutionis impressum illis relinquat vestigium.

Ex periclymenis quoddam frutices amplexando suos gyros ab oriente ad occidentem, aliud ab occidente ad orientem ducit, idque semper & locorum vbique.

Periclymenum euidentissime calefacit, siccaturque, lienem minuit, orthopnoicis confert, vrinam mouet, singulum arect, partus celeritatem facit, calculos pellit, faciei lentigines delet, & longo vsu sterilitatem & viris & mulieribus adfert.

Xylostron periclymeno vultu quidem simile est, sed nullis, vt hoc ipsum, eget adminiculis, vt fuleiatur, sed per se subsistit.

CAP. LXXVIII.

De Genista.

GENISTAM ipse etiam ancillæ agnoscunt, quam colligunt & colligant ad scopas. Nascitur in locis incultis, macris, & aridis, præsertim nostras, quæ syluestris est, nam Hispanica, non nisi apud nos hortensis, atque vix fruticans, syluestri similis, sed virgultis, foliolis, & floribus maioribus.

Hispanicæ flores grauius spirant, virgulta

Ff

Vires.

Nomina.

gulta suavius, syluestris contra flores suauiores, virgulta admodum reera.

Genistella.

Est quaedam humilis genista, seu *genistella* dicta, cuius cauliculi haecillae, in membranas alas, pro foliis extenduntur, à Medicis aurem negligitur, nec vilius eius celebratur vsus. Genista floret initio veris, tuncq; flores nondum perfecte explicati, & aceto & sale conditi, seruantur ad hycemem pro acetariis capparum more.

Vires.

Calefacit & siccatur ad recessum vsque secundum: flores potissimum commendantur ad lienis, & iecoris infarctus expedientes: semen tritum & potum ad ʒ. j. aut ʒ. j. s. cum aqua mullæ ʒ. iij. aluum turbat & subducit, vesicamque aperit, & stranguriam medetur.

CAP. LXXIX.

De Sabina.

Species.

SABINÆ duæ traduntur differentia, vna baccifera, altera fructus omnis expers: Vtraque vix procera, iunipero valde similis, & perpetuo virens. Quæ baccis nõ grauidatur, graueolentior est, rigidior, & breuibus spinulis asperior, coma perpetuo virente, odore molesto, sapore feruido & acri: Hæc pumila semper fere est, in latitudinem sese diffundens, nonnunquam tamen in altum assurgit, dum eius rami caulem dantes præscinduntur.

Non baccifera.

Altera minus horrida est, nullis pungentibus spinis aculeata, & tamarisci admodum similis, odorem minus tetrum spirans, quæ superior, baccas edens subpunicæ ac resinosas. Hæc raro in regionibus frigidis delectatur, in multis vero calidis, vt in Gallo prouincia sponte, & copiosa nascitur.

Baccifera.

Præter dictas, alia arborescens amygdalirituac magnitudine à Belonio visa est, in Creta & Mysia, cui credere malo, quam inibi peregrinari.

Arborescens.

Vires.

Sabina tertio gradu calefacit siccaturque, sanguinem per vrinas ducit, menstrua suppressa mouet: Cum vino sumpta, vel adhibita foetum excutit, vel viuentem, vel mortuum.

CAP. LXXX.

De Roremarino.

Species.

DVABVS plantis multum diuersis nomen Libanotidis, quam *Roremarinū* dicunt, à Dioscoride c. 87. lib. 3. datum est: Prior ab eodem vocatur *libanotus facunda*, frugiferaque, cuius folia fœniculi similia sunt, humi sparsa, iucunde olentia: caulis cubitalis, aut altior, concauus, umbellis capitatus, ex quibus semen habetur oblongum, & acre, Canchrys dictum. Tres huius differentia perhibentur, Prior enumerata; Secunda illi valde similis, excepto semine, quod latum est, vt Spondyli, nec mordax, nec acre; Tertia nec florem, nec semen profert.

Rosmarinū ferulaceum.

Est aliud *rosmarinum coronarium* dictū, ferulaceo *superius* descripto multum dissimile: est enim frutex lignosus, caules habens multos, tenues, longos, foliis angustis, crebris, duriusculis, subtus albicantibus, superna parte viridibus conuestitos, ac floribus hinc inde multis, ex cæruleo candescentibus coronatos. Odor vtcunq; grauis, non tam ingratus, vt qui caput ac cerebrum & neruus roboret. Passim in hortis plantatur, & in calidioribus Gallia regionibus sponte prouenit. Bis floret quotannis. Vere & Autumno.

Excalefactoria qualitate præditum est. Ictero feliciter medetur, si eius decoctio ante exercitationem bibatur; deinde exercitatus balneum ingreditur, & merum poter, neruorum resolutioni prodest, stupori & morbis omnibus cerebri à frigidis humoribus natis.

Vires.

CAP. LXXXI.

De Agno casto, seu vitice.

IN multis calidis regionibus, ac fluminibus, & asperis locis, vt torrentium alueis, arbuscula quaedam nascitur odora, *Agnus castus*, seu *Lygos*, & *vitex* dicta, foliis cannabinis, sed in ambitu non serratis; oblongis, acuminatis, & unico pediculo coherentibus.

coherentibus. Ramos promit longos, lentos, fractu pertinaces: flores subpurpureos, verticillatim, ac spicato ordine: turculorum fastigia circumdantes: Semen rotundum Cardomomo minori simile. *Dioscorid. cap. 36. lib. 1.* Dicitur *Agnus castus*, quod ad castitatem conferat, foliis & floribus sampsis & substratis.

Calefacit & siccat insigniter, & flatus omnium maxime discutit, venenatis ictibus & lienosis auxiliatur, menses ciet, seminis motum cohibet, nocturnas veneris imaginationes, vt semen rutæ compescit, ob id matronæ in Theophrasti Atheniensium, castitatem custodientes huius foliis toros sibi sternebant.

CAP. LXXXII.

De Fraxino, & Ornithoglossa.

FRAXINUS arbor est procera, *Melia* & *Milia* Græcis dicta, non modo ad supellectilium ligneorum fabricam, sed rem medicam utilissima & aptissima, ex cuius cortice, ligno, fructu multa percipiuntur commoda. Assurgit autem caudice multum crasso, & alto, cortice inuoluto, tenui & leui, foliis oblongis, velut ex multis constantibus, & vno pediculo adherentibus, glyzyrrhizæ, aut iuglandis modo.

Absque prægressis floribus conspicuis, siliquæ simul multæ & colligatæ ex vno pediculo, à ramis teneris prodeunt, quæ quod auium linguam referant, aut medulla intus conclusa veluti ligulam exprimat, *lingua auium*, *Ornithoglossa* Græcis dicta, nominantur.

Tanta vero antipathia à veteribus traditur inter serpentes, & hanc arborem esse, vt malint ipsi in ignem prosilire, quam frondes aut ramos perreptare, si iisdem & igne circumdantur: potius enim lignum, quam ignem aufugiunt.

Fraxini folia, vt etiam cortex, moderate calefaciunt, efficaciter siccat, semen vero, quod *Ornithoglossum*, & aliquando *Ornithoglossum* nominant, calidum & siccum est recessu secundo. Quod si tanta sit huius arboris contra serpentes facultas, vt etiam

sola ipsius umbra abigantur, multo potentiores aduersus venena præstabunt effectus folia, aut succus, aut alia partes arboris, dum assumuntur, vel adhibentur. Ob id feliciter vsurpantur ad eorum affectuum curationem, qui malignæ cuiusdam qualitatis sunt participes, vtiliterque antidotis admiscuntur. Semen autem valde commendatur ad stimulos veneris excitandos: medetur & iccoris, lienisque doloribus ex causa frigida cum vino.

CAP. LXXXIII.

De Visco querno.

VISCERITIA sunt genera, vnum Plinio, *Species* Scribonio, & Hesichio venenum est, quod ex chameleone nigro, appetente canis ortu, interdum *collachrymare* traditur, ab ipsis *Ixia* nominatum: alterum malacticum est, a uibus inuisicandis & captandis dicatum, quod ex corticibus aquifolix elixatis, in fimo sepultis, putrefactis, tritis, & aqua lotis, ad corticem separationem paratur, remanente tantum viscilagine.

Tertiū est veluti planta plantæ adnata, quæ se non sua seminat arbor, inquit Virgil. *Æneid.* Et quæ, cum in terra non feratur, aut sata nusquam virescat, in aliena planta læte nascitur & fruticat, perpetua fronde ac semper virente. Nascitur autem non in arbore singula, sed in quamplurimis, usque dissimilibus, vt in quercubus, pomis, pyris & domesticis, & syluestribus, salicibus, oxyacanta, populo & aliis multis.

Excedit vero rarissime cubiti altitudinem, sed in latitudinem sese diffundit, ramis multis, breuibus, geniculatis, lignosis, dilute virentibus, foliis oblongis, latusculis, striatis, ex viridi nonnihil flavescentibus: baccæ eius geniculis adnascuntur, rotundæ, albæ, splendide, quibus hyeme turdi, merulæ, palumbi, & aliæ aues vescuntur: radices nullæ, nisi arboris viscigeræ fibræ ac rami pro radicibus habeantur. Anile & fabulosum est, quod asserunt nonnulli, viscum nempe non nasci, nisi à semine per auis alicuius, vt turdi aut similis ventrem, prius reddito.

Ff 2 Æque

Viscum unde nascatur. Quodnam sit optimum.

Æque ridiculum, quod Athenæus scribit, Si oīvas, id est, vinago, seu columba sylvestris visci semen comederit, super quacunque arbore alium exonerarit, viscum nasci: Nascitur enim non ex semine, non ex animalis stercore, sed veluti ex sudore arboris illius, cuius trunco adhærescit. Præstantissimum autem & laudatissimum, quod ex quercu habetur.

Vires.

Calefacit cum acrimonia & amaritudine: Ex eorum tamen est genere, quæ non protinus admota calefaciunt, sed quæ tempus requirunt. Discutit, emollit, attrahit: Tubercula, parotidas, cæterosque abscessus cum resina & paricera mixtum maturat, & morbo comitiali efficacissime prodest.

C. A. P. LXX XIV.

De Populo.

Species.

POPULVS arbor triplici discrimine notatur, vna dicitur alba, quibusdam *farfarius*; alia nigra; tertia Lybica, vulgo *tremula*: Hæc locis vdis & siccis æque viret, alix riguis tantum delectantur. Prior caudicem habet crassum, procerum, læui & albicante cortice indutum: folia lata, incisa, angulosa, superne læuia & virentia, inferne albicantia, lanuginosa, tussilagini similia, proluxo pediculo adhærentia, tremula.

1. Populus alba.

Nigra citius in altitudinem sese gerit caudice crasso, læui, albicantē: folio rotundo, oblongo, superne acuto, hederaceo, pediculo longo & tenui appenso. Iulos profert lōgos, ac veluti racemum, cui acinuli hærent piperis rotundi modo, qui, vbi maturuerit, decidunt, antequam sæpe in pappos dehiscant.

Prima huius germina foliorum futurorum rudimenta, oblonga & acuta, pingue quiddam oleosum, ac resinofum habent, digitis adhærescens & subflauum: A Pharmacopœis oculi populi vocitantur, quos Veris initio excerpunt, tundunt, & cum axungia suilla ad mensē Iunium in figulino vase recondunt, ad unguenti populei confectioem. Ex foliis eius apes lachrymam quandam colligunt, ex qua propolidem conficiunt.

Lybica, seu *tremula*, aut montanopopulus à nigra vultu vix variat, sed folia geferrata, pediculis longioribus cohærentia: ob id ad motum ventorum statū citiora, & mutuo inter se collisu crepitantia. A quibusdam Cercis putatur; hæc tamen secundum Theophrastum videtur ea esse, quæ apud nos *arbor Indæ* vocitatur.

Gemma autem populi nigra (sic enim rectius, quam oculi nominantur) tantum in re pharmacaria vsurpantur, facultatemque calefacientem & siccantem habet, & partium tenuitate incidentem ac mollientem: Folia vim eandem sortiuntur, sed imbecillioem: Cum aceto trita & illita podagricis doloribus vtiliter medentur.

An ex populo defluat lachryma in Padum amnem, & coeat in succinum, vt plerique Dioscoridem secuti putant, postea aptius suo dicitur loco.



SECTIO V.

DE SIMPLICIBVS REFRIGERANTIBVS.

Medicamenta non omnibus in regionibus nascuntur optima, sed alia in calido, alia in frigido vberius & latius; nam hic segetes, illic veniunt feliciter vna. Quæ ad meridiem & æstuosum coeli aspectum vergit regio, calida simplicia, quæ ad Septentrionem frigida & præstantiora fecundius alit. Quod si materiei medicamentariae studiosus incumbere hi Medici, qui Asiam, Africam, & peregrinas regiones incolunt, ad suam & suorum incolumitatem fidelius tuendam, multas è nostro solo stirpes, quas non habent, viribus eximis præditas efflagitent, quarum nonnullis & suauius ad alendum, & aliis feliciter ad medicandum vterentur. Multas siquidè habemus, quæ nec in Ægypto, nec in Chyna, aut alibi sub Polo Antiarctico virent, aut arte

arte vlla queunt cicurari. Quavis enim cœli facies, in quouis solo, plantam quamlibet animare, latam, vinacem & fecundam reddere minime potest. Europa autem præter calefacientia multa, infinita pene refrigerantia producit; Inter quæ ea tantum hic enarro, quæ ad compositiones in nostra officina traditas accedunt. In quorum descriptione, de his primum, quæ summe refrigerant, loquor: tum de his, quæ mitius, postremo de his, quæ inter refrigerantia & calefacientia ambigunt.

CAP. I.

De Mandragora.

HVEVSQVE veterarum esse credidi in-
fomniâ, quæ de Mandragora narratur, de quibus plebeculam audiui sæpe garrientem. Ex quorundam tamen veterum tabernis illam et figmenta deprompta esse comperio, qui nimium creduli forsân, quæ ab imperitis audire, literis mandarunt: nam Græcorum nonnulli, quod illius radicem, tanquam philtbrum quoddam ad amatoria conducere arbitrantur, *Circeam* nominarunt. Pythagoras, quod hominis truncum, & artus utcumque representaret, eiusque radices sæpius geminæ, quasi crura duo & clunes ostentarent, *Anthropomorphon* nominavit; Ad cuius nominis allusionem accedit *Mandragora*, iuxta Septentrionalium idioma, apud quos *Man* hominem notat, & *Dragen*, quasi gerês hominis figuram. Anilia tamē fictitiâq; sunt hæc omnia, quibus vâstri circulatorum incautos sæpe decipiunt, dum radículas quasdam bifidas circumferunt, in quibus faciem humanam sculptam, & artus discriminatos agnoscere facile est: De hisque mira & incredibilia narrant, ut ab idiotis nummos extorqueant.

A quibusdam vocatur *malus canina*, ab aliis *pomus terrestris*, eo quod poma ferat rotunda, lutea, vitellis ouorum induratarum similia, odorata quidem, sed virosa.

Eius autem duæ traduntur differentiæ;

vna dicitur mas, seu candida. *μωσα* Græci *Morion*. vocant, nonnulli *Arsen*, alii *Hypoplomon*, *Hypoplomon*. quæ ingentibus foliis, betæ similibus, latis & læuibus viret.

Fœmina vero nigra dicta, folia pauidi angustiora, lactucæ minorâ, aliquantum hirsuta, humi procumbentia.

Poma producit mari similia, sed minorâ; forbi effigie, ex luteo pallescentia. Radices habet sæpius binas, aliquando ternas, inter se conuolutas & intortas, exterius nigras, intus albas, carnosas, longas & crassas.

Mandragora nulla patienter fert Solis æstus, & lætius fruticat in locis vmbrosis & apricis; vnde Mandragora forsân dicta, ut viri quidam docti putant, quod in mandris & specubus sata delectetur.

Dioscoridis tempore colligebatur radicis succus, qui in solatu concretus multo erat in vsu: nunc radicibus & foliis vtimur quidem, sed rarissime, atque in his solum affectibus, qui alia blandiora stupefacientia temnunt.

Ex pomis paratur oleum per infusionem, ut in Officina demonstrauimus, quod prudenter adhibitum dolores quosuis tollit, & blande somnum conciliat.

Rarissime autem Mandragora per os sumitur; atq; his, qui vrendi vel secâdi sût, ne dolores sentiant, aliud quoddâ potius medicamentum opiatum, idoneis simplicibus castigatum datur, quo sine noxa sensus consopiantur. Vis enim mandragoræ non tantum impense frigida est, sed etiam narcotica: Proinde non tuto, nisi prudenter vsurpata: nam inter venena ab Actio *cap. 45. ter. 4. serm. 1.* numeratur.

Mandragoræ quædam planta cognata *Mala insana* est, quæ mala fert ex cæruleo purpurea, cuius magnitudine, quæ *mala insana* nonnulli vocant; Alii *Melongena*, quidam *poma amoris*: Adnascuntur surculo pedem alto, vtrinque foliis solani similibus amictis, è cuius mediâ parte sursum versus, prodeunt flores albicantes, quibus mala succedunt, multa carne turgida, succulenta, granis

Ff 3 par-

Paruis prægnantia. His vtuntur in aceta-
riis nonnulli non sine magno sanitatis dis-
pendio.

C A P. H.

De Solano.

Species. 1

MVLTA Solani perhibentur discrimi-
na, primū Dioscoridi dicitur satiuū
ac hortense. Theophrasto inter olera re-
positum. Nunc tamen nec estur, nec feri-
tur, sed sponte etiam inuitis hortulanis se-
cus vias germinat, adolescit, floret, & bac-
cas gerit nigras, vnde Galli *Morellam* no-
minant: Officinæ *Solacrum*, Græci *Stry-
chnon*.

Morella.

Planta est pedem alta, racemosa, foliis
ezyymi, sed maioribus nigricantibus bac-
cis, racematim coeuntibus, rotundis pri-
mum viridibus: à maturitate nigris. Præ-
cedunt flores purpurei, elegantes, ex quo-
rum umbilico prodit apex luteus, specio-
susque.

Vires.

Refrigerandi facultatem obtinet in-
signem: ob id ignibus sagris cōuenit, capitis
dolori à causa calida prodest; astuantisto-
macho auxiliatur. Eius bacca ad vnguen-
tum *Diapompholigos* efficaciter accedunt.
Stillatitius liquor ad oculorum inflamma-
tionem, & aliarum partium ardores vtili-
ter vsurpatur. Vim quoque stupefacien-
tem cum obtineat, somno conciliando
sepe prodest.

Solanum
Somniferū.

Aliud quoddam *Somniferum*, seu *Dor-
mitorium* nuncupatur, quod videlicet in-
signiter somnum conciliet. Ramosa planta
est, fructu contumax, foliis multris, ac ma-
iusculis, aliquantum hirsutis, & ad effigiem
cotoneæ mali accedentibus, subobscuris:
radice exterius rubra, & vbi aruerit, albi-
cante; flore ampliusculo, subrubro nec a-
spectu valde grato; e cuius cauo fructus e-
mergit rotundus, cerasæ magnitudine, qui
præsentem vtentibus adfert interitum.
Soporiferam quidem opio validius. Mul-
tis in locis agrestibus, & incultis late fru-
ticat, & præsertim in rupibus à mari non
longe distitis, vnde botanici solanum ma-

rinum, Officinæ *Solacrum* vocitant.

Tertium solani genus *maniacum*, seu *Solanum
furiolum* & *lethale*, quibusdam, *Thryoron furiolum*.
aliis *Perisson* dictum, folia gerit erucæ si-
milia, sed maiora ad acanthum accedentia
promit; caules multos, proceros, specio-
sos; florem nigricantem, quem fructus cō-
sequitur ramecosus, niger, rotundus, decē
aut duodecim acinis prægnans. Id esse cre-
ditur, quod multi *Doryon*, vel *dorycion*
nominant. Sunt, qui nihil discriminis esse
inter *Solanum somniferum* & *furiolum*,
seu *Manicum* putarunt, quod tamen ma-
gnum rei herbariæ periti agnoscunt.

Quartum quoddam genus est *Strychno-
dendron*, seu *Solanum lignosum*, quibusdam
amara dulcis, vel *dulcamara*, dictum, quod
vitium ritu pergulas & sepes scandit, foliis
& surculis simiaceis, sed durioribus & ni-
grioribus, floribus purpurascens &
violaceis, ac inuersis. Ex quorum umbili-
co luteolus emicat apex. Succedunt bac-
cæ, paræ, succulentæ & virosæ.

Solanum
lignosum.

Ad solana multorum consensu iuste re-
fertur alia planta, quibusdam *Vua lupina*,
aliis *Aconitum pardalianches*, nonnullis
herba Paris dicta, quam Gesnerus *Mono-
coccorn*, Pena *Solanum tetraphyllum* nomi-
nat. Verum his omnibus solanis, hortense
si exceperis, aut nunquam, aut raro Medi-
ci vtuntur; nam eorum vsus minime tutus
est. At mala ea medicina est, qua maioris
mali periculum adfert.

Vua lupina.

Aconitum

pardal.

Solanum

tetraphyllum.

Alia adhuc stirps ob effigiei & virtutis *Stramonii*.
cognitionem inter solana refertur, quæ
Stramonium, vel rectius *Strychmonium*, à
quibusdam *Lycopersum*, ab aliis *Metel*, à
nonnullis *hyoscyamus Peruvianus* & *Bar-
ryococcalon* dicitur: cuius duo traduntur
discrimina, vnum maius est, quod hominis
proceritatem æquat, & sepe superat: alter-
rum minus bicubitale, aut paulo altius vel
breuius. Vtriusque facies eadem & flores
vtrumque gerit albos, maiusculos, simila-
cis & mulos & poma crassa, spinosa, echina-
ta, in minore rotunda, in maiore acuminata,
cui & folia & omnia maiora.

Refer-

Solanum pomiferum. Refertur etiamnum ad solana alia planta illis cognata, quam officinae *Solanum pomiferum*, nonnulli *Lycopersicum* vocant. Mala enim gerit ex aureo crocea, quae herbarii poma mirabilia, aureave nuncupant. Sunt, qui & Ammonum Plinii ad solana deducere tentant. Dispar tamen vultus, & natura refragatur.

CAP. III.

De Alkekengi.

SECUNDUM Solani genus Dioscorid. *Halicacabus* est, quem officinae Mauritanorum vocem secuta, *Alkekengi* vocant; ob cuius ad multa celeberrimos vsus, seorsim de eo disserere placuit. A vesicae figura, quam eius grana inuolucro quodam membraneo vestita referunt, *Solanum vesicarium* nuncupari solet. In squalidis locis, vt inter vineta, etc. nascitur, & vberissime fruticat, cauliculos cubitales profrens, tenues, rotundos, subrubros, quasi geniculatos; folia solani, sed paulo maiora; flores subalbidos, quibus folliculi vesicarum instar succedunt, primum herbaei, deinde phoeniceii, in quorum ventre, grana rotunda, ceraforum magnitudine, effigie, & colore includuntur, carnosa, & seminibus, planis, teretibus, & subcandicantibus turgidula.

Fructus hi quibusuis, vel etiam pueris notissimi sunt, qui *hyemalia cerasa* eosdem vocitant, & saepe magna quantitate & innoxie mandunt. Vrinam mouendo & saburrae, a renibus & vesica deturbandae, & foras protrudendae mirum in modum conueniunt.

CAP. IV.

De Hyoscyamo.

HYOSCYAMVS, a quibusdam *herbasuil*. *La* dicitur, quod sues eius esu quasi conuellantur; ab aliis *Altercum* & *Apollinaris herba*, quia hyoscyamo dementati, rixando & altercando se torqueant, & velut Apollinis aestro percellantur. Vidit Matthiolus pueros, qui semen hyoscyami con-

ederant, adeo desipere, vt a cacodaemonibus elusos autumarent permulti.

Sunt vero tres hyoscyami, niger, albus, luteus. Nigro folia sunt hirsuta, longa, lataque, vt verbasco; laciniosa, vt Acantho; caules cubitales, & saepe altiores, crassi, brachiati, ac ramosi, qui medio sui flores e fusco pallentes promunt; quibus calices succedunt ventricosi, oblongi, teretes, superne aculeati, pyxidulis aut calathis parvulis similes, & praeseptolis dissepti, in quibus continetur semen exiguum, colore fuscum & obscurum. Radix albicat, crassa, erutu facilis, in alterum annum viuax, perquam utilis ad anodyna, & minus, quam folia, scetens.

Alii duo hyoscyami rari sunt, nec nisi in hortis culti visuntur. Raro quoque ad medicos accedunt vsus: quotidie vero niger vsurpatur. Omnes refrigerant ad tertium ordinem, & vim habent narcoticam: Albus autem reliquis minus & refrigerat, & stuporem inducit.

CAP. V.

De Papauere.

PAPAVERVM duo sunt in vniuersu generata, hortense vnum, & syluestre alterum. Hortense multae varietates agnoscuntur, a florum colore, densitate & figura sumptae. Quoddam dicitur simplex, aliud polyanthon, seu multiflorum; atque vtrumque, vel album, vel purpureum, vel rubellum. Syluestris quoque multa sunt discrimina, vt nigrum, rubrum, rhoen vulgo dictum, *spumosum* & *corniculatum*, Cuius adhuc quatuor differentiae videntur; vnum commune est, & luteum, alterum violaceum, & duo phoenicea.

Satiuum furculis vt plurimum bicubitalibus sese erigit, foliis oblongis, pallidis, per ambitum ferratis, nullo pediculo adhaerentibus, floribus vel candidis, vel rubellis, vel alterius coloris pro stirpis varietate, capitibus rotundis, oblongis, in quo-

Solanum vesicarium.

Vires.

Altercum.
Herba Apollinaris.
Vires.

Species.
Niger.

Vires.

Species.

Papauer Satinum.

quorum cellulis semen includitur, vel nigrum, dum ex papauere nigro, vel album, dum ex albo sobolefcit.

Papauer Erraticum.

Erraticum seu *rubrum* dicitur *μυκρὸν ποιδίς*, quasi fluidum, à flore celeriter decidēte. Folia gerit erucæ similia, incisa, aspera, flores rubros & semen rufum. Nascitur in aruis potissimum inter segetes.

Spumeum.

Spumeum Mathiolo ignotum, à quibusdam recentioribus pro Gratiola, ab aliis pro saponaria sumitur.

Corniculatū.

Coratices seu *corniculatum* folia habet subalbida, in ambitu erratici modo serrata, flores luteos, fructum paruum, seu siliquam, vt cornu inflexam, corniculo fœnigræci similem.

Passim in hortis studiose cultis & pinguibus ob florum elegantiam feri solent papauera polyanthea, fimbriata, patula, rosea, variorum colorum.

Papauerapolyanthea. Vires.

Omnibus autem inest refrigeratoria facultas, sed erratico cæteris maior; ita, vt eo solo quis vti non possit innoxie, sicut satiuo achortenfi. Omnibus quoque vis hypnotica, sed validior nigro, quod malignæ cuiusdam qualitatis est particeps, adeo, vt si quis immodice vtatur, veterno quodam, tanquam lethargicus detineatur.

E papauere vulnerato aliquando sponte gummeus quidam liquor dimanat, quem *κατ' ἰσχυρὸν ὄσπον*, & *ὄσπον* antiqui nominant, ad sensus stupefaciendos, somnum conciliandum, & immanitatem alieuius doloris placandam, vel certe fallendam utilissimum, quo solent Turcæ castra sequentes vtī, vt ad pugnam sint alacriores, & tanquam ebrii ad pericula quæuis minus formidolose sese præcipitent.

Opii qualitates.

De eius qualitatibus primis adhuc certatur, cum primæ notæ Medici, qui de re medicamentaria scripserunt, asseuerent, frigidum esse, vltra tertium gradum; cui tamen qualitati refragantur illius amaror & acrimonia, quibus organa gustus feruntur, ac vellicantur; quod occasionem dedit multis calidum esse confiteri.

C A P. VI.

De Semperuiuis.

SEDVM plebeculæ *lombarda* est, quasi *Suis barba*. *Aizoon* Græcis, *Semperuiuum* Romanis dictum, quod semper vireat, & quasi sit frondibus æternum, patientissimum frigoris: nec vlla hyemis rigiditate marcescens.

Nascitur in locis aridis, Soli expositis, *Aizoon ma-* vt super muris & pauperum tectis, ac domorum suggrundis, in quibus læte fruticat, frondibus crassis, carnosiss, mucronatis, cynaræ ritu succulentis & virentibus, circa radicem densioribus, caule interdum pedali, aliquando humiliore, sæpius altiore, frondibus squamatim dispositis vestito ad cacumen, vbi in alias diuiditur paucas flosculis herbaceis & subrubeis coronatas.

Sunt autem aizoi multa discrimina, ex *Species.*

quibus tria in vniuersum agnosco genera, maius, minus & medium. Ad maius, si nominis & effigie habeamus rationem, aloë ipsa non præter rationem potest referri: hanc enim ex illius sobole quasi natam, vtriusque conditio contendit. Ad medium, *Crassula*, seu *Telephion* Græcorum; quod *Aizoon medium.*

Officinæ *sabam inuersam*, vulgus *Orpinū* nominat, vt etiam militaris aizoides, *sedum aquaticum* dictum, videtur attingere. Nam vtrumque peruiuax est, perpetuoque virens, & aizoo valde cognatum, estque medium inter semperuiuum maius, & alia omnia, mox describenda: atque rectius aizooa medium dicitur, quam aliud quoddam hortense, teretifolium & esculentum, quod acetariis admiscetur, nonnullis paruum, aliis medium sedum, vulgo *Triquetradama* nuncupatum; quod à radice paruula ramulos multos & graciles edit, foliolis onustos paruis, oblongis, rotundis, carnosiss, mucronatis, & flosculis luteis & stellatis.

Parua autem semperuiua plurima sunt: *Aizoon* quorum

tercium.
Illecebra. quorum minimum *Illecebra* est, Græcis *αἰζόνη ἀγρία*, vulgo *panis auium* nuncupata, quam multi tertiam sedi minoris differentiam constituunt. Pusilla ac pulchella planta est, ramulis multis repens: floribus aureis, stellatis. Muros & loca saxosa amplexatur: gustu calidissima est, & exulcerans, vnde Germani *pipper murinum* nominant.

Vermicularia.
Cauda muris.
Crassula minor.
Granulosa. Secunda *aizoi* parvi differentia quibusdam *Crassula minor*, Italis *Granulosa*, Officinis *vermicularis*, & aliquando *Cauda muris* dicitur. Paruula quoque planta est, foliis rotundis, oblongis, carnosis, instar vermium mucronatis, è totis ramis exilibus, breuibuscque pendulis: flosculis pallidis, & interdum albidis, *unguenti marriati* compositionem ingreditur. Hæc duo *aizoa* minor insigniter calefaciunt & exulcerant.

Aizoon tertium astringum. Tertium est sedum quoddam maiusculum, æstiuum dictum, quod surculis aliquanto maioribus assurgit, foliis rotundis, carnosis, vt *vermiculata*: sed maioribus, Nuspian semper virer, sed adueniente hyeme marcescit.

Aizoi varietates. Plures adhuc alia stirpes, folio sempiterna, ac perpetuo virentes, & Semper virens vultu, viribusque cognata, ad eorum familiam iuste referuntur, vt *Aizoon hematoides*, *Aizoon scorpioides*; Sedum quoddam *Petreum montanum*, ac *pusillum*, aliud & pusillum, rigidisque surculis fruticis more assurgens.

Vires. *Aizoon* maius refrigerat ordine tertio: ob id ad erysipelata, herpetas, & inflammationes qualis valde conuenit. Ex minoribus quedam refrigerat quidem, sed excessu minore, alia efficaciter calefaciunt simul & exulcerant, vt *vermicularis* & *ilcebra*.

CAP. VII.

De Cynoglossa.

CYNOGLOSSO folia sunt mollicea, lenia, oblonga, pauca lanugine pubescentia, ad tactum minime aspera, ex glau-

co virentia, effigie & mollicie linguæ canis æmula.

Surculi ei teretes sunt, incani, cubitales, & sæpe longiores, in alas diuisi, floribus puniceis ac purpurascensibus coronati. Singulos flores consequuntur quaternaria femina, parua, simul coherentia, hirsuta & lapparum modo vestibis inhaerentia. Subest radix crassa lymphiti magnitudine & colore, atque odore pene soporifero, cuius laudatur vsus ad acres & tenues fluxiones. Multum enim incrassat, & manifeste refrigerat, vnde ambustis vtiliter à mulierculis adhibetur. Frigida & sicca creditur gradu secundo, facultatemque habet cohibendi & incrassandi: ob id basim præstat quibusdam catapotis ab eo denominatis, quæ dantur efficaciter omnibus morbis, qui ab humoribus fluentibus proficiuntur.

CAP. VIII.

De Plantagine.

PLANTAGO, vel aquatica est, cuius tres Species. agnoscuntur differentia, raro ad medicos vsus ductæ; vel terrestris & communis, à planta absolute *plantago* dicta, cuius frequens sanitati tuenda, & morbis profigandis vsurpatio. Eius duo à Dioscoride traduntur discrimina, maior & minor. Maioris tres sunt varietates, *vulgaris*, *incana* & *rosea*.

Vulgari folia betacea sunt, crassa, lata, lateque virentia: caulis angulosus, subruher, interdum cubitalis, sæpe breuior, in summo spicatus, tenui semine, ac copioso prægnans. Nascitur in vdis & lacunosis locis, & secus vias.

Rosea dicitur, quod umbellam herbi- *Plantago* dam, patulam, foliis permultis, roseo modo, simul coherentibus compactam gerat. In cæteris supradictæ profus similis est.

Minor *plantago* foliis viret angustioribus, minoribus, mollioribus & tenuioribus: cauliculo anguloso in terram inclinato: flosculis pallentibus, seminibus parvulis, surculorum summitatibus connatis.

Gg Vocatur

Lanceolata. Vocatur in Officinis *Lanceolata*, & aliquando *Lanceola*, quod eius folia lanceæ cuiusdam ritu sint acuminata. A quinque fibris & velut nervis, quibus habet distincta, & velut sulcata folia interdum *quinqueneruia* nominatur: ut etiam *septinervia*, cum præter quinque fibras insignes aliquando parvula adhuc duæ quibusdam in foliis emicant. Nonnulli depravate ex quinqueneruia *Centinerviam* effecerunt. Vocatur & *Arnoglossum*, quod folia agnæ linguæ similitudinem referant. Speciatim tamen quibusdam sic tantum dicitur, quæ folia promittit rotundiora & lan.

Vires.

Plantago refrigerat & siccat: sine secundo, astringit, densat, cohibet, abstergit: ob id ad herpetas, erysipelata, inflammationes, & omnes sanguinis eruptiones conducit, fluxiones sistit, dysentericæ & omnium alui fluori convenit, putredinem arceat, & partes quascunque roborat.

CAP. IX.

De *Centinodia*, seu *Polygono*.

CENTINODIA, à nodorum frequentia, ut aliquando *Seminalis* & *Polygonum* à seminis multitudine dicta, nunc *Corrigiola*, nunc à cohibendo sanguine, *Sanguinalis* & *sanguinaria*, interdumque *Proserpinaca*, vel potius *Serpinaca* à serpendo nuncupatur. Herba est humilis, humi reptans, graminis ritu, ramis exilibus, copiosis, nodosis, & genicularis, foliis *ruta*, sed longioribus, mollioribusque, sub quibus minutulum, & multum semen turget, præviis flosculis ex rubeo pallentibus. Nascitur sponte in locis incultis & semitis, pedibusque solet conculcari, nec imbecillius viret.

Vires.

Polygonum mas (sic enim ad alterius feminini differentiam dicitur) vim habet refrigerandi, astringendi, & spissandi eximiam, proinde contra herpetas, ignem sacrum, & omnem inflammationem valet.

Succus eius per os sumptus, cuiuslibet partis profluviium & excretionem cruen-

tam compefcit: alium impensius fluentem sistit.

Datur & feliciter contra stomachi ardorem, & venenatorum animalium morsus.

Aliud *Polygonum*, seu *Centinodia* *femina* dicitur, vno caule, arundini tenellæ, vel magis equiseti simili, in locis aquosis assurgens, densis geniculis, quæ folia tenuia, piceæ frondibus similia in orbem conuestiunt.

Datur & marinum quoddam Officinis ignotum, & inusitatum.

Sunt, qui vocum affinitate decepti pro *Polygono Polygonatum*, & vicissim pro hoc, illud assumunt, sed dissimilis est multum utriusque effigies. Nam *Polygonatum*, seu *Sigillum Salomonis*, planta cubitalis est, & sæpe altior, caule rigido, incuruo, radice crassa, & nodosa.

CAP. X.

De *Symphyto*.

SYMPHYTATRIA magna sunt: *Alum*, seu vulgare & *consolida maior* dictum, tuberosum, & maculosum. Totidem media, *petraum*, *bugula*, & *prunella*. Parua vero multa, ut *Bellides* omnes, *Margaritæ*, à plebecula nominata, quarum multæ traduntur varietates, coronamentis potius, quam officinis dicata.

Symphytum maius seu *consolida maior*, & à foliorum similitudine, *auricula asini*, dictum, caulem edit bicubitalem, folia ampla, longa, lata, crassa, aspera, hispida, ad buglosi effigiem accedentia, sed latiora, obscuriora, & mucronata. Ex furculorum alis prodeunt velut foliorum productiones, in quibus flores elegantiter serie dispositi, intus cani, pallidi, aut sub-rubei adnascuntur, quos nigra sequuntur semina, verbasci similia: subiacent radices glutinosæ, exterius nigra, intus candidæ, quarum est in medicina frequens usus.

Symphytum refrigerat, contrahit, astringit, densat: Enterocelas cohibet, ossibus fractis medetur, sanguinis sreatum & fluorem.

Corrigiola.
Sanguinaria.
Proserpinaca.

Polygonum femina.

Polygonum marinum.
Polygonatum.

Sigillum Salomonis.

Species.

Symphytum maius.

Vires.

Auorem silit, dysenteria proleat, & vulneribus consolidandis adeo est efficax, vt simul cum carnibus, si concoquatur, eandem conglutinet.

Symphytum maculatum. *Symphytum maculatum*, quod passim *pulmonaria* nominatur, thyrsis, fronde, flore præcedenti simile; verum folia ei breuiora, in quibus albicantes maculae conspicuae sunt plures. Nascitur in syluis & locis opacis ac vmbrosis. Creditur ad vitia pulmonum opem adferre.

Symphytum petraum. *Symphytum petraum*, quod in petris & saxosis locis nascatur, dictum, ex paruis & tenuibus ramis sese erigit, origani similibus, foliis paruis, capitulis thymi, radice subruffa, longa, crassaque. Sunt, qui putant, hoc symphytum bugulam esse, sed cum lignosum sit & odoratum, & capitula habeat thymi similia, non parum à bugula differt, vt mox patebit.

Bugula. *Bugula* medium quoddam symphytum est, de quo senior ætas multa & mira prædicauit, adhucq; plebecula sibi persuadet, eum nec Medico, nec Chirurgus egere, qui bugulam habuerit: Addunt & quisaniculam. Folia gerit crassa, oblonga, parum & mucronata, & in ambitu incisa, & subruffa, caules quadrangulos, modice hirsutos, flores ceruleos à mediis furculis ad fastigium multos. A nonnullis Morandola, ab aliis Laurentina, ab aliis consolidamedia nuncupatur. Herba vulneraria est, commendaturque plurimum ad disrupta, fracta, cæsa, conuulsaque membra.

Morandola. *Laurentina.* *Consolidamedia.* *Prunella.* *Prunella* seu *brunella*, vt volunt nonnulli, ex symphytorum tribu est, humilis quidem planta, furculis tenuibus quadrangulis, hirsutis, humi procumbentibus, foliis latis, mucronatis, sed breuibus, parum hispidis, obscure virentibus, viscidis, & pinguibus. Flores vt betonicæ spicatum in furculorū summitatibus erumpunt, è ceruleo obscure purpurei. Ad eadem commendatur, ad quæ bugula; maxime vero ad linguæ nigredinem, quæ per febres oritur delendam, si eius decoctio colluatur.

CAP. XI.

De Oxali de, seu acetosa.

INTER rumicis seu lapathi genera à Dioscoride numeratur *oxalis*, non quod sit veriusque sapor similis, qui in lapathis subdulcis est, & fere insipidus, in oxalide, seu acetosa acidus, vnde nomen, quod è Græce dictum, modo ad folia lapathi mucronata, modo ad oxalidis acidum saporem accommodatur.

Acetosa autem omnibus nota est, eaque duplici genere agnoscitur: Vna syluestris, omnium minima & acidissima, quæ multo luxu fabulosis locis, macilentis, & sæpe inter segetes nascitur. A Belgis *acetosa veruecina*, ab aliis *vineta* cognominatur.

Alteram maiorem, quæ in locis humidioribus delectatur, vt in pratis & hortis multis; cuius duæ statuuntur differentiæ; vna, quæ semper hortenfis est, & repens, ab aliis effigie valde dissimilis; folia namque habet rotunda, & colorem ex subcineritio virescentem; saporem vero acidum, vt reliquæ oxalidis species, sed palato magis aridentem: altera maioris acetosæ differentia omnibus nota est, de eaque vox acetosæ absolute intelligenda est, ob sacros seu magnos effectus *herba sacra* quibusdam dicta.

Oxalis in memoriam reuocat oxytriphillum, seu trifolium acetosam, mulierculis *panis cuculi*, officinis pluribus *alleluya*. Fracastorio *Luyula* dictum. Planta humilis est, in locis syluosis vere nouo nascens, cauliculis tenuibus breuibusque, in quorum summitatibus foliola tria insident, tenuia, pallide virentia, sapore acida, grataque. Flores è breuibus pediculis prodeunt candidi, quinque foliolis coherentes. Pusilla hæc herba cor recreat, putredinem arcet, refrigerat, & aqua ex ea destillata febribus continuis & pestilentibus confert.

CAP. XII.

De Oxylapatho.

NE huic simplicium examini confusio obscuritatem pariat, discrimen constituetur inter Lapathum, Hippolapathum, Hydrolapathum, Oxylapathum, & Lapathum sanguineum. *Lapathum* simpliciter dictum, seu rumex, olus est culinis ex peti- tum, coquis *Patientia*, herbariis *parella* vulgo dictum.

Lapathum.

Hippolapathum.

Hippolapathum vel latifolium est, vel rotundi folium: vtrumque cultum & *Rhabbarum monachorum*, & aliquando *Pseudorha* recentiorum nuncupatum.

Hydrolapathum.

Hydrolapathum duum est generum, magnum & paruum: vtrumque precedentibus simile, nec nisi palustribus & aquosis locis late viret & adolescit.

Oxylapathum.

Oxylapathum in locis incultis vberime provenit, radice longa, crassa, intus flava, seu crocea, sureulo bicubitali, brachiato, foliis longis, latis, striatis, acuminatis, semine herbaceo, lato ex pediculis minutissimis dependente, & tenuibus membranis involuto, colore rufo.

Lapathum sanguineum.

Lapathum sanguineum seu *maculatum*, multi non satis considerate sanguinem draconis vocitant, vt docebimus postea fusius & commodius suo loco.

Piger Henricus.

Ex lapathis quoque est *oxalis*, de qua supra, vt etiam herba quadam, nescio, qua ratione *Piger Henricus* dicta, quam spinaceum olus sylvestre puto.

CAP. XIII.

De Hepatica, hepatorio, & Eupatorio, seu agrimonia.

HERBARIÆ doctrinæ periti hepaticam, hepatorium, & eupatorium ita distinguunt, vt hepatica sit lichen; hepatorium vulgare eupatorium; verum eupatorium, agrimonia: hæc tria, quod hepato- borando & sanando conueniant, eupatoria sæpe & recte dicuntur.

Hepatica.

Hepatica autem sæpe nominatur lichen,

quod contra lichenas omnibus remediis anteponatur, vel quod lapides lingat. Folio constat succulento & crasso, petris vdis & vmbrosis adherente, sub quo cauliculi, pediculorum forma, capitula stellata habentes exeunt. Abstergentem modice, refrigerantem, ac roborantem habet facultatem.

Hepatorium à radice fibrosa moderata magnitudinis, surculos promit bicubitales, ac ramosos, foliis cōuestitos oblongis, cannabinis, per ambitum serratis: flores paruulos, muscosos, dilute rubentes, qui vbi vmbellam pulchellam coronarunt & contabuerunt, desinunt in pappos.

Hepatoriū.

Eupatorium verum seu agrimonia, herba fruticosa est, potentillæ valde similis, sed foliis magis virentibus, vtrinque in partes plures diuisis, per ambitum serratis & hirsutis: Caule tenui, recto, cubitali, vel altiore, piloso, ex cuius partibus diuersis exeunt flosculi, parui, lutei, quos sequuntur semina admodum parua, & altera parte asperula, qua vestibus laneis facile adhærescunt. *Agrimonia* ab Eupatore inuentore, *eupatorium* nominatur.

Eupatoriū.

Agrimonia.

Vim habet attenuandi & expurgandi, & Vires peculiari virtute iecori & aliis visceribus prodest.

Non omittendum est, Mesuem pro eupatorio aliam plantam cubitalem, valde amaram, foliis centaurii minoris, sed in ambitu serratis & asperis vsurpare, quæ à nonnullis herba *Iulia*, à Græcis *Ageratum* nominatur.

Ageratum.

CAP. XIV.

De Primula veris, seu herba Paralysis.

VULGARIS huius herbæ varia denominatio veram dignotionem obscurauit; nam *primiueriam*, seu *primulam veris*, herbam sancti Petri, herbam paralyticam & arthriticam, phlomidem, brachulam cuculi, Tusculanam violam, betonicam albam, & verbasculam vocitari comperio.

Nomina.

perio. Sed inanis esto nomenclaturæ per-
uestigatio, modo res intelligatur ipsa. Pri-
mula veris dicitur, quod primo statim ve-
re vireat & floreat; cuius tres præcipuæ
traduntur varietates, *hortensis*, *pratensis*, *ne-
moralis*. Hortensis vel simplex est, vel mul-
tiflora; atque utraque vel flore herbaceo,
vel ex luteo palleſcente. Quæ virent in
pratis & syluis, foliis quidem valde similes.
sed non parum dispares floribus, qui in il-
lis crocei, parui & fere in odori; in his pal-
lentes, magis patuli & odori.

Primula veris folia multa promit, rugo-
sa, beronica familia, sed longiora, latiora,
pallidiora, è quorum medio centro multi
velut styli exeunt tenues & longi, in quo-
rum summitatibus dehiscunt modo tres,
quatuor, aut quinque flores sublutei, pen-
siles, summis labris denticulati. Aliquando
& vnicus tantum flos pedunculo exili ad-
nascitur.

A florum diversitate octo differentias
obseruavi: alia enim florem herbaceum,
ac viridem & elegantissimum gerunt; alia
album, atque etiam venustum; nonnullæ
rubeum; alia aureum; alia subflauum.
Præterea quædam tantum simplici flore
coronantur; alia multiplici; alia ita proli-
fico, ut alter alteri adnatus videatur. Quæ
simplicem ac luteolum florem gerit, co-
piosa ac sponte provenit in multis infimæ
Neustriæ locis, ac maxime in agro Vallo-
niensi, in quo alia stirpes multæ insignes
late proueniunt.

Neruorum resolutioni, seu paralyſi
confert, & articulorum dolori.

Radiciſ decoctum commendatur ad
infarctus renum expediendos, saburram
protrudendam, & calculos vesicæ expel-
lentos.

CAP. XV.

De Brassica hortensi.

BRASSICA seu caulis, Græce dicta
Crambe, adeo vulgaris est, ut superua-

caneum videretur, longo verborum am-
plexu eam designare, cum propter esum
vbique gentium & locorum seratur, plan-
tetur, colatur, eius tamen omnes varieta-
tes non omnibus in regionibus late vi-
rent, sed quædam hanc, alia aliam tellurē
postulant; vnde quædam *Sabauda* dicitur,
quod Sabaudia tractu magis delectetur,
quæ multum patula est, parum oclusa, fo-
ris virens, in rus alba; alia *marina*, quæ ma-
ritimis in locis sponte nascitur; alia *cauli-
flora*, ac *Italica*, quæ non nisi in Italia, vel
ex semine ex eiusdem solo aduecta, pro-
uenit; alia *vulgaris*, quæ apud omnes v-
berime fructat; alia *caulorapa*, quæ me-
dio caule turbinata est, seu rapata, & quasi
bulbosa.

Præterea à foliorum conglomeratione,
explanatione, incisura, planitie, lauitate,
asperitate, albedine, viriditate, rubedine,
obscuritate & capite *crispo*, racemoso, la-
sciuoso, vel *sessili*, caulium, seu brassicaru
varietates multæ desumuntur, quæ olito-
rib. & coquis, quam Pharmacopœis potius
relinquendæ, marinam si exceperimus, vt
magis medicamentosam.

Crassum succum brassica gignit, ac me-
lancholicum, & caput ebrioso modo ten-
tare creditur, vnde forsitan à Germanis tam
auide in cibos recipitur. Rubra speciali
dote pectori conuenit, & in aliis in ecle-
gmate de caulibus solet præferri.

CAP. XVI.

De Psyllio.

PSYLLIUM *herba pulicaris*, ab eius semi-
nis effigie dictum, planta est parua in-
ter veruæta & sabulosas scrobes nascens,
foliis Coronopo non multum dissimilib.
oblongis, angustis, hirsutis: Coma è medio
caule incipit, capitulis hinc inde ex alis fo-
liorum eminentibus, spicatis, & squama-
tim pimpinellæ globulorum ritu cohæ-
rentibus, à quibus flosculi pusilli, pallidi,
lanuginosi prodeunt; quibus succedit fe-

men paruum, nigricans ac splendens, quod aluum mollit & clementer subducit.

Vires.

In secundo gradu refrigeratorium est, in humectando & siccando quodammodo symmetrum ex Galeno. Hanc vim refrigerandi in *psyllio* etiam agnoscunt, & asserunt Dioscorides & Plinius: unde mirari subit Mesuei falsum de illius qualitatibus iudicium, qui semen eius scripserit, quarto recessu calidum, acre, vlceraans, & venenosum. Hoc credo, ex aliorum relatione precipitanter scripsit, vel ex codice mendoso excerptum, vel forsitan, quod verissimum scripserat, abs quodam immutato fuit. Minor igitur & tutior illius qualitas & usus, quam ex Mesuei lectione patet.

Mesuei error.

CAP. XVII.

De Tusilagine.

TVSSILAGO Romanis dicitur, Græcis *Bechion*, à præsentissima utilitate, quam tussicolis & anhelosis præstat. Pharmacopæorum *ungula saballina* est, sic nuncupata, quod eius folia vnguibus eorum sint ut cunque similia inferiore & auersa parte tomentosa & albicantia, superiore & aduersa, viridia.

Caulis eius ita brevis est, ut vix palmum æquet, unde sine caule nasci nonnulli crediderunt, ait Dioscorides. Flos luteus, radiatus, aureus, taraxaci æmulus, qui nondum egressis foliis, Februario & Martio erumpit, & cum paucos dies persistit, dehiscit in pappos. Radix tenera est, candida, geniculata, quæ vda loca, & fluminum crepidines amat. *Dioscor. cap. 109. libr. 3. & Galen. lib. 6. simplic.*

Vires illius potissimum commendantur ad tussim & orthopnoeam, ait Plinius, atque etiam ad thoracis abscessus, quos illius fumus per arundinem haustus rumperere creditur.

Tota planta nonnunquam Romanis dicitur *Farfarella*. A quibusdam adhuc *Filius ante patrem* nuncupatur.

CAP. XVIII.

De Lupulo.

LUPULUS salictarius, nunc in officinis Lupulus dicitur, planta scanforia est, quæ sensim proserpens arborum vestigia petit.

Nascitur sponte in sepibus & pratorum marginibus, folia habens aspera, cucumeris, aut bryoniæ modo triangula, frutices intextentia; flores subalidos, herbaceos, multis folliculis squamatis compactos, & racematim pendulos, in quibus partium semen continetur. Apud Belgas in magna est autoritate; nam hoc frugibus admisto suas vindemias parant, potum nempe illis, ut & Anglis familiarem, quem *ceruissam Cereuisa* *zythumque* nominant. Vere inchoante turiones adhuc tenelli coquantur, edunturque asparagorum modo ex butyro, vel oleo & aceto.

Lupulus moderate refrigerat, sanguinis ardores compescit, bilem ut cunque ducit, meatus diducit, obstructions liberat, vrinam mouet, ictero medetur, pituitam & aquam in intercute per aluum exigit, & stomachi inflammationes sedat.

CAP. XIX.

De Bisforta.

BISTORTA sic ab intortis & conuolutis *unde dicta.* Radicibus dicta, à quibusdam pro dracunculo, ab aliis pro Limonio, à nonnullis, male tamen, pro Behen Arabum sumitur: Tolerabilis à multis Britannica nominatur, cum eius quædam species asseueretur, & solo radicem colore ab ea distinguitur: nam utriusque facies similis & vis vix dissimilis. Peculiari dote commendatur *Britannica* ad Stomacacem seu Sceleribeben, graue malum Germanis multis, & quibusdam septemtrionalibus familiare; in quo similis interdum contingit, quæ Cælaris

Cæsaris olim militibus accidit, qui cum trans Rhenum iter fecissent, fontem inuenere, cuius aquam cum bibissent, dentes eis intra biduum deciderent, compagesque in genibus soluerentur. Est autem reperta auxilio herba, quæ vocatur *Britannica*. Plin. cap. 3. lib. 25.

Porro bistorta ex radice nodosa, intorta & rubescente, folia longa promit, lata & acuminata, rumicis instar, venosa, superne virentia, inferne ex cæso colore albicantia: caules teretes, cubitales, aut paulo breuioribus, à medio ad summum per interualla minoribus foliis circumuestitos, spicatos, & flosculis purpurascens micantes: semen paruum, triangulum, acetosæ ritu.

Radix potissimum bistortæ in vsu medicos venit. Inodora est, refrigeratoria & astrictoria: partes interiores roborat, putredinem arceat, venenis resistit, & morbis pestilentibus medetur.

CAP. XX.

De *Fragaria*.

FRAGARIA perpetua fronde anno toto viret, nullis caulibus nixa, sed pediculis tenues, lanuginososque abs radicibus emittens, quorum nonnulli folia tantum, alii flores albos, & quinque folios, gerunt: quædam adhuc fibras promit humi repentes, quibus sobolescit: ubi enim terram attingunt, agunt radices, & nouellam plantam ministrant: folia in vno pediculo terna, lata, oblonga, in ambitu serrata, pentaphyllo finitima. A flosculorum occasu globulus herbaceus erumpit, qui sensim augetur albicat, maturescens rubet, & morum paruum exhibet, aliquando candidum, molle, medullosum, vinosum, humidum, gustu suauis, minutulis granis refertum, quod *Fragum* à fragaria, vulgo *Fraizaa* nominatur.

Radix subest fibrosa, capillata & nigricans, cuius, vt & foliorum in medicina vix commendatur vsus, licet ad vnguenti ma-

tiati confectioem accedat: vis enim tota plantæ commendabilis in fructu est, vt *rosarum* in floribus, *malobathri* in foliis, *zinziberis* in radicibus. Sponte nascitur in syluis & locis vmbrosis, latius tamen viret in hortis, & fraga fert crassiora, & suauiora.

Fraga refrigerant, sitim sedant, æstus ventriculi compescunt, parum nutriunt, fugacemque alimoniam corpori exhibent. Aqua ex his stillatitia maculas delet, faciem expurgat, eamque nitidiorum reddit.

CAP. XXI.

De *Pentaphyllo*.

PENTAPHYLLON, seu quinquifolium sic à numero foliorum dictum, plures à radice vnica surculos mittit, sæpius pedales, festucaceos: flores in summitatibus luteos, fugaces, potentillæ similes: folia à singulis pediculis quina, raro plura, oblonga, in ambitu crenata serræ modo. Tota planta subhirsuta est, in albicans, radiceque nititur oblonga, exterius nigricante, subrubra interius. Sponte prouenit ruri iuxta margines aruorum.

Alterum quinquifolium datur foliis magis crenatis, superna parte virentibus, inferna candicantibus & lanuginosis. Tertium quoddam inuenitur repens, cuius viticuli tenues sunt, imbecilli; folia læuia, virentia; flosculi lutei; radices fibrosæ & exiles. In locis stagnantibus nascitur aliud foliis & magnitudine primo valde simile, floribus vt plurimum geminis, obscure rubentibus, quibus capitulum suboritur seminibus multis refertum.

Pentaphyllon (cuius præcipue radix v-
surpatur) ad tonsillarum & asperæ arteriæ
inflammationes confert: contra alui fluorem & dysenteriam vtiliter datur: coxendicum & iuncturarum dolores in potu sanar, erysipelata & scabiem curat, strumias discutit, herpetas cohibet, œdemata reprimat. Radicis adhuc tenellæ succus aduersus venena prodest, & contra iecoris & pulmonum affectus valet.

CAP.

CAP. XXII.

De Spargula seu aparine.

Species.

APARINE furculos habet & folia, vel mollia, & Mellugo, vel aspera, & *Asperugo*, vel *Spargula*, & *Asperula* dicitur. Totam enim plantam scabritie quadam tenacitate praterentium vestibus adhæret, unde etiam Græci *Philanthropon* & *Philadelphion* nominant, Plinius *Lappaginem*, vulgus *Grateronem*.

Est autem Aparine planta iuxta sepes, serotes & inter sentes nascens, vicinis fruticibus adhærescere solita, furculis imbecillis, obsequiosis, quadrangularibus, plures cubitos interdum longis: foliis angustis, stellæ ritu decussatis, ac orbiculatim ramulorum geniculis cohærentibus, ut in rubia, cui non parum similis est: flos ei parvus, albus: semen durum, album, rotundum, concauum, umbilici forma, unde *Omphalocarpum* quibusdam dicitur.

Vires.

Aparine modice extergit & desiccatur: Succus totius plantæ haustus ex vino, phalangiorum & viperarum moribus auxiliatur: Is infusus aurium doloribus medetur: folia trita, in facie vini collecta strumas discutunt.

Gallion.

Spargulæ vel potius mollugini valde simile est *Gallion*, alia planta, quæ à lacte, cui aliquando additur, pro coagulo nominatur, id ipsum enim citissime coagulat.

CAP. XXIII.

De Scabiosa.

EX veteribus vix scimus, quid sit Scabiosa, cum Scobe Dioscoridis non sit, nec pfora Aetii. Est vero planta ob frequentiam & præstantes effectus notissima, folia gerens oblonga, lata, hirsuta, laciniata & incisa eruceæ ritu. Radix illi admodum simplex & longa, caulem sæpius vnicum, sesquipedalem, interdumque longiorem promens, in cuius fastigio flos conspicitur,

compluribus flosculis factus, quorum circumambientes maiores sunt, medii minores: Omnes cum staminibus connatis è cæcis colore inalbant.

Est & altera parvula scabiosa, minor dicta, vix palmum alta, quæ illi flore, foliis & colore optime respondet. Tertia quædam est mediæ magnitudinis, *ouilla* dicta, cuius folia latiora sunt, oblonga, hirsuta, ambitu crenata. Quarta datur, primæ non multum dissimilis: caules gerit cubitales, foliosos, & flores discorum instar in furculorum summitatibus è cæruleo albicantes.

Scabiosa scabiei mederi creditur, pulmonem purgat, tussi confert & aliis thoracis affectibus, nec non pestilentibus morbis, nonnulli frigidam putant, alii calidam, alii temperatam, nec ulla qualitate exuperantem.

Vires.

CAP. XXIV.

De Gossipio.

GOSSIPIVM, siue *Xylon*, vulgo *bombax* dictum, planta cubitalis est, ramosa, brachiata, foliis vitis, sed minoribus; floribus luteis, in medio purpurascens, qui post se nuculas relinquunt, aut potius mala parvula, aristolochiæ rotundæ magnitudine, quæ mature scientia sponte dehiscunt, exitumque parant liberum mollissimæ, albidissimæque lanugini, intus conceptæ & editæ vna cum semine, forma cubebæ, copioso, medulla alba, turgido, & exterius nigricante. Illa lanugo in multos usus humanos trahitur, semen tantum in medicos, eosque multos. Nascitur Gossipium, Barbaris ac Arabibus *Cotum* nominatum, in Sicilia & multis Italiæ & Germaniæ locis vdis & soli expositis.

Semen cotonis seu Gossipii ruffientibus difficile spirantibus, anhelosis & tabidis prodest, nec non aliis vitii pluribus pulmonum hepatis & renum. Oleum ex eodem per expressionem tractum, pustulas & iam herniosas lentigines faciei delet.

CAP.

CAP. XXV.

De *Hispidula*, seu *Aeluropo*, quem vulgus
Pedem cati nominat.

A SIMILITUDINE pedum quorundam
animalium, quam multa stirpes refe-
runt, denominationem mutuuntur, vt *La-
gopus*, *Coronopus*, *Leontopodium*, *pes vituli*,
seu *Aron*, *ungula caballina*, *aluropus*, vul-
gus *pes cati*, qui à tomentosa lanugine, nunc
Pilosella, nunc *Gnaphalium*, & sæpe *Hispidula*
vocatur.

Planta est admodum parua, in collibus
ac locis siccis & Soli expositis nascens, ac
viticulos tenues spargens, quibus fecun-
de propagatur. Cauliculos emittit aliquan-
do pedem longos, sæpius breuiorcs, folia
admodum parua, flosculos suauc rubentes,
& interdum albidos, omnia lanuginosa, imo
tota fere planta extra terram lanugo tan-
genti & videnti est, maxime vero flores,
qui à tomento multo, quo vestiuntur, pe-
dem cati pilosum repræsentant, vnde no-
mè. Copiosam vidi in sylua Byrensi, prope
regium ac structura, omnique ornatu
mirandum castellum Fontis-belaquæ, vnde
Melodunum & Lutetiam defertur.

Inter moderate refrigerantia & effica-
citer astringentia atque agglutinantia re-
ponitur; atque idcirco herba vulneraria
perhibetur, cuius vsus maxime commen-
datur ad rupta, anastomoses vasorum, &
pulmonum affectus, qui ob imbecillita-
tem, laxitatem nimiam, & continendi
sanguinis impotentiam oriuntur.

Ex ea recentiores syrupum pararunt de
pede cati illis dictum, cuius vsum ad vitia
thoracis salubrem compèrerunt. Illius de-
scriptionem in nostro Antidotario de-
dimus.

CAP. XXVI.

De *Meliloto*.

TRIFOLIORVM multa sunt genera, ad
quæ refertur tota melilotorum fami-
lia; Omnes enim ternis diuisuris folia ha-

bent seiuncta, iisdem in locis virent, & fa-
ciem pene eandem fortiuntur. Sunt vero
tres præcipuæ meliloti varietates: Prima
vulgaris est, inter fegetes passim in Gallia
nascens. Secunda multo rarior flosculos al-
bos gerit, surculos & folia priori similia.
Tertia omnium rarissima, quia peregrina,
flores eructat purpurascens, interdum ca-
ruleos & elegantes; In Syria prouenit co-
piosa.

Vulgaris, forsan *Sertula* Romanis dicta
cauliculos hinc inde spargit multos, peda-
les, teneros: folia tribus diuisuris determi-
nata, trifolio, aut potius fenugræco simi-
lia, in ambitu aliquantulum fimbriata; flo-
res luteolos, vel melinos, pisorum effigie,
aceruatim velut in spicam coactos, à quo-
rum occasu per breues erumpunt siliquæ
latiusculæ & nigricantes, semine paruo
pallidoque turgentes. A quibusdam *trifo-
lium odoratum*, ab aliis *corona regia*, à non-
nullis *Serta* & *Sertula campana* vocatur.

Melilotus in qualitate refrigerante & ca-
lesfaciente ambigere videtur, sed astringendi
quandam facultatem obtinet. Omnes inflam-
mationes emollit, præcipue vteri, sedis, in
passo decocta & illita. Peculiariter & contra
meliceridas efficax: Succus eius cum passlo
instillatus aurium dolores sedat: Cephalal-
giæ lenit, si cum aceto rosaceo adhibeatur.

CAP. XXVII.

De *Lino*.

LINVM æque de planta & semine intel-
ligitur: Planta suo cortice ad syndonum
texturâ, semen sua medulla ad medicinam
comendatur. Est vero planta exilibus cau-
liculis, cubitalibus; foliis oblongis, acutis,
floribus caruleis & speciosis, post quorum
celerem occasum (breui enim decidunt)
capitula parua sese produnt, semine r. fo,
oblongo, læui, glabro, splendente graui-
data. In Gallia esculentum non est, vt neq;
his in regionibus, vbi laute viuunt; olim
tusum, melli adiectum & frixum rusticis A-
sianis in frequenti cibo fuit, quoquo ta-
men modo apparatus vix suaue est & sa-
lutare;

Hh

lutare; stomacho enim aduersatur: ob id ad vestimenta & medicamenta, non alimenta feritur.

Vires.

Easdem vires linum habet, quas & fœnumgræcum. Dioscorides *cap. 125. lib. 2.* Discutit, emollitque intus & foris inflammationem. Eius decoctio erosionibus vulnæ, & aluo ciendæ utilis. Oleum ex semine trito & torculari expresso, lenit, emollit, lentigines aufert, varos & cutis vitia emendat.

CAP. XXVIII.

De Fœnugræco.

FOENVMGRÆCVM siliquosa planta est, ex vnicò caule primo emergens, dein multos in ramos, alasque, brachiata, folia gerit trifolio pratenfi non multum dissimilia, sed rotundiora, minora, & superne magis virentia, inferne subcineritia; flores exiguos & albicantes sequuntur siliquæ longæ, incurvæ corniculorum ritu, in quibus semina angulosa, flavescentia, pisi parui magnitudine continentur. *Fœnumgræcum* in officinis dictum, Hippoerati *Epiceræ*, Theophrasto *Buceras*, Dioscoridi *cap. 24. lib. 2. Tellis* nominatur.

Vires.

Farina fœnugræci vim habet emolliendi & discutiendi: cum aceto & nitro subacta lienem minuit: suo lentore lenit, & calorem mitigat: cum oxymelite in pulvem redacta podagricos dolores aufert. Fœnugræcum, inquit Galen. feruentes inflammationes irritat, quæ vero minus sunt calidæ & magis duræ, eas digerendo curat. Illius sapor & odor calefactoriam qualitatem denunciant, licet in refrigerantium vel magis temperatorum seriem retulerimus.

CAP. XXIX.

De ciceribus rubris.

Species.

LEGYMINA multa sunt, inter quæ prima tenent pisa & faba, quæ ad alimenta potius referuntur, & cicera, quæ ad medicamenta. Sunt vero cicerum, ut pisorum multæ differentia. Aliud enim dicitur ci-

cer satium, aliud sylvestre. Satium videtur idem esse cum *Arietino*, à Dioscoride solù nomine tenus descripto, cuius est magnus in Italia prouentus, vbi non tantum ad Medicinam, sed etiâ mensam trahitur. Folia fert pisi affinia, sed minora, flores ex purpureo punicantes, siliquas rotundas, multis granis prægnâtes. *Dioscor. c. 126. lib. 2.* In quibusdâ locis cicera plane alba sunt, quæ non raro estantur, in aliis nigricant; sæpe ex fusco purpurascunt, cæteris præstantiora, & ad medicos vsus magis expetita.

Satium.

Est aliud cicer sylvestre, foliis parum, sed semine multum satiuo dissimile. Vtrumque renum vias aperit, menses ac partus expellit, lac auget, extergendi facultatem obtinet. Flatus gignit, & veretri tentiginem excitar.

Sylvestre.
Vires.

CAP. XXX.

De Orobo, siue Eruo.

ERVM Græcis dicitur, quod in officinis *Orobus*, quoddam nempe genus leguminis ciceri multum simile, in locis macilentis nascens, in quibus magis delectatur: nam in solo pingui satù, sæpe nimis luxurians corrumpitur. Eius duo traduntur discrimina, vnum candidum est, quod dulcedine præstat, estque minus vulgare; alterum rufum, quod in omnibus pharmacopoliis solet haberi. Vtrumque notum omnibus, Dioscoridis *cap. 131. lib. 2.* iudicio; multi tamen cicerculam agrestem, seu eruiliam, frugibus insensissimam pro orobo negligentius assumunt: Illa enim verius sylvestris vicia quædam species esse videtur, quæ sponte, ac sine satù, inter segetes, etiam inuitis agricolis nascitur.

Species.

Orobus vero domesticus magis seritur & colitur. Assurgit autem cubitali culmo, & interdum longiore, geniculato, incuruo, concauo, leniter striato: foliis & floribus ad cicera accedentibus. Surculis adnascuntur siliquæ teretes, granis protuberantibus ternis, aut quaternis, nulla disiunctis membrana.

Desiccatur eruum manifestissime; tam lente.

Vires.
lente.

lente vero calefacit, vt temperatum à multis credatur: incidit, attenuat, extergit, obstructions tollit, resoluit. Vix vquam per os sumitur: sapissime adhibetur exterius; feminis enim illius farina in cataplasmatibus celebratur.

CAP. XXXI.

De Lupinis.

LUPINVS è fabarum genere videtur esse: Caulem enim edit, vt faba, rectum & suapte natura stantem, sed rotundum, cauum & aliquantulum tomentosum. E radice fere singulari & fibrosa caulis emergit cum ramis alterno situ dispositis, foliis Straphylagriae æmulis quinquefariam dissectis, floribus albicantibus, ætate ad autumnum ter erumpentibus; quibus defluxis adolefcunt, siliquæ fabaceis minores & magis planæ, quibus singulis quinta, senave grana intus continentur, rotunda, compressa, foris albida, intus sublutea, & perquam amara.

Lupinus editur coctus, diebus ante multis maceratione in aqua suam dimittens amaritudinem. Lumbricos enecat illitus, aut cum melle linctus, aut cum posca potus. Eius decoctum elphos, achoras, scabies, psoras, & vlcera maligna curat, partim digerendo, partim extergendo, & citra mordacitatem siccano: Strumas & parotidas in aceto cocti discutunt, & cicatricibus colorem candidum reddunt. Propter amorem vtrunque calefaciunt non ineptè tamen in hac sectione describuntur.

CAP. XXXII.

De Hordeo.

HORDEVM, vt præ cæteris cerealibus vilissimum, sic notissimum, cuius, si fationis tempus spectetur, duæ sunt differentia: vnum dicitur *Autumnale*, cuius stipula, spica, granaq; maiora sunt; aliud *vernium*, quod omnibus sui partibus minus est. Spica vtriusque vtrinque vallatur aristis, folliculis multis, in cluso grano, oblongo, rhomboide, meduloso.

Ad hordei familiam refertur vtraque *Zea*, *Zea*, quam Itali *Speltam*, nonnulli *Speauram* nominant, vt & *Soucrion*, vulgo *Scourgeon*, quasi succurrens genti dictum. Necnon aliud segetis genus, quod multi *Zeopyrum*, alii *hordeum nudum* vocitât; quod in Cappadocia prouenit, vt asserit Galenus c. 5. lib. de atten. dieta. c. 2. lib. de ptisana. Ad segetem adhuc alia multa multi cerealia reducunt, vt *Olyram*, *cypham*, *brisam*, *etocoxithon* & *oryzam*, quam *hordeum, distichum, & galaticum* nominant. Olim in India nascebatur hordeum in panis escu gratum & salutare, equis vero deleterium; Hoc enim latum equis Alexandri vt manderet, necabat eos primo, dein eum palea exhibitum desit esse noxiû. Aliud nascitur in Thracia ad Gedropolim, quod à iumentis etiam famelicis non attingitur. Cuius rei causam Theophrastus tribuit malo illius odori, licet ab homine non percipiatur. Quod à cortice nudatur *exasticum* & *cantherinum* à quibusdam nominatur.

Hordeum autem vulgare refrigerat & exsiccât, habetq; deteriuu quippiam, vnde panes hordeacei per aluum citissime subducuntur, & exiguum corpori præbent alimentum. Quod vero habet statulentum, ait Galenus, elixatione deponit, proinde in ptisana conficienda iubet Hippocrates, vt diutissime concoquatur.

CAP. XXXIII.

De Sumach, seu Rhoë.

RHVS fruticis & fructus nomen est, idè Græcis & Latinis, sed cû adiuncto culinaria, vel obsoniorum, quod olim in culinis esset in vû frequenti, & in obsoniis potissimum pro sale usurpata. Nunc vero medicamentaria tantum est, & à Mauritanis *Sumach* nominatur.

Arbuseula est in locis petrosis vberius nascens & fruticans, ad tres, quatuorve, & interdum quinque cubitos adolefcens, ramulis multis discriminata. Folia profert ex pluribus fraxini modo coherentia, quorû medius neruus, siue costa aliquantulum

Hh 2 rubet,

Vires.

Vires.

Species.

rubet, singula vero foliola inalbicant oblonga, lataque, & ambitu ferrata. Flores emittit Iulio mense candicantes, racematim Lillacis ritu congestos. Fructus Autumnoparuu maturefcit, cum femine parum lato, lentis inftar, exiguo, ac rubente. Vocatur etiam *Rhus coriaria*, quod eius folia denfandis coriis apprime conueniant, vt & alia stirps, *Cotinus coriaria* ob id dicta, quæ inter Rhois differentias numeratur, sed eius in medicina vſus.

Vires.

Rhus culinaria, seu *Sumach*, cum fit auſteræ qualitatıs, multum astringit & deſiccatur, conuenitq; dyſentericis & fluxionibus cohibendis, muliebres fluxus fiſtit, hæmorrhoides compeſcit. Huiusſiquidem folia & fructus inſigniter astringunt, gradu tertio reſiccant, refrigerant ſecundo.

C A P. XXXIV.

De Myrto.

Species.

MYRTVS vel ſylueſtris eſt, quæ in multis regionibus calidis, ac locis incultis ſponte fruteſcit, vel domeſtica, quæ cultura eget, cuius duæ agnoſcuntur ſpecies, vna dicitur minor effigie buxi, ſed foliis acutiorebus vt ruſci; baccas nigras gerit, hederæ emulas, ac vineo ſucco grauidatas, vnde *nigra* ſæpius myrtus dicta. Propter eius gratioſum odorem, faciemque perpetuo virentem valde commendatur, ſeduloque nutritur in hortis, & fiſtilibus in vaſis tranſplantata in multarum ædium fenestris ad delicias, & ornamentum cuſtoditur, nec raro proſtat Pharmacopoliorum veſtibulo.

Ea altera minor, *alba* dicta, quæ foliis latioribus eſt, longioribusq; vt mali punice, & colore minus obſcuro, ac ex albo vireſcente, vnde cognomen. Cultura nonnunquam in arboris mediocriſ altitudinẽ aſurgit, vt nos in quibusdam hortis maritimis vidimus. Vtraq; myrtus flores promit albos, ſuaueolentes, ex quibus arte debita aqua ſtillatitia elicitur ſuauiſſime fragrans.

Circa myrti caudices adnatum quid verrucosum, inæquabile, ac concolor pro-

minet, quod velut manus myrti ramos amplectitur, *Myrtidanum* à Dioſcoride cap. 156. lib. primi appellatum: ſed nullus nunc eius vſus, cum ab inſtitoribus nec ematur, nec adferatur, nec vaneat.

Myrtidanum.

Eſt & alia ſylueſtris ac paruula myrtus, quæ locis ſyluoſis, ſiccis, macilentis, aeri expoſitis delectatur, quæque baccas fert nigras eſculentas & ſuaues, quas multi *vaccinia*, quaſi *baccinia* nominant; Alii aliis nominibus ad arbitriũ fiſtis deſignant: In Normania vulgus à colore nigro, qualis eſt *Æthiopum*, qui Mauri vocantur, *moreta* dictos fructus appellat.

Myrtus ſyluatica.

Vaccinia nigra.

Myrtus ex contrariis ſubſtantiis conſtat, vincente frigido terreno: habet & tenuæ quiddam calidum, ob id ex Galeno efficitur aciter deſiccatur.

Vires.

Fructus autem vt & folia vtiliter & aſſumuntur, & adhibentur, & propter qualitatem astringentem, ſanguinis excretionem fiſtunt, atque alios quoſuis humores profluenteſ compeſcunt. Eorum decoctum ad laxatos artus, & ad oſſa fracta atque ferruminationi repugnantia valde prodeſt. Alia quoque multa commoda myrtus pollicetur, de quibus videndus Dioſcorides c. 156. libri primi.

C A P. XXXV.

De Millefolio.

MVLTE ſtirpes à foliorum pluralitate & incifura multiplici millefoliorum nomen aſſumunt aliquando, vt *Achillen*, *Oſyris*, & *Strathiotis aquatica*, ſemperiuuo ſimilis, qui ſecundum Plinium in *Ægypto* tantum naſcitur, vt etiam *Strathiotis Chyliophyllum*, & *Myriophyllum*, de quibus diuerſis capitibus loquitur Dioſcorides.

Strathiotis chyliophyllo cauliculus breuis eſt; folia pennas iuuenum auicularum imitantia, breuitate & ſcabritie ad ſylueſtre cuminum accedentia; flores umbella denſa anethi modo fulciti, parui, candidi. Naſcitur ſecus vias in locis aratro non proſciſſis.

Chyliophyllum.

Eximis

Vires.

Eximii est vsus, inquit Dioscorides capit. 103. lib. 4. ad vlcera vetera, recentiaq; profluentem sanguinem & fistulas, vnde rustici *Carpentariam*, seu *herbam fabri lignarii*, qui vulgari idiomate, dicitur illis carpentarius, appellant. A nonnullis *militaris herba* nuncupatur.

Myriophyl- lum.

Myriophyllo caulis vnicus est, renellus, vnica e radice prodiens, innumeris foliis, tenuibus, capillaceis, sceniculo similibus furculus flauescit varius, ac veluti ex industria sic delineatus. In pratis & locis vdis nascitur atque palustribus.

Vires.

Qualitatem habet astringentem, exsiccatoriam & vulnerariam: vulneribus enim adhibita optime confert, ea ab inflammatione vindicando, desiccando, & glutinando; vlcibus quoque prodest, & sanguinem vnde cunque fluentem sistit.

C A P. XXXVI.

De Tamarisco.

TAMARIX, seu Tamariscus indigne fruticis nomine donatur a multis, cum saepe in proceritatem assurgat notabilem, atque in crassitudinem tantam increseat, vt ex eius trunco & ramis calices fiant, & alia vasa lienosis inseruiencia; Et si Columelle creditur, e tamarisci trunco alvei excavantur, & aqua replentur, vt subinde sues bibant, sicque lienis incremento, quo saepe & pessime laborant, sanentur.

Ramosos autem complures tamariscus emittit, & folia circa hos frequentia, exilia, tenuia, rotunda, veluti quibusdam lineolis transuersis ac obliquis, sine incisuris in superficie exasperata: flores muscosos, tomentosos, albos, aut ex albedo purpurascens, quamplurimos, fastigia furculorum occupantes, ac in pappos demum euolantes. Subest radix lignosa, valde crassa pro arbuti aetate.

Species.

Sunt autem Myricæ seu tamarisci duæ varietates; vna syluestris & infrugifera, seu sterilis, quæ in multis syluis nascitur; alte-

ra domestica, ei facie & viribus finitima, quæ semina quædam profert.

Abstergentis ac incidentis est facultas, absque manifesta desiccatione: habet quoque astrictionem quandam. Mirifice autem & speciali proprietate confert indurato, obstructo & imbecillo lieni, atque omnibus affectibus, qui ab humore crasso & melancholico proficiuntur.



SECTIO VI.

DE FRUCTIBVS.

Stirpes eas, e quibus radices, culmi, ramuli, ligna, cortices, folia & flores Officina Pharmaceutica compositiones ingrediuntur, superioribus sectionibus accurate descripsimus: Sequitur nunc, vt de fructibus tam esculentis, quam medicamentosis agamus, quibus Pharmacopolum recte non carere potest. In eorum autem enarratione & examine fideli eos primum, qui dignitate, suauitate, utilitate, magnitudine & vsu communi ceteris præstant, explicabimus, cuiusmodi sunt Poma, sic dicta secundum Varronem, quod potu aqua nempe, dum inseruntur, indigeant, vel potius, quod ex his potus pareretur suauissimus & saluberrimus: Vnde non sine ratione pomorum inuentio, qua Græci Mela vocant, Liberopatri tribuitur, quod sic ex Theocrito liquet.

Atque sinu medio Bacchus sua mala recondit.

C A P. I.

De Pomis.

POMORVM tam multe sunt varietates, vt vix queant enumerari, imo nec dici: nam cum tellus quæuis ipsa proferat, iustione miscellanea & mangonio varie

Hh 3 immu-

iam mutantur: arte enim agrestia cicurantur, acerba mitescunt, acida dulcescunt, pumila crassescunt, rubra flavescent, aut alium colorem nanciscuntur.

Pomacentum.

Et licet ubiuis arbor pomigera, seu malus ferax sit, in Normania vero non modo fecundior est, sed poma gerit præstantiora, esui gratiora, amioraque, & saluberrima potioni cõficiendæ, quæ Pomaceum vocant, aptiora: Cuius, ut vini variæ differentia comperiuntur; sed quod ex pomis quibusdam Coccynis dictis, paratur, sapore, suauitate & præstantia vix generoso vino cedit.

Sunt vero notissima cuilibet gèri poma, quib. nec vlla mensa carere solet, nec officina, quæ eorum succis vitur ad confectiois Kermeticæ, & Syrupi regis Saboris condituram, ut etiam ipsorum met carne ad vnguenti pomati confecturam.

Generali a. pomorum nomenclatione fructus oēs opori comprehenduntur, herbario colore virentes, lignosi nihil exterius habentes, ut poma curripendula, rambura, & similia. Contra vero Aerodrya dicuntur, quæ putamen habent exterius lignosum, durumque, ut pistacia, nuces, amygdala. Veniunt & pomorum nominatione mala cossonea, Armeniaca, Persica, & quamplures alii similes fructus.

Omnium vero præstantissima suauissima & iucunde fragrantia, quæ vulgus Normannorum vocat gulorogeria, paradisiaca, passipoma caluilla, rubeliana, renetea, curripendula, & alia pene innumera, quæ ob salubritatem & suauitatem odoris, saporisq; habent hi in deliciis, etiam qui lautius viuunt.

Vires.

Aliorum adhuc incredibilis apud Septentrionales datur varietas & vbertas; quæ quæ sint, vel amara, vel acidiora, vel austeriora, vel dulcoacida, vel dulcoamara, in horreis post perfectum incrementum congeruntur, ut maturescant, deinde molis trusatilibus contunduntur, presso cõmittuntur, copiosus ut succus exprimat, qui in doliis reconditus, diutissime & incorrupte ser-

uatur pro potu Normanis familiari & salutari, quem à colore citri, citrum, & corrupte Sydrum nominat.

Sydrum.
Vires.

Glycymela, hoc est, poma dulcia temperata sunt, acida frigidiora, ut & austeriora; amara calidiora. Omnia fere aluum molliunt, sed maxime dulcia, humorem biliosum contemperant, atque etiam melancholicum.

CAP. II.

De Pyris.

Pyris arbor à turbinata pyramidis instar effigie, sic dicta, omnib. notissima est: Ea enim horti & vireta terrarum ubique luxuriant, fructus tamen ex eadem expectantur avidissime: Pyra enim quædam adeo esui grata sunt, ut illis alia quæuis edula à multis postponantur.

Eorum autem à colore, sapore, magnitudine & forma tot sunt varietates, ut enumerare nemo queat. Veteres quædam superba cognominarunt parua & ocysima, quæ forte nostri hodie Moschatula, à gratioso sapore moschum referente, nominant, quæ minima omnium sunt, quina, fenave, sæpe plura, ab vno ortu prolixis pediculis dependentia, quæ fere omnium prima maturescunt.

Species.

Cõmendantur Lutetia & Rosa, à succo sic nuncupata, bicipitia, magnitudine satis conspicua, Callosia, Sertelia, Dagobertiana, Fusca, Bergamotia, Bonchristiana omnium gratissima, in agro Turonensi & Metensi laudatissima, ac pene in tota Gallia nunc frequentissima.

Laudantur & quædam à magnitudine, ut quæ liberalia dicuntur, atque alia nonnulla crassiora, quæ primū Rhodo aduecta sunt, vnde Rhodensia nominata, qualia forsitan antiquis cuserbitana, aut Pompeiana cognomine mammosa. Alia multa dantur his minora, carne firmiuscula, quæ frequentius cocta, quam cruda manduntur, & hybernas mentas terminant.

Ex Pyris autem nunc in multis Galliarum locis

locis potio paratur, vini albi in colore, & calore sepius amula. In sapore non multum varia, quam Pyraceum nominant, quo non minus, quam mero ac vino generoso poti se inebriant.

Exsiccantur ruri pyra in clybano, & feruantur ad Quadragesimale tempus, seu Ichthyophagian: Aliquando coquantur in defruto, saepe *caryophyllis* configuntur, *saccharo* condiuntur, & feruantur pro bel-lariis, aut obsoniis,

Pyrorum genera, aut magis aut minus astringentia pro saporis asperitate aut dulcedine: Decocta vt grata, sic salubria; Cruda stomacho graui.

CAP. III.

De malo Citrio.

CITRIVM non tam dicitur *Pomum medicum* à Medo solo, quam à medicis dotibus, quibus pollet multis: eius enim odor, cortex, caro, pulpa, succus, grana, vires habent medicas, easque eximias. Ipsius autem tria potissimum traduntur discrimina; Primum *limo*, seu *malum limonium* dicitur, quod oblonga effigie turbinatur, & ex herbaceo colore virescit; turgescit acidiore, acerbior, frigidior, & cortice admodum tenui, nec vt arantiorum amaro. Secundum vulgatius est *Citrum*, huic multum simile, sed colore magis luteo nitet, cortice crassiore, rugosiore, & magis caperata, estque crassius, odoratius, medicatius, antidotis conuenientius. Quod ex eodem genere prægrande est, melonum modo, orbiculatum, cortice calloso, carnosum, pollicem interdum crasso, & superficie concolore, *Poncerium*, *Citroniatum*, *pomum Assyrium*, & *pomum Adami* vocatur. Quæ omnia specierum vulgata nomina, à citro deflecta videntur, & affinem vt habent ideam, sic quoque qualitates.

Vt *ponceria* magnitudine, sic *Lima* paruitate omnia mala citra superant; vix n. mediocre ouum æquant, & multa magnitudinis è perfectam adeptæ, armeniaco ma-

lo minime suat crassiores. Harum nonnullæ oblongæ sunt, aliæ breues, ac rotundæ: omnes suaueolentes, cortice tenui vestitæ, succo multo saturæ, sapore dulco acidæ, ac palato gratissimæ. Vberes eximie in Italia, ac potissimum agro Lucensi proueniunt.

Arbores, ex quibus colliguntur, perpetuo virides sunt, lauri folio, non Cedri, licet sic visæ aut putatæ Theophrasto, omnibusque horis pomiferæ, aliis namque nascentibus, aliis adultioribus, aliis mature-scentibus, aliis deciduis.

Omnia citria refrigerant, putredinē arcent, correcreant, & venenis obsistunt: Quod mirabili historia probat Athenæus de duobus reis, qui cum iussu regis Ægyptii aspidibus in prædam essent exponendi iuxta leges Ægyptias, in itinere singuli citrum à caupona quadam obuia, illorum vicem dolente oblatum comederunt, moxque ab istis serpentibus ferocissimis demorsis, nihil molestiæ senserunt: Quod admiratus iudex, causamque quæritans, audiuit singulos singula citria in via esitasse. Postridie iussit vni dari, alteri denegari, ac denuo ad supplicium vtrumque deduci: Quo facto, qui comederat, nihil mali passus est, alter illato aspidis morfu vndiq; liuidus factus confestim interiit.

CAP. IV.

De Aurantiis.

AVRANTIA, vulgo *aurengia*, & *auraa* *Amala*, ab aureo colore dicta, in arbore nascuntur, quæ parum à citria malo effigie distat; Idem enim color, odor, flos, vt & folia, quorum tamen pars pedunculo proxima, non æqualis est, vt citriæ mali, sed veluti pinnata, & quasi gemina, dilute virentia, odorata, & citriæ malo concoloria. Arbos ipsa parum pro-cera est, ramosa multum, perpetua fronde virens, singulis mensibus atque etiam diebus pomifera, aliis nascentibus, aliis rurentibus, aliis mature-scentibus. Flores gerit toto anno albos, elegâter, suaueolentes, æstate:

Pyraceum.

Vires.

Species.
Limonium.

Citrum.

Poncerium.

Lima.

Citrus.

Vires.

Historia.

Aqua Naptha.

estate fragrantiores, quorum nonnulli nodoso pediculo adhærescunt, & fecundi sunt, alii steriles & enodes labuntur. Ex his *aqua Naptha* vulgo dicta stillatur mira suavitate & fragrantia commendabilis, qua matronæ & delicatuli aulici vultum, & comam aspergunt & manus abluunt.

Ex Hispania, Italia, Gallo-prouincia magna aurantium vberitas in alias regiones defertur, quorum nonnulla dulcia sunt, & ingrata, vel certe gustui non satis amica, alia acida, iucunda, cardiaca, & palato gratissima; Omnia vero rotunda, aureo colore nitentia, seu multum flavescentia, vnde mala aurea sæpius dicta.

Vires.

Quæ dulcia, temperata; quæ acida, refrigerantia, putredinem arcentia, venenis resistentia, corroborantia: cortex vero acer & amarus, & calidus est, & propter odorem gratiosum intinctibus gratiosus & expetitus: *sacharo* conditus oris commendat halitum.

CAP. V.

De granatis.

ARBOR punica, *granata* vulgo dicta, vt & fructus, *malum granatum*, à granorum, quib. factum est, innumera multitudine, vel forsàn à regione Granata, vbi fruticat vberissime: aere calido delectatur, & solo minime aquoso: folia gerit myrthea, & singulis annis caduca; florem puniceum, oblongum, aspectu iucundum, & effigiem calathi referentem; *Balaustium* vulgus nominat, licet id nominis ad syluestrem, Dioscoride iudice, potius queat deduci.

Species.

Duæ porro sunt mali punicæ differentia: vna syluestris, quæ florem quidem gerit, sed infructuosum, quem scilicet pomum consequitur nullum; Altera domestica, cuius tres statuuntur species; vna quæ poma fert acida: altera, quæ dulcia, tertia, quæ vinosa ac dulco acida. Omnia ex rotundo sunt angulosa, crassa granis innu-

meris, angulosis, succo multo immerfis prægnantia.

Cortex vocatur *mali corium*, cuius color ex viridi flavescit, instar vitrioli, cuius particeps perhibetur à Spagyricis, à nonnullis *Sidion* nominatur. Flos oblongus, purpureus, pulcherrimus, veluti Cytinum referens, quem vna cum flosculis ex eo erumpentibus *Balaustium* Plinius appellat.

Qualitatem habet totum granatum a-*Vires.* strictoriam & refrigerantiam: sed præstantiores succus facultates habet, vt qui præter cætera, cor recreat, feruoribus stomachi auxiliatur, & cholera morbo prodest. Dulcia tamen, quæ *Apyrena* vocantur aliquando, stomacho inutilia creduntur.

CAP. VI.

De malo Cotonco.

CITONIA mala ex arbore prodeunt, *Vndedica-* quam à M. Catone *Cotoneam*, quasi tur. *Catoneam*, nonnulli dixerunt, & scripserunt; Antè tamen longè à Græcis *Cydonia*, à Cydone, Cretæ oppido, vnde primum fuit aduecta, nomen habuit, Libentius crederem, nomen hoc ascitisse à cortice tomentoso, & fere bombacem, quem vulgus coronem vocat, referente; Tenui enim lanugine tanquam Cotone poma dicta videntur induta.

Est autem humilis arbor, ex qua excerpuntur, sæpiusque tantum instar fruticis assurgens: Cortice induitur asperulo, hinc inde hiulco, & quasdam veluti squamas producente: ramos emittit multos, breues, tortuosos, cineritios, folia subrotunda, mucronata, superne viridia, inferne albicantia, mollia, lanuginosa; flores albos, nonnihil purpurascens, quinquefolios: fructus crassos, aureo colore flavescentes, tomentosos, odoratos, halitu quibusdam iucundo, aliis ingrato fragrantis: sapor omnibus idem, interior caro lutea; succus

Descriptio.

succus austerus; Semen ut reliquis pomis membranis inclusum: & tanquam in capsulis reconditum.

Vbius ferax est cotonea malus, sed maxime in regionibus calidis, atque locis cultis, & hortorum sepimentis, in quibus pomis pluribus, aureis, melinis, sceta cernitur. Eorum quædam rotundiora sunt, breuiora, minora, & pomorum vulgarium figuram magis referentia, absolute *Cotonea* dicta; alia maiora, crassiora, longiora, turbinata, & pyris similia, vulgus *Cotignacea* vocat, quæ cæteris bonitate postponuntur.

Quædam insuper candidiora, alia struthæ, omnia tamen magis lutea, & fere aurea, vnde & *Chrysomela* dicuntur. Quotquot autem, tenui lanugine pubescunt, & odore fragranti quibusdam ferunt caput.

Ex his parantur medicamenta multa *Eustomachica*, ut *Myra*, *Citoniatum*, *Syrupus*, quorum in mensis tam sanorum, quam ægrotorum frequens est usus.

Crudorum porro citoniorum vix vllus est usus; Cocta palato gratiora, & naturæ amiora: ventriculum enim roborant, vomitum sedant, alui fluores reprimunt, Dyfentericis & Cæliacis conferunt, & his, qui vel sanguinem spuunt, vel fluorem mensiam aut hæmorrhoidum immoderatiora perperantur.

CAP. VII.

De Mespilis.

MESPILVM pomum quoddam rotundum primum viride, durum, & nonnihil hispidum, dein rufum, ac molle, dum maturuit, *Tigranum* quibusdam dictum, Galeno *Tricoecum*, quasi *triossum*, quod tria intus grana quasi lapidea, aut officula seminis loco contineat, aliquando tamen quatuor, & sæpe quinque reperiuntur pro numero vnguicularum ex margine umbilici multum patuli exeuntium. Ante maturitatem tam acerbus est fructus hic, ut à quopiã deglutiri non queat. Maturus, & gratus, & vltima mensa salutare.

Arbor, ex qua decerpitur, *Nestorus* vulgus dicitur, duplici differentia notatur, vna sylvestris est, spinosa, in syluis, dumetis & vitis sepibus sponte nascens, quæ poma gerit parua, oblonga, per initia acerbissima, post maturitatem parum grata, *Aronia* Dioscorid. vocat. Altera domestica cultu & initione talis. Poma, quæ profert, crassiora, magis plena, ut cunque compressa, rotunda, altera parte sæpe hiulca. Vtraque tortuosa, rigida: hæc tamen spinis minus horret, *Setania* Dioscoridi, *Satanan* Theophrasto dicta.

Mali vulgaris affurgit magnitudine, ramis in gyrum comosis, & nonnihil aculeatis: foliis promissis, latiusculis; floribus albis; quinque; foliis, quibus poma succedunt *Mespila* dicta, magnitudine mediocria: umbilico lato, quinque vnguiculis foliosis discreto: carne albida, austeraq; quæ dum maturefcit, rufescit, dulcescit.

Mespila immatura acerba multum sunt, *Vires*, & astrictoria, eorum tamen puluis ex Ant Mula, lapillos in renibus comminuit & excludit. Maxime vero id præstare creduntur eorum officula trita & assumpta. Ad fluorem alui cohibendum, & partes roborandas commendantur.

CAP. VIII.

De Sorbis.

SORBA parua poma sunt, qualitate mespilis affinia, forma & magnitudine multum non dissimilia: vtraque enim initio viridia, dura acerba, esui inepta; Per maturitatem rufa, mollia, palato ingrata, & succo vinoso turgidula.

Sunt vero secundum Plinium quatuor *Species*, sorborum discrimina, quædam vulgatiores, & pyrorum instar turbinata, quæ *Cormas* rustici nominant; alia rotundiora maiorum modo; quædam oliuarum ritu oblonga: alia *terminosa* dicta. Dioscorides *Pyroformium* seu vulgarium tantum meminit, quæ scilicet ex sorbo seu *Cormiero* vulgari Autumnno decerpuntur.

Est autem Sorbus arbor prægradis, caudice

li dice

Species.

Vires.

dice recto, cortice læui, colore cineritio, foliis ex pluribus compactis, lateribus pediculi prolixioris coherētibus, fraxini, vel potius Orni æmulis, floribus candidis, minutis racematim congestis; quibus caducis fructus succedunt turbinati, primum virides, dein flauescētes, atque perfecti maturi, rufi, & molles. Quæ fructus oliuarum effigie profert, Torminalis, atque etiam Ornus sorbi syluestres creduntur.

Vires.

Vniuersum Sorborum genus acerbum est, & astrictorium: ob id Dysentericæ, & fluxionibus omnibus sistendis conuenit. Vulgaria autem ex usu sunt frequentiore; vomitiones reprimunt, sanguinis eruptiones compescunt, & partes roborant. Ex his maturis, torculari commisis & expressis, vinum quoddam pallidulum paratur, pyraceo vicinum, quo plebecula in regionibus multis vitur.

CAP. IX.

De Cornis.

Quid.

CORNA fructus sunt oblongi, phaseolorum magnitudine, non tamen plani, sed rotundi, rubelli, nucleo intus, ossæo, albido, duro prægnantes, sapore austero cum quadam aciditate. Colliguntur ex arbore non multum procerâ, scabro vestita cortice, foliis læuibus, latis, mucronatis, venosis, Eponymo similibus. Prima ferme omnium floret. fructus æstate virides gerit, autumnò cornos rubentes dat, montes & valles diligit, & sæpe citra culturam nascitur. Habetur tamen in hortis multis, vt sint promptius ad manum fructus profacienda medicina.

Fœminicornus.
Cornus thelycronia.

Est alia cornus *thelycronia* Theophrasto, quasi *fœminicornus* dicta, quæ caudice fungoso sese effert, & baccas fert Autumnò maturescētes, perquam acerbâs, multum insuaues, & cunctis animantibus ingustabiles.

Nodos autem cornus omnis omnes habet per interualla geminos, & inuicem respondentētes, vt in vite & vitice, corticem ex pallido flauescētem: matris autem li-

gnum adeo solidum est, vt duritie cornibus ferme respondeat, eiusque bacca succo cruento, austero, & aliquantum acido prægnantes turgent.

Corna refrigerant, desiccant, atringunt; Ob id vtiliter contra alui profluuiâ, mensium & hæmorrhoidum immoderatiorē fluxum dantur.

Vires.

CAP. X.

De Prunis.

PRUNORVM varietates nec lubet, nec licet persequi, cum liceat aptius ex rusticæ & hortensis scriptoribus, quam nostris commentariolis illorum differentias omnes perquirere, quæ fere sunt inexplicabiles, ac innumeræ, in sitione, mangonio, & arte sic redditæ. Eorum enim (si colorem spectemus) alia colore perfunduntur herbaceo, alia albo, alia eburneo; quædam luteo, aut ex albo flauescēte, aut purpureo; alia nigro aut violaceo, alia variegato, alia rubeo.

Species.

Distinctio quoque eorum sumitur à magnitudine, figura, sapore & loco: quædam enim vel parua, aut magna, aut mediocria: alia rotunda, ouata, oblonga: nonnulla acida, dulcia, austera, vel dulcoacida, vel alterius mixtæ qualitatis. A loco commendantur *Damascena*, deinde *Brignolensis*, tum *Rhemensis* & *Turonensis*. In prædiis tamen nostris nunc habemus præstantissima & suauissima, quæ vulgus *Pardignia* vocat, vt & *Imperialia* dicta, necnon *Damascena rubella*, nigra & violacea, & quæ *Datta*, nominant: quæ omnia mensas etiam lautiores nobilitant, & officinas locupletant.

Prunida-
Syla.

Colliguntur ex pruno arbore omnibus notissima, quod passim vbique & sponte nascatur, præsertim syluestris, quæ licet admodum pumila sit, & fructus parum suaues ferat, cultu tamen & in sitione plurimum immutatur: nam in proceram arborem abit, & pruna quotannis dat suauissima colono. Sed longius in rei notissimæ dilucidatione immorari nefas.

Pruna

Κοκκυμύδα. Pruna Græcis *Coccy-mela*, Siculis *Braby-*
la dicta, humectant, refrigerant, emolliūt,
Vires. & ventrem lubricant; Ex Damascenis præ-
 sertim nigris elicetur pulpa ad *Diapruni*
 confectionem. Siccantur in furno pruna
 ad Ichthyophagiam, & medicinam, & sac-
 charo condiuntur ad merendam.

CAP. XI.

De malis Armeniacis.

ARME NIACA mala ob odoris gratiam
 & saporis dulcedinem plurimum ar-
 rident, & magnatum lautiores mensas tam
 cruda, quam *sacharo* condita nobilitant:
 eorum enim in halitu gratioſo, & gustu iu-
 cundo suauitas etiam saturos ad se inuitat
 & allicit. Quidam ad Persicorū, alii ad pru-
 norum genera referunt, verum inter vtra-
 que media videntur esse, efficitq; Iunio-
 rum sedulitas, vt pruna quædam habea-
 mus, quæ nunc pruna *abricoccia*; quæ scili-
 cet in sapore, forma, magnitudine, partim
pruna, partim *abricoccia* referunt, nomi-
 nentur. Ab antiquis autem mala *Arme-*
niaca tantum vocabantur, postea Galenus
pracoccia nominauit; nunc vero recentio-
 res paucis literis mutatis *abricoccia* dicunt.

Leguntur ex arbore magnitudinis mo-
 derata, pyro videlicet minore, & Persica
 maiore: duriore, durabiliore. Caudicem e-
 mittit crassissimum, ramos multos, non vt
 Persica prolixos, sed breuiiores & crassio-
 res; folia lata & mucronata pyri modo; flo-
 res albos, primo Vere erumpentes, ante
 foliorum exortum; fructus rotundos Per-
 ficis similes, colore foris & intus luteo, car-
 ne multa, succulenta; palato grata.

Vires. *Abricoccia* humida censentur ordine
 secundo, frigida primo, vel potius temper-
 rata, vt dulcia omnia. Aluum lubricam ef-
 ficiunt, & cito corrumpuntur in corpore
 infirmo, maxime si immoderata quan-
 titate ingerantur. Eorum autem nul-

lus in Medicina celebra-
 tur vsus.

CAP. XII.

De Persicis.

PERSICA, seu Persea arbor est plurimis
 Gallie regionibus notissima & frequen-
 tissima, qua scilicet omnia pene vinea cō-
 dita sunt. In mediocrem proceritatem al-
 surgit, ramos emittens longos, fragiles, fo-
 liis raris, salignis fere similibus, ambitu ser-
 ratis, gustu amaris & aroma vteunq; redo-
 lentibus, indutos: flores, amygdalinis fini-
 timos, sed dilute purpurascens.

Arborem hanc, inquit Dioscorides *cap.*
14. lib. 1. prodiderūt aliqui, in Perside exi-
 tiolam esse: translataque in Ægyptum,
 mutata natura innocuam, & in cibos rece-
 ptam. Quod confirmatur etiam à Galeno
lib. de caus. symptom. Eorum tamen opinio-
 ni refragatur Mathiolus *e. 1. lib. 3.* sed con-
 iecturis adeo leuibus, vt rantorum viro-
 rum authoritatem infirmare non queat,
 nedum improbare.

Poma autē profert abunde, albida pube
 obducta, sublutea, succulenta carne turgi-
 dula, & velut cruore quodam foris & intus
 variegata, aliquando profus lutea. Corti-
 cis externus color internam carnis tinctu-
 ram ostendit, rubellus rubellam, luteus lu-
 team, variegatus variegatam.

Poma hæc rotunda quidem sunt, sed
 quæ altera parte parum depressa cuiusdam
 rimæ figuram ostentant. Succus eorum
 Galeni iudicio *cap. 19. lib. 2. de aliment. fa-*
cult. prauus est, vt etiam caro, quia facile
 corrumpitur: propterea syrupus, ex suc-
 co paratus, quibusdam vicitissimus, nul-
 lo encomio commendandus, sed negli-
 gendus.

Vires. Mala Persica frigida & humida perhi-
 bentur recessu secundo, succumque exhi-
 bent cito corruptibilem, & pessime men-
 sa vltima sumuntur: ante alios cibos sum-
 pta, minus mala.

Eorum nuclei calidi & ficci sunt, ape-
 riunt, incidunt, extergunt, aduersus ieco-
 ris & lienis infarctus conferunt.

Folia amara sunt, calefacientia, inci-
 dentia,

dentia, & viscerum obstructions tollentia, aluum subducentia, & bilem mouentia.

Ex floribus paratur syrupus hydragogus, & vermibus enecandis conuenientissimus.

CAP. XIII.

De Cerasis.

Species.

CERASORVM multæ sunt varietates: alia enim sunt syluestria, eaque parua, longipendula, primum viridia, dein rubra, & ubi maturuerint, nigra, Gallis *Merisia* dicta, quasi *amara*: Alia domestica, multo crassiora, quorum alia rubra, alia nigra, alia alba, quædam alborubea. Omnium minima, præcocißima, ingratißima sunt *merisia*, quibusdam syluestria *cerasa* dicta, quorum nonnulla plane rubra, alia nigerrima. Hæc sequuntur alia maiora, fugacia, dulcissima, tenerrima, & adeo post maturitatem mollia, vt gestatum non tolerent, *Guignea* vulge dicta, inter quæ alia nigerrima, & crassa, turbinatone pomi figura, *Athia* veteribus & *Iuliana* nuncupata; alia obscure, alia dilute rubra.

In dulcedine principatû obtinent *Duracina*, quibusdam *Pliniana*, Francis *Bigarrella* dicta, omnium durissima etiam matura, dulcissima, palato iucundissima, vt quæ adhuc formam cordis, vel parui cuiusdam scroti veruecini referunt. In salubritate reliqua superant *Aproniana*, quæ valde rubra sunt, acidula & esui valde grata.

Quædam adhuc suauiter & salubriter eduntur perfecte matura, crassissima, rotunda, obscure rubentia, *Agriona* nominata. Sunt quædam acidula, alia aultera; illa *amarona*, hæc *Meronis* cognominantur. Omnia *cerasa*, *bigarellis* exceptis, succo multo prægnantia videmus, inter quæ, nigra aut obscure rubra, tenera sunt, & suo cruore contrectantium manus inficiunt.

Vires.

Hoc multi

Cerasa corpori succum laudabilem suppeditant: stomacho estuant conducunt, ven-

trem subducunt, *febricitantibus* vilia negant. sunt, humorem biliosum contemperant, & *iccoris infarctus* tollunt; quædam tamen hos effectus insignius, alia legnius pollicentur.

CAP. XIV.

De Moris.

DVÆ sunt Mori species; vna dicitur *Species.* *nigra*, quæ fructus nigros; altera *alba*, quæ albos profert: vtraque procera est, radicibus flauis, caudicibus crassis, corticibus scabris, ac frondibus alni, longis, latis, iuxta margines serratis, quibus bombices vescuntur. *Præstantissimum* vero *sericum* nent, cum *alba* Mori foliis aluntur, vt quæ illis sint gratiora, & materiam suppeditent *sericeis* filis ducendis largiorem & aptiorem.

Fructus mori nigra, quos *Mora* Celsi vulgus Pharmacopæorum vocat, suaues sunt, & sæpe mensis apponuntur, ex eorumque succo & Syrupus & Rob conficitur, huius tamen vsus fere nunc exoleuit.

Qui vero in *alba* moro nascitur fructus, quasi fatue dulcis est, admodum ingratus, & ad alendum ineptus, ita vt arboris præstantia, non tam ex fructu, quam frondibus perquirenda, quibus dicti vermes educati *sericem* vellus præstantissimum suggerunt.

Porro domesticarum arborum nouissima morus germinat, vt mense Maio, cum scilicet hyemis plane desit rigiditas: fructus fert Iulio & Augusto, oblongos, è granis compactos, in oris in rubo nascentibus, finitimos, sed longiores, crassiores; maiores, initio virides per maturitatem purpurascens, postremo nigricantes, rubente succo prægnantes.

Mora immatura refrigerant, & siccant *Vires.* ordine propemodum tertio, & valenter astringunt, atq; ad oris & faucium inflammationes conducunt, ait Dioscorides *cap. 18. lib. 1.* Matura vero hæmectant, ac parum refrigerant; aduersus sitim valent, appetentiam prostratam reuocant, ventriculo non

non aduerfantur : parcissime autem corpus nutriunt.

CAP. XV.

De Moris syluestris. & Idæis.

Species.

RVBUS vel syluestris est, spinis horridus, ^{βάρος} Græce dictus, & corrupte, *basinus*; vel domesticus, & veluti cicuratus, qui quod in Ida monte fecundius luxuriat, *Idæus* nominatur: cuius, ut illius duæ agnoscuntur differentia; vnus fructu rubro, alter albescente, sed vtriusque syluestris fructus primum viret, dein rubet, tandem nigricat.

In diuinitis, agrorum marginibus, & locis incultis feracissimo prouentu, & agricolis importuno nascitur rubus, surculis prolixioribus, lentis, obsequiosis, virescentibus, nonnunquam quadrangulis, maxime antiquioribus, intus medullofis, foris aculeis minacibus, spinosis: foliis ex pluribus coherentibus, per ambitum incisis, superne virentibus, inferne candicantibus, asperis & secundum costarum longitudinem spinosis: floribus albis in surculorum summitatibus digestis, quos fructus sequuntur, officinis *Morabati*, & *batina* dicti.

Rubus Idæus

Rubus Idæus per se consistit, rectaque assurgit ad hominis interdum proceritatem, surculis medullofis exterius parvulis spinis, non multum horrentibus, exasperatis, foliis, & floribus syluestri similibus, nec non fructibus, sed vel rubeis, vel pallidis, acinosis, esui atque olfactui pergratis. Nostrates *Frambæias* nominant, ab odore, ut arbitror, fragrantia, quam mandendo ori representant, & illud præ cæteris vinum laudatur, quod *frambæiam* olerè dicitur.

Vires.

Mora syluestria vim habent astringentem & domesticis vicinam: manducata enim oris & tonsillarum inflammationes reprimunt, & fluores alui cohibent. *Idæus* similes quoque facultates possident, sed

infirmiores, & ad esum, quam vsum medicum, aptiores.

CAP. XVI.

De Sebesten, seu Myxis.

SEBESTEN, seu Myxa, vel myxaria sunt fructus, in Syria & Ægypto nascentes, ex arbore eiusdem nominis, satis proceræ, pruno valde simili; cortex caudici albicat, ramis viret, qui foliis induuntur subrotundis, ac firmis & amplis; flores albidiracematim, aut potius in umbellis laxioribus coherent: quibus caducis saboriuntur fructus paruis prunis similes, qui maturitatem adepti ex atro vireseunt, intusque nucleum durum, & quasi osseum, ac triangularem continent.

Myxa seu *sebesten*, ut officinæ loquuntur, matura leguntur, infolantur, & in rugas passularum, aut prunorum modo contracta seruantur. In Italia olim rarissima erant, & peregrina, nunc vberissimo prouentu in illius hortis nascuntur.

Ventrem molliunt, ut pruna, danturque ^{Vires.} vtiliter febrientibus, tussientibus, & linguæ asperitati: urinæ item difficultati & ardoribus: Sitim quoque contemperant in linctu, aut alio quouis modo sumpta, & ventristineas enecant & pellunt.

CAP. XVII.

De iuinibus.

IVIBÆ *zizipha* & *zinzipha* Græcis dictæ, nascuntur in Syria, & nunc in multis Italiae & Narbonensis agri locis ex arbore pusilla rhamnii non multum dissimili, surculis præduris, spinosis, foliosis, floribus muscosis. Caudex ei contortus est, scaber ac rimosus: rami tenues, longi, obsequiosi, duri tamen & virgularum genistæ ritu protensi: folia duriuscula, oblonga, Clematidis æmula, ex intervallis longioribus alterno ordine disposita: iuxta quæ muscosi ac palliduli flores parui emi-

Cant; post quorum occasum accedunt bacca oblonga, ceraforum magnitudine, carnosa, tenella, cortice tamen membranoso, ac duro vestita, quas Galenus Serica vocat.

Fructus hi luteoli sunt, vel ex luteo purpurascentes, oliuarum mediocrium figura & magnitudine, dulces, carne multa, vlnosa, & nucleo parua, foris rufo turgiduli, qui maturitatem adepti, leguntur, siccantur, in rugas contrahuntur, & seruatur.

De eorum qualitatibus & salubritate non inter Græcos & Arabes omnes constat: Galenus enim stomacho inutiles esse, imbecillime nutrire, & difficile concoqui scripsit: Arabes vero ad vsus varios accommodant & commendant; in quos licet paulo acerbius insultet Fuchsius, contendatq; iuiubarum vsum inutilem esse, ab Actuario tamen, Græco Nic. Alexandrino, & à Dogmaticis omnibus, atque his, qui certa experientia salutare norunt earum effectus, celebrantur.

Vires.

Valent plurimum ad tussim, difficultatem spirandi, arteria asperitatem, humores concoquendos & expuendos, & ad vitia pulmonis & thoracis multa. Renibus quoque profunt, ardori vrinae, & vesicae dolori.

C A P. XVIII.

De Ficus.

Ficus vbique locorum viret, sed in frigidis vel sterilefcit, vel grossus inutiles gerit, ac paruos & insuaues fructus, qui nunquam maturefcunt: In calidis vberime, bisq; fruticat, verna fœtura & autumnali. Arbor est moderatae magnitudinis, non omnino recto caudice assurgens, nec cortice læui, sed asperiusculo, præsertim cum adoleuit. Lignum ei album est, molle medullosum, album: folia ampla in quinque partes determinata, & totidem angulis conspicua, aspera, dura, obscure viridantia: fructus sine præuio flore, aut præ-

gressis Iulis, iuxta foliorum exortum erumpunt, initio paruuli, tẽpore maiores, forma turbinata, colore primum virides, dein vel albescentes, vel subrubentes peculiari natura: nam vt ficus alia aliis præcociora sunt & suauiores, sic vel albidiores, vel magis rubescentes, aut nigricantes. Omnes vero molles sunt, medullofa, granulis innumeris grauidata. Ex his immaturis, foliorum pediculis & cortice tenello vulneratis, lacteus quidam succus effluit acer & amarus.

Præter dictam altera est pumila ficus, illi *Ficus pumila* si proceritate exceperis, simillima, quæ in *la.* locis apricis, & soli expositis, atque interdum in regionib. septentrionalib. fouetur.

His adhuc effigie respondet quædam *Ficus syluestris* infœcunda, & vix ad vsus quosdam medicos commendabiles expetita.

Est & *ficus Indica*, quam nonnulli *Opuntiam* Plinii putant, quæ sine caudice, & ramis adolefcit, totaq; planta nil nisi folia, *Ficus Indica plana folia est.* verum quos habeat in medicina vsus, nondum licuit experiri.

Ficus omnium laudatissima Massilienses, quæ dactylorum inopia substitui possunt: mediocriter calefaciunt & nutriunt, & aluum molliunt, sed sanguinem valde laudabilem non gignunt: attenuant, leniunt, concoquunt, maturant, asperæ arteria, pulmonibus, renibus, vesicæ conueniunt. Ficus resiccata *Carica* dicitur, Græcis *Ἰσχυάς*, qua voce etiam *apias* Matthiolo designatur. Frondes nostratis ficus hæmorrhoidibus ciendis profunt, si pœdex his cõficetur. Ex *scubus*, *ruta* & *nucibus* fit Mithridatis antidotus tantopere decantata, cuius compositionem dedimus in *ruta* historia. Alia quamplures ficuum vtilitates narrantur, quas breuitatis gratia subiceo; in his enim recensendis multus est Dioscorides, *cap. 183. & 184. lib. 1.*

Vires.

C A P. XIX.

De Dactylis.

Dactyli sunt fructus Palmæ in Ægypto, Creta, & Iudæa nascentis, qui vbi matu-

Dactyli opti- maturuerint, à Dioscoride & Galeno Phœ-
mi qui. nicobalani vocantur. Valde probantur è
Iudæa allati, magni, flavescentes, parum
rugosi, molliusculi, pleni tamē carne mul-
ta, intus subdura, ad nucleum candi-
cante, ad corticem rubescēte, sapore vi-
noso, & qui concussi nihil aut parum sonāt:
Deteriores sunt flaccidi, duri, excarnes.

Species. Est autem non parua, Galeno *lib. 1. de A-*
lim. facult. iudice, in palmulis differentia;
aliæ namque, ait, siccæ sunt, & adstringen-
tes, vt Egyptiæ; aliæ molles, humidæ; dul-
ces, vt quæ *Caryose* nuncupantur. Hæ au-
tem præstantissimæ nascuntur in Syria, Pa-
lestina, & Hierichunte, & multis orientis
populis, quib. cibos potusq; suppeditant.

Palma truncus crassus, teres & altissi-
mus, exterius densis, gradatisq; pollicibus
scaber & salebrosus, quorum inæqualitate
regionum orientalium rusticis facile sine
alio adiuto, ad cacumen arboris scandunt:
folia arundinacea, longa, latiuscula, acu-
minata, simul ab vno exortu secundum
rami longitudinem multa. Fructus in sum-
mitate gerit multos, quasi racematim, sed
pediculis longioribus coherentes; quorū
genera quamplurima traduntur, sed maxi-
me commendantur. Mustei ac succo mul-
to pingui vinoso prægnantes, cuiusmodi
sunt, qui in Iudæa nascuntur, nec non in
Hierichunte, Syriæ Palestinæ oppido. Iu-
dicio Galeni omnium dulcissimi, colore
rubi, aut lutei, neque amplitudine, neque
exilitate insignes: Mali virides, exucci, &
insuaves.

Vires. De Palmæ & eius fructus qualitate sic
censet Galenus *lib. 8. simpl. Phoenix*, in-
quit, arbor palma dicta, astrictoria *faculta-*
tis omnibus sui partibus est particeps: nam
ramorum succus austerus, ex aquea substan-
tia, tepida, terrea, & frigida constans.

At fructus, præsertim dulcis, non pau-
cam obtinet caliditatem, stomacho &
thoraci profunt, nutrimentum lau-
dabile suggerunt, & sunt gen-
tibus multis pro
cibo.

CAP. XX.

De oliuis.

OLIVAS & pinguem earum succū, quē
oleum nominant, ad rem escariā per-
tinere nemo nescit: mago arum n. mensas
oliuæ ad appetitum excitandum opulen-
tant; oleum vero non tantam ad acetaria
conficienda, pisces frigendos, aliaque e-
dulia multa paranda, sed etiam ad vnguē-
torum & emplastrorum confectiones v-
surpatur.

Sunt autem oliuæ fructus arboris, ma-
gnitudinis moderatæ, quam Oliuerum
Galli, Oleam Latini nominant, quæ cau-
dice internam prægrandi assurgit, maxi-
me fatiua; nam lyluestris semper humilior
est, ramis multis in larum diffusis, foliis ob-
longis, parum latis, duris, ex pallido viri-
dantibus, salicis æmulis: floribus albis, ra-
cemosis, quos baccæ, seu fructus conse-
quuntur, oliuæ nempe oblongæ, multa
carne & pinguis succo turgidæ, nucleo in-
tus duro, initio virentes, postea nigrican-
tes. Ab arbore fructus, à fructu succi de-
nominatio efficit, vt oliua ex olea, & ex oliuis
oleum dicatur.

Gaudet arbor ipsa in locis siccis & argil-
lois, atque regionibus calidis, vt Hispania,
Italia, & Gallo prouincia; feruidum enim
squalidumq; tractum & statum cæli liben-
ter amplectitur; In septentrionalibus a-
gris vix virefcit, aut sterilefcit, aut cito ta-
befcit.

Oliuas nigrescere incipientes, & matu-
ras Græci *δρῦστρος*. Galli *druppas* appellāt:
Sale ac muria conditæ *ἀλμυρῶς* & *κολυμ-*
βᾶδης illis dicuntur. Ex maturis oleum sim-
pliciter dictum, quod & sapore & odore
multū suauē est, ex immaturis, *omphaciniū*
elicitur. Hæc autem vberius tractanda rei
rusticæ scriptoribus committantur.

Oliuæ immaturæ vim habent astricto-
riam; maturæ qualitatem temperatam:
Conditæ delectabili suauitate palatum re-
creant, & appetitum excitant, humentem
nimis;

nimis ventriculum resiccant & roborant, sed parum nutriunt, nec sanguinem laudabilem gignunt. De oleo & eius qualitatibus alibi fusius egimus.

CAP. XXI.

De vuis acerbis & passulis.

VITIS nomen multis stirpibus inditum, viniferis tantum proprie congruit, viburnum enim, sigillum beatae Mariae, & aliae similes plantae, quae in altum surrectae, alias, ut stent, amplexantur, falso id nominis sibi vendicant. Proprie siquidem *vitis* dicitur; quae vinifera est, eaque domestica, cuius multae sunt varietates, tum à sapore, magnitudine, colore, tum à soli & caeli conditione sumptae.

Species.

Generali acceptione, vitis quidem omnis vel alba, vel nigra dicitur, cum tamē aliae quaedam insueniantur variegatae, seu coloris mixti, quae nec albae, nec nigrae, sed potius subrubrae, aut flavescentes comperiuntur. Racemos, aut vinum ex his expressum intelligo, quod nec absolute album, aut rubrum, aut nigrum est, sed colore mixtum; cuiusmodi sunt vina multa, quae licet alba vocitentur, magis tamen flava sunt, aut rufa, aut gylua, aut obscura, pro vuarum expressarum varietate, aut vario colore.

Omphacium

Porro ut omnes racemi maturi dulces sunt, sic immaturi agrestes, acerbis & insuaves, unde ex vua qualibet immatura, expressaque *omphacium* haberi potest, sed ex ea potissimum peritur, qua etiam matura, vinum expressum acidum est, & minus suave, cuius videlicet palmites crassiores longioresque sunt, & ad topiariorum pergulas & fornices deduci solent, vuaeque acerbis & racemos crassiores proferunt, ex quibus tuis succus exprimitur, tum ad *omphacium*, tum ad *syrupum de agresta* conficiendum, qui propterea *Syrupus de Agresta* nominatur.

Passula

Passula autem sunt fructus maturi vitis

viniferae, sic dictae, quod aridae & rugosae sint, & vim caloris exsiccandis expertae, vade & passulae saepius nominantur. A dulcedine quoque, quam calore adipiscuntur, id nominis sortiri queunt, ut *vinum passum*, seu *γλυκὺν*, id est, dulce. Sunt enim *vua passula* omnes ardore solis siccae, dulces. Nostrates, quae in clibano siccantur, dulcoacidae sunt.

quid & unde dicantur.

Sunt vero passularum, quae tum ad popinam, tum ad pharmaciam trahuntur, tres differentiae; maiores seu *Damaescenae*; minores, seu *Cerinthiacae*, & mediae seu nostrates.

Species passularum.

Omnes vero calidae sunt primo gradu, seu temperatae, admodum tamen astrictoriae, si cum acinis edantur. Sic enim dysentericis profunt. Vuae autem acerbae seu agrestae refrigerant, & adstringunt.

Vires.

CAP. XXII.

De Ribes, & vua crispa.

RI BES seu *Ribesium* fronicosa stirps est, nullis plane spinis horrida, multos ramos parum surrectos, sed tortuosos & inflexos emittens, ac frondes vitis amulas, sed minores, & fructus vuae modo congestos, parvulos, rotundos, rubentes, sapore acidos.

Grossula, siue *grossella rubra* vulgus nominat, Maurirani *Riben*, à quibus officinae suum *Ribes* fecerunt.

Huius fructus dux tantum à rei botanicae scriptoribus traduntur differentiae; alter fructus rubro, propter virium praestantiam commendatus; alter nigro, qui vix in vsum medicum recipitur, sed topiarium; induit enim eleganter hortorum areas. Tertius reperitur, fructum qui profert album & gratum, quem in hortuloan. Gonerii saepe vidi. Recentiorum nonnulli *Ribesium* nominant *Crespinum*, & vuae *Crispae* alteram esse speciem contendunt. Sicque illius fructus *grossula rubra*, huius alba nuncupant: Effigie tamen, colore, sapore,

Species.

Sunt in Germania frequentes.

pore, magnitudine non parum inter se distinguuntur.

Vua crispā.

Nā vua crispā spinosus est frutex, multis ramulis, tenuibus, albicantibus & aculeatis luxurians; foliis latis, crenatis ambitu incis; & flosculis ex herbaceo albidis, fructibus non racematim congestis, sed bacucarum modo pediculis oblongis coherentibus, initio viridibus, dein albicantibus, & cum exacte maturuerint, flavescentibus. succini ritu. Vicem vuae acerbae gerunt ante maturitatem in iusculis & condimentis.

Vires.

Ribes refrigerat, siccatur, moderate stringit, & roborat: febrim aëstus extinguit, bilem reprimat, feruidum sanguinem contemperat, sitim temperat, putredinē arcet, febribus malignis confert, ventriculi subuersioni & dyntericis affectibus à causa calida natis. Eius succo syrupus paratus ad hæc omnia efficacissimus & vtitatissimus.

C A P. XXIII.

De Berberis.

BERBERIS horridus est spinis frutex, seipimentis idoneus, surrectus, virgis præduris, quinque aut sex cubitorum, quæ aliquando arborescunt. Earumque cortex læuis est, ac subalbicans, ut radicem flavescentem, ligni materies lutea: folia numerosa sunt, rigida, acuta, oblonga, dura, dilute viridia, ambitu crenata, & nonnihil aspera: flosculi ex pediculis oblongis coherent lutei, mucosi & emicantes: fructus parui, oblongi, rubri, racematim coherentes. Vocatur hæc planta, ut etiam fructus, spina acida, siue oxyacantha. In officinis *Berberis*, nomine deducto ab Amyrberis Auicennæ, ut sentit Dodoneus, qui hunc fructum *oxyacantham* vocat, non *oxyacanthum*, qui spinæ acuta, seu Burgespinæ, aut albæ spinæ fructus est, rubeus, dulcis & rotundus. *Vulgus senellam* vocat, ut *Berberum*, Spini-vinetam.

Senella.

Vires.

Berberis refrigerat, & siccatur moderate, validius astringit, fluores sanguinis, & aliorum humorum cohibet, calorem viscerum mitigat, vomitum sedat, & viscera recreat.

C A P. XXIV.

De Auellanis.

NUCVLIS nihil notius ipsis, quas Græci *λεπτοκέραια*, quasi *nuces exiguas* nominant, Pharmacopœi *Auellanas*, olim *Abellinas*, forsitan ab Abellino Campaniæ oppido, vbi earum prouentus est vberissimus. Nonnulli *Ponticas* nuncupant, quoniam è Ponto in regiones alias venerint: alii *Prænestinas* dicunt, quod Prænestini his abundant, & aliorum ciborum defectu famem diu tolerarint.

Abellina.

Nuces Pontica.

Nuces Prænestina.

Species.

Sunt autem vel vrbanae ac cultæ, vel syluestres: Ex domesticis, quibus hortorum pergulae ornantur, aliæ sunt oblongæ, & abditæ latent in calicibus longis, callosis, herbaceis, in extremo simbriatis; aliæ rotunditate insignes, & calicem exteriori breviorē, & magis patulum habentes. Inter longiores, quæ membrana rubente obuclantur, sunt præstantiores. Syluestres parua admodum sunt, minus gratae, & in sepibus, dumetis & syluis passim nascuntur.

Omnes vero colliguntur ex arbore pumila, quam *Corylum* nominant, cuius rami præsertim iuniores recti sunt, fere enodes & obsequiosi: folia lata, acuminata, ambitu serræ modo incisa: cortex tenuis: radix crassissima. Ut fructus sic frutex notissimus.

Auellanae ad eclegmatis de pineis confectionem accedunt: *Sacharo* interdum incrustantur, ut bellariorum vices impleant, & suauis edantur, difficile tamen concoquantur, propter terrestrem & solidam, qua constant, substantiam Bechicam quandam vim obtinent, ob dulcissimum earum saporem, & recte medicamentis thoraci dicatis admiscerentur.

Vires.

C A P. XXV.

De Pistaciis.

PISTACIA nucule sunt ex arbore terebintho simili, quarum exterius ac primum tegumentum tenue admodum est

Kk ac vi-

ac virefcens; fecundum nucamenti ritu lignofum, fragile tamen & albicans: Nucleus inclufus, vteunque viret: Sapor amarodulcis, ac iucundus. Illa in Italiam ex Syria Vitellium primum intuliffe, & in Hifpaniam Flaccum Pompeium equitem Romanum, Plinius author eft, cap. 5. lib. 13.

Arbor, ex qua promanant, hucusque exotica fuit, fed recentiorum fedulitate nunc cicurata, in plagis feptemtrionalibus multis fructicat, fed fructus perfectionem & maturitatem raro aut nunquam affequentur. In officinis *fiftici* folent appellari. Pofidonius *Biftacia*, nonnulli *phiftacia* nominant.

Calidi & humidi funt, feu temperati, & optimi fucci. Phthificis ac tabidis valde conveniunt: materiam in pulmonibus contentam coquunt & expurgant, viscera infarctu liberant, fermen & Veneris stimulos augent, nephriticis auxiliantur.

CAP. XXVI.

De Amygdalis.

AMYGDALVS non adeo videtur fimilis Perfica, vt fcribitur, nam frondofior eft, procerior, vita diuturnior, & cortice conftat craffiore, duriore atque foliis anguftioribus, longioribusque, ambitu crenatis. Raro in Aquilonio tractu floret, rarius fructum parturit; flores tamen alioris patientiffimi funt; nam ante finem hzemis explicati, innoxie brumam & gelu tolerant, & amygdalas autumnu copiofas largiuntur, quas nonnulli *Gracas nucas* & *Thafias* cognominarunt.

Ex his quedam amaræ funt, quæ calidiores & minus efculentæ; aliæ dulces & culinæ, & officinæ delectabiles. Ambræ in arbore fimili nafcuntur. Ex omnibus oleū exprimitur; ex amaris amarum, quod aurium affectibus conferre putatur; ex dulcibus dulce, quod temperatum eft & naturæ amiffiffimum. Datur ftquidem feliciter omninerati & fexui; atq; ipsis infantulis tuffientibus familiare & fecuriffimum eft

medicamentum: humores in thoracem delapfos optime coquit, & ad expectorationem ducit.

De amygdalis amaris duo memoranda traduntur, earū nempe efu vulpes interfici, & ebrietatē arceri: cuius rei narrat hiftoriam Plutarchus; *Fuit*, inquit, *apud Drufum Tyberij Cafaris filium, Medicus quidam amaras amygdalas comeffari folitus, qui fic omnes potando fuperabat, nec temulentia tentabatur.* Hiftoria.

Dulces vero, quia fuaues, bellariorum vices multis modis implent; nam decorticata mensis apponuntur, aut adhuc tenellæ, aut adultiores & reficcata, aut facharo in cruftatæ & condita, & integre, vel ex hif tritis, *facharo & aqua rofarum* panes dicitur fieri, quos vulgus Macharones nominat. Amygdalarum quoque paratur forma potus lactei, puerperis familiariffimum.

Amygdalæ amaræ calidæ funt & detorfioræ: dulces calidæ, vel potius temperatæ, ori gratæ, & alimoniam corpori conferrentes.

CAP. XXVII.

De Nucibus.

NVX iuglans, quafi *Iouis glans*, aut *inuans* dicitur: Illius enim truncum fabri lignarii quaritant, corticē infectores, fructum pueri, ad lufum & efum, Pharmacopœi ad medicum vfum; quem etiam no-uit Mithridates, qui ex nucibus antidotū, paucis additis, conficiebat fuum; vt etiam Galenus, qui ex earundem fucco fuum parabat *Diacaryon*, feu *Dianucum*, addito mellis tanto, quanto ad fuauitatem opus effe videbatur: quo medicamento ipfe fanauit hortulanum ab vna, tonfillis ac glandibus fere fuffocatum, vt testatum reliquit *lib. 6. compof. medic. local cap. 2.*

Eft vero nux arbor prægrandis, foliis neruofis, fraxini modo coherentibus, & facie fimilibus, fed maioribus. In agris, fexus vias pingui ac reftibili folo late proficit, atque etiam in hortis, fed quia fua vicini-
nia &

Fiftici.

Vires.

Nucas graca.
Nucas Thafia.
Species.

Nux plantis & halitu segetes & stirpes proximas
inimica. male afficit & quasi inficit, secus agrorum
semitas plantatur, iuxta illud poetæ:

*Me, fata ne ladam, nam fata ladeve dicor.
Imus in extremo margine fundus
habet.*

Circa solstitium æstiuum nuces virides
& adhuc tenellæ à cortice externo pur-
gantur, & tamdiu in aqua subinde mutata
infunduntur, vt amaritudinem deponant.
Dein coquantur, vt mollescant, postea
cinnamomo aut *caryophyllis* configuntur, &
sacharo coquantur, & seruantur ad ventri-
culum imbecillum roborandum, & costi-
onem iuuandam.

Vires. Sicca nuces calefaciunt & siccant, ex
hisque tufis & expressis oleum elicitur,
quod vim habet calefaciendi, digerendi,
resoluendi, neruostororandi, & flatu dis-
soluendi: Ob id vt iliter clystis ad colicum
dolorem, à flatu & frigidis humoribus na-
tum præscriptis, admiscetur.

C A P. XXVIII.

De nucibus Pincis.

PINUS, Picea, Abies, Cedrus & Larix ar-
bores sunt præcellæ, coniferæ, resini-
fluxæ, & inter se vultu nõ multum dissimi-
les: Earum tamen alia exoticæ sunt, nec
facile in nostro solo & cælo cicurantur, vt
Cedrus Palestina ac Libania: Aliæ nostrates
quidem sunt, sed syluestres perpetuo, nec
nisi ad spectaculũ in hortis habentur, nec
cultu delectantur, vt abies, Picea, agrestes
pini. Vera autem pinus magis vrbana est,
ac mansueta, quæ vbi crasso caudice ascen-
derit, circumquaque ramos edit multos,
foliis tenuibus & longis, in extremo acu-
leatis vestitos & comosos.

Fructus conis dicuntur, vulgo *poma pini*,
ex multis velut squamis, cynaræ ritu, cras-
sis, duris, lignosis, capitatis compacti; in
quorum sinibus, ac veluti toris includun-
tur nuclei, oblongi, rotundi, tenui mem-
brana nigricante inuoluti, dulces, qui mo-
do *pini nuce*, modo *Strobili*, modo *Coccali*
& sæpius *pinci* nominantur. *Galenus.*

Nucleus hic temperatus, ad calorem ta-
men magis accedens, vnde rebus venereis
inferuire creditur: semẽ enim & lac auget,
multum alit, exasperata lenit, tulli veteri
prodest, nec nõ phthificis ac tabescẽtibus.

Præter pinum veram, alia sunt multæ
syluestres, vt *Picea*, tres maritimæ & alia
quædam, quæ inter rupes & loca prærupta
ac montosa sponte nascuntur. Omnes au-
tem, quemadmodum & abies & larix, quæ
illis affines sunt, lacrymosæ cernuntur, &
sponte, vel illato vulnere succos effun-
dunt, aut liquidiores, aut spissiores, albi-
ores, vel nigriores: de quibus sectione se-
quente differemus.

*Vires.**Pini sylue-
stres.*

C A P. XXIX.

De nucibus cupressi.

CUPRESSVS sempiterna fronde viret
caudice procerò, tereti, crasso, surre-
cto; summitate fastigiata, atque in orbem
coacta; folio pini, sed carnosiore, breuiore,
obtusiore, amaro; ramis compluribus, fo-
lios, in angustum cohibitis, odore graui-
bus, tactu asperis, neutiquã pungentibus.

Pro fructu conos, seu nuce effigiem con-
ni referentes exhibet, quibus fatiscenti-
bus, & vetustate, vel calore dehiscentibus,
semen paruum intrus conclusum, vel spon-
te, vel leui attactu delabitur. Materia ligni
solida flauescens, santali æmula, odorata,
ad supellectilium ligneorum fabricam
maxime idonea.

Huius autem arboris duæ traduntur dif-
ferentiæ; vna mas dicitur; altera femina:
vtraque comæ perpetuæ ac semper virentis.
Illa fecunda est terque in anno galbulos, seu
nucis promit, Ianuario, Maio, Septembri,
vultuque veluti morosa est, fructibus torua,
odore grauis, nec vmbra delectabilis. Al-
tera, quæ femina dicitur, sterilis est, nec
galbulos, nec semẽ proferens, & ramos in
latum magis diffundit: cætera marivix dis-
similia; nam idem vtriusque color, odor,
sapor, virtus, & vultus. Solet cupressus hye-
mem salua perferre; Lutetiæ tamen euasit
nulla per rigiditatem hyemis anni 1608.

*Species.**Mas.**Femina.*

In Creta insula, referente Theophrasto *cap. 2. lib. 2. & lib. 3.* late & sponte etiam sine femine prouenit, ut etiam in Idæis montibus, Leucisque vocatis, in quorum summis iugis, quibus nix nunquam deest, cupressum comperiri affirmant, quamuis alibi non nascatur, nisi teporem inuenierit. *Theophrast. cap. 1. lib. 4.* E cupresso resina quaedam lagnæ consistentia similis exudat, acerrima sapore, cuius rarissimus est usus.

Vires.

Tota cupressus vim habet calefacientem, exsiccantem & astringentem, sed eius maxime folia, germina, nuces, & semina usurpantur. Conferunt laxis partibus roborandis, dysentericis, & cæliacis affectibus cohibendis, & humoribus sistendis.

CAP. XXX.

De fructibus seu baccis Lauri.

LAURVS *ἄλφρον* Græcis dicta, Apollini consecrata, cuius scilicet ramo vultu in diuinationis signum sese coronauit, frutex est perpetua fronde, semperque virente, in iustam arboris proceritatem caput erigens, ramis multis, crassis, cortice virescente indutis foliis oblongis, latis, mucronatis, duris, viridibus, suauem odorem spirantibus; floribus albidis secundum ramulorum ductum erumpentibus; quibus marcescētibus succedunt fructus, seu baccæ, ovalis figura, seu oblongæ, nigricantes, solidiore nucleo grauidatæ, aroma olentes, cum quadam acrimonia amaricantes.

Vberime germinat & proficit in tota Gallia, in Normania enim iuxta mare quasdam vidi, quæ mediocri quercus magnitudinem æquarent. Latius tamen & vberius nascitur in Italia, & locis calidioribus; hyemem enim rigidiorē, qualem Septentrionales perpeti solent, non innoxie tolerat, nam rami & folia gelu percussa sæpius commoriuntur: his tamen abscissis postea ex radice viuacissima noui surculi, seu stolones denuo erumpunt. Hanc au-

tem arborem non solum solam à fulmine tutam esse, sed etiam ædes, in quibus rami illius adsunt, nunquam à cæli fulminibus tangi, multi scribere: Idcirco Tyberius Cæsar cælo coruscante & tonitru fragore perterritus lauro coronabatur.

Baccæ lauri insigniter calefaciunt, siccant, attenuant, status discutunt. [*Dioscorid. cap. 108. lib. 1.*] Ad medicamenta autem adhibentur, quæ neruorum lassitudines reficiunt, *Acopa* vocant, & ad vnguenta, quæ calefaciunt & resoluunt. Oleum ex his expressum, aut decoctione elicatum, scabiem, psoram, & multas cutis fœditates delet ac sanat, saggilata & e chymosēs auferit, & humores effusos discutit.

CAP. XXXI.

De granis Iuniperi.

IUNIPERI lignosus est frutex, spinosus, ramosus, mediocri arboris magnitudinem sæpius æquans, cortice membranoso, sæpius disrumpente indutus, odor, baccas ferens primo virides, & per maturitatem nigras, pisorum magnitudine. Materia ligni flauescit, santali citrini modo: foliola angusta, acuminataque spinas potius, quam frondes referentia. Nascitur sponte in locis aridis & incultis, ibique lætus fruticat, præsertim mōstis & squalidis: nam in planis nasci recusat. Sola inter arbores fructus suos in biennium prorogat, qui etiam antiquati, & in arbore relictis citius marcescunt, quam sponte decidant. Cedro valde similis est Iuniperus, & à quibusdam male *oxycedrus* nominatur: licet enim Iunipero & oxycedro, præsertim phœnicæ caudex sit tortuosus, foliola acuta, viridia semper, baccæ parvæ & rotundæ: multum tamen inter vtrumque est discriminis: nam *Oxycedrus* vtrique exotica planta est, cuius baccæ fulvæ sunt, odoratæ & suaves, & ligni materia rube-scens. Sponte nascitur in Asia, ut Iuniperus in Gallia.

Hoc in germania salsum.

Oxycedrus.

Belo-

Belonijs agnoui iuniperum quandam maiorem, quæ in mediocri arboris altitudinem sæpe assurgit; baccaque gerit auellanarum magnitudinem, vt plurimum superantes, & gallas sæpius æquant: nostras tamen cum minime sit inefficax, & forsân præstantior, in medicis vsibus tantum celebratur.

Sandarax.
Vernix.

Ex Iunipero manat gummi quoddam resinofum *Sandarax* Serapioni, Latinis *vernix* dictum, cuius loco nonnulli vocum affinitate decepti, *Sandaracham* Græcorum, quæ auripigmenti species est, periculose substituunt; ea enim *Sandaracha* exitiale venenum est: nam cum *Arsenicum* triplice discrimine notetur, croceum seu auripigmentum, *Risagalum* quibusdam dictum rubrum, seu *Sandaracha*, & album, seu vulgare; atque vnumquodque deleterium, *Sandaracha auripigmentum rubrum* est, & exitiosum, nec tuto pro *vernice*, seu *gummi Iunipero* vsurpatur, ne postea minus cautos decipiat vocum affinitas, apud quos interdum *Sandarax*, & *Sandaracha* apud Plinium *cap. 7. lib. 1.* pro re multum dissimili, pro cibo videlicet apum, quo, dum fauos conficiunt, operantur. Ab eodem vocatur adhuc *Eriihaco*, & *Cerinthus*.

Vires.

Baccæ Iuniperi calefaciunt, stomacho profunt, vrinam mouent, crassos & viscidos humores expurgant; contra inflationes, tormina, serpentum ictus, tussim & pectoris vitia vtiliter dantur, & antidotis conuenientissime admiscentur.

C A P. XXXII.

De Gallis.

GALLÆ velut pilulæ quædam salebrose, ac spurii fructus, qui præter legitimos in glandiferis arboribus, noctu ferre erumpunt, Sole de Geminis exaunte; quo feruidiore existente, tabescunt, nec iustam magnitudinem adipiscuntur. In Bohemia & Hispania nascuntur vberes, in quercubus multis, quarum truncis & ramis

etiam tenuibus, absque pediculis, vt plurimum adnatæ cohærescunt.

Gallarum genera multa traduntur, inter quas duæ potissimum, & ad medicamenta quædam paranda, & ad coria densanda accommodantur, vna *Omphacitis* dicta, quæ parua est, rugosa, nodosa, solida, nullo foramine peruia; altera plana, leuis, flauescens, interna parte laxior & maior, & perforata, ex cuius videlicet foramine quoddam exiit insectum, seu musca, vermiculus, vt contingere solet, aut aliud simile animalculum.

Ex quercubus *Hemeris* & *Robur præstantiores* semper gallas eructant. *Hemeris* autem ea esse quercus creditur, quam nonnulli *Mydion* nominant, cui caudex in orbem comatur, contorquetur, & multis ramorum alis confurgens glandes, præter gallas, gerit non insuaves.

Robur Latinis *Quercus*, Theophrasto dicta, gallarum feracissima est, quarum vbertatem æstate præter glandes suppeditat, nec non alias pilulas exiguas foliis medijs sine pediculo adhærescentes, vt in nostratibus quercubus videmus. In summa, quercus non tantum glandes & ramos germanos promit, sed adulterina multa, vscum, gallas, poma, fungos, & multos alios pseudofructus.

Gallæ refrigerant ad recessum vsq; secundum, resiccant ad tertium, & potenter astringunt: partes laxiores contrahunt, imbecillas roborant, fluxiones cohibent, atque efficaciter ad astringenda aut siccanda, quæ opus sunt, vsurpantur, inquit Dioscor. *cap. 147. lib. 1.*



SECTIO VII.

DE GUMMIS.

Nihil tam vulgare, tamque controuersum

sum & anceps, atque gummorum, resinarum
& lacrymarum, quæ ex plantis colliguntur,
vera dignotio, & inter se distinctio: vix n.
aliquis datur classicus auctor, qui singula in
artem redegerit, & de omnibus apposite dis-
seruerit. Vnus Syluius ordinem meditatius
meliolem, gummi multa tanquam in fasci-
culum congerens simul de Electro & amba-
ro odorato, (ambram griseam Officina nun-
cupant) egit. & Galbanum, Hammoniaccū,
Sagapenum & Scammonium inter liquores
numeravit. VVeckerus promiscuus de gum-
mis, resinis, succis concretis & liquoribus
differuit. Rei herbaria auctores modo de his,
modo de illis pro varia resinifera, aut gum-
mifera stirpis describenda natura, velut per
transennam tantum verba fecere: Nos ve-
ro in Pharmacopœorum gratiam, hanc sin-
gula noscendi methodum instituiimus, &
qui gummi à resinis, & hæc ab illis & liquo-
ribus vulgo dictis, diffideant, ostendimus.

C A P. I.

De Succis, seu plantarum humo-
ribus.

VT cornua ceruis, & comæ atque pili
multis animalibus quotannis deci-
dunt, sic folia, luli, flores & fructus plantis,
quibus non modo sua caro est, neruus, os,
vena, & suus velut sanguis, & humor in
plantæ singulas partes alendas destinatus,
sed & sua sunt velut menstrua, perinde ac
mulieribus, quæ certis temporum circui-
tibus superueniunt, vt lacrymæ vitibus,
gummi ceraso, amygdalo, & aliis arbori-
bus permultis, resinæ Lentisco, piceæ La-
rici, aliis alius liquor illis quantitate mole-
stus. Vt enim sanguis animalibus surget &
urget, sic plantis humor, seu succus, cui seu
sponte, seu arte detur exitus, ad ipsarum
semper leuamen profluit & incolumita-
tem.

Sanguis
plantarum
varius.

Sanguis autem stirpium succus proprius
est, qui in fibris est, vt lac, ait Aristot. lib.
1. de plant. In vire velut humor, in quibus-

dam similis est picis liquidæ, in aliis velut
oleum; in nonnullis vt gummi. Et quæ-
dam, inquit idem philosophus, succum ha-
bent vt resinam, myrrham, & thus, & thy-
miama. Præterea nonnullæ venas habent,
& ventrem, & partes, vt in animali simi-
les, licet animalia non sint contra Anaxa-
goram.

Humor autem ille plantarum, quo de-
ficiente, deficere incipiunt ipsæ, & exsic-
cato tabescunt, communi nomine caret, *Anonymos plantarum humor.*
sed vocabulo magis vsitato, ait Theophras-
tus cap. 3. lib. 1. de hist. plant. succus appel-
latur, quem alii lacrymam, alii liquorem, a-
lii humorem dicunt, qui in singulis variam
coctionem subiens, variam spissitudinem
& colorem acquirit.

Hinc inter stirpium humores, si consi-
stentiam spectemus, alii tenues & aquosi,
alii crassi & lenti, alii callofiores: alii den-
sari facile possunt, alii nequeunt. Theo-
phrastus cap. 17. lib. 6. de caus. plant. Si vero
saporem & qualitatem, alii vinosi sunt, ceu
vitis pœmi, mori, myrthi: alii pingues, vt
Oleæ, lauri, nucis amygdali; alii lenti & re-
sinosi, velut abietis, pini laricis: alii dulces,
vt ficus, palmæ, iuiubarum: alii acres, vt o-
rigani, piperis, sinapi: alii amari, vt absya-
thii, fellis terræ, colocynthis.

C A P. II.

Quid Gummi, & qui differat à Resinis,
& aliis liquoribus con-
cretis.

QVAMVIS succi plantarum, cum
plurimi sint, facile comprehendendi
non possint, ex Oribasio cap. 5. lib. 14. coll.
singulos tamen ad sua genera qui reduce-
rit, de his certam doctrinam constituere
valebit.

Χελλο autem seu succus proprie is humor Succus quid.
est, quo planta nutriuntur, quiq; non sponte,
sed præcedente tritura & expressione, aut a-
lia præparatione elicitur, estque semper te-
nuior, nisi calore exsiccatu induretur, vt
in Rob & succis inspissatis contingit.

Liquor

Liquor. Liquor vero crassior est, & interdum sponte, sed vulnere saepius illato delabitur, & lacrymatim profluit, vnde *lacryma* fere semper nominatur. Is si oleaginosus fuerit, & liquidus, specialiore nomenclatura *resina* dicitur: Si terrestrior, admodum aqueus & concretus in truncis arborum, *Gummi*: quæ mediam inter gummi & resinas possident naturam, suntque partim terrestria, & aquea, partim oleagina & pingua, *Gummi-resina* nobis dicuntur.

Gummi quid. Est autem *Gummi*, vt exotico nomine *gummi*, vt Græco utar, *lacryma coagulata, concretaque in truncis arborum ipsam producentium*, Gal. cap. 40. lib. de simplic. cuius aquea magis est substantia, vt resina oleaginosa: proinde gummi aqueis promptius miscentur, oleaginosi ægerime: Resina contra, quæ & flammam facile concipit; gummi vero in igni crepitat; licet enim calidum stillando procedat, vbi tamen aerem contigerit, coagulatur, & aquæ simile est, inquit Aristot. libro 2. de plantis circa finem. vnde ad prunas ardentes injectum fragorem edit.

Cum autem multa sint eius genera, ex diuersis arboribus prodeuntia, quædam enim coagulantur, quomodo lapides & cõchæ, ait Aristoteles *ibid.* alia sunt molliuscula: quædam pellucida, aureo colore flauescencia, alia obscuriora, pallidiora: nonnulla ex arboribus peregrinis, alia ex nostratibus profluentia, de eo primum agam, quod è spina *Acacia* prouenit, & simpliciter *Gummi* dicitur.

CAP. III.

De Gummi Arabico.

Nomina. **G**UMMI nomen ab Arabibus depromptum est, & absolute dum ponitur, id ipsum est intelligendum, quod Officina privilegio quodam *Arabicum*, Galenus *Thebaicum*, nonnulli *Babylonicum*, alii *Acacanthinum* nominant. Ex arbuscula quædam manat, quam Dioscorides *Acasiam*

nominat, cuius duas species constituit; *Acacia species*. Prior recta assurgens virgulta profert lignosa, spinis exercis, & duris hinc inde stipata: folia longa, quasi ex multis foliolis coherentibus composita; flores albos; siliquas breues, planas, lupinorum ritu; semine glabrum, & splendens. Male depictam eius iconem tradit *Matchiolus*.

Altera *Acacia* in Cappadocia & Ponto prouenit, ait Dioscorid. prior minor, tenerior, humilior, folia habens rutæ, & virgulta quibusdam aculeis spinosa. Ex hac succus quidam educitur, qui arbuscule nomen retinens, *Acacia* dicitur; sed ob eius raritatem substitui solet *succus sylvestris pruni*, Dodoneus Germanicam nominat. Ex illa *Gummi* profluit *Arabicum*, quod laudatur vitri modo pellucidum, syncerum, in vermiculorum speciem contractum, dein candidum: sordidum ac resinofum inutile.

Vis eius ad spissandum & refrigerandum *Vires*. efficacior, ocularibus medicamentis & articularibus commodissime miscetur: cutis meatus obstruit, & procidentes oculos reprimat. Vt optime pulueretur, debet in mortario & pistillo calidis verberari.

CAP. IV.

De Gummi Tragacantho.

TRAGACANTHUM est *gummi pellucidum, album, subdulce, leue, ac syncerum*, quod à radice cuiusdam plantæ spinosæ vulnerata, nominis eiusdem manat. Ea radix summo cespite nititur, & humiles, rigidosque furculos emittit, in quibus minuta folia, multa & tenuia, quæ sub se spinas occultunt, albas, rectas & firmas. Arbuscula hæc *Tragacantha* Græce, *Spina hirci* latine dicitur. Nascitur in Creta, & multis Asiæ locis, lacrymamque non incitura, sed sponte profluere contra Dioscoridem, asseruit Theophrastus cap. 8. lib. 9. de hist. plant. hanc enim cedere, inquit, opus nequaquam est. Licet autem omnino peregrina sit, & à nostratibus herbariis raro visa, cicutatam tamen & sâtis.

facis late virentem in horto Ioannis Gonerii, rei medicamentariae peritissimi, vidimus. Illius vero coagulatus succus, seu gummi gentilitio nomine *Tragacanthi*, & Officinis *Dragacanthum*, dictum, ipsis etiam tyronibus notissimum est, quod non facile, ut obiter dicam, laeuigatur, nisi pilis & pistillo calidis.

Vires.

Vfus eius commendatur ad oculos medicamenta, scabrities arteriae, raucedines, tusses, retusas voces, ceterasque defluxiones cum melle, aut sacharo, in delinctu.

C A P. V.

De Ammoniaco.

Vnde habeat nomen.

GUMMI Ammoniacum dicitur, quod stillet in arenis iuxta Iouis Ammonis oraculum. Ex qua autem stirpe, non liqui quido constat; nam Plinius ex arbore, quam *Metopion*, Dioscorides & ex frutice, quem *Agasyllim* nominat, & ex ferulacea planta manare dicit: vix autem ferulaceum genus fruticum generi consentit.

Thrausma. Phyrama.

Ferula porro lacrymam esse, Galenus asseruit *6. simpl.* ex qua vel syncerum gummi, densum, nullis sordibus conspurcatu, & minutis glebis coactum, vel impurum & inquinamentis quibusdam infectum colligitur. Illud *Thrausma*, hoc *Phyrama* Dioscoridi *cap. 98. lib. 3.* dicitur.

Vires.

Probat, quod nullis arenis, terra, aut aliis rebus extraneis sordescit, in thuris masculi similitudinem effigiatur, odore castoreum vtecumque refert, & sapore amaricat. *Ammoniacum*, Officinis corrupte *Armoniacum* dictum facile aqua, aceto, vino albo, & aqueis dissoluitur.

Vim habet emolliendi adeo efficacem, ut iuncturarum tophos dissoluat, & alia tubercula discutiat, lienes induratos sanet, & potu datum obstructions etiam contumaces tollat; menses & vrinam mouet, calculos trudit, & ad motum charadas dissoluit.

C A P. VI.

De Lacca, & Cancamo.

QUID sit *Lacca*, quid *Cancamum*, an vtramque sit idem, vel alterum ab altero dissideat, & si dissideant, quid singula sint, ex authorum libris non plane constat. Serapio, Paulus & inter recentiores Matthiolus, *Laccam*, *Cancamum* Dioscoridis esse firmiter credunt. Brasauolus, Garcias ab horto, & Clusius rem diuersam tenent. Qui veritatis perdicens cupidi varios orbis tractus lustrarunt. *Cancamum* Dioscoridis non modo a *Lacca* varium, sed incognitum putant: nam cum ad suffimenta praesertim vsurpetur, aliaque multo fragrantiora & suauiora thymiamata habemus, negligitur. Adde, quod ex arbore peregrina, Arabica nempe profluere perhibetur, nec a regionibus tam longinquis mercatores hanc ad nos deuehere lacrymam dignantur. Vt sit, *gummi quoddam Cancamum est, sapore virosum; odore probatum, & valde rarum.* *Lacca* autem vtraque qualitate destituitur, frequens inuenitur, nec *Chermes* Arabum existit, neque ex sorbi, aut mespili, aut myrti ramis colligitur, ut nonnulli putant, neque myrrha similis est, ut scripsit Auicennas, cui forsitan ignota fuit. Sed si vera loquitur Garcias ab horto, quaedam velutifauago est, & liquor in arboris vastae ramis concretus, & formicarum alatarum suctu & ope coactus.

Hae autem arbor in Arabia non nascitur, sed in India, & maxime in prouincia *Pegu*, vbi *Lacca*, *Trec* vocatur; ut etiam in *Trec*, *Bengala* & *Malauar*, vbi *loc*, & *lac*, vnde *Lacca* dicitur. Hanc opinionem, & ratione, & enarratione multa tueri conatur Garcias, & ex Amato Lusitano efficere contendit, *Cancamum* id aroma esse, quod alio nomine *Anyme* vocat, cuius duo facit discrimina, vnum album, quod Dioscoridis *Cancamum* est, suadente Brissoto Medico Parisiensi; alterum subnigrum, quod est *myrrha*, seu potius *Myna*, aut *Amynea*.

Sic

Sic rei cuiusdam obscuritas cogit ad vocum affinitatem confugere, perquirendæ veritatis gratia. Vt tamen libere dicam, credo *Anyme*, seu *Amyneam*, vt quidam loquuntur, *myrrham* & *Cancamum* res plane diuersas esse: Laccam autem Offinarum quadam usurpatione, *Cancamum* veterum incuria vocitari, qui vocularum aliquot è gente *Barbara* depromptarum ignari, quæ minus fideliter audire, crediderunt. Sicque longo vsu Laccam *Cancamum* nominantes, hanc veluti præscriptionem & loquendi libertatem ætati posteriori reliquerunt.

Sunt qui illorum sententiam tuentur, dicuntque, tres Laccæ varietates assignari: Prima est *Cancamum* Dioscoridis nulli fere visum: Secunda *Lacca vulgaris*: Tertia *factitia* est, qua insectores vtuntur: cuius adhuc plures differentie notantur, quas breuitatis gratia omitto.

Vulgaris dura, pellucida & rufa est, myrrhæ admodum similis, surculos arboris exoticæ circularim inuolueos, quam suctu à formicis Indis ex arbore elicitam, elaboratam, & ramis cohibitam esse, vt asseruit *Garcias*, vix credibile est, sed potius lacrymarum & reliquorum gummi modo, sponte exudasse & concreuisse. Nam cum animalia ex Philosopho, laborent & pugnent pro victu & coitu, quæ in hyemem futuram tota æstate panem illis familiarem quarant, aut panificium quoddam elaborandum suscipiunt, non ramis arborum, aut loco aeris & cæli iniuriis obuios exponunt, sed in latibus recondunt. Formicæ autem Indicæ Laccam frustra, nec pro cibo congerere & cogere, sed deserere, perpauca credunt. Quæ ad nos defertur, bacillos arboris circumuestit, estque dura, & pellucida, & facile aqueis dissoluitur: hæcque trochiscos de *Carabe* & *Dialaccam* ingreditur, non factitia, vt perperam ignari quidam putant.

Non tantum ad Medicos, sed alios plures mechanicos vsus celebratur, vt ad ceram, quæ literis obfignandis inseruit, inficiendam, & ad tinturas, quæ lignis supellectilibus inficiendis dicantur, parandas, atque ad eos colores excipiendos, qui Laccæ commixti elegantius micant.

CAP. VII.

De sanguine Draconis.

SANGVINIS draconis peruestigatio iam diu multorum exercuit ingenium. Quidam enim *Plinii* [cap. 7. lib. 3.] erroneam opinionem securi, draconis animalis ab Elephante collisi sanguinem esse crediderunt. Quem errorem non modo sequitur *Solinus*, sed *Cinnabarin*, sanguinem draconis officinarum tenet. *Serapio* scribit capit. 341. esse succum plantæ cuiusdam, illi *Sidrichis*, & *Egilos* dictæ, quam herbarii nostrates quartam sydericis speciem existimant. Ignari quidam Pharmacopœi pro sanguine draconis, rem quandam è terra synopica rubia tinctorum, & quibusdam aliis factitiam, in rotulas conuolutam, ab impostoribus emunt.

Brasauolus inepta tria sanguinis draconis facit discrimina, primum ex pseudobolo factitium, secundum lachrymæ cuiusdam arboris dicit, tertium gummi. Sed vt sanguis draconis adulteratus verus non est, sic improprie duplex eius constituitur species, vna, quæ lacryma, altera, quæ gummi sit eiusdem arboris: omne siquidem gummi, quod lacrymatim ex arbore stillat, generali significato lacryma dici potest.

Aloysius Cadamustus, patritius *Venerus* cap. 4. lib. 1. suæ nauigat. sic melius originem illius expressit. Est, inquit, in insula, cui nomen portus sanctus, (è Canariis vna est) Sanguis draconis, qui lacryma est arboris: nam statò anni tempore, arbores ferro sauciant, quæ ubi incisa sunt, anno sequente,

Vires.

Sanguis draconis quid.

L l

quente,

Lacca vulgaris.

quente, gummi per incisiones emittunt. Id ahenis coctum, defacatumque, sanguis efficitur, quem Draconis nominant. Eius arbor fructum instar cereas profert, mense Martio, gustu eximium, coloris veneti.

Nic. Monardus huic opinioni videretur assentiri, & sanguinem draconis, non alicuius animantis saniem, sed arboris lacrymam esse, sic asserit: *Attulit*, inquit, ante paucos dies ex noui orbis continenti Episcopus Carthaginensis fructum arboris, ex qua manat lacryma illa, quam sanguinem draconis vocant.

Fructus arboris.

Est autem hic fructus admirandus, nam sublata, qua integitur, pelle, ilico dracunculus apparet tanto artificio à natura fabricatus, ut à peritissimo aliquo artifice è marmore sculptus videatur, collo oblongo, ore hiante, spina aculeis horrida, cauda oblonga, & pedibus conspicuus.

Ab eo fructu nomen arbor sumpsit, & eius lacryma, quæ vulnere illato effluit. Et laudatissima ex Carthagine Peruana defertur.

Arboris descriptio.

Arbor illa procera est, cortice satis tenui, & facili vulneratu, cuius nomen cum veteres ignorarent, de sanguinis draconis natura & origine nihil certi tradiderunt. Clusius illam vidit, & accurate descripsit.

Sanguis draconis quid. Vires.

Sanguinis igitur draconis & arboris cuiusdam exoticæ, & gummi in ipsius ramis concreti, duri, purpurei nomē est.

Vim habet collecticam & agglutinatorem: ob id vulneribus coalescentibus conuenit, & partibus laxioribus & stringendis, & roborandis. Ante usum facile aquis dissoluitur.

CAP. VIII.

De Asa foetida.

MVLTEX veterum quorundam opinione Asa duplicem constituunt, autem seu odoratam, & foetidam: hanc Arabum esse, illam Belaiinum officii-

narum: atque, utrumque è Lasere, seu Laserpitio provenire contendunt. Verum quid sit Asa dulcis, nondum comperitum est: & forsitan tam est ignota recentioribus, quam vix perspecta veteribus foetida: cuius haud scio, si meminerint. Nunc vero tam frequens est in Pharmacopoliis, ut importune tyronum nares feriat. Innascitur fetulaceæ stirpi, ut Beniuiam arbori proceræ, cui Asæ nomen nusquam iudicatum inuenimus. Ut igitur singulorum diuersus odor, sapor, & origo, sic diuersa nomenclatio.

Est autem Asa foetida excrementum, seu gummi Lasere, seu Laserpitii, quod Silphion, Dioscorides e. 94. lib. 3. Auicennas *Alit*, siue *Antit*. Indi *Aninden*, Officina *Assam*, sed magis proprie *Asam*, quasi laser, ex quo depromitur, nominant: nam *Laser lacryma* est, *Laserpitium planta*, ex qua elicitur *laser*, seu *Asa*, non *Asa*, quæ secundum Rhasim herba est, quibusdam yopos, aliis thymum dicta.

Asa foetida quid.

Laserpitium vero fetulacea est stirps caule annuo, quem *Maspetum* vocitant; foliis apio similibus, sed flauescens, semine lato, foliaceo, radice nigra, crassa, longa, ac interdum cubitali. Audacter quidem Garcias Asam lacrymam esse Laserpitii contendit, sed rimide ac ieiune nimis eius descriptionem exhibet; tantum enim de foliis breuiter loquitur, quæ coryli similia credit. Peculiaris huius culta fugere loca: quamobrem si colatur, mitescatque solum, deuiat, atque omnino degenerat, utpote natura cultura aspernans, inquit Theophrastus e. 2. lib. 9. de hist. plant. ferocitateque constans vernaculum.

Qui differat Asa ab Asa.

Laserpitium. Maspetum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

Laserpitium cultura impatientissimum.

300011.

annuit. Seu autem pars sit eiusdem, vel planta affinis, *Asa Laserpitii lacryma est*, seu gummi quoddam, quod vel e radice, vel e caule carpitur: illud *Radicularium*; hoc *Scaparium* ex Theophrasto vocatur.

Radiculariū.
Scaparium.
Succus Ly-
bicus.
Medicus.
Cyrenaicus.

In Armenia, Media, Lybia, Syria nascitur; vnde aliquando succus vocatur *Lybicus*, interdum *Medicus*, & *Syriacus*, olim *Cyrenaicus*, quod ex Cyrenensium agro copiosus & laudatissimus haberetur: sedis nunc plane defecit Barbarorum nequitia, qui odio quodam in Cyrenenses ducti, radices Laserpitii pene omnes eruerunt, vt ex Strabone docetur. Post Cyrenaicum, Syriaco magna autoritas datur, deinde Medico, qui nempe e Media deuenitur.

Asa Species.

Traduntur autem *Asa* duæ varietates, vna pura, ac sincera, & translucens, altera turbida, & impura, cui nempe farina, aut furfur, & secundum quosdam *Sagapenum* permiscetur, cuius halitum apprime refert, simulq; virorem quandam ac odorem teterrimum.

Tessifol-
drock.

Hinc Germani *diaboli steruus* nominant *Brasauol*. Vtraque odoratissima est, grauis tamen; nec in eorum facile decendo sententiam, qui priorem *Asam* dulcem ad foetidæ discrimen vocant; eius namque halitus non nisi cum fastidio toleratur. Vnde mirari subit, quod scribit Garcias ab horto, nullum medicamentum simplex per totam Indiam, maiore esse in vsu, quam *Asam foetidam*, cum in medicamentis, tum in condendis cibis. Eam autem solent Indi suis iusculis & oleribus commiscere, confricato primum ex ea lebere, nec alio condimento vtuntur omnibus in cibis, ipsamque sumunt, vt appetitus deiecti fastidia tolerant. Verum si hoc fabula non sit, ex duobus alterum coniecto, aut *Asam foetidam* in India non foetere, aut Indos æneum guttur, vt vulgo fertur, habere. Adeo autem nobis est ingratus illius odor, saporque, vt vena quadam di-

gnum censeamus *Matthæum Syluaticum*, qui inter venena reposuerit. A Dioscoride tamen commendatur cibus, aut salu permista.

Asa vires tot, tantasque agnouit Dioscorides, vt eas recensuerit ad fastidium; recentiores efficacissimas quidem credunt, ad paucos tamen affectus, nec frequentissime vsurpant, nisi in vteri ascensu, aut aberratione, & paucis quibusdam morbis muliebribus.

Vires.

CAP. IX.

De Sagapeno, seu Serapino.

SAGAPENVM, & Officinis *Serapinum*, liquor est concretus; qui in Media ex ferulaceæ stirpis radice sauciata manauit. *Sagapenum quid.*

Eius autem plantæ descriptionem subticuit Dioscorid. quod eam fortassis minus nouerit, quam succum. Illam vero nondum videre, nec illius historiam a probatis authoribus enarratam legere mihi contigit. Exotica enim planta cum sit, vix ecuratur, aut ecurata sterilis est, exucca, & marcida. Ideoque tantum ad nos eius succus concretus aduehitur, & copiosissimus, & optimus. Laudatur translucidus, foris colore fuluo, intus albedo, gusto acri, odore graui, substantia crassa.

Sagapenum calefacit ordine tertio, siccit secundo: purgat pituitam crassam, & alios humores lentos, Mesuei testimonio. Ignaua tamen est multum illius purgatoria facultas, sed alias multo potentiores vires habet. Potum enim aut suppositum menses euocat, foetum enecat, dolori & præfocationi vteri prodest; resoluit, attenuat, dissipat, mouet, soluit.

Vires.

CAP. X.

De Galbano.

GALBANVM quoque ferulæ Syriae in Amano monte luxuriantis succus concretus, quem aliqui *Metopium* nominant. De ipsius autem planta

Ll 2 planta

plantæ dignotione nihil Dioscorides scripto reliquit, ut qui gummeum illius succum magis, quam plantam agnosceret. Ut vero cognatæ sunt ferulæ, sic earum liquores & succi, non modo consistentia, sed colore, odore, sapore, viribus; nam *Galbanum* aspectu *Asam* non male refert, odore *Opoponacem*. Laudatur cartilagosum, syncerum, ad similitudinem *Ammoniaci*, minimeque ligosum, & in quo nonnihil seminis ferulæ sit admistum, odore graui, neque valde humidam, neque squalidum. Aqua, aceto, vino, facile dilui potest, ut omnia gummi.

Vires.

Vim habet excalescentiam, extractoriam & discussoriam. Menstrua & partus accelerat, & appositum, & suffitum. Aceto dilutum, & pauco nitro mixtum, lentiginines delet: furunculis quoque discutendis prodest, strumis & iuncturatum nodis: aduersatur venenis, & serpentes fugat.

CAP. XI.

De Opoponace.

Quid.

OPOPONACEM succum esse Panacis, & nomen ipsum indicat, & Dioscorides prodidit: sed cum multa sint Panacis genera, ex quonam illorum profuat, non satis aperte liquet, ob variam eorum, qui ea de re statuerunt opinionem. Mesue ex ferulaceo Panace manare scribit: Dioscorides ex *Heraeleo*; nonnulli ex *Chironio*.

Panaces Syriacum.

Dodoneus ex peregrino quodam vepote Syriaco, quod foliis est amplis, ex aliis pluribus commissis, aliquantum asperis & hirsutis, longis, latisque. Caulis ei geniculatus, ferulaceus, tres aut quatuor cubitos altus, superna parte plures in ramulos diremptus: flosculi ex amplis umbellis exeunt lutei, quos sequitur semen latum, planum, & subflauum: radix albicans & longa, succulenta, & odorata. Ex vulnerato caule, maxime circa radicem æstate, gum-

meus succus sponte concrefcens, effluit, qui Plinii, multorumque aliorum iudicio *opoponax* est, ad vsus plurimos commendatissimus, quod indicare videtur plantæ, ex qua eruitur, nomenclatio: nam *Panax* seu *Panaces* dicitur, quod omnem morbum & dolorem abigat, vel omnibus remedia promittat: hinc multi *Agyrtæ* & *pseudomedici*, medicamenta quædam, sæpe morbis ipsi periculosiora, *Panaceas* nominant. Sic sæpe, dum viueret, *Aulicos* & nimis credulos fefellit *Medicus* quidam, hominum mendacissimus, bibacissimus, vanissimus, salacissimus.

Vires.

Opoponax inter gummi locum habet, & aqueis facile dissoluitur. Excalescit ordine tertio, siccat secundo: emollit, digerit, attenuat, flatus dissipat, lenit, expurgat. Probatum valde amarus, interne albus, aut subfuluus, pinguis, tener, friabilis, statim liquefcens, odore graui. Nigra ac mollis improbatum.

CAP. XII.

De Sarcocolla.

SARCOCOLLA cuiusdam arboris peregrinæ, & gummi ab ipsa manantis nomen est. Nascitur in Perside fruticosa & spinosa, ramis nodosis, & arbori appressis, ex quibus sauciatis & interdum sponte profluit *lacryma thuris*, pollini similis, colore subrufa, amara sapore. *Plin. c. 9. lib. 12.*

Calescit ordine secundo, siccat minus: coquit, terget, carne implet, & glutinat, vnde *Sarcocollæ* nomen; nam cruentis vulneribus, ac diuturnis vicibus mirifice medetur. Ea quippe propria dote à sordibus mundat, carne noua replet, & cicatrice obducit.

Arabes non tantum *Sarcocollam* ventrem subducere, sed humores crassos & glutinosos è partibus disitis, ut articulorum cavitatibus educere, scriptarunt. Ratio tamen id videtur denegare, nec effectus comprobare. *Efficaci-*

ter

ter autem vulnera conglutinat, oculorum fluxiones inhibet, & ex Galeno lib. 4. compos. med. part. digerit, sed minus, quam galbanum: lacte asinino quinque dies macerata in vase vitreo, quotidie lacte mutato mirifice prodest oculorum albugini, nubeculis, & cicatricibus.

CAP. XIII.

De Gummi hedera.

E Maioris hederae truncus vulnerato, & interdum sponte lacryma quaedam seu gummeus succus exit ex flauo rubescens, odore grauis, sapore multum acer, quem gummi hederae nominant. Est vero hedera arbor seansoria, quae muros interdum vestit, interdum arbores vicinas, quas suo multiplici complexu & virore interimat.

Sunt autem eius prima genera duo: vna maior, quae in altitudinem sese erigit; altera minor, quae viticulis tenuioribus & obsequiosis, humi defixa reperit, nec florem, aut fructum vllum profert.

Maior triplici notatur varietate: quaedam enim dicitur alba, quae fructum gerit album; alia nigra, quae nigrum; tertia Helix, quae nullum, & a nonnullis pro minore hedera sumitur.

Alba nonnunquam Corymbos, seu fructus aliquando folia alba exhibet, & inter media folia emittit velut brachia, seu capreolos, quibus tam arte complectitur arbores, vt totum humorem lugendo enecat: inopia enim succi marcescentes facile emoriuntur, vel tam pertinaciter parietibus haeret, vt vix possit seiungi. Nam tot initia & radicum rudimenta effert, quod brachia, quibus muris obrepit, & ita viuax permanet, vt pluribus locis intercisa, non tabescat.

Nigra & magis vulgaris, quam Dioscoridam vocant, ait Dioscorides, vbique per parietes & macerias reptat, & arbores etiam proceras radicosas velut di-

gitis amplectitur: folia promittunt angulosa, in principio fere triangula, dein magis rotunda, dura, & perpetuo virore nitentia: flores exiles; baccas primum herbaceas, mox nigras, oblongis pediculis quasi racematim adhaerentes. Caetera ad genus hederaceum spectantia notiora sunt, quam vt longiore discursu & explicatione indigeant.

Hedera omnis calida est, raroque medicis inseruit vsibus, folia si exceperis, quae fonticulis, ex pyrotico relictis, Sparadrapi loco nonnunquam adhibentur, vt ichores & serosos humores ad partem alliciant. Eius gummi lentes interimat, insigniter calefaciendo sensum adustionis imprimit, & pilos destruendo caput nudat. Illitu enim est psyllithron efficax.

SECTIO VIII.
DE RESINIS.

Sectionem de Resinis specialem constituimus, vt certius cognoscantur, & fidelius distinguantur a gummiis, & posthaec simul ambo antiquata iam pridem infecta minime confundantur. Turpe enim est, in re vulgari adeo oscitanter errare, & liquores plantarum concretos & aqueos, quales sunt gummi, cum pinguibus & oleagiosis, quales resinae sunt, congerere, & indiscriminatim vsurpare. Vt enim diuersa est illorum inter se natura & origo (nam ex plantis ferulaceis nonnunquam educuntur gummi, non resina, sed ex arboribus ex parte magna proceris) sic quoque qualitas & agendi virtus. De resinis ergo instat, vt agamus.

CAP. I.

Quid resina, & eius varietas.

RESINA a πηρην Græcis dicta, Latine Resina quidam dicunt, seu liquor est, pinguis ac oleaginosus

Hedera quid.

Hedera species.

Species maioris.

Hedera alba.

Nigra.

sius sponte sapius ex arbore, & interdum ea vulnerata defluens. Qui nullo vulnere profiliit, ἀλόφηντος, & à quibusdam πγατόφηντος dicitur.

Omnis resina cum partium tenuitate substantiam habet oleosam; ob id in oleosis, utpote cognatis, prompte solubilem atque in eo à gummi dissidentem, quod cum aquea magis substantia contet, aqueis expeditius & accuratius permiscerur, ut dictum est supra.

Resina quid. Sunt autem resinarum, si consistentiam spectemus, duæ generales differentiae; vna dicitur liquida, Græcis υγρόν hoc est, humida, seu fluxilis, ut *Terebinthina*; alia durior & siccior, quam σφικτήν, id est, frictam, seu tostam subinde vocitant; cuiusmodi est *Colophonia*, sic dicta, quod ex Colophone olim aduehebarur, quæ omnium siccissima, flavissimaque; in pulverem tamen redacta alba est.

Fricta.
Colophonia.

Resina sicca. Hæc præ cæteris nuncupatur σφικτήν & aliquando σφικτήν, quasi confusa, quod ex multis simul congestis in massam induruerit. Contingit enim sæpe, ut primis sua resina negligētius collecta arenas, silices, lignositas, quisquilias, aut alias sordes contrahat & retineat; à quibus ut repurgetur, igni liquatur, extranea reiciuntur, & purior redditur, sicque durior & siccior.

Est alia ex se cito concrescens absque ignis ope, ξηρόν Græcis, sicca Latinis dicta, quæ minus, quod sit pinguedinis particeps, arefcit, φυτόν πικρὸν, quasi germinatio picea, à Galeno nuncupatur, lib. 3. & 7. de comp. med. gener.

Virer. Quæ venalis prostat in officinis, dura, flavescentis & friabilis, confusa quædam est resina, ex abiete nempe, *Strobilina* & *Pityina* constans, fumum quæ reddit, dum accenditur, thuris æmulum.

Strobilina. *Strobilina* passim meminit Galenus cap. 1. lib. 2. comp. med. gener. quam alii ex

pintu, alii ex picea, alii ex pineis nucibus, quas *Strobilos* vocant, manare dicunt. Hæc resinarum calidissima est; *Terebinthina* ambabus qualitatibus omnium moderatissima; omnes siquidem resina calefaciunt & exsiccant, sed hæc magis, illæ minus.

Omnium siccissima est, quam nonnulli frictam, alii *Colophoniam* vocant, ut & omnis, quæ igne purgatur, & in frictam mutatur, ex Galeno c. 1. lib. 7. comp. med. gener.

Abietina utraque qualitate media est inter calidissimam & siccissimam, quæ male à quibusdam dicitur *Colophonia*, nam liquida diu durat, parum siccatur, & nascitur admodum modica; ob id pretiosior.

Omnibus resinis præfertur *Terebinthina*, deinde *Lentiscina*, quæ etiam gummi resina est; tum quæ de abiete colligitur; postea quæ de pinu & picea.

Vltus resinarum, multus est, non tantum in arte pharmacaria, sed in rebus aliis pluribus. Emolliunt, calefaciunt, digerunt, & commodissime emplastris & vnguentis ad vlcera & vulnerum curationem dicatis, admiscuntur.

De pinu autem & arboribus coniferis supra differuimus Sectione de fructibus.

CAP. II.

De Pice.

Hæc frequenter occurrunt in resinarum enarratione & dilucidatione vocabula, *Pix*, *Teda*, *Pissa*, *Palimpissa*, *Zopissa*, *Pissaphaltos*, & *pix navalis*; nec quid per ea designetur, omnibus in promptu est. *Pix* dicitur resina combusta fluxus; sic tamen melius, pinguis est & resinosis liquor ex accensa seda colliquatus & eductus.

Est vero *Teda* non arboris genus, ut *Teda* quid. falso putavit Plinius, sed morbus arboris, pini videlicet, per senectutem nimia pinguitudine veluti strangulata. Vbertas enim

Virer.

Pix quid.

Teda quid.

enim

ξηρόν
φυτόν
πικρὸν

enim resinosa materix, qua totum pini lignum refertur, illi interitus est, & fere tota in *Tedam* abit, quæ artificiosa sedulitate accensa, picem fundit, quam *Pissam* Græci nominant.

Pissa.
Palimpissa.

Palimpissa quasi iterata *pix*, ac secundo cocta dicitur, quando scilicet è liquida coctione & elaboratione crassescit, purgatur, atque durior & siccior euadit, *Ζεγε πικρα* quoque, id est sicca *pix* dicitur.

Zopissa.

Zopissa est *pix* à nauibus maritimis *derasa*, quæ propter falguginem quandam ab aqua maris contractam, omni pice ad exsicccandum & discutendum est efficacior. A nonnullis *Apochyma* nominatur.

Apochyma.

Pix naualis proprie in pharmacopoliis dicitur à nauibus picandis, non ianidui picaris, vt *zopissa*. Et cum absolute *pix naualis* ponitur, illa sumenda, vt hæc, dum *zopissa* designatio notatur.

Pix naualis.

Pissaphaltum.

Pissaphaltum est bitumen pici commixtum, quod ad mortuorum condicaram olim vsurpabatur. Dioscoridi tamen non videtur mixtura artificiose parata, sed naturaliter talis: *Nascitur*, inquit, in *Apolloniatarum* agro circa *Epidaurum*, quod *pissaphaltum* nuncupatur. Sed de eo postea, nempe *sect. ult. cap. de Mumia*, fusius agemus.

Qui differant pix & resina.

Differt autem *pix* à resina, quod illa per ignem transierit, hæc sponte effluerit: vtraque arborum earundem soboles; verum *pix* est veluti resina cocta & ignis adiutu educta.

Picis faciendæ modus.

In pice autem educenda sic fere proceditur, vt in carbonis faciendi modo. In loco lapidibus aut lateribus artificiose strato, tedæ in hastulas concisæ aggeruntur: Superponuntur rami abietum & picearum: Omnia ita conteguntur terra, aut luto, aut alia materia non visibili, vt ne rimula quidem circumquaque pateat, sed in vertice tantum, aut alia parte magis idonea foramen re-

linquatur, per quod ignis immitri & flamma primum emitti queat: accensis redis, omnia arctissime ocludenda, ne flamma erumpat, & picis expectatio pereat. Quod si rimula quædam hiat, & flammam aut fumum admiserit, terra aut luto obstruenda. Tum assulæ tedæ vi ignis æstuantis copiosum liquorem exprimunt in canales affabre constructos, per quos & ipse deducitur in scrobes ac vasa idonea, fluenti pici excipiendæ dicata. Nigredinem autem acquirit à fumo & calore, vnde *pix nigra* solet esse; nam quæ flaua est, resina potius dicenda.

*Pix curris-
gra.*

Quæ primum extillat, fluxior est, humidiorque, & *pix liquida* officinis, *Cedria* Plinio, *Pisselson* Dioscorid. dicitur, quod inaxime tale euadit, separato, qui supernat pici, sicuti lacti serum, aquoso humore. Separatur vero, dum *pix* coquitur, velleribus mundis supra halitum eius expansis, & cum eo præmaduerint, expressis. Verius tamen *pisselson* medicamentum ex oleo & pice compositum, quam simplex dicitur.

Pix liquida.
Pix cedria.
Pisselson.

Quæ secunda fluit, crassior, sicciorque. Quæ vltima, crassissima & durissima, & ad exsicccandum efficacissima.

Ad liquidam refertur alia quædam grauis odoris, quam *Seplasiarii* nunc *oleum Cadinum*, nunc *Takinum* vocitant, cuius vsus ad pecudum genus transfertur.

*Oleum cadinum seu
takinum.*

Cum *pix* vniuersa vel liquida, vel siccior, vtraque sincera, leuis & splendens laudatur. Illa emollit, digerit, dolorem lenit, coquit, pus mouet, scabros vngues extricat, impetigines emendat, & duritias vuluæ & sedis discutit. Siccior hæc omnia præstat, sed imbecillius; potentius vero siccatur, & coalescendis vulneribus magis conuenit.

Vires.

CAP. III.

De Terebinthina.

Terebinthina quid.

Optima qua.

Quae minus bona.
Descriptio arboris.Terebinthus mas.
Foemina.

VERA Terebinthina ex Terebintho, seu Termintho, ut Graeci dicunt, habetur. Est enim liquor pinguis ex eius truncis & ramis defluens. Optima est clara, perlucida, alba, acris, & odorata: quae praedictis dotibus suo flavescit, non improbanda. Laudatur, quae ex Chio insula defertur, Chio ob id nuncupata, quae odore & gustu caeteris antecellit, & plus Terebinthi refert. Post hanc Lybica probatur, etiam Andromachi testimonio; dein Pontica, Minus celebratur Cypria, Syriaca, Iudaica, Arabica.

Est autem Terebinthus arbor contorta, fruticosa, ac mediocri magnitudine, caudice crasso, ramis multis, oblongis, foliis fraxini modo longis, ex multis ad unam costam coherentibus, sed crassioribus & pinguioribus, quorum singula laurini similia cernuntur: flores admodum parvi sunt, muscosi & purpurascens: fructus exigui baccarum ritu racematim coherentes, rotundi, oblongi, duri, pingues ac resinosi & manus contrectantium inficientes.

Fert praeterea veluti quandam siliquam oblongam, instar corniculi incurvam, in qua vermiculi similes culicibus reperiuntur. Aliquando etiam humor quidam, ut in vimorum vesiculis continetur. Materia ligni lenta nec valde dura est, radices validae in profundo.

Terebinthorum quaedam mascula dicitur, quae sterilis est; alia foemina, quae fructus gerit. Haec adhuc pro fructus vario colore duplici differentia signatur; una, cui fructus lentis magnitudine rubet; altera, cui & grandior & pallidus est, & suavius fragrat.

Nascitur copiosa in regionibus calidis, atque his potissimum laeta viret; a quibus eius liquor nomen & laudem assumit, ut in insula Chio, in Cypro, Sy-

ria, & circa Idam & Macedoniam. Sunt, qui perhibent ad nos deuchi terebinthinam duram siccamque, sic ignis ope concretam, quae pro resina venditur: vix tamen suspicor, nonnullos adeo esse mentis inopes, ut terebinthinam coquendo deteriorem & viliozem reddant, & e longinquis regionibus adferant. Terebinthina enim qualiscunque fuerit, semper plura emittit, quam ea ipsa resina, industria qualibet concreta.

E latice quaedam resina humidissima habetur, quae terebinthinam, quod sit valde similis, pro ea saepe ab institoribus exhibetur & venditur ignorantibus eas discernere, inquit Galenus lib. 2. med. gener. c. 4. Sed Larigna odore, gustu, & facultate, quam Terebinthina actior, atque tenuioribus partibus, & maiori discutiendi virtute praedita est.

Ex resinis omnibus, principatus debetur terebinthina, post eam lentiscinae secundum Dioscoridem; tum ei, quae de picea educitur & abiete: post quas pinea strobilinaque numeratur. Galenus tamen lentiscinam terebinthinam praefert, c. 5. lib. 3. compon. med. gener.

Terebinthina resinarum mitissima est, vulnerum familiare balsamum: moderate calefacit, mollit, expurgat, discutit, renes purgat, urinam movet, atque optimum est in multiplicibus vsus accommodatum praesidium. Quibus polleat viribus eximii, norunt sarris, qui virulenta gonorrhoea laborarunt.

CAP. IV.

De Thure.

THURS arbuscula cuiusdam in Arabia nascentis lacryma est resinosa, quae sit. ab incolis vernacula lingua modo Conder, modo Louan appellatur. Eius duos traduntur genera; vnum dicitur Olibanum, seu thus masculum, quod ex albo flavescit, limpidumque, pellucidum, pingue, ac fuscum est, & resinae Cedriae

Terebinth.
Larigna.

Vires.

Species eius
quot.

Olibanum.

Cedriae

Cedrix puritatem, atque succini nitorem æmulatur. Forſan *Olibanum* dicitur præpoſito & adnexo articulo Græco, ð, cum latis eſſet *thui libanum* enunciare, quod è monte Libano deferatur.

Fæmininũ.

Alterum dicitur fæmininum, quod reſinoſum magis eſt, ac molle & cito ardens, quodque bonitate mafculo cedit. Vtrumque ex planta manat, vix dum cognita, niſi de paucis notis, quia arbor eſt peregrina, Arabiæ indigena, puſilla, foliſ lentilcinis: cuius duæ traduntur differentiæ; vna dicitur montana, quæ tantum in montibus confragoſis & aſperis fruticat, optimumque thus profert; altera in locis tantũ planis viret lætius, ex qua copioſum quidem thus promanat, ſed multo minus bonum. Vtrumque facile oleaginoſis diluitur.

Thuris cortex.

Thuris cortex craſſus eſt, pinguis, odoratus, leuis, minime ſcaber & ſine membranis. Vis ei eadem, quæ thuri, ſed calidior aſtringentiorque, & craſſiorum eſt partium, quam thus.

Manna thuris.

Mannam thuris vocant micas ipſius concuſſu eliſas, quod dum conuehitur, euenit, vt alibi demonſtrauimus. Intus & foris thus uſurpatur, & aduerſus morbos multos magnæ eſt utilitatis. Vires ſiquidem habet pene innumeratas, quas recenſere longum nimis foret. In primis qualitatibus calefacit ordine ſecundo, ſiccatur tertio, & puris mouendi facultatem habet, ſed non valde efficacem.

Vires.

Manna thuris vim habet magis aſtringentem à portione *thuris*, quam habet admixtam, in eoque differt à *thure*, quod & minus aſtringit & coquit.

CAP. V.

De Beniuiuo.

BENIUIVUM officinis *Belzoinum* dictum, nec *Laſerpitij*, ſeu *Cyrenaici ſucci*, nec *myrrhe* ſpecies eſt, vt nonnulli contendunt, nec *Angelica* vulgo dictæ; aut *Imperatoria ſuccus reſinoſus*, vt innuere videtur *Ruellius*; *Laſer* enim ſeu *Aſa ex Sy-*

ria, *Cyrene*, & *India* in alias regiones; *Beniuinum* in *Indiam* ex aliis regionibus, vt *Samatra* & *Sian* aduehitur, naſciturque non in ferulacea ſtirpe, ſed in arbore præcella, cuius caudex craſſus & durus eſt, multis ramis brachiatus, ordine pulcherrimo diſpoſitis, & in latum extenſis: folia oblonga, citri æmula, mucronata, at non vſque adeo virentia, ſed auerſa parte candidantia. Ligni materia dura eſt, odorataque.

Sponte sæpe naſcitur in multis ſyluis, tum *Malacæ*, tum aliarum regionum, quas ob *Tygridum* frequentiam sæpe periculoſum eſt adire.

In quibus hæc animalia ferociſſima rariuſ viſuntur, vulnerantur arbores, quæ huius odoratiſſimæ reſinæ copiam effundunt, quam *Chineſes* *Cominhan*, *Arabes* *Louaniaoy*, *Guzarata* & *Decan* incolæ *Vdo* vocant. *Garcias cap. 5. lib. 1.*

Tria autem notantur Beniuiui diſcrimina; vnum dicitur *amygdaloides*, quod maculas candidas amygdalarum delibratarum inſtar refert, quod maxime ab inſtoribus expetitur. Alia duo admodum nigra ſunt, quorum alterum parum fragrat, & vilioris eſt pretii; alterũ ſuauiſſime ſpirat, & è nouellis arboribus exudat; à *Samatra* incolis *Benini de Boninas* nuncupatur. Omnium cenſetur optimum, pellucidum, globulis candidis reſertum, thuris æmulum, & ſuauiſſime ſpirans.

Beniuini ſpecies.

Optimum quod.

Beniuinum cor, ſpiritus, & facultates omnes roborat & *thymiamatis*, antidotis & medicamentis ornatui dicatis vtiliter permilcetur. Oleaginoſis autem perinde ac reſinæ aliæ facile diſſoluitur.

Vires.

CAP. VI.

De Euphorbio.

AB Euphorbo *Iubæ* regis *Mauritaniæ* Medico, *Euphorbium* primum nomẽ accepit, & huc uſque ſeruauit. Eſt autem *Euphorbium* *Dioſcoridi*, arbor ferulæ ſpeciem gerens, acerrimo ſucco pregnans, cuius eximium feruorem expaueſcentes incolæ,

Vnde ſuum habeat nomẽ.

Mm cola,

cola, ouillas pelles arbori circumligant, & eminus conto ramos eius vulnerant: E plaga tum copiosus succus in pelles defluit, qui postea concretus colligitur.

Dodoneo vero non arbor, sed herba potius est, foliis oblongis, crassis & virentibus, in rotunda figura angulosis, multis albicantibus spinis, ordine duplici armatis, ex quibus fauciat liquor acerrimus, mordacissimus, facileque concrefcens effluit. Est enim, vt scripsit Galenus *lib. 7. simpl.* causticæ & exulcerantis facultatis, & vsque adeo calefacit, extenuatque, vt in hoc cætera liquorum concretorum genera superet.

Ob tam vehementem acrimoniam & summam tenuitatem non nisi magna cum molestia pulueratur; cuius rei gnari Pharmacopola: rusticis quibusdam, ac conditionis infimæ viris terendum committunt, monentq; vt à pila, in qua teritur, vultum auertant: nunquam tamen ab eius feritate intacti redeunt; nam eius polline & vapore sursum elato tam importune feriuntur nares & cerebrum, vt sternutatio, acrimonia, calor, dolor confestim ac simul ingruant. Euphorbii planta primum videtur herba, sed quæ ætate arborefcit.

Vires.

Præter calorem eximium & acrimoniam insignem, purgandi quandam facultatem habet, qua non tantum pituitam, sed aquam ducit: per se tamen nunquam datur per os, nec cum aliis, nisi raro & parua quantitate.

CAP. VII.

De lacryma olea Aethiopica, improprie gummi Elemi dicta.

PINGVIS illa lacryma concreta, officinis *gummi Elemi* dicta, gummi non est, sed resina, vt quæ in igne facile flammam concipiat, & oleaginositas diluatur. Scammonio vtunque similis est, ait Dioscorides *cap. 142. lib. 1.* sed magis flauescens, aut potius sabrufa, minutis sillacidiis mammosa, nec linguam vellicans, aut gustum mordicans,

vt scribit idem author; vnde forsitan de alia lacryma loquitur, quam de hac vulgari, quam *gummi Elemi* Pharmacopœorum vulgus nominat, gustu quæ iners est, nec acrimonia notabilis & palatum ferit. Ex olea Aethiopica stillat, & vbi in glebas concreuerit, ad nos deuehitur.

Calefacit, emollit, digerit, resoluit, co- *Vires.* quit, ad suppuratum ducit, dolorem sedat, & vnguentis atque emplastris vtilissime multis permiscetur.

Similem fere lacrymam olea nostrates & oleastri eructant, sed parciolem & minus commendatam: Ad oculorum tamen hebetudines & albugines valet illitu; & si fumatur, menses cit, & partus extrahit; sed fumendam non censeo, si inter venena scribatur, vt scribit Dioscorides.

Gummi Elemi vulgari, seu lacrymæ Aethiopicae admodum simile est quoddam resinæ genus, ex noua Hispania delatum, quod Indi vernacula lingua *Tacamahaca* *Tacamahaca* nominant, apud quos vsus est plurimi ad tumores frigidos coquendos, digerendos, *ca & eius* resoluendos, & dolores sedandos. Huius *vires.* vires pluribus recenset Nic. Monard. *lib. de simplic.* ex orbe nouo delatis.

Ad *Tacamahacam* accedit alia resina, pinguis, oleaginosa, & tenax, Indis *Cayanna* *Cayanna* dicta, qui ea vtuntur in tumoribus, & omnis generis doloribus. Verum cum resinas omnes persequi non statuerimus, sed eas tantum, quæ in Antidotario nostro vsurpantur, huic sectioni finem imponemus.



SECTIO IX. DE GUMMI-RESINIS.

Concreti liquores, seu ex stirpibus ferulaceis, seu ex fruticibus, vel arboribus excelsis manarint.

manarint, modo aqueis prompte diluantur, nominantur à Galeno speciali nomine gummi; ut qui eandem originem sortiti, oleis & pinguibus faciliem admittunt dissolutionem, in resinarum ordinem reponuntur. Qui autem inter utraq; ambigunt, & aque aqueis & oleaginosi dilui patiuntur, Gummi resina à nobis dicuntur, cuiusmodi sunt Mastiche, Caphura, & Styrax, ut quadam alia, qua nonnulli gummi, alij resinas appellat. Ab his pauca quadam desectunt, qua quod accurate cum oleis aut aqueis dilui non queant, Anomala gummi resina à nobis vocantur, de quibus in calce huius sectionis breuiter differemus.

CAP. I.

De Mastiche.

Qua optima. **M**ASTICHE gummi-resina est omnium optima, & Lentisco exudans. Præstantior censetur, qua in insula Chio provenit, odorata, candida, splendens, friabilis, adulta, & retorrida. Deterior vitescens & nigra, Egyptia dicta, aut Pontica, & bitumini similis. Mastichem adhuc spinam Ixinam reddere, Theophrastus cap. 1. lib. 9. de hist. plant. author est; sed Lentiscinam quavis alia (si quæ detur) præstantiorem, artis medicæ proceres statuunt.

Deterior. Est autem Lentiscus mastichem eructans, arbor admodum proceræ, & Græcis dicta, ex cuius radice multi stolonnes coryli modo concresecunt, ramis lentis & flexilibus brachiati. Folia ab vno pediculo fere octona cohærent, foliis glycyrrhizæ non multum dissimilia, sed duriora: flores muscosi plurimi pediculis longis adhærent; quibus bacca succedunt Erui magnitudine, initio virides, & vbi maturuerint, nigra, substantia quadam pingui & nucleo intus nigro & duro turgida.

Lentiscus. Præter folia, flores, & fructus lentisco adnascuntur, velut vitriculi intorti, corniculorum ritu, in quibus initio liquor continetur, ex quo insecta quædam culicibus similia, velut in vlni vesicis nascuntur.

Dentiscal- Ex eius ligno dentiscalpia fiunt optima,

quibus non modo repurgantur dentes, sed pia ex ligno roborantur, gingiua constringuntur, & lentiscino, ori suaauitas conciliatur. Ob vires eius extimias non male substituitur pro xylobal-samo.

Ægre lentisci fruticant Lutetia, duas tamen vidi in horto Ioan. Gonerii rei herbaria; studiosissimi, sed quæ sæuitiam hymis ægre perferunt.

Mastiche ad multa commendatur, sed maxime ad stomachi & vitriculi affectus: nam sumpta, vel admota, dolores illius sedat, nauseam & cibi fastidium tollit, retinendi potentiam roborat, & coctionem iuuat. Prodest & hæmoptoicis in linctu cū syrupo conueniente, ut etiam veteri tussi: commanducata oris halitum emendat, & pituitam è cerebro blande attrahit. Vt optime pulueretur, debet & solet parum aquæ commisceri. Dissoluitur autem facile & aqueis & oleaginosi.

CAP. II.

De Caphura.

Quid sit. **C**APHURA nec bituminis genus est, nec medulla, nec medicamentum compositum, ut nimis oscitanter nonnulli crediderant, sed Gummi resina quadam pellucida, Dioscoridi & Græcis veteribus incognita, ex arbore peregrina manans, quam Garcias ab horto iuglandi nuci similem dicit, sed foliis magis candicantibus: Ligni materia cinerei est coloris, & interdum nigrioris, nec leuis, aut fungosa multum, sed mediocriter densa & solida.

Proceræ est hæc arbor, ramos quaqua- uersum fundens, & aspectu perpulchra; quæ non lacrymas vberius exudat celo coruscante, aut crebro tonitru crepitante, quam placido ac sereno, ut inscieniter putarunt multi.

Effluit autem ista lacryma per arboris rimas reliquorum gummi ritu, sincera, ac candida, nec coctione ad conciliandum candorem egens. Si namque puluerem, sordes, aut lapidum vel ligni fragmenta simul habuerit admista, id fit eorum,

Mm 2 qui

qui colligunt, oscitantia & errore. Seligenda autem cryſtalli modo ſplendens, ſyncera, odora.

Caphura de Burneo. Chyna.

Præcipua vero duæ eius agnoſcuntur differentiæ; prima dicitur Caphura de Burneo, quæ præſtantiffima eſt, & ad nos nunquam aut raro deſertur: altera cognomen habet à Chyna, vnde ſolet aduehi, nuncque in pharmacopoliis ſeruatur. Magnus eſt eius vſus in his regionibus, in quibus prouenit, adeo, ut inter cibos interdum admittatur.

Vires.

Validam multi aſſeruerant, non modo manifeſte, ſed ad tertium vſque reſeſſum: alii frigidâ mordicus tenent: neq; deſunt his, nec illis rationes, quas breuitatis ergo ſubtri: emus, dicimusque, morbis calidis & frigidis multis prodeſſe. Eſt enim mixta qualitatis, & odore, ac ſpirituum tenuitate videtur afficere caloris modo: Reliquis qualitibus tanquam frigida laceſſit.

Crediderunt multi *Caphuram*, *Capur* & *Caphur* Arabibus dictam, officinis *Camphoram*, Veneris ſtimulos arcere, & conceptum impedire: fecit huius rei periculum non nimis credulus Scaliger, primæ notæ philoſophus: omnia falſa deprehendit. *Caphura* facile pauca addita aqua pulueratur, & aqueis & oleaginoſis ac pinguibus optime diſſoluitur, accuratius tamen his, quam illis diſſolui, contingit.

C. A. P. III.

De *Styrace*.

Styrax quid. **S**TYRAX Syriacæ cuiuſdam arboris gummeus reſinoſusque eſt ſuccus, concretus, aridus; nullus huius nominis liquidus, humidus, fluxilis, vt imperite multorum in hæſit animis, qui & liquidum & ſiccum ſtoracem non modo conſtituerunt, ſed ex eadem arbore vtrumq; manare profitentur. Sed reuera arbor *Styracis* ſua lacrymâ tantum extillat coagulabilem, quæ ſcilicet mox tota cõcreſcit in molem denſam, pinguem & reſinoſam: nullaque eius portio in liquorem fluxilem abit, vt iam pridem falſa vetuſque Arabum increbuit o-

pinio: quam qui ſectantur, vocum affinitate decepti *Styracem* pro *Stacte* nimis oſcitanter uſurpant. Vtriuſque enim vt diuerſa conſiſtentia, odor, ſapor, qualitas, ſic origo & natura: nam *Stacte* eſt pinguitudo *myrrha recentis*, cum pauca aqua ruſa & expreſſa, atque in unguenti liquidioris formam redacta: aut ſi mauiſ, pinguiſſimus eſt *myrrha ſos*: vel, eiuſdem recentis ruſa & expreſſa præpingue ſerum: vel, tortiuum ius machinis quibuſdam eductum.

Stacte quid.

Melior iudicatur *Stacte*, quæ olei miſtionem admiferit: qualitatem *myrrhæ* non modo calefactoriam habet, ſed virium quoque eſt compos plurimarum.

Stacte melior qua.

Storax vero, vt cum ſeplafianiſ loquar, vel potius *Styrax*, quia ſtiriatim ex arbore extillat, vbi ex arbore proſilit, mox concreſcit in glebam denſam, ſolidam, reſinoſam, aliquot grumis albicantem, ſuauiſſime fragrantem. Laudatiſſimus *Calamita*, quod in calamis è Pamphilia ferebatur, nuncupatus: pinguis, lentus, fragmentis albicantibus, odore perſeueranti. Improbatur ſurfuroſus cano ſitu obductus, inodorus. Optimus quoque ex Cypro, Sidone, & Piſidia ad nos aduehitur.

Styrax. Calamita.

Ex arbore malo cotoneæ ſimili manat, *Arboris decuius* tamen folia minora ſunt, minusque rigida, & auerſa parte cana: ſos albidus *Arantia* magnitudine, non odore: bæccæ admodum paræ ternis vngulis exceptæ, ac pediculis longis herentes ſurculis adnaſcuntur. Eius autem arboris concretus liquor plurimum laudatur, qui præter dotes ſuperius dictas, diutiſſime in ſua odoris ſuauitate permanet.

Arboris descriptio.

Styrax omnis calefacit, emollit, concoquit, tuſſi medetur, grauedini, raucedini, vuluæ præcluſæ, & menſibus ciendis extra & intra datus conuenit, vtiliter adhibetur antidotis cardiacis & latificantibus: aduerſatur venenis, quæ vi refrigeratoria nocent & interimunt, & illitu ſtrumas & neruorum nodos diſcutit.

Vires.

APPEN-

APPENDIX

De Anomalis Gummi- resinis.

Discedunt à legibus statutis quidam li-
quores concreti, qui licet mediam inter gum-
mi & resinas naturam sortiti, nec tamen fa-
cile & expedite aqueis, ut illa, nec perfecte
oleaginosi, ut ha dissoluntur, sed vel subsi-
dunt, vel grumescunt, vel nexum & com-
mixtionem auersantur, cuiusmodi sunt
bdellium & myrrha.

C A P. IV.

De Myrrha.

Myrrha
quid.

MYRRHA Græcis Smyrna dicta, con-
cretus est gummeus succus cuiusdam
arboris, quæ in multis Arabiæ regionibus
& montosis & planis, ut circa Sabe, Adra-
myta, Citibana & Mamali nascitur. Est au-
tem arbor hæc myrrhiflua, mediocri ma-
gnitudine, caudice duro, contortoque iu-
xta terram, cortice læui ad portulacam ac-
cedente folio aculeato, vlnico simili. Dio-
scorides Ægyptiæ spinæ non dissimilem
facit, alii terebintho, Diodorus lentisco æ-
quat; Sic tamen, ut spinosior sit & humili-
or: nam quinis cubitis raro est altior.

Nascitur sæpe & læte in locis sabulosi-
& arefcentibus, atque vtr plurimum incul-
tis, vberius tamen, & lætius viret ac fruti-
cat in culto solo. Incidi solet à radice ad ra-
mos adhuc satis conspicuos, & ex illato
vulnere extillat myrrha: Sed ante corticē
ferro solutum, sponte & sine plaga, sed vel-
uti cutis hiantibus poris, quasi saliuam
quandam exudat, & stillatitium rorem,
quem *Stacten* nominant, quam imperite
multi *styracem liquidum* dicunt, vtrumq;
ex eadem arbore manare mentientes. Ve-

Stacte.

rum ex arboribus diuersis effluere, & *sty-
racem liquidum* dari nullum, aut si detur,
Stactem non esse, nuper fufissime demon-
strauimus.

Redeo igitur ad myrrham & arbuscu-
lam, è qua manat, quæ prorsus exotica est
ac peregrina, scabra, spinosa, foliis asperis
& aculeatis, sapore Iuniperi: in eodemque
solo & cælo, vbi thus nascitur, delectatur,
& abunde fruticat. Ex eius vulnere lacry-
ma coagulata, ipsiusmet nomine donatur;
laudaturque fragilis, læuis, vndique conco-
lor, minutis glebis, amara, acris, odorata, &
qua confracta venas unguinum modo candi-
das & laues ostendit.

Arbor myr-
rha.Myrrha o-
ma

Quæ ex lætius arbore colligitur, semper
præfertur ei, quæ ex syluestri: sed omnib. *Troglodytica*
antefertur, quæ à loco, vnde conuehitur,
nomen trahens, *Troglodytica* nuncupatur:
quæ colore subuiridis est, splendens ac
mordax.

Quædam adhuc dicitur *Pediastimos*, alla *Pediastimos*,
Gabi: vtraque quoque bona & copiosam
stractem emittens. Dux sunt aliæ malæ, *Caucalis*,
Caucalis, quæ nigra & retorrída est; & *Er-
gasima*, omnium deterrima, macra & cano
situ obducta. Est & quædam *Mynaa* dicta,
pessima.

Tanta est myrrha cum bdellio affinitas,
vt multi non differre contenderint: male
tamen, vt mox videbimus. Operosa est,
nec accurata vtriusque cum in oleis, tum
in aqueis dissolutio.

Myrrha calefacit & siccit gradu secun-
do, vuluam præclusam aperit, menses cit,
& partus celeriter extrahit; commandu-
cata graues oris halitus emendat.

Vires.

Stacte mira suauitate & efficacia com-
mendabilis, substituique potest pro *opo-
balsamo*, verum hoc illa rarior est. Stoma-
chum & partes præcipuas roborat, putre-
dinem arceat, spiritus recreat, morbis ab v-
tero & crebro multis conducit.

Vires Stactes.

C A P. V.

De Bdellio.

IN Baëtris arbore quædam est nigra, ma-
gnitu-

Nomina.

M m 3

gaitudine oleæ, folio roboris, fructu Caprifici, nec insuavi, ex qua manat lacryma, quam nonnulli *Brochon*, alii *Malasbram*, alii *Maldacon*, & officinæ *Bdellium* nominant. *Plin. cap. 9. lib. 12.*

Bdellion optimum.

Id probatur gustu amarum, translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur & incenditur, odoratum, facile liquefcens, simile ceræ, vel taurino glutini, mollescens sordibus exutum. Galenus laudat Seythicum, Plinius Bactryanum, Dioscorides Sarracenicum, quod scilicet è Saraca felicitis Arabiæ ciuitate deuehitur.

Pessimum.

Est & quoddam Indicum, sordidum, nigrum, in ossas conuolutum, omnium pessimum, quod *Asrobalon* nuncupatur. Laudatur, quod in Media nascitur, *Parthicum* medicamentariæ materiei scriptores nominant.

Asrobalon.

Porro ex quam stirpe *Bdellium* habeatur, non satis inter viros graues & probatos constat; alii enim exudare dicunt ex arbore ei valde simili, quæ *myrrham* profert; alii ex multum dissimili. De hac autè doctorum tam ancipiti opinione non habeo, quod satis audacter possim asserere: forsan habetur vtrumque ex plantis parum dissimilibus, sed alterum ex agresti, alterum ex satiuâ depromptum; perinde ac varia pomorum, pyrorum, & prunorum, in facie, colore, odore, sapore discrimina, ex arboribus parum dissentaneis excerpuntur. Vt sit, *Bdellium* officinarum minime rarum est, & his conditionibus insignitum, quas illi veteres dederunt.

Viros.

Calefacit, emollit, resoluit: duritias & tumores gutturis & hernias humidas discutit: vuluæ spiracula laxat appositum & suffitu: Menses, fœtus & humiditates omnes extrahit, calculos potu comminuit, & pellit vrinam; atq; vtiliter malagmatibus inseritur, quæ contra duritates & neruorum nodos profunt.



SECTIO X.

DE ALIIS STIRPVM HVMORIBVS SEV SVCCIS.

Plantarum sanguis humor est, qui vstitiore nomenclatura, ait Theophrastus, succus dicitur, quo deficiente, deficiunt ipsa, luxuriant & letius virent. & vegetius adulescunt. Is autem pro plantarum varietate, ex quibus habetur, varius est: in quibusdam enim crassus, lentus, viscidus, fuluus, rufus, friabilis, gummaus; in aliis pinguis, oleosus, odoratus, resinosis, in quibusdã melleus, lacteus, vinosus, saluginosus, vt supra iam monuimus. De succis gumeis & resinosis, ac pinguis supra satis: instat nunc, vt de aliis quibusdam magis terrestribus & macris disseramus.

CAP. I.

De Opio.

PAPAVER, aut satiuum est, aut syluestre; atque species vtriusque plures, vt supra docuimus. Ex singulis satiuis contusis expressus succus & concretus, *Meconium* dicitur. Ex nigri tantum capitulis aut vulneratis, aut sponte effluens lacryma, seu succus, dignitate quadam è *Græcis*, *Opium* Latinis dicitur.

Meconium.

Opium.

Eius variæ differentiæ agnoscuntur, pro regionum, in quibus colligitur, varietate. Quod *Thebaicum* est, & ex Cairo aduchi solitum, albicat, & præstantissimum est. Ex Syria, Alexandria, & aliis regionibus alatum, nigrum & minus bonum. Ex albo quoque papauere vulnerato, optimum haberi opium recentiores asseuerant. Quod ex *Cambaiâ* adfertur, ex prægrandi papauere, *Carcax* inibi dicto, manat. Cuius scilicet capita singula oui struthiocameli magnitudinem æquant: vnde minime mirum

Opium varietates. Optimum.

Carcax.

rum

rum, si ex his cultello laesis succi dimanet
vbertas.

*Opium cuius
qualitatis.* De opii qualitatibus non vnus est omni-
um consensus, Dioscorides & alii plerique
non modo frigidum, sed quarto recessu
esse tale scripserunt. Matthiolus illis oppo-
nit odorem & acrimoniam. Ego mista
qualitatis existimo, sed caliditatem leuio-
rem ac fugacem, frigiditatem validiorem
ac contumacem.

*Eius immo-
dice sumpti
incommota.
Medici sum-
pti commoda*

Præter qualitates elementares alias ha-
bet, quæ ipsum cõmendat, si opportune &
iusta dosi exhibeatur; Et improbant, si in-
debite detur. Tremorem enim & paraly-
sim non tantum inducit, sed ad somnum
perpetuum, hoc est, interitum ducit.

Bene paratum & datum, bene prodest:
vigiliis namque perpetuis medetur, som-
num conciliando, dolorum immanita-
tem sedat & fallit, sensum magis hebetem
reddendo.

Magnus est eius vsus per vniuersã Mau-
ritaniam & Asiam, vbi *Amsum*, & *Osum*,
quasi opium dicitur, ad animi, quod valde
mirum, & corporis erigendas vires, & fa-
cultates exhilarandas: siquidem ipsius esui
adeo assueuerunt, vt si prorsus abstineant,
vitæ discrimen incurrunt, ac sæpe mori-
untur.

Eo solent vri Turcæ castra sequentes, vt
ad pugnam sint alacriores, & tanquam e-
brui, vel amentes, ad pericula quæuis mi-
nus formidolose sese præcipitent.

Putarunt nonnulli, Venerem quoque
excitare: ratio tamen id negat, & experi-
entia docuit, libidinis æstrum potius arce-
re, atque ignauos carnis reddere motus.

CAP. II.

De Elaterio.

Mochlica. ELATERIUM inter medicamenta mo-
chlica & turbatorio motu corpus agi-
tantia numeratur, quo licet violento est o-
lim vsus Hippocrates, *sect. 2. lib. de loc. in ho-
min. Sect. 2. lib. de internis affectibus*. Nunc
vero eius fere desit vsus, nisi in paucis re-
gionibus Italiae, in quibus aliquando vsur-
patur, ad earum forsitan ægritudinum cura-

tionem, quibus benigniora parum pro-
fuerunt remedia.

Est autem Elaterium *fructus cucumeris Elaterium
agrestis inspissatus*, qui secundum Theo-
phrastum mirabili virtute ducentis annis
seruari potest. *Omniū medicamentorum*,
inquit *cap. 14. lib. 9. de hist. plant. diuturnis-
simum est Elaterium, optimumq; quod ve-
rustissimum*. Itaque Medicus quidam vir
haud insolens, neq; mendax. Elateriū du-
centorum annorum, mirabili proprietate
seruare apud se retulit, eo à quodā munere
donatus. Causa, propter quam tam longo
tempore seruari possit, humoris copia est;
vnde ad quinquagesimum annum vsq; lu-
cernis admotum, lumen extinguit. Mo-
dus extrahendi & inspissandi facilis est,
quem qui non nouit, ex Dioscoride noscat.

Est a. cucumer agrestis, quem anguinū
& asininum appellant, satiuo valde similis,
nisi quod folia minus angulosa sunt, & ma-
gis incana, fructus vero multo minores, ex
pallido virescentes, vt & tota planta, semi-
nibus & succo pleni, qui tacti protinus exi-
liunt, instar Persicariæ siliquosæ, quam ob
id *noli me tangere*, vocitant.

Cucumeris agrestis & fructus ipsius suc-
cus, quem Elaterium vocat, inquit Galen.
lib. 8. simpl. ad medicationes accommodus
est. Summe amarus, ordine secundo cali-
dus, menses mouet, foetum interimit, & al-
uum turbando aquas ducit.

CAP. III.

De Ladano.

LADANVM liquor est ex foliis Cisti, in Cy-
pro nascentis, cui *Ladon* nomen est, exu-
dans. Is caprarum ope, si vera narrat Dio-
scorides, sic colligitur. Cum hirci & capræ
Cisti frondes pascuntur, his pinguetudinē
quandam verno tempore innatam, barba
tergunt, excipiuntque, atque eam ipsam
villosis cruribus adhærescentem reportat,
quam postea depectentes in celæ, & colo-
trauientes cogunt in offas, & ita seruant,
vocantque *Ladannum*, Officinæ *Ladannū*.

Hunc:

Hunc Ladanum excipiendi modum, tanquam fabulosum nonnulli aspernantur, nec tamen alium faciliorem substitunt. Verum cum sit natura tenax & lentum, facileq; sequatur ad contactum, ut viscum funiculis attractis, & aliis pluribus modis excerpti potest.

Optimum. Laudatur maxime Cyprium, odoratum, subuiride, facile mollescens, quod arenas & sordes non collegit, nec squalidum est. Arabicum vilius est, & minus bonum.

Vires. Vim habet calefaciendi, & molliendi: venarum orificia aperit, capillum fluentem continet, addito vino nigro, myrrha & oleo myrtino.

Ladanigera Cisti descriptio. Habetur non ex Cisso, hoc est, hedera, ut putavit Plinius, sed ex Cisto, quæ parvus est frutex, surculosus, lignosus, folia emittens longiora, nigricantia, tactu glutinosa, quæ pingue quoddam, odoratum, & resinolum vere exudant, quod arte qualibet collectum, *Ladanum* dicitur. Flores exiguos, albicantes, & paruis rosis similes gerit.

CAP. IV.

De Hypocistide.

Cistus mas. PRÆTER Cistum *Ladon*, seu Ladanigeram, duæ traduntur aliæ varietates, una mas dicitur, è cuius radicibus *Hypocistis* profilit, quarum veluti spurium est germen, punici mali cytinis simile. Quibusdã *Lunodorum*, aliis *Robertron*, Fuchio fungus nominatum Eius succus extrahitur, ut acaciæ, & concretus asseruatur.

Cistus femina. Altera Cistus femina dicitur: folia oblonga gerit, parum angusta: flores candidos & paruos, & semen in triquetro pericarpio pusillum: Ladanigeræ Cisto admodum similis est.

Cistus mas. Cistus mas parvus est frutex, maior thymo, foliis ozymi, sed rotundioribus, floribus rosaceis, qui feminæ albæ sunt, & minores; radice lignosa, ac durissima, à cuius fere medio *Hypocistis* velut infixæ pullu-

lar, ut viscum è quercus vel alterius arboris ramo.

Rara admodum est *Hypocistis*, cuius loco vitur acacia, quæ vires habet illi analogas, sed imbecilliores. Vim habet astringendi potentissimam: prodest dysentericis, cæliacis, & sanguinem vnde cunq; excernentibus. Siccat quoque, & roborat, & ad fluxionum affectus omnes efficax est remedium.

CAP. V.

De Tartaro.

VT lactis, sic vini substantia prorsus homogenea non est, sed varia: illius enim portio quædam butyrofa & leuior, alia cascosa, & crassior, ac grauior, quædam serosa, quæ medio modo se habet. Huius vero tenuis quoque portio flos vini dicitur, alia minus leuis, quæ medium dolium occupat, alia crassissima, quæ subsidet, & dolio facile adhærescit, fæx vini dicta, quam recentiores *Tartarum* nominant, forsã, quod multorum Empiricorum sit Idolum, ut *Tartac* olim fuit Heuæorum, 4 Reg. cap. 17. Magis tamen sic dictum puto, quod infimum vasis locum teneat.

Licet autem tartarum sit fæx vini, multis tamen dotibus commendatur; nam ut in corpore humano, humores aliqui, excrementa dicuntur benigna, & vtilia, ut semen, lac, & humores multi certis partibus ad certos vsus inclusi, sic etiam vini fæx utilis est. Vinum enim, ut proverbio fertur, non consistit sine fæce, diutiusque cum eiusmodi excremento sine corruptela conseruatur, ut ignis cum cineribus.

Ex eo manica incluso, in cella vinaria, aut alio vdo loco suspensa, oleosus educitur humor, quem oleum tartari vocant, quod è sacco cannabino, & raro veluti per ephydrosim, & deliquium exudans, in subiectum vas guttatim delabitur, ut in nostra Officina demonstrauimus. Educitur

Partes vini.

Tartarum quidd.

Oleum tartari.

tur quoque per ascensum, sed opere magis laborioso & minus utili.

Ex vstro tartaro fit cinis ille Lutetia frequentissimus, linteis dealbandis expetitus, quem *Granelatam* vulgus nominat, qui etiam ad Pyroticorum confectionem, aliosque quosdam vsus laudatur. *Tartarum enim in detergendo compar non habet*, ait Cardanus; ob id fordida ac duris nata locis, & carnis excrementis purgat, ac viam carnem ostendit.

CAP. VI.

De succo glycyrrhizæ.

SUCCVS glycyrrhizæ ad multos vsus expetitur. Est enim Bechicum eximium, quod & per se utiliter ad pulmonum & thoracis affectus sumitur, & aliis medicamentis commiscetur. Galenus eum præfert, qui è Creta delatus est, *lib. 7. compos. med. secund. loc.*

Dicitur autem Græcis *Glycyrrhiza*, Officinis *Liquiritia*, Celso iuxta Græcum idioma *dulcis radix*, vulgo *rigolitia*, Batauis, *dulce lignum*. Saporem enim dulcissimum & gratissimum succus eius exhibet, qui sic educitur.

Radices glycyrrhizæ recentes & perhumidæ, Iulio mense colliguntur, purgantur & teruntur: dein ex aqua coquantur, colantur, & exprimuntur. Expressus succus igni, vel sole siccat, & seruat. Optimus, qui dulcissimus, mollis, recens, purus, tenax, & qui contractus splendescit, quique nigerrimus est, & linguæ subditus, tandem totus liquefit.

Laudari solet, qui ex Hispania deferretur, ubi copiosissimus & optimus dicitur præparari; nullibi tamen melior & gratior reperitur, quam in Officina Domini Larderi Pharmacopœi Parisiensis, qui non modo solennia quævis medicamenta magna dexteritate, & solerti in-

genio parat, sed etiam vulgaria & simpliciora non aspernatur, vt succum glycyrrhizæ, quem solo parandi artificio gustu suauem, & consistentia commendabilem reddit.

Est vero glycyrrhiza colore foris buxæo, intus croceo, ligno lento, & fractu contumaci, sapore dulci, quæ manâ sitim extinguit, vnde & *adipsas* dicta. Improbatur intus alba, vel nigra, exucca, vetus, fragilis raphani modo, & inter frangendum puluerem edens. Cætera de hac dicta sunt *sectione quarta lib. 1. de medica materia.*

CAP. VII.

De Cera.

APPIVS mira est sagacitas, industria, & sedulitas in colligenda & conficienda cera, quæ nullibi terrarum citra horum animalculorum opem & laborem habetur. Solæ enim apiculæ faciunt, quæ nullus hominum potest. Solæ inter insecta homini & alimenta, & medicamenta suo officio suppeditant.

Tot vero tantæque sunt ceræ commoditates, vt vix possint recenferi, inquit *Plin. cap. 24. lib. 22.* Laudatur flaua, odorata, modice pinguis, pura, coacta, & alienæ omnis materiæ expers, mellis habitum quadantenus referens. Secundum locum obtinet candida, quæ vel suapte natura aliquando talis est, vt *Pontica*, sed sæpius artificio, nempe lotionem, vt *Tyrrenica*, *Galen. cap. 14. lib. 1. compos. med. gen.* Cæteri colores sunt acquisiti, vt viridis ab æruginem, rubeus ab anchusa vel minio, niger ab atramento, vel charta vsta, à quibus mistis vires mutat. Semper vero melior est recens & subflaua, quæ *Cera virginea* nominatur.

Medium autem quodammodo tenet calefacientium, refrigerantium, humectantium, & exsiccantium. Habet vero

Na quiddam

Cera optima qua.

Cera virginea.

Granelata.

Modus educendi succum glycyrrhizæ.

Vires.

Cera lotio
& dealba-
tio.

quiddam etiam essentia crassa, atque emplastica. Quamobrem aliorum medicamentorum, tum calefacientium, tum refrigerantium materia est; *cap. 23. libr. 7. simplic.* Cera omnis mollis, inquit Dioscorides, calefacit, modice explet corpora: datur in sorbitione dysentericis. Vt alba reddatur, liquatur primum ad ignem, deinde in aqua fontis pura demergitur, ubi permouetur, expurgaturque. Galenus *cap. 14. libr. 1. compos. med. gen.* Alium modum, quo candidissima fit, docet Dioscorides, apud quem videndus; *cap. 105. lib. 2.*

G A P. VIII.

De succis quibusdam aliis, alio loco
aptius descriptis.

Succi seruantur consistentia, vel liquida, vt acetum, vinum, omphacium; vel solida, vt Aloe, Scammonium; vel media, vt Rob & Sapa, de quibus singulis suo ordine partim in Officina nostra, partim in libro primo materia medicae disseruimus. Mihi autem cum decies, imo bis tan-

tum repetita minime placeant, ad singulorum examen vix videbor denovo rediturus: libenter enim exoptassem hoc opusculum in molem minorem contractum fuisse.

De Aloe porro & Scammonio, cum purgantia sint, *seccione secunda huius libri de materia Medica* satis superque disputaui-mus, in qua purgantium omnium simplicium naturam, & facultates accurate descripsimus.

Succi fructuum in Rob, seu mellis consistentiam inspissati in *seccione quinta* explicite enarrantur. De liquidis prior *primi libri seccio* copiose disserit.

Opoponax à succo Panacis nomen habet, cum verius sit eiusdem gummeus liquor, qui ubi concreuit & aruit, colore foris est subflauo, intus candida, & odore graui, læuis, pinguis, friabilis, & in aqua facile liquefcens.

Aliorum succorum, vt Glaucii & Licii meminit Galenus, sed quia nunc eorum exoleuit vsus, in Pharmacopoliis aut-

saro, aut nunquam iauentur.

* *

FINIS LIBRI PRIMII.

DE

DE MATERIA MEDICA

LIBER SECVNDVS.

SECTIO I.

De Mineralibus.

PRÆFATIO.

MEDICAMENTORVM materia cum multiplex sit, & à plantis, mineralibus, & animalibus desumatur, de ea primum disseruimus, quam stirpiam vniuersa propago suggerit; Sequitur nunc, vt mineralia perscrutemur, quæ fœcundissimam quotidie nobis medicam materiam suppeditant, ex qua, *melioris defectu*, eximia nonnunquam medicamenta paramus, quibus morbos contumacissimos, & qui aliorum præsidiorum vim eluserunt, oppugnamus & expurgamus. Externos maxime dico, qui ferrum & ignem sæpius expostulant. Ad interiorum quoque sanationem non tantum conducunt, sed etiam ad partium, quæ principatum tenent, robur, & facultatum recreationem mineralia quædam dantur, vt *terra lemnia, bolus orientalis*, & lapilli pretiosi; de quibus ordine, dilucide, breuiterque hoc in secundo libro sermo nobis erit. Licet autem mineralia seu fossilia dicantur, quæ è terræ fodinis & visceribus eruuntur, vt terrarum, lapidum, & metallorum genera multa, atamen eorum ampliore significato, ea quoque comprehenduntur, quæ sensus expertia è maris sinu, alueo & litore, & aquarum voragine leguntur, vt salis & bituminis genera multa, quorum censu *Ambarum* coarctatur. Omnia igitur mineralia non tantum sunt terræ, vel metalli quoddam genus, vt quidam ex Arist. colligunt, sed salis, bituminis & lapidum genera sub se complectuntur. De quibus ac singulis libenter dissererem; Verum instituti mei ratio tantum expostulat, vt de his breuiter agam, quæ medicaminum confectiones in Officina, seu antidotario nostro descriptas ingrediuntur. Proinde mineralia tantum præstantiora & vtiliora ad examen adducam,

Nn 2

qua

quæ quod triplici potissimum discrimine dignoscantur, librum hunc in tres sectiones disponam. In priore de terrarum, in secundo de lapidum, in tertio de metallorum natura & qualitatibus disputabo.

CAP. I.

De terra Lemnia.

TERRARVM medicarum præstantissima ea est, quam Officina nunc ab insula Lemno, ex qua defertur, *Lemniam*, nunc à sigillo illi impresso, *terram sigillatam* vocant. Eius plures notantur differentia; sed præstantior olim erat ea, quam in placentulas efformatam, sigillo Dianæ, quod capram referebat, illius sacerdos obfignabat.

Vera.

Vera autem Sphragis, seu sigillata Lemnia, ex Dioscoride & Galeno, fulvo, seu ruffo est colore, sicut & collis in Lemno, ex quo eruitur, & in quo nec arbor, nec herba, aut alia stirps, nisi ægre fruticat, nec saxum natum inuenitur, sed terra illiusmodi tantum visitur.

Constantinopoli tamen eiusdem placentulæ cineritii coloris adferuntur, Turcarum Imperatoris sigillo, quod nullius animalis effigiem, sed varios tantum characteres refert, notatæ, quæ pro vera Lemnia habentur, emuntur & seruantur.

Nusquam vero caprinus sanguis ab incolis, qui eam in pastillos cogunt, aut ab inilitoribus, qui ab iisdem emunt, eidem permiscetur, vt grauiissimi quidam viri existimarunt.

Isthæc terra adeo pinguis est, vt è seuo constare videatur, dum in ore contenta dentibus confringitur.

Vires.

Vim habet Antidoti contra pestem & morbos contagiosos, & malignæ qualitatis participes. Magis tamen credo ceremonias & superstitiones vanas Barbaræ, seu Turcicæ gentis, quam virium præstantiam terram nobilitare; quam si quibuslibet fas esset, ac sine fastu è fodinis eruere, magnam suæ celebritatis iacturam pari verisimile est.

Varietas characterum, quibus notatur, à magnatum varietate, qui ei sexta Augusti iuxta morem eruenda & sigillande præfuerunt. Omnes autem characteres illi duas tantum Arabicas dictiones continent, *Tinimachton*, quæ terram sigillatam significant.

Tinimachton.

CAP. II.

De bolo Armena.

ALIA quædam terra viribus eximia, ex Armenia Cappadociæ finitima aduehitur, quam Medici *bolum Armenam*, & *bolum Orientalem* vocant. Temporibus Galeni multum venit in vsum aduersus eam pestem, cuius meminit *lib. 9. simplic. c. 7. Liberum est autem*, inquit, *appellare, vel lapidem, vt is, qui mihi primus donauit, vel terram, vt ego, quando quidem humidus rigari patitur.*

Non solum vero ex Armenia, sed multis aliis regionibus defertur. Laudatur, quæ calcis modo promptissime in summum læuorem soluitur, pistillo adhibito, aut liquore quodam affuso, nec quidpiam arenosum habet admixtum, atque comanducata butyri modo liquefcere videtur, & in gustu manifestam relinquit adstrictionem.

Valde siccatur, astringit, & roboratur: sanguinem fluentem sistit, catarrhum cohibet, dysentericis prodest, & vlceribus oris.

Vires.

Plurimum quoque valet ad pestem. *Quotquot enim hoc medicamentum sumperunt*, inquit Galenus, *celeriter curati sunt.* At quibus non profuit, interierunt omnes, cum nec aliquo alio iuuarentur remedio. Vnde colligitur, his duntaxat auxilio non fuisse, qui erant incurabiles. Et, vt libere dicam, *bolum Armena Lemnia non est inefficacior*, facile que vt Turcarum peristromatis seu tapetis, sic ipsorum Sphragide Lemnia carere possumus.

CAP.

CAP. III.

De aliis quibusdam terris minus
vsualibus.

ALIAE multae sunt terrae ad refrigerandum, & meatus occludendos ab antiquis commendatae, & olim in vsu medendi frequentissimae, quas tamen posterior aetas nunc adeo despicit, vt à Pharmacopoliis prorsus excludantur, paucis exceptis, quae ob candorem aut ruborem, aut alium colorem, seu flauum, seu alium insignem commendantur, & ab insectoribus experuntur, & emuntur, vt *Ochra, rubrica, terra Synopica, Creta, & aliae multae.*

Melica. Nonnullae tamen vires habent medicas, easque eximias, vt terra *Melita*, sic à Melita insula, ex qua deportatur, dicta, quae contra pestem vtiliter datur. Contra venena quoque valere, experientia comprobauit, vnde multi pro terra Lemnia feliciter vsurpant.

Samia. *Samia* terra species est in insula Samo effossa, cuius ex Dioscoride duae species notantur, Prior dicitur ei *Collyrium*, quod vt arbitror, in collyriis oculorum misceatur.

Samius aster. Altera *Samius aster* appellatur, quod in ipsa quaedam micæ stellarum modo enitent, estque crustacea, & cotis modo praedensa, quidpiam viscosum obtineas. Hæc vritur & abluirur, vt terra Eretria, & vim habet consimilem; ob id sanguinis reiectionem cohibet. Illa *Collyrium* dicta, mollis est, candida, friabilis, & ore contecta linguæ adhærescit. Vtraque refrigerat, & fluxiones arect.

Chia. *Chia* terrae Chio insula delata, Samiæ vultu & viribus valde affinis est, candida nempe, mollis, refrigeratoria, & astrictoria. Contra ambusta optimum est remedium, ex Galen. lib. 9. simpl. faciem erugat, splendidam facit, & cicatrices delet.

Selinusis. Est alia *Selinusis* dicta, quam Galenus lib. 9. simplic. cap. 4. laudat ad Phlegarones mammaram, testium & inguinum incipi-

entes. Est vero & colore, & consistentia, & viribus Chiae huiusmodi. Ambae autem pulcherrima sunt ad ambusta remedia.

Cimolis adhuc meminit Dioscor. cuius *Cimolia*. duo constituit genera, vnam candidam dicit, alteram purpurascens.

Optima censetur pinguis & frigida, cum tangitur. Vtraque aceto diluta parotidas & tubercula discurit, inflammationes reprimat, & ambustis perbelle medetur.

Terra Eretria gleba est rubicunda, inquit *Eretria*. Galenus cap. 126. lib. simplic. cuius est optima, quae sine sabulo est, ac sine lapillis. Dioscorides duplicem Eretriam facit, vnam albam, & cinericiam alteram; nullam rubicundam. Quae ad cinereum colorem vergit, si mollis fuerit, optima est. Eretria porro vrbs est in Euboiâ prope Calcidem, in cuius agro dicta hæc terra effoditur, vnde nomen. Vim habet astringentem, refrigerantem, leuiter mollientem, caua explet, atque sanguinolenta conglutinat.

Rubrica sic, quia rubet, dicta, vel *Synopi-Rubrica*. ea est, ex Synope videlicet Cappadociæ vrbe delata, à qua nomen, vel fabrilis dicitur, quod ea saepius vtantur fabri ad lineas ducendas, infectis in ea fumiculis. Quaedam rubrica dicitur maculata, alia viucolor, quaedam mollis, alia dura, & spissa, alia pinguis, alia mediâ. Omnes autem picturis sunt accommodatae. Quia tamen siccant & astringunt, medicis vsibus inferuire, & emplastris vulnerariis, & siccantibus commisceri possunt.

Ochra species est terrae flauae, quae laudatur natione Attica, non lapidosa, friabilis, omnino lutea & lauisima. Vim habet astringendi, erodendi, collectiones discutendi, & excrescentias reprimendi. Ex ea paratur medicamentum, inquit Aetius, quod multum valet ad collisâ & vices.

A *Creta* insula terra quaedam nomen habet, quae & *Creta* & *Cretica* nuncupatur, in multis tamen aliis regionibus passim, & copiosa inuenitur. Eius multae sunt differentiae. Prima dicitur candida, quae reli-

quas terras omnes albedine vincit, qua v-
tuntur artifices in lineis protraendis. Est
alia virescens ad eosdem usus celebrata,
Theodofia solet appellari. Est alia nigra, qua
& fabri, & pictores, & sartores utuntur. Om-
nes habent vim abstergendi, vnde ad
vasa stannea, aut argentea sordida valent
multum. Viridis plus habet acrimoniae,
quam alba; & nigra, quam vtraque, ob id
magis absterforia. Galenus.

Theodofia.

Pnigitis.
Melia.
Ampelitis.

Inveniuntur adhuc apud Dioscoridem
alia terrae, vt *Pnigitis*, *Melia*, & *Ampelitis*,
quarum etiam meminit Galenus, sed tam
ignaua est illarum virtus, aut certe tam pa-
rum commendatos pollicentur effectus,
vt vix à iunioribus commendentur, qui
glandibus relictis non imprudenter ma-
lunt tritico vesci. Quae igitur inutilia sunt,
non vtiliter describenda puto.

Alana.
Tripolis.

Lutetia lubrica quadam terra *Ala-
na*, vulgo *Tripolis* dicta, circumfertur, sed
quae tantum vasis caenis tergendis inseruit,
quibus apte conuenit.

DE QVIBVSDAM

FOSSILIBVS E MARI, TER-
raque erutis, quae inter metalla, la-
pides & terras ambigunt.

Et primum,

C A P. IV.

De Chrysocolla, seu Borace.

CHRYSOCOLLA, Officinis, quae Mauri-
tanorum idioma barbarum saepe se-
quuntur, *Borax* dicta, in Armenia, Mace-
doniae, & Cyprae fodinis aurariis, argenteis-
ve & interdum arariis inuenitur. Lauda-
tissima censetur Armeniaca, porraceum
quae colorem refert, & saporem nitro-
sum, cum pauculo amarore. Laudatio-
rem putat Plinius, quae in fodinis arariis
habetur, ex limbo quodam hybernis rigo-
ribus conercto in pumicis duritiem: Huic
proxima, quae in argentariis colligitur: mi-

Optima.

nus bona, quae in aurariis. In plumbariis
inuenitur omni alia deterior. Ab Auicenna
capistrum auri, à Dioscoride & Galeno
Chrysocolla, hoc est, auricollae seu glutinis auri
nuncupatur. A Plinio *viride terra*, quod
segeris late virentis habeat colorem; Mi-
nime tamen ad tantam viriditatem acce-
dit ea Chrysocolla, quae in Pharmacopo-
lis habetur.

*Capistrum
auri.*

Auricolla.
Gluten auri
Viride terra

Eius autem duae differentiae traduntur;
vna natiua est, ex vena putri in fodinis me-
tallcis in duritiae pumicis coalescens, quae
varium colorem nanciscitur pro metallo-
rum natura, è quorum fodinis eruitur. Ve-
rum quae viridis est, in arte medicamenta-
ria ceteris praestat, vt flavescenti auro fer-
ruminando.

Species.
Natiua.

Est quaedam factitia ex vrina pueri in
ardentissimis caloribus solis in creta-pila ac
pistillo aereo tamdiu agitata, donec in
mellis aut vnguenti consentiam abie-
rit, quod vlcibus sordidis, cadauerosis,
& curatu difficillimis, tum per se, tum aliis
commistum medicamentis conducit, ex
Galeno *libr. 9. simplic.* Natiuam ac fossiti-
am tundit & abluit Dioscorides, donec
pura, synceraque spectetur, dein ficcat, &
recondit ad usus. Eam ipsam qui vrese vo-
luerit, multo tenuiorem habebit, *Dioscor.*
cap. 104. lib. 5.

Factitia.

Vires.

Chrysocolla calefacit, excrescentem
carnem cohibet, & modice mordendo ex-
est; Multis propterea vlcibus ad sanita-
tem perducendis confert, sed per os si su-
matur, periculosa est.

C A P. V.

De Vitriolo, seu Calchanto.

CALCHANVVM Graeci vocant, quod La-
tini modo ab atro colore, quo suto-
rum pelles inficiuntur, *auramentum suto-
rium*, modo à nitore vitri modo splenden-
te *Vitriolum* nominant.

Species.

Eius tria Dioscorides perhibet esse ge-
nera; Natiua duo, & Factitium vnum. Prius
ex na-

1. ex natiuis in terre tuniculis, ac visceribus,
2. per se concretum reperitur. Alterum sub
forma aquæ primùm in quodam fodina-
rum lacu colligitur, quæ postea vase exce-
pta cito concrefcit in vitriolum.

3. Factitium vero fit ex gleba quadam,
maculis pluribus ferri rubiginem & ar-
ginem referentibus confersa, aqua ma-
defacta, transfusa, fermentata, solis ardo-
ribus cocta, ex qua vitrioleus humor elici-
tur, qui postea calore, interdum solo Solis,
interdum ignis in Calchantum abit. Plures
alios idiplum faciendi modos docuit Plin-
nius *cap. 13. lib. 34.* vt etiam artis metallicæ
periti, quos breuitatis gratia omitto.

Copparosa.
Aryamen-
zum sutorium.

Inter factitia Romanum cæteris præstat,
olim *Cyprium*, Germanicum deterius, di-
citurque vulgo *Copparosa*, seu *infectorium*,
vel *amentum sutorium*, quod ad pelles
infiendendas corrugatores vsurpant.

Natiuum, quod ex montibus Cypri e-
ruitur, *Stalacticum*, hoc est, *silatium*, &
pectum, id est, *concretum* nominatur. Tam
naturale igitur, quam factitium *Cyprium*
nuncupatur, quod ex eius monte vel iam
concretum eruatur, vel exudet aqua in id-
ipsum cito concrefcens, vel arte ex eius-
dem terra eliciatur.

Est vero natium, seu fossile calciteos,
misys & *soryos* particeps, præsertim Cy-
prium, quod concrementum capescit ex
aqua virescente, quæ ex ipsius monte
continuo stillicidio delabitur in spelun-
eam, abluitque calcitum, *misym* & *soryn*,
sponteq; coagulata fit *Calchantum*: vnde
facilis huius in illa transitus: hæc enim
tempore omnia inter se comitant, & Ga-
lenus *Calchantum* tractu temporis conse-
nescens in calcitum transire sæpe conspe-
xit, *lib. 9. simpl.*

Præfertur autem ad medicos vsus al-
bum & natium, quod metallicæ chy-
mici ex suo sulphure & mercurio, tanquã
spermate prognatum perhibent, & sæpe
ad omnes affectus sine discrimine præbent.
Ex eo liquorem quendam acidissimum e-

liciunt, acidulum vitrioli sæpe vocitant,
cuius aliquot guttæ syrupo violato permi-
xtæ eundem rubellum, & elegantem co-
lore, & sapore efficiunt. Idem præstat ole-
um sulphuris; & verumque rosarum infu-
sioni paucula quantitate commixtum, vel
alterutrius tantum aliquot guttula ei ipsi
dilutæ, liquorem totum efficiunt rube-
um, quam *tincturam rosarum* nominant.

Oleum sul-
phuris.

Tinctura
rosarum.

A calciti emplastrum quoddam *Diacal-
citeos* nomine in Pharmacopoliis paratur,
quod *Diapalma* & *emplastrum palmeum*
frequentius, nec melius appellatur, nec
palmam enim, nec calcitum admittit, ob
raritatem. *Calcitis* enim, *misys*, *sorys*, *melan-
teria*, *diphryges*, & alia pleraque ab anti-
quis celebrata, nunc fere inuisa, incogni-
taque iacent, vnde pro calciti calchantum
ei finitimum, & in quam vetustate com-
meat, ex Galeno substituitur. Recte quo-
que substitui poterit in *misys*, *soryos*, &
melanteria locum, hæc enim omnia ma-
gnam inter se cognationem habent, & vi-
res ferme similes, sed colorem ac consi-
stentiam dissimilem.

Calchantum natura dotibus eximiis lo-
cuplerat, quas artis medicæ proceres a-
gnorunt, & descripserunt. Dioscorides
nempe, Galenus, Aetius, Paulus Aegineta,
& Oribasius. Calefacit, astringit, siccit, la-
tas ventris tineas necat, aduersus hausta
fungorum venena prodest, carnes humi-
das seruat, & serum absumendo contra-
hit, putredinem arcet, robur partibus in-
timis conciliat. Foris adhibeum adstringit,
expurgat vlcera, corrugat aluminis ei
cognati modo, & aquæ Spadentes Pucen-
sesque vitriolina qualitate refertæ, quasi
miraculo quodam affectus deploratos
perfecte sanant. Mutuantur autem aquæ
dictæ vim illam insignem à calchanto, cu-
ius energia omnes omnium partium he-
lices & sinus peruadunt, quod obest, euer-
tunt, quod prodest, non lædunt, nec tan-
gunt, quod laxius est, stringunt, quod stri-
ctius, laxant, crassius incidunt, liquant, re-
nuant,

Vires.

Aqua Spa-
dentes.

*Calebanti
incommoda.*

nuant, expellunt. Præter tamen commo-
ditates tot insignes sua quoque habet in-
comoda: Caco stomachum enim est, acre,
erodens & vomitorium, ob id multi mo-
nachi & muliercula ad febrium circuitus
quotidianos, & quartanos donant incerto
pondere quandoque vino, quandoque ro-
facea solutum, & sæpe vomitu vehemen-
tius citato febris soluitur: sæpe quoque sic
datum ab imperitis medicamentum mor-
bo ipso magis formidolosum.

CAP. VI.

De Alumine.

*Alumen
quod.
Eius species.*

ALUMEN est veluti muria terra, ait Pli-
nius cap. 15. lib. 35. cuius tria Dioscori-
des genera facit. *Strongile* seu rotundum,
liquidum & *scissile*. Priora duo nunc vel
raro, vel nunquam videntur. Posterius nẽ-
pe scissile à multis alumen plumeum vo-
catur: vtriusque enim adeo est facies simi-
lis, vt vix alterum ab altero distinguatur.
Differunt tamen natura & qualitatibus:
nam *scissile* vim habet astringendi mani-
festissimã, vriturque; *Plumeum* acre est, &
à flamma tutum inuidetumque manet; vi-
deturque esse *lapis Amiantus*, qui ligni
modo plurimis constat lineis intercurvan-
tibus, nec igni comburitur, quem multi
pro illo Amento sumunt, quod vnguentũ
citrinum ingreditur.

*Alumen ru-
peum.*

Est aliud maxime vulgare & vsuale, gla-
ciei, aut crystalli modo lucidum & spissũ,
ac durum, vnde *alumen rupeum* Medicis
dicitur, hocque semper solet vsurpari, cum
alumen absolute dicitur. Huius elaboran-
di & faciendi modus & longus, & laborio-
sus est, quem accurate Matthiolus descri-
bit. Est quoddam nigrum in Cypro, cuius
meminit Plinius.

*Rotundum.
Sacharinũ.*

Sunt, qui rotundum alumen esse dicũt,
quod nonnulli alio nomine *Zucharinum*
vocant ex crudo alumine rupeo, ouorum
albo & rosacea aqua confectum. Liquidũ
Matthiolus vidit, contrectauit, & gustauit,

Liquidum.

nec quicquam vnaquam magis astrictori-
um percepit.

Præter dicta quædam adhuc inueniun-
tur factitia, vt *Catinum*, ex cineribus plan-
tæ *Kali*, seu *Soda* vulgaris; vt *alumen squa-
mosum*, quod fit è lapide speculari, instar
vitri pellucido, quem male nonnulli *Tal-
cum* vocitant; vt *alumen fæcum*, quod è
vini fæcibus vstis & albefactis paratur. Pa-
randi modum describere duxi superflu-
um, quod eiusmodi aluminum nullus
nunc sit vsus.

*Catinum.
Squamosum.*

*Alumen fa-
cum.*

Omne alumen crassarum est partium, &
multum astringit, vnde *Stypterion*, quasi
stypticum dicitur: mediocriter calefacit,
expurgat, vlcera putrida emendat, humi-
da siccat, carnem supererescentem absumit,
pruritus tollit, scabiem sanat, ad
multa medicamenta vlceribus destinata
vtiliter accedit.

Viros.

CAP. VII.

De Sale.

VT nihil communius, nihil frequentius
& vtilius, sic nihil notius sale, sine quo
bellua quidem viuunt, nos vero nequiu-
mus. Eius autem multæ differentia dantur,
vt *marinus*, *fossilis*, *lacustris*, *fluuiatilis*.

Differentia.

Marinus communior est, præstantiorque,
quo tota Gallia vritur. *Fossilis*, quem officina
salem *gemma* vocant, in fodinis lapidi-
um modo exciditur, ac frangitur, & in-
star crystalli splendens eruitur, vnde *gem-
meus* dicitur. Hic in ignem coniectus, non
cæterorum modo crepitat, sed vt ferrum
ignescit.

*Marinus.
Fossilis.*

Gemmeus.

Est & *sal Indus*, quem Mesue ad pilula-
rum de lapide lazuli confectionem acce-
dere facit. Sed cum desit, *gemmeum* substi-
tuimus. Falluntur, qui putant, Meluem sa-
lis Indi nomine *sacharum tabarzes* intel-
ligere suum, aut nostrum candam, cum &
Indi suum salem habeant, quem ex Oro-
meno monte glebis ingentibus effodiunt,
cuius

Sal Indus.

cuius loco gemmeus valde conuenit, vt ad acuendam *agarici* aut *polypodii* vim pigriorem.

Ammoniacus. *Sal ammoniacus*, seu *armeniacus*, vt nonnulli dicunt, non magno incommodo rarus est, vt qui sapore & colore sit ingratus, nec eximiiis dotibus commendatus.

Subarena in Cyrenaica regione concreuit in laminas, exterius venis nigricantibus; colore ad alumen Schiston accedit, vt *sal alkali* ad catinum.

Lacusstris. A Dioscoride *cap. 126. lib. 5.* laudatur *sal lacustris*, tum & *Phrygius*, nomine *tapeus*, aut *tritaeus*, aut *gantisus*. Nos nostrum præferimus.

Flos salis. Flos salis flumine Nilo defluens apud nos non vñitur, nec expeditur, estque velut

Spuma salis. spuma fluminis huius, vt *spuma salis*, *flos spumosi maris*, de quibus videndus Dioscorides.

Nitrum. Aliud salis genus dicitur *nitrum* duplici signatū discrimine, prius est *nitrum* Dioscoridis & antiquorum, leue, roseo colore, aut candido, in foramina dehiscēs, perinde quasi spongiosum, quod ad nos deuehi desit: alterum est vulgare, *salnitrum*, vulgare, seu *litrum*, aut *salpetra* dictū, quod Pyrii huius pulueris confectionem ingreditur, qui ad tormenta bellica in multis Gallia urbibus ex aquis nitrosi paratur.

Salnitrum. *Litrum.* *Salpetra.*

Aphronitrum. Dum multa coctione elaboratur, *aphronitrum* eructat, seu spumam nitri, ab ea diuersam, cuius veteres meminerunt, quæ non arte educta, sed natua creditur, vt & lanugo quædam friabilis, alba & saluuginosa, quæ parietibus multis adnascitur, quæ flos nitri iudicatur. Nitri conficiendi modus, cum ad Pharmacopœum minime spectet, de eo nunc silebo.

Flos nitri. Salis dotes magnæ quidem & multæ sunt, & vñibus humanis plurimum expeditæ. In arte tamen Pharmacia non adeo necessariæ, vt multi putant, qui salem multorum mixtorum arte Spargyrica educentes, de eo mira & sæpe vana prædicant. Purgatoriam enim medicamentorum facultatem in sale consistere mordicus tenent,

Vires.

atque vbi eorum extractum quoddam habuerunt, salem se habere asseuerant. Insignem autē conseruandi vim habet: astringit, abstergit, expurgat, discutit, reprimat, extenuat, & à putredine vindicat. Alius autem alio præstantior est.

Muria cum sit illius velut liquamen, eodem effectus exhibet; clysteribus vñlitter admiscetur ad pigriorem facultatem expultricem excitandam, qualis esse solet in catoche, lethargo, & apoplexia deventis.

CAP. VIII.

De Bitumine.

BITUMEN *Asphaltos* Græcis dictum, *Bitumen* est veluti terra pinguitudo aquis supernatans, qua ad littus dissecta concreuit, densatur, ac dura, tenacissimaque redditur, & facile flammam concipit. Quamdiu bitumen innatar aquis, molle est; vbi exemptum est, spissatur, fitque pice etiam sicca durius; sed facile adhibitum igni liquatur.

Bituminosi vero sunt lacus multi; sed maxime insignis & bituminosus est, qui in Iudæa cernitur; ob id *Asphaltites* dictus. Vocatur & *mare mortuum*, tum ob vastitatem, tum quia ipsius aqua fere manet immota, non procellosa, grauis, salsa, crassa, fœtida, in qua nec plantæ, nec animalia nascuntur, nec iniecta nutrit, nec in ipsius sinum admittit.

Inter bitumina solida numeratur à quibusdam aliud fossile & terrenum, nonnullis male *terra ampelitis*, aliis melius, *carbo* *Carbo petra* dictum: cuius generis esse videtur *gagates*, seu *obsidianus lapis*, ex quo globuli *Lapis obsidians* & imagunculæ sæpe fiunt, quæ peregrinorum pileis gestantur.

Non est vero bitumen omne densum ac durum, sed quoddam datur liquidum perpetuo ac fluidum, *Naphtha* nominatum, quod bituminis Babylonii est colamen, colore candidum, ignis rapacissimum. Tanta enim est huic cum igne cognatio, vt protinus transfiliat in ipsum, vñ-

decunq[ue] visum. Inuenitur etiam quod-
dam nigrum.

Ut bitumen Iudaicum ac Sodomeum ad
nos minime defertur verum & natium,
sed eius loco pissaphaltum, aut quid facti-
tium ex petroleo, pice, & aliis quibusdam;
sic neque etiam naphia: cuius loco cogna-
tum quoddam liquamen assumi potest, ex
agro Mutinensi deciduū, quod Saxoleum,

Petroleum.

seu Petroleum, quasi oleum ē petra eductū
nominant. Vtriusque enim eadem con-
sistentia, color, virtus. Est vero Pissaphal-
tos, de quo supra, pice & bituminis com-
mixtio, vt nomē ipsum indicat, quam non-
nulli pro Mumia vsurpant, de qua postea.

Mumia.
Vires.

Bitumen omne dilucit, emollit, gluci-
nat, ab inflammatione tuetur, proptofim
vteri, & strangulationes, olfactu, & imposi-
tu emendat: sed raro, nisi adulterinum in-
uenitur.

Naphia.

Naphia extenuat, incidit, digerit, pene-
trat, frigidos & crassos humores ex quauis
parte corporis absumit: Neruorum reso-
lutioni, tremori, & articulorum morbis à
causa frigida medetur.

Sperma ceti
quid.

Inter bitumina recensetur adhuc quæ-
dam velut pinguitudo furfurosa, quæ à nō-
nullis spermaceti, ab aliis ambra subalbi-
da, à multis flos maris dicitur: colligitur e-
nim in mari, cuius est aliqua pinguis spuma
& tanquam flos innatans, & à quibusdam
putatur esse à Dioscoridis.

Ambra sub-
albida.

Flos maris.

C A P. IX.

De Sulphure.

Speciosè
Natium
unde.

SULPHUR vel natium est, ac fossile, ap-
pon, seu vinum dictum, vel factitium. Il-
lud ex quadam pingui terræ substantia
sponte natura generatur; plurimum vero
in Lipara & Melo, atque iisdem in locis, v-
bi factitii vena foditur. Laudatur nitedulæ
modo splendens, pellucidum, nec lapido-
sum, exterius colore subcineritio, intus
cum frangitur, subluteo.

Quodnam
optimum.

Multi montes magna sui parte sulphu-
re constant, inter quos nonnulli, vt Æt-

na, perpetuis flammis coruscant.

Factitium ex pingui quadam gleba pa-
ratur, quæ in fodinis sulphureis eruitur.
Modus conficiendi quibusdam rusticis eo
in opere exercitatis & peritis relinquen-
dus. Probatur virescens & præpingue.

Factitium
unde.

Cum igne sulphur magnam habet cog-
nationem; statim enim prunis adhibitum
accenditur, nec vnquam extinguitur, do-
nec prorsus oleosa ac pinguis eius substan-
tia igni absorpta fuerit.

Color non idem omni sulphuri: aliud e-
nim viridius, aliud magis luteum, aut cin-
ereum, aut pallidum, aut lucidum; vnde
plura duobus eius perhibentur esse gene-
ra. Nam Plinius quatuor enumerat, quo-
rum nonnulla duriora sunt: alia pinguiora,
alia citius flammam concipiunt.

Id autem sulphur vulgare non est, de
quo Chymici multa futilia ridiculaque so-
mniant, quod licet mixtum sit, mixtorum
tamen esse principium asseuerant. Verum
ea de re nunc non est differendi locus.

Oleum sul-
phuris.

Ex sulphure pinguem quendam liquo-
rem educunt ad multa efficiacissimum, sed
qui tantum debeat à peritis tractari, ne
plus obsit, quam profit. Paratur adhuc ex
eo quidam puluis ad vitia pulmonum
commendatus, cuius interdum vim exi-
miam euentus indicat.

Ab eo quoque nomen assumit medica-
mentum apud Mesuem Diasulphur nomi-
natum.

Diasulphur.

Sulphur calefacit, coquit, resoluit: Tus-
sientibus & asthmaticis prodest, atq; ouo
sumptum, aut suffitum sputum mouet. Pru-
ritum toto corpore erumpentem cum bu-
tyro vel axungia suilla mitigat & tollit, &
terebinthinæ commixtum lichenas, sca-
broso vngues, & psoram curat.

Vires.

C A P. X.

De Ambaro griseo.

AMBARVM vulgo griseum dictum, ve-
teribus vix cognitum, nec balenæ se-
men est, aut alterius ceti excrementum,
nec

nec quarundam auium herbis odoriferis in insula de Maldina educatorum steruus, quod maris allisionibus alluionibusque è scopulis abraditur, vt quidam putauit; etiã fungi marini species, è fundo, vbi nascitur, agitatione maris eruta, vt multi scripserunt, *Ferd. de Lopez*. Nec quicquam factitium ex *ladano, xyloaloe, styrace, & zibetho*, vt *Fuchsius* credidit, sed verissime bituminis quoddam genus est, ex maris fontibus & alueis protellarum vi in littus eructatum, quod aëri expositum illico densatur, vt solent pleraque alia in mari orta, quæ sub aquis adhuc tenella molliaque sunt: Aqua vero eruta exsiccantur & indurantur, vt *Electium*.

Forſan, vt narratur, in ventre cuiusdam balenæ quantitas ambrae multa reperta est, sed quam vita mediis in fluctibus attigerat & ingesserat: Nam absurdum est arbitrari illius excrementa, ac prauam illuuiem ambrae esse, cum ea etiam optima à quouis cete ac Phyletere deuorata, statim bonitatem ac suauitatem amittat.

Quod subolfecit *Simcon Serhi*, qui ambrae bituminis modo è fontibus quibusdam manare asseruit, pessimamque eam esse, quæ à piscibus deuoratur.

Garcias ab horto quandam odoratae terræ speciem esse annuere videtur, cum non solum fragmentum trium fere millium pondo repertum sit, sed & insulae ex puro ambaro vise sint: hocque probabile affruit, cum terræ sint infinitæ varietates in colore & qualitatibus: atque ea generali acceptione, cum bitumen possit etiam dici terræ species, non illius verisimilitudinem impugno. Ete vera nonnulli terram pretiosam vocant.

Sic breuiter ambrae historiam refero: variam enim eorum, qui de ea scripserunt, sententiam discutere nec suscepi, nec breues nostræ perferre possunt annotationes.

Probatur ambarum, quod odoratissimum est, à sordibus repurgatum, quodque acupersosum multum succi pinguis resudat,

ac cinerei, non nigri est coloris. Improbatur enim nigrum & valde candidum.

Excalfacit, resoluit, cor, cerebrum, & vires partes principes recreat, spiritus reficit, lithothymia medetur, vires erigit, mentem exhilarat, & palmo conducit.

CAP. XI.

De Ambaro fuluo, seu Electro.

AMBARA citrina vulgo dicta, varie à variis appellatur, vt à Græcis *Electrum*, à Persis & Mauritanis *Charabe*, hoc est, rapiens paleas. *Dioscor. Pl. in Brasauol.* à Germanis *Glesum*, id est, vitrum, quod vitri modo splendescat. A Romanis *succinum*, quod ex succo, ac velut bitumine marino concreto proueniat: Non autem ex succo pinæ arboris, aut populi nigrae, vt multi dixerunt. Nam inter vada & in ipso maris littore reperitur ex succo pingui terræ, marisque concreto.

Illam autem materia cum lenta sit, viscida & pinguis, ante desiccationem & duritiem multa animalia, vt muscas, pulices, formicas, & similia insecta inuiscat & includit, quæ illic commoriuntur, exsiccantur, & simul cum succino indurantur.

Est vero succinum vel candidum, vel fuluum. Candidum, quod leuius sit & odoratius, optimum censetur. Optimum quoque & fuluum, quod pellucidum & attritu calefactum roris marini refert odorem, paleasque trahit.

Succinum pulueratum & liquore idoneo datum, valet ad album vteri fluorem, viscera roboranda, sanguinem fluentem cohibendum. Profluuiio seminis dragmæ vnius pondere ex ovo forbili datum conuenit, vt & tabidis, intestinorum difficultatibus, hæmoptoicis, & à longo tempore tussientibus.

CAP. XII.

De Corallio.

CORALLIUM ab effigie, duritie, & natali loco, sæpe, nec improprie *Lithodendron*, quasi *lapis arbor*, & aliquando

Ambragrisea quid.

Ambragrisea quid.

quando *frutex marinus* dicitur: Nam, ut ait Macer, hoc velut arbuti ramusculus esse videtur. In Tyrreno siquidem & Siculo mari provenit, & fruticis instar assurgit, ac ramos emittit. Hinc à nonnullis inter frutices, ab aliis inter lapides, à quibusdam inter bitumina reponitur. Vere tamen nihil istorum est, sed inter omnia ambigit, aut omnia aliquo modo id ipsum est.

Species.

Triplici autem agnoscitur discrimine, vnum siquidem rubrum, aliud album, & tertium nigrum. Prius, ut aspectu iucundius, sic melius, medicatius, & ad armillas aliaque ornamenta aptius. Album, ut spongiosius, sic leuius, magisque refrigerans. Nigrum rarius visitur, minusque medicatum & expetitur. Laudatissimum rubeum, quod semper vsurpatur, cum absolute Corallium ponitur. Aliud insuper datur, mixtum, intermixtis nempe coloribus intercurfantibus, estque minus bonum Rubeum, ut cæteris præster, debet esse colore floridum, ut *alga* odoratum, ut frutex ramosum, fractu facillimum, non scabrosum, nec concavum, aut lacunosum.

Vires.

Omne autem corallium refrigerat, siccat, & astringit: menstrua immodice fluentia, & omnem sanguinis fluorem cohibet; unde dysentericis valde prodest: & in viris seminis profluuium, & in mulieribus albos uteri fluores reprimat. Hamoptoicis plurimum confert, epilepticis, lienosis, & cardialgicis; nam cerebrum roborat, lienem minuit, cordi adfert hilaritatem. Ex eo Chymici parant oleum rubeum, ad sanguinis ex quavis parte reiectiones, & ad robur membræ conciliandum utilissimum, de quo alibi dictum est.

CAP. XIII.

De Auripigmento.

AURIPIGMENTUM, *Arrhenicum*, seu *Arsenicum*, *Sandaracha*, & *Risagalum* vix nisi nomine discrepant; omnia usdem in fodinis eruta: omnia septica &

summa caloris acrimonia principia vitæ dissoluentia, destruentia, depascentia. Et recentiorum nonnulli *Arsenici* nomine tria subintelligunt; *Auripigmentum* enim vocant *Arsenicum croceum*; *Sandaracham* *Arsenicum rubrum*, *Risagalum* *Arsenicum album*.

Auripigmentum & Sandaracha in iisdem metallis gignuntur, tantumque maiori & minori coctione distare videntur: ob id eadem gleba ambo sæpe mista videntur. Illius autem duo noscuntur discrimina; vnum aureo colore micat, *νεφελίζων*, *libr. 1. & 9. comp. med. part. med.* Caleno dictum, crustosum, in squamas fissile, nulli materiei permixtum; alterum pallefcens, glandis effigiem referens, & ad sandaracham proxime accedens.

Species.

Sandaracha non solum natali solo, sed etiam natura tota Arsenico finitima est, & coctione tantum hæc videtur *Arrhenicum* superare. Id enim vstione transit in Sandaracham, ut *Cerusa* in *Sandicem*, quam *Sandaracham pictoriam* nominant. Meminit alterius Sandarachæ Plinius *cap. 7. lib. 11.* quam ad ceraginosi mellis genus refert.

Affinitas sandaracha & arsenici.

Turpiter errant, qui vocum affinitate decepti *Sandaracem* Arabum, hoc est, *gummi Tuniperi*, seu vernicem, sandaracham mineralem esse putant & vsurpant, ut alibi, *nempe sect. 6. libr. 1.* pro rei exigentia notauimus; Multum enim inter se dissentiunt Sandarax & Sandaracha, origine, natura, viribus: alterum enim ex pallido flauet, leue est, & viribus naturæ amicis commendatur: alterum rubet, ponderosum est & delerterium.

Sandarax Arabum quid.

De *Risagalo* pauciac pauca loquuntur, vixque eorum monumentis, quid id sit, beneficetur. Bern. Dessennius arsenicum factitium album & crystallinum dicit esse. Sed forsitan in eius disquisitione & dignatione sese prudentiores gesserunt antiqui, quod adeo lethale venenum detegere noluerint. *Risagalum* scribit Syluius in iisdem fodinis, in quibus *arrhenicum*, inueniri, quod nonnulli *auripigmentum* putant.

Diuersorū de risagalo opinio.

Omne

Vires.

Omne autem arsenicum vim habet erodentem, malignam, partibus internis omnibus, humido radicali & calori primigenio inimicissimam: ob id malo consilio Athanasie magnæ confectioem à Nic. Alexand. descriptam ingreditur. Aliorum enim permixtione suam feritatem omnē minime deponit. Medicamentis quidem externis aliquando commiscetur, sed exigua tantum quantitate, atque dum carnem erodere superfluum consilium est.

Aura enim arsenicalis, quæ in quodam sale consistit, vt loquuntur Chymiatri, pessima, nec sua fixatione, & salis extractione ita deletur, vt secure possit intra corpus abire.

CAP. XIV.

De Minio.

Cinnabaris Dioscoridis quid.
Cinnabaris mineralis species.
CINNABARIS Dioscoridis, quæ arboris cuiusdam in Aphrica nascens succus est, qui pro sanguine Draconis usurpatur, multum distat à cinnabari recentiorum, quæ mineralis est; cuius duæ generales differentiae, natiua vna, & altera artificialis. Illa rursus duplici notatur discrimine; alia enim ex multis argenti fodinis, vt quæ in Hydria est, eruitur, videturque esse gleba purpurascens hydrargyro multo referta, ex qua sæpe sponte profilit; alia in venis fodinarum argenti reperitur, estque *minium secundum*, de quo postea.

Cinnabaris artificialis.
Est & cinnabaris artificialis ex sulphure & argento viuo simul igni coactis facta, quam Cynaprium Brasauolus vocat ad distinctionem cinnabaris natiuae, quam ex Dioscoride lacrymam arboris Aphricæ solummodo tenet.

Re vera tamen Cinnabaris, Cynaprium, & minium præsertim apud recentiores, qui hæc omnia sedulo ad rationis examen adducunt, non discrepant: Et qui discrepare pertinacius contendunt, singulorum descriptionem accuratam exhibentes, omnia vnum esse concludunt. Nomencla-

tionis enim varietas ita sæpe rem ipsam obscurat, vt aliquo modo veniat excusandus ille, qui Cinnabarim, Cynaprium, milton, & Vermillionem, sic enim Galli loquuntur, diuersa putarit.

Sunt ergo Cinnabaris quatuor discrimina: Prior est cinnabaris Dioscoridea, quæ succus est arboris Aphricæ, cuius succus, vt etiam illa ipsa Draco vocatur. Secunda, mineralis est illa insigni rubore nitens, nec multum ponderosa, quæ in fodinis argenti viui reperitur; ibique, cum flammeo & rutilo colore splendescat, Anthrax à fossoribus sæpe nominatur: vtraque rara admodum est. Tertia ex sulphure & argento viuo factitia, ponderosa, lineis velut argenteis & rubris intermixta. Quarta in venis fodinarum argenti reperitur, seruatque in officinis in forma pulueris eximio rubore nitentis, quem alii cinnabarim, alii milton, alii minium, vulgus officinarum Vermillionem, nonnulli Sandicem nominant.

Est vero Sandix *serusa vsta*, quam ob eandem ximiam rubedinem Serapio minium nuncupauit; cuius opinioni recentiores omnino refragantur.

Recte autem puluis ille purpureus, quæ officinæ pro vermilionem seruant, à Plinio cap. 7. lib. 33. *Minium secundum* vocatur, quod in fodinis argenti reperitur, & artificiosa pluriest; repetita lotionem pulchriorem rubedinem nanciscitur, adeo, vt tota minii ad minium differentia, inquit Plinius, ex sola lotionem & arte petenda est. Primum autem minium, seu cinnabaris mineralis ista lotionem non eget, & igne copiosum reddit hydrargyrum: Secundum seu vulgare, *vermillio* dictum, in igne rubet quidem, sed ne tantillum argenti viui eructat, nec nisi raro medicis vsib. inseruit.

Cinnabaris, multo quod sit referta mercurio, vires eius habet: quod cum sit etiam hippis & tonsoribus notum, à multis circulatoribus ad luis Indicæ curationem sæpe usurpatur, qui ex illa tam imprudenter suffitus parant, vt multos statim in tremo-

Quatuor
cinnabaris
varietates.

1.

2.

Anthrax.

3.

4.

Sandix quid

Vires.

rem & paralyſim incidiffe., alios inter-
iſſe viderim.

CAP. XV.

De Hydrargyro.

INTER magnifica Chymiſtarum Idola
primas tenet Mercurius, ſeu Hydrargy-
rus, quali argentum aqua, vulgo argentum
vium, ob mobilitatem dictum, quod &
rerum principium, & ſperma metallorum
illi vocitant: ſed vtrumq; eque verum, hoc
eſt, falſiſſimum & ridiculum. Si quod enim
habeant ſemen metalla, in ſeipſis habent,
nec aliunde mutatum: nec mixta vnquam
reſoluuntur naturaliter in Mercurium, ſa-
lem & ſulphur, ſed tantum Vulcano Spa-
gyricos, vt in eos docte diſputauit Dom.
Riolanus.

*Mercurium
non eſſe me-
tallorum
principium
aut ſemen.*

*Hydrargyru
eſſe monſtri
naturam.*

Est autem Mercurius, ſeu argentum vi-
uum velut naturæ monſtrum, quod nullis
videlicet naturæ legibus tenetur: Argento
quouis eſt candidius, aqua fluxilius, aceto
meabilius; nunquam tamen maſefacit, ſæ-
pe refrigerat, ſæpe calefacit, aliquando fri-
gidus tantum affectus, aliquando tantum
calidos ſanat, & cum frigidius percipiatur,
calidos interdum affectus inducit; cum ca-
lidum, frigidus: nonnunquam parua quan-
titate nocet, nonnunquam magna prodeſt,
facileque formam propriam amittit, ſaci-
le eam denuo quaſi reſurgendo reſumit. Et
quod mirum eſt, ſæpe per os ſumptum in-
ſigniter prodeſt; foris adhibitur, tremorē,
paralyſim, & alios affectus prauos adducit.

Falop. c. 27. & 76 lib. de lue vener.

*Historia de
hydrargyro
inunctis.*

Quoſdam vidit Traianus, ante obitum
litu hydrargyrato inunctos, in quorum ſe-
cto caduere hydrargyrus copioſus reper-
tus eſt, in cranio nempe, ſcapularum & bra-
chiorum iuncturis.

*2.
Hydrargyro-
ſis.*

Alium vidit, qui tertantum hydrargy-
roſim paſſus multos humores per vomitū
excluſit, quibus multa hydrargyri quanti-
tas erat conſuſa.

3.

Alia hiſtoria narratur de quodam Anto-
nio Gallo, qui pluries hydrargyrato medi-
camine inunctos, nec ſaliuationem (ſuo-

rem oris vocant) expertus, cum vrina hy-
drargyrum minxit, quo nummus aureus
ad eo belle dealbatus eſt, vt pro argenteo
ſumeretur.

Per os vero ſumendum exhibet Braſa-
uolus ad rineas ventris enecandos. Quaſdā
mulieres aſſerit Fracaſtorius hydrargyri
ſingulas ſumpſiſſe ſb j. ad perdendum ſec-
tum, quæ ne tantillum moleſtiæ percepe-
runt, nec votorum compotes extiterunt,
ſecibus nempe minime excluſis.

Idem tamen auctor poſtquam eius v-
ſum modo probarit, modo improbarit, in-
genue fatetur, ſe illius qualitates ignora-
re. Verum audacter aſſerit, luem venere-
am optime curare.

Omnium autem primus, qui ad huius
morbi ſanationem hydrargyrum præſcri-
pſit, fuit quidam Iacobus Carpenſis, quo-
tam feliciter vſus eſt, vt breui diſſimus
eualeſcit. Eum recentiores ſunt ſecuti, &
remediis tam externis, quam internis per-
miſcent: vtroque enim modo prodeſſe
deprehenditur, propter vim quandam alexi-
teriam, qua virus venereum in Italico
morbo deliteſcens extinguit: Eſt enim im-
pius Alexipharmacum, licet non ſatis tu-
tum, niſi optime tractetur, debere caſtigi-
tur, & opportune detur. Multos enim vidi-
mus, qui ab imperitis per hydrargyroſim
tractati, vel interierunt, vel in deteriorem
ſanitatæ conditionem inciderunt: tam fe-
ra enim eſt iſta bellua, vix vt vlla arte que-
at cicurari. Propterea excuſandus Gale-
nus, qui cap. 59. lib. 9. ſimpl. in illius vſu me-
ticuloſus fuit, nec ſit auſus facere pericu-
lum, quando quidem edidicerat à Dioſco-
ride, vim illi eſſe pernicioſam: vnde plum-
barii & aliorum metallorum, in quibus hy-
drargyri portio quantulacunque contine-
tur, fulores facile in tremorem, paralyſim,
& peruorum corrugationem incidunt: Et
foſſores, qui argentum viuum ex fodinis
eruunt, quantumuis ruſtici ac robuſti, vix
quadriennium in eo opere viuunt, ſed mi-
ſelli moriuntur. Eſt enim quaſi indomitum
medicamentum, cuius eſt anceps agendi vir-

*4.
Alia hiſto-
ria.*

*Quis primus
vſus ſit mer-
curio ad luē
veneream.*

*Mercurium
luis venerea
eſſe alexite-
rium.*

*Pernicioſa
vis hydrar-
gyro.*

rus & effectus, quod licet liquidum sit, metalla tamen valide ponderosa ei supernant, vt aquæ lignum, auro excepto, quod fundum petit.

Species.

Est autem argentum viuum vel naturale, vel artificiale: Naturale ex multarum fodinarum, vt quæ sunt in Hydria monte, glebis guttatim, ac sponte stillat; & aliquando ligone, aut aliis ferreis instrumentis mucronatis percussa quædam fodinarum vena, fonticuli instar profilit in subiectam humum.

Artificiale.

Artificiale fit, aut potius extrahitur ex *cinnabari*, de qua *capite superiori*. Nec facile assentior *Brauaolo*, qui etiam ex marmore mercurium fieri, ex *Vitruuio* scribit, nisi quoque dixerimus cum *Chymistis*, ex rebus omnibus mixtis elici posse, perinde ac sulphur & salem.

Hydrargyri qualitates.

De qualitatibus autem hydrargyri adhuc certatur: alii enim calidum, alii frigidum ab effectis contendent, vt dictum est; *Auicenna*, quem *Palmarius Medicus Paris.* atq; alii multi sequuntur, frigidum & humidum asseuerant. *Fracastorius*, *Tomitanus*, atque plerique alii, qui qualitatem erodentem illi tribuunt, calidum perhibent. Ego cum *Traiano* qualitatis mixtæ contendendo, in eoque qualitates quasdam esse subtiles & calefacientes, alias crassiores & refrigerantes: sed præterea multas adhuc alias dotes possidere. Incidit enim, attenuat, penetrat, liquat, resoluit, ventrem subducit, & quod mirum est, vi partim attractiua humores à superficie ad centrum, hoc est, ad ventriculū adducit, & per secessū educit, partim impulsua à centro ad habitū impellit, & per saluationem propellit.

Hydrargyri vis inest attractiua & impulsua.

Ad effectum vtrumque datur in morbo Italico; sæpeque datur ad saluationem, eius loco superuenit alui fluor, vt aliquando ad ventris fluorem, cuius loco superuenit saluatio.

In puluerem aliquando reducitur albū & valde ponderosū, de quo alibi egimus, qui sine molestia aluū deturbat, visceribus tamen non parcit, quibus suæ & aquæ for-

tis, dictæ, in quam immergitur, malignitatis impressum sæpe relinquit vestigium, vt in multis obseruauit, qui in agyrtæ cuiusdam manus se commiserant.



SECTIO II.
DE LAPIDIBVS
PRETIOSIS ET
MEDICATIS.

*Angulus terra nullus est, qui homini non suggerat pabulum aut medicamentum, nullusq; eiusdem sinus, in quo quicquam nõ lateat humanis vibus idoneum; atq; non tantum Arabia felix, sed Barbara quauis regio ad nos plurima mittit, quibus & suauiter vescimur, & salubriter vtimur. Ex India enim vtraque, & regionibus exoticis multa quoti die, & gemmarum ditissima vbertas, & eximiarum stirpium ingens copia ad nos deuehitur. Vocantur autem gemmae lapilli pretiosi propter raritatem, elegantiam, ac pulchritudinem, & vires insignes: nulli enim dubitè est, quin sua sit gemmis diuinitus insita virtus, ait poeta, vnde regum & principum coronas ornant, digitos illustrant, suppellectilia ditant, à fascino tuentur, morbis medentur, sanitatem conseruant, oculos recreant, mentem exhilarant, tristitiam pellunt. Non est autem, vt obiter dicam, omnino irridendus stultiloquus vir *Fr. Rabelesius*, qui suo ineptiarum libro, quem *velignari*, vel *pseudocatholici doctrina* multa refertū prædicant, molendingriam molam ex *Pictorio Villigensi* lapidum pretiosissimam enuntiauit, vt cuius usus omnibus aliis præferendus sit: Sed præstat mimum relinquere, vt serià tractemus.*

C A P. I.

De Smaragdo.

POST Adamantem fere sola duritie commendatum, ipsius enim nullus est in me-

in medicina usus, Smaragdus, Arabibus Zamarrut dictus, elegantissima viriditate, eximia dignitate, efficacissima virtute cæteris præfertur lapidibus pretiosis. Smaragdo enim nihil iucundius, nihilque gratius oculis obicitur: coloris siquidem lenitate fatigatos oculos reficit, quos aliorum fulgor sæpe lacellit.

Smaragdi præstantissimi ubi inveniuntur. Inveniuntur Smaragdi pluribus in locis, sed præstantissimi apud Cyclopes, seu Arimæos, sic dictos, quod vnicum, eumque rotundum in media fronte habeant oculum. Arima enim apud eos vnum signat, Spu vero oculum. Herodot.

Hi populi dicuntur assidue præliari cū Gryphis, vt liberius aurum & lapides pretiosos effodiant, quibus montes apud eos multi multum abundant, quos tamen frequentes habitant Gryphi alites ferocissimi, & mira rabie fauientes. Viles n. homines discerpunt, & veluti custodes peruigiles nati ad plectendum summam auaritiæ temeritatem, in obuios quosque crudelissime rostro ruunt & vnguibus.

Species. Duodecim autem à Plinio Smaragdorum differentiæ traduntur, quorum Scythici ex lucido viridiores, elegantiores & præstantiores iudicantur: deinde Bactriani, qui nonnunquam in saxorum commissuris inveniuntur: tertium locum tenent Niliaci seu Egyptii, qui in collibus & cauitibus circa Copton oppidum Thebaidis eruuntur. Reliqua genera in ærariis metallis inveniuntur, de quibus videndus est Plinius cap. 6. lib. 37.

Fere tamen tres solummodo varietates, maioris & minoris ratione distinctas institores venditant. Parui enim ducunt Calchosmaragdos, obscuros, variegatos, nō translucidos, atque eos omnes, qui vel lappidem, vel Beryllum, vel alios lapides habent admixtos.

Optimi qui. Optimus est Smaragdus, vnicolor, splendens, ac perlucidus, & qui iucundam ex liquido viriditatem oculis obicit.

Vires. Tam mira virtute pollet Smaragdus, vt annulo inclusus à comitali præseruare di-

catur. Memoriam quoque roborat, castitatē amat, & Veneris ludibria tam auerfat, vt cum rex Hungariæ vxorem iniret, Smaragdus annulo conclusus, qui tum digitū ornaret, in tres partes disruptus est. Eximie cū sint eius dotes, recte Mesuei interpres, præter authoris mentem, in electuario de gemmis, Smaragdam pro feruzegi, vel potius peruzegi, id est, Erano, seu Turchesa substituit Nam Turchesa, seu Eranus, nullius fere est virtutis & usus in medicina; seu Eranum Smaragdus vero plurimi, & suo eleganti colore, & viribus multum commendatur, iuxta illud Marbodæi:

Omne virens superat forma viridante Smaragdus.

Collo suspensus dirum fugat hemitritæum.

Et sanare potest ipsa ratione Caducos.

Fertur lasciuos etiam cõpescere motus.

C A P. II.

De Saphyro.

SAPHYRVS gemma est non pretiosissimi valoris, præsertim qui ab aqueo colore, quem amulatur, aqueus Saphyrus vulgo nominatur, sed qui magis splendet, colore cyaneo, maximi solet æstimari, de quo sic Poeta:

Saphyri species digitis aptissima regum.

Aqueus, seu vt lapicidæ loquuntur, albus Saphyrus tam belle adamantem amulatur, vt nonnullos interdum fefellerit. Vterque inuenitur in Calecut, sed præstantiores ex Zeilan & Pegu aduehuntur.

Saphyrorum virtutes nec tot, nec tales, quot qualesque recensentur à multis superstitiosis, atque describuntur in vulgatis lapidum libellis. Vana siquidem sunt, & mere falsa, quæ de Saphyro carmine Macer cap. 5. lib. 5. dicit hoc modo:

Quem, (inquit) natura potens tanto disauit honore,

Vt facer & merito gemmarum gemma vocetur.

Nam corpus vegetum conseruat, & integra membra.

Et

Historia.

Turchesa, nullius esse usus in medicina.

Et qui portat eum, nequit ulla fraude noceri,

Inuidiam superat, nullo terrore mouetur.

Hic lapis, ut perhibent, educit carcere victos.

Obstructasq; fores & vincula tecta resoluit.

Alia non persequor, ad fastidium vsque de Saphyro versibus conscripta, Poetis enim cum liceat mentiri, ut ait quidam *Comm. in Dant. Poet. Ital. Cant. 20. sui purgat.* ab his rei cuiusdam veritas & fida historia non expectanda. Fides autem his est adhibenda, qui scribunt, Saphyrum cor recreare, venereos appetitus compescere, hilares pacificosque reddere gestatum. Venenis in potu resistit, & intestinorum ulcerationibus; oculis quoque adhibitus eorum sordes expurgat.

CAP. III.

De Rubinis.

RUBINVS à flammeo colore *vbi-
deq; &* hoc est, *carbunculus* dictus, non noctu splendet, nec in tenebris accensæ candelæ vicem gerit, ut idiotæ putant, sed eius nitor quasi flammeus præ cæteris lapidibus rubeis fulget, vnde Poeta:

Ardentes gemmas superat carbunculus omnes.

Nam velut ignitus radios iacit undiq; carbo.

Nominis vnde sui causam traxisse videtur.

Ab igne igitur *Carbunculi* nomen habent, vnde Græcis non modo *Anthracæ* dicuntur, sed etiam *Pyropi*, vel, ut aliis placet *Apyropi*, quod vix ignem sentiant, aut igni incalescant.

Eorum autem tot sunt varietates, vt vix possint peculiari nomine signari, & inter se distingui, ait Plinius *c. 7. lib. 37.* præstantiores, elegantiores, flammeis

radiis fulgentiores sunt *Carchedoni*, omniumque pretiosissimi; dein *Æthiopicis*; tum *Alabandici*; Quarto *Sytites Carbunculi* laudantur, vt etiam *Indi*; *Lithizontes* omnium minime boni & pulchri: sunt enim impuri, & fere marmorei; ob id obscuri; quemadmodum & multi alii, vel fulci, vel candicantes. Sunt, qui *Carchedonios* à Carthagine, non à pulchritudine & valore dignitatem mutuari contendunt.

Quinque autem *Carbuncolorum*, seu *Rubinorum* genera tantum solent institores venditare, vnum eximie rutilum & splendentem, quem absolute *Carbunculum* vocant, alterum minus fulgidum, quem *verum Rubinum* dicunt: hic satis frequens est, ille vere rarissimus, & fere inuisus, nisi solis regibus.

Tertius dignitatis gradus ei tribuitur, quem *Balaesium* corrupte nominant, eum *Balaesium*, à mali punicæ flore, quem refert, dicere deberent. Post hunc laudatur *Rubith*, quem subinde *Spinellum*

appellitant. Quinto loco *Granati* recensentur, de quibus *cap. seq.*

Plerique tenent *Carbunculos* vtriusque sexus esse; mares nempe, qui excitati fulgent; alios vero crassius nitentes & pinguiore, fœminas.

Omnes rubini vim habent cardiacam & putredini, venenisque resistantem.

CAP. IV.

De Granatis.

GRANATVS sic dicitur, quod sic acino mali granati similis, estque species quædam *Rubini* à natura minus elaborati, & quasi imperfecti. Rubeus quidem est, sed admodum obscurus, veluti si vmbra, aut nubecula quædam *Rubino* offundatur, vnde *Rubinum nigricantem* nonnulli vocitant.

Eius duæ differentiæ agnoscuntur: alius enim est coloris viuacioris, flammeam coruscantem cum quadam intermixta

Balaesium.

Spinellus.

Sexus.

Vires.

Vnde habent nomen.

Rubinus nigricans.

Species.

Pp mixta

mixta obscuritate æmulantis; alter obscurioris, qui minoris æstimatur. Vterque prouenit in Calecut, & quibusdam Hispaniæ locis.

Granatus suspensus, vel ebibitus tristitiæ multum refistit, & cor recreat. Cum tamen ignæ sit naturæ, cerebro nocet, sanguinem exagitat, & ad iracundiam excitat.

CAP. V.

De Sardo lapide.

ONIX, *Sardonix* & *Sarda*, magnam inter se habent affinitatem, à Plinio tamen & aliis recte distinguuntur. Nam *Onix gemma* est, unguem humanum referens, eaque polita & nitens. Onicem pulchrum habebat Polycrates, de quo vide Plin. c. 1. lib. 37.

Sarda non perlucida est, sed rubedine quadam diluta, ac carnis colorem representans, unde & *Carnalina*, non *Cornalina*, cum quibusdam dicenda, nam cornu minime similis est.

Sardonix. *Sardonix* tanquam vtriusque particeps, huius & illius habet colorem, hoc est, veluti unguem hominis carnibus positum, & vterque translucidum refert.

Dicitur vero *Sarda*, quod Sardibus primum fuerit inuenta. Laudatissima plurimum rubet, & perspicua cernitur. Minus probatur, cui obscurus, seu dilutus est rubor.

Gestata *sarda*, recreat animum, somnia tristia cohibet, timorem pellit, à maleficiis gestantem seruat, hæmorrhagiam sistit, vtiliterque accedit ad confessionem electuarii de gemmis.

CAP. VI.

De Hyacintho.

HYACINTHVS gemma est non maximi valoris; eius enim copia non modo è multis Indiæ locis, sed etiam ex Lusitania ad nos deuehitur. Electrificæ colorem refert, magis tamen ex fla-

uo splendet, & quasi fulgur aureum emittit.

Hyacinthos quosdam rubeos esse, salios caruleos aut venetos nonnulli scribunt, multi tamen Granatos, aut Topazios, vel similes his lapillos potius, quàm veros hyacinthos putant. Inueniuntur hyacinthi variegati, unicolores tamen meliores sunt, ac pretiosiores, præsertim Bactriani Arabici omnium pessimi.

Plinius sæpe inculcat, hyacinthos citrinos esse, & quosdam venis quibusdã albis variegatos. Qui talis inuenitur, *Laucochryos* Græcis dicitur. Datur quoddam succinum flauissimum, syncerum, fulgidum Græcorum idiomate *Chryselestrum* nominatum, quod ignari pro *hyacintho* vero sumunt.

Sua autem non defunt hyacinthis vires, frigidæ enim cum sint naturæ, corpora densant, somnum conciliant, cor roborant, à pestis contagio tuentur, animi alacritatem excitant, & à fulgoribus defendunt.

CAP. VII.

De Topazio.

GIGNIT & hunc *Arabum* gemmis ditissima tellus,

ait Marbodeus, de Topazio loquens, qui in nebulosa quadã nomisis huius in rubro mari insula primum repertus est à prædonibus, qui in illam tempestate & procellis iniecti, ibique diutius sine viæu commorantes ad herbas & radices confugerunt; quas effodiètes simul Topazium eruerunt, sic à nat. li solo nuncupatum.

In alia quoque insula, cui nomen est *Chitis*, frequentes effodiuntur Topazii, pulchro splendore nitentes, & valde expetiti.

Duo autem illorum tradunt esse discrimina; *Praxoidem* vocant vnum, siue *Chrysoprasiu*, quem cum *Chrysolito* eundem esse, multi contendunt; alterum *Chrysopteron*, sic ab alarum aurearum, quibus micat, fulgore nuncupatum.

Chrysa-

Optimi.

Pessimi.

Vires.

Species.

Chrysolitus. *Chrysolitus*, seu *Chrysoprasius* veterum, succi porrorum viriditate ex aureo fulgentem eleganter refert, vnde nomen.

Porro *Topazius* inter lapides facile limā admittit; cætera gemmæ core aliifque saxis poliuntur.

Vires. Est vero mirum, quod *Topazius* in aquam feruentem iniectus, non modo amplius bullire impedit, sed ipsius feruorem adeo temperat & æstum obsecrat, vt absque læsione nuda manus statim in illam ipsam immitti queat.

Hæmorrhagiam à quacunque parte sistit, iram sedat, tristitiam vel tollit, vel minuit, phrenitidem impedit, & animū oblectat.

CAP. VIII.

De lapide Lazuli.

Nomina. **Q**UÆM Mesue & Arabes reliqui lapidem Lazuli vocant Græci *κρῖνον*, Latini *Cyanon*, & aliquando *Cyaneum*, lapidem stellantem, radiantem, & ceruleum nominant. A Gallis prærogatiua quadam absolute, & sine adiuncto lapis vocatur. Interdum ab *Auicenna* & *Serapione Armenus* & *Armeniacus* dicitur.

Discrimen inter lapidē Armenium & Lazulū. Dissident tamen inter se *Armenus* & *Lazulus*, hic siquidem aureis stellulis, & velut radiis micat cum ceruleo flauescens, ille maculis multis, & viridibus, & ceruleis, & quibusdam subnigris distinguitur: vnde Itali *Verdazuro*, quasi *viride ceruleum* appellant. Vtriusque tamen vires adeo affines sunt, vt alter alteri facile substitui possit: in iisdemque fodinis vterque fere reperitur, & maxime in ærariis venis & argentariis: potius tamen *Lazulus* in aurariis, à quibus maculas & puncta aurea mutuatur quamplurima.

Is vero vt pulcherrimus, sic & optimus, & multum expetitus, non modo ad mulierum armillas, & alia ornamenta, sed etiam medicamenta.

Vires. Gestatus *Lazulus* confert visui, & a-

nimum exhilarat. Præparatus & sumptus multa commoda pollicetur; nam tritus & lotus, vt decet, potenter & innoxie humorem melancholicum purgat. Vltus & ablutus interiora recreat. Superstitiosum est nimis, quod de eo multifeculerunt, hominē quippe blandum, diuitem, & benefortunatum asserentes, qui illum gestarint.

CAP. IX.

De Magnete, seu lapide Heraclio.

NIHIL in orbe toto natura mirandum magis creauit Magnete, quem *D. Augustinus* mirabilem ferri raptorem vocat; quem cum primum vidi, inquit, vehementer exhorui: quippe cernebam à lapide ferreum anulum raptum atque suspensum: denique tanquam ferro, quod raperat, vim suam dedisset, communemque fecisset, idem anulus alteri admotus est, eumque suspendit; sic accessit & tertius, & quartus; iamque sibi per mutua circulis nexis, non implicatorum intrinsecus, sed adhaerentium extrinsecus, quasi catena pependerat annulorum. Eadem scribuntur à *Plin. lib. 34. sua historia c. 14.*

Eius autem trahendi ferri virtus primum innotuit cuidam armentario, cuius calceis cum ferrei clauis essent confixi, is armenta sequens in monte *Inda*, ad quendam locum venit, vbi *Magnes* copiosus latitabat, ex quo vix discessit, nisi clauis extractis, aut crepidis relictis, & baculo altera parte ferrea cuspide armato.

Ille autem pastor vocabatur *Magnes*, à quo & lapis hic hucusque nomen retinuit. *Nicanor, Plin.* Dicitur & *Heraclius*, nō ab *Heraclio* inuētore, vt credidit *Taisnarius*, sed ab *Heraclia* *Lydiæ* ciuitate, vbi laudatissimus gignitur. *Syderites* adhuc alio nomine vocitant, quod ferrum alliciat, trahatque. Et aliquando lapidē nauticum, quod nautis plurimū inseruiat.

Agnoscantur vero quinque eius dif-

Augustinus de Magnete.

Cuinā virtus Magnetis primo innotuerit.

Magnes unde habeat nomen. Vnde dicatur Heraclius. Syderites. Lapis nauticus. Magnetis species.

ferentia: prior dicitur Æthiopicus, secundus Magnesiacus; ille ab Æthiopia regione, hic à Magnesia ciuitate defertur.

Tertius inuenitur in Alexandria: quartus in Echjo Bæoria, quintus omnium pessimus in Capo Verlychi Natolia. Est enim læuis & spongiosus instar pumicis. Æthiopici omnia præstantiores iudicantur: atque omnes cuiuscunque generis sint eo meliores, quo magis cærulei. Laus quoque summa datur ponderosis, & potenter ferrum trahentibus.

Meliores qui.

Quidnam Magnetis vim attrahendi ferrum impediatur.

Quomodo Magnes ferrum trahat.

Theamedes.

Vires.

Adamas autem impedit, ne ferrum trahatur à Magnete, vt etiam allium eidem affricum. Tam valida enim illius in trahendo ferro virtus non est, quin facile possit eludi, obscurari, superari. Vnde ridiculum credo, quod scripsit Taisnieri, quasdam naues clauis ferreis compactas, mare Æthiopicum oberrantes, & tempestate ad promontoria agitata, in fundum à Magnete attractas fuisse, aut saltem clauis Magnetis virtute extractis, in mille partes dissolutas. Hæc enim vetularum sunt insomnia, viri docti calamo nimis indigna.

Attrahit autem Magnes ferrum tanquam sibi simile, ad sui conseruationem & alimoniam: ob id eius scobs solet in pyxidibus asseruari: respicitque partem Aquiloniam, tanquam matricem, vnde ad Antarcticum dirigi nautis dicitur.

Gignitur & in monte quodam Æthiopia lapis alius oppositæ virtutis, quem Theamedes nominant, qui nempe ferrum omne respuit, abigitque.

Sunt, qui Magnetem vltum pro Hæmatite vendunt, magnum tamen est inter vtrumque discrimen, vt ex singulorum descriptione patet. *Dioscor.*

Magnes, præter dotes enumeratas, quasdam adhuc medicas habet, vnde ad emplastrum diuinum, & alia medicamenta accedit. Sunt, qui putant, Magnetem per os parua quantitate sumptum adoleſcentiam conseruare: Ob id Rex Zeilan

fertur patinas ex Magnete iussisse confici, in quibus cibus eius coquatur. *Garcias ab horto.*

CAP. X.

De aliis quibusdam gemmis, in medicina rarius vsurpatis.

INFINITÆ, pene dixerim, alia traduntur gemmæ, & aspectu perpulchræ, ac elegantes, & viribus non temnendis insignitæ, quarum quod rarissimus sit vsus, de singulis singula capita constituere non decreuimus: Sat enim est, si nostro satisfaciens instituto, eas tantum accurate describerim, quæ Officinæ à nobis instructæ confectiones ingrediuntur. Ne tamen Pharmacopœus gemmas adeo paucas esse existimet, hoc vnico capite, velut in fasciculum & breuem epitomem, alias plures simul contraham.

Inter eas autem frequenter occurrit *Thurcheſa. Augites.* *Eranius, Turcheſa* Gallis, *Peruzaa* Arabibus, *Callais, & Augites* Plinio dicitur; cuius color ex cyaneo, & viridi eleganter videtur confuſe mixtus. Nascitur in India, præcipue circa montem *Cokus.*

Iaspis viridis est lapis, aut magna sui parte viridi commixtus & elegans, cuius species omnes recensere nimis esset fastidiosum; nam

Iaspidis esse decem species, septemque feruntur.

air Macer. Vim habet insignem ad sanguinis fluorem sistendum.

Sumpſit Hæmatites gracum de sanguine nomen;

Gestatu enim & sumptu sanguinem vndeunque fluentem cohibet. È Iaspidū genere creditur: est enim lapis vireſcens, variegatus, & guttis cruentis conspersus. *Hæmatites.*

Achates sic dicitur à fluuio Achate, in quo reperitur. Eius multa dantur discrimina, sed vulgatiore ex obscuro candidat, venis quibusdam modo rubellis, modo nigellis intercurrentibus. *Pyrrhus*

rex elegantissimum fertur habuisse, in quo nouem musæ sola naturæ manerant sculptæ. Visus est aliquando Achaë, instar coralli rubeus, *Corallochates* ob id dictus.

Amethystus lapis est ex India delatus, colore purpureus, violaceo permixtus, leniter quasdam flammulas emittens. Eius quinque species perhibentur: communior violacei est coloris, refertque eius species quasdam vini colorem aqua multa diluti. Ebrietatem quidem impedire, sed in somnia excitare dicitur.

Vt adamas laudatur ex candido coruscans, *Smaragdus* viridis, *Carbunculus* flammeus ac rubeus, *Saphyrus* cæruleus, *Chrysolitus* aureus; sic *Opalus* varius, cui ignis *Carbunculi* micat, est, *Amethysti* purpurea fulgens, *Smaragdi* mare virens; atque cuncta pariter mixtura incredibili laetitia, nihilque inter gemmas pulchrius esse potest. A Plinio *Paderos* vocatur. Nascitur in insula *Zeilan* inque multis aliis India regionibus, in quibus *Argenon* nominatur. In *Agypto* etiam inueniuntur quidam *Senites* nuncupati.

Est *Opalus* alius minus elegans & nitens, quem *Pseudopalum* & *Oculum catti* nominant. Ut verò vero *Opalo* minus pulcher sic minus expetitur. Forfan is est lapis, qui ab *Isidoro* *Ophthalmius* nominatur.

Ex *Opalorum* genere est alius lapis, qui à *Pardalis*, seu *Pantheræ* animalis variegato colore *Panthera* nominatur. Nam

Pantheram patet esse feram diuersicolorum,

ait *Macer*. Tot autem virtutes, quot colores habere creditur.

Selenites, quod imaginem *Lunæ* refert, sic dicitur. Lapis est ex candido, melleoque fulgore nitens, qui ad incrementum aut decrementum *Lunæ*, & crescere, & decretere videtur. Eius

quædam species pallidior, alia viridior deprehenditur.

Girasola quibusdam lapis solaris, aliis *Leucopetalos* dicta, inter gemmas reponitur, quæ ex candido nirent, & aureum fulgur emittunt.

Est quædam gemma non ignobilis *Dionysia* dicta, quæ trita & sumpta vini saporem ut unque refert, ebrietati resistit: sic à Poeta describitur:

Nigra micat rubeis Dionysia confusa guttis.

Beryllus gemma est alias multas eiusdem nominis sub se complectens, quarum alia maris viriditatem referunt, alia pallidiores, alia flauescentes, & ex aureo colore fulgentes, quæ *Chrysoptasi* sæpe vocantur: alia olei coloris, alia alii ita, ut noue eius varietates enumerentur. *Beryllus* obscure micat, ni forma sexangula poliatur.

A paucis annis ex *Hispania* noua delatus est lapis variegatus, ex viridi & lacteo permixtus, quem *Nephriticum* nominant. Is enim brachio alligatus, mira proprietate calculos atterit, & cum urina propellit.

Ætites est lapis veluti prægnans, alio cum quatitur, quasi sonante. Ab *Aquilis* nomen habet, a quibus ut multi ferunt, defertur, ad ouorum calorem contemperandum, ne nimis calefiant, dum incubantur. Alii aliter sentiunt, & sæpe falsa enuntiant. Ut ut sit, iste lapis creditur partum accelerare, si femoribus alligetur; retardare, si super stomacho, aut inter gemmas gestetur. Eius quatuor differentia notantur, quas ex *Plinio* quis ediscere quit.

Lapis Iudaicus à natali solo nomen habet. Candidus est, forma elegantissima, glandis magnitudine, & lincis inter se æqualibus, veluti torno factis distinguitur. Tritus, ac læuigatus, & sumptus calculos in renibus & vesica comminure dicitur.

Chrysolapis.

Chrysolapis interdum subpallida est, ac fusca, noctu vero ut ignis splendescit. In Æthiopia nascitur. Rarissime tamen ad nos devehitur.

Alias pene innumeras recensent, & Plinius, *cap. 10. lib. 37.* & qui de lapidibus libros in lucem ediderunt. Sed multa sæpe scripsere, quæ nec norunt, nec viderunt unquam: atque multos interdum lapides quadam affinitate coniunctos, pro eodem usurpant, & sæpe eundem multis nominibus designatum, multiplicem constituunt. Insuper enim sunt lapidum nomenclaturæ, ac Plinius *c. 11. eiusd. libri.*

Vniones.

Superfunt & alii lapides eximia virtutis, & multum pretiosi, sed quia ex animalibus desumuntur, cuiusmodi sunt vniones, seu margaritæ, lapis Bezaar, & alii multi, de his in libro de medicamentis ex animalibus, aut eorum partibus sumptis agemus.

CAP. XI.

De lapidibus quibusdam medicatis, nec pretiosis, & primum de Marmore.

*Marmoris species.**Nobilissima.*

MARMOR notissimum & durissimum lapidis genus est, cuius tot videntur discrimina, quot loca, è quibus eruuntur. Omnium nobilissima hæc dicuntur, *Phœugiticum, Parium, Zeblicum, Porphyrites, & Ophites.* Probantur vel improbantur omnia colore, nitore, perspicuitate, duritie. Quod vel viride est, vel pluribus coloribus variegatum, sic quoque durissimum, & pulcherrimum, & præstantissimum habetur. Laudatur quoque plurimum eximia candidum & solidum, hoc seligendum ad unguenti Citrini confectionem.

Phœugiticum marmor.

Phœugiticum marmor maxime nitet, imaginesque reddit. Eo constructum est à Nerone Fortunæ templum, quod intus adeo nitebat, ut etiam clausis foribus & fenestris perpetua claritas perciperetur.

Parium non vniuersi modi est. Aliud enim candidissimum, quod in Italia frequentissimum est; aliud cinereum; quoddam viride; aliud ferreum. Hoc postremum tam durum est, ut ex eo nonnulli incudes faciant.

Parium.

Zeblicum in Missena inuenitur: Omnium mollissimum est, & aduersus venena prodesse creditum. Si ita est, hac conditione cæteris marmorum generibus antecellit.

Zeblicum.

Porphyrites marmor rubeis ut plurimum maculis variegatur; ex Ægypto deferri solet, quod maculis candidis distinguitur, *Leucosiston* nominatur. Ex eo pilæ & molusæ fiunt optimæ & elegantes.

Porphyrites.

Ophites, seu *serpensinum marmor*, partim viride est, partim aliis coloribus multis corii serpentum instar variegatum, unde nomen Maculæ frequentiores in vulgariori pallidæ sunt, cum aliis valde dissimilibus.

Ophites.

Sunt & marmorum genera à viris & regionibus nobilitata, ut marmor nigrum Luculli, ut marmor Augusti, Tyberii, ut Ægyptium, Thebaicum, Ephesium, Lacedæmonium.

E marmorum generibus est Alabastrites, sic ab Alabastro vrbe Ægyptiæ dictum, plerumque album & perspicuum, quo & imagines sculpuntur, & vasa excipiendis, & conferuandis unguentis idonea fieri solent.

Alabastrites.

CAP. XII.

De Crystallo.

CRYSTALLUS non est aqua congelata, ut plerique existimant, sed lapis mineralis, albus, pellucidus, aqua clarissima modo nitens. Ex humore aqueo & purissimo, non frigore, sed ut multi volunt, diuini cuiusdam caloris virtute concreto, ortum ducit. Neque etiam ex glacie fit, licet ea id illi nomen dederit, & inter nives soleat inueniri, sed ex humore sui generis. Nam glacies igni excalecta facile liquefit;

*Crystalus quid.**Vnde oritur.*

liquefcit; Cryftallus vero non nifi ignibus circumdata affidueque vento & flammis agitata liquatur.

Inter lapides autem, & fub terra cryftallus cõcreta reperitur, etiam in regionibus æftuofiffimis, in quibus humor cryftallinus, tum à caufa vniuerfali dicta, cum potentia quadam terreftri lapidefcit; non fecus ac *succinam* & *corallium*, quæ primum fuerunt humor, dein in lapideam foliditatem, non frigore, fed materia aptitudine concreuerunt.

Cryftallus eligenda puriffima, perlicidiffima, ac eximie nitens. Ex ea non tantum calices, vafa, armillæ, & alia pleraque elegantiffima fiunt opificia, fed etiam medicamenta quædam parantur. Eius puluis *unguenti Citrini* compositionem ingreditur, ad dentifricia commendatur, & alia medicamenta ornatui inferuientia.

CAP. XIII.

De Gypfo.

GYPsum cuique notiffimum, præferunt Lutetiæ, cuius mœnia, ædes, palatia, magna ex parte gypfo cæmentantur: fodinæ fiquidem illius suburbianæ totæ gypfatæ funt, nec filicem, aut alterius generis lapidem in earum cuniculis inuenire facile eft.

Est vero Gypfum lapis candidus, vtrouque nitens, in laminas facile fciffilis, adificiis & muris ftruendis idoneus. Crudum gypfum vix ad ædium fabricas yfurpatur; fed in furno coquitur, donec tabefcat, plane albefcat, & in puluerem citius reducatur; qui aqua dilutus, mox lapidefcit. Antequam tamen induruerit, fidelia agitur, subigitur, duciturque, vt citius reddatur molle, & sequax ad alios lapides fimul agglutinandos, & alia opera induftriõe fingenda. Præftantiffimum eft recens coctum, nam diutius afseruatum humidius eft, & aquæ immixtum non ita folide lapidefcit.

Eius duo notantur discrimina; vulgatius, quod obfcure nitet; alterum rarius, quod in laminas finditur, fere *specularis lapidis*, aut *talchi* modo splendens, vnde multi *Talkum*, improprie tamen nominant. Est enim *Talkum* magis & tenue, & squamofum, & album, & lucidum. Sunt, qui Selenitem vocitent. Agyrtæ nonnulli ex talcho arte deceptoriam oleum parant ad verulas fucandas, erugandasque, & ad faciei nigredinem dealbandam, ficque imprudentes mulierculas, quæ deformitatem ægre ferunt, vanis pollicitationibus quotidie fallunt, caute, nec illicite (*conferendi enim & volenti non fit iniuria, neque dolus*) in illarum crumenas manus iniicietes.

Gypfum vim habet astringendi & obftruendi, inquit Diofcor. Sanguinisque eruptiones & sudores cohibet. Ob id vtiliter ad emplaftrum contra rupturam accedit, & ad alia medicamenta externa, quæ ad meatuum laxitatem imperantur. Per os autem non fumendum, quia ftrangulationis modo interficit.

CAP. XIV.

De Calce.

CALX & gypfum, duo funt lapidum fimul agglutinandorum in ædificiis diuiri cõftruendis vincula, nam pauperum ædiculæ fola fere terra fubacta, aut luto cæmentantur. Sed gypfum postquam femel aquam ebiberit, & coierit, eius eft impatientiffimum. Calx vero, & aqua nutritur, & diutius ac melius conseruatur. *Calcem* cum dico, coctam intelligo, quæ alba multum eft, facile puluerabilis & friabilis, & aquæ effufione ignibilis.

Cruda vero lapis eft durus, ponderosus, aqua quæ nec diluitur, nec incandefcit, ob id non calx absolute, fed lapis calcarius appellatur.

In quibus antea terris calx reperitur, in his

Species

Talkum

Vires

Calx cruda

Gypsum

Gypsum
gravid.

*Calx opti-
ma qua.*

his gypsum nullum; ut in quibus gypsum, in his nullus lapis calcarius effoditur. Calx ea optima est, qua superflua maximos strepitus edit, & igne concipit, eaque recens, & admodum cinerea, nam vetus albior est, & infirmior, quam scilicet aer ingressus est, & imminutus est ignis.

Fit quoque calx secundum Dioscor. ex buccinorum marinorum, cochlearū & ostreorum testis, tam diu igni combustis, vsquedum vehementer inalbuerint.

Ex calce viua & auripigmento eximium paratur psyllothrū, quo partes hispidæ facile depilantur. Pyrotica quoq; ex illa fiunt, paucis adhibitis, quæ partem, cui admoventur, inurunt, & elichatam relinquunt.

Aqua calcis

Pluries aqua pluuiali, aut fontana calx elota, vtiliter vnguentis permiscetur, quibus vlcera cadauerosa curantur. Aqua extincta, & bis terve lora, si de nouo in aquam proiecta abluatur, ea posterior aqua valde conuenit vlceribus pudendorum, & aliis aliarum partium phagedenicis, cadauerosis, & curatu difficillimis. Pluries enim lora mordacitatem omnem exuit, & acris esse desinit, calefacit tamē & siccat manifestissime; proinde vlceribus confert exsiccandis, & ad cicatricem perducendis.

CAP. XV.

De lapidibus Spongiarum.

Sexus.

*Spongiarum
differentia.*

Spongiæ proximam plantis, non animantibus, habent naturam; crescunt enim, augenturque, sed non sentiunt, contra multorum opinionem. Earum quasdam Dioscorides mares facit, tenui fistula spissas, quarū duriores tragos nominant; alias fœminas, quæ contrarias dotes habent. Aristoteles quatuor varietates earum agnoscit; alia, inquit, rara, qua amyliissima sunt, alia spissa, qua mollissima, alia tenuissima, qua duriores, alia spississima, & validissima, quas

Achilleas nuncupant. Quæ summis saxis nascuntur, duriores sunt; quæ in tranquillis tractibus maris, molliores.

Nobis autem tres Spongiarum differentia notissimæ; prima, & vulgatissima, & mollissima raras, & patentissimas fistulas habet, magnitudine & forma hepatis humanum referens. Secunda densior & minor, duriorque, ac fistulis minoribus peruia. Tertia densissima, valida, cinerea, & Alcyonio similis. Omnis Spongia fungus marinus solet vocari.

Fungus marinus.

In spongiis autem lapides vel concrescunt, vel aliunde appulsi stabulantur, inquit Plinius. Vtrique satis noti sunt, in omnibus enim fere spongiis inueniuntur, Seligendi vero, qui his innascuntur, quibus vis ad frangendum calculum datur. Eam tamen non adeo validam Galenus putat, ut eum, qui in vesica stabulatur, lapidem comminuere valeat.

Lapis spongia.

Vires.

CAP. XVI.

De Lateribus.

NON ex gemmis solum & lapidibus, sed etiam lateribus, & fractis, & antiquatis, atque etiam ex solca detrita, sæpeque ex luto Medicus opem largitur ægrotis. Nihil enim est qualitatis expers, que qualiscumq; fuerit, à perito & probato Medico opportune usurpata prodesse potest.

Multa autem sunt, quæ recentia efficacissimas vires habent; inueterata vero exolescunt, & qualitatem amittunt, ut medicamenta vulgaria; alia vix nisi antiquata, medicata, ut lateres, qui de nouo cocti muris tantum ac ædibus construendis inseruiunt; veteres medicis vsibus optatissimi, & efficacissimi. Hoc ex oleo de lateribus constat: quod ad morborum multorum curationem eximii viribus pollet, ut in Officina nostra docuimus.

SECTIO III.



SECTIO III.
DE METALLIS.

Metalla unde dicta. Metallum proprie dicitur corpus fossile, durum, malleo ductile, & igni liquabile, sed quod liquatum in pristinam formam redit. *Αυρα*, id est, perscrutor, nomen habet, quod illud soleant fossores intra terra venas scrutari; vel *Αυρα* & *Αυρα* *Ιουπιδος*, quod aliud, post aliud metallum fodiendo inueniatur, Nam ubicunque una cuiusdam metalli vena detegitur, non procul inuenitur alia, ut in sterili solo, & montibus multis.

De Metallorum materia opinio Aristot. De eorum autem materia varii varie sentiunt; Aristoteles lib. 3. Meteor. cap. ult. omnium mixtorum, quae intra terram sunt duplicem materiam constituit, halitum & vaporem, quorum mixtione in terra visceribus fossilia sunt, quae scilicet effusa terra similia sunt, nec liquefcunt, ut metallica, quorum nonnulla plus continent humidi, & facili liquefcunt, ut plumbum & stannum; alia ducuntur & liquefcunt quidem, sed difficilius, ut ferrum. Mathiolus scribit, esse substantiam elementarem, quae tanto perfectius metallum efficit, quanto magis in aequali proportione, tum quantitatis, tum qualisatis impense depurata est. Paucis Scaligeri exercit. 20. dixit, esse aquam terream: Spagyricorum. Spagyrici Mercurium, ut etiam sulphur, quod ex Albert. efficiunt, dum sic ait: Prima materia metallorum est humidum vinctuosum subtile, quod est incorporatum terrestri subtili fortiter commixto, ita, quod plurimum utriusque, non tantum cum plurimo utriusque, sed etiam in plurimo utriusque. Sic, ut aliquid scire videantur, suam in forma enunciant. Tot autem Metal-

Mathioli. De eorum autem materia varii varie sentiunt; Aristoteles lib. 3. Meteor. cap. ult. omnium mixtorum, quae intra terram sunt duplicem materiam constituit, halitum & vaporem, quorum mixtione in terra visceribus fossilia sunt, quae scilicet effusa terra similia sunt, nec liquefcunt, ut metallica, quorum nonnulla plus continent humidi, & facili liquefcunt, ut plumbum & stannum; alia ducuntur & liquefcunt quidem, sed difficilius, ut ferrum. Mathiolus scribit, esse substantiam elementarem, quae tanto perfectius metallum efficit, quanto magis in aequali proportione, tum quantitatis, tum qualisatis impense depurata est. Paucis Scaligeri exercit. 20. dixit, esse aquam terream: Spagyricorum. Spagyrici Mercurium, ut etiam sulphur, quod ex Albert. efficiunt, dum sic ait: Prima materia metallorum est humidum vinctuosum subtile, quod est incorporatum terrestri subtili fortiter commixto, ita, quod plurimum utriusque, non tantum cum plurimo utriusque, sed etiam in plurimo utriusque. Sic, ut aliquid scire videantur, suam in forma enunciant. Tot autem Metal-

Scaligeri. De eorum autem materia varii varie sentiunt; Aristoteles lib. 3. Meteor. cap. ult. omnium mixtorum, quae intra terram sunt duplicem materiam constituit, halitum & vaporem, quorum mixtione in terra visceribus fossilia sunt, quae scilicet effusa terra similia sunt, nec liquefcunt, ut metallica, quorum nonnulla plus continent humidi, & facili liquefcunt, ut plumbum & stannum; alia ducuntur & liquefcunt quidem, sed difficilius, ut ferrum. Mathiolus scribit, esse substantiam elementarem, quae tanto perfectius metallum efficit, quanto magis in aequali proportione, tum quantitatis, tum qualisatis impense depurata est. Paucis Scaligeri exercit. 20. dixit, esse aquam terream: Spagyricorum. Spagyrici Mercurium, ut etiam sulphur, quod ex Albert. efficiunt, dum sic ait: Prima materia metallorum est humidum vinctuosum subtile, quod est incorporatum terrestri subtili fortiter commixto, ita, quod plurimum utriusque, non tantum cum plurimo utriusque, sed etiam in plurimo utriusque. Sic, ut aliquid scire videantur, suam in forma enunciant. Tot autem Metal-

Spagyricorum. Spagyrici Mercurium, ut etiam sulphur, quod ex Albert. efficiunt, dum sic ait: Prima materia metallorum est humidum vinctuosum subtile, quod est incorporatum terrestri subtili fortiter commixto, ita, quod plurimum utriusque, non tantum cum plurimo utriusque, sed etiam in plurimo utriusque. Sic, ut aliquid scire videantur, suam in forma enunciant. Tot autem Metal-

Metallorum quot & quae. quor Planetas esse perhibent, septem nempe quorum nomen & characteres ad designanda metalla mutantur: illis aurum dicitur Sol, argentum Luna, plumbum Saturnus, stannum Iupiter, ferrum Mars, cu-

prum Venus, argentum viuum Mercurius, quod tamen proprie metallum non est, neque enim ducitur, neque liquatur, sed aliquo modo, ut potentia tantum, metallum dici potest.

At vero reprehendit Scaliger Exerc. 106. hanc metallorum cum Planetis affinitatem & nomenclationem, quam ridiculam ostendit, nec ex planetarum numero numerum metallorum esse designandum. Non solum autem metallum planetis, sed multa fossilia signis Zodiaci voce & characteribus respondere contendunt, ut asphaltum Tauro, auripigmentum Geminis, salem ammoniacum Cancro, arsenicum rubrum Virgini, vitriolum Romanum Libra, sulphur Scorpioni, alumen rupeum Sagittario, alumen scissile Capricorno, salem nitrum Aquario; sicque sua arcana, ut loquuntur, inuolucris quibusdam enigmaticis obtegunt, tanquam deliri mille ineptias effutiant, quas satius est irridere, quam refellere: nunc enim ad nostrum institutum tantum spectat, ut ut ea tantum metalla, aut metallis adnata describam, quae ad nostram officinam necessaria dicuntur, initio à metallorum Sole ducto, quam Aurum nominant.

CAP. I.

De Auro.

AURUM metallorum rex, omnium perfectissimum & temperatissimum, & veluti Solis tincturam in vultu gerens, summum in mortale genus habet imperium. Nam aurum omnes colunt, Aurum lex sequitur & auro venalia rura. Diphilus Auro enim puro nihil potentius; illi parent, illo fiant omnia; quo qui destituitur, vel tanquam Elephanticus ab hominum consortio seungitur, vel tanquam mortuus inter viuos vagatur.

Adiaphoron tamen cum sit, & pro ratione vitæ vel boni, vel malum, si quis eo male utatur, malorum maxime malum est. Est enim dux sceelerum, vitæ pestis, rerumque ruina, & propterea aurum sunt

Aurum esse bonum & malum.

Q q raptus

raptus, lites, homicidia, pugnae. Si vero quis eo bene utatur, non solum ad vitæ lubricia, sed etiam sanitatis tutelam, in toto sumptum valde prodesse creditur. Non de Chymistarum auro potabili, vel potius esculento loquor, plebeculam, quod mendaciis & vanis expectationibus reficit, vel potius decipit. Demus enim licet liquorem quendam flavescentem, auriliquati æmulum arte chymica paratum, is tamen nullius est insignis in medicina usus, tatum abest, ut elephantiasim, hydropem antiquatum, & alios morbos deploratos sanare, & senectutem tardare, & iuuentutem conseruare vegetam ac floridam valeat, ut ipsi iactitant. *Natura siquidem auri cum longissime distet à nostra natura, neuiquam nostra per illam licebit instaurari, ait Scaliger. exercit. 272.* Multa enim cū sint nostræ naturæ similia, eidem reficiendæ conuenientiora, estque absurdum dicere, aurum alere, & substantiam nostri corporis reparare, atque in illam ipsam mutari: sic enim qui auro vesceretur, tandem fieret aurum.

Medici igitur aurum non destruunt, ut dissoluāt, & bonitatem nativam amittendo, alienam & inutilem, & sæpe noxiam inducant. Sed melius vel in tenues bracteolas, vel scobem, ac indiuidua corpuscula comminuunt, ut ad partes facilius sese valeat insinuaré.

His apparatus modis vtiliter accedit ad confectionem *electuarij de gemmis & pulueris latificantis Galeni*, optimeque permisceatur medicamentis corroborantibus. Soleo ego feliciter ditioribus puellis fœdis coloribus detentis, pro chalybe præparato limaturam auri, cum alijs quibusdam idoneis medicamentis in forma catapotiorum, & aliquando tabellarum præscribere.

Auri medicatæ vires multæ quidem sunt, non tamen tot ac tantæ, quantas Chymiatræ prædicant. Laudantur potif-

simum ad melancholicos, & præternaturam tristes exhilarandos.

CAP. II.

De Argento.

EST quoque *argentum* & anima & sanguis mortalibus. Ab auro enim omnium metallorum est præstantissimum, quod nulla verustate rubiginem contrahit, nec deterius euadit, sed semper nitidum, splendidum ac syncerum, quod facile ducitur & liquatur. Fit in terræ visceribus ex hydrargyro mundo & candido, & ex sulphure puro, claro, fumo, & albo æqualiter simul contemperatis. Sicque candidum & fulgens redditur, propterea quod calor sulphuris bene mundati, ut loquuntur Chymistæ, dealbat & subtilius reddit, adeoque exsiccat, ut sonorum, durum & tinnulum euadat.

Solum autem inter metalla splendorem videtur emittere translucidum: Suae enim in fodina, quasi lux est in tenebris, veluti rudimenta stellarum referēs; magis tamen multo splendet purum, & igne examinatum, & septies repurgatum, cui connexa sunt, quæ Psalmista Psalm. 11. sic cecinit; *eloquia Domini, eloquia munda, argentum igne purgatum.* A Chymiatris Lunæ comparatur, cuius nomen mutatur, sed non qualitates æmulatur.

Auro censetur frigidius, cuius tamen vires & dignitatem quadantenus refert, secundum perfectionis & puritatis gradum obtinens: Suae naturali complexionem frigidum & humidum est temperate, unde membris spiritualibus auxiliari creditur. Multum quoque valet ad cordis palpitationem; ipsum namque roborat, & hæmato sim adiuuat; efficitq; laudabiliorem. Ex eo arte Spagyrica oleum educitur morbis cerebri pluribus commendatum; Dogmaticitamen, seu veri Medici tantum solent in medicamentis eo uti vel in scobem, vel in tenuissimas laminas redacto, perinde ut auro. *Qui se- cius faciunt, in labore dolus.*

Argentum esse animam & sanguinem mortalibus.

Argentum unde fiat.

Vires.

Dogmatici veri Medici.

Aurum non alere nec substantiam nostri corporis reparare.

Vires.

CAP. III.

De Stanno.

STANNVM aliud metalli genus est in fodinis cum argento inuentum, quod Plinius *plumbum candidum* vocat ad differentiam plumbi nigri, quod velut argenti stannique quoddam purgamentum in fornace remanet. Qui Ioui sacrum faciunt stannum, id ex hydrargyro, puro, claro, & ex sulphure crasso & immundo generari dicunt.

Stannum unde fiat.

Stanni & plumbi communia qua.

Sunt porro multa plumbi & stanni inter se communia; neutram enim rubiginem contrahit, sed potius squalorem & sordiciem quandam, plus tamen plumbum, quam stannum: neutrum quoque valde sonorum est, nec valde durum. Plumbo tamen durius stannum & magis cinnulum.

Est vero stannum vel simplex & purum, ac prope defaecatum; vel impurum & ex aliis metallis compositum, quod naturam, vel artificio tale redditur, cuius multae sunt differentiae pro rerum mixtarum ratione & diuersa earundem proportionem. Huius autem vires rerum, ex quibus componitur, mixtioni respondent.

Stannum duplex.

Multis vero vrbibus humanis inseruit stannum: verum ex eo rarissime medicamenta parantur, sed vasa saepissime, in quibus illa ipsa reponuntur & seruantur. Audio, Chymicos oleum ex Stanno parare, ad vulnere & vlcere curacione commendatum, sed alia prostant medicamina, & paratu faciliora & vtiliora, & ad id praestandum efficaciora.

CAP. IV.

De Plumbo.

Μολυβδος seu *plumbum* secundum Chymistas & Saturno dicitur, & Saturnus dicitur, atque ex ipsorum iudicio ex hydrargyro impuro & crasso & sulphure modico & impuro generatur. Non

solum autem in terrae latibulis inclusum, sed *sub dio positum crescere perhibetur*, atque ideo tecta sua grauitate labefactare existimatur, inquit Cardanus, qui eius quatuor facit discrimina, vulgare, album, quod multi *stannum* appellant, *Bisemurum* huc que incognitum, & quod est *Stribio* paratur.

Plumbi ctes.

Plinius agnouit tantum vulgare seu nigrum, & album. Nigro duplicem originem tribuit: aut ex sua, inquit, nascitur vena, nec quicquam aliud ex se parit; aut nascitur cum argento, mistisque venis constat. Primus liquor, qui in fornacibus fluit, album *plumbum* & *stannum* vocatur; secundus *argentum*, quod remansit, Galeno dicitur, & Latine *plumbago*, ex qua plumbum elicatur.

Plumbago.

Extrahitur quoque e gleba quadam *plumbaria*, e fodinis eruta, quam lapidem *Molibdoidem* nominant. Secretum autem & liquatum plumbum, adhucque calens aqua frigida perfunditur, quousque scoriam quandam exuat, qua *recrementum plumbi* nuncupant.

Lapis Molibdoides.

Ad vsum autem medendi ex plumbo fiunt mortaria & pistilli, nec non turunda fistulosa, canularas dicunt, internis & profundis vlcerebus dicata, quae aliis quibusuis etiam aureis aequae sunt efficaces.

Paratur quoque puluis e *plumbo* ad vlcerebus exsiccationem commendatissimus. de quo mentionem alibi fecimus.

Est autem plumbum refrigeratoriae facultatis, ait Galenus; ipsumque Chironiis, quae vocant, vlcerebus & cancriosis & putredinosis, tum ipsum per se, tum quibusdam aliis permixtum conuenit. Eorum vero, vteriam vsum vires habet commendatitias. Abluendi & vrendi modum, & qualitates & effectus docet Dioscorides. Ex plumbi adhuc *claminis cerusa* sit, de qua mox agetur.

Vires.

CAP. V.

De Aere.

Cuprum unde dicitur.
Aurichalcum unde.
Vnde as.

ÆS Veneri dicatum, ab insula Cypro, in qua laudabile & copiosum eruitur, *Cuprum* vulgo dictum, vel aurei coloris est, ob id a multis *Aurichalcum* dictū, vel ad rubedinem accedit, & absolute æs dicitur: quod apud veteres magis fuit in vsu, quam aurum, vel argentum, vel ferrum: Nam prima hominibus moneta fuit ex ære, vnde *ararium publicum*, vnde *as alienum*, & *quæstor ararius*. Itemque bellatorum arma olim non ex ferro, sed ex ære fuerunt, vt etiam statuarum & templorum valuarum.

Æs vstum.

In Pharmacopoliis autem hæc passim occurrunt, *Æs vstum*, *flos aris*, *squama aris*, & *æruugo*, sed quæ singula sint, omnes lectionis Pharmaceuticæ studiosi non certo dignoscunt. *Æs vstum*, inquit Dioscorides, fit è clavis solutarum nauium, fictili crudo compositis, subperso sulphure, cum sale pari: Omnibus vicissim inspersis, fiet le circumlito creta singulari spiramento, fornacibus inditur, donec percoquatur.

Alstringit, exsiccat, reprimat, extenuat, attrahit, vlcera purgat, & ad cicatricem perducit, vitia oculorum emendat. *Dios.*

Flos aris.

Flos aris fit, cum fornacibus æs fusum in recepracula delabitur per colla fistularum ad ea pertinentium. Et antequam coeat in massam duram super ipsam adhuc ignitum, aqua frigida infunditur: Tum siquidem repente concretu ac densatione velut expuitur, & erumpit *flos* ante dictus. Vapor quoque concretes delabitur granulis milio proximis ac rubidis, quæ pro *flore aris* habentur.

Squama seu Batitura aris.

Squama vero seu *Batitura* æris fit, dū id malleis percutitur: Præstantior est ea, quæ ex ære, quo clavi fiunt, excutitur, *Helitis* proprie dicta. Omnium deterrima, quæ ex vili promiscuoque ære, aut candido habetur. Alstringit, extenuat,

reprimat, erodit, nomas coerces, & vlcerum ad cicatricem perducit. *Vires.*

CAP. VI.

De Aerugine.

ÆRUGO non tantum pictoribus inseruit, sed etiam Medicis, qui eam multis medicamentis permiscunt, curandis vlceribus dicatis, cuiusmodi est, medicamentum Galeno, *Lite* dictum, atque alia multa, quæ ipse describit *lib. 2. comp. med. gener.*

Est autem ærugo, non quidem æris flos, vt putarunt nonnulli, sed *quadam velut rasura viridis, quæ illius laminis acciti vapore madidis effloruit.*

Ærugo quid

Eius duæ traduntur à Dioscorid. varietates; vna vulgaris, simpliciter ærugo dicta; altera *Scolecia*, seu in vermiculorum speciem effigiata. Eaque duplex, fossilis vna, & altera factitia. Vtraque autem rarissima; altera enim non quæritur aut quæ sita non reperitur; altera non præparatur.

Species.

Vulgaris autem copiosa est, & venalis vbique reperitur, & multis paratur modis, quorum vltator est, qui sic fit.

In dolium aut aliud vas satis amplum acetum acerrimum infunditur: vas æneū & inuersum superponitur, præsertim concameratum: Si id planum fuerit, ita obstruatur, vt nullum habeat spiraculum: post decem dies exempto operculo, insidens ei ærugo deradetur.

Æris præparandi modus.

Hoc adhuc modo vltatissimo habetur. *Æris* lamina vna aut altera in dolio acetum continente ita suspenditur, vt acetum non attingat, & elapsis postea diebus adnata ærugo deraditur. *Quin* etiam ex laminis iisdem aceto maceratis haberi potest ærugo.

Qualitatem habet acrem, digerentem, attrahentem, & liquantem carnem non modo teneram, sed etiam duram. *Galen. 9. simpl.* Non tantum vero gustum mordicat ærugo, sed ipsa etiam vlcera.

Vires.

Quod

Quod si eius pauiculum cerato non pauco admiscueris, id, quod ex ambobus erit mixtum, citra morsum exterget. *Falluntur autem multi in multis compositionibus, quibus non recte sarcoticam, aut epuloticam facultatem ascribunt, vixote, cum ipsa id prestare nequeant. verum ea, quae ex ipsis composita sunt.* Galen.

CAP. VII.

De Ferro.

FERRO vix quicquam communius, vixque aliquid & vtilius & nocentius. Neque enim aedacula aut stabulum, nec nauicula, neque quae ad hominis vestitum & alimentum spectant, sine ferro fieri, aut haberi, aut parari queunt. Nullus siquidem labor suscipitur, nullum opus absoluitur sine ferri adiutu. Omnes enim artifices ferreo quodam instrumento, vt agant, opus habent. Omnia specialius nolo persequi, cum satis etiam rusticis innotescant.

Nocumenta.

Ex eo autem non solum vomer, ferra, securis, falx, forfex & acus, sed & enses, hastae, iacula, sagittae, & bombardarum globi, quibus non tantum ciuium aedes, sed ciuitates & propugnacula ruunt, homines enecantur, & mille caedes perpetrantur. Quod agere ferens Plinius, *Ferro, inquit, utimur non cominus solum, sed etiam missili volucris, nunc tormentis excusso, nunc balistis, nunc vero pennato: vt ocyus enim mors ad hominem perueniat, alitem illam facit, & pennas ferro tribuit.*

Quid si vidisset Plinius Bombardas, seu tormenta bellica, quibus nunc non modo urbium moenia, sed montes & saxa ruunt, & dimouentur?

Ferrum ex se minime malum.

Ferrum autem tot malorum causa non est, sed humani fraud ingenii sceleratissima, quae pessime ferro vitur, quod ex se malum haudquaquam iudicandum. Ex eo enim abscessus seu vomica aperitur, sanguis putridus in venis educitur, empyemat's purulenta sanies extra thoracem eiicitur, ossium fragmenta, aut

aliae res cerebro moleste extra caluariam ducuntur, confecti carie dentes euelluntur, vlcera cadauerosa caro tollitur, membrum putre, ne in consortium totum trahat, abscinditur. Quid plura? ferro vix vita, imo nullo modo carere potest, alioquin pro domibus speluncae vnguibus effodienda, & belluarum morte victandum.

Sunt autem ferri duo genera, vnum *Ferri species.* generis nomen retinens, absolute *fer-* rum dicitur; alterum quod magis defacatum, *chalybem*, & ab acie, quam gladiis ex eo factis praebet, *acierum* vulgus Gallorum nominat. Illud rursus duplici *Species chalybis.* discrimine agnoscitur; vnum enim est, quod & liquefcit & ducitur, ex quo nempe multa sunt instrumenta rustica; aliud, quod liquefcit quidem, sed non ducitur, & facile frangitur, ex quo sunt lebetes fusiles, & alia multa ad vsum culinarum. Post id operis, non inutile est, vt credit Scaliger *exercit. 88.* denuo enim funditur, vt etiam alterum, quod ipse scripsit tantum mollescere: vtrumque enim ignis vi ardentissimi liquari vidimus. Suntque nonnulli Luteriae, qui ferrearum ollarum fragmenta quarunt & emunt, quae ad fornaces denuo liquanda conuehant.

Chalybs autem a multis dicitur *Chalybs quid.* *fer-* rum accurate defacatum, multique ex eo illum efficere iactitant. A Chalybone oppido Assyriae nomen habet. Laudatur omnium maxime *Damascus*: Gladii enim Damasceni etiam ferrum scindunt. *Vnde dicitur.* *Optimus quis.*

Ex chalybis scobe paratur puluis, quem Chymiatri *Crocum Martis* vocitant. Verum scobs ferri vt decet apparatus, aequae valere comperitur. De vtroque in officina differuimus.

Vt autem ex aere fit aerugo, sic ex ferro *Ferrugo.* ferrugo, quae ipse rubigo est, a qua velut in vindictam, quod sanguinem effundat humanum, eroditur & absumi-

kur, & ferrum omne hominis cruore tin-
ctam, quam mox rubiginem contrahit.

Scoria ferri.

Eruat adhuc quoddam excremen-
tum, quod modo *scoriam*, modo *squa-*
mam, modo recrementum, modo ster-
cus ferri nuncupant. *Squama* tamen seu
batitura magis proprie dicitur, quæ è
ferro, dum malleis percutitur, excuti-
tur; recrementum siue stercus, quando
tantum ignitur, expuitur.

Rubiginem ferri curandis vlceribus
conferre assueverant, eaque Telephum
Mysinorum regem ab Achille sauciatur,
sanatum scribunt: Ea enim, vt & sco-
ria, stringit & siccat; vnde emplastris
quibusdam exsiccatioris facultatis per-
miscetur.

Vires.

Ferrum autem omne vim habet robo-
rantem, atque ex eo aquæ quædam Nor-
manæ, *Forgenses* vocant medicatas, &
eximias vires mutuatur.

C A P. VIII.

De septimo metallo.

SEPTIMUM metallum nonnulli di-
cunt esse *Mercurium*, alii *Electrum*, neu-
trum tamen vere metallum est, nisi po-
tentia tantum tale *argentum viuum* dixe-
ris. Verius metallum dici videtur *Sti-*
bium alterum in signo *Chymistarum* Idolum,
unicum Empiricorum Catharticum, quo
omne morbi genus expugnare iactitant,
sed aliis aluum susque deque mouendo
anxie perturbant, alios hypercatharsi
semper molesta misere lacessunt, non-
nullos interimunt, paucos sanitati resti-
tuunt.

*Stibium al-
terum chy-
mistarum
idolum.*

*Historia
memoranda
de usurpato
antimonio.*

Medicus Anglus ex Paracelsistico
genere, alioqui in arte Chymica valde
insignis, inquit Louaniensis Medicus
Corn. Gemma *libr. de diuin. natur. charact.*
febre quadam detentus, vna cum vxore,
tum huic, tum sibi ipsi porrexit antimo-
nium præparatum, vt vocant. Illa qui-
dem celeriter in maniam fortissimam ver-
sa vitam cum morte commutauit: hic

autem primo conquectus in somnia, vi-
giliaque continuas à deiectione non
pauca ante septimum diem in delirium
venit; à delirio statim factus est epilepti-
cus: ex epilepsia in coma lethargicum
incidit, cui quid apoplecticum miscere-
tur. Eo sopore detentus triduum rursus
ad insaniam rediit, horrendoque furore
agitatus, non multo post exspirauit, & à
communi lecto communem vxori tu-
mulum est ingressus.

A multis tamen tanto artificio præpa-
ratur antimonium, vt opportune datum
miros effectus producat. Ex eo enim fit
eximium quoddam sudorificum, quod
nulli cedit. Nec improbandus est omni-
no puluis ille, quem *Stribij* florem appelli-
tant, qui à peritis artificibus paratus, & à
doctis exhibitus, sæpe mirum in modum
prodest. Huius parandi modum & exhi-
bendi consuetudinem veri Medici solent
aspernari, quod alia multo præstantiora
habeant medicamenta, quibus morbis
quibuslibet medentur securius.

Flor Stribij.

C A P. IX.

De Cersusa.

VT ferrum ferruginem, æs æruginem, *Cersusa*
sic plumbum *plumbagem* quandam *qued.*
eructat, quam alij *cersusam*, alii *plumbi flo-*
rem, alii ex Galeno *q. simpl. psymmitibion*
nominant.

Licer autem cersusa aceti beneficio e-
rumpat, sicut & ærugo, non tamen vt ea
viridis est, sed albilissima, vnde pictores,
quibus inseruit frequentissime, *album*
plumbi vocitant. Fit autem ad hunc vel
similem modum.

Infunditur acetum acerrimum æstate *Modi conf-*
in vrcum oris lati, aut aliud fictile vas *ciendi ceru-*
idoneum: superponitur lamina plum- *sam.*
bea; ita operitur vas, vt nihil expiret: vbi
lamina fuerit resoluta, vt decimo die, &
aliquando citius, aliquando tardius cõ-
tingere solet, & deciderit crassamentum
in fundum vasis, colligendum & siccan-
dum

dum; mox trusatuli mola terendum, eribrandum, deinde in massam aut pastillos cum pauco aceto cogendum & feruandum.

2. Fit adhuc ex scobe plumbi in acerum perquam acerrimum decem dies immersa & resoluta. Aliquando etiam ex laminis eiusdem infusis & derasis, iterumque maceratis & adhuc derasis. Atque hoc deuo repetito, donec laminae sint resolutae: tum colligitur rasura, teritur, cribratur, cum aceto cogitur.

Qua optima.

Albissimam autem cerusam non modo pictores exoptant, sed & mulieres ad faciem fucandam, eius tamen indebito vsu dentes nigrescunt, carie eroduntur, & oris foetura nascitur. Laudatissima est *Rhodiacca*, vel illi similis, quae nunc *Puteolis* dicitur.

Torretur porro cerusa fictili nouo, prunis flagrantibus, & vsuione colorem rubrum acquirit, fitque non quidem *sandaracha*, ut quidam male putarunt, sed *sandix*, quae *minium* quoddam artificiale est, de quo *supra* mentionem fecimus.

Antequam autem cerusa in emplastrorum, vnguentorum & collyriorum veniat compositionem, debet praeparari, hoc est, abluui, ut mediocriter desiccet & astringat, sine aliqua mordicatione, in liquore conueniente, ut aqua interdum simplici, saepe rosacea hoc modo:

Cerusa praeparatio.

Cerusa quantitas idonea sumitur, in mortario lapideo cum pistillo ligneo teritur; dein aqua affunditur agitatur; tum quiescere permittitur: ubi in pilae fundo cerusa quieuerit, aqua abicitur. Rursus alia affunditur agitatur, residere crassamentum sinitur; aqua, ut ante, eiicitur, atque deuo noua immittitur: idque toties iteratur, donec aqua ultimo affusa & agitata pura & clara, & sordis omnis expers appareat.

His rite peractis, cerusa super porphyrio laeuiganda, siccanda, atque rursus terenda, cum aqua rosarum in pastillos

tingenda, & ad futuros vsus reponenda. Sunt, qui aceto terunt, & subigunt in massam; alii alio liquore intentioni accommodato.

Cerusa refrigerat, siccat, astringit, extenuat, explet, excrecentia leniter reprimat, & ad cicatricem perducit. Per os autem non sumitur, nisi periculose.

C A P. X.

De Cadmia vtraque, factitia & fossili.

CADMIAM, *Climia* Arabibus dicta, vel fossilis est, ac natiua, quae *Lapis Calaminaris*, vel *Cadmia lapidosa*, & *araria* nuncupatur. Ea enim artifices vtuntur, ad efficiendum aes luteum, quod officinae *Aurichalcum* & *Orichalcum*, vulgus *Lethonem* nominat.

Natiua autem reperitur saepius in metallorum fodinis, licet eorum sit expers. *Subflauus est lapis, admodum durus, luteum, dum accenditur, colorem eructans.* Non accensus autem bicolor apparet, videturque is esse lapis, quem *Albertus Didachon*, seu *Damonis lapidem* vocat. Aliquando in rimulis Cypri & torrentibus inuenitur *Lapis Calaminaris*, qui quod unicolor non sit, a quibusdam *Iris gemma* vocatur, de qua *superius*. Reuera tamen nec *Iris*, nec *Didachos* est.

Cadmia fossilis quid.

Lapis Calaminaris. Iris gemma.

Cadmia vero factitia corpus est dense concretum ex fuligini aeris liquati in fornacibus, egesta flatu, & lateribus, cemitisque fornacum inhaerente. At si non terram, sed lapidem, inquit *Galen. c. 38. lib. 9. simpl.* nuncupare volueris, ex quo in fornacibus secernendo, partim fit *as*, partim *Cadmia*, partim *Diphryges*, nihil sane retulerit. Quin & ex *Pyrite lapide* in fornacibus vsu fit *Cadmia*.

Cadmia factitia.

Sunt autem *Cadmia factitia* quinque varietates: Prima dicitur *Capnitis*, quae in ipso fornacum ore reperitur; estque tenuissima, exusta & nimia tenuitate similis fauillae. Secunda est *Ostracitis*,

Capnitis.

Ostracitis.

itis, quæ magna ex parte nigra est, testaceamque faciem habet, & grauitatem maiorem; ob id in terram & infimam partem fornacis, seu in pauimentum delabitur, omniumque sordidissima est, & mox plura dicemus. Tertia & quarta in media fornacis parte reperiuntur, *Placitis* nempe & *Botrytis*. *Placitis*, seu *Placodes*, quasi crustosa est, & segmentis quasi zonis quibusdam cinctâ, quæ nimis ponderosa est, & lateribus fornacis adherescit. Sub hac *onichitis* comprehenditur. *Botrytis*, hoc est racemosa, modice grauis est, facie & colore spodii, quæ fracta cinerulenta est, & æruginea. In editiore fornacis parte, quam *placodes* coacta reperitur & colligitur. Quinta est velut æris liquati tenuior *fuligo*, quæ superiori parti fornacis adherescit, de qua post fulius.

Qua optima Omnis autem *Cadmia* in Cypri fornacibus optima & maxime, quæ ex eo lapide fit, quem dignitate quadam *Cadmiam* nominant. Fit quidem etiam in fornacibus argenti candidior, ac minus ponderosa, sed comparanda nunquam ærariæ.

Vires. *Cadmia* leniter desiccat, abstergit, & vlcera humida & putrescentia adiuuat, & ad cicatricem ducit.

CAP. XI.
De Spodio.

Nihil tam frequenter inculcatur in pharmacopoliis, vel potius auditur, nihilque minus intelligitur, quam *Spodium*, quod omnes, quotquot nouerim, pharmacopœi duplex constituunt, vnum Græcorum, & Arabum aliud; atque vtrumque, vt idem nomine, sic re & natura longe diuersum. Sed vt libere dicam, *Spodium* nullum Arabicum, nisi fictitium, vt alibi docuimus, moxque docebitur.

Spodium Græcorum
vbi in quâdo fiat.

Spodium Græcorum, quod vnicum est, in æris fornacibus inuenitur, vbi

pompholix, cui congener est, ac confociale, sitq; tum, cum fauilla è metallo, dum coquitur, emicantes, sursum ascendunt, & propter grauitatem in terram, seu pauimentum delabuntur: Simul enim vt refrigerantur, sordibus commiscuntur. Hinc concretus ex iisdem fauillis glomusculus, spurcicia quadam inquinatus, *Spodium Græcorum* dicitur, cuius tantum est vsus ad externos affectus.

Spodium Arabum
unde fiat.

Spodium Auicennæ & reliquorum Arabum, si quod sit, ex materia fit multum dissimili, ex canna videlicet radicibus tantum vstis: quibus tot ac tam eximias dotes tribuit Auicenna c. 617. tract. 1. lib. 2. vt mirari subit nimiam hominis credulitatem, aut in scribendo simplicitatem. A ratione siquidem alienum est, eiusmodi radicem vstam, ipsi *Spodium* dictam, cor recreare, animi deliquio prodesse, siti, inflammationi stomachi, tremori, melancholiæ, & aliis affectibus multis ab eo enumeratis conferre.

Demus autem Arabicum hoc *Spodium* hæc omnia recensita præstare, attamen non debet præscribi, quia nondum ad nos est delatum. Eius vero loco nimis oscitanter pharmacopœi ebur vstum submitunt, *Spodium*que imperite nominant; cum potius sit *antispodium* velut id ipsum, quod fit, frondibus ficulneis myrrheis, & rebus aliis concrematis, de quibus plura dicit Diosc.

Vt vero crudum ebur viribus & natura multum dissidet à cannis crudis, sic & illud vstū ab ipsis vstis. *Crudum enim ebur præstantius est seipso concremato ac vsto.*

Cum igitur *Spodium Arabicum* non habeatur, nec si haberetur, viribus ab Auicenna enumeratis est insignitum, neque analogum datur illi anriballomenon, seu substitutum, ex remediorum formulis expungendum, cum vere vnicum tantum sit *Spodium*, Græcorum nempe, quod per os nec solet, nec debet assumi.

Est

Tabaxir.

Est autem in Barbaræ linguæ interpretes reiiciendus error, qui pro Tabaxir Arabum, seu Traesir Indorum spodium vertunt. Est vero Tabaxir Persica vox secundum Garciam, quæ lacteum humorem, seu liquorem aut succum dulcem signat, à Barbaris Sacar mambu dictum. Gignitur in arundinibus, vel potius arboribus adeo magnis, ut ex earum trunco cymbas multas faciant, quæ singulæ inter duo interodia tantum excavata duos viros admittere queant, in quibus Indi vecti celeriter nauigant, & à crocodilis tuti sunt.

Succus porro earum arborum admodum niger & cinereus Tabaxir est, quem non solum inepte Spodium dixerunt, sed & cineres earundem vitarum eodem nomine donarunt. Cum antispodium fiat ex cineribus, secundum Dioscorid. possunt quidam cineres cannarum antispodium dici, & spodium Græcorum defectu substitui, nunquam autem per os sumi. Ergo cum Tabaxir non detur, ex quo inique spodium quoddam fictitium detorserunt, & ridicule ebur pro illo viderunt, vnicum tantum spodium, Græcorum videlicet, admittendum; quod cadmia factitia species est, ut etiam pompholix, cuius nunc suscipitur inquisitio.

CAP. XII.

De Pompholige.

Pompholix quid.

POMPHOLIX tenuissima & volatilis, est fanilla, qua, dum as in fornacibus perficitur, in altum enolat, & superna earum parti adhaerescit. In principio cum sit, velut in bullas prodit, aut glomusculos vellerum similes coit, & farinæ modo contacta dispergitur. Est autem veluti candidus cinis, & vsque adeo leuis, ut in sublime facile feratur, & farinæ volatilis ritu superiori fornacum tecto hæreat. Ea, dum propter leuitatem sursum effertur, alia propter grauitatem in pavementum recidit, quæ spodos est, de quo supra, fiuntque simul ambo in eadem fornace, atque tantam habent inter se cognationem, ut vnus defectus, alterius vice poterit facile suppleri.

Spodium Græcorum.

Pompholix à Sephasariis quibusdam Nil & Nil vocatur Nil, & aliquando Nibili, ab aliis bulla Cadmica, à Mauritanis Tuthia: cuius duas nonnulli tradunt varietates; vna subpinguis est, quæ ad æris colorem vergit; altera magnopere candida & leuitatem summam nata, minus laudata: nam optima creditur Cypria, inquit Dioscorides lib. 5. cap. 85. quæ accepto æro halitum æris præstat, colore aliquantum piceo, sapore cœni horrido.

Antequam autem in usum veniat, solet præparari, hoc est, abluï, hoc modo: Pompholix linteolo modice raro excepta, & ligata in vase aqua limpida pluuiali aut fontana pleno, huc illuc ducitur & tribulatur, ut eius vtilior & tenuior pars in aquam effluat, impurius, & magis excrementosa atque inutilior in linteolo remaneat: Residere permittitur, & aqua effunditur, atque alia denuo affusa, idem opus repetitur, donec in linteolo nihil vtile maneat. Alii multi sunt eius abluendæ modi, quos Dioscorides fusissime describit.

Pompholix medicamentorum prope omnium, quæ citra morsum desiccant, præstantissima: ob id ad vlcera crancrofa & alia maligna, & oculorum fluxiones efficacissima. Galen. 9 simpl.

CAP. XIII.

De Lithargyro.

LITHARGYRVS, seu Lithargyrium. Lithargyrus est metallorum ignipurgatorum velut spuma: vel est fax tenuior argenti à plumbagine repurgati, ut folium excussa & expulsa. Licet autem eius materia multiplex sit, quam alii plumbum, alii argentum, alii aurum, alii Galenam dicunt, à plumbo tamen fere solo suam ducit originem, quod argenti recementis commixtum, & igni liquatum ac excoctum, tandè secernitur. Omnia enim argenti recementa facile per ignem secernuntur, quæ si fuerint plumbea, ut esse solent, vel ærea, coctione in lithargyrum vertuntur: qui vbi refrigit, nonnunquam aureus, nonnunquam argen-

R r argen-

Nil & Nibili.

Tuthia.

Tuthia præparatio.

Vires.

Lithargyrus quid.

Vnde fiat.

argenteus apparet, pro coctionis breuitate aut diuturnitate.

Chryſitis.

Celaunitis.

Argyritis.

Qui aureum colorem ementitur, modo *Chryſitis*, modo *Celaunitis* nominatur; qui hic argentum contineat, aut ille aurum, sed quia alteruter vel magis, vel minus fuerit excoctus, vel plus erei, vel argentei vaporis ab argēto detracti, intra se receperit.

Lithargyrus
vbi fiat.

Fibeni potissimum lithargyrus in fornacibus, in quibus repurgatur argentum ē plumbo argenti recrementis admisto: unde potius ab argento, quam auro, aut aliis metallis nomen habet; lithargyrus enim quasi lapidem argenteum portendit.

Omnis ergo lithargyrus argenti quædā est soboles, nec qui auri modo flauet, ab auro proficiscitur, ut putarunt nonnulli; licet ab eo cognomen sortitum, lithargyrus auri dicatur. Gradus enim & intentio caloris non modo colorem mutat, sed calorem sæpe intendit, aut minuit, & nomen variat. Sic *Diphryges*, quasi bis coctum, aut tostum dicitur, quod aris perfecti veluti sax est subsidens, & in a fornacum parti coherens, tanquam vstorum in foco lignorum cinis: ablato ære visitur, post aquæ frigidæ affusionem. Acre est, ut æs vstum, vehementer siccat, vlcera rebellia sanat. Duobus aliis adhuc modis fit secundum Dioscoridem & Plinium.

Diphryges
quid.

Eius vires.

Præter autem duas lithargyri differentias, quas Dioscorides pro vnica tantum v-surpat, alias adhuc duas recenset, nempe *molybditū*, quæ fit in fornacibus ex arena, donec perfecte igni incandescat: & præterea alteram, quæ fit ex plumbeis laminis, quæ omnium est vſitatissima, quia frequentissima.

Omnibus autem præfertur *Chryſitis*, solet tamen à plumbo & scoria repurgari, priusquam medicamenti cuiusdam ingrediatur compositionem. Ex Dioscoride vritur & lauatur, ut *Cadmia*. Nunc vero tantum tenuissime læuigatur in mortario, aqua desuper limpidissima affunditur & agitur; dein in aliud vas conicitur: tum alia affunditur & agitur, & vbi turbida fuerit, ad præcedentem adiungitur: idq; toties iteratur, donec plumbum & fæces in mortario subideant, & omnis substantia tenuior cum aqua fuerit educta, quæ quiescere permittitur, ut in fundo remaneat lithargyrus solus ac syncerus, qui aqua prius effusa, colligendus & super marmore ita læuigandus, ut nulla eius in lingua asperitas percipiatur.

Lithargyrus refrigerat, astringit, reprimat, occludit, caua explet, extergit, ad cicatricem ducit, & ad femorum intertrigines valet.

FINIS LIBRI SECUNDI,

DE

DE MATERIA MEDICA

LIBERTERTIVS.

De medicamentis ex animalibus integris, aut eorum partibus sumptis.

P R Æ F A T I O.



NATVRA rerum mater optima nihil imperfectum aut frustraneum vnquam agens, plantas animalium gratia, & cætera cum plantis animalia produxit: Mansueta quidem propter alimoniam & aliam vtilitatem; fera, etsi non omnia, illorum tamen plurima propter cibum & alia adiumenta, vt medicamenta & indumenta. Propter victum alia aliis insidiantur, vt minoribus maiora, quæ quod à se grandioribus tuta nõ sint, solerter cauent. Muscas enim venatur, & vorat, aranea, araneam lacerta, lacertam pauogallus, homo pauogallum, lupus hominem, lupum canis, canem interdum lupus. Omnia vero homini inserviunt, & vsum aliquem præstant. Nullum siquidem est adeo putidum insectum, ex quo quandam sibi non vendicet vtilitatem. Sape autem ex imperfectis & intemperatis quæritur medicinam, ex perfectioribus & temperatis alimentum & medicamentum, ex quibus nunc vngues assumit, & cornua, nunc pilos & excrementa, nunc sanguinem, carnem, & medullas, nunc coagulatum, testes, & ossa. Animalium porro quedam aliis medentur, vt vtilis formicæ, has siquidem illi ad famem explendam non ingerunt; Alia malis ab eis inflictis, vt scorpiones vulneribus ab iisdem illatis; Alia aliis etiam sui generis, atque etiam sibi ipsis, nam canis sauciatus plagam lambendo deterget, siccet, & ad cicatricem ducendo sanat, & mumia, sanguis, & axungia hominis homini sanando sæpe conducunt. Nam vt calor manus ad ventriculum

*Animalia
animalibus
medentur.*

R r 2

admotæ

admotæ familiaritate quadam eius robur firmat, & coctionem iuuat, sic axungia hominis, parti cuiusdam imbecillæ adhibita eam roborat, & vi diffusoria excrementitios humores resoluit. Vix tamen, vt libere dicam, ex humano cadauere medicam materiam soleo mutuari, cum tota tellus infinitis aliis medicamentis scateat, quæ viribus eximii nobilitantur, quæque præstat ad vsum medendi vsurpare, quam ad hominis carnificinam confugiendo inefficacioris perquirere. Ne tamen quid huic posteriori libro desit, in quo medicamenta ex animalibus integris, vel eorum partibus sumpra describuntur. De sanguine humano, & Mumia, breuiter aliquid proferemus.

C A P. I.

De sanguine humano.

CHYMISTÆ ex sanguine hominis Coleum educūt, & aquam stillatitiam, Dogmatici fere tantum vsurpant ad emplastrum enterocela dicatum. Cuius loco suillus recte consilio Galeni lib. 3. de alimentis substitui potest; Sanguis suillus, inquit, ad sanguinem humanum maxime accedit, ita vt quisque humanum sanguinem alicui morbo utilem esse ait, id in suillo comprobet.

Est autem sanguis naturæ thesaurus, iccoris *ai uerion* primi organi, calore, ex puriore chyli portione, in maioribus venis genitus, per quas tanquam per tubos ad singulas partes corpori alendas defertur, in illisque quandiu continetur, liquidus est & ruber, extra effusus citissime concrescit; Damarum tamen & ceruorum sanguis, quod fibris careat, coit firmo non concrescit, sed fluido, cap. 6. lib. 3. de hist. anim. Arist. lib. de carn. instar lactis, nam sanguis omnis non concrescit fibris ademptis, inquit Hippocrates.

Materia corporis.

Sanguis autem, cum totius corporis sit materia, ex Philosopho cap. 5. lib. 3. de part. in homine, qui regula est omnium viuentium, tenuis & sincerus est, calidus & humidus, & succotum optimus. Non tamen simplex humor, sed pituitæ & vtriusque bilis est particeps. Ob id Hippocrates quatuor humores materiam esse generando

homini tradidit, ait Galenus lib. 2. de temp. lib. 2. de element.

Sanguis igitur humor est ex temperata chyli parte, in hepate genitus. substantia, & quid. omnibus qualitatibus mediocris, rubeus colore, dulcis sapore, in venis & arteriis naturaliter contentus, vt in partes omnes dirigitur lib. 3. de partib. animal. Quemadmodum enim de vno fonte, & vna origine aqua riuus multis deducitur, alique ab aliis ductus excipiunt, quousque humor in omnes partes deueniat; sic natura sanguinem per totum corpus censuit deriuandum, cum is omnium materia sit.

Non est vero sanguis ægrotorum, aut cuiuslibet intemperati viri colligendus & seruandus in officinis ad emplastri dicti confecturam, sed è bene temperato & minime morbofo homine, si fieri possit, habendus, velut ex his, quibus iudicis statuto caput truncatur. Sic enim venis simul & arteriis sectis, promiscue sanguis arteriosus & venosus colligitur, qui statim grumescit.

Neque tamen sanguis hic, neque alius animalis magni ducendus est ad emplastrorum astringentium confectioem, quod is siccatus & asseruatus, vix quicquam natiuæ bonitatis retineat, nec vllam qualitatem astringentiam, aut aliam acquisititiam insignem assumat.

C A P.

CAP. II.

De Mumia.

MUMIA Rhafi & Auicennæ vox Arabica est, *Pissaphalum* indicans. Isaac Persicam esse dicit, quæ liquamen quoddam in in sepulturis inuentum notat, in quibus hominum cadauera aromatis condita multos annos seruata fuere. Abs quodam dicta est *Cerops*, ratione mihi prorsus ignota, nisi forsitan, ceræ quod habeat consistentiam: Num enim l'ersis ceræ est, olim tamen erat liquidior.

Reperiebatur tantum in regum & heroum Ægyptiorum sepulchris, qui quandam futuræ resurrectionis cognitionem habentes, vt humanum corpus diuissime sine corruptela seruarent, *myrrha*, *cinnamon*, *aloe*, alijsq; pluribus aromatis condiebant.

Multos autem post annos, cum per bella milites omnia deuastarent, sepulchra funditus euerrentes, in quorundam feretris, liquorem quendam mellaginis instar spissum, odoratum, nec insuauem inuenierunt, quem cum Ægyptii Medici ac Philosophi, probabilissima ratione fulti, eximijs pollere viribus arbitrarentur, ad quorundam affectuum curationem valere crediderunt, & dederunt; nec eos felicit euentus. Multos siquidem sanitati illius vsu restituerunt.

Quapropter hac experientia facti audaciores, hanc condituram in aliorum, præsertim magnatum, sepulchris quæserunt, quibus inuersis & exhaustis, sic enim sæuiebant in mortuos, tandem ad viro- rum infimæ sortis tumulos manus iniecerunt. In quibus licet multo deterius liquamen, cadauerosam nempe sanie inuenirent, eam ipsam tamen assumebant, Mumiam appellabant, & ægrotis dabant.

Sic ita huius inualuit vsus, vt multorum corpora seu peste, aut lue Indica, vel elephantiasis, aut pfora mortuorum, sale & a-

lumine conspersa fuerunt, è quibus post aliquot menses, sanies putris decidens pro Mumia habita & empta sit. Et quod mirum est, multi multorum in Arabia desertæ medijs arenis suffocatorum, & exsiccatorum cadauera Mumiam vocitant, & horrendum dictu, per os assumenda tradunt.

In eoque multi sunt adhuc errore, vt *Inepta de Mumia* tantum sit cadauerosa, ac putris *Mumia quocaro* corporis cuiusdam corrupti. Memi- *rundam opi;* nique vidisse doctum quendam virum, sed *nio.* in re medicamentaria non satis versatum, quicum in cœtu quodam clarissimorum virorum de Mumia sermo haberetur, qui nullam nunc veram haberi contenderent, dicerentque, hanc ipsam, quæ nunc circumfertur, tabum quoddam esse, seu illuuiem fœtidam potius, quam antiquorum Ægyptiorum regum, à multis annis conditorum in sepulchris liquamen, quod nō modo suauiter fragrabat, sed eximijs pollebat viribus: Imo, respondit ille, *mumia corporum est exsiccatum caro, nuperque vidi eam exsiccatam adhuc costa inharscenssem.*

Sic impia credulorum animis inhefit opinio, qui ex hominis carnificina virus quoddam tertium, olidumque colligentes, nefaria consuetudine à perditis viris introducta ægrotis exhibent. Tantum enim abest, vt Ægyptiorum antiquorum habeamus mumiam, quæ paucissima fuit, breuique desit, cum ne quidem Auicennæ mumia, quæ ex sanie humana *pissaphalto* mixta, constabat, nobis suppetat, sed tantum expressus putridi cadaueris succus inspissatus, qui nunc magno mortalium damno, in Pharmacopolijs seruatur, quem periti ac prudentes viri nunquam ad medicum adducent vsu. Absurdum enim est dicere, Mumiam eius- modi his prodesse, qui ex alto ceciderunt; Quin potius his obesse, atque alijs omnibus, qui ea sint vsuri, sit credibilius: Quibus enim veremur, ne ob casum, aut idē sanguis gruniescat, conducibilius est potius obesse, atq; alijs omnibus.

Mumiam antiquorum non amplius haberi.

Mumiam nō prodesse ad casum, sed potius obesse, atq; alijs omnibus.

scam, aut oxymel, aut aliud incidens medicamentum exhibere.

Cum autem nulla Officinæ nostræ cōposita medicamenta axungiam humanam excipiant, de ea fusius nihil.

C A P. III.

De sanguine hirci.

HIRCVS vel peregrinus est, ac cornutus, ut Æthiopicus, & Creticus, vel nostras seu nostra in regione natus, qui aliquando cornibus exultat, aliquando iisdem mutilus est. Vtriusque sanguis, ut docuimus in Officina, apparatus plurimum ad calculos atterendos valere creditur, estque basis eius eximie confectionis, quam *Lithon tripticon* vocauimus, ad cuius commentarium illius præparandi modum adiunximus.

Hircorum peregrinorum varietas.

Hircorum autem peregrinorum, ut obiter dicam, multæ sunt varietates, inter quos commendatur Persicus, *Pazan* lingua vernacula dictus, ex cuius ventre lapis *Bezar*, seu *Bezoar*, ut loquitur vulgus, cuius vsus commendatur plurimum, eruitur, aduersus virulentorum animalium morsus, venena & morbos omnes malignos, vt postea fusius dicetur.

Hircus Creticus.

Creticus sic à Creta insula, quæ vt Anglia, lupis caret, Gallis *houceflain* dictus, pilis breuibus & flauescens induitur, bina cornua, longa; gerens ad dorsum incurua; Tantæ agilitatis est animal, vt ex scopulo in scopulum desilire soleat, sex etiam passuum spatio distantem. *Bellonius.*

In rebus venereis socium facile admittentes, vnde dicatur cornuti.
Strepiceros.

Inter hircos seu capras sylvestres numerantur *Ihices*, *Rupicapra*, *Oryges*, *Dama*, & *Pygargi*: hæc tamen animalia multum à se inuicem distant, & omnia ab hirci nostre, qui solus inter animantia in rebus venereis socium patienter admittit, vnde qui non ægre idem patitur, *Cornutus*, hircorum instar, per *Sarcasnum* dicitur.

Strepiceros quibusdam hircus dicitur, verius tamen aries dicendus, cui duo sunt cornua, in gyrum canaliculata, vt vnicor-

nu erecta, ad vsum medicum nusquam expetita.

Strepiceros in memoriam reuocat *Monocerotem*, quem in rerum natura dari multi dubitant, tam rarum enim est animal, vt vix viuat aliquis, qui id viderit. Dubium hinc nascitur, quod rarum sit, quod ignoretur illius natura, quod inter se dissentiant authores, qui de illo scripserunt.

Datur tamen, etiam sacræ paginæ testimonio, eiusque cornu quotidie visitur, & à Medicis aduersus venena, venenatosque & malignos affectus præscribitur. Non minoris tamen, vt libere loquar, facio cornua cerui, aut rhinocerotis, quam monocerotis, de quo multi magis mira, quam vera prædicant. Quodnam autem sit animal, cuius naturæ, vbi degat, & quibus dotibus polleat illius cornu, postea pluribus explicabitur.

C A P. IV.

De sanguine Leporis.

LEPORIS assatum sanguinem calculo comminuendo plurimum valere, grauissimi viri scripserunt, & experientia cōprobauit. Est autem lepus animal notissimum, timidissimum, & velocissimum, cui soli pilos in ore, & sub pedibus Aristoteles annotauit. Sunt, qui candidos vidisse scribunt; Tales tamen non esse, sed apparentes, certum est, nempe hyeme, dum niuibus, tanquam alba veste teguntur.

Non dari lepores albos.

Venatu cepit vnum cornutum illustris heros *D. de Vitri*, cuius cornu *Iacobo Anglorum regi* dono obtulit. Fabulosum est, quod iam diu plebeculæ mentibus inhæsit, leporibus scilicet, vtrumque sexum, tanquam hermaphroditis esse, & vim vtramque gignendi, concipiendi ac pariendi habere.

Lepus cornutus.

Non solum autem sanguis leporis, sed & lepus integer, olla fictili operculata impositus, & in clibano vsus calculos atterit, & expellit cum pauco vino albo aut aqua, vel decocto idoneo sumptus: ob id recte ad *Lithon tripticon* accedit.

Est

Lepus marinus. Est & lepus marinus, sic dictus, quod in mari nascatur, & terrestris referat effigiem, pulmonibus & grauidis inimicissimus, de quo videndus Rondeletius.

CAP. V.

De pinguedinibus, & primo de Medulla Cerui.

MEDULLA in quouis animali ossium est alimētum, calefacit, dolorem sedat, resoluit, emollitque scirrhus partium quarumuis, maxime ceruina, deinde vitulina. In aliis animalibus vel acrior & intēperantior. Ob id venatores studiose ceruorum medullas eximunt & seruant.

Est autem ceruus animal notissimum, quod reliqua cornigera siue formæ pulchritudo, siue cornuū amplitudo, siue ramorum varietas spectetur, facile superat. Ceruæ tamen cornua natura denegant, quæ mari primum oriuntur recta subularum instar, vnde *subulones* tum vocantur. Dein bifida, postea trifida, primisque menfibus cute quasi vestita, & lanugine tenui ac molli hispida, sed vbi creuerint, & aeri ac soli fuerint exposita, aspera, dura, glabraque redduntur.

Omnia animalia cornigera caua cornua habent, solus ceruus solida, quæ quotannis decidunt, tuncque cerui tanquam inermes sese occultant interdiu, antequam noua renata sint. Illa priora cornicula æque laudantur ad corroborandum, & venenatos affectus oppugnandos, atque cornu Monocerotis. Genitale cerui ad pleuritidem, colicum dolorem, necnon ad dysenteriam plurimum valere, experientia comprobauit. In maiore oculorum cantho ceruorum antiquiorum concrefcit liquor quidam gummi modo, *lacrymam cerui* vocitant, qui mira proprietate sudorem mouet copiosum, & venenatam pestis aliorumque malignorum affectuum qualitatem oppugnat.

Euryceros & Platyceros ex ceruino sunt genere, sed eorum omnium naturam his

describendam relinquo, qui absolutam animalium historiam susceperunt.

CAP. VI.

De seuo caprino.

MEDULLA, seuum, adeps, & axungia, valde cognata sunt, quæ in sanguine præditis animalibus tantum reperiuntur, sed non in omnibus omnia, [cap. 5. lib. 2. de part. anim.] Aliis enim alia tantum sunt, vt cornigeris seuum, adeps bisulcis quibusdam, adeps cunctis aibus & quadrupedibus multis. Sic enim axungiam ab adipe distinguunt multi. Alii volunt, axungiam esse veterem, vt salitam, quam Gallo-
rum vulgus, *vieloing*, vocitare solet, vt recentem, *saing doux*, quæ scilicet salis est expers, nec à fibris purgata.

Differt autem seuum ab adipe, quod seuum vsque quaque fragile sit, & cum refrixit, concrelcat: adeps liquidus sit minimeq; aptus indurari, ait Aristotel. cap. 17. lib. 3. de histor. animal. Locis etiam discrepant, quod adeps inter cutem, carnemque soleat consistere, seuum in omento, circa renes, ac in fine carnis semper est.

Quorum autem sanguis corpulentior est, hæc seuum potius habent. Seuum enim terrenum est, ait Philof. cap. 5. lib. 2. de part. anim. vnde fit, vt fibrosi sanguinis modo cogatur. Quamobrem, quæ non vtrinque dentata, sed cornigera sunt, quia natura sunt arida & terrena, hæc seuum habent. Sed quæ cornuum expertia sunt, & vtrinque dentata & multifida hæc vice seui adipem habent, qui quod terrenam non habeat naturam, minus cogitur.

Seuum ergo cum adipe sit magis terrestre, potius sumitur ad vnguenti *Citrini* confectionem. Seligitur vero caprinum, seu hædinum, sed arietinum minus idoneum non duco. Caper autem seu hædus, cum animal sit notissimum, de eo plura verba facere frustaneum.

CAP.

*Medulla-
rum in ge-
nere viues.*

*Subulones
quid, & vnde
de dicti.*

*Ceruorum
genitalia.*

*Lacryma
cerui.*

*Adipis &
seui discrimen.*

*Quanam a-
nimalia ha-
beant seuū.
Et qua adipē.*

CAP. VII.

De axungia Suis.

*Axungia
unde dicta.*

AXUNGIA sic ab axibus ungentis adrotarum faciliorem circumactum dicta, multi est in medicina usus; maxime vero suilla ad quorundam unguentorum, ut rosasi, & emplastrorum, ut Vigonii compositionem. Omnium est liquidissima, instarque olei sæpius effluit, magisque emollit, concoquit, & resouit, quam oleū, habetque qualitatem lenientem, & anodynā. Propterea humorum acrimonia mitiganda, dolor sedando, inflammationi contemperanda, & humoribus resoluentibus utiliter adhibetur, & cataplasmatibus ad eosdem effectus institutis perapte permiscetur. Quæ ex animalibus calidioribus, ut leone, detrahitur, resouentem vim habet maiorem. Suillum enim genus non est multum in qualitatibus primis intemperatum: ob id facile & cito pinguescit: estque animal multiparum, quod ante exactum priorem ætatis annum venere stimulatur, & congressum appetit, exercetque. Rostrum habet repandum, collum breue & crassum, setis rigidis hispidum. Testes mari hærent retro, nec longi penduli prominent, omnium fere quadrupedum ritu. Dentes exerti & longi conspiciuntur, quibus scæmina caret, aut certe ei multo breuioribus, & vix extra os apparent. Vtrique cauda intorta, ut etiam apro, quem porcum syluestrem nominant.

*Suilli generis
temperies.*

Cur sues facile pinguescant.

CAP. VIII.

De axungia Vrsi.

VRSI axungia calidior & siccior est suilla, & utraq; qualitate inferior leonina, velutiq; inter ambas media. Non tantum ad alopecias & pernioles commendatur per se, sed unguentis resoluentibus mista qualitatem eorum reddit efficaciorē.

Est autem vrsus animal aspectu horridum & mugiat, nam vox illius iracunda & minax est, *Vrsus quoddam nam animal.*

Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.

Os illi valde patulum, dentes ferrati, nares hiulcæ, aures decurratæ, totum corpus prolixioribus pilis hispidum, & cauda tam breuis, ut vix queat agnosci.

Vrsa veneris est appetentissima, maremque sæpius ad congressum sollicitat, supinaque inquit mulierum more, & similibus, ac mutuis complexibus. Informem autem molem non parit, quam postea lambendo effigiat, ut plebecula hucusque credidit: quem errorem improbat Scaliger exercit. 25. contra Cardan.

CAP. IX.

De axungia Anseris.

INGRATI quid omnes habent axungia, quo ventriculum subuertunt: Anserina tamē suauitatem quandam præ se fert, quæ eam commendat in rusticorum culinis, à quibus auide expetitur. In Pharmacopoliis quoque celebratur ad medicinam; Nam & per se adhibetur meatui auditorio ad rinitum, qui grauem auditum præcedere solet, atque pluribus aliis medicamentis externis, resoluentibus commiscetur.

Vires.

Est autem anser & carniuora, & frugiuora avis, quæ tum in aquis & palustribus locis, tum in solo sicciore versatur, amphibitumque volucre perhibetur, tam domesticum, quam agreste ac ferum, quod sedem ac solum certis temporibus mutat, gregatimque volat, ut grues.

Anseres autem non minus solertē præbere custodiam, quam canes, superstitioni credunt, quod semel atque ex euentu Romanis profuerint, quos à somno profundiore clangore suo excitantes, Capitolium seruauerunt. Illi enim excitati quosdam ac paucos milites Gallos conspexere, qui scalis ad ipsius muros erectis conscendebant, in quos vi & violentia quamplurimi irruerent.

De anseribus superstitio Romanorum.

entes suum Capitolium seruarunt. Cuius beneficentia memores Romani per tempora multa sacros habuerunt anseres. Postea tamen deposita ac spreta illa superstitione, inter suauiores epulas anseres transulerunt. Satis enim laudabilem corpori præstant alimoniam, & odorem, dum assantur. Et saporem dum eduntur, fatis gratum & suauem exhibent. Ad anserinum genus referunt multi *onocrotalum*, & *colorem*, seu *cygnum*. Sed de his coqui, quam Pharmacopœci, veritas & vberius loquuntur.

CAP. X.

De axungia Auatis.

Vires.

ANATIS axungia nec omittitur in arte medicamentaria, qua & per se vimur in artuum dolore, neruorum frigida intemperie, & vnguentis quibusdam, vt resumptiuo, & emplastris multis permixta. Qualitatem enim habet emollientem, calefacientem, resoluentem, anodynam.

E palmipedum autem genere est anas, quæ seu domestica, seu syluestris, locis aridis & aquaticis, vt lacubus æque viuunt. Ex domesticis aliæ sunt omnino albæ, aliæ protus nigrae, quædam picarum ritu, partim albæ, partim nigrae, aliæ subcineritiæ, cuiusmodi omnes sunt syluestres.

Anas tam agrestris, quæ domestica semper femina maior est, & colore magis vario, præsertim circa alas & collum, in quo plumulæ ex cæruleo viridi mixto nitent.

Caro anatum ferarum, seu syluestriū & pinguiū vt cunq; suavis est, licet dura, nec inutilem sanguinem gignit; Sed quæ in vrbibus versantur; carnem habent excrementosam, & minus suauē. Aluntur enim spurcissimis ac foetidissimis edulis, vt animalium interaneis, & sæpe bufonibus, quos nonnunquam integros vorant.

Anates autem Ponticas venenis educari multi credunt: vnde Mithridates earum sanguinem antidotis aduersus venena institutus permiscebat. In fluuiis, lacubus, & locis palustribus viuunt, aliæ aues multæ inter anates numeratæ, vt *Querquedula*,

Boscus & Colymbis, quæ non in parua cibariorum gloria habentur.

CAP. XI.

De axungia Gallinarum.

AXVNGIA gallinarum mediæ est inter *Vires*. suillam & anserinam naturæ. Recens & salis expers affectibus vteri prodest. Cōfert adhuc labiorū scissuris, aurium doloribus, & pustulis erumpentibus in papillis.

Ea inueterata magis calefacit & resoluit.

Est autem gallina auis homini vtilissima, ob id foetidissima, quæ nō modo suas carnes edendas præbet, sed omni tēpore futuram exhibet commodissimā. Sunt enim quæ quotidie vel oua pariunt, vel incubāt, vel pullos excludunt, qui vbi pipiones adhuc sunt, à quibusuis etiam delicatulis expectuntur: Adultiores facti omnium palato arident. Castrati autē & saginati, vt Cœnomani capones etiam aulicorum mensas explent & ornant.

Capones Cœnomani.

Est enim gallinaceum omne genus optimi succi, & coctionis facili, omnibus naturis & temperamentis idoneum. Non multum vero illorum sententiam probo, qui ius galli veteris potius, qui semper macilentus est, quam iunioris & pinguis exhibendum ægrotis statuunt. Ego capi aut pinguis gallinæ iusculum prætulerim, & vbi nitrosa quædam qualitas desideratur, aliunde quærerem. Gallinacei enim omnes excarnes fere & exucci sunt, præsertim veteres, quia quicquid habuere succi laudabilis, veneri impenderunt.

Gallinarum differentia.

Tres autem gallinarum differentia apud nos visuntur; quædam magnitudine alias superāt, quæ rostro & pedibus, vt plurimum sunt luteis, & oua maiora pariunt, sed minus fecundæ sunt; vt Londunenses, quæ è Varrone *Medica* vocantur, quia à *Medica* fuerint allatæ.

Gallina Medica.

Aliæ parua, quibus crispæ sunt plumæ, quæ sæpius, quam annis singulis decidunt, ita, vt nonnunquam implumes cernantur, hyemis rigiditatem ægre ferentes. Sunt & vulgares perpetuo plumis induta, quarum

si alix

aliæ prorsus nigrae sunt, quæ putantur meliores, aliæ albæ, quæ deteriores, aliæ variegatae, quæ mediæ.

Sunt, qui stomachicis imperant tunicam interiorem secundi ventriculi gallinarum, ad augendam coquendi facultatem, quod lapillos conficiat, nullo tamen successu fumitur. Illius enim temperies vitiatu interitu & desiccatione, destruiturque vis coquendi. Multa siquidem viuis inesse comperimus, quæ mortuis non superesse certissimum est.

Præter Gallinas nostrates aliæ multæ sunt rusticæ, vt *Attagon gelinottam* vocat, *Fulica* seu *gallina aquatica* & *Ascolacus*, seu *Rusticula*, & *gallina syluatica*, Septentrionalibus *videog*, vel potius *vvoodeok*, secundû Anglos dicta, apud quos *vvood* est sylua, & apud Germanos *vvald* idem; Et *col*, gallinaceus.

Videog unde dicta.

Sunt quædã gallinæ peregrinæ, vt *Indica*, & *Numidica*, quas *Phasianos* multi arbitrantur, & *Meleagrides*, à quarum variegato colore, herba quædam florem multis veluti punctis maculatum gerens, apud nos *Meleagris* dicitur.

Decus.

Multarum autem avium color, vt variegatus est, sic & oua, è quibus illarum generatio pendet, variegata, vt *meleagridum*, *gallinarum Indicarum*; *Noftratum* vero ac *vulgarium* gallinarum oua alba sunt, sicut & *anserum*, *anatum*, *columbarum*.

Porro sapissime in re medicamentaria ouis vtimur, nam vitellos in clysmis solvimus, vixque sine eorum adiutu *terebinthinam* diluimus. Ex iisdem induratis oleum extrahimus: atque ab ovo eximium quoddam electuarium habemus denominatum, cuius vires aduersus pestem mirum in modum commendantur.

Vires.

Sæpius vero in cibatu ouis vtimur: *Habent enim quod robustum, & alunt, & instant*, inquit Hippoc. *lib. 2. de dieta*. Robustum quid habent, quia generatio est animalis: alunt, quia hoc est pulli lac; instant, quia ex parua mole in m. l. a diffunduntur.

Quæ autem tremula dicitur, ad n. utri-

endum sunt omnium præstantissima. Frixæ, & in cineribus vsta, mala. Cæterum gallinarum, phasianorum, & perdicum omnibus sunt præstantiora, *Galen. lib. 2. de aliment. & lib. de Euchy.*

Ouum vnâ solum prauitatem admittit, inquit Galenus *lib. 11. de simplic.* quam adfert vetustas, quam facile effugies, si recentibus vtaris.

CAP. XII.

De Butyro.

Lactis parte magis terrena caseus con- crescit, è pinguiore, quam cremorem vocant, crebro agitato in oblongo vase, *Lactuburiam* dicunt, butyrum cogitur, quod multæ nationes habent in deliciis, præsertim, quod suauitate palato plurimum arridet, vt *Vanueum*, quod in agro Parisiensi fit, & *Normanicum*, quod eius prouinciæ, præsertim Constantiensis incolæ sale condiunt, in vasa fictilia, prælonga demittunt, & ad cæteros Gallos mittunt, quibus olei vicem explet: facit enim, vt omnia fercula sapiant, & auidius commendantur.

Butyrum Vanueum.

Vtiliter admiscetur *Elegmati de Pineis* & medicamentis pluribus externis, dum lenire, humescere, emollire, & dolorem sedare consilium est. Temperie enim cum sit calidum & oleosum, bubones & parotidas iuuat. Humores in pectore latitantes litu & linctu coquit, & ventrem soluit. Maxime vero, quod ex lacte fit vaccino, tum quod copiosius habeatur, tum quia præstantius, suauius ac salubrius. Ex ouillo enim & caprino quibusdam in regionibus aliquando fit, sed quod in Gallia nec gustatur, nec vtitur, nec probatur.

Est autem vaccinum, seu bubulum genus quatuor ætatis gradibus distinctum. Prior ætas est vitulorum: secunda iuencorum; tertia bouum nouellorum; quarta vetulorum, quæ ad extremum extenditur senium.

Quæ iam adulta, sterilis est, *taura à bubulcis* solet nominari. Quæ prægnans, *horda fordave* dicitur.

Horda quini Forda.

Pro regionibus autem, & solis cœli que condi-

conditione, boues corporis habitum, pilorum colorem, mores, & naturam habent. Asiatici enim aliam formam, Epyrotici aliam, Gallici aliam habent.

Boues sine cornibus.

In bouum genere cornua gerūt tam aures, quam fœminæ. Apud Mysios tamen, & circa paludem Mæotim, boues sine cornibus viuunt. Et aliquando apud Indos nonnulli visuntur vnicornes, alii vero tricornes. Aonius bos vnicum tantum cornu gerit, in medio capite instar monocerotis.

Sunt alia bouum, ac vaccarum varietates multæ, quas exactius disquirere nostri non est instituti. Sat est nūc, si dixero, ex bubulo genere lac & butyrum haberi, quibus nonnunquam in Pharmacopoliis opus habemus. Lac enim non tantum nutrit, est enim dealbarus sanguis, sed pluribus affectionibus medetur, vt dysenteria, phthisi ac pulmonum vitis, quibus asininum, post muliebre maxime conuenit.

Lac, & eius vires.

Homini autem tor, tantaque commoda bos suppeditat, vt vix possint numerari. Illius enim in labore & agricultura non tantum socius est, dum viuunt, sed mactatus mensas opulentat, & alimoniam exhibet firmam & laudabilem.

Ad bubuli generis familiam spectant vri, bisontes, bubali, & tauri Æthiopiici, quorum naturam illis describendam relinquo, qui perfectam animalium historiam explicandam susceperunt.

CAP. XIII.

De pulmone Vulpis.

PVLMO vulpis à Mesue commendatur ad vitia pulmonum, & ab eo quoddam Eclegma denominauit, quod phthisicis conducere asseruit. Vt libere tamen dicam, sapor eius acer & ingratus, & reter odor efficiunt, vt minus, quam creditur, valere à doctioribus iudicetur.

Pulpes.

Est autem vulpes animal astutum, caudam habens multum villosam, & genitale pene osseum, calculo atterendo, & expellendo idoneū. Insidiatur gallinis, & aliis avibus iuuenulis, nec non leporibus. Spe-

luncam fodit altam, multos habentem anfractus & exitus, procul inter se distitos, vt facilius venatorum eludat conatus.

Illius caro temperie sicca est, & digerentis facultatis particeps. Vnde oleum, in quo fuerit elixata, oleum vulpinum dictū, humores ad extimam corporis superficiem euocat, & discutit: eaque ratione morbo articulari vtiliter datur.

Illius adeps liquatus, & auri infusus, dolorem ipsius sedat.

CAP. XIV.

De testiculis Castoris.

CASTOREVM Medici vocāt fibri seu Castoris testes ad multos medicos vsus expetitos & aptos. Est autē fiber, seu Castor animal amphibium, ex albo cinereū, in dorso nigricans, quod partim in aqua, partim in terra vititat, & ex vtroque loco pabulum venatur, lutrarum modo, quibus valde simile est, cauda excepta, quæ Castori glabra est, & lata, & pisciū modo squamiosa; lutris longa, rotunda, hispida, rufa, & ad castaneam accedens, vt & totum corpus.

Circa fluuios Ponti Castores plurimi sunt, necnon in Hispaniæ paludibus: vtrum ex eis Castoreum, vt vocant, non eandem habet cum Pontico Galatiæ vim.

Morsus Castoris.

Est autem horrendi morsus Castor. Nam hominem dum mordet, partem comprehensam non deserit, antequam fracta conerepare ossa senserit & audierit. Eius testiculi potissimum appetuntur in vsum medicum, quos non propriis dentibus amputat, à venatoribus coactus, vt fabula de ipso narratur.

Porro ad medicamenta seligi debent testes conuexi, ex vno ortu dependentes, liquare intus ceroso, odore graui, & viroso, gustu acri & amaro. Est vero Castoreum medicamentum, & celebre, & multi vsus, inquit Galenus, adeo, vt Archigenes de Castorei vsu totum conscripserit librum.

Testes castoris quinam eligendū.

Excalfacit autem manifesto, serpentum venenis medetur, menses & partus ciet, le-

Vires.

thargicis & veteriosis prodest, & neruorum affectibus.

CAP. XV.

De excrementis animalium, & primum de Moscho.

ANIMALIUM quædam venatu coguntur, capiunturque propter esum, vt cerui, lepores, apri: Alia propter medicinam, vt viperæ; Alia propter odoramenta & voluptatem, vt Moschus, & catus zibethicus. Fiber etiam & Sebellina, vt ex his medicamenta & vestimenta fiant, expetuntur.

Est autē moschus, & excrementi, & animalis, à quo id ipsum habetur, nomen. Animal verò exoticum est, idque Indicum, in regno Pegu, ac potissimum in agro Tumbalcorum admodum frequens, capræ non multum dissimile, ac corpore prægrandi, Dorcadem moschi, gazellam Indicam & capreolum moschi nominant, ex cuius inferiore maxilla æque dentes vtrinque singuli porcorum instar exeruntur.

Huic cū Veneris cæstro percussitur, furoris vehementia vmbilici regio intumescit, ibique congesto sanguine multo & crasso fit apostema: atque tum ferum illud animal potum cibumque auerfatur omnem, & humi sese prouoluens atque lapidibus & arborum truncis turgentem partem quadam voluptate confricans, dirumpit, ac vomitum aperit, ex qua sanies quadam excernitur, quæ verus est moschus, omnium rerum odoratissimus & suauissimus, quique alias omnes moschi varietates, quæ nunc multæ circumferuntur, bonitate superat.

Illam autem sanies super arborum truncis aut saxi relicta, calore solis ac cæli bonitate coquitur, elaboratur, & virosus ipsius odor, si quis sit, dissipatur, fitque præstantissimus ille moschus, quo reges & magnates donantur & vtuntur. Qui vero passim venditur, bonitate longe inferior est, & ab animalibus venatu captis carpitur. Capta enim fera venatores partem cum corio simul abscindunt, cruorem effluentem ex-

primunt, colligunt, exsiccant, & seruant cum vtriculis aut pellibus eorundem animalium, quorum sæpe sanguis exsiccat, paucula recrementi dicti portioni commixtus, pro puro moscho ab institoribus seu adulteratoribus venditur.

Est quoddam genus mustellæ maioris, quæ quod martia sit & pugnax (gallinas enim etiam grandiores enecat) quibusdam Martes, aliis Marturella, vulgo Fcuina dicitur, cuius excrementa moschum redolent, vt sæpe obseruauit.

Sunt & quædam plantæ & fructus, qui huius aromatis suauitatem naribus & palato referunt, vt geranium moschatum, herba moschata, dictum, rosa moschata & pyra moschatellina.

Sunt autem moschi vires eximie: nam cor frigidum & tremulum roborat, exhilaratque, & omnibus ipsius affectibus confert, nec non cerebrum recreat, & spiritus omnes reficit. Calefacit ordine secundo, siccatur tertio.

CAP. XVI.

De Zibetho.

ANIMALIA tria gratum odorem spirare perhibentur, Panthera, quam tamè brutis tantum, non hominibus luauentem multi credunt; Gazella, seu Capreolus moschi; & felis, seu Catus Zibethi, qui Græcis recentioribus Zapetion, vulgo Ciuetta nominatur, de cuius natura veteres nō satis inter se conueniunt. Animal ferum est, dentibus ferox, feli nō tam simile, vt multi scribunt. Maius enim est, sæpe vulpem excedens, caput, collum, pedes, atque alias partes habet illi valde dissimiles. Os ei oblongum est, vt meli, seu taxo animali, corpus longum, maxilla inferius alba, vt etiam barbitum, pedes nigri, laterales ventris partes albicantes, dorsum ex obscuro cinereum, maculis nigris conspersum, cuius recrementum Zibethum dicitur, ob fragrantiam à ditioribus expetitum, ob vires insignes à Medicis celebratum.

Zibethum

Moschus
quis.

Moschus
quis opti-
mus.

Martu.

Moschi
vires.Animalia
gratum odo-
rem spiran-
tia.
Catus zibe-
thi.
Zapetion.
Ciuetta.

Zibethum *Zibethum* ergo odoramentum est aliud quid, & quo modo colligatur. *Catus zibethicus.* à moscho diuersum, suauissimum, pingue, crassum ac nigricans, ex animali eiusdem nominis, cui est cati figura, vnde *Catus zibethicus* sæpius vocatur, desumptum. Illius enim strigmentum est, seu sudor circum testes, ac pudenda concrescens, qui cochleari cornuo, aut argenteo, aut alio quouis eradi solet.

Quomodo zibethum in Catus angustur. Indicium quidem animal est, sed nunc apud Europeos valde frequens & cicuratum. Quotidie siquidem Lutetia in multorum ædibus visitur & contrectatur. Vt vero maiorem dicti recrementi copiam suggerat, irritari solet, fatigari, & ad iracundiam cieri; tunc n. genitalia multo sudore glutinoso madet, qui postea eraditur. De rasus primis diebus grauis est, mollesq; nares ferit; sed postea concretus & aeri expositus, virus omne deponit, ac suauitatem acquirit gratissimam.

Vires. Vt odor illius moscho affinis est, sic & qualitas. Maxime autem confert vteri strangulationibus, si eius aliquot grana in umbilici cauitatem indantur.

Animalium stercora propter foetorem & ingratum saporem auersantur, & ægri, & Medici. Malunt enim ingenui viri alia perscrutari, contrectare, & exhibere medicamenta, quam putidorum animantium excrementa; *Muscerda* tamen multum prodest cum vino albo ad calculum atterendum & excludendum, & *stercus caninum* probatur à Galeno ad anginam: humanum vero iaudatur à multis ad suppurandum. Epilepsia autem, quæ fit per partium infernarum consensum, & materia tenuis ad caput ascensum, nihil æque prodest, atque *pauonis stercus*. Verum de eiusmodi excrementis, cum medicamentorum nostrorum compositiones non ingrediantur, agere non instituimus.

CAP. XVII.

De Ichthyocolla.

MVLTA glutinis in officinis Pharmacopœtorum varietas inuenitur; vñ

minerale est, quod auro coniungendo rite cõuenit, & *Chrysocolla* dicitur; aliud, quod vulnera ac carnem glutinat, & oculorum fluxiones inhihet, atq; arboris cuiusdam in Perside nascentis gummi est, quod *Sarcocolla* vocatur, de his duobus supra; tertium quoddam est, ex coriis bubulis factum, quod *Taurocolla* nominant, & à frequētiore, quem præstat, vsu, lignis videlicet arctissime simul firmandis, *Xylocolla* nonnullis dictum. Est & *Ichthyocolla*, seu glutin ex ventre cuiusdam piscis confectum: cui, quod vis in se optere, ficcare, atq; etiã quadamtenus mollire, recte miscetur emplastris glutinantibus, & aliis, quæ lepras tollunt, & faciem erugant. Ab Arabibus *Alkanna* vocari solet.

Vt a. *Taurocolla* non tantum ex corio bubulo, sed ex omnium quadrupedum auribus, pedibusq; fit, sic & *ichthyocolla* non tantum ex ventre vnus piscis, sed ex omnibus viscidis ac glutinosis fieri potest. Sæpius vero fit è quodam pisce, quem *Rondeletius excessum*, alii *moluam*, alii *moronam*, quidam *Morham* appellant.

Est a. *Exossis* piscis cetaceus, cartilagineus, absque squamis, spinis, & ossibus, nisi paucissimis. Caput ei crassissimum est, latumque, os magnum, è cuius maxilla superiore molliuicula & oblonga apophyses deorsum pendula emergunt. Carne est prædulci & glutinosa, proinde male grata, nisi longe ante esum tale condidatur.

Non solum vero ex corio, sed etiam in testinis, ventriculo, pinnis, & cauda piscis. *Exossis Ichthyocolla* conficitur adhuc modum. Partes dictæ in frustula tenuissima secantur, in nouo fictili ponuntur, aquæ calidæ quantitas idonea affunditur, sic diem vnum aut alterum, macerantur: tum lento igne coquantur, donec in cremorem aut pulpam consistentiam abeant. Postea ab igne semouentur, antequam hæc confectura refrigerit, à fictili eximenda, & in parres distungenda, ne in massam tenacissimam concresecat.

CAP. XVIII.

De Oesyfo.

Oesyfus seu
Isopus humi-
dus quid.

Virus.

Oesyfi con-
ficiendi mo-
dus.

OESYPVS officinis Isopus humida, est succidarum lanarum arte detracta & concreta pinguitudo, à qua emplastrū quodam à Philagrīo descriptum, Oesyfatum vocatur; quod ad lienis dolorem, stomachi & hepatis duritiem, & aliarum partium nodositates commendatur. Emollit enim Oesyfus & explet, præsertim vlcera fedis ac vuluæ cum meliloto & butyro; sine excessu calefacit, & dolorem lenit.

Conficiendæ autem Oesyfi ratio hæc est; lanæ succidæ è collo feminibus & ferrioribus ouium sumuntur, aqua feruenti horam octo macerantur, commiscentur, & rudicula aut baculo agitantur: deinde feruefiunt, quousque in aquam deposuerint totam pinguitudinem.

Tum expressis & semotis lanis, aqua illa pinguis, ac sordida ex alto in aliud vas ita infunditur, vt multum spuræscat. Spuma de nouo accipitur, atque adhuc tam diu agitur in aqua, donec amplius nullam spumam emittat.

His ita peractis pinguedo collecta in aqua pura lauatur, & manibus agitur, donec oesyfus admota linguæ leuiter tantū astringat, nec mordeat, & candida spectetur: tum in fictili vase reponitur. Verum omnia sub feruido sole fieri debent. Nōnulli addunt ad lotionem aquam marinam, sed dictus modus vsitatior & melior iudicatur.

Ouillum autem genus nulli nationi nō notissimum, homini infinita commoda suppeditat: illius enim lana tegitur, carne alitur, simo pascua pinguescunt & fecundantur.

Aries vnde
dictus.

Cantherius.

Ouium iuniores pulli agni dicuntur; grandiores & integri, arietes, ab ara, in qua olim immolabantur; Castrati, veræces, Italici *Castrotes*. Sic enim veruex ab ariete differt, vt cantherius ab equo, capus à gal-

lo, caper ab hirco. Sectarius veruex vocari solet, quem agni sequuntur.

Habitus arietis, quem Galli *Bellerium*, à bellando, vt credibile est, nominant, commendatur, dum altus ac procerus est, vtre promisso, cauda longissima, velleris densi & candidi, fronte lata, cornibus intortis & patulis, raui oculis, auribus amplis, pectore, scapulis, & clunibus amplis.

Arabia duo miranda arietum genera profert; vnum caudam adeo longam gerit, vt non sit tribus cubitis breuior; alterū cubitali latitudinæ eandem gerit. Cætera de pecuino genere cuiq; vulgaria.

CAP. XIX.

De ossibus medicatis, & primum de osse cordis cerui.

SI animalium excrementa etiam foetidissima vim habent commendatitiam ad multos affectus curandos, vt ad anginā stercus caninum, quod faceti viri *Album Gracum* vocitant, multo magis partes illorum integrantes, vt alces vngula ad epilepsiam, capræ ad eos, qui noctu stragulas permingunt, & ossa multorum & piscium, & volatiliū, & quadrupedum.

Os etiam hominis homini medicina est; *Cranii humani facultas.* nam cranium insepultum, vt decet apparatum & exhibitum, morbum comitiale sanat. Os de corde cerui, cornu rhinocerotis, dentes elephantis, apri, & lucii multis morbis conducere, experientia comprobauit.

Rem autem medicamentariam ceruus multum adauget: Ei enim cornua suggerit, seuum, adipem, medullam, lacrymam, priapum, & ossiculum illud, quod ad basim cordis inuenitur. *Præstantia cerui ad medicinam.*

Est vero ceruus animal nobilissimum, quod pulchritudine, celeritate, dignitate & utilitate reliqua fere animalia superat: vnde regibus solis, ac illius ministris eos insectari ac venari fas est: eorum caro lauitiora

hora etiam conuiuia ornat, & quæ mensis non congruunt, pharmacopœorum tabernaculo cupletant.

Maxime autem celebratur illud officulum, quod ad basim cordis ceruorum annosorum habet adhæsulum, quod à figura crucis, quam non male refert, venatores

Cruces ceruic.

Crucem cerui nuncupant, plurimumque ad cordis affectus valere, non solum ipsi experientia ducti docuerunt, sed & Medici præter experimentum ratione docti confirmarunt.

In ceruis iunioribus non os, sed cartilago tantum est. In valde senibus concrevit aliquando in utroque oculorum canto maiore lacryma quædam mira vi sudorem proliciens, & morbis venenatis conducens, ut ostendimus *supra*. Os autem de corde cerui ad *diamesochi* confectionem accedit, ut vim eius cardiacam inuet & reddat efficacior.

Lacryma oculorum in ceruis senioribus.

C A P. XX.

De Ebore.

IN quadrupedum genere maximum & homini obsequiosissimum est Elephas: Dominum enim non modo suum, sed & vocem agnoscit, iussa capit, obsequitur, peragit. Visus est, qui domino iubenti responderit *hoo, hoo*, hoc est, volo, volo, ut Barbarorum idioma notat.

Elephas locutus.

Alterum scripsisse viri fide digni asseruerunt: Ego, inquit *Ælianus*, recte & ordine in tabula quadam latinæ literas vidi Elephantum scribere: verum tamen manus doctus subiiciebatur ad literarum figuram & lineamentum instituens animal: cuius Elephantus scriberet, eius oculos immotos & delectos esse perhexi, ut quendam Grammaticum dixisset.

Elephantum ingenium mirandum.

Tritum esse illud, ait *Oppianus*, Elephantos inter se loqui, verum non omnibus, sed solum domitoribus illorum collocutionem notam esse.

Tam prope accedunt Elephantanti ad ho-

minis ingenium, ut nonnulli prudentiores iudicentur, quam in locis quibusdam homines. Vartoman.

Obsequiosi sunt, gloriæ cupidi, beneficiorum, & iniuriarum memores, atque retributionis & vindictæ cupidissimi.

Notum est illud *Æliani*: Qui elephanto, inquit, hordeum ad metiendi procuracionem habebat, partem hordei subtraxisset. & in eius locum lapidibus admixtis ac suppositis, ipsi tamen mensuram debitam ac solitam cumulare seruasset, ut dominum utriusque, si quando vidisset, falleret: Elephante videns eum, qui sibi debitum fraudabat, potentiam coquere, promiscide sabulum collegit, & in ellam insudit, siquæ solenter iniuriis iniurias sibi illatas vltus est.

Ei autem parui sunt oculi pro corporis magnitudine: proboscidem pro nare gerit, qua vtitur ut manu, ad qualibet contrectanda, & maxime ad esculenta, potulentaque assumenda, & in os ingerenda; linguam habet valde paruam: dentes utrinque quatuor crassos & breues, alimentum atterit & molit: duos præterea longissimos & crassissimos, quos verius cornua dixeris, qui certo tempore decidunt, & postea renascuntur.

Eorum autem materia ebur est, visibus humanis pene infinitis, sed potissimum medicis accomodum.

Atque id ipsum est, quod magno errore pharmacopœorum vulgus vrit, ut pro spodio Arabum fictitio sumant.

Neque enim vstum, neque crudum recte pro spodio ponitur. Vis siquidem vsti non recte pro- rit; crudum vero nequaquam est spodio analogum: nam proprie loquendo, unicum paritantum est spodium, Græcorum nempe, quod pompholix nominatur.

Arabum vero quorundam falso creditum spodium est *Tabaxir*, quod cum ebore vsto conuenit, ut *rhobarbarum* cum *saccharo*; sed ea de re latius alibi differuimus.

Ebur autem crudum facultates habet eximias; nam viscera omnia roborat, moderate refrigerat & astringit, stomachi dolores abigit,

Descriptio.

Ebur quid.

Ebur vstum.

non recte pro-

spodio vstr-

quid.

Vires.

abigit, vomitum cohibet, vermes enecat; diuturnis obstructions prodest, & huius poru mulieres ad concipiendum fecunda aptissima redduntur.

C A P. XXI.

De cornu Monocerotis.

Homo cornutus.

SI quæ animalia cornibus natura mutila voluit, aliquando cornuta visa sunt, hæc inter raro contingentiâ reponuntur. Sic pro monstro habitus est rusticus quidam Cænonianus, cuius fronti cornu adnatu crassissimum, duos palmos longum ad occiput incuruum Lutetia anno Domini 1600. vidimus. Sic & perrarum, imo nusquam, nisi forsitan semel visum, alteri homini cornu in dorso prominulum, cuius meminit Philippus Ingrassias.

Animalia tricornia. Et quadricornia.

Multa vero cornuta sunt, præsertim mascula, quorum maxima pars bicornis est, ut bos, utrus, capra; alia tricornia sunt, ut boum genera quædam in India, ex Solino; quædam quadricornia, ut in arrietibus multis obseruati.

Vnicornia.

Nonnulla tantum vnicu cornu gerunt, idque in fronte media, ut Onager Indicus, vacca quædam in Zeila vrbe Æthiopia, Camphur animal amphibiu in insulis Molucis frequens, ut aues quædam Æthiopia, ex Æliano, & pisces nonnulli, cuiusmodi est, Vletifin Indico mari frequentissimus. Ludouic. Roman.

Aues & pisces cornuti.

Omnibus his dignitate antecellit, literis non modo humanioribus, sed diuinis tantopere celebratum illud animal, quod Hebræi *Rem*, & *Reem*, Auicennas *Achercheden*, ex Arabibus nonnulli *Barkaran*, Græci *Monocerotem*, Latini *unicornem*, Indi *Carazonos*, Galli *Licorniam* nominant.

Varia de monocerote opinio.

De hoc animali varia varii authores scribunt: alii enim dicunt, esse procerum, nonnulli pumilum. Sunt, qui afferunt, esse perpetuo ferum & syluestre, alii non tantum arte cicurari, sed etiam visis puellis mansuescere, & aliquando iuxta eas in somnu delabi, earumque amore & odore allici.

Sunt & qui illarum cornu nigrum, alii rufum, alii album pronuntiant.

Ex eorum autem opinione communi, qui nouum orbem lustrarunt, monoceros elephanto humilior tenuiorque est, & magnitudinem equi tantum mediocris æquans colore mustellino, seu subrufo, & secundum quosdam cinereo, capite cerui, collo non oblongo, nec oblonga iuba, sed admodum rara, & altera colli parte pendula, hircina barba, sed breuiore: vngulas bifidas habet, tibias non valde crassas, caudam apri modo. Solin. Plin. Ælian.

In capitis summa & anteriore parte cornu gerit vnicum, rectum, crassum, velut in spiras intortum, quatuor aut quinque pedes, aut plus minusue pro ætatis ratione longum, solidum, ac durum, nullis squamulis asperum, nullis rimis hiulcum, exterius subrufo, interius velut eburneum, sed nullis lineolis undulatum, in ambitu tanquam crasso cortice linea circulari à reliqua parte dirempto obuallatum, quem institores inepta, licet visitata voce, *Laridum vnicornis* vocitant.

Laridum cornu vnicornis.

Cum igitur monoceros animal sit & rarum & ferum nunquam cicurabile, nisi forsitan, cum adhuc pullus capitur, nec ei, ut ceruis cornua quotannis decidant, non mirum, si illius cornu rarum sit & pretiosum: vnum tamen longissimum & hominis proceritatem æquans tanquam thesaurus ditissimus seruatur in templo D. Dionysii iuxta Parisios, & multa legimina singuli pharmacopola Parisienses in officinis seruant, ut quoties vsus postulat, hoc insigni præsidio iuuentur.

Laudatur autem plurimum aduersus *Vires venena*, & ad partes nobiles exhilarandas & roborandas. Proinde solet dari pesti, morbis contagiosis, & omnibus venenatis. Verum cum omnes ægrota que non valeant opibus, debet tantum diuitibus exhiberi; aliis fortunæ tenuioris cornu rhinocerotis, ut etiam cerui præscribo successu non minus fe-

lici.

CAP. XXII.

De lapide Bezaar.

Vnde habent
nomen.

Lapis Bezaar sic dicitur vel ab animali quodam orientali, ex quo habetur, quod Persica lingua *pasan*, aliquando *bazar*, & Indica *bezar* nominatur, vel à facultate bezaardica, hoc est, alexiteria & eximia, qua pollet aduersus venena; & ea ratione lapis quidem metallicus & alexiterius, apud quosdam Arabes Bezaardicus dicitur, vt omnia virus expugnandi qualitate prædita ipsius bezaardica dicuntur. *Anicen.*

Bezoar.

Lapis autem Bezaardicus nunc vulgaris & in vsu medico frequens, vulgo *Bezoar* dictus, è fodinis metallicis non eruitur, sed è ventre, ac partibus internis cuiusdam animalis eximitur, in Persia, Corasone, promontorio Comorim & multis aliis India locis & montibus Chyne finitimis, frequentissimi; quod qui viderunt, hircum credunt & nominant; incolæ *capram montanam*: forma enim & magnitudine hircos Europeos refert, sed pilis breuioribus hispidos: magis quoque proceros. N. Monardus asserit, atque ceruorum æquare proceritatem, & recte *Ceruicapram* nominari opinatur, quod partim ceruorum, partim caprarum ideam gerat & naturam.

Ceruicapra
quid.

Ocylimum & agile est animal è scopulo in scopulū facile desiliens, ferocissimū, quod in venatores Indos irruens sæpe eos occidit, bisuleum; ungulas enim vt capra bifidas habet; tibias parum crassas, caudam prominulam ac breuiem, corpus hispidum quidem, vt genus caprinum; sed breui pilum ex cinereo rufum & fere ceruinum, caput hircinum, binis armatum cornibus in obtusum mucronem desinentibus, ad dorsum multum incuruis, admodum nigris, crassiore & inferna parte cauis, tuberculis pluribus obsitis: duo vidi Couberti in castello Dom. de Virty.

Lapis be-
zaar ubi
generatur.

In huius autem animalis ventre dictus lapis generatur, cuius non modo varia est magnitudo, sed etiam forma atque color: magnitudo quidem pro animalis natura &

ætate; nā in seniore & maiore maiores lapides inueniuntur, in iuniore & minore minores. Omnes fere ouali figura cernuntur, sed alii aliis rotundiores sunt, alii magis quadrati.

Color vel obscurus ac nigricans, vel rufus aut magis pallidus pro animalium temperatura, quorum quæ lapides crassiores generant ac gerunt, minus agilia sunt, & ad cursum saltumque minus apta, & magis tristia viuunt, quod & venatores quasi primo intuitu agnoscunt. Forfan eiusmodi lapides illis animalibus infensi sunt & contra naturam, vt hominibus calculi.

Corticatim autem generantur ex parvulo rudimento, quod sæpe palea quedam est, aut puluis coagmentatus, cui nouus humor apponitur, adhærescit, agglutinatur, assimilatur: & in laminas multas crassas, aut tenues cepearum modo, pro lapidis magnitudine & appellentis humoris appositione.

Puluis hic in centro contentus eiusdem partes, ac laminæ, quæ singulæ tam interna, quam exteriores læues sunt, expolita & splendentes; quod in adulteratis lapidibus non ita est, in quibus nunquam puluis interior inuenitur, vt in veris & naturaliis.

*Puluis be-
zaardicus
naturalis.
Signum ve-
rum lapidē
ab adu-
lterato distin-
guens.*

Ex bezaardicis lapidibus Persici omniū præstantissimi, dein orientales maxime vero qui animalibus eruuntur, quæ in montibus Persiæ degunt; nam quæ in campestribus & planis locis victitant, cum plantas bezaardicas & æque salutare minime depascantur, perinde ac ea, quæ excelsa loca incolunt, minus efficaces lapides gignunt.

*Lapides be-
zaardici
præstantissi-
mi qui.*

Omnes multum commendantur aduersus virulentorum animalium morsus: nam eorum puluis sumptus, vel ad motus vulnera à scorpionibus, viperis, aut aliis serpentibus insecta sanat, atque iisdem animalibus viuis inspersus, eadem torpida & minime nocua reddit. Aiunt, Cordubæ regem à sumpto veneno quodam pernicio-

Vires.

Historia.

Nominis
interpretatio.

fissimo huius lapidis usu liberatum. Ob id nonnulli recte *Bezaar* ab Hebraeis deducere videntur, apud quos *Bel* dominum notat, & *Zaar* venenum; unde *Bezaar*, quasi dominus veneni.

Eadem ratione morbis omnibus venenatis, & contagiosis multum prodest, ut pesti, morbillis, exanthematis, variolis, & similibus. Animi quoque deliquis, palmo, longis mœroribus, hystericis affectibus, & aliis pluribus malignis feliciter medetur, de quibus vide N. Monard. Christoph. à Costa, & Clusium.

C A P. XXIII.

De Margaritis ac vnionibus.

Margarita
& Vniones
quomodo
differant.

MARGARITÆ ex conchis quibusdã, seu piscibus testaceis, ostreorum valde similibus, in Indico mari visitantibus sumuntur; quæ si parvæ fuerint, *Margaritarum* nomen seruant; si crassæ & ponderosæ, *Vniones* appellantur, quia scilicet singuli in singulis conchis inveniuntur, iuxta illud poetæ Marbod.

Vniones
sunt dicti.

Vnio dicitur ob hoc, quod ab una nascitur vnus,

Nec duo vel plures vnquam simul inveniuntur.

Huic tamen opinioni refragatur *Ælianus*, & experientia docet in eadem & sola concha multos sæpius vniones generari & reperiri pro pisciculi redūdante excrementio humore, puro & lucido, à quo generantur. *Vniones* igitur Latini vocant, non quod in vnica concha vnicus tantum reperitur, sed quod duo nunquam indiscreti in eadem inveniuntur, inquit *Rondeletius*. Probantur candore, rotunditate, magnitudine, pondere & læuore, quales reginæ in torquibus gereve solent.

Generatio autem margaritarum est è conchis multis, sed præstantiores è quibusdam exoticis, quæ reperiuntur tum in mari Persico, quod in oriente est, unde & *orientales* dicuntur, tum in Chynarum tractu & multis Indiæ regionibus, in quibus concha margaritifera ab incolis *Berberi* vocatur,

& à quibusdam Barbaris *Cheripo*, ab aliis *Chanquo*, quod mater, seu ut vulgus loquitur, *Nacra perlarum* perhibetur.

Nacra perlarum.

Magna vero est illa concha, spissa, modice caua, pectinum æmula, non vtrinque aurata, sed tantum altera parte, exterius minime striata, sed plana, & aliquantulum flavescens, intus læuis, splendida & argentei coloris. In illius carne generatur margarita, ut in suilla grandio, vel in vesica calculus, aut in aliis partibus lapilli. Vidi siquidem virum quendam, qui lapidum quantitatem per secessum excreuit, quorum singuli castaneam aut glandem æquabant.

In illustri viri cadauere secto tres lapides in hepate reperti sunt. Vidit quendam *Fernelius*, qui è thorace multos lapillos margaritis similes cum sputo eduxit.

Lapides in multis partibus generari.

Sed ad propositum redeam, conchæ, quas matres vnionem vocat, aeri expositæ hiant, vel ferro aperiuntur, atque intus vna cum carne margaritæ reperiuntur, quæ vera nec ossa sunt, nec partes eorum pisciculorum, sed quid illis *Adamant*, & veluti excrementum, ad testarum instar, quibus teguntur, concretum & splendens. Verum exterius scabrum est & impositum, interius læuissimum & aspectu pulcherrimum, videturque esse vulgaris *Nacra perlarum*, seu mater margaritarum, quæ naturaliter nunquam, sed arte tantum proferantur.

Vniones quid.

Maiores sunt, quæ ex maioribus conchis, atque ex alio mari sumptis eruuntur.

A mulieribus tam studiose quærantur, ut nulla etiam mediocri fortuna se satis ornatam credat, præsertim *Lutetiæ*, si è collo suspensas margaritas, *Perlas* vocant, non gestant.

Earum vero usus plurimum ad rem medicamentariam commendatur; vno enim consensu recentiores cum veteribus margaritas valde cordiales asseuerant, & ad cor exhilarandum imperant. Ex his arte Chymica soluris, liquor perlarum, ut vocant, habetur, de quo Spagyrici multa, & sæpius ridicula prædicant & promittunt.

Neni

*Historia
cuisdam
mendacissi-
mi Empi-
rici.*

Novi Lutetiae chirurgulum empirico-
rum astutissimum, qui sex aureos postula-
bat, quod hyrudines duas agrotis admo-
uisset; quod cum mirarentur multi, *maio-
rem*, inquit, *mercedem deberem efflagitare,*
quia menssem integrum illa duo animalcula
liquore perlarum cibavi.

De margaritis & conchis, in quibus ge-
nerantur, deque illarum natura, præstan-
tia, duratione & viribus, doctam apud
Rondeletium lectionem habes, *lib. 1. de*
Testaceis, cap. 51.

CAP. XXIV.

De Umbilicis marinis.

UMBILICVS marinus vel integer pisci-
culus est, cuius meminit Rondeletius
lib. 2. testaceorum, cap. 38. & 39. vel pars,
& velut os, aut tegumentum alterius maio-
ris. Prior turbinata ac parua quædam
concha est, ita umbilico similis, ut nullus,
qui viderit eam, umbilicum non nomina-
re possit.

Est alius umbilicus, totus ossis, *Belleri-
cus & Belliculus* marinus in officinis dictus,
qui vel testa, vel os alterius putatur. Multis
enim piscibus ossa quædam insunt, quæ vel
ad spinarum, quibus vitam suam tuentur,
insertionem natura tribuit, vel ad corporis
firmamentum & motum. Sic Sepia suo sta-
bilitur osse, sic Raia dorsum ossiculis plu-
ribus spinosis armatur, quæ leui coctura
facile à toto corpore seiungitur, nec male
forma & magnitudine, spinam fixemem-
ris, umbilicum marinum representant.

Umbilicos ergo marinos in pharmaco-
poliis frequentissimos cum Bern. Desse-
nio suspicamus, à marinis animalibus de-
sumi, & in littoribus cum reliquis lapidi-
bus sæpius inueniri, non tamen lapides si-
milis cum iisdem generis esse. A quibus-
dam *gemma marina* dicuntur, non tamen
vires habent adeo eximias, ut inter gem-
mas debeant reponi. Forma illorum no-
tissima est, color in quibusdam albus, in a-
liis rubellus. Frequentes vaneunt in cele-
bribus totius Gallie ciuitatibus.

*Bellericus
marinus.*

*Umbilicus
marinus
unde.*

*Gemma
marina.*

CAP. XXV.

De Dentalio.

DENTALIVM concha parua quædam
est, oblonga, candida, exterius aspe-
rula, intrus lauissima, tubuli modo conca-
ua, & altera parte canini dentis instar acu-
minata, vnde Dentali nomen. Testa enim
dentis amula, in quo vermis procreatur &
vixit oblongus & tenuis pro conchæ con-
cauo, qui foras interdum sese exerit hau-
riendæ aquæ & quarritandi victus causa.
Nascitur cum suo tubulo, & veluti fistula
testacea in saxis marinis, & super concha-
rum vetustarum testis. Eandem habet
virtutem ac umbilicus marinus, & reli-
quorum pisciculorum conchæ, quæ *un-
guenti citrini* æque possunt ingredi com-
positionem.

*Dentalij no-
men unde.*

CAP. XXVI.

De Antalio.

ALIVD quoddam testaceum marinum
Antalium in pharmacopoliis dictum
sequitur, cuius parum frequens est in arte
medicamentaria vsus, *unguentum citreum*
si exceperimus.

*Tubulus est testaceus, in mari prognatus, Antalium
digitum minorem longius, foris striatus, intus
lauis ac concauus, è cuius alueo eductus est
pisciculus paris magnitudinis.*

Videtur is esse paruulus piscis, quem A-
thenæus *Solenem* nominauit; nam *Solen* ex
concharum longarum genere est, duplici
constans testa, laui, tenui, arundinis modo
caua, & extremis duobus semper apertis. A
Plinio *dactylus*, seu *digitus* vocatur, quod is
digiti humani longitudinē, vel vnguis si-
militudinem, ut malunt nonnulli, referat.

Dactylus.

Ut sit, *Antalium*, quo officinæ vtitur, sa-
tis est vulgare; & si deserit, non valde pre-
tiosum & eximiū medicamentū deest; cu-
ius loco conchylia quæuis, ut *peelines ma-
rini*, *buccina* & *concha* omnes, præsertim
albæ & striatæ, quas peregrini è mari illius
montis percelebris, qui D. Michaeli facer
est, aduehant, possunt substitui. Omnium

Tt 2 enim

enim vis æque conuenit ad vnguenti dicti confecturam: ad aquam accedit & aliud, ne quidem verbo tenuis satis notum, quod alii *Amentum*, alii *Amiantum* vocant. Adhuc enim certatur, post grauissimorum virorum disquisitionem, an *Amentum* sit *Amiantus* lapis ille, qui ex albo virescit, & à multis *alumen scissile* vocatur; à quo tamen non parum distat.

Amentum.
Amiantus.

Alumen scissum & plumbeum qui differat.

Alumen scissum vim habet astringendi manifestissimam, & prunis iniectum vritur. Plumbeum vero acre est, & à flamma tutum, nec male vocatur *Amiantus*, vel forsitan *Amentum*, aut *Amiantum*, quod vnguentum citreum admittit. Hoc tamen certo asserere non ausim, cum *Amenti* vox barbara sit, à paucis, imo nullis, ut credo, intellecta, ut ex varia authorum, qui de *Amento* locuti sunt, opinione constat. Theophrastus enim nomen arboris putat; Matthæus Syluaticus vitrum coctum; Manlius gypsum vsum; nonnulli sebum, seu axungiam vitri; alii talkum, seu lapidem specularem, qui re vera huic vnguento valde conuenit, ut etiam *alumen plumbeum*, quod non sine ratione Pharmacopœi pro *Amento*, seu *Amiantho* vsurpant.

Blatta bizantia.

In officinis quoque fit sæpe mentio de *Blatta bizantia*, quæ conchylis operculum est, ei simile, inquit Dioscorides, quo purpura piscis integitur. Illa tamen similitudo tantum est, penes substantiam & facultatem, non formam: nam tegumentum purpuræ rotundum est, ex Rondeletio, conchylis longum & strictum, quod in lacubus nardiferis inuenitur, suauem ideo spirans odorem, quod inibi conchylia nardo vescantur, diciturque *Vnguis odoratus*: halitum enim *castorei* quadam tenuis spirat. Eius autem historiam non fusius describo, quod nulla medicamento rum ingrediatur, quæ in nostra officina congeruntur.

Vnguis odoratus.

CAP. XXVII.

De Testudinibus.

TESTUDINES vel aquaticæ sunt, quæ scilicet in mari aut aqua dulci viuunt; vel amphibix, quæ partim in terra, partim in aquis, aut locis palustribus ac lutosis. Vnde Plinius in genere eas omnes quaternario numero complectens, cap. 4. lib. 32. *Testudinum genera.* nat. hist. vocat *marinas*, *Emydæ*, *terrestres* *Emyda.* & *lutarias*. *Emyda* interpretantur, quæ in aqua dulci viuunt.

Est autem testudo animal caudatum, *Testudo quadrupes, squamatum, ingratum visu, quid.* cuius testa forma ouali, longa, lata, intus concaua, exterius instar scuti extuberans, sub qua collum, caput, pedes & caudam modo recondit; modo foras, prout vult, exerit.

Sola inter squamata animalia renes & vesicam habet, ex Aristotele c. 8. & 9. lib. 3. *de part. animal.* Oua durioris testæ & bicolora edit, eaq; in serobe effossa, forma dolii reponit, atq; cooperta, & complanata terra, postea incubat, sicque fetus excludit.

Testudines tanta magnitudinis esse in Indico mari Solinus refert, ut testis duabus superna parte iunctis inferna diductis, Indorum vulgus suas ædes constituat, in quibus numerosa familia non arcte recipiatur, & à quibusdam vsurpantur cymbarum loco, qui illis deuecti nauigant inter insulas rubri maris.

Apud Troglodytas cornigeræ, sed minores inueniuntur.

Sunt autem testudines & in re cibaria & medicamentaria vsus magni: decoctum phthificis & attenuatis reficiendis valde conducit: ob id vtiliter ad syrapi resumptiuæ confectioem accedit. Caro à multis suauissime editur: animal tamen est adeo deforme capite, cauda, pedibus serpentes, forma, colore, maculis referens, ut natura ipsa ipsum nobis inensum esse, & in salubre notare videtur. Quod etiam fatentur hi, apud quos in deliciis est; verum apparatus & condimenta reddunt minus noxiū, sine quibus innoxie vix ingeri possit.

CAP.

CAP. XXVIII.

De Ranis.

RANIS vtuntur integris Myropolæ ad *Remplaftri Vigoni* compositionem, quod author descripsit, ad gentis suæ morbi curationem. Probat earum decoctum Syluius ad dentium doloris sedationem, si eo os colluatur. Valet earum cinis cum *pice*, secundum Dioscoridem, vel potius cum *melle*, secundum Plinium ad explendas inanitates Alopeciarum. Vnguenta & emplaftra, quibus permiscantur, siccandi, discutiendique vim habent, præsertim in iuncturarum doloribus. Contra serpentum omnium venena pro antidoto sunt, inquit Dioscorides, si ex sale & oleo decoctæ edantur, iusque earum. itidem sorbeat.

Ranarum
varietates.

Omnes autem Ranæ esculentæ minime sunt; earum enim multæ sunt varietates, nam quædam in aqua tantum delectantur, maioremque partem vitæ in illa transigunt; aliæ in solo arido; quædam amphibie, quæ æque in aqua & terra sicca degunt.

Ex aquaticis, nonnullæ in aqua palustri ac cœnosa viuunt, & perniciosæ sunt, ad bufonum enim naturam accedunt; aliæ in aqua limpida, vt fontium, & fluuioriorum, quæ non insalubres sunt, & inter cibos referuntur.

Quædam
rana.

Ex his, quæ in aridis locis victum quarritant, aliæ, inter arundines, aliæ in rubis, ac vepribus, & frutetis viuunt: illæ *calamita*, quæ omnium minimæ sunt, hæ *Rubeta* Latinis, *Phrynoi* Græcis dicuntur, quæ palustribus non sunt minus perniciosæ, vt etiã *Dryophites*, quæ quercus scaudunt, & in his, & sub his degunt, quæ sunt viridissima, & *Diopetes*, quæ per tempestates & imbres tepidos ex aere decidunt.

Quanam rana
sint vocales.
Gyrini quædam
insecta.

Omnes autem hyeme mutæ sunt, atque inter eas vocales tantum sunt aquaticæ; quæ circa hyemis finem, & veris initium solummodo coaxare incipiunt, quando scilicet in aquis putrentibus secus vias gyrini

procreantur, quos male ranarum sperma, aut ranarum pullos nonnulli vocitant. *Aristot.*

Hinc Chymiatri cuiusdam à multis irridetur medicina, qui aquam spermatis ranarum ad omnes oculos, faciei, totiusque corporis phlegmonas imperat. Posset n. totius Gallie ranas venari, exenterare, vasa seminalia perquirere, secare, exhaurire, nec vnquam suæ campanæ fundum illarum spermate oblinire.

Gyrinos autem sponte ex limo terræ nasci, nec in ranas abire experientia docet, & doctissimus Rondeletius notum fecit, *libro de palustribus*. Sunt vero ranæ omnes malignæ & esu perniciosæ, præter aquaticas, vt etiam, quæ inter eas punctis pluribus nigris sunt maculatæ, bufonum ritu, quorum naturæ sunt participes. Et qui esculentis sæpe vtuntur, ait fide dignus author, colore plumbeo inficiuntur, propterea non cibi, sed medicamenti ratione sumi debent: reddunt enim corpus putrefactioni opportunum.

Rana quædam
maligna.

Ad emplaftri autem Ioannis de Vigo cõfecturam, alii ranas palustres, alii rubetas adiciunt. Ego amphibias prætulerim.

Rubetæ enim, & quæ in vepribus, dumetis, locisque siccis degunt, venenatæ cum sint, & acriores, qualitatem quandam medicamento impertiunt, qua id ipsum cutim vellicat, & pustulas interdum excitat: aquaticæ vero inefficaciores. Quæ in aqua partim, & partim in solo victitant, vt mediæ, sic eligendæ.

CAP. XXIX.

De Cancris.

CRUSTACEORVM piscium innumera pene est varietas, quorum alii longum habent corpus, vt Locustæ, Astaci, Squillæ; alii rotundum obtinent, vt Cancrorum omne genus, tam marinorum, qui quam plurimi agnoscuntur, quam fluuiatilium, qui multo pauciores & minores reperiuntur.

Vt Cancrorum marinorum alii sunt maiores,

Tr 3 iores.

iores, vt *Maa* dicti, & *Paguri*; alii minores, vt *Pinnophylaces*: sic fluuiatiliū nonnulli magni sunt, caneris latipedibus marinis similes, sed maiores; alii parui, *Astaci* dicti, quos vulgus caneros fluuiatiles vocat, & in cibis, & in medicamentis vsurpat, vt ad *hecticos* *Auicennæ* consilio rescindendos, ad *cane rabioso demorsos*, & ad vnguenta quædam mundificatiua apparanda.

Cancerorum autem multiplex genus abunde describitur à *Rondeletio lib. 18. de piscibus*, & libro particulari de fluuiatilibus, vt etiam à *Matthiolo super Dioscoridē*.

Satenim est nobis de his in genere mentionem fecisse, & de quibusdam paulo vberius, qui nonnunquam ad medicos adhibentur vsus.

CAP XXX.

De Viperis.

VIPERARVM caro plurimum ficit & digerit, & moderate calefacit. Vis eius ad cutem properat, & corporis excrementa ad eam propellit, atq; virus, si quod sit, oppugnat. Vnde ex illa, eo modo, quæ in Officina docuimus, apparata, fiunt trochisci *Theriaci*, & ex his percelebris illa confectio *Theriaca* ad venenatos affectus tantopere commendata. Vnde & *medicamenta theriaca* dicuntur, quæ venenis ab animalium morfu intro subeuntibus medentur; vel quibus noxa ab animalium venenatorum siue morfu, siue instratu, siue illitu aut suffitu illata curantur.

Alexipharmaca.

Vocantur etiam *alexipharmaca*, quod ex veneno periculum arceant: alii tamen hæc tantum sic dici medicamenta, quæ veneno intro per os sumpto medentur, perhibent.

Theriaca unde dicta.

Dicitur autem *Theriaca* à πῶς θηρίων, id est, à feris & venenatis animalibus potius, quam à serpentum quadam specie certa, quanquam vipera, in cuius genere mas nomine proprio, ἴχθυσ, fœmina ἰχθυόνα vocatur, à Græcis aliquando *θηρίον* dicitur. Videtur omnium serpentum ac ferarum maxime insignis, & πῶς θηρίων nomen

hoc interdum sibi vendicari: ob id *Theriaca* non tam sic dicitur, quod viperarum carnem recipiat, quam quod ferarum morsui conueniat.

Est autem *vipera* longitudine cubitali, & sæpe prolixiore, colore subflauo, pluribus confersa maculis rotundis. Mas Græcis dicitur *Echus*, caput habet angustum, & acutum, collum crassius, & reliquum corpus tenuius, quam fœmina. Paulatim illi cauda gracilescit, aliarum serpentum ritu, non acuatim, vt *Echidna*, seu fœminæ. Squamas habet ad extremum caudæ asperiores, quas ita percitus subrigit, non aliter, quam *gallinaceis iratis plumæ* inter pugnandum rigent.

Vipera mas.

Dentes canini duo illi, fœminæ plures, iuxta illud *Nicandri à Gorrhæo* traductū:

Huic gemmi apparons dentes in carne, venenum

Fundantes, verubus sed fœmina pluribus atrox.

Huic adhuc meatus est in cauda, ventri propinquior, contra quam in fœmina, cui ille ad extrema caudæ propius accedit: in cessus quoque marialacrior.

Viperæ fœminæ subrufæ sunt, elata ceruice, oculis subrubentibus, & lucentibus. inuerecundi atq; feri intuitus. Caput habent latiusculum, caudam breuem, & excarnē, & squamis durioribus asperam, nec paulatim gracilescantem, sed simul & vniuersim: meatumque suum habent ad caudam propius accedentem, & ventrem prominulum, & in cessum tardio rem.

Vipera fœmina.

Dicitur Latinis *Vipera*, quæ vipariat, vel vt *Vipera cur*

alii malunt, viuū pariat, contra serpentum aliorum morē, qui prius oua in lucem edunt. Vipera quidē ouum procreat piscium ouis simile, sed intra se tantum, tantumq; viuos catulos parit membranis inuolutos.

Euenit autem aliquando, vt posteriores diuturnioris, erodant matris uterum, & latera, sicque matricidæ prodeunt. Raro tamen id contingit; vt nunquam accidisse certum est, marem in coitu caput in os fœminæ

Quomodo parians.

minæ

fœminæ inferere; illudq; eam voluptatis dulcedine vehementius commotâ truncare.

Cum cæteri serpentes terræ latibula hyeme subeant, viperæ tamen sese tantû sub saxis occultant, & senectutem exuunt aliorum reptilium more.

Ad confectiorem autem Theriacem viperæ omnibus serpentibus præferuntur, quod minus aliis tabificam vim obtineant. Galen. cap. 10 lib. de Theriaca.

Cur in præparatione viperarum cauda & caput abscindantur.

Abscinduntur vero capita & caudæ, quod pessimum humorem, nempe virus in se contineant, cap. 11 lib. de Theriaca. Viperæ n. inter feras omnes caput habet perniciosissimum. Certam vero mensuram, & capitum, & caudarum præscindere, ridiculum esse dicit Dioscorides.

Abiiciuntur quoque interanea, spina dorsæ, & venter.

Porro non solum in Italia reperiuntur viperæ ad dictæ solennis Opiatæ condituram aptissimæ, sed etiam in Gallia, ut in agro Pictaviensi, ex quo numerosæ Lutetiâ aduehuntur: ex quarum carne pastilli fiunt & adeps ad emplastrum Vigoniû seruat: eius extrahendi & parandi modus facilis est. Adeps primum cum tuniceis sumitur, & aqua limpida ac frigida pluries lauat, donec ipsa sincera remaneat. Dein membranæ separantur. Tum adeps in duplici vase liquatur spatula lignea subinde agitando. Liquatus colo transmittitur in aquam frigidam, quæ postea abiicitur, & solus adeps seruat, reponiturq; in vase idoneo. Nonnulli denuo abluunt, ut totum virus eximatur.

Unguentum viperæ parandi modus.

Vix autem eorum opinioni assentior, qui credunt, eos longam senectutem agere, qui viperis vescuntur. Earum enim caro pessimi est succi, valenter que digerit & siccatur, ita ut quidam, qui eam comederunt, vehementissima sint siti cruciati, ac proinde illas *Dipsadas* cognominant. Sunt autem, qui dicant, ait Galenus, demones à viperis sanari non posse potando, sed dirumpi citius quam siti liberari.

Elephantiafi porro viperas multum con-

ducere, pluribus historiis probat Galenus cap. 1. lib. 11. simplic. Homo quidam, ait, in Asia Elephanticus, cui fœdus erat aspectus & odoratus grauis, primo quidem cum sodalibus versabatur & conuiuiebat: ubi vero ex consortio nonnulli inquinari capere, ipse quoque iam fœtore & horrenda forma detestandus esset, in tugurium quoddam iuxta fontem, relegatus est, & illi quotidianum alimentum ministratum. Proxima astate circa canis ortum, cum vinum fragrans, messoribus allatum esset à famulo, qui urnam vinariam circa marginem agri dimiserat, ecce, ubi bibendæ tempus aduenisset, adolescens vinum in craterem fundens, una cum vino excidit viperam exanimatam. Coloni autem perterriti aqua sitim sedarunt, & vinum Elephantico dedit, misericordia quadam ducti, ac rati expedire ille potius mori, quam viuere in ea miseria. At ille nono quodam, prorsusq; admirando euentu, ab ipso potu conualuit. Excidit enim tota cutis, non secus ac si locustæ testam, qua conteguntur, abscideris.

Nec dissimile in Mysia Asia, non procul ab urbe nostra accidit. Vir erat ditissimus & elephanticus: hic ancillam suam formosam deperibat, contra fœdum hominem illa odio habebat, aliisque amatoribus clandestine miscebatur. Cum autem ager spe salutis resarcienda ad quosdam calidarum aquarum fontes, quibus locus vicinus squalidus erat, & viperarum plenus esset profectus, ex illa una in urceum vini irrepsit, quam cum suffocantem deprehendisset ancilla, gratum habens, quod fors in manum dederat, domino vinum illud propinat, atque ille ebibit. Cui eadem euenerit, atque præcedenti, & perfecte sanatus est.

Alias adhuc historias recenset Galenus, quibus probat, viperas Elephantiafi curandæ multum conferre. Quomodo autem earum caro sit apparanda, antequam accedat ad Theriacam confectiorem, in Officina docuimus.

C A P. XXXI.

De Scincis.

C A R O renum Scincorum optima est Virescat contra.

Historia notanda.

*nis venum
Scincorum.*

contra venena antidotus, & ad stimulan-
dam viris libidinem, iusto pigriorem effi-
cacissima medicina; Tentiginem enim
veretri facit, vnde non inmerito Diatry-
rii ingreditur confectionem.

*Scincus qua-
le animal.*

Est autem Scincus animal paruum, qua-
drupes, squamis exiguis, frequentibus, &
subluteis tectum, capite longo vix colli
crassitudinem superante: ventre quadam
tenus alato, cauda rotunda, lacertæ ritu,
sed brevior, & ad terram incurua, à capi-
te ad eam cæsa discurrente.

*Alumnus est aut Egypti, aut India, aut
rubri maris, inquit Dioscorides, quamuis
etiã inueniatur in Lydia Mauritaniz. Pro
eo perperam nonnulli Salamandram a-
quaticam vsurparunt. A Plinio Crocodilus
terrestris vocatur: effigiem enim Croco-
dili Nili perbelle refert.*

*Crocodilus
perpetuo cre-
scit.*

Inter vtrumq; tamen nulla dimensio-
num proportio; Scincus enim semper est
paruus, & raro cubitalis, Crocodilus non
modo ad quindecim, aut duo deingenti
cubita excrescit, sed non vllus ei significa-
tur crescendi terminus, licet ab ouo non
maiore, quam anseris prodierit, vitam que
habet terræ, amnique communem. Ocu-
los habet suis, & visum in aqua hebetem,
extra acerrimum.

Solū hoc animal, fistacum si exceperis,
maxillam supernam mouet. Linguam ha-
bet paruam maxillæ inferiori adhaerentē;
crura à latere adiuncta, pedes paruos pro
corporis magnitudine, vngues robustos,
cutem squamosam, crustaceam, & contra
ictus omnes fere inuisitam, in ventre satis
mollem, Annos viuut 60. Totidem oua, to-
tidem diebus pariunt, totidemque dies
hæc fouent, vt excludant, & totidem in
spina vertebrae habent. Totq; adhuc den-
tes habere comprehenduntur, quot dies
sine cibo in latibulis hyeme degunt. Ple-
niorem Crocodili descriptionem ex Ari-
stor. Plin. & recentioribus multis, qui Æ-
gyptum & Orientales tractus iustra-
runt, curiosus rerum scruta-
tor habebit.

*Crocodili a-
tas.*

CAP XXXII.

De Scorpionibus.

EX Scorpionib. oleo infusis & extinctis
fit oleum, quod ab iisdem cognomi-
natum multos vsus in medicina prebet. Il-
litum enim, calculos in renib. & vesica at-
terit, pellit, & vrinam mouet: Demorsus à
viperis, aut aliis serpentibus, & feris vene-
natis sanat: Axillis & inguinibus si adhi-
beatur tempore pestis, ab ea vel præser-
uat, vel curat. Vultus ab iisdem inflictum,
non modo dictum oleum sanat, sed & ipsi
triti & appositi id ipsum ad perfectam sa-
nitatem ducunt.

Est autem Scorpio animaleculum terre-
stre, longam & nodosam caudam gerens, in
cuius extremo, longo & obliquo armatur a-
culeo, tenui foramine peruiso, quo venenum
pungendo effundit. Brachia habet & chelas
bisulcis dentatis forcipibus: semper cauda
præsto est ad ictum, nulloque tempore
deest ferendi occasione, feritque obliquo
ictu.

Scorpio mas in ventre & chelis macu-
las gerit, eique virus perniciosius; fœminæ
mitius: alii contrarium scribunt.

Scorpionum autem octo recensentur
genera; *primum* albicat, nec lethiferum
putatur: *secundum* ore rufescente, ex cu-
ius ictu vehemens ardor sequitur, & inex-
hausta sitis: *tertium* nigricat, cuius ictus
membrorum deprauat motum, & facit a-
mentes, & risus edit ineptos: *quartum* ad
viridem inclinat colorem, & plura habet
in cauda internodia, nempe septem. Ab eo
icti perpetuum & ingens frigus sentiunt,
etiã feruentissima ætate. *Quintum* pal-
lido ac liuido colore est, à quo qui percu-
titur, ei tumor inguinis superuenit. *Sextum*
paruulo cancro marino simile est. *Septi-
mum* chelas habet grandiores, & Cancro
paguro formam valde similem. *Octauum*
Melichloron, à mellico colore dictum, alas
habet locustæ similes, & extremum no-
dum caudæ nigrum.

Rari autem apud nos Scorpiones visun-
tur

turalati, in India & Africa frequentes, & magni, & cū septem in cauda internodiis.

Varietas
scorpionum
à colore.

Si à colorum varietate Scorpionum varietatem sumamus, alii dicuntur flauī, alii rufi, alii cinerei, alii virides; alii ferruginei, alii vinosi, alii albi, alii fuliginis colore.

Scorpionum
ictus quibus
deterior. Et
qui etiam
inter ipsos
sauiore.

Scorpionum autem ictum foeminis periculosorem esse, quam viris, compertum est, praesertim virginibus, quibus fere semper lethalis est, nisi mature succurratur. Et qui septem in cauda habent internodia, longe sauiore iudicantur.

Vermiculos ouorum specie procreant & incubant, exiisque prolem suscipiunt, quam ubi perfecerunt, ab ea pelluntur, dicunturque Scorpiones à suis liberis interimi. Sed hæc de virosis istis animalculis, plusquam res pharmaceuticæ postulant, dicta videntur.

CAP. XXXIII.

De Lumbricis.

ANIMALIA multa parua ex vermibus, & vermes ex multis animalibus magnis generantur. *Arist. c. 19. lib. 5. de hist. animal.* Imo ex rebus omnibus alteratis & putrentibus fit horum animalculorū procreatio, intra lapides, ossa, ligna, fructus, caseū, carnes; videnturque; omnia in vermes primum abire, nam *hominis propria caro à vermibus absumitur, veluti vestimentum, quod comeditur à tineæ, ut loquitur Iob.* Et licet quæ frigida sunt, putredini maxime resistent, *ex niue tamen frigidissima vermes generantur, & visus sunt in salis horreo nonnulli aliquando procreati.* In animalibus quoque viuētibz quotidie generantur, quorum scilicet corpus putridis humoribus scatet: ibi enim *vermium generatio, ubi putredo, quæ illorum est mater.* Vidi è vena brachii secta, vna cum sanguine vermem palmam longū profillire, in intestinis adhuc, & aliis multis humani corporis partibus generantur, necnon in ceruorum caputibus, *cap. 15. lib. 2. de histor. animal.*

Omnia autem insecta vermem generant, excepto quodam papilionum genere; vt

Ex niue etiam generantur vermes.

Et item in sale.
Historia.

qui ab insectis prodit, in aliud sæpe insectum dissimile accrescit, iuxta illud poetæ, *Et sic volucris, qui modo vermis eram.*

Porro cum latissimū sit vermū genus, de terrestribz nunc tantum loquor, qui in medicos admittuntur vsus. Ex his enim albo vino lotis, apparatus, in oleo maceratis, ac vase duplici, vt decet, elixatis, habetur oleū, ad neruorū affectus cōmodatissimū.

Per os quoque sumuntur aliquando, rite preparati, loti nempe, siccati, tenuissime leuigati, & aliis quibusdam pulueribus admixti, ad fœdos virginū colores sanandos.

A multis *intestina terra* vocantur; ab aliis *vermes terreni*, à quibusdam *lumbrici terrestres*. Corpus habent oblongū, rotundum, minime osseum, & oculos nullos, vt neque aures. Ita ingrediuntur, vt præcedēte parte priore, reliquum corpus ad eam cōtrahant, sicque è loco vno in aliū feruntur.

Intestina terra.

Procreantur è limo terræ, & ab eadem causa, atque cætera animalcula & insecta animantur. Oculis, auribus, pedibus, artibus, destituuntur, suntque; velut oblongæ & crassiores fibræ, nullam partium discriminationem obtinentes, præter internodia quædam, & velut aponeuroses, quæ paulo ultra medium corpus conspiciuntur.

Hos pluuia vernaes, aut hybernae, nec glaciales, sed temperatiores eliciunt. In terra pedibus conculcata, nec libere, nec vberè gignuntur: in pingui, nec trita frequentes inueniuntur. Hi triti & appositi præcisos neruos, vt etiam vulnera recentia conglutinant.

Vires.

CAP. XXXIV.

De Cantharidibus.

CANTHARIDES tantum nomine tenus, cantharis, seu scarabeis conueniunt: magnitudine enim, colore, & natura multum inter se dissentiunt. In vsus enim medicos sæpe trahuntur *cantharides*, canthari nunquam. Illas siquidem probat Galenus ad pforas & lepras, & ad vretica sæpe Medici practici salubriter adiiciunt.

Cantharus & cantharis differunt.

Sunt vero putida animalcula, quoniam

Vu extali

des quoniam ex tali materia constituta, inquit Arist. & in
ad usum multis fruticibus, vt *ligustro*, & in arbori-
medicum bus proceris, vt *fraxino* numerosè procre-
maxime antur, aluntur, reperiuntur. Probantur &
probentur. in frumento inuenta, versicolore, & quæ
 tranuersas in alis lineas habent, oblongo
 corpore.

Quomodo Aptiores vero sunt, si in vas fictile, aut
an. eundem aliud idoneum iniiciantur, cuius os raro
preparatur. linteo subligatum deorsum vertitur, vt
 excepto halitu aceti quam acerrimi fer-
 uentis æstu exanimentur, postea siccantur,
 & in pyxidibus ligneis, aut vasibus vitreis,
 fictilibusve reponuntur, & per biennium
 seruantur.

Historia.

Parua quantitate nonnunquam medi-
 camentis permiscetur, quæ vrinas mo-
 uent, etiam Galeni consilio, qui integras
 præscribit *lib. 11. simplic. cap. 41.* Recentio-
 res tamen alas & pedes abiiciunt. Cum
 nobilis matrona Lutetia febre continua
 renum æstu, aliisque grauibus comitata
 symptomatis laboraret, & suæ sanitatis cu-
 ram Dom. Martino, doctissimo & clarissi-
 mo Medico Parisiensi, commisisset, que-
 rundam suasu Riuerium aulicum Medicum
 accersit; hic mox ubi pulsus ægre con-
 trexit, ait: *si me*, inquit, *citius vocasset, dra-*
gmã unam cantharidũ regioni renis magis
affecti adhibuissem, & statim conualuisset.
 Sicque discedens anxiam reliquit matro-
 nam, & Medicum ordinariũ, hominis ma-
 le sani humoribus, moribus, dictis & factis
 attonitum; qui tantum abest, vt tantam
 cantharidum cateruam, vt ne quidem v-
 nam adhibuerit, & sanitati suam egram re-
 stituit. Nã cum cantharis siccissimũ leuissi-
 mumq; sic insectum, vix quidem granum
 vnum pendere credibile est. At vero sexa-
 ginta cantharidas, tot enim dragma pædet,
 reni adiuuere æquanti, quid nisi carnifi-
 cium? hæc tamen obiter dicta sunt, non
 vt homini succenseam, sed ostendam, can-
 tharides vesicæ inimicissimas, & renibus, &
 partibus ipsæ inflammatione inducẽdo mul-
 tũ aduersari; paula tamẽ quantitate medica-
 mentis aliis mixtas nonnunquã prodesse.

CAP. XXXV.

De Formicis.

Nec formicis adhuc Pharmacopœorũ
 tabernæ destituuntur, è quib. oleum
 paratur ad receptos vtilesq; vsus cõmen-
 datum. Partibus n. generationi dicatis iusto
 frigidioribus competit calefaciendis, & ad
 statũ meliorem ac vegetiorẽ reducendis.

Insectorum autem laboriosissimum, of-
 ficiosissimumque genus formicarum, quæ
 non interdiu solũ, sed etiam noctibus plea-
 na luna laborem exercent, & eadem sem-
 per semita ambulantes, cibaria ad cellas
 promptuarias deferunt, & in annum recõ-
 dunt. Animalia non venantur pusilla, vt a-
 ranæ, sed reperta & mortua degustant,
 grana congerunt, & onera morfu gerunt.

Sunt vero formicæ vel alate, è quibus in-
 fufis oleum formicarum dictum paratur;
 vel impennes, quæ frequentiores in locis
 siccis & minus cultis reperiuntur, quibus
 visi ægrotantes sanitatem quærunt.

Est in India quibusdam regionibus, in
 quibus aurum effoditur, quoddam formi-
 carum genus, quod magnitudine vulpem
 æquat. Inuenio & quãdam paruulas Hip-
 pomyrmeas, seu Equites dictas, & alias quã-
 dam Herculeas; alias Solifugas & Solipu-
 gas, sed cum Pharmacopœus nusquam his
 opus habeat, pluribus illarum historiam
 describere nolo.

CAP. XXXVI.

De Serico.

EA nunc gloria datur vestibus bomby-
 cinis, quæ olim byssinis, quibus primi
 seculi reges tantum induebantur, & in Ev-
 angelio Luca 16. legimus, diuitem quendã
 bysso & purpura veftitum. Erat autẽ byssus
 tenuissimi lini genus, proximum ab Asbeto
 dignitatem, ex quo subtilissima sunt vestes,
 qua mulierib; præcipue olim in deliciis erant,
 inquit Plinius c. 1. li. 19. *hist. natural.* qui cir-
 ca Elim Achaia nasci scripsit, Pollux vero
 in India & Ægypto, Pausanias in Græcia ex
 arbore, populo haud dissimili, foliis vero
 falicis.

*Oleum for-
micarum.*

*Formica
magnitudi-
ne vulpibus
pares.*

Byssus quid.

salicis. seu autem herba, seu arbor sit *byssus*, nobis est prorsus incognita planta, quæ non solum frondes, sed lanam quoque tenuissimam profert, quam *Seres* Scythiæ Asiaticæ populi artis nendi peritissimi depectūt, & in fila exilia ducunt, ex quibus vestimenta ditioribus dicata conficiuntur, quæ à *Seribus* *Serica* dicuntur. *Asbetum* vocant, vel lapidem quendam ferrei coloris, in Arcadiæ montibus nascentem, qui semel accensus, extingui non potest; vel lium, aut stamen, ex quo mapæ texuntur, quæ flammam concipiunt quidem, sed non vtuntur, cuiusmodi esse dicitur *alumen plumbeum*, lapis *Amiantus* multis dictum.

Apud nos autem nec eiusmodi stirpes byssigeræ, nec vestimenta ex earundem lanugine contexta videntur, sed tantum *bombycina*, quæ nunc, vt olim *byssina*, *Serica* nuncupantur, & ad eisdem dignitatis non modo gradus, sed præterea medicos vsus multos commendantur. Nam apud *Pharmacopœos* Arabū dogmata secutos, adeo inualuit de *bombycino* stamine opinio, vt credant, omnes *bombycinum* filum, *sericum* vocant, sanguinem purgare: virtutē vitalem roborare, cor recreare, spiritus illustrare, facultates omnes reficere, & spiritibus omnibus opem ferre. Hæc sunt encomia bellissima, quibus *Barbari* excrementum insecti virosi nobilitarunt. Quia vero liberum est cuiq; philosophari, & de re qualibet proposita sententiam ferre, ingenue dico, me parui facere ad medicos vsus *sericum bombycinum*; Est enim sicci animalculi imperfecti recrementum, inodorum, exuccum, araneorum retibus, aut erucarum telis cognatum, homini sanando ineptissimum & inefficacissimum.

Forlan *byssinum*, quod ad *bombycinum* recentiores transtulerunt, vires quasdam habet non temnendas, sed cum nullibi reperiat, aut ad nos minime deferatur, de illo ne quidem per infomnium *Pharmacopœ-*

polæ loquuntur. Miror autem multum, qua ratione ducti crudū *sericum* non nunquam ægrotis exhibeant: *Cocco* quidem tinctum vires quasdam promittunt eximias, sed mutuatas tantum, & ab infectione *Kermes* acceptas. Proinde mallam ego per se *grana Baphica* præscribere, quam eorum succum inficiendo *serico* frustra impendere. De hac autem re iudicent *Apollinæ* artis peritiores, qui non nisi, quod ratione est stabilitum, pro lege habent:

Sunt vero *bombyces animalcula*, ex *Bombyces paruis seminibus rotundis & nigricantibus, qualia xiv. quæ ova nominant, leui calore fora, animalcula. ta, & in minutos vermes primum conformata, qui frondibus vtriusque mori, sed potissimum alba contecti & educati. paulo post cum adoleuerint, tenuissima neut flamina, seu fila sericea ex se mittunt, quibus ad luxuriam panni pretiosi contextuntur.*

Adhuc autem adultiores facti gignunt ex se cucullos, & follicula, in quibus sese recondunt, ibique post aliquot dies in papillones candidulos abeunt, qui inuicem pariunt semina, seu ova paruula, e quibus denovo vermes alii generis eiusdem nascuntur. Hæc autem cum sint etiam pueris, & mulieribus notissima, longiorem descriptionem minima postulant.

Felle multorum animalium, iecore & intestinis luporum, cerebellis passerum, testiculis gallorum, & asellis, qui sub vasis aquariis delitescunt, interdum Medici vtuntur, sed hæc cum descriptis, in Officina nostra compositiones non ingredientur, fufius describere nostri non est instituti. Sicque tribus libris Medicam materiam breuiter, & perspicue diuini numinis subsidio fulti perstrinximus, laus, honor, & gloria in omne æuum.

**
*

FINIS LIBRI TERTII.

Vu 2

OFFI-

Asbetus.

Serici vires secundum Barbaros.

Sericum quid.



OFFICINA
 PHARMACEVTI-
 CA, DVABVS PARTIBVS
 DISTINCTA;
 PRIOR DE MEDICAMENTIS IN-
 ternis, altera de externis agit.

Quibus breuis præmittitur Isagoge.

A V T H O R E
 IOAN. RENODÆO,
 Med. Parif.

P R Æ F A T I O.



ORVM, quæ natura rerum genitrix gibbo terræ
 vel exposuit, vel visceribus inclusit, cū maior por-
 tio homini inserviat alendo, aut medicando, nec
 semper liceat, nec quavis hora, dum rei necessitas
 exigit, illius penetralia subire, aut cis maria confe-
 stim exotica simplicia perquirere, iustis rationibus
 artis Medicæ proceres statuerunt, vt in Pharmaco-
 poliis ad futuros vsus selecta medicamenta, tan-
 quam in penu quodam asseruarentur, perinde ac olim in Æsculapii tem-
 plo eorundem formulæ à peritioribus magis probatæ & expertæ descri-
 bebantur. [*Plinius capite 1. libr. 28. Hippoc. epist. ad Abderit. Herophil.*]

Cum enim Medicina sit donum DEI, & medicamenta Deorum ma-
 nus,

nus, Officina Pharmaceutica, si non diuitiis, saltem dignitate gynæceo quouis est præstantior, in qua, quicquid totus complectitur orbis, quod sanitati tuendæ, aut refarciendæ conferre potest, tanquam in sacra pyxide coarctatur. Nihil enim Medicum è pelagi sinu, aut abyssi profundo eruitur, nec ab ære quicquam ad ima nutat, delabiturque, quo non luxuriet Pharmacopolium. Ex eo siquidem tot medicamenta depromuntur, quibus humani corporis hostes, morbi, causæ, & symptomata dimicantur, expugnanturque, seu à Diætæ vitio exoriantur, seu extrinsecus adueniant; Idque vel à causa manifesta, vt intemperie & solutione continui, quibus febres nascuntur, phlegmone, pterygium, polypus, hepatitis, lienteria, enterocele, œdema, scyrhus, & alii pene innumeris; vel à causa latente, vt pestis, Indica lues, Hydrophobia.

Porro nõ vt ubiq; terrarum, sic locorum Officina Pharmacopœorum, in qua nempe medicamenta præparantur, reponuntur, & venduntur, extrui recte potest, sed certis in locis, vt melius asseruentur ipsa; aliis, vt citius ac pluris vaneant, vtilius erigitur: Minime tamen ferendi sunt avari Seplassarii, qui luero nimis inhiantes, domum in vico sordibus conspurcato, infalubri, ac pene congestio sitam, modo emptoribus & singulis transeuntibus obuiam, seligunt, in qua medicamenta non conficiunt, sed inficiunt. Velut Botanopolæ multi, qui varia simplicia, & adhuc viridia Lutetiæ vendunt ad statumen, aut stipitem, vel si mauiis, paxillum ligneum, in triuio maioris fori olitorii defossam, *le pillier des haies*, vulgo dictum. Illic siquidem per multa simplicia venalia reperiuntur, sed quæ sæpe diu asseruata, inquinantur luto, vel putrent ac contabescunt.

Hæ a. potissimum in Officina Pharmacopœorum spectanda sunt, siuis; instrumenta necessaria, quibus scilicet. medicamenta parantur; vasa, in quibus reponuntur; simplicia, quibus constant; eorum facultates, & particularis ea medicamenta componendi modus, quæ ad futurarum ægritudinum præcautionem aut curationem asseruantur. In nostris vero institutionibus ea seligendi, parandi, vt & componendi præcepta generalia dedimus, remediiorumq; formulas omnes, quæ in rem præsentem imperantur, accurate descripsimus, nec ad perfectum Pharmacopœum quicquam præterea desideratur, quam vt his præceptionibus recte institutus, & in cognitione simplicium, atq; eorum maxime, quæ tribus libris de materia medica peruestigauimus, optime versatus, medicamenta in officinis asseruanda, vt & alia quæuis solerter componat. Quod in hoc opere secundo, iuuante Numine, exequi pollicemur, præmissis quibusdam in hac Isagoge, quæ ad Pharmacopolarum officinam spectare videntur.

CAP. L

De domo & officina Pharmacopœi.

*Cibi prima
omnium a.
satis.*

PRIMA omnium grate fructus erant homini pro pane, aqua pro vino, & forsam idem alimentum atq; boui & equo [*Hipp. lib. de veter. med.*] Sed cum illius nutrimenti & sanitati fruges, & quæ ex terra sponte nascuntur, minus sufficerent, ex tritico macerato, à cortice purgato & trito primi patres panem confecerunt, vel potius pulverem, qua etiam populum Romanum longo tempore vixisse certum est [*Ausonius.*] Nauseante tamen stomacho super eiusmodi cibo, nec solo pane contenti, aues quoque cœperunt gustare, dein feras piscesq; venari. Sicque luxuriante paulatim cupedia, vitis cultum & mille alia gulæ irritamenta adinuerunt, cum olim communis pecori cibus, atque homini glans, inquit Ausonius, communis & vtriq; domus, arboris umbra.

*Edes anti-
quorum.*

Isto siquidem ævo priore, latebræ erant pro ædibus, testa sylvarum pro tuguriis, rupes, & loca verrucosa pro urbibus: atque longo postea tempore, Dardani sub fimo sordidas ædes habuerunt, & Baleares in saxi concavis, ut adhuc hodie Indi multas suas ædes ex ostreorum vel testudinum testis construunt; alii ex arundinibus, aut aliis palustribus herbis intertextunt. *Alexand. ab Alex. cap. 24. lib. 5.*

Nunc vero, ut hominum mores politiores sunt, & victus lautior, sic singulorum domus dissimili multum materia artificioque extruuntur. Sunt, qui in medio flumine ædificant; alii in montium cacumine; nonnulli in sylva; alii ad maris litus pro cuiusq; arbitrio & volupate.

*Vbi domus
Pharmacopœi
sunt instru-
enda.*

Domus vero Pharmacopœi in nullo istorum loco extruenda, sed in vrbe potius, quam in oppido, in loco aeri exposito ac lucido, quam opaco & umbrato, & in vico emaculato, vel ex se nitido, quam sordibus inquinato.

Quanta.

Si vero satis ampla, excelsaque, ut in hor-

reo, seu parte illius superna, simplicia reponantur, quæ non nisi arido in loco feliciter asservantur; in inferiore, ut in cella vinaria, quæ locum vatum postulant, ut *castia & vinum.*

Inter utramque multa cubicula sunt, *Qualis.* vel saltem unum, in quod Pharmacopœus sese recipiat. Subtus vero officina amplissima, quadrata, & lucida; ita tamen, ut neque sol medicamenta nimis calefaciendo, liquando, vel sicando noceat, neque ventus vehementius irruens molestus.

In ea duæ ianux debent extrui, antica una, quæ foras pateat, ad vestibulum scilicet officinæ; altera, quæ de ingressum ad popinam & aulam proximam; in qua Pharmacopœus non modo epulabitur, sed prudens observabit per se mestellam, in intermedio septo structam, quid in officina agatur, quid detur, quid accipiatur. Sic enim velut in excubiis positus aduertet in tyrones, ne vel in otio degant, aut minus accurate fideliter exequantur, quibus dominus opus habet.

In alterutro culinæ angulo prope caminum, constitutur velut æstuarium, seu hypocaustum, in quo saccarum, tragemata, & solidæ confectiones, ad tutiorem conservationem reponantur. Et si loco permiserit amplitudo, proxime taberna quædam posterior extruatur, in qua recondantur multa semina fructus, atque illa simplicia, quæ non nisi magna quantitate à Pharmacopœo solent emi, ut *orixa, pruna, amygdala, mel,* semina quædam radices, & ligna plurima.

In officina medicamenta potissimum reponantur composita, ut & simplicia quædam, quæ vel rara sunt, & pretiosa, vel quæ non ita rara, sed ad frequentiorum usum expetita, ut *Tamar-Indi, passula, glycyrrhiza, polypodium, senna, &c.*

Ut autem Pharmacopolio medicamenta optime disponantur, ab ima eius parte supernam asseres multi per classes eo ordine collocandi sunt, defixis ad parietes & septum medium, quo à popina dirimitur, *mutu-*

his aut clavis ligneis, ferreisve, ut quædam eorum classis arculas suffulcat minores; alia maiores; quædam vasa fictilia; alia vitrea; alia stannea; alia pyxides. Ea tamen prudentia ac sedulitate, ut quæ sunt in usu frequenti & in raro, non in classe eadem collocentur, sed illa in propinquiore, quæ scilicet ad manum sæpe debent esse, hæc in remotiore, quæ videlicet rarius veniunt ad medicos usus.

Singulis vero vasis, ut & sacculis, ad trabes & tigilla suspensis, medicamentorum inclusorum nomina inscribantur, ut citius medicamentum exhibendum seligatur, neve alterum pro altero sumatur.

CAP. II.

De instrumentis officinae necessariis.

*Instrumenta
utilia.* **I**NNUMERA suppellex ex officinae vel vtilis tantum, vel prorsus necessaria. Vtilis est, quæ raro inseruit, vel quæ ad apparatus maiorem ornatumve expeditur: cuiusmodi sunt multa vasa argentea, quibus ignari quidam apud vulgus gloriam captant. Quod enim doctrina nequeunt, isto luxu externo comparare student, reprehendunturque; ab Hippocrate *lib. de med.* qui talem ornatum, ac curiosam suppellectilem odiosam & illiberalem vocant.

Necessaria. **N**ecessaria est illa suppellex, quæ inseruit medicamentis, vel reponendis, ut vasa multa terrea, vitrea, argentea, stannea, plumbea, cuprea, ænea, syrups, lapis, eclegmatis, electuariis, pulueribus, oleis, ceratis, vnguentis destinata, de quibus postea: vel parandis, ut pileæ, mortaria, pistilla, lignea, lapidea, aut metallica, spatula, caca-bi lebetes, pelues, patinæ, patelle, frixoria, sarragines, lima, scalpra, cribra, colatoria, forcularia, manica, trutinæ, forfices, cultri, marmoreæ tabellæ, alembici multiplices, canales refrigeratorii serpentini dicti, infundibula, & alia pleraque, quibus aut raro, aut semel tantum in anno Pharmacopœum uti contingit.

Præter hæc Chymicis aliquot peculiaria suppellectilia sunt, quæ factus quidam non illepide fallaciæ, quam Pharmacia potius instrumenta vocavit, hoc tamen de abusu, quam de usu dictum malo.

Multorum porro Pharmaceuticæ officinæ instrumentorum appellatio ac formacitius, quam usus specialis agnoscitur. Scalprum enim, limam, malleum, cultri quilibet facile dignoscit. His vero solum utitur Pharmacopœus, vel ad dentes apri radendos, aut ebur vel guaiacum, in scobem attenuanda, atque ad ea omnia læviganda, quæ attritu puluerari non possunt: reliqui vero artifices ad opera suæ artis industriale peragada, ut faber ferrarius ad claves effingendas, aurarius ad annulos, monilia aut argentea vasa elegantius formanda: utuntur & omnes malleis, incudibus, forficibus, ad singulorum opus peculiare destinatis.

*Cultorum
varietas.* **C**ultri autem officinæ necessarii non vniusmodi sunt, sed alii alius maiores sunt, alii oblongi, alii breuiiores, alii aliter formati. In frequentiore sunt usu oblongi & mucronati, quibus radices raduntur, ac purgantur, lignorum rami minutiores sciuntur & herbarum cauliculi sciuntur. Breuiiores quidam sunt non acuminati, sed obtusi, & dorso seu parte aciei opposita valde crassi, quibus sacharum in frustra secatur. Alii breues quidem sunt, sed latissimi, figura lunari, ac his similes, quibus coria sutores diuidunt, quibus semina quædam oleagina, & cortices conditæ, quæ pistillo in puluerem attenuari non queunt, minutissime secantur.

Inseruiunt etiã glycyrrhizæ in paruula frustra diuidendæ, ut confuse accedat ad tragetæ communis confectioem.

Est & alius culter omnibus longior, cuius mucro ita reflectitur, ut hamulum efficiat, qui alio hamo in tabula defixo inuncatus, mira vi ligna aut radices diuidit, dum altera manu illius manubrium premitur.

Non omnes autem hæc cultorum differentia in omnibus officinis habentur. Ita multis

*Suppellectilia
Chymica fal
lacia instrum
enta.*

multis n. idem; qui ceram diuidit, in culinam panem secat, & saepe n. apos radit. Vtrum enim ancillarum genus, id saepe mali molitur officinae ministris, vt multa furentur ipsa, vel malitiose occultent.

C A P. III.

De Mortariis & pistillis.

INTER instrumenta officinae necessaria, nullum aequae desideratur, nec in usu adco frequentem est, atque mortarium. Vix n. quicquam apparatus, aut apparatus in usum venit absque illius ope. Nam cum materia omnis medica ex magna parte sit velut rudis quaedam ac indigesta moles, quae raro, imo nunquam talis exhibetur, qualis est sinu naturae profiliit, multa in mortario tritura diuidenda est, ducenda, laeuiganda, & cum aliis admiscendis subiugenda.

Mortariorum materia.

Cum autem illa materia vniuersi non sit, sed varia ac multiplex, varia quoque praeparatione eget, non modo, quae sit sola manu industria, sed etiam instrumentorum adiutu, in quibus non tantum forma conueniens requiritur, & debita magnitudo, sed praeter ea idonea materies, a qua medicamentum paratum non nihil mutuatur. Idcirco pistillae seu mortaria ex varia materia fieri conlueuerunt, vt ex marmore, achate, alabastro, aut alio lapide, ex stanno, plumbico, ferro, aere, in primis Cyprio, quod Cyprium vocatur, ex vitro, ebore, vt etiam ad ostentationem potius, quam necessitatem, ex argento vel auro.

Sufficit vero vnum plumbeum, aut vitreum, vt etiam lapideum, sed aenea debent esse multa, vnum valde amplum, his terendis, quae vel duriora sunt, vel magna quantitate tundenda, accommodatum; vnum minimum, moscho, ambre, Zibetho, bezahardico lapidi, & aromatis similibus laeuigandis idoneum.

Inter vtrumque multa sunt ac multiplicis magnitudinis, vt alia potioni tantum, alia clysteribus, dissoluendis, aut electua-

riis magna quantitate parandis, inseruiant.

Totidem vero pistilla, quot mortaria, & ex consimili materia solent haberi. Plumbeo n. mortario plumbeum pistillum magis aptatur, vitreo vitreum, aeneo aeneum; ferreum tamen omnibus metallicis etiam conuenit, vt ligneum semper lapideis, vt & aliis, in quibus herbae recentes tundenda recipiuntur. Dum arida teruntur, mortarium papyro, vel corio simplici, vel interdum duplici tegendum, ne vel puluis tenuior foras euolet, ac pereat, vel moleste nares tundentis feriat.

Ad multa terenda minutissime tabula marmorea, seu lapis porphyrius vulgo dictus, mortarii vicem gerit, vt molula pistilli, quibus margaritae & lapilli pretiosi tenuissime laeuigantur, superaffusa pauca rosarum aqua, aut alia, pro Medici scopo.

C A P. IV.

De spatulis & cochlearibus.

SPATULAE & cochlearia sunt veluti secundae Pharmacopoeorum manus, quibus dum medicamenta in mortario terunt, vel patinis incoquant, subinde versant, vt aequabilis fiat omnium partium pulueratio & coctio, atque ex ipsis medicamenta apparatus in vasis recondunt, & eisdem vsus tempore eximunt. Dicuntur spatulae, quod altera parte latissima sint, instar ossium scapularum, quae a Barbaris spatula nominantur.

Spatula vnde dicantur.

Est autem omnium spatularum figura ferme eadem, triquetra nempe ac oblonga; sed materia diuersa. Quaedam enim fiunt ex argento, vt paruulae, quibus vt solent chirurgi vsuti; aliae ex ligno, vt palmae ramo, cuiusmodi ea est rudicula, qua emplastrum palmeum versatur, inter coquendum; aliae ex ferro, vt reliquae fere omnes, vel magnae, vel minores, quibus Pharmacopoei medicamenta molliuscula, vt mel, oleum hybernium, electuaria liquida, & similes confectiones attingunt.

Spatularum materia varia.

Cochlea-

Cochlearii
materia.

Cochlearia ex ferro & orichalco vtpurimum cuduntur ad officinam, ex argento ad mensas, Eligio quoque cauantur ad v. sus rusticorum, & tenuioris census hominum, maxime in oppido degentium. Paruula adhuc fiunt ex ebore & cornu, vt quæ minutis speciebus, & quibusuis pulueribus inseruiunt assumendis, & ad trutinam committendis. Quædam præterea in multorum culinæ sunt magna & foraminulenta, quibus spumæ detrahuntur. Ligna vero & argentea in officinis sæpius expetuntur. Non item vitrea, quod facile frangantur, nec ferrea, quod cito rubiginem, vt ærea & ruginem contrahant; quibus tamen vti nihil vetat, modo officinæ ministris edulo caueant, ne sordida diutius afferentur, sed statim, vbi inquinata fuere, diligenter abstergantur.

CAP. V.

De Ahenis, & aliis quibusdam vasis metallicis.

Ahenum
quid.

AHENUM & cacabum multi pro eodem vsurpant, sed proprie ahenum vas est, ex ære ductum profundum, operculatum, atq; altera parte tantum ansam habens, qua manibus teneri solet, & pro arbitrio claudi vel aperiri. Inseruit, vt plurimum aquæ elixandæ, quæ vel sola bibitur, vel vino permiscetur.

Ad eosdem vsus, diuites, quibus tuendæ sanitatis, & sæpe vanitatis magna cura est, habent eiusmodi formæ vasa argentea, vt aqua cocta minus nidorulenta sit, nec villo modo cuprum redoleat.

Patina.

Patina vas est aliud æneum, multo latius & amplius, in quo medicamenta simplicia coquuntur, composita parantur, fructus cõdiuntur. Huic confixæ sunt velut aures duæ, seu ansæ, vtrinque vna, vt igni adhiberi, & ab eo remoueri possit facilius. Super ferreo instrumento tripode ad ignem apponitur, suppositis prunis ardentibus, vt incalasciat, & contentus liquor ferueat.

Patinæ vas aliud est affine, æneum & paruum, attamen patulum, quod per di-

minucionem patella dicitur, cui velut caudex longus, seu manubrium ferreum configitur, vt commodius imponatur igni, & alterutra manu absq; noxa seu vstione teneatur.

Patella.

In ea coqui solent medicamenta, quæ parua quantitate desiderantur, vt dosis vna vel duæ, medicamentorum, vt paruum quoddam electuarium tabularum, vt zulu-pium rosaceum, & similia.

Sartago.

Sartago aliud patellæ genus est, valde patulum, ferreum, ac in longum appendice protensa caudarum, quo in culina, carnes friguntur, in Pharmacopolio multa femina, vt coriandrum cum aceto, ad illius cuiusdam qualitatis castigationem, vt milium cum vino, aut alio liquore parti cuiuspiã admouendum.

Cacabum Latini cum Græcis lebesem nominant, Barbari Caldarium, aliud quoddam vas æneum, quod crematia unco prehensum supra focum pendet, vt quicquid in eius concavo retinetur, ebulliat, & coquatur. Popinaria autem cum sint hæc dicta vasa, vt & ollæ multæ figulinæ, in his describendis nolo diutius immorari, cum ea facile dignoscat Pharmacopœus, qui his sæpissime vtitur ad decocta simplicium paranda, & gelatinæ, syruporum, vnguentorum, aliarumque multarum confectio-num præparationem.

Cacabus.

Lebes.

CAP. VI.

De Torcularibus & prælis.

SVA sunt & Pharmacopœis parua quædam torcularia, quibus in officinis succos & olea quasi torquendo, exprimunt: Præla tamen magis proprie dici videntur, vel quod humore profuente præluentur, seu madefiant, vel materiam, ex qua sunt educendi succi, validissime premant. Fit vero prælum eiusmodi ex duabus breuibus trabiculis, magnitudine & forma similibus, quarum singulæ foramina duo habent ita affabre excauata, vt intro sint velut insculpti circuli in se ipsos nõ recurrentes instar spirarum, quibus introdu-

Præla unde
dicta.

cuntur duæ cochleæ, quæ dum extrorsum vertuntur, trabeculas abduunt, &periuntque, cum introrsum, adducunt & claudunt, atque materiam interpositam premunt, & succum exprimunt, vel aqueum, vel oleosum.

*Quot præla
in officinis
requirantur.*

Proinde præla duo debent in officinis haberi; vnum, quod succis aqueis inseruiat exprimendis ex fructibus & virentibus herbis; alterum, quod oleis ex oliuis, & aliis pinguibus.

Ius carniū.

Quæ autem exprimenda sunt, antequam prælio subiiciantur, vel coctione, vel tritura apparanda sunt. *Coctione*; vt carnes, à quibus succus exprimendus est, qui solet ægrotis longo morbo attenuatis exhiberi. *Tritura*, vt ligna quædam oleagina, fructus & semina multa. Ne vero diffuant aut dissiliant exprimenda, quodam sacco debent includi, aut forti panno inuolui, vt cannabino, aut setaceo, vt validior fiat compressus, & substãtia tenuior à crassiore & sicciore facilius, ac tota separetur. Sic oleum amygdalinum dulce, vel amarum educitur. Sic lentiscinum, balaninum, & quod è nucibus, vel nucleis perficis, vel semine lini, aut vicini exprimitur, vt pluribus postea demonstrabimus.

C A P. VII.

De cribris & incerniculis.

IAM vetus hæc inerebuit apud Pharmacopæos consuetudo, cribra vocitare ea instrumenta, quibus purior ac tenuior tritorum medicamentorum portio à crassiore separatur. Licentiosa tamen nimis est, ac abusiva vocabuli enuntiatio, cum cribra vix Pharmacopæorum, sed rusticorum instrumenta sint ex pellibus, vt plurimum, arietinis, crebris foraminibus peruis, quibus frumenta purgantur, vnde & frumentaria solita nuncupari.

Sunt & alia cribra, è crinibus equorū in telæ modum contexta, farinæ à fursuribus secernendæ gratia, excogitata, farina-ria ob id à pistoribus dicta, quibus non-

nunquam vtuntur aromatarii, ad pulueres cernendos, & medullam prunorum vel cassiæ fistularis ab acinis repurgandam, atque ab ipsis *Subcernicula setacea* vocantur, & aliquando excussoria incernicula, quod inter manus agitata pollinem, seu puluerem tenuem excutiant. Fiunt interdum ex ligno, vt cortice tiliaceo, in fibras tenues & longas disceptos, & cancellatim connexo, ad puluerem crassiuscule tritorum eribrationem.

*Subcerni-
cula seta-
cea.*

Sunt autem cõmunia multis dicta cribra incernicula, sed aliud quoddam peculiare relinquitur aromatariis, industrioso magis contextum artificio, quod *Tamisium* vulgus Pharmacopolarum nominat. Fit vero interdum ex tela equina, sæpe ex syndone, seu linteo tenui, vel panno sericeo, & inferne ac superne operculo exemptili, ex pelle arietina clauso, vt puluis superiore capsula exceptus arceatur, nec inter excutiendum euolet, sed per intermediam telam traiciatur, & sine vlla iactura descendat in inferiorem.

Tamisium.

Ex his aliâ aliis minora sunt, pretiosis pulueribus cernendis magis idonea, quæ manibus tantum mollissime versantur, vt sine violentia solus puluis tenuior descendat. Aliâ non nisi numerofo percussu in mensam aut abacum Pharmacarium succussantur.

Aliud quoque frequenti est in vsu, forma pyxididis lignæ grandiusculæ, in cuius medio tela quædam intenditur, per quam excepti pulueres superne transmittuntur inferius, superposito cum pulueribus pōdere quodam stanneo, aut argenteo, vt id suo motu & grauitate, dum excussorium incerniculū vna tantum manu in corpus aliquod solidum, vt abacum, impellitur, puluerum traiectionem breviorē reddat, ac faciliorem.

Omnia porro cribra & incernicula, dū siccis rebus cernendis inseruiunt, mouentur, versantur, impelluntur, agitantur; dum humidis, quiescunt, ac immota manent, sed iuuatur rerum cernendarum traiectione,

coch-

cochleari, aut spatula: quo modo pulpa *Tamar Indorum, cassia*, aut *prunorum* transmittitur, ut & radices & herbae ad putrilaginem coctae ad cataplasmatum confecturam.

CAP. VIII.

De Colatoriis.

Nec carere quoque debet officina colatoris multis, setaceis, lineis, cannabinis, laneis & stamineis vocatis, quorum alia rara sunt, alia densa, alia inter ambo media. Et quaedam noua, alia pene detrita. Illa tamen frequentiore sunt in usu, quod compressu validiore, totus succus rei colandae, absque tela crepatura traiciatur.

At vero pro diuersa succorum consistencia modo haec, modo illa sumuntur. Quae ex se tenuia sunt, de solo colo egent, ut quicquid inest sordium non transeat, sed tantum succi pars tenuior. Quae crassa sunt ac lenta, vix nisi colo raro traici possunt. Quae media sunt, mediocriter texturam colatorium postulant.

Tria vero postulant crassa & viscida; ut probe colentur, ut humore ampliore diluantur, ut colo rariore, ac nouo traiciantur, & ante colaturam calefiant diutius: Sic enim illorum densitate magis rarefacta, multo facilius transmeant. Et multa vix nisi calidissima percolantur; alia facile etiam frigida: quaedam tepida tantum; & nonnulla colatura tantum egent vnica; quaedam duabus, alia pluribus, ut perfecte clarescant. Prima quidem in colo raro: secunda, in denso: tertia, in magis compacto, ut sordes omnis transitu prohibeatur. Quae consistentiam habent valide liquidam, etiam si bis; aut ter colanda sint, eodem panno traduci queunt.

Inter colatoria numerantur lanea quaedam cola oblonga, ac figura pyramidis, vel potius cuculli formata, quae *caligas* vel *Manicas Hippocratis* appellant, quibus vinum hippocraticum vulgo dictum, ter quaterque colatur, donec clarum euaserit. Inferuiunt adhuc melicrato, gelatinis &

decoctis pluribus percolandis, ut res quaedam extranea, si quae forsitan admixta sit, per istam traiectionem separetur, ac liquor tantum syncerus remaneat, ut in nostris Institutionibus demonstrauimus.

CAP. IX.

De Fornacibus.

FORNACVM alia decoctionibus tantum inferuiunt, excipiuntque cacos, patinas, ahena, & alia vasa, in quibus simplicia coquantur, parantur, & componuntur; Alia destillationibus & cucurbitas, retortas, vesicas, ollas, & alia vasa excipiunt, his accommodata destillationibus, quae vel per ascensum vel per descensum suscipiuntur.

Quae decoquendis medicamentis inferuiunt, non sunt vniuersi modi: Aliae enim portatiles sunt rotundae, ex ferro vel fusso, vel cusso factae. Quaeque ut inferne tribus validis pedibus innituntur, sic superne tribus velut auriculis oblongatis, ac extra fornacis labra prominentibus, exasperantur, quibus vasa calefacienda superponuntur.

Pars illarum suprema patula est, ac instar mortarii cuiusdam hians, in qua carbones immittuntur, supposita cruce, aut trabeculis ferreis, quae cineres delabi sinunt in inferiorem cameram, ex qua per ianuam altera eius parte structam, postea eximuntur. Aliae ex argilla & lateribus extruuntur, fere quadratae, fixae, ac immobiles, nec pedibus vllis fulcitae, intus vero prioribus non multum dissimiles.

Quae destillationibus inferuiunt, seu materiam, ex qua fiunt, seu formam spectemus, multifariam quoque extruuntur. Aliae enim ex ferro, aliae ex cupro, aliae ex terra signina, aliae ex argilla vulgari, lateribus, & aliis rebus multis, quae structuram connectunt, & firman. Praeterea, aliae rotundae sunt, ut metallicae ansas vtrinque habentes, ut circumferri possint; aliae quadrilaterae, pentagonae, multiformes, fixae ac immobiles, in quibus tria locumenta extruuntur infernum, supernum, medium.

*Fornacem
vsus multi-
plex.*

*Fornax tri-
pes ac me-
tallica vul-
garis offic-
inarum.*

*Manica seu
caliga Hip-
pocratis.*

*Cineritium
seu confite-
rium quid.*

Infernum, quod cineres excipiat, *cineritium*, & vſitato Chymicis nomine, *confiterium* appellant, in quo ianua adaperitur, per quam accenſi carbones aeris ingreſſu ventilantur, pabulum igni ſuppeditatur & cineres eximuntur. Media fornacis regio, in qua ignis fouetur, craticula quædam à conifterio diuiſa, focus à recentioribus vocatur. In ea ſiquidem caloris fomes cõtinetur, arceaturque, vt ſupra poſitum vas caleſcat in ſuperna nempe fornacis camera, quæ pro varia excipiendi vaſis magnitudine & figura varie formatur, iuxtaque eam partem tubi fumarum, ſeu ventilia quædam conſtruuntur, per quæ fumus exit. Fornacis vſitatiffimæ deſcriptio tradita eſt in noſtris Inſtitutionibus, nempe *cap. 3. lib. 2.*

*Fornaces
turrita.*

Vt autem varia, ſic elegans fornacum multarum, quæ deſtillationibus dicatæ ſunt, conſtructio. Quædam enim ſunt turritæ, teſtudineatæ & ſimplices, quæ vas tatum vnicum ſuffulciunt, aliæ indiſtriſo multum artificio ſtructæ & multiplices, vt quæ quinq; vel pluribus turruculis aſſurgunt, quarum ſingulæ ſuum, ac peculiare vas admittunt, vt vna vas aliquod aqua calida plenum ad diſtillationem per balneum Mariæ, alia cinerem, alia arenam, alia aliam materiam pro diuerſo operantis ſcopo. Tot vero fornacibus Pharmaco-
polium obruere, non æquum putamus, cum medicamentiſ potius, quam ſimilibus inſtrumentis præſtet impleri.

C A P. X.

De Alembicis & Cucurbitis.

*Alembici
n. uſtiplez
acceptio.*

ALEMBICIOR acceptio multa cõplectitur: cucurbitas nempe, retortas, ollas vitreas, & inſtrumentum quoddam cupreum ac tripes triplici inſtructum camera, in quam inſima cineres excipiuntur, in media prunæ ardentes, in ſuperiore Boccia admittitur, capitello operta roſtrato, coniforme, & aliquando rotundo cum refrigeratorio, inſtar parux cupæ eſt formato, vt copioſiorem aquæ quantita-

tem continere valeat, quæ dum paulo vehementius incaluit, per epiſtomium in eius parte declinatum effunditur, & alia denuo frigida ſcilicet affunditur.

Anguſtior vero illius ſignificatio deſtillatorium tantum quoddam vas roſtratum, ac alteri iunctum vaſi, quod ſuperna parte fornacis admittitur, enunciat. Cuiusmodi ſunt alembici vulgares plumbei, vel cuprei, ſtanno intus obducti, vel vitrei, aut figulini, coniformes ſeu in parte ſuperna acuminati, in inferiore lati, campanarum inſtar, vnde & Campana: ſubinde nominantur; nonnulli tamen capitati ſunt & rotundi, & ſæpe vaſe quodam refrigeratorio dicto obuallati, & modo capitella, modo pilei vocantur: quia vt caput pileo tegitur, ſic alembico conceptaculum, ſeu vaſ illud materiam deſtillandam continens, quod pro varia figura variam appellationem ſortitur. Quoddam enim dicitur *Boccia*, aliud *cucurbita*, aliud *veſica*, *matratium*, *olla*, *matula*, alia aliter nominantur.

Campana igitur vel ſola, vel conceptaculo inſerta *alembicus* vocatur, cuius duæ præcipuæ differentiæ dantur: vnus enim roſtratus eſt, qui ſcilicet ex ſe longum canalem inſtar promuſcidis propendentem emittit, per quem vapores condenſati delabuntur in ſubiectum vaſ ſeu excipulum; alter hoc tubo caret, & cæcus nuncupatur, eſtque Spagyricorum proprius, à quibus uſurpatur ad ſublimandum, vt roſtratus ad deſtillandum, cuius prominens tubus ſæpe adeo longus eſt, vt per medium dolium frigida plenum traiciatur, ad aquæ proleſtatæ, ac delabentis maiorem concretionem & contemperacionem.

In multis roſtrum flexuoſum eſt, inſtar ſerpentis, à quo nomen habet, conuenitque maxime aquæ vini deſtillandæ, quæ vulgo *aqua vita*; & à Chymiſtis nonnullis *Elixir vita* nominatur.

Varia quoque eſt conceptaculorum magnitudo, vt & figura: quædam enim ampliffima ſunt & ventricola, vt loquuntur,

*Alembici
ſpecialior
uſurpatio.*

Campana.

Capitella.

*Alembicus
roſtratus.*

*Alembicus
cæcus.*

Serpentina.

*Concepta-
culorum
varietas.*

rum, alia tam parua, vt nucem iuglandem mediocrem non excedant, quæ scilicet Chymicis operibus destinantur, alia medicaria, & quædam recta sunt, vt *ampulla, vesica, olla, matula, seu cucurbita maiores, seu cucurbita minores, seu separatoria*, ac recta; alia inflexa, vt *Retorta; Boccia quadam inflexa*, & quæ *Cornumusa* vocantur.

Rectis ea destillantur, quæ facile in altum subleuantur, vt radices, semina, folia, flores, aromata: Obliquis, quæ difficilius attolluntur, vt resina, lacryma, pinguedines, & gummi.

C A P. XI.

De Mensis & abaco officinae necessariis.

NULLA est adeo tenuis supellex, vel tam inopstugurium, in quo mensa quædam ad epulandum, aut aliud quippiam agendum non inueniatur. Non enim semper omnis mensa dapibus, sed aliis operibus multis inseruit, vt in officina simplicibus excipiendis, seligendis, cernendis, parandis, mensurandis, ordine disponendis, antequam veniant in compositionem.

Proinde cum solennis ac magna quædam compositio paranda est, vt *Theriaca, Mithridatica, aurea Alexandrina*, mensa quædam longior, non in loco communi, vt officina, sed in cubiculo quodam idoneo præparanda, vt liberius singula simplicia Pharmacopæus seligat, accuratius ponderet, tutius custodiat, & exactius miscet ac componat.

Abacus vero nummularius vnus, aut alter in Pharmacopolio perpetuo maneat, ad multa valde necessarius. Superponuntur enim fere cuncta, quæ emuntur aut venduntur, mensurantur aut trutinantur, paruo mortatio teruntur, aut forficibus diuiduntur, vel integra exhibentur.

Forma eius quadrilatera est, in antica parte multas exemptiles capsulas habens, & velut loculamenta, in quibus pleraque

semina includuntur, & ad rei exigentias asseruantur: In altera parte subicellium versus, cui solet Pharmacopæus insidere, aliquot arculas maiusculas, feris ferreis obfirmatas, in quibus medicamenta quædam pretiosa continentur.

In parte vero superna hiæ rima quædam seu scissura, qua datur aditus in cistulam subiectam, in quam nummi ex labore quotidiano lucrati & accepti demittuntur.

Supra abacum pender instrumentum quoddam trabeculis confixum literæ *L.* inuersæ, non multum dissimile, in cuius ima parte clauilignei vel ferrei configuntur, in quibus lances diuersæ magnitudinis, forfices, spatula, & alia quædam instrumenta suspenduntur, quæ vt ad manum sæpe esse debent, sic cito oculis obiciuntur.

Præter mensas ligneas tabulæ quædam marmorea, vel Porphyreticæ in officinis habentur, cum similis materiæ modulis, quibus margaritæ & lapilli pretiosi læuigantur, vt *lib. 2. cap. de tritura* notauimus.

Ad suffulciendum maiores pilas, seu mortaria in officina rectum stat quoddam paruum velut statumen, aut truncus breuis, cui ad ornatum variæ imagines in sculptæ sæpe visuntur.

C A P. XII.

De arculis, pyxidibus, & aliis officinae vasibus.

OMNIA Pharmacopoliorum vasa medicamentis inseruiunt vel parandis, de quibus abunde *supra* vel reponendis, de quibus nunc agendum. Ea autem sunt lagenæ, lecythi, ollæ, caprucula, vrceoli, arcula, & pyxides.

Lagenæ omnibus notæ, aut vitreæ sunt, aut fictiles, in quibus aquæ destillatæ reponuntur, quæ imum in Pharmacopolio locum solent occupare, quod aquæ ipsis contentæ ceteris medicamentis grauiores

Xx 3. sint.

Cornu-
Musa.

Abacus
supputato-
rius.

Rastrum
suspensum
in officinis
quid conse-
rat.

Tabula
marmorea.

Lagenæ.

sint, & maxima quantitate seruentur. Adueniente vero hyemis rigiditate, cum aqua facile concrecant, ut a gelu tutę sint, lagenę in cella vinaria reconduntur, donec frigoris sæuitia defierit.

Lecythi.

Lecythi reponendis oleis dicantur, suntque nonnunquam figulini, sed frequentius & vilius stannei, & operculo obducti, ut ad nutum claudi valeant & aperiri. In ipsis olea per infusionem parata conuenientissime reponuntur & seruantur.

Olla.

Ollarum magnus est in officinis numerus, quarum maior portio ex stanno est, nonnullę ex terra figulina, & pauca quaedam ex plumbo. Inferuiunt vnguentis recondendis, & secure conseruandis.

Capruncula.

Capruncula fictilia sunt omnia, intus candore, læuoreque nitentia, altera tantum parte anam, qua manu teneri queat; altera tubum habentia, quo liquorem admissum effundant. Os vero admodum superne patulum habent, ut eodem ipse liquor affundatur. Multis coloribus variegatis diuersisque figuris exornantur, & syrupis reponendis, ac tuto conseruandis destinantur.

Vrcoli.

Præter ista vasa, alia quaedam admodum parua, vrcolorum instar, habentur, vitrea ac fictilia, in quibus pulueres cordiales vulgo dicti custodiuntur, peculiaremque in officina locum, ac artificio quodam magis exornatum tenent.

Vrcoli.

Sunt & alia parua quaedam stannea, operculata, in quibus variaz pilularum massę corio singulę singulo inuolutę reponuntur.

Sportę.

Lignea quoque vasa sunt quaedam ad medicamentorum repositiones, ut sportę, arcule, pyxides. Sportę ex ramulis vimineis, vel iuncis contextę, fructibus multis reponendis dicantur; fereque in taberna reconduntur posteriore, aut altero officinę angulo. Cum tamen parue sunt ad huius contignationem sæpius suspenduntur.

Arcula.

Arcule quadrilaterę sunt ex quinque tenuibus & breuibus asserculis præter o-

perculum affabre iunctis constructę, quibus reponuntur cortices, ligna, fungi, flores, tabellę, ossa, cornua, vngues, & siccatę partes animalium.

Pyxides.

Pyxides rotundę sunt, & profundę, atque vel torno, ut olim, vel lato ac tenui asserculo in circulum adducto, ut nunc formam teretem assecutę, in quibus succi sicci, lacrymę, gummi, mineralia, & radices quędam exsiccatę includuntur.

Arcularum & pyxidum pars illa anterior, quę Officinę vestibulum spectat, variis imaginibus, ut cercopithecis, sagittariis, anseribus loricatis, & similibus picturis exornatur, relicta tantum parte, in qua medicamenta intus contenta, literis vel aurei, ut sæpe fit, vel quibuslibet designantur.

Stirpes aridę modo in arculis, modo in sacculis inclusis asseruantur, ut & radices multę, præsertim tenues; nam crassiores filo traiciuntur, ac sic suspensę optime asserunt & custodiuntur.

Sic videor omnium Officinę suppellectilium descriptionem & usum paucis dedisse, quę si quis omnia ob fortunę tenuitatem habere non queat, saltem magis necessaria habere debet.

C A P. XIII.

De simplicibus, vel integris, vel eorum partibus, in Pharmacopolio seruantis.

DEFINIRI vix potest certus simplicium numerus, quibus Pharmacopola nonnunquam opus habet. Cum enim omnia sata, genitaque, vel verius, quęcunque homo calcare, contrectareque potest, in illius subsidium dirigi possint, qui breui quodam catalogo totam complecti materiam medicam tentant, simile quid his aggrediuntur, qui vniuersi vastitatem parua quadam tabella depingunt. Nicolaus quidem Præpositus, *initio sui antidotarij*, pluribus capitibus simplicia multa recensuit, quibus munitus, ut cum eoloquar, Pharmacopœus esse debet, sed qui

qui ne proculdubio, centesimam eorum, quæ medicis vñbus inseruiunt, partem attingerit. Nam tellus quæuis medicamentum quoduis non profert, sed forsân illa quædam Nicolao nota; hæc alia, quæ nec ipse vidit, nec eorum vnquam fecit periculum. Et quotidie ex India, & regionibus aduenis aliquot simplicia aduehuntur nostratibus inuisa, & prorsus incognita.

Vt sit, onerosum nimis videtur, ac superfluum omnia simplicia, quorum vsus celebratur, recensere, & singulorum nomen & faciem describere, cum primæ notæ Medici, qui ea in re defudarunt, animum etiam tyronum non ita expleuere, quin eorum multi, multa vel oblita esse, vel superflue dicta confiteantur. Sed valeant isti sycophantæ, quibus ne quidem Iupiter placet, nostrumque institutum persequamur, ac præcipua quædam simplicia, quæ in Officinis debent asseruati, recensamus.

Ea autem in vsum veniunt, vel adhuc viridia, vel iam sicca. Viridia partim vicinum rus, partim hortus aliquis suppeditat, & cum vsus exigit, ex alterutro loco depromenda, vt hortensia ex hortis, syluestria ex syluis, & aliis locis agrestibus & incultis. Quocirca, & inutile foret, omnes herbas virides, quas quotidianum postulat vsus, ad Pharmacopolium deducere, sic superfluum, his omnibus Pharmacopœum muniri; Cum fat illi sit, opportuno tempore pauca quædam habere, quæ rei exigenti satisfaciant.

Aceruus enim stirpium viridium diutius asseruatarum putrescit, & copia & qualitate non parum obest. Vnde prudenter Pharmacopœi virides herbas pro hebdomada tantum dimidia, vel integra colligunt, aut emunt. Imprudentis enim esse hominis officinam onerare *maluis, violis, mercuriali vtraque, bracha vrsina, parietaria, fumaria, endiuia, taraxaco, portulaca, borragine, hyosciamo, & aliis innumeris, quæ tantum virescentes vsurpan-*

tur, & parua quantitate colliguntur. Proinde eas sacculis includi, vel arculis, aut pyxidibus reponi ridiculum foret, cum facile ex hortis aut rure, cum tempus postulat, aut res, depromi valeant, aut alia quædam pro Medici prudentia & consilio substitui.

Sicca igitur tantum seruantur, vt inter Radices sicca asseruandæ, radices, quinque aperientes, & alia multæ aliterantes, & purgatoria, vt radices cypedæ, *ri, angelica, enula campana, graminis, glycyrrhiza, rubia maioris, tormentilla, bistorta, oinonis, gentiana, poronia, iridis, acori, galanga, zinziberis, calami aromatici, aristolochia vtriusque, azari, cyclaminis, distamni, pyrethri, caryophyllata, peucedani, osmunda regalis, filicis, Scrophularia, eryngii, Satyrionum, buglossi, oxylapathi, chyna, sarsaparilla, althea, scilla, alliorum, consolida maioris, bryonia, mechoacana, turpethi, polypodii, rhapontici, hermodactylorum, rhabarbari, ebuli, tappsi, ellebri vtriusque & alia multæ minus vitata, præter eas, quæ adhuc virescentes vsurpantur.*

Inter caules & folia potissimum seruantur *absynthium vtrumque, mentha, balsanita, abrotonum, chamædris, chamæpythis, hyssopus, calamentum, nepeta, marrubium, pulegium, satureia, thymus, organum, anethum, ruta, lauendula, maiorana, ozymum, serpillum, horminum, scordium, chamamelum, melilotus, centaureum minus, distamnum, ceterach, cuscuta, cimbalaria, hypericum, centinodia, betonica, melissa, rosmarinus, clematidis, veronica vtraque, verberna, althea, perum, tappsi barbarus, salua, stœchas, tamariscus, matricaria, polium, folia fenna, laureola & lauri.*

Pauci admodum flores seruântur, quod eorum facultas vix perduret. Maxime autem tres cordiales vulgo dicti, custodiuntur, vt etiam flores rosarum, granatorum, salua, anthos, chamameli, meliloti, geneffa, arantiorum, cedri, stœchados, keiri, iasmini, tunicis, betonica, hypericonis, nenupharis, & croci.

Semi-

*Semina,
quo debeant
seruari.*

Semina necessaria sunt, quatuor frigida maiora; & toridem minora, *semen albea, atriplicis, raphani, berberis, plantaginis, cisioniorum, psyllii, lini, fenugraci, cumini, anethi, anisi, feniculi, coriandr, agni casti, ameos, bardana, carthami, ebuli, ricini, petroselin, apii, rusci, asparginis, milii solis, nigella, papaueris, ozymi portulaca, pastinaca, dauci, angelica, sinapi, nasturtii, thlaspi, sefeleos, leuistici, eruca, grana alkekengi, lauri, hedera, iuniperi, cubeba, cardamomii, & piperis omnes species.*

*Fructus in
officina ne-
cessarij.*

Fructus quoque multi in Officinis habendi sunt, ut *amygdala dulces, & amara, auellana, nuces, arantia, mala citria, poma fragrantia, curripendula, colocynthis, sorbs, corna, pruna, dactyli, mora omnia, ficus, mala, granata, iuiuba, galla, oliua, cappares, nuces cupressi, glandes, tamarindi, myrobalani, persica, cerasa, passula, pistacia, sebesteni, anacardi, poma mandragora, & pini, & siliqua castia.*

*Cortices
que adser-
uanda.*

Cortices, vel exradicibus plantarum exuuntur, ut cortex *capparis*; vel ex crunco ut *cinnamomum*; vel ex fructibus, ut *aratiis, granatis, citriis, & similibus*. Pauca autem seruantur, quia facile dum vsus postulat, ex fructibus aut radicibus ipsis possunt haberi.

*Gummi
qua seruan-
da.*

Gummi multa necessaria sunt, ut *ammoniacum, galbanum, serapinum, bdelliū, opoponax, asa utraque, resina, colophonia, tragacanthum, storax, gummi cedri, hedera, cerasi, pruni, iuniperi, gummi elemi vulgo dictum, Arabicum, mastiche, lacca, myrrhathus*, ut & alia quaedam lacrymae, tam resinosa, ut *terebinthina, laricea, abietina*, quam gummosa, ut *bdellium, cancamum*.

*Succi qui-
dam ser-
uandi.*

Ceteri succi quidam seruantur, vel adhucliquidi & lagenis excepti, superfuso oleo, ut *succus limonum, Ribes, berberis*, vel siccati, ut *glycyrrhiza, succus, ut Opium, Acacia, Elaterium, Aloe, Scammonium*.

*Aqua de-
stillata.*

Adseruantur quoque plures aquae, destillatae, quam quae à Nicolao recensentur; Dicit enim vix potest, quot, & quam

variae, tam simplices, quam compositae, nunc in Officinis destillantur, non modo ex stirpibus, sed etiam ex animalibus, vel integris, vel eorum partibus.

Maxime vero celebratur vsus aquarum cordialium, ut *scabiosa, morsus, cardui, ulmaria, buglossi, borraginis, oxytriphilli, rosarum, calendula, acetosa, scordij, & refrigerantium*, ut *endiuia, cichorij, nenupharis, portulaca, plantaginis, solana, lactuca*, ut & aliae quaedam, quae caput, vel pulmonem, vel renes, aut aliam partem respiciunt, cuiusmodi sunt aquae *betonica, melissa, euphrasia, veronica, russilaginis, hepatica, agrimonii, scolopendrij, tamarisci, pimpinella, raphani, saxifraga, parietaria, hyssopi, arthamisa, &c.*

C A P. XIV.

De Mineralibus & Metallis in Officina seruandis.

AQUAE errant, qui à medicamento-
rum censu mineralia prorsus ablegant, & qui sola ad morborum omnium expugnationem vsurpant: Morbis enim ut omnibus vix conferre, sic multis aliquando prodesse certum est; Nam ex mineralibus omne medicamentorum genus habemus, alterantium, roborantium, & cathartorum. Alterat calx, *lithargyrus, vitriolum*; roborat *hyacinthus, terra Lemnia, smaragdus*; purgat *lapi cyaneus, Stibium, & Mercurius*. Iphis quoque metallis vim inesse eximiam, praeter virorum probatissimorum testimonia, effectus comprobat. *Aurum* enim in bracteolas redactum, & cum aliis idoneis medicamentis sumptum, praesertim melancholicis, atque his omnibus, in quibus facultates roborandae sunt, ac spiritus exhilarandi, vnde scobilliis ditioribus nonnunquam exhibetur, vel cardiacae confectiones, quae eius bracteolas excipiunt, ut *aurea Alexandrina, Confectio alkermes, & Electuarium de gemmis*.

Primum autem locum inter metalla tenet

Mercurium esse potentia potius, quã actu metal- lum.

tenet aurum, dein argentum, tum *as, stan- num, plumbum & ferrum.* Septimum ad- diderunt nonnulli, nempe, *mercurium,* qui tamen potentia, quam actu potius metallum est. Mineralia vero pene innu- mera sunt, ut terra: multæ species, inter quas *Lemnia* primas tenet, dein *bolus orientalis,* postea terra *Erethria, Selinusia, Samia, Synopica, Ochra,* & quæ ex pluri- bus fodinis ac terræ visceribus eruun- tur, ut *sales fossiles, gypsum, talchum misi, fory, minium, calx, vitriolû, chrysolilla, au- ripigmentum, alumen, sulphur, crystallus, sti- bium,* & quæ vel metallis adnascuntur, vel ex fornacibus, in quibus liquantur, colliguntur, ut *flos aris, cadmia, cerusa, squama aris, plumbago, pompholix, spodium, lithargyrus, diphriges.*

Inter Mineralia quoque plurimum celebrantur lapides multi, tum ob vires eximias, tum ob pulchritudinem, pre- tiosi dicti, ut *Saphyrus, Rubinus, Carbu- culus, Smaragdus, Hyacinthus, Granatus, Topassus, Berillus, Achates, Sarda, Carthe- donius, Hamacites, Laspis, Selenites, Magnes, Pumex, Alumen.* Quibus adduntur ea, quæ ex mari & aquis desumuntur, ut *ambra odorata, sal marinus, alcyonium, bitumen, corallium, succinum, gagate, anta- lium, dentalium, coralina, spongia,* aliaque nonnulla, quæ, quod medicam vim ha- beant imbecilliorum, omittuntur.

C A P. XV.

De Animalibus, aut eorum partibus in Pharmacopoliis seruandis.

ANIMALIA nos vel incolumes alunt, vel morbosos sanant, vel utroq; in statu induunt, aut alio modo seu viuencia, seu interēpta, in nostrum ve- niunt emolumentū, ut cum his integris, vel eorum partibus aut excrementis, ad multorum morborum utimur curatio- nem, aut corporis nutricatum, & virium

instauracionem: *Moschus* enim & *zibe- thum*, licet excrementa sint, cordi tamen & spiritibus roborandis mirum in mo- dum coferunt.

Integra solent vsurpari insecta, ut *can- tharides, aselli, vermes, lacerta, formica, ru- pera, scorpiones, rana, cancri, hirundines,* & quedam *maucula.*

Partes animalium multæ sunt medi- cis viribus insignitæ, ut os *crani humani* insipulsi, & de corde *cerui, cerebella passe- rum,* & *leporum, dentes apri,* & *Elephantis, cor ranarum, pulmo vitulis, iecur hirci, inte- stina, lupi, testiculi castoris,* & *gallorum, ves- fica suis, genitale cerui, cutis seu senecta ser- pentis; Axungia humana, suilla, anseris, ouis, anatis, tauri, cuniculi, capra, anguilla, colu- bri; Medulla ceruina, vitulina, & hircina; Sanguis humanus, columbinus, hircinus; Lac omne, & quæ ex lacte prodeunt, serum, caseus, butyrum; Oua gallinarum perdicum, formicarum; mel, cera, propolis; Cornua cer- uorum, damarum; monocerotis; ungula al- ces, capra, bubali; testæ ostrearum, margarita ex ipsis desumpta, & concha multorum pi- scium.*

Excrementis adhuc sua virtus cum non desit, ea ipsa quoque in Pharmaco- polio haberi non dedecet, ut *stercus ca- prinum, caninum, ciconia, pauonium, colum- barum, asypum, sericum, moschum, zibethi,* & pilos quorundam animalium.

Atque ut omnia in pauca contineam, omnia simplicia medicamenta Pharma- copolæ maxime necessaria sunt, quæ in tribus libris de materia medica a nobis describuntur.

C A P. XVI.

De Medicamentis compositis in Officinis Pharmacopœorum seruandis.

CUM ars Pharmaceutica hucusque in artem minime redacta fuerit, nec medicamenta, nisi paucissima certa

Y y

me-

methodo descripta, nec ordine optimo digesta, vix dum statim paruit, quoniam compositiones in Pharmacopoliis parandæ, retinendæ, & seruandæ.

Nicol. Præpositus medicamenta quidem multa describit, sed eorum partem quandam ipsemet improbat, aliam non fideliter transcripsit, aliam, quidpiam immutando, deprauatam reliquit, adeo, vt ex eius scriptis, quoniam medicamenta recipi, vel reici debeat, non satis facile sit coniectare.

Nicol. Alexandrinus tantam medicaminum farraginem simul congeffit, vt Pharmacopœorum ingenia potius obruerit, quam iuuerit.

Actuarius quoque, Actius, & Oribafius, multa descripserunt, quæ quod simplicibus, vel incognitis, vel nimium raris constent, vel inepte descripta comperiuntur, vel nullis viribus eximiis commendata, negliguntur.

Inter recentiores Fernelius, Syluius, & Rondeletius medicamenta à veteribus inuenta, sedulo examinarunt, eorumque multa vt indebite concinnata despexerunt, alia meliori iudicio inuenta, & viribus insigniora probarunt, com-

mentariis illustrarunt, & commendarunt.

Ex omnibus, quæ præstantiora à doctis viris, & probatiora à senioribus & expertis creduntur, selegi; Ex quibus elegantiori ordine libris sex coactis, Officinam Pharmaceuticam extruxi hoc est, Antidotarium edidi, in quo medicamentorum omne genus optimorum & probatissimorum describitur, alterantium, purgantium, & roborantium. Quæ cum vel intrinsecus assumantur, vel adhibeantur extrinsecus; Illa sub forma syrapi, vel sapæ, vel cõseruæ, vel Eclegmatis, si alteratia sint; vel Electuarii liquidi, vel solidi, vel trochiscorum, vel pilularum, si purgatoria; vel pulueris aut confectiois opiatae, aut pastillorum, si roboratiua sint, exhibentur: hæc vero olei tantum forma, aut vnguenti, aut emplastri imperantur.

Quas omnes medicamentorum formulas distinctis libris, & sectionibus optima methodo descriptas exhibemus, in quibus omnia medicamenta continentur, quibus Pharmacopolia instructa esse debent, ac munita. Pluribus non opus est, nec multo paucioribus rite carebit, qui singulis humani corporis affectibus bene mederi cupit.



OFFICINÆ.

PHARMACOPOEORVM, SEV ANTIDOTARII

LIBER PRIMVS;

De medicamentis alterantibus ac præparantibus, in octo sectiones distinctus & per

PETRVM VFFENBACHIVM

Reip. Mœnofrancofurtenfis Archiatrum multorum & utilissimorum medicamentorum descriptionibus locupletatus, quarum sectio prior selectos tantum syrupos, & vsu longo probatos describit.

PRÆFATIO.



QVAM sit in tradendis disciplinis necessaria methodus, cuique vel mediocriter erudito notum est, Certa namque ratio docendi, discendiq; sine methodo nulla: hac duce quæuis artes firmiter stabiliuntur, optabilius earum theoremata leguntur, facilius discuntur. Ex multis vero, qui Antidotaria scripserunt, vix duos reperies, qui eandem methodum sequantur in disponenda serie medicamentorum compositorum. Nicolaus quidam Præpositus aliis male præponitur, qui ad alius Nicolai Alexandrini, à quo, quæ sua vocat Ioan. Agricola. Ammonius, & M. Tattius Alpin, excerptisse dicitur, imitationem, alphabeticum ordinem secutus est, primumque de medicamentis egit, quæ in principio dictionis habent literam A. Secundo de his, quæ incipiunt à litera B. Et sic de reliquis. Hocque pacto promiscue de Antidotis, aceto scyllitico & Amylo locutus. Inter recentiores Syluius, Fernelius, & Ioubertus, rectum ordinem seruandum, certis legibus firmare, & optima serie disponere

Nic. Præpositus à Nic. Alexand. medicamenta transcripsit.

re tentarunt; In multis tamen multum à se inuicem dissentiunt, nec quem vnus sequitur ordinem, alii probare videntur. Is autem maxime probandus, quem medendi ratio præscribit. Series enim verborum & præceptionum docet, & quasi loquendo demonstrat.

Hanc doctrinæ methodum hac in Officina tradimus, in qua cum ad omnium morborum expugnationem, omnia medicamenta, tanquam in locupletissimo penu contineantur, ea non confuse descriptimus, sed quæ intus sumuntur, Officinæ parte prima, quæ extrinsecus adhibentur, altera congelesimus. Prior autem pars in tres libros distribuitur, quorum primus de medicamentis alterantibus & præparantibus agit: Secundus, de purgantibus: Tertius, de Cardiacis, seu roborantibus. Singuli denuo in multas sectiones distinguuntur; vt & sectiones adhuc in capita plurima. In priore autem agitur de Syrupis, atque primum de his, quæ ex primis & vernis floribus parantur; Cuiusmodi est Syrupus Violatus, Syrupus de Tusilagine, & de floribus Persicorum.

CAP. I.

Syrupus Violatus.

℞. Florum violar. recent. ac mundatorū lb. ij. Macerentur horis octo in lb. v. aqua tepida in vase vitreo stricti oris, & operculato: Postea colentur: Eisdem aqua calfacta tantundem violarum horis adhuc octo maceretur, & percoletur, idque quinquies iteretur. Tum sumantur colatura clarificata, & sacchari partes æquales, & fiat Syrupus perfecte coctus.

COMMENTARIUS.

Syrupum natura sola nullum vnquam confecit, sed ex arte mixtionem, coctionem, & consistentiam suam habet; Qui tamen ex solis violis, aqua, & saccharo conficitur, simplex dicitur, ad discrimen magis compositi, qui præter hæc, semina citoniorum, maluarum, iuiuas, sebesten, & aquam cucurbita recipit, cuius author primus Mesue perhibetur, sed nullibi, quod sciam, hæc confectus reperitur. Simplex vero in omnibus Pharmacopoliis inuenitur, sed non vbique, æque

Compositus.

simplex paratus. Aliquando enim è violarum succo & saccharo tantum, aliquando ex illis bis, ter, vel etiam pluries infusus & expressis conficitur. Multi siquidè nouas violas septies infundunt & macerant alii octies, & nonnulli nouies. Sed Fernelius inutilem putat toties iteratam infusionem. Frustra, inquit, syrupo violaceo conficiendo violarum macerationem nouies renouant, cum tertia aut quarta infusione nihilo inefficaciter sit futurus syrupus. Meliorem tamen existimo, qui ex pluribus infusionibus conficitur.

Nonnulli succum ex violis expressum, alii conseruam syrupo coctione iam in crassato adiciunt, vt magis violaceus reddatur. Alii malunt ex puro violarum succo & saccharo albissimo parare; quidam saccharum coquunt ad electuarii consistentiam, quod postea decoquunt in syrupo crassitudinem supradicto violarum infuso, aut succo expresso.

Discrimen vero constituunt multi inter violarum & violaceum; vt violatus dicatur syrupus ille, qui ex floribus mundatis conficitur; violaceus qui ex integris, & non mundatis, hic; minus quidem violatus

latus

latus est, sed magis solutivus; Pars enim herbacea qualitatem habet emollientem perinde ac folia. Sunt, qui tantum sachari libras quatuor ad infusionis, aut succi libras quinque adijciunt, & coquant in syrupum, sicque Lutetiae parari solet.

Qualitates.

Syrupus violatus bilis acrimoniam frangit, calorem viscerum temperat, ventrem leniendo ac molliendo subducit, & vitii thoracis confert. Præcipuo autem auxilio est pectoris, & lateris inflammationibus, & asperæ arteriæ scabritiei; & in febrium æstu, biliosis & acutis morbis, præcordiorum ardoribus, & siti sedandæ commendatur.

CAP. II.

Syrupus de Tussilagine.

℞. Tussilaginis recentis m. vij.
Capilli veneris veri m. ij.
Hysopi m. j.
Glycyrrhizæ rasæ ℥. ij.
Coquantur in lb. iij. aqua pluvie vel fontis, ad quarta partis consumptionem. Decoctio coletur & clarificetur; Cui adde sachari albi ssimi lb. iij. fiat Syrupus perfecte coctus.

COMMENTARIUS.

Syrupus hic à Tussilagine, tanquam à basi nomen habet, cuius quantitas cæteris maior est. Illius author cum incertus sit, varie præparari solet. Verum optimam nunc descriptionem exhibemus, per quam simplicia quatuor præscripta in aquæ tantum libris quatuor incoquenda statuimus, quia longioris coctionem non sustinent.

Qui primo vere syrupum hunc conficiunt, flores solummodo Tussilaginis assument: qui æstate, partes æquales foliorum viridum & florum siccorum adijciunt. Sunt, qui æstate media ex solo foliorum succo depurato & sacharo parare solent. Optime quoque fit ex solo florum decocto & sacharo, diciturque Syrupus de Tussilagine simplex, & aliquan-

do Syrupus florum Tussilaginis, seu Ungula caballina, ad differentiam superioris magis compositi, qui præter cætera capillum veneris verum admittit, cuius penuria substituendum polyrichum statuo.

Syrupus de Tussilagine russi confert, Faculeatæ, Orthopnoæ, asthmatis, tracheæ arteriæ, aspredini, sputo coquendo, mouendo, & expectorando. Debet vero sensum assumi lambendo instar eclegmatis, ut diutius hæreat œsophago, & aliquid deceret interlingendum, per asperæ arteriæ amplitudinem.

CAP. III.

Syrupus florum Persicorum.

℞. Florum Persicorum recentium lb. j.
Macerentur in lb. iij. aqua tepida horas xij. Deinde bulliant parum, & exprimantur. Tum pars florum quantitas infundatur, & exprimatur; idque quater, aut quinque iteretur, vel etiam sexies, si florum superet ubertas. Postrema colatura ad lb. iij. adde sachari lb. ij. s. fiat Syrupus, ut artis est.

COMMENTARIUS.

Syrupus vel ex fructibus, vel ex floribus Persicorum conficitur. Qui ex fructibus, raro est in usu, etiam teste Christophoro Georgio, commentatore in Mesuem, & primo tantum vere paratur, ut ille incipiente Autumno, antequam scilicet Persica absolute maturuerint. Tria vero syrupum hunc ex paucioribus infusionibus confici, ut quatuor, aut quinque tantum suadent, florum nepe iactura, penuria, & amaritudo iactura quidem, quæ arte quapiam reparari nequit; Evulsis enim floribus, non eodem anno minime renascuntur, & arbor infrugifera manet. Penuria, quia non nisi lata viret, nec in culta dat poma colono, ut violæ & reliquæ plantæ agrestes. Amaritudo, quæ eo molestius toleratur, quo pluribus iteratis infusionibus conficitur.

Cuius hic Syrupus non conficiatur ex pluribus infusionibus.

Facultates.

Syrupus est floribus Persicorum paratus vim habet aquas, & bilem ducendi, vermes enecandi & infarctum mesenterium liberandi. Non solum enim meatus ducit, sed humores incidit, & educit.

CAP. IV.

Syrupus de Lupulo.

℞. Succum depuratum Lupuli lb. iiii.
Succum fumarum depuratum lb. ij.
Sachari albiissimi lb. xvj.
Coquantur simul ex arte, & fiat Syrupus.

COMMENTARIUS.

Non est omnibus una syrapi huius descriptio: alii enim ex solo succo lupuli & sacharo conficiunt, Mesuei consilio fulti, qui capite de volubili, sic prescripserunt, se videtur: Alii fumarum succum adiiciunt, quorum iudicio lubentius assentior. Sic enim vires nanciscitur praestantiores, sed non statim primo Vere aut hyemis fine, cum scilicet lupuli germina erumpere incipiunt, parandus est, sed expectanda paulo calidior caeli constitutio, quae tenellam fumarum exhibeat, cuius succus desideratur, alioquin parandus simplicior ex solo lupuli succo depurato, & sacharo ad legitimam coctis spissitudinem.

Qualitates.

Syrupus de lupulo praecordiorum aestus contemperat, humores frigidos & crassos attenuat, calidos ducit per aluum, & ictero, hydropi atque morbis omnibus ab obstructione natis conducit.

CAP. V.

Syrupus rosarum pallidarum.

℞. Rosarum pallidarum recentium lb. xvj.
Infunde horis octo, in vase vitreo stricti oris, cum aqua tepida lb. xv. Deinde coletur. Tum par quantitas aliarum rosarum recentium in aqua calefacta pari quantitate maceretur,

& rursus coletur: idque iteretur novies. Nonna ac postrema infusioni colata addatur aequum sachari pondus, & fiat Syrupus secundum artem.

COMMENTARIUS.

Nonnulli minorem sachari quantitatem adiiciunt, & diutius coquunt, ut crassescat; tuncque magis purgatorius est, sed minus palato gratus. Multi Mesuei consilium secuti, infusionem primam, vel etiam bis iteratam servant, vase stricti oris, ac rite operculato exceptam, superfuso oleo, & quadraginta dies insolatam. *Mucharum rosarum* vocant, ut *Mucharum charum violarum*, earundem infusarum *rosarum*. nec expressarum macerationem.

Ne quis autem nostri nos immemores putet, qui hoc libro, de medicamentis tantum alterantibus & praeparantibus agere polliciti sumus, nunc vero ipsis adiungimus Syrupum rosarum pallidarum vere purgatorium; Dicimus, nos omnes Syrupos visitatores eadem serie & ordine, quem temporis conditio praebet, describere, non omissis, aut ad alium locum remissis purgantibus, qui re vera pauci sunt; Et qui inter eos purgant, id adeo praestant ignave, ut verius praeparatorii dicantur. Proinde non aequum visum est, eosdem, ut & bechicos, ab alterantibus separare.

Syrupus rosarum pallidarum inter hydragoga medicamenta & alterantia numeratur; Humores enim calidiores contemperat, & serolos educit, non modo a regione prima corporis, sed partibus remotioribus, si maiori quantitate sumatur. Recens paratus vim habet purgandi maiorem, vetus imbecilliolem, daturque tuto pueris & senibus.

Qualitates.

CAP. VI.

Syrupus de Hispidula, seu aluro, vulgo de pede Gati.

℞. Summitatum floridarum & recent. aluro lb. j.

Infunde

Infunde per noctem, aut diem integram in aqua calentis lb. v. aut sufficienti quantitate: deinde bul. lente igne. In colatura ad lb. iij. adde sachari lb. iij. coquantur ex arte in syrupum.

COMMENTARIVS.

A paucis annis syrupum hunc in vsum venisse certum est; Recentiores enim inuenerunt, & experientia multa audaciores facti comprobauerunt, primusque omnium Lutetia parauit Ioannes Gonerius Pharmacopœus insignis, & materia medicamentaria peritissimus, qui, vbi plantam, ex qua conficitur, ex agro Turonensi & Andegauenfi aduectam conspexit, eam in Parisiensi, ac vicino quæritans, inuenit copiosam, qua singulis annis suam conficit syrupum, alia aliunde non mutuata. Varie autem solet appellari, videlicet, *hispidula*, *gnaphaliū*, *pilosella*, *coronaria*, *aluropus* seu *pes casti*, & à quibusdam, sed improprie, *lagopus*, seu *pes leporis*, qui trifolii quædam species perhibetur.

Accidit autem syrupum hunc multifariam præparari, quod nullus adhuc typis excudendum commiserit: Alii enim tantum plantæ summitates, aut solam lanuginem in aqua macerant, alii flosculos & folia, quibus libenter assentior: Sic enim vim magis astringentem possidet, & sistendis fluxionibus conuenientior: Alii decocto parando adiiciunt *glycyrrhizam*, *iuiubas*, *passulas*, *hordeum*, & alia bechica; Sed vsitatior est descriptio, quæ exhibemus, cui si *libra dimidia sachari rosacei* permisceatur, aut eius par & penidiorum pondus, qualitatem assequetur magis bechicam & cardiacam, & saporem gratiorem.

Præparandi modus ita facilis est, vt minime egeat alia dilucidatione, quam quæ ex illius descriptione est conspicua satis. Si planta non nisi sicca habeatur, eius quantitas minor, aquæ maior ponatur.

Vis huius syrupi agnoscitur eximia ad multos pulmonis affectus, nam cum *aluropus*, seu *hispidula* planta sit vulneraria, & astrictoria facultatis, non modo vulnera curat, & vlcera impedit, sed alia multa illorum vitia sanat. Maxime vero his conuenit, quibus à capite, ac aliis partibus fit fluxio in thoracem, & quibus pulmones pituitoso humore multo infarciuntur. Humor enim irruentis impetum cohibet, fluxum coquit, partem affectam roborat, & expectorationem mouet.

CAP. VII.

Syrupus de papauere, simplex. Des. Mes.

℞. Capitum papauer. albi & nigri magnitudine mediocrium, ac recentium an. ʒ. lx. hoc est, ʒ. viij. & ℞. Macerentur per diem naturalem in aqua pluuia lb. iij. donec rabeant. In colatura ad lb. j. ℞. adde sachari & penidiorum an. ʒ. viij. seu lb. ℞. Coquantur in consistentiam syrupi.

COMMENTARIVS.

Syrupus hic à Mesuë dicitur simplex, ad alterius magis compositi discrimen, cuius confectionem ingrediuntur multa lenientia, vt semina *lactuca*, *malus*, *citroniorum*, *iuiuba*, *capillus Veneris* & *glycyrrhiza*, quibus si fuerit opus, in rem præsentem consulit Fernelius, vt syrupo simplici addatur violaceus, aut iuiubinus. Monet etiam, vt minus adiciatur *papaueris nigri*, quod eius non sit turus vsus, albi vero quantitas augeatur: cui assentitur Iouertus contra Rondeletium; vultque vt nigri papaueris quadraginta tantum dragmæ, albi octoginta ponantur, vt amborum requisita quantitas habeatur, sed proportione diuersa.

Vulgus autem Pharmacopœorum hunc syrupum *Diacodium* nuncupat, sed imperite, cum Diacodium inter opiatas reponatur, vt videbimus suo loco: alterius tamē defectum ac vicem alterum facile

cile supplet cum somnus tantum est conciliandus.

Tamdiu autem consilio Galeni *cap. 2. lib. 7. comp. med. sec. loc.* capita papauerum post macerationem coquenda, vt non tertia, aut quarta, aut aliqua talis pars aquæ fiat reliqua, verum vbi primum in totum flaccida facta fuerint & marcida, ait Galenus: Nam cum succum ipsorum exprimere volumus, hoc vix assequimur, nisi ipsis flaccidis ac marcidis factis. Superuacaneum igitur coquere diutius. Aqua vero pluuia seligitur, qua deficiente, fontana quoque optima est, modo limpida, insipida, & omnis qualitatibus expers. Ob eam rem, quæ per tubos plumbeos deriuatur, relinquenda, quod limus in ea contineatur; vnde qui aquæ eiusmodi faciem combibunt, dynterici euadunt, ex Galeno. Lutetia tamen similia aquarum vsus frequens est, nec infalubris.

Diacodium veterum.

Diacodium autem veterum vt Critonis, Hera, Damocratis, Sorani, & Galeni, cum forma opiata paretur, multumque displiceat; sacharum enim non recipit, sed alia multa insuauia, & forsitan inutilia, nunc minime paratur: cuius loco nunc prostat in officinis Syrupus ex decocto capitum papauerum & sacharo confectus, qui improprie à multis practicis *Diacodium* vocitatur.

Diacodium exoleuit. Vires.

Syrupus de papauere laudatur ad conciliandum somnum, biliosi humoris contemperacionem & tussim mitigandam. Penidiorum accessu, vim habet magis bechicam, ac lenientem. Penidia vocant Arabes *Alphenicum* ob albedinem. Est enim confectio albilissima ex sacharo in decoctione hordei tam diu cocto, donec consistentiam ductilem acquirat, vt possit manibus trahi, duci, & varie in pastillos, vel bacillos in tortos more chordarum effingi.

Penidia. Alphenicum.

CAP. VIII.

Syrupus papaueris Erratici.

℞. Infusionis florum papaueris erratici bis aut ter iterata lb. ij. sachari albilissimi lb. j. s. sachari rosati ℥. iiij. fiat Syrupus perfecte coctus, vt artis est.

COMMENTARIYS.

Non desunt, qui pluribus infusionibus Syrupum hunc parari debere contendunt, sed bina aut trina ad summum sufficit: In soporiferis enim medicamentis vixium intensa qualitas non expetitur. Adde, quod pluries iterata infusio Syrupum colore & sapore reddit magis ingratum. Eadem vero proportio florum ad aquam in hoc Syrupo solet asseruari, atque in rosaceo.

Cur in hoc Syrupo non requiratur multiplex infusio.

De Syrupo autem papaueris rhœadis antiquorum nemo locutus est, sed recentiores hunc adinuerunt aduersus pleuritidem, cuius principio valde conuenit. Qualitatem enim habet astringentem, roborantem, bechicam & hypnoticam, impeditque, ne humor è capite ad thoracem defluat. Quod vt facilius præstet, portio sachari rosati communis adiciatur. Tuto datur ab ℥. s. ad ℥. j. s. & validioribus ad ℥. ij. Maxime vero incipienti, aut non multum progressæ pleuritidi, ne noua fluxio suboriat, vel saltem vt prior sistatur.

Qualitates.

CAP. IX.

Syrupus de Nymphaea.

℞. Florum Nymphaeae albiliss. lb. ij. Infunde horis sex aut septem in aqua calida lb. ij. Deinde bulliant parum. Colatura denuo addo partem florum recentium quantitatem, & par fiat maceratio & expressio. Idque ter repetatur. Colatura clarificata addatur æquum sachari pondus, & fiat Syrupus secundum artem.

Com-

COMMENTARIUS.

Multi ex infusione vnica tantum syrupum hunc conficiunt, sed efficacior est, qui ex ea ter repetita paratur. Debet autem florum pars virescens ac herbacea, nec non flana reici, & albilissima tantum retineri. Dicitur hic syrupus *simplex* ad differentiam alterius magis compositi, descriptione Francisci Pedemontani, qui raro habetur in vsu, quoniam simplex paratu facilior sit nec vires habet imbecilliores. Adde, quod compositionis descriptio à multis improbat, à quibusdam immutatur, ab aliis simpliciter, quibus constat, quantitas augetur, ab aliis imminuitur. Parandi ratio ex formula descriptionis satis nota.

Syrupus de Nympha insigniter refrigerat, Veneris insomnia cohibet, semen immodice fluens retinet, somnum conciliat, viscerum ætus mitigat, sitim temperat, & febrium ardores compescit.

CAP. X.

Syrupus capillorum Veneris, communis.

℞. Capilli Veneris veri,
Adianti communis,
polytrichi,
ceterarū,
salvia vita an. m. j.

glycyrrhiza rasa & contusa ℥ ij.

Infunde duodecim horas in aqua calida quantitate sufficienti: dein bulliāt semel atq; iterum. Colatura clarificata ad ℔. v. adde sachari albiss. ℔. iij fiat Syrupus.

COMMENTARIUS.

Huius syrupi tradita descriptio vltimissima est, cui iniubas nonnulli adiiciunt, alii passulā & glycyrrhizam. Sed nihil ex istis aridet Fernelio, existimanti, horum permissione syrupum magis ignauum reddi ac imbecillioem. Vtiliter tamen addi potest glycyrrhiza, quæ præ-

ter dulcedinem qualitates habet capillaribus affines. Nonnulli tamen eam relinquunt, quod syrupum magis flauum reddat, verum plurius æstimanda qualitas ac virtus, quam color. Vnde Parisienses Pharmacopœci syrupum hunc accurate iuxta simplicium definitorem quantitatem & legitimum apparatus conficiunt, viribus medicatis eximium. Qui secus faciunt, paruam capillarum quantitatem permittentes, & leuiter tantum macerantes, syrupum quidem perlucidum, sed vt colore, sic virtute aqueum parant, quem ægrotis exhibentes, & eos suo voto, & Medicos scopo defraudant. Parabitur ergo iuxta formulam descriptam, omnium optimam & apparatus facillimam.

Preparantium syruporum hic omnium maxime est à vario & multiplici vsu commendatus. Ad partium enim quarumcunque, & præcipue thoracis, iecoris, lienis, renum, vteri quosuis affectus oppugnandos, & ad humores tenuandos & præparandos vtilissimus. Bilem namque temperat & concoquit, pituitam incidit, succum melancholicum ad expurgationem faciliorem reddit, & longo vsu sepe ipse eosdem humores per aluum blande subducit, expectorationem quoque mouet, & humores bronchiis pulmonum contentos incidit & coquit, & per anacathasim educit.

CAP. XI.

Syrupus capilli Veneris Monspelienfis.

℞. capilli Veneris veri recent. & parum incisi m. j.

Infunde duodecim horas, vel diem integrum, in aqua calida sufficienti quantitate: deinde bulliant parum. Colatura clarificata ad ℔. v. adde sachari ℔. iij fiat Syrupus, vt decet, coctus.

COMMENTARIUS.

Syrupus hic in ciuitate Monspelienfi, Zz à qua

Quanam
florum partes
ad hunc
syrupum
eligenda.

Facultates.

Qualitates.

à qua cognomen, vltatiffimus est, frequentiffimus, & compositione simpliciffimus, vt qui tantum fiat ex leui decocto solius *adianti veri* clarificato, & *sacharo* in consistentiam fyrupi cocto.

Sic enim & colore, & sapore gratiffimus est. Gratiā vero maiorem adhuc palato conciliat, qui simul *aquam rosaceam* admittit, quā ab aulicis Pharmacopœis interdum adūcitur, vt astutia, quam scientia magis principum & magnatum gratiam aucupentur, & in illorum crumenas digitos subtilius iniiciant.

Vires.

Vires habet ei, qui capillares omnes & glycyrrhizam excipit, affines, sed imbecilliores: Segnius enim humores incidit, attenuat, & meatus aperit. Omnium imbecillime, cui *aqua rosacea* miscetur, cuius scilicet facultas subastricoria incidenti & attenuanti reluctatur.

CAP. XII.

Syrupus de quinque radicibus.

℞ Radicum asparagi,
apii,
feniculi,
petroselini,
rusci, an. ℥. iij.

Coquantur in aqua sufficienti quantitate. In colatura ad ℔. iij. adde sachari tantundem, fiat Syrupus, vt artis est.

COMMENTARIUS.

Radices primum à sordibus mundantur: dein abluuntur, in frusta secantur, à meditullio nerueo purgantur, contunduntur & coquantur. Debet autem multorum iudicio, coctio fieri in libris octo aquæ tamdiu coctæ, vt quinque tantum supersint; quibus colatis & clarificatis, sachari libræ quatuor adiciuntur. Quem parandi modum, & aquæ ad sacharum proportionem magis probo.

Nec desunt, qui acetum addant, vt eius vim incidentem augeant, sed vsus tempore dilui potest in decocto idoneo, vel attenuante, vel magis, aut minus aperiēte pro vario Medicis scopo.

Paratur à quibusdam Syrupus ex duabus tantum radicibus, *petroselini* nempe & *feniculi*: Sed cum inefficacior sit, & reliquæ tres radices facile possint haberi, præstiterit cum quinque radicibus parare, nec opus erit alterum, qui duas tantum radices excipit, habere. Si quis tamen curiositatis, quam necessitatis magis studiosus, hunc quoque habere voluerit, conficiat ex radicibus *petroselini* & *feniculi* an. ℥. iij. coctis in aqua sufficienti quantitate. Et colatura ad ℔. j. addatur sachari par pondus, aut paulo minus, & fiat Syrupus secundum artem.

Syrupus de duabus radicibus.

Syrupus de quinque radicibus humores crassos & glutinosos attenuat, incidit, meatus ducit, obstructions tollit, vrinæ pellit, menses mouet, arenulas eiicit, fœdis virginum coloribus & ictero prodest.

Qualitates.

CAP. XIII.

Syrupus de Althea, Des. Fernelij.

℞ Radicis althea ℥. ij.
radicum rubrorum ℥. j.
radicum graminis,
asparagi,
glycyrrhiza rasa.

passularum mundatar. an. ℥. ℔.

comarum althea,

malua,

helixines,

pimpinella,

plantaginis,

adianti veri usque an. m. j.

Sem. quatuor frigidior. maior. & minor. an. ℥. iij.

Coquantur in ℔. vj. aqua, dum quatuor supersint, & cum ℔. iij. ℔. sachari, fiat Syrupus.

COMMENTARIUS.

Plurimum Lutetiæ fyrupi de althea celebratur vsus, cum propter vires eius eximias, tum authoris dignitatem, cui posterior ætas ideo gratias referre debet, quod medicam artem mirum in modum

dum illustrat. Præter autem medicamenta multa, quibus Pharmacopœorum tabernas locupletavit, syrupum habemus de althea, Therapeuticis omnibus Medicis vltimissimum: Ad cuius præparationem, radices primum purgatae & lotæ diu concoquendæ, præter glycyrrhizam, quæ longiore coctione amarescit: dein herba; postea semina. Coctio vero faciendâ in aqua ad eius partem tantum tertiæ dissipationem; longior enim viscidiorum decoctionem efficit. Simplicia autem, quibus constat, omnia in libro primo materia medica dilucidè explicantur.

Landatur syrupus de althea ad crassam, lentamque pituitam clementer expurgandam, obstructions tollendas, saburram renum impellendam, & ardorem vriæ demulcendam.

CAP. XIV.

Syrupus de cichorio compositus Rheo.

D. Nic. Florent.

℞. Radicum,
asparagorum,
apii,
foeniculi,
bordei integri
cichorii erratici,
entybi lacifolii, seu endivia fatiua,
entybi angustifolii, seu scariola,
saraxaconis
cicerbita,
lactuca utriusque,
hepatica,
fumaria,
lupuli
capilli Veneris veri,
adianti communis,
polytrichi,
ceterachi,
glycyrrhizæ rasæ,
alkekengi,
seminis cuscuta.

an. ʒ. ij.

an. m. ij.

an. m. j.

an. ʒ. vj.

Coquantur in aqua ℔ xij. aut quantitate sufficienti ad tertiam partem consumptionem. In

colatura clarificata dilue sacchari optimi ℔. vj. coquantur in syrupum. Cui perfecte, aut paulo plus cocto, adde ad singulas ℔. Rhabarbari ʒ. ℥. nardi Indica ʒ. iij. fiat Syrupus.

COMMENTARIUS.

Nicolaus Præpositus, quem tanquam ducem Pharmacopœorum turba sequitur, quantitatem rhabarbari præscriptam octuplicat, & pro quaque libra syrupi ponit uncias quatuor Rheo, adeo, ut in quaque uncia syrupi sint dragmæ duæ rhabarbari; hocque modo tenetur paratus. Utetia in omnibus officinis, ut in rem præsentem, absque mora possit exhiberi. Nonnulli solum quadruplicant, alii triplicant. Displicet tamen multis, ut Fernelio & Iouberio tanta Rheo quantitas, ut quæ nullius sit utilitatis, sed dispendii plurimi, putantque vtilius esse rhabarbarum utendi tempore, in decocto conueniente infundere, & syrupo permiscere, quod vis eius purgatoria coctione & asseruatione vanescat, vel plurimum imminuatur. Prudenter tamen faciunt, qui ex octuplicato rheo parant, qui sane vires alias habet, licet imbecilliores, atque simplex, cui exigente, noua adiicitur rheo expressio.

Syrupus è cichorio compositus rhabarbaro allioticus est, roboratiuus & purgatiuus: Præcordiorum namque æritum contemperat, bilis acrimoniam demulcet, venas aperit, obstructions auferit, hepar roborat, stomachum & primam corporis regionem blande purgat, humores calidos educit, nec non pituitosos, si largius sumatur, conuenitque morbis omnibus biliosis, atque omni ætati, sexui & tempori: tutoque dari potest infanti bimo, atque etiam iuniori.

Qui paratur sine rheo, vocatur simplex, licet prædicta simplicia recipiat omnia, præter rhabarbarum & spicam Indicam.

Paratur tamen alius multo simplicior ex solo

Facultates.

Syrupus de cichorio simplex.

Glycyrrhiza cur non diu coquenda.

ex solo cichorii succo depurato, & sacharo, ad legitimam coctis spissitudinem.

Vires.

Vterque valet æstuantibus stomacho & iecore, febricitantibus & viscerum incendio, & obstructione laborantibus.

C A P. XV.

Syrupus de Endiuiâ simplex.

℞. Succo Endiuiâ depurati & clarificati ℔. viij.

Sachari albißimi ℔. v. misce, & ex arte coque in consistentiam Syrupi.

COMMENTARIUS.

Quidam ex syluestris cichorii succo & sacharo syrupum hunc conficiunt, ut supra notatum est: Alii ex intybo, seu ex endiuiâ malunt parare, quod magis refrigeret, & minorem amarorem præ se ferat, alioquin ambo vitibus pares.

Cum autem intybus, seu intybum genus sit ad omnes latius cichorii differentias, endiuiam nempe & scariolam, syrupus ex alterutrius succo paratus, sine discrimine, syrupus de endiuiâ, vel intybo simplex dici potest. Sunt & qui latiore significato syrupum de cichorio simplicem nominant. Tanta siquidem est inter cichoracea & intubacea non solum idea, sed virium affinitas, ut alia pro aliis sæpius usurpentur, manifesto vix errore.

Vires.

Est vero syrupus è succo endiuiæ paratus, ad iecoris æstus mitigandos accommodatissimus, ut etiam ad febrium ardores extinguendos, & bilem obtundendam efficacissimus.

C A P. XVI.

Syrupus de fumaria, simplex.

℞. Succo fumaria depurati & clarificati ℔. ij. ℥.

Sachari tabarzet ℔. ij.

Coquantur simul in Syrupum, ut artus est.

COMMENTARIUS.

Syrupi Capnitidis, seu fumariæ duæ tra-

duntur descriptiones; vna dicitur maior, seu magis composita, quæ ex pluribus componitur; altera minor, quæ succo tantum fumarie constat & sacharo. Illa solet Lutetia dari tyronibus paranda ad ingenii specimen, quod paratu sit difficilis: Paratusque syrupus ex his simplicibus, quæ eius descriptio præferibit, non parum displiceat odore, colore, sapore. Halitum enim & insuauem spirat, & nigricat, & male sapit. Propterea nec tanquam medicamen alteratiuum præparandus est, quia ingratus & ignauus, nec tanquam purgatorium, quia inefficacissimus. Præstat igitur simplicem in Pharmacopœiis habere, qui ut rite pareretur, in sole depurabitur fumarie succus, cui postea, ut decet, clarificato par sachari pondus adiciendum, si syrupi maior suauitas expetitur, aut paulo minus, si minor. Sed eum fumarie amaritudo valde sit ingrata, maiore copia sachari dulcoranda.

Est autem fumarie planta vulgaris ac notissima, cuius duæ varietates agnoscentur; vna hortensis est & bulbosa, quæ vix ad medicos vñs trahitur; altera æque in aruis cultis, & in hortis viret, ex cuius succo syrupus hic parandus.

Qualitates.

Valet plurimum obstructionibus vtriusque hypochondrii, bili mitiganda, sacco melancholico præparando, & febribus, quæ ab hepatis intemperie calida nascuntur curandis.

C A P. XVII.

Syrupus de fumaria maior. D. Mes.

℞. Myrobalan. citreorum & chebulor. an. ʒ. xxx.

florum buglossi,

borraginis,

violarum,

fol. absinthii,

cuscuta, an. ʒ. j.

glycyrrhiza,

rosarum, an. ʒ. ʒ.

epithymi.

poly-

polypodii querni, an. ʒ. vj.
 prunorum, centum,
 uuarum passarum mundat. lb. ʒ. ʒ.
 tamar. Indorum,
 pulpa cassia orientalis, an. ʒ. ij.
 Coquantur primum coquenda in lb.
 x aqua ad septem librarum dissipati-
 onem. Colatura addo succi fumarie
 depurati, sachari albi an. lb. ij. fiat
 syrupus ex arte.

COMMENTARIUS.

Ni paratum vidissem in multis officinis hunc syrupum, libenter omissem, quod sapore, colore, viribus ab aliis multum distinet, & inepte descriptus agnoscatur: In eius enim descriptione nullus ordo componendi seruatur, ut qui incipiat à myrobalanis, dein à floribus, mox à foliis plantarum, postea à radicibus; tum à fructibus.

Preparatio. Ut vero compositio hæc rite peragatur, incipi debet ab elixatione polypodii contusi; cui mediocriter cocto, addenda sunt pruna, passula, ablynthium, epithymum, cuscuta, rosa & glycyrrhiza: deinde bulliant omnia simul ad libram septem aqua deperditionem, additis paulo ante floribus. Colaturæ addatur sacharum, & coquantur omnia ad consistentiam syrupi. Inter tamen coquendum admiscendæ erunt expressiones cassia, tamar. Indorum & myrobalanorum, seorsim factæ, in tribus partibus distinctis succi fumarie, & sic fiet syrupus præter cæteras dotes purgatiuus.

Qualitates. Blande aluum subducit, meatus aperit, obstructions aufert, cutaneis affectibus tollendis confert, atque omnibus vitis, qui ab humore falso vel vito proficiscuntur.

CAP. XVIII.

Syrupus de succo buglossi.

℞. Succo buglossi depurati lb. vj.
 florum eiusdem lb. j.

Bulliant parum: deinde colentur, & clarificentur, & cum sachari lb. iij. coquantur in consistentiam Syrupi.

COMMENTARIUS.

Cum syrupus hic viribus sit eximius, & paratu facilissimus, minime debet omitti. Vtrite paratur, tritum buglossum notem, vel etiam diem integram in vdo ac frigido loco dimittendum, deinde calefaciendum, tum exprimendum. Succus enim ipsius cum viscidus sit, vix nisi hac arte educitur; ductus relinquitur, ut subsideat: nonnulli flores buglossi contusos in eodem succo depurato parum incoquant, alii in aqua, & colaturam affundunt in succum & sacharum, & perfecte coquant ad consistentiam syrupi. Sunt, qui buglossi tantum folia sumunt, alii radices, ego totum buglossum conuenire existimo.

Eodem modo paratur syrupus de succo Syrupus de borraginis, eisdemque effectus pollicetur; succo borraginis. Et qui alterum habebit, altero carere poterit.

Valde conuenit his, qui longo mœrore Vires, confecti marcescunt, melancholia hypochondriaca laborantibus, lienosis, & palmo affectis.

CAP. XIX.

Syrupus de succo acetose. D.M.

℞. Succo acetose in sole depurati lb. ij.
 Sachari albillimi lb. ij.
 Coquantur simul, & fiat syrupus, ut
 artis est.

COMMENTARIUS.

Simplicissimus est hic syrupus, qui eodem modo, quo superior, à multis conficitur: Ab aliis sacharum coquitur ad consistentiam electuarii solidi, cui postea succus depuratus & colatus adiicitur: dein parum feruescit mixtura, ut syrupi consistentiam nanciscatur idoneam. Sæpius tamen sacharo clarificato succus:

℞. ʒ. parum.

parum coctus, & residendo purgatus ac colatus permiscetur, & sine aqua coquantur in syrupum.

Hoc tamen posteriore modo paratus vires habere dicitur imbecilliores.

Vires.

Syrupus ex succo oxalidis, seu acetosa ex Mes. illius auctore, febribus biliosis & pestilentibus saluber est, cordis & ventriculi calorem flammeum extinguit, & æstuantia viscera contemperat.

C A P. XX.

Syrupus acetatus simplex, seu Oxysacharum. D. Mes.

℞. Sachari purissimi lb. v.

aqua fontana lb. iiij.

Coquantur in vase fictili ad aqua dimidia consumptionem: Tunc adde acetum vini albi lb. ij. aut lb. iij. vel iiij. prout magis aut minus acidus desideratur syrupus, & percoque in consistentiam idoneam.

COMMENTARIUS.

Licet quouis tempore syrupus hic parari queat, cum tamen viribus præcedenti sit affinis, hunc illi proxime subiunximus. Ab aceto & sacharo, quibus constat, oxysacharum dicitur. Vt rite paratur, coqui debet in vase figulino, vel stanneo, aut lapideo, vt vult Mesue, non æneo, vel cupreo, vt imperite quidam faciunt. Perperam quoque nonnulli acetum distillatum sumunt, quod qualitatem perquam acerrimam ventriculo & neruis noxiam habet. Vulgare præstantius est, multoque accommodatius, cuius varias proportionem auctor imperavit, vt pro vario Medici seopo syrupus parum acer, aut acrior, aut acerrimus & valentissimus habeatur.

Qualitates.

Conuenit humori feruenti refrigerando, crasso & viscido incidendo, attenuando, & ad expulsionem apparando, putredini arcendæ, sibi sedandæ, & inflammationi viscerum mitigandæ.

Aliud oxysacharum, seu syrupum acetatum simplicem N. Myreplus exhibet, cuius vsum valde probat. Sic vero describitur:

℞. acetum ℥ iiij.

succi granatorum acidorum ℥ viij.

Sachari lb. j. coquantur in consistentiam syrupi.

Syrupus alius acetatus simplex.

Paratur vt superior, & vterque vocatur simplex ad differentiam alterius magis compositi, cuius descriptio datur à Nic. Præposito: Sed cum raro vel potius nullo sit in vsum, eius enarrationem subicimus.

Multos habet vsum; Incidit enim humores crassos, mouet & impellit firmiter in hærentes, calidos temperat, æstum ventriculi & hepatis refrigerat, & humorum corruptelam emendat. His quoque conuenit, vt & alii syrupi acetati, in quibus vermes generantur, seu in intestinis, vt multis accidit, seu in venis, vt in quodam ciue Parisiensis, cuius basilica secta vermibus palmum longus me præsentem & vidente exiliit, vt lib. 3. de mat. med. cap. 33. notauit.

Vires.

C A P. XXI.

Syrupus Dynari, seu de Byzantiis simplex & compositus. D. Mes.

℞. Succorum endiuia,

apii, an lb. ij.

lupuli,

buglossi,

borraginis, an lb. j.

Bulliant parum, despumantur & depurentur. Colatura ad lb. iiij. adde sachari lb. ij. fiat syrupus.

Sin autem compositum magis volueris, sic facito:

℞. Succorum dictorum rite depuratorum lb. iiij.

incoque rosarum ℥ ij.

glycyrrhizæ rasæ ℥ j.

seminum anisi,

fœni-

feniculi,
apii an. ʒ. iij.
Spica nardi ʒ. ij.
Colatura clarificata adde aceti lb. ij.
Sachari albissimi lb. ii. ʒ. aut lb. iij.
Coquantur secundum artem, ut fiat
syrupus.

COMMENTARIUS.

Uterque syrupus parari solet, sed simplicem prætermittere potest, qui compositum habebit, ut etiam syrupum acetatum compositum, cuius vicem facile supplebit. Dicitur autem Dynari ab Arabibus, hoc est, *diureticus*, seu *ureteres purgans*; non autem à denario seu pecunia, ut multi putarunt. Nec fides est adhibenda Bern. Deslennio, qui hoc nomen scripsit, inuentum ab inepto & auaro quodam Italo, qui voce *Dynari* stipem quandam, seu nummum portendit.

Vnde vocatur Dynari.

Cur Byzantinus.

Dicitur & *Byzantinus*, à Byzantio, siue Constantinopoli, ubi valde fuit vsualis, vel ubi primum fuit inuentus, vel forsam quod Meline à Medico quodam Byzantino seu Constantinopolitano illius descriptione habuerit.

Vires.

Syrupus Dynari qualitatem habet aperientem, incidentem, & attenuantem. Confert obstructionibus hepatis, lienis, & mesenterii, vtiliterque datur ictero curando, mensibus ciendis, & febribus sanandis, quæ à viscidorum humorum proventu oriuntur.

C A P. XXII.

Syrupus de moris compositus.

ʒ. *Succi mororum domesticorum non omnino maturorum lb. ʒ.*
Succi mororum rubi sylvestris,
mellis albi, despumati an. lb. j.
Sapa ʒ. iij.
Coquantur, ut artis est, in syrupum.

COMMENTARIUS.

Ut diacodii loco, quod olim opiata forma parabatur, nunc syrupum de pa-

pauere simplicem habemus, sic pro diamoro, syrupum de moris: Ad cuius confectionem multi adiciunt *succum fructus rubi Idæi* & *fragarum*: sicque ex tribus mororum generibus conficiunt. Alii vtrumque relinquunt, atque Sapam. Fit autem succorum simul cum melle coctio ad consistentiam tantum syrupi, qui diluitor est *diamoro*, seu *Rob de moris*; quod nunc vix paratum reperitur, sed eius loco syrupus mororum compositus capite superiore descriptus.

Multum quoque probarem syrupum de moris simplicem, ex eorum nempe succo & *sacharo* paratum; cui si portio *aqua rosacea* adiceretur, & gratiore, & ad multa efficacior, præsertim ad roborandum, & fluxiones sistendas iudicaret.

Syrupus de moris simplex.

Syrupus de moris compositus valet contra depascentia oris vlcera: Ad dentium quoque & gingivarum affectus, ad columellam, seu vuulæ relaxationem, & ad omnia oris vitia, & per se sumptus ex cochleari, & dilutus in decocto conuenienti in formam gargarismatis.

Vires.

C A P. XXIII.

Syrupus Ribes & Berberis.

ʒ. *Succi vel Ribes, vel Berberis lb. iij.*
sachari lb. j. ʒ.
Coquantur, ut artis est, in consistentiam syrupi.

COMMENTARIUS.

Gallorum vulgus hos fructus *Grossula rubra* nominat, quos Mauritani *Riben*, & officina *Ribes* vocitant. Fructus sunt parui, rotundi, rubri, succo multo & acinis quibusdam paruulis prægnantes, & racematim coherentes: Ex quibus tuis, & prælo commissis exprimitur succus, cui optime depurato & colato *saccharum* adicitur. Verum minori quantitate, quam cæteris frigidioribus & humidioribus succis, tum quia *Ribesius* nor adii-

Cur huius syrupo mi-
 nor adii-
 succus.

ciatur sa-
chari quã-
titas.

*succus melius & diutius sine corruptela cõ-
servatur, tum quod maiore copia sachari a-
ciditas illius palato gratissima obtunditur,
& magis hebescit vis syrupi.*

Idem est iudicium de Berberis fructi-
bus, quorum succus similiter extrahitur,
& simili modo cum *sacharo* coquitur in
syrupum. Fructum hunc vulgus *Spini-vi-
neram* nominat, officinæ *Berberis*, no-
mine forsan deducto ab *Amyrberis* Aui-
cennæ, cui *Dodoneus oxyacantha* nomen
dedit.

Vires.

Syrupi *Ribes* & *Berberis* valde pro-
sunt vomitibus biliosis, febribus astuosis,
cardialgiæ, siti urgentiori, & ventris flu-
xionibus immodicis.

C A P. XXIV.

*Syrupus de Agresta, seu de Om-
phacio.*

℞. *Succi vna acerba per residuum de-
purati lb. v.*
Sachari albissimi lb. iij.
*Coquantur simul ex arte in consistẽ-
tiam syrupi.*

COMMENTARIUS.

Parat *Mesue* ut syrupum de *succo citrio-
rum*: Proinde conficit ex *omphacio* & *lu-
lepohoc* est, aqua & *sacharo*: idque in
vase figulino vel stanneo, minime æ-
neo vel cupreo. Ad præparationem co-
quitur primum *omphacium* ad tertias, cui
sacharum postea additur, aqua tripla co-
ctum & clarificatum; dein mixtura ferue-
fit in consistentiam syrupi. Quidam ad-
dunt, inquit *Mesue*, *caryophyllos*, sed
præstat relinquere, & iuxta descriptio-
nem datam parare. Non improbat eor-
um consuetudo, qui prius *sacharum* co-
quunt in electuarii, aut *penidiorum* con-
sistentiam, cui succum postea addunt,
& leuissima coctura efficiunt syru-
pum, qui, ut fiat acidissimus, ex suc-
co vuarum omnino immaturarum pa-
randus.

Vires.

Syrupus de *agresta cordi* benefacit, vo-

mitiones sistit, & ventris fluxiones bilio-
sas, sitim sedat, æstus viscerum temperat,
stomachum calidis humoribus lacescitum
recreat, febribus biliosis conuenit: & valet
contra venena, ait *Mesue*.

C A P. XXV.

Syrupus limonum & granatorum.

℞. *Succi limonum, vel granatorum aci-
dorum sole depurati, & sensim colo-
laneo sine expressione trahenti lb. v.*
Sachari albissimi lb. iij.
*Lente coquantur in vase fictili ad
consistentiam Syrupi.*

COMMENTARIUS.

Hi duo syrupi coniunctim describun-
tur, quod vtriusque sit idem parandi mo-
dus, & par *sachari* ad succum proportio,
atque magna virium affinitas. Nonnulli
sacharum coquunt ad electuarii solidi
crassitiem, cui succum lymphidum affun-
dunt, rudicula agitant, & leui coctura in
syrupum reducunt; hæcque præparandi
ratio, multum probatur, per quam scilicet
succorum vis, igne non hebescit, sed
integra retinetur. Alii succos elixant ad
tertiæ partis consumptionem, deinde in-
lapium simplex affundunt, & denso co-
quant in syrupum.

Sunt & qui succum sumunt, & in du-
plo *sacharo* diluunt, parumque simul
calefaciant, ut aptius vniantur in syru-
pum. Quis sic paratur, consistentiam ha-
bet idoneam, optimeque seruatur, modo
ex acidis succis conficiatur. Potest etiam
sine igne, sed tantum in solatu confici, ad-
dita maiore *sachari* quantitate: Facilis ta-
men, breuis, optimaque est conficiendi
præscripta methodus, quam permulti se-
quuntur.

Eodem modo paratur syrupus *Arantio-
rum*, & aliorum multorum fructuum.

Syrupus *limonum* febribus contumacis, Vires.
& pestilentibus, ac contagiosis conuenit,
ut & morbis omnibus, quos ingens
ardor

ardor comitatur, & humorum corruptela: nec non Cardialgia, & aliis cordis affectibus. Syrupus vero granatorum cor quoque recreat, putredinem arceat, cholera morbo ac vomiturientibus conuenit, & fluoribus ventris.

CAP. XXVI.

Syrupus citoniorum.

℞. Succu citoniorum ℔. x.

Coque ad dimidias, & sine. ut duos dies resideant:

Atque ubi claruerint, colato; Dein misce

Sachari ℔. ij.

Percoque, ut artis est, in consistentiā syrupi.

COMMENTARIUS.

Varius est multum huius syrupi conficiendi modus: Nam alii vinum adiiciunt; alii acetum; alii simul & vinum, & aromata multa, sicque compositissimum efficiunt.

Sunt, qui simpliciore malunt, & sapis ciera cocturam succos residendo & insolando purgant; deinde cum saccharo clarificant, colant, & percoquunt. Quidam in aqua saccharum diluunt, & probe concoquunt. Deinde succos commiscunt, & rursus parum elixant in syrupum. Alii alio modo. Sed qui traditur à nobis, vltimior est, paratu facilior & melior.

Syrupus citoniorum ventriculum roborat, vomitum sedat, alui fluores reprimat, dysentericis & celiacis confert, ut etiam his, qui vel sanguinem spuunt, vel fluorem mensium, aut hæmorrhoidum perpetiuntur immoderatiorem, atque destillationes à capite in thoracem, & partes inferas irruentes compefcit.

CAP. XXVII.

Syrupus de pomis simplex.

℞. Succu pomorum dulcium,

Succu pomorum acidorum an. ℔. v.

Coquantur ad medietatem, & reside-

re permittantur, ut clarescant. Dein percolentur, & cū sachari ℔. ij. fiat syrupus secundum artem.

COMMENTARIUS.

Ad huius syrupi confectiōnem nonnulli seligunt succum pomorū redolentium, alii curtipendulorum, quibus facile assentior, Rondeletio refragante, qui infirmitate ratione improbat succum curtipendulorum, quod videlicet sint carne dura. Laudatur quoque eorum succus, quæ vulgus passipoma, & paradisiāna vocitat, ut etiam Reginetea.

Sunt, qui in succo ante, vel etiam post depurationem, immergunt sericum cocco baphicæ recenti tinctum, donec rubeat, & eius tincturæ vim accipiat, hocque modo fit excellentior. Alii succum citri commiscunt; Verum qui in Pharmacopoliis est asseruandus, modo præscripto parandus, iuxta Mesuei consilium.

Poma autem seliguntur, non modo fragrantia, seu redolentia, quæ propter suauitatem cor recreant, sed etiā subacida, quæ propter acidulum & iucundum saporem, non modo iucunde sumuntur, sed partes ad cordis œconomiam attinentes exhilarant, putredinem arceant, & melancholicos humores contemperant.

Non mirum igitur, si syrupus è pomorum succo paratus, plurimum commendetur ad atterendum, imminuendum ve succi melancholici prouentum, ad sudores mouendos, ad paipitationem cordis, ad illius tremorem & debilitatem, & à Mesueo creditur, ad syncopem, seu potius lipopsychiam. Quam saluber igitur perpetuus pomacii vsus?

CAP. XXVIII.

Syrupus regis Saboris. D. Mes.

℞. Succu pomorum redolentium ℔. ij.

Succorum depuratorum buglossi & borraginis an. ℔. ij.

foliculorum senna mundatorū ℥. iiij.

seminis anisi ℥. s.

Aaa croci

Vires.

Vires.

*croci ʒ.ij.
sachari lb. ij.
Percoque omnia ex arte, ut abeant in
syrupum.*

COMMENTARIUS.

Nullum Pharmacopolium hoc syrupo eximio carere debet, ad cuius confectionem *senna* primum parum trita maceretur per diem naturalem cum *aniso* in succis descriptis: postea semel, aut bis feruefiat, & coletur. Expressio colata & clarificata coquatur in syrupum. *Crocus* autem pannolneo ligatus inter coquendum infricetur. Cognomen autem desumpsit hic syrupus à Sabore rege Medorum, ad cuius sanitatis conseruationem inuentus fuit, & institutus.

Vires.

Vitales spiritus recreat, mentem exhilarat, melancholicum humorem contemperat, & purgat, crassos & lentos humores attenuat, flatus discutit, ventrem blande subducit, & sanguinem puriorem reddit.

CAP. XXIX.

Syrupus Myrtinus compositus.

℞. *Baccarum myrti ʒ.ij. lb.
Santalialbi,
rhois culinaria,
balanstorium,
berberis,
rosarum rubearum an. ʒ. j. lb.
mespilorum lb. lb.
Contusa omnia coquantur in aqua
lb. viij. ad tertias.
Expressioni adde succi cydoniorum &
granatorum an. lb. ij.
Sachari lb. v. Ex arte coquantur in
syrupum.*

COMMENTARIUS.

Syrupus hic veterem retinet compositionem, in qua simul astringentia multa miscentur, ut *baccarum myrti*, quæ admodum raræ sunt, defectum suppleant, quarum si foecundissima daretur vbertas, præ-

staret ex earundem succo & sacharo tantum syrupum conficere. Valerius Cordus succum pomorum agrestium commiscet, Fernelius granatorum acidorum, cui malo assentiri.

Syrupus Myrtinus ventriculum, & viscera roborat, antiquatum alui fluxum compescit, sanguinis eruptionem retinet, & omnem humoris à capite ad partes inferas defluxum cohibet.

CAP. XXX.

Syrupus de Mentha simplex & compositus. Des. Mes.

℞. *Succorum depuratorum mentha,
granatorum dulcium &
granat acidorum an. lb. j.
Sachari, aut mellis tantundem, fiat
Syrupus.*

Compositus sic parabitur.

℞. *Succor. cydoniorum dulcium,
cydonior. muzorum, hoc est, acido-
dulcium,
granatorum dulcium,
granatorum acidorum,
granatorum muzorum an. lb. j. lb.
In his macera horu xxiiij. mentha
secca lb. j. lb.
rosarum rubearum ʒ. ij.
Coquantur ad medias. Colatura ad-
de sachari lb. ij. fiat syrupus, Gallia
moschata ʒ. ij. linteo raro inclusis, a-
romatizatus.*

COMMENTARIUS.

Paratur vterque syrupus cum melle aut sacharo, authoris consensu, sed magis placet & prodest, qui cum sacharo conficitur, cuius duplum Fernelius commiscet. Vfitatior tamen parandi modus in composito sachari tantum libras duas admittit, iuxta Mesuei placitum, qui fructus acido-dulces, & senni maturos suo idiomate, muzos vocat, hoc est, suaues; Tunc enim eorum sapor magis arridet. Qui compositum habebit, simplici carere poterit.

Ad

Ad hoc autem cum mentha sicca accedat, eius quantitas maior videtur. Satis enim est, si libra vna aut vncie decem succis incoquantur, & his colatis tantundem sachari, aut paulo minus adiciatur. Multum namque displicebit, si iuxta formulam à Mesue datam conficiatur.

Vires.

Syrupus de mentha ventriculum roborat, cardialgiam impedit, vomitum, singultum, & alui fluorem compescit, maxime veroid præstat, qui maiori compositione paratur.



SECTIO II. DE SYRVPIS, QUI QVOVIS tempore queunt parari.

Prima sectione syrnpos, qui Vere, Æstate & Autumno parari solent, continua serie descripsimus. Nam cum finis alicuius temporis anni, sit principio sequenti congener, qui Syrupi in sine Veris conficiuntur, iidem & in principio quoque æstatis, ita, vt sectionibus exacte distinctis, triginta priores syrnpos dirimere non libuerit: Eo tamen ordine singulorum descriptionem dedimus, quo simplicia, quibus constant, optima colliguntur, vt priore loco, syrnpos vernaies, qui scilicet ex primis floribus Veris, posteriore Autumnales, qui ex fructibus medio, nempe æstate, qui ex floribus, radicibus, succis decoctis parantur. In hac vero sectione eos, qui non solum hyeme, sed alio tempore confici possunt, & solent, exhibemus.

CAP. I.

Syrupus rosarum siccarum. D. Fernel.

℞. Rosarum siccarum lb. j.
infunde horis xxiiij. in
aqua tepida lb. iiij.
In expresso dilue

sachari albi ssimi lb. ij.

Coquantur ex arte in syrumpis.

COMMENTARIUS.

Quisq; ad libitum hunc syrumpum conficit, nunc rosarum quantitatem augens, nunc minuens, & aliquando rosarum macerationem bis atque iterum renouans. Verum nulla est formula præstantior hac Ferneliana, in qua debita proportio rosarum ad aquam, & veriusque ad sacharum seruatur, atque hac sola maceratione confectus syrumpus nihilo est inefficacior. Rosæ autem seligendæ sunt prærubræ, non albæ; aut pallidæ.

Syrumpus rosarum siccarum ad omnem alui fluorem commendatur: ad roborandasque partes internas, vlcerâ blande detergendâ, & agglutinandâ, vomitum sedandum, & Rheumatismum cohibendû.

CAP. II.

Syrupus Regius siue Alexandrinus, olim Iulepus Rosatus.

℞. Aqua rosarum odoratissima lb. ij.
sachari tabarzet lb. ij.
misco & coque igne lento, vt fiat syrumpus.

COMMENTARIUS.

Qui huius syrumpi perspicuitatem considerant, iulepum cum Mesueo nuncupant; qui consistentiam, syrumpum; qui suauitatem, syrumpum Regium, aut Alexandrinum, quasi Alexandro dignum. Eius enim vsûm & reges, & delicatuli omnes minime respuunt. Paratu facilis est, & quouis tempore parabilis, eoque nullum Pharmacopolium iuste carere potest, etiam si prioris seculi patres illum non nouerint, qui rhodoFlagma, seu aquam rosarum non eliciebant.

Alterius Iulepi rosati descriptionem tradit Mesue, ex infusione rosarum parati: sed hoc modo syrumpi duo parantur, vnus rosa-

rum pallidarum purgatorius dicitur; Alter de rosis siccis: Neuter vero Iulepi nomen sibi vendicat.

Vires.

Syrupus Alexandrinus cardiacus est, bechicus, roboratius, alteratius, & thoraci, ventriculo, hepatis, siti, & omni calori prodest.

C A P. III.

Syrupus de absynthio. D. Mes.

℞. Absynthii Pontici seu Romani sicci ℔. ℞.
rosarum ℥. ij.
nardi Indica ℥. ij.
vini albi & antiqui,
succo citoniorum an. ℔. ij. ℞.
Macerentur simul per diem naturalem super cineres calidos. Deinde coquantur ad dimidias.
Colatura clarificata adde mellis de spumati ℔. ij. fiat Syrupus.

COMMENTARIUS.

Absynthium Ponticum seu Romanum debet assumi siccatum, & cum rosis & nardo minutim incisa infundi in vino generoso, ut moschatelino, in vase terreo, vitrato, super cineres calidos, per horas xxiiij. Tum semel, aut bis tantum feruescent. Postea addetur mel, vel potius, ut multi suadent, *sacharum*. Sunt qui duplicem habent, vnum ex melle & absynthio vulgari Pontico: alterum ex saccharo & absynthio mihiore paratum.

Nonnulli parant syrupum absynthiacum ex absynthii viridis libra dimidia cocta, in aquae libris tribus ad tertias. Colaturae addunt vini albi, clari, antiqui & generosi, mellis albi & optimi an. lib. i. Et coquant in fyrupi consistentiam. Quocumque modo ex praedictis paratur, ingratus est plurimum; Ob id recte multi quantitatem absynthii minuunt, & *sacharum* addunt: nam quae roborando ventriculo dantur, si valde ingrata sint, eum subvertunt, nec iuuant.

Syrupus de absynthio dicitur roborare *Vires.* stomachum, iuuare concoctionem, excitare appetitum, flatum discutere, venas aperire, & vrinam mouere.

C A P. IV.

Syrupus de stoechade. D. Fernel.

℞. Florum stoechados ℥. iiij.

thymi,
calaminthes,
origani an. ℥. j. ℞.
salvia,
betonica,
florum rosi marini an. ℥. ℞.
seminum ruta,
paonia,
foeniculi an. ℥. iiij.

Coquantur in aqua ℔. x. ad dimidias.

In colatura adde sachari & mellis an. ℔. ij. fiat Syrupus aromatizatus cinnamomi, zinziberis, & calami odorati an. ℥. ij. raro linteo illigatis, & in Syrupum appensis.

COMMENTARIUS.

Gemina fyrupi huius descriptio, à Mesue tradita, ponit vtrumque *piper*, & *pyrethrum*: quae quod calidiora sint, Fernelius deleuit: adiecit vero quaedam cephalica, *saluiam* nempe, *betonicam*, *paoniam*, & *rorem marinum*, ut effectus ab authore propositos consequatur. Cognomen vero sumit hic Syrupus à sua basi, videlicet, à *stoechade*, cui caetera adiunguntur, ut vires nascantur magis cephalicas, & insigniores. Permittit Syllius, ut sine melle, & cum *sacharo* tantum delicatioribus conficiatur.

Syrupus de stoechade cerebri multis *Vires.* affectibus confert. Mesuei testimonio; quibus minime conferret, si iuxta ipsius descriptionem conficeretur: nam *stachas*, quae pro basi ponitur, magis hepatica, aut spleni-

Splenica, quam cephalica est: ob id Fernellius multa cephalica adiecit, quorum ratione, Syrupus iuxta illius descriptionem paratus, epilepsia, spasmus, tremori, & omnibus frigidis affectibus cerebri conuenit.

CAP. V.

Syrupus de glycyrrhiza. Des.
Mesf.

℞. Glycyrrhiza rasa, & parum confusa ℥ij. adianti albi, vel eius penuria, polytrichi ℥j.
hyssopi sicca ℥℞.
Macerentur simul per diem integrum in aqua pluuiæ ℔.iiij. Tunc fiat decoctio ad consumptionem medietatis. Colatura expressa & clarificata adde mellis optimi.
penidiorum,
sachari an. ℥ viij.
aqua rosarum ℥ vi.
Sic omnia coquantur, ut abeat in Syrupum.

COMMENTARIUS.

Multi recte glycyrrhizam siccam non diu elixant, quod amarescat, sed tantum in fine decoctionis ponunt. Colaturam cum penidiis, sacharo & melle clarificant, dein coquant in syrupum, addita ante perfectam illius coctionem aqua rosarum; quam ideo nonnulli improbant, quod Syrupus ad anacatharsin instituat, quam rosacea propter astringentem vim impedit. Quorum opinioni subscribens Iouertus, aquam infusionis rosarum substituit, ut minus astringentem. Verum aqua ideo commiscetur, ut Syrupus hinc paratus, qualitatis magis astringentis sit particeps, & morborum principiis sumptus fluentes humores compescat, & fluxus concoquat.

Aquæ defectu infusum sumi potest, non minus astringentium.

Constat autem hic Syrupus non modo Confectura medicamentis simplicibus, sed etiam cō-Penidiorum positis, nempe Penidiis, quæ fiunt ex aqua unde fiat. hordei, & sacharo, ea proportione & arte coctis, ut massa quædam exurgat admodum solida, & ita tractabilis, ut digitis non adhæreat, & in fila ducatur tenuiora, crassiora, breuiora, aut longiora, & sæpius intorta; Semper vero alba, unde Alphenicis Alphenicum nomine designata.

Syrupus de glycyrrhiza humores è cerebro fluentes sistit, fluxos coquit, tussi conuenit, & coctos humores ad expectorationem perducit.

CAP. VI.

Syrupus Iuiubarum. D.M.

℞. Iuiuba n. lx.
violarum,
seminis malua an. ℥.v.
glycyrrhiza rasa & tusa,
capilli veneris,
hordei mundati an. ℥j.
sem. citoniorum,
papaueris albi,
melonum,
lactuca,
gummi tragacanthi an. ℥.ij.
Coquantur in aqua fontana ℔.iiij.
Colatura adde sachari ℔.ij.
fiat Syrupus.

COMMENTARIUS.

In hoc parando Syrupo, primum coquitur hordeum mundatum: cocto adduntur iuiuba, dein glycyrrhiza; Postea capillus veneris, & semina melonis, lactuca, & papaueris. Tandem flores violarum, Tragacanthum quoque in fine ponitur, ne longiore coctura totum abeat in mucaginem.

Solet vero recte cum seminib. malua, &

citoniorum linteo includi, & cum cæteris demum coqui in aquæ libr. iij. aut v. vt volunt multi, ad tertiæ tantum partis assumptionem, & cum *sachari* dicta quantitate, secundum artem elixarii legitimæ syrupi consistentiam. Male fit coctio ad medias, nisi *sachari* minuatur pondus.

Facultates.

Syrupus iuiubinus confert ad vocis raucedinem, tussim, pleuritidem, sputum coquendum, mouendum, & educendum, estq; medius inter violaceum & paupærinum & fluxiones omnes cohibet, & fluxos humores lenit & coquit.

C A P. VII.

Syrupus de Hyssopo. D. M.

℞. Hyssopi sicci,
radicum apii,
fœniculi,
glycyrrhiza an. ʒ x.
hordei mundati ʒ ʒ.
seminum citoniorum,
malua.
tragacanthi an. ʒ iij.
capilli veneris ʒ vj.
iuiubas,
sebesten an. n. xxx.
passularum mundatarum ʒ j. ʒ.
ficuum siccarum,
daetylorum pinguium an. n. x.
Coquantur in aqua sufficienti. In colatura clarificata adde penidiorum lb. ij. fiat syrupus.

COMMENTARIUS.

Syrupus hic ab *hyssopo* basim & cognomen habet, in quo conficiendo *Melue* illius author, non modo aquæ quantitatem non definit, sed nec quidem æque meminit. Debent vero eius assumi lib. viij. in quibus primum horam circiter dimidiam hordeum coquetur: dein radices iniiciuntur incisæ, per quartam horæ partem elixandæ: postea fructus omnes: mox semina & *tragacanthum* linteo raro inclusa. Po-

strems *hyssopus* mediocriter siccus, & *capillus veneris verus*. vel eius loco *adiantiæ* commune. Colaturæ coquendo ad libras tres redactæ, & clarificatæ addantur *penidia* sine amylo parata. Sunt, qui malunt *sacharum* sincerum permiscere: nonnulli æquam *sapæ* & *sachari* portionem. Præstat tamen iuxta *Meluei* descriptionem, & voluntatem conficere.

Sunt adhuc alia syrupi huius vel parum dissimilis descriptiones, ab eodem autore exhibitæ, verum hæc sola, quam transcripsimus, retinetur vt optima, & vtilissima.

Syrupus de *hyssopo* confert plurimum *Facultates.* asthmatis, tussis, pectoris doloribus à causa frigida natis; valet quoque ad obstructiones tollendas, mentes cicendos, & saburram à renibus & vesica detergendam.

C A P. VIII.

Syrupus de Artemisia. D. Fernel.

℞. fol. Artemisia m ij. sabina,
rad. iridis, sampsuchi,
helenii, hyssopi,
rubia, prassij,
pæonia, chamadryos,
libistici, chamapithyos,
fœniculi an. ʒ ʒ.
Fol. pulegii, hyperici,
origani, parthenii,
calaminthes, betonica an. m. j.
nepeta, sem. nigel. anisi,
melissophyli, petroselini,
ozymi, fœniculi,
dauci, ruta.
an ʒ iij.
Contusa macerentur horis xxiiij. in hydromelitis lb. viij. Coquantur ad lb. v. Et cum *sachari* lb. v. percoquantur in syrupum, conditum cinamomi ʒ j. & spica ʒ iij.

COMMENTARIUS.

Syrupus de *Artemisia* à *Matthæo de Gradib.* primum descriptus, quod simplicium farraginem perperam congestorum cõtineret, recte fuit à *Fernelio* castigatus, qui superuacanea, & male conuenientia, aut parum

parum cognita subtrahens, vtilia tantum reliquit, vt recte notauit Plantius. Nam cū frustra fiat per plura, quod bene fieri potest per pauciora; quid opus est, simul tot simplicia congerere, in quibus perquirendis & habendis, multum temporis & nummorum abit? Nulli tamen pecunię, aut diuitiis parcendum, cum de hominum sanitate res est, sed ita, vt labor non sit in damno, ne crescat mortalis egestas. Magna sane ac solennis quadam compositio, multis seculis recepta, longo vsu & ratione comprobata. nec mutanda, nec mutilanda; Sed que vix ratione probabili describitur, vel negligenda, vel castiganda. Sumitur autem huius syrui denominatio ab *Artemisia*, quę ipsius basis est. Parandi modus ex formula descripta satis patet.

Simplior, & paratu facilior, nec ineflicacior sic parari potest.

Syrupus de
artemisia
simplicior.

℞. radicum anones, rubia tinctorum, graminis, rusci, an. ʒ. vi. seminum dauici & nigella Romana an. ʒ. j. artemisia m. ij. Sabina, maiorana, nepeta, hyssopi an. m. ʒ. Coquantur in lb. v. aqua ad medias. In colatura clarificata adde sachari lb. j. ʒ. mellis Narbonensis optime despumati. lb. ʒ. coquantur in syrupum.

Vires.

Syrupus de *Artemisia* suppressos, aut parcius fluentes menses potenter mouet, vteri strangulatus & subuersiones sedat.

CAP. IX.

Syrupus resumptiuus.

℞. Carnis testudinum ʒ. iiii.
hordei mundati ʒ. ij.
Carnis dactylorum ʒ. j.
passul damascenar.
glycyrrhiz. rasa an. ʒ. vi.
sebesten,
iuiubas an. n. xij.
seminum bombacis,
melonum,
cucumeris,
citruli an. ʒ. ʒ.
femin lactuce,
papaueris albi an. ʒ. ij.
ungula cabalina,

pulmonaria an. m. j.

florum violarum,

nenupharis an. ʒ. ʒ.

Fiat decoctio, vt decet. In colatura clarificata ad lb. iiii. adde sachari albissimi lb. ij. sachari rosar. & diatragacanthi frigidis an. lb. ʒ. fiat syrupus perfecte coctus.

COMMENTARIVS.

Syrupi resumptiu generalis acceptio ad syrupos omnes analepticos, seu restauratiuos extenditur, quibus solent Medici practici carnem testudinum adhibere, ad illius, vt opinor, exemplum, cuius Ioannes Tornamira perhibetur author; apud quę tamen, vt nec alium antidotariographū, mihi nondum videre contigit; Et, qui nūc à Medicis imperatur, modis tot diuersis paratur, quot officinę sunt, in quibus habetur. Omnes siquidem eius, quotquot vidi descriptiones, (vidi autem multas) inter se discrepant, quarum nonnullę nimis attenuantia, alię nimis viscida, alię inutilia admittunt; Alię iuxta formulam indelitate prescriptam vix parari queunt.

Omnes vero testudines nemorales expetunt; quę si dentur, deteriores sunt iudicandę, vt inter ranas rubetę, quod succū habeant acriorem, feruidiorem, minus a libilem, & habitui resarciendo ineptiorę. Proinde vulgares salubriores credo, vt quę partim in terra, partim in aqua viciuent, amphibiorum more.

Testudines
nemorales ad
hunc syrupū,
vt & alias
necessitates
minus esse cō
uenientes.

Et si vera scripsit Rondeletius cap. 2. lib. de amphib. non possunt testudines perpetuo aqua carere. Vnde per nemorales, terrestres, hoc est, quę in loco minime cœnoso, & omnino palustri degunt, sed quę partim in aqua limpida, partim in terra sicca viciuant, intelligendę sunt.

Debent vero rite preparari, antequam accedant ad confectionem syrui. Ac primum quidem abscissis collo cauda & artibus, ferro idoneo testa diuidenda, aut separanda, vt caro tota habeatur, quę ab omni forde repurgata, & frustratim incisa, in aqua coquenda simul cū simplicib. enumeratis:

tis:

tis: idque eo ordine, ut citius, quæ cocturam longiorem postulant, serius quæ leuiorem admisceantur.

Sicque melius est omnia simul concoquere, quam seorsim simplicia, dein carnē testudinum, vel hanc primum, dein illa, ut quibusdam placere video. Colaturæ addatur *sacharum utramque cum Penidia.*

Facultates.

Syrupus resumptiuus his confert, qui à morbo chronico resurgunt, macie confectis, tabidis, phthificis, & his, qui prava quadam pulmonum diathesi laborant.

C A P. X.

Syrupus exhilarans D. Dom.

Laurent.

℞. *Succorum bugloss. & borrag. lb. j. ℞.*
succi pomorum reodolentium lb. j.
succi melissa ℥ ℞.
granorum kermes. ℥ iij.
crocii ℥ ℞.
pulueris diambre ℥ iij.
diamargariti frigid. ℥ ℞.
sachari tabarzet lb. ij. fiat ex arte syrupus.

COMMENTARIUS.

Huius syrupi descriptionem dat clarissimus vir Dn. Doct. Laurentius, Gallorum & Navarrorum Regis Medicus primarius, in quodam opere doctissimo, quod de visu conseruando, de morbis melancholicis, catharrho, & senio in lucem edidit. Illius autem authorem agnoscit affinem suum Dom. Castellatum, Galliarum quoque Regis Archiatrum, à quo se habuisse confitetur. Sic vero debet confici.

In succis depuratis grana kermes noctem integram, super cineres calidos infundentur: in forti expressione saccharum diluetur: deinde coquentur omnia in syrupum: in cuius medio suspendetur nodulus, qui suo sinu pulueres, & crocum continebit. Dosis erit ab ℥ j.

ad ℥ ij. idque mane ieiuno stomacho, & vespere hora somni.

Cognominatur exhilarans, quia vim *Ratio cognominis.* habet eximiam ad cor, & spiritus vitales exhilarandos, facultates erigendas, mororem abigendum, & qualitatem humoris melancholici malignam contemperandam. *Facultates.*

Syrupus hic substitui poterit eius penuria, qui ex *Syrupus kermes.* succo granorum kermes parari solet his in terris, in quibus illex coccigera viret: cuius quidem non sumus oblitus, sed tantum parandi modum; quod perfacilis sit, subtriuimus, hisque reliquimus, quos eius percelebris succi fecunditate natura donauit.

Extant pene dixerim innumera aliorum syruporum apud auctores varios descriptiones, sed cum eorum vsus vel improbetur, vel non satis probetur, antidotarium hoc nostrum his onerari, & velut inquinari nolimus. Syrupus enim *manna acidula, granatorum dulcium, pomorum persicorum, prunorum acidorum, cucurbitæ, pyrorum, vuarum purgatarum, de thymo,* & alii adhuc multi à Mesue descripti profuse exoleuerunt.

Audio quosdam syrupos de *centaurio minore, de hyperico, de hedera, de peto, de senellis,* & alios quosdam nondum vsu receptos edidisse, quos si probarit incluta schola Parisiensis, & ego probabo. Negligitur *syrupus poricatus.* Myrepsi, syrupus *Dioscoreos Andernaci, syrupus de lilio, de acoro, de rubea, de pulegio, de turbitis, de vua, Columbinus, Macedonicus, de myrobalanis,* atque plures alii, quos Iacobus de Manlius, Andernacus, VVeckerus, & quidam ex recentioribus describunt.

A D D I T I O.

Syrupus caryophyllorum D. Eyveri.

℞. *in lepiros ℥ iij.*
quinta Essentia caryoph. id est, aqua quinquies destillat. ℥ j.

tincliu-

zinzura auri ℥vj.
ambr. gran. iij.
sacchar. canariis. lb. ℞. m. f. Syrupus.

Syrupus de cinnamomo.

℥. cinnam. ℥ij. contunde crassiuscule, infunde in aqua borraginis,

Endiv.

rosae. lb. iij. ℞.

in cucubita bene cooperta horis 24. in loco calido vel in sole: deinde recipe rursus tantundem cinnamomi & infunde ut supra quinquies vel quater: tum recipe omnes faeces, fundeque super eas vini cretici lb. iij. stent in infusione per noctem, deinde exprimantur fortiter; postea recipe omnes infusiones, adde sacchari lb. ij. aq. cinnam. quantum vis & f. Syrupus.

Alius syrupus cinnamomi.

℥. cinnam. optimi crassiusculo pulverisati ℥ij. ℞.

ponantur in cucubitam viteram, adde aqua cinnamomi opt. lb. ij. stent in loco calido optime obturata, ne quid evaporet, horis 24. Deinde colatur cum expressione valida sub pralo, & colatura rursus imponatur tantundem cinnamomi, eodemque modo agatur, ut prius, idq. repetatur quatuor vicibus: tum cinnamomo omni collecto sic infuso & post quatuor expressiones relicto affundatur lb. j. vini maluatici optimi, stent pariter in infusione, tandem valide exprimantur & addatur sacchar. albiss. lb. j.

aq. ros fragr. ℥ij.

decoquantur in vase fictili probe recto ad consistentiam syrupi. Reficit hic syrupus spiritus vitales, & cor ac ventriculum roborat.

Alius de cinnamomo.

℥. aq. rosar. lb. ij.

ponor. citri lb. j.

cinnam. opt. ℥ij. ℞. infundantur in

vitro per triduum exprimantur torculari, hoc quater iteretur, tum adde sacch. lb. j. coquantur in syrupum.

Syrupus de nuce moschata.

℥. nucis t. ℥ij.

stic. roman. ℥ij. conquassentur & infundantur in vin. maluatici.

alb. generos. an. lb. j.

in vase vitriato bene obturato, deinde bulliant parum; colatura adde sacchar. albiss. lb. j. ℞. M. f. sec. art. Syrupus.

Syrupus de piperibus.

℥. trium piper.

cardamom.

pyrethr.

sumach,

anis.

galang.

mastic.

rosar.

mac.

menth.

acori an. ℥ij.

zinzib. ℥. ℞.

caryophyllor. ℥ij.

sampsuch.

balsamit. an. ℞. ℞.

acer ℥vj.

coriandr. ℥ij.

mell. q. suffic. M. f. Syrupus.

Syrupus cardiacus ad leipothimias.

℥. vini rhenan. generos. lb. ij.

aq. rosar. ℥ij. ℞.

cinnamomi ℥℞.

zinziber.

caryophyllor. an. ℥. ij. ligentur omnia

in linteolo,

sacchar opt. ℥iij. ℞.

coq. ad consistentiam iulepi,

postea adde ambr. gris. gr. iij.

mosch. gr. j. in lyndone

infusi m. f. Syrupus. |

Bbb

Syrupus

*Syrupus de pœonia contra Epilepsiam
in multis probatus.*

℞. rad pœon. bene maceratar. Et in rotu-
las incisar. ℥ij. ℞.
visci quercin. ℥. j. ℞.
fol. hyssop. p. ij.
lauri nr. xvij.
puleg.
fl. thymi.
Epithymi.
salvia an. p. ij.
baccar. lauri ℥i.
Sem. anis.
foenic. an. ℥ij.
fl. pœon. per tres dies in sole inter duas
chartas macerator. p. vj.
infunde omnia in aqua beion. calida
& ter renouentur, tertioque vice f.
Ebullitio, Coletur. Adde colatura
sacch.
mell an. quant. suffic
ad faciendum syrupum mediocriter
coctum.

*Syrupus magistralis laxativus D. Hau-
stain, pro iis qui vsum pur-
gantium ferre ne-
queant.*

℞. sem. cnici
anis an. ℥ij.
fol. sen. ℥. ij. ℞.
folliculor. sena ℥j. ℞.
agaris. albiss. Et leuiss. ℥. ij. ℞.
thymi.
Epithymi an. ℥. j. ℞.
caryoph.
zinzib. an. ℥. ℞.
prun. Damascen.
iuiubar.
sebest. an. nr. Lx. decoquantur sec. art.
in decocto polypod.
in sine addantur syr. ros. fol. ℞. ij.
oxymel. simplic. ℥. vj.
sacchar. ℞. ij. Mi.
f. Syrupus secundum artem.

Syrupus è polypodio.

℞. rad. polypod. querc. ℞. iij. terantur
grosso modo, bulliant in aqua comm.
℞. xx. vsque ad consumptionem me-
dieratis, & in sine adde calam. arom.
℥. iij.
Sem. foenic. contriti ℥. j. ℞. parum bul-
liant & maneant in infusione per 24.
horas, postea calefiat & fiat fortis ex-
pressio, deinde
℞. myrobalanor. chebulor.
indor.
cürinor. m. ℥. x.
succor. rosar.
borrag. an. ℞. v.
passular. ℥. ij. Contundantur myrobala-
lani grosso modo & cum passulis in-
fundantur in supradictis succo per
24. horas: in sine addi fol. sem. orien-
tal. ℞. j. maneant per horas duas in
vase bene obturato, deinde expri-
mantur. Et expressis adde sacch. opt.
℞. xij. Mi. f. Syrupus pro vsu.

*Syrupus holoagogus Domini D. Io. Hart-
manni Beyeri.*

℞. rad. polyp. querc. rec.
cappar. an. ℥. j.
fol. scolopendr. vulgar.
ceterach,
meliss.
beton.
ruta murar. an. Mj.
fl. trium cordial.
cuscut. an. M℞.
sem. limon.
foenic.
anis. an. ℥. ij.
carthamiconfus. ℥. j. Mi.
f. decoct. in suffic. quant. aqua ad reman-
entiam tanta quantitas, ut spe-
cies infra scripta infundi queant.
Decoctio hac ita stet per horas 12. va-
se clauso, tum fiat colatura, & in hac
infusa

infundantur folior. sem. mundat.

℥iij.

agar. albiss. ℥ij.

hermodact. albor. veror. ℥vj.

helleb. nigri veri Styriaci in acet.

prap ℥i.

Epithymi,

zinzib. alb. an. ℥ij.

caryophyllor. ℥ij.

macis ℥i.

bulliant parum & stent in infusione per horas 24. tumque exprimantur.

℥ expressionem integram (cuius pondus notetur; verbi gratia lb. ij. ℥. iij.)

fucci rosar. inc. arnatar. tertiam expressionis partem, videlicet ℥viii. adde sacchari albiss. par pondus expressioni simul è succo, nimirum lb. ij. & coquo ad syrupi perfecti consistentiam, nimirum lb. iij. ℥. ij.

Syrupus Alarbari, id est, de Stibio.

D. Palmarii.

Iulianus Palmarius cruciatus colicos ad ^{apertis} tendentes sustulit hoc syrupo.

℥ vini alb. ℥. vij.

aq. rosar. ℥. ij.

pulv. alarbari ℥j.

cinnam. El. ℥j. ℥. infunde per noctem, colentur per inclinationem,

addi sacchar. albiss. ℥viij. Mi.

f. syrupus mediocriter coctus.

Dosis est ab ℥ss. ad ℥j. post haustum iuris pulli vel carnis vitulina.

Syrupus diareos D. Bechtoldi Rivii.

℥ rad. ireos nostr. virid. lb. ss.

ebul virid.

cortic. medianor. sambuc. an. ℥iij.

rad. valerian. ℥ij.

peon. ℥j.

mechoac.

hermodactyl. veror.

surbach an. ℥vij.

fol. card. ben.

prassij sicc.

chamadr.

absynth. pontic.

rorismar. an. M. j.

brassic. marin. M. ij.

fl. sambuc.

tilia an. M. h.

Sem Ebuli ℥ij.

cartham. decortic. ℥j.

fœnic.

anis. an. ℥. h.

zinzib. ℥ij. fiat decoctio in suff. quant.

agua ad lb. iij.

in colatura infunde per horas 24.

fol. sen. ℥iij.

agar. troc. ℥ij.

rhab. sel.

schoenanth.

cinnam. an. ℥ij. fiat colatura accurata cū levi expressione, in qua dissolue

succ. rad. ireos nostr. lb. ij.

rosar. pallidar. lb. j.

sacchar. quant. suffic.

Coq. denuo sec. arti. in syrupi formam.

Syrupus capillorum veneris D.

Flock.

℥ fol. hyssop.

capillor. ven.

rad. ireos,

aristol. rotund.

sem. urtic.

sangu. dracon.

myrrh.

thuris an. ℥. h.

macer.

croci,

opian. ℥. h.

sacchar. ros. ver. lb. j.

bulliant in lb. ij. aqua ad medietatem

colatur & fiat syrupus.

Syrupus de valeriana.

℥ rad. brusco.

asparagi,

Bbb 2

cyperi,

cyperi,
 asari.
 liquoritia rase,
 valerian. an. ʒ. ij.
 aristol. rotund.
 longa,
 filicis. an. ʒ. ʒ.
 fol. dentis leonis,
 bugloss.
 capillor. vener.
 calamenth.
 pulg.
 meliss.
 sabin.
 cicchor.
 absynth. an. Mj.
 fen. alex. ʒ. ij. ʒ.
 ruar. passar. ʒ. vj.
 fol.
 zinzib. alb. ʒ. ij.
 antihophyllor. ʒ. ij. Coq. in aq. suffic.
 ad cōsumpt. medietatis. Colatura ad-
 de sacchar. albiss. lb. ij. f. sec. art. sy-
 rrupus.

Syrupus de granis iuniperi Parisi-
sienisum.

ʒ. granor. iuniper. lb. i.
 bulliant in aqua pintis iij. per duas
 horas. seu ad cōsumpt. medietat. Co-
 latura adde sacchar. lb. i.
 zinzib. ʒ. i.
 calam. arom. ʒ. ʒ.
 mac. ʒ. ij.
 cubebat. ʒ. i. Exponantur
 Soli per mensem integrum, vel alio
 loco calido reponantur & foueantur,
 donec spissescat materia in formam
 vappa. Dosis dimidium cochleare,
 vel de spissa materia dimidiæ nucis
 quantitas.

Syrupus diachamadryos. D. Io.
Stockii.

ʒ. fol. chamadr.

chamepyth. vera,
 ceterach,
 zamarijc.
 cappar.
 lingv. ceruin.
 pentaphyll.
 fl. genist. an. m. ij. coq. in suff. quant. aq.
 fontan. Et cum saccharo sufficienti
 f. syrupus.

Syrupus de sceno graco.

ʒ. fœnumgr. integri. ʒ. j.
 bulliant in aq. lb. j. ʒ. ad consumptio-
 nem tertia partis, tum effunde aquã
 illam, & decoque iterum in aqua no-
 va, qua rursus effusa, affundatur a-
 lia & coquatur ad consumptionem
 medietatis, quo facto colato adde sac-
 chari clarificati lb. j. fiat debito modo
 syrupus.

Syrupus ex iua arthetica.

ʒ. fol. iua arthet.
 salvia,
 calaminth.
 polij,
 origani,
 centauri.
 beton. an. m. j.
 rad. aristol. long. ʒ. ij.
 genian.
 bryon. an. ʒ. ʒ.
 sem. leuistic.
 anis.
 ameos,
 carui an. ʒ. ij. ʒ.
 pyrethr. ʒ. ʒ.
 passular. ʒ. ij. cum melle quant. suffic.
 fiat syrupus, qui aromatizetur cum
 cinnam. opt.
 nuc. muscati
 cubebat. an. ʒ. ij.
 succi iua arthet. ʒ. ix. Mj.
 f. syrupus.

Syrupus pectoralis.

ʒ. rad. Glycyrrh.

ameos,
 pyrethr.
 puceolan. an. ʒ ʒ;
 Enula,
 serpentaria an. ʒ viij;
 aristol. longa ʒ iij;
 fol. hyssop.
 marrub.
 adiantib.
 scabios.
 agrimon.
 beton.
 urtic.
 fl. melilor.
 meliss. an. M. iij;
 sem foenic.
 anis.
 papauer. alb.
 foenugr.
 lini,
 ameos,
 urtica an. ʒ ij;
 a. frigid. maior.
 hor. ex cortic.
 passular.
 penid. an. ʒ ij.
 tragagantib ʒ ij.
 mellis despumati lib. viij. Mi. f. Syru-
 pus.

Syrupus de pede Cati Parisiensi Phar-
 macopœa secretus.

ʒ dactylor. mundat.
 iuinbar.
 Sebest.
 ficuum recens.
 passular. enuel. an. ʒ iiij;
 ungu. cabal. cum toto
 fol. Et fl. pulmonaria an. M. ij.
 pedis cati,
 ceterach an. M. ij;
 rad. glycyrrh. ras. ʒ ij. fiat decoctio in
 suffic. quant. aqua veronica, Et
 cum sacchari lb. ij. f. Syrupus per-
 fectè coctus.

Syrupus de xylocaracta D. Io. Baptista
 Montani.

ʒ. capit. papau. alb. nr. xx;
 siliquar. dulc. ʒ iiij;
 rad. Glycyrrh. ras. ʒ ij. Coquantur
 in aq. fontana lb. xij, Donec rema-
 neant lb. iij. Colentur & fortiter ex-
 primantur:
 adde penidior. ʒ
 sacch. cand.
 rosar. an. lb. ʒ. Coquantur ad mellis
 consistentiam
 f. Syrupus.

Syrupus de Mastiche Lubecen-
 sum.

ʒ. sachar. albi clari lb. iij.
 aq. rosar. lb. iij.
 mastic. Elect. Et in pecia ligata ʒ iiij.
 Mi. Coq. in Syrupum.

Syrupus ex hellenio Expectorans. D. Hora-
 tii Augeni.

ʒ. rad. helleni,
 polyod. querc. in unio albo dulci
 24. horis maceratae. ʒ iiij.
 passul. corynthiac. ʒ ʒ.
 sebest. nr. xij.
 fol. farfar.
 pulmonar.
 satureia,
 calamentib. an. m. j.
 folium unum magnum tabaci,
 rad. liquirit. ras. ʒ ij.
 sem. bombac.
 urtica an. ʒ ij. ʒ. Coquantur in mul-
 sa dilutissima ad ʒ ij. ʒ. Et cum toti-
 dem sacchari fini necies. Syrupus per-
 fectè coctus. vsurpatur ex cochleari
 in modum Ecclegmatis cum ol. De
 sulphure hac potissimum propor-
 tione.

ʒ. Syr. de Elleni. ʒ iiij;

Bbb 3

al. de

al. de sulphur. arte chymica extracti
3 j. Mi. pro Eccelegm.
valet plurimum in asthma.

Syrupus digerens Melancholiam D. Caspary Hoffmanni.

℞. fol. sen. 3 j,
calamentib.
origan.
sicchad.
scelopendr.
eupator. an. M. B;
fl. borrag.
bugloss.
violar.
capill. ven.
chamadr. an. p. j;
rad. spii,
asparag.
foenic.
cortic. rad. capper. an. 3 ij;
glycyrr. ras.
passular. an. 3 B.
rhab. El.
agar. albiss. an. 3 j. Mi.
Cum aqua fontana decoque ad medietatem.
Colatura adde sacch. alb. quant. suffic. aromatizetur cum 3 j. cinnamomi.
Ex hoc bibendum ad sufficientiam.

Syrupus è Senna Rulandi.

℞. fol. sen. alex. mundat. à stipitib. Et for-
dib. 3 j.
aq. fontan. 3 viij. facta ebullitione
unica infundantur per noctem in lo-
co calido, mane percolentur sine ex-
pressionem, postea affunde iterum iisdem
foliis senna aq. 3 xvij. bulliant simul ad
lentum ignem ad tertias; deinde co-
lentur. Colaturam admisce priori in-
fusioni; postea tertio affunde super e-
andem sennam aq. 3 xvij. Et iterum
lento igne bulliant ad medietatem, dein-
ceps colantur & exprimantur, cola-
tura priori admisceatur, addanturq;
sacchar. 3 xij.

aq. cinnam. 3 ij; iterum lento igne co-
quatur simul ad consistentiam syrupi.

**Syrupus qui redat corpus mundum a su-
perfluitatibus; Et per con- quens, cor, cere-
brum, hepar & omnia alia membra
confortat.**

℞. cortic. citri,
rad. cappar.
berber.
santal. veriusq;
spodii an. 3 ij;
garyophyll.
bugloss.
borrag.
melliss.
cichor. an. 3 j,
acetos.
Epatic.
marrub. an. 3 B,
lactuc. sylvestr. 3 ij.
sem. violar. 3 j.
thymi
Epithym.
fol. sen.
rad. polypod. an. 3 j.
succor. fumar.
ablynth.
myrobalan. chebulor. an. 3 j,
diagrid. 3 ij;
sacchar. albiss. lb. ij. Mi.
f. sec. art. Syrupus, qui fiat acidus cum ace-
to succi cydonior. quant. suffic. dosis
3 j. B.
**Syrupus nephrocaticus D. Ioannis
Ringleri, Medici Argenti-
nensis.**
℞. rad. quinq; aperientium,
ononsd.
liquirit. rasa an. 3 j. B,
raphani,
Eryngii,
rubia maior.
cyperi an. 3 vj;
macerentur 24. horis in aceto albo,
his exemptis adde cortic. cappar.
citri

citri succ. an. ʒ ʒ,
 fol. saxifrag.
 parietar.
 pimpinell. an. M. ii.
 summitat. asparag.
 lupuli
 quinq. fol.
 chrethmi marini
 fragar.
 capillor. vener.
 griffon. an. m. j.
 sem. milii solis,
 linaria,
 urtica an. ʒ ʒ,
 4. frig. mai. an. ʒ iiij,
 fl. ʒ. cordial.
 genista,
 hyperic. an. M. j. ʒ,
 passular. ʒ x,
 sebest.
 iuiubar. an. nr. x.
 Coquantur omnia in s. q. aqua plu-
 uialis.
 Colatura adde succ. limon. depurat.
 lb. j.
 Sacchar. quant. suffic. Mi.
 f. Syrupus, qui aromatizetur cinnamomi
 ʒ j. Et seruetur pro vsu.
Syrupus diureticus Dn. D. Bechtholdi
Riiii.
 ʒ. succ. ononia. totius, cum floret aq. de-
 stillat. eiusdem.
 succ. express. raphan. acervi pimpinel.
 nostr. totius an. lb. j.
 aquar. malva totius,
 alth. totius,
 urtic. an. lb. ʒ.
 Equiset.
 parietar. an. ʒ iiij.
 Vaccar. alkekeng. ʒ iiij,
 iuniper. contusar. ʒ ii,
 sem. petrosel. ʒ j,
 4. frig. mai. contus. an. ʒ ii,
 fl. chamom. roman. M. j,
 genista M. ʒ,
 croci ʒ j; bulliant leniter & infun-
 dantur secundum artem: in colatura

dissolue sacch. quant. suffic. Coquan-
 tur in formam syrupi.
**Syrupus de chamomelo, compositus ad af-
 fectus nephriticor. D. Prunsteri.**
 ʒ. fl. chamom. italici ʒ j ʒ.
 malv.
 alth.
 rad. saxifrag.
 petrosel. an. ʒ ʒ.
 glycyrr. ras.
 malv.
 alth. an. ʒ v.
 sem. 4. frig. maior. an. ʒ j. ʒ.
 malv.
 alth. an. ʒ ii,
 asparag.
 granor. iuniper. an. ʒ j ʒ.
 Coq. omnia in suffic. quant. aqua, colatu-
 ra adde sacch. opt. lb. iiij. Mi.
 f. Syrupus.
**Syrupus Horatii Augenii ad fistu-
 las ani.**
 ʒ. rad. Enul. camp.
 polypod. querc.
 alth.
 sem. cartham. contusor. an. ʒ j,
 fl. borrag.
 bugloss.
 violar.
 melliss.
 fol. mercurial. an. M. j.
 sem. bombac.
 malv.
 althea an. ʒ iiij,
 fol. capillor. vener.
 polytrich. an. M. ʒ. fiat decoctio ad ʒ
 xv, in qua infunde fol. sen. munda-
 tor.
 agar. troc. an. ʒ iiij;
 zinzib. alb. ʒ j,
 rad. polypod. querc. ʒ ʒ. fiat lenis o-
 mnium ebullitio, & facta expressio-
 ne additog. sacch. fr. ʒ xv. f. sec. art.
 Syrupus. De quo sumentur ʒ ij. ʒ. vel
 ʒ iiij. cum iure pulli, decoctione pat-
 sular. & liquiritia.
 Syrupus

Syrupus purgans. D. Io. Hartmanni
Beyeri.

℞. Sem. 4. frigid. mai. decorric. an. ʒ ij.
Endiv.
acetos.
Lactuc.
anis. an. ʒ ʒ.
cartham. confusi,
fol. fen.
rad. polypod. quere. an. ʒ ʒ.
agar. troc.
turberb. El. an. ʒ ij.
aq. malu. vitreus organis diligenter
destillat. lb. j.
Coque in diplomate ab consumptione
medietatis. postea
℞. ꝑ. cassia cum praescripto decocto ex-
tract. ʒ j.
mucilag. Sebest. Et sem. cydonior.
crassa & bene viscida extracta cu
eodem decocto an. ʒ ʒ.
penidior. ʒ vj.
sacchar. taberzesh. ʒ j. Mi.
cum decocti supra scripti quant. suf-
fic. instar. Syrupi.



SECTIO III. DE SYRVPIS MEL- LITIS.

Super sunt adhuc aliquot syrups, hac in se-
ctione describendi, qui non saccharo, sed melle
dulcorantur. Nec reliquorum more ex radi-
cum foliorum florum, seminum, & fructuum
decocto, sed solis succis limpidis & aqueis pa-
rantur: Ad quos non in congrue refertur hy-
dromel illud magis melleum, & coctum,
vinosum nuncupatur. Sapore enim, vi-
ribus & consistentia est syrups valde fini-
timum.

CAP. I.

Oxymel, seu acetum mulsum, Secaniabine
Arabibus dictum.

℞. Mellis optimi lb ij.
aque fontana lb iij.
aceti vini albi lb j.
Coquantur simul in vase fictili ad
consistentiam syrups liquidioris.

COMMENTARIUS.

Mel primū in aqua coquitur & despu- *Compositio- nis illustra-*
matur, dein acetum paulatim admiscetur, tum omnia simul coquantur, donec syru- *tio.*
pi liquidioris consistentiam acquirant. Nō videtur autē certo definita à veterib. aceti quantitas; nam cum mel calidum sit ex Galeno cap. 10. lib. 8. de simpl. med. & in calidis naturis cito bilefcatur, tantum aceti addendum est, Oribasii consilio cap. 24. lib. 5. coll. quantum satis fit, vt facultas in bilem conuertendi corrigatur: sicque fiet oxymeli, omni ætati & naturæ ad tuendam valetudinem vtilissimum. Est enim vt acidum, vt dulce, vt medium, debetq; fieri varie pro [Gal. cap. 12. lib. 4. de sanit. tuend.] gustu summentis: Ita tamen, vt non noceat: nā quod valde acre est, intestina abradit, expectorationemq; impedit, [com. ad part. 3. 32. lib. 3. acut.] sed quod mediocriter est acre, palmonis, thoracisq; affectionib. multo est vlti: Nam sputum educit, & facilem edit spirationem ex Hippocrate lib. 3. de acut. humores namq; crassos incidit & attenuat, visceraq; sine molestia expurgat, teste Oribasio cap. 24. lib. 3. colle. & ad vltus attenuationem est accommodatissimum.

Varia igitur illius preparatio, variaq; apud authores mellis ad acetum, & aceti ad aquam proportio. Licet enim aquosum, vt melius [cap. 1. lib. 5. coll. Orib.] laudetur, nō tamen omnibus æque conuenit, neque arridet.

Oribasius vult, cap. vlt. lib. vltimi de loc. affect. curat. 1. vt aceti vni parti dupli mel-
lis

is addatur, & aqua quadruplum, hæcque ad tertiam vel quartam partem decoquantur. Quæ descriptio eadem est, cum ea, quam tradit Meius, *part. 3. disp. 6.* cui assentitur Serapio *tract. 7. de Antid.* qui alicubi oxymel parat ex æquis partibus mellis & aceti: verum hoc nimis est acetatum.

Inter utrumque mediū est, quod ex parte vna & dimidia aceti ad duas mellis optimi fit, quod scilicet præter reliquas bonitatis notas, non multum aggerit spumę: nam mel omne, quod multum spumescit, debet diutius concoqui & despumari; Sicque maior illius portio coquendo dissipatur. Tamdiu autem coqui debet, donec spumam amplius non efferat.

Augetur ergo vel minuitur aceti quantitas secundum voluntatem vrentis, cui magis conuenit, inquit Serapio, si ab eo magis expectatur, & ita debet fieri secundum omnem dispositionem, ait Auicenna *tract. 6. sect. 1. lib. 5.* Quod tamen in officinis seruatur, secundum Mesuei descriptionem parari solet, sed vsus tempore, magis aut acetatum, aut mulsū redditur, prout rei exigentia demonstrat.

Oxymel crassos & viscosos humores incidit, attenuat, & ad expurgationem apparatus, & promiscue calidis affectibus & frigidis confert, atque ad ea omnia valet, que supra diximus

CAP. II.

Oxymel scilliticum.

℞. Mellis despumati lb. iij.
aceti scillitici lb. ij.

Coquantur simul in vase figulino ad consistentiam syrapi liquidioris.

COMMENTARIVS.

Marcellus Medicus alio modo parat, aquam superaddendo: Accipit enim scilla lb. j. aqua fontana lb. iij. ℞. coquit ad libram vnā & mediam: Sic diem integrum relinquit in olla rite obturata; dein exprimit: Expressioni admiscet aceti tantundem,

mellis expumati lb. iij. Rursus leniter concoquit ad consistentiam syrapi.

Manardus quoque & Bern. Dessennius putant, non posse fieri sine aqua, quorum opinioni quidam assentiuntur, aquæ duplum ad acerum miscentes, vt in simplici; verum ea non opus est, inquit Syllius, cum mel non nisi aqua despumatum & coctum sumatur, & acetum legitime cum scilla præparatum. Sic vero fit acetum illud scillites.

Segmentorum scilla filo traiectorum, & in Acetum umbra siccatorem libra vna sumitur: In acetum scilliticum ut fiat. ceti vini albi libris octo maceratur, mixtura caloribus æstiuis per quadraginta dies in vase vel vitreo, vel fictili & vitrato oris angusti insolatur; dein colatur: Tum abiectis scilla segmentis, transfusum acetum seruatur; cuius olim, quam nunc frequentior vsus, ob saporis insuauitatem.

Alii sunt multi ac varii eiusdem parandi modi, sed qui nunc à nobis traditur, vltimior est; & descriptioni congruit, quam de illo tradidit Paulus Æginet. *lib. 7. de re medica, cap. 21.*

Varie adhuc oxymelitis scillitici datur à variis authoribus descriptiones magis compositæ, cuiusmodi est oxymel scilliticum Democratis, Iuliani, & quod de radicibus cognominatur.

Hæc autem omnes oxymelitis scillitici magis compositi varietates negliguntur, nec vllibi paratæ reperiuntur: propterea neque à nobis describentur.

Oxymel scilliticum crassos humores incidit, obstructionem pulmonis ab humoribus valenter impactis tollit, epilepsiam, vertiginem, cephalalgiam & hemi-craniam sanat.

CAP. III.

Oxymel compositum.

℞. Radicum apij,
fœniculi,
petroselinii,
rusci,
asparagi an. ℥. ij.

Ccc

semi-

Vires.

Oxymel
scilliticum
Marcelli.

*seminum apij. &
foeniculi an. ℥j.*

*Coquantur omnia in lb. xij aqua ad
eius medietatem.*

*In colatura clarificata adde
mellis optimi lb. iij. vel quod sufficit,
aceti vini albi libr. j.*

Ex arte fiat liquidior syrupus.

COMMENTARIUS.

Paratur ut oxymel scilliticum compo-
situm, substituto aceto simplici ac vulgari
pro scillitico. Nic. Præpositus quoddam
oxymel compositum aromaticum parat;
& aliud potenter diureticum: Illi aromata
multa, huic radices graminis, irios & ra-
phani permiscet: Sed ea utendi tempore,
si sit opus, rectius potuerunt admisceri,
nec aliud compositius oxymel in officinis
erit necesse seruire.

Quantitas autem mellis ab authoribus
non definitur, quod modo dulcius, modo
acrius desideretur: si tamen iuxta illius
quantitatem à nobis definitam paratur,
medii erit inter dulcedinem & acridinem
saporis.

Vires.

Oxymel compositum humores visci-
dos, lentos, & pituitosos incidit, attenuat,
& abstergit: Obstructionibus hepar, lie-
nem, & viscera liberat, renum & vesicæ
sabburram pellit, & vrinam mouet.

C A P. IV.

Hydromel vinosum simplex.

℥ Mellis optimi libr. xij
aqua pluuiæ vel fluuiatilis libr. lx.
Coque simul, donec ouum cruidū in-
sectum innascat.

Tunc amoue. in sola. & serua.

COMMENTARIUS.

Sicuti hæc describendi & parandi for-
ma displicuerit, liberum sit illi aquam de-
coquere ad tertie partis consumptionem,
aut paulo plus, spumam accurate inter co-
quendum abiciendo. Sic enim aquæ por-
tione magis dissipabili vanescente, quod
remanebit, consistentiam habebit syru-

po liquidiori affinem, saporem gustui
suauem, coctionem conseruationi ido-
neam.

*Hydromel vinosum D. Bechtholdi
Rivij.*

℥. mell. opt. partem j.
aq. pluuiæ. in diebus canicular. col-
lecta partes iij.
bulliant simul ad tertie partis con-
sumptionem. despumentur, colentur
bis calide, colatura ponatur in dolio
vinario ad solem.

Ex melle autem medicamenta multa
basim & appellationem mutuatur, ut
mulsæ, hydromel tam aquosum, quam vino-
sum, oxymel, aliaque multa mella medica-
ta ex plantarum succis, ut Rhodomeli, seu
mel rosatum, violatum, mercuriale, passu-
latum, anthosatum, anacardinum.

Mulsæ constat tantum aqua & melle,
diuersa proportione inter se mistis. Dilu-
tissima vero quædam mulsæ dicitur, quæ
ex plurima aqua, & pauco melle paratur.
Fit enim mulsæ, inquit Oribasius cap. 14.
lib. 5. collect. cum multum aquæ mellis admi-
scemus, deinde coquimus tantisper quoad
spumare desinat. Tunc enim spumam tolle-
re oportet, pituitosis tamen mellis quan-
titas, tum ad humoris peccantis alteratio-
nem, tum ad saporis gratiam, conueni-
ens est.

Mulsæ.

Fallitur Oribasius, qui mulsam putat
fieri debere ex vino & melle: M. licratum
vero ex melle & aqua. Nihil enim est in-
ter vtrumque discriminis, ex Galeno part.
12. & 13. lib. 3. de vict. acut. Mesueo tamen
Melicratum est Oinomele, cuius duas exhi-
bet descriptiones: priorem, quæ fit ex vi-
no & melle: alteram, cui præter hæc duo
adiiciuntur aromata quædam, ut caryo-
phylli, cinnamomum, spica aromatica,
macis, & similia: & à nonnullis, eodem re-
ferente & consentiente, Conditum no-
minatur.

*Mulsæ quid
Oribasio.
Mulsæ &
Melicratum
idem.*

Illud autem potionis genus, quod ex
melle & vino paratur, vocatur Oinomele,
quod

Oinomele.

quod aliquando fit ex duabus partibus vini veteris & vna mellis; aliquando ex partibus quinque, aut sex musti, & vna mellis: & vbi deseruit, in dolia diffunditur, teste Orisatio cap. 25. lib. 5. collect.

Hydromel simplex ac vulgare eodem modo paratur, vt Melicratum, adeo, vt nomine tantum, nō re inter se dissideant. Placet tamen Galeno cap. 12. lib. 4. de sanis. tuend. vt mulsā ex aqua pluuiā potius paratur, cum hydromel sapius ex fluuiali, & aliquando fontana.

Apomeli. Apomeli vero non multum dissimili modo paratur. Fit enim ex aqua non pluuiā tantum, sed qualibet, inquit Galenus, modo pura, & melle à fauis expresso, tandem simul coctis, quoad spuma amplius non exurgat: Quæ cum primum emergit, eximenda: Sic enim acrimonia deponitur. Ab antiquioribus vocatur *syrupus de fauis mellis.*

Syrupus de fauis mellis. Apomelitis optimis descriptio. Alia apomelitis præstantioris datur descriptio à Philagrīo hoc modo: Fausi optimo melle pleni manibus fortiter exprimuntur, portioq; vna mellis expressi in quatuor partes aqua purissima iniicitur, simulq; fauis in aquam immersi lauantur, vt quicquid mellis inest, in eam deponant. Tum aqua colatur: dein igne luculento coquitur, & probe despumatur. Postea ab igne remouetur, & cum refrixerit, quicquid fluitat, abiicitur. Tum de nouo coquitur & despumatur, idq; ter repetitur. Tandem frige factum, & ab excrementis repurgatum hoc Apomeli, in vas fictile aut ligneum iniicitur.

Hydromelitis vinosi vires. Aquosum autem hydromel vix vquam in officinis seruatur, sed re exigente citissime paratur. Vinosum vero sæpe Medicorum consilio conficitur, & in multorum ciuium ædibus, tāquam nectar quoddam maluatico vino generosius afferuatur. Potenter enim frigidis humores coquit, expectoratum mouet, stomachum roborat, cruditatem impedit, coctionem iuuat, appetentiam excitat, flatūs discutit, colicos dolores mitigat, vrinam mouet, & frigidis naturis mirum in modum conuenit.

Solent Angli vinosum quoddam hydromel magis compositum parare, *Meteglin.* *Meteglin,* & *Metegla*, illis dictum, quod minore mellis quantitatem recipit, sed aromata multa & fermentum admittit. Sic vero solet parari.

℞. mellis optimi libr. x. aqua limpidissima libr. lx. bulliāt simul ad tertia partis consumptionem, spumam innatantem abiicendo. Colatura refrigerata in doliū, aut aliud vas idoneum immittatur: cui suspendantur uncia tres fermenti nodulo inclusi: Addantur cinnamomi, granorum paradisi, piperis, zinziberis, caryophyllorum crassius contusorum an ʒ. j. Reponitur vas dies quadraginta in loco soli exposito, vigentibus cæli squaloribus; deinde recondatur in cella vinaria ad vsus.

Genus hoc potionis suauissimum est, *Vires.* quod biennium sæpe seruatur, & saporem ac virtutem vini maluatici æmulatur.

Oxymel helleboracum maius Iuliani.

℞. ruta,
thymi capitati,
diptamn. crocici,
comar. hyssop.
puleg.
marrub.
cava. bened.
nard. celtica radicular. sine foliis
cortic. sambuc. interior. an. M. j.
calamenth p j;
sem. faxic.
anisi,
ocymi,
urtic. roman.
anethi an. ʒij;
rad. angel.
althes,
ari,
scylla præpar.
rad. aristol. triplicis; nempe rotunda,
longa vera & nostra, quam clematidem putant,
ccc 2 surbith

turbith
 irid. nostr.
 costi qui violas olet, aut
 xedoaria,
 polypod.
 Cort. limon. an. ℥j;
 Ellebor. nigri è montib collecti (niger
 præstantior, cuius flores lactei aut
 purpurei sunt, accersi potest ex Ita-
 lia, sin minus, de modo vulgari fi-
 bræ nigra ponantur).
 Esula an. ℥ij;
 ellebor. albi corticium de fibris radi-
 cum è montibus vel locis siccis & per-
 flatis collecti ℥℥.
 aliquando ʒtantum vel iij. ponit
 agarici ℥ij; quas sub finem coctionis
 iniicies. Omnia sicca trita infunde
 in aceti acerrimi lb. vi Et quarta
 parte, vel quantum sufficit sapa, ℥ii.
 triduo in sole vel ad fornacem in vi-
 treo vel figulino vase obturato: tum
 decoque in terreo aut lapideo tornato
 vase ad dimidium fere, cocta colato
 modice exprimendo, additoq; mellis
 despumati communis, aut rosacei
 potius, vel cui cortices citri fuerunt
 infusi, lb j. (aliàs lb. ij. ponit, aliàs
 mellis vnam & sacchari vnam) ad
 consumptionem aceti decoque, ut fiat
 syrupus: qui sub finem aromatizetur
 cum caryophyllor.
 croci.
 zinzib.
 galang.
 macis an. ʒj. hæc non in sacculo in-
 cludatur sed permisceatur. Seruetur
 in vase vitreo aut fictili vitreato.

**Oxymel Elleboratum minus
 Gesneri.**

℥. calaminth.
 puleg.
 thymi.
 card. bened.
 ros. rubr.
 menth. crispa an. p. ij.

sem. fœnic.
 anis.
 urtic. roman. vel nostra.
 ocymi.
 aneth. an. ʒj.
 rad. angel.
 fœnic.
 alib.
 irid. nostra
 scylla.
 turbith an. ℥℥; (aliquando addit
 polyodi tantundem)
 Elleb. albi è montibus vel locis siccis
 & perflatis collecti versus septentrio-
 nem potius, quam austrum, Esula:
 prep. an. ʒij. (Elleborum alias du-
 plicat & ponit Esulæ ʒ℥)
 rad. asari ʒ℥.
 galang.
 cinnam.
 calam. aromat. an. ʒj.
 infunde trita in aceti fortissimi lb.
 ij. lb. triduo in sole vel alio loco calido
 in vase vitreo aut figulino obturato,
 deinde bulliant in terreo aut lapideo
 vase ad dimidium fere, demum adde
 sacchi
 mell. communis despum. an. ʒv. fiat
 syrupus, qui aromatizetur cum croc.
 cinnam.
 mac.
 zinzib. (addatur zinziber decocto
 potius) an. ʒij. quæ suspendantur
 intus in sacculo.

Vires oxymelitis vtriusq.

Maiore raro vitur Gesnerus & in ma-
 ioribus causis tantum. vtrumque sane mi-
 rifice abstergit, incidit, aperit humores o-
 mnes, omnia excrementa è corpore pro-
 trudit, omnes meatus intus forisque refe-
 rat: à centro ad superficiem pellit manife-
 ste, ita, ut cutim rubificet, sicut longiore
 in balneo mora fieri solet. Exanthemata
 aut pustulas aliquibus, aliosque tumo-
 res excitat, qui alioquin circa interiora
 forte colligerentur.

Præcipua eius vis est in Epilepsia, asthma & omnibus fere morbis à materia frigida, crassa, tenace, ex phlegmate aut melancholia dependentibus, in capite, ventriculo, thorace, iecore, renibus, liene, articulis, & utero. Sanguinem pellit, quo abundat, per quosuis meatus, ut nares, hæmorrhoidis, uterum. Et hacratione natura, quod redundat, euacuante, à venæ sectione abstinere possumus, in debilibus præsertim & puerperis, cum pleuritide aut alio malo venæ sectionem requirente, laborant.

Minore vitur ad omnia tutius & diutius continuando, si æger bene ferat, ad sex vel septem dies: tunc enim intermitteri aliquod tempus potest, & si opus sit, repeti.

Oxymel Elleboratum cõuenit etiã iis, quorum stomachus est exquisiti sensus, qui podagra affliguntur, nõ sepe nec multum vsurpandum, sed bis aut ter, nisi morbus sit contumax. Duo cochlearia tantum sumpta egregie per superiora purgant; eo sumpto ægri momento fiunt alacriores: Ischiadicis prodest citato vomitu.

Oxymel Elleboratum Gesneri ad frangendum calculum.

E præmissa minoris descriptione sequentia subtrahenda erunt, nempe carduus benedictus, rosa rubra, mentha crispa, turbitib, esula præparata, & cinnamomum: horumque loco substituenda bacca lauri & iuniperi, saxifragia alba & hircina, enula, cyperus, flores sambuci, vitrum vitum, &c. Et ex his potest componi oxymel hoc modo.

*℞. calamenth. montan.
thymi cretici, vel maioris capitati,
dictamn. cretici vel puleg.
adianth. an. ꝑj.
baccar. iunip.
lauri an. ʒij.*

*℞. artemis.
foenic.
beton.
tunici urbani,
anth.
chamapyth. interioris partis luteæ
melilæ.
sambuc. an. ꝑ. ij;
sem. anis.
foenic.
aneth.
urtic. rom. seu masculæ
ocymi an. ʒj;
cortic. citr.
myrrh. an. ʒij;
rad. zinzib.
angel.
petrosel.
nard. celtic. radicular.
sine foliis
scyll. interioris
althea
iridi.
polyod. querc.
saxifrag. alba vel alterius
cususpiam & hircina, qua
similis est pimpinella;
inula.
cyperi an. ʒij;
ellebor. albi in altis montibus
& locis perflatibus ad septentrionem
collecti
esulæ aceto præpar. an. ʒij.
asar. ʒj;
granor. halicacab. ʒʒ.
calam. arom.
galang. an. ʒj; infunde in aceti fortif.
sini lb. ij.
Vini maluat. lb. j. in vitreo va-
se aut figulino obturato, ponantur
ad solem vel alio loco calido quinq;
dies: decoquantur in terreo aut la-
pideo vase ad consumptionem me-
dieratis, colentur modice exprimendo
& adde mell. despumat.
sacchar. an. ʒv. f. syrupus, qui a-
romatisetur cum croco & ma-
sere. Ccc 3. Huius.*

Huius sumantur ʒij. pro dosi, quibus addatur non nihil syrupi de florib. persicor. preferentim si alius durior sit: vel de violis, vel de liquiritia vel de radicibus, aliquando & saepe parum: mane lingatur tepidum bis vel ter in septimana.

In curando calculo talis remediorum ordo seruari forte poterit. Hora ante coenam deglutatur pilula vna aut altera e bdellio & terebinthina, liquiritia puluere asperso, sumatur etiam cum cibo, vel proxime ante cibum, sal medicatus e iure pingui: mane vero hora quarta oxymel tribus horis, inde balneum ex maluis ingrediatur, à balneo in lecto sudet modice, dormiat, inungatur circa lumbos oleo iuniperino: vel vtatur clystere emolliente, interdum cum terebinthina: exerceatur fortius, quiescat, prandeat & diæta conueniens prescribatur. Hoc ordine procedat aliquot dieb. Gesnerus.

Oxymel Elleboratum Cratonis.

ʒ. calamenti,
thymicretici,
puleg.
card. bened.
rosar.
aneth.
mentha crisp. an. M.ʒ.
sem. anis.
fœnic.
ocymi,
urtica,
aneth. an. ʒi.
rad. angelic.
fœnic.
alth.
schoenantb.
turbith. an. ʒʒ.
elleb. nigr. ʒʒijʒ.
esul. prepar. ʒ. ij.ʒ.
irid.
asar. ʒi.ʒ.
agar. albiss.
galang.
cinnam.

calam. aromat. an. ʒi. infunde trita omnia in aceti fortissimi libr. ij. triduo in sole vel loco calido vitro vase obturato, deinde coquatur in figulino ad tertias, fiat fortis expressio, cui adde mellis opt. despumati ʒx. aromatise. croci.
mac.
ʒinzib.
cinnam. an. ʒij. nodule ligato. Et fiat sec. artem oxymel.

Oxymel pectorale D. Bechtholdi Rivij.

ʒ. rad. enul.
ireos,
eryng.
angel.
calam. arom. an. ʒʒ.
fol. borryd Mjʒ.
calamentb. montan.
veron.
scabios.
hysop.
marrub. an. M.ij
card. bened.
puleg.
origon.
thymi an. Mʒ.
agaris albiss. & leuiss. ʒvi.
infunde in aceti acerrimi libr. ij.
aq. veron.
card. ben. an. ʒviij.
stent in vitro obturato per triduum in loco calido; deinde in duplici vase coquantur sec. artem & exprimantur: expressiois libr. ij. adde mell. opt. ʒviij. coquantur lento igne in fictili vitro incrustato & despumentur in forma syrupo, aromatise- tur ʒinzib. ʒij.
croci
cinnam.
macis an. ʒi. in nodulo laxo & syndone albo infus. f.
oxymel.

SECTIO IV.

DE SVCCIS MEL-
LITIS.

Ex plantis vel infusis, vel earum succis & melle composita quadam mellita seruant officina, qua à consistencia & melle, nonnulli syrpos melleos, nos à succis potius, qui confecturam ingrediuntur, & à melle, succos melleos, aut mellitos vocamus: Sive enim succus plantarum extractus melli adiungatur, sive ipsa planta cum melle tabescent, earum semper succus melli admixtus manet; unde tota mixtura rite succus mellitus nuncupatur.

C A P. I.

Mel rosatum, Latine: Rhodomeli, Græce: Galeniabin, Arabice.

℞. Rosarum rubear. in umbra parum siccatarum libr. ij. mellis boni, nimis nec recentis, nec veteris libr. vij.

Misce. & coque elementer. ac lento igne: In vase vitreo, vel scilicet vitrato reconde: insola & serua. Et si volueris, percola, & sic serua.

COMMENTARIUS.

Non est vnus apud omnes mellis rosati parandi modus: & multi cōficiendi modum à Mesue, & Nic. Præposito datum aspernati, nunc igne solo, nunc insolatu, nunc utroque modo, nunc istorum nullo, sed sola maceratione contenti parant. Quidam rosas integras & solum exungatas in mel coniiciunt, alii non nisi tritas. Sunt, qui succum tantum: alii & succum eductum, & simul alias rosas. Vltatio preparatio fit iuxta modum à nobis traditum, quo rosæ aliquantum siccatae in melle macerantur, dein parum elixantur; postea soli exponuntur, & tertio quoque die mouentur, vt vndiquaque incalescant.

Dum hoc modo paratum, non colatur, mel rosatum foliatum vocatur. Sic calfactum linteo percoletur, vt fere fit, saltem ante vsum, mel rosatum colatum nominant, & maxime, quod extritis rosis & melle fit. Quod ex duabus partibus succi rosarum exungatarum, & vna mellis simul coctis ad quartæ partis absorptionem paratur, amota sedulo inter coquendum spuma, id mel medicatum Rhodostatum, seu mel rosatum colatum dicitur, omnialiquo liquidius.

Mel rosatum fluxiones calidos cohibet, stomacho benefacit, deterget, & roborat tam sumptum, quam adhibitum.

C A P. II.

Mel violatum.

℞. Flor. violarum recentium flor. j. mellis optimi, media ætatis libr. iij. Misce, & reconde in vase vitreo, aut scilicet vitrato, oris angustis. Insola, serua, & vsus tempore percola.

COMMENTARIUS.

Ad huius mellis præparationem, nonnulli violas terunt, alii integras, quod parua sint admodum, mellis calidiufculo, olla figulina, vitrata excepto, permiscunt: Tum quindecim dies ollam soli, & optime quidem, exponunt, alternis diebus rudicula mixturam agitando: deinde reponunt, & vtendi tempore parum aquæ permiscunt, parum elixant, probe percolant; sicque violatum mel tunc habent optimum, alii alio modo. Verum Mesuei testimonio recte parari potest, vt rosatum. Debent autem violæ assumi parum persiccatae, vel saltem omni acquisititia humiditate exhaustæ: Mel vero nec recens nimis, nec nimis antiquatum.

Mel violatum commendatur ad affectus thoracis, ad leniendum, abstergendum, refrigerandum, roborandum: ob id vtiliter & clysteribus multis, & garga-

Mel rosatum foliatum.

Rhodostatum quid.

Vires.

Vires.

gargarismatis permiscetur, & vlcerebus detergendis adhibetur.

C A P. III.

Mel anthosatum.

℞. Florum rosmarini lb. j.
mellis boni bene despumati lb. iij.
Misce in olla vitrea, aut vitrata, oris non valde patuli: In sola & serua ad futuros vsus.

COMMENTARIVS.

Eodem modo paratur mel anthosatum, vt violatum, rosatumve. Nonnulli mel præferunt vetustissimum, ego ætate medium, quod nec dubium nimis est, nec nimis crassum. Dicitur hoc mel anthosatum à libanotidis, seu rosmarini flore, qui dignitate quadam præ cæteris anthos dicitur.

Cum rosmarinus bis in anno floreat, vere scilicet & autumno, bis quoque mel anthosatum optime confici poterit, dictis nempe temporibus, quando flos illius recens est, & suauissime fragrat: Siccus enim fere inodorus est, & vix vlius vsus.

Vires.

Mel anthosatum cephalicam vim habet & nerualem, vtiliterque miscetur clysternis ad lethargum, apoplexiam, & comatosos affectus prescriptis. Frigiditas intemperies partium calore suo corrigit, & flatus dissipat.

C A P. IV.

Mel Mercuriale.

℞. Succı mercurialis lb. iij.
mellis optimi lb. iij.
Misce, elixa, despuma, & fac veluti Syrupum.

COMMENTARIVS.

Mel non omnes eadem quãtitate mensurant, alii plus succi, minus mellis adiciunt, alii contra plus mellis, minus succi, & multi par vtriusque pondus commiscunt.

Nos mel præpollere iudicamus, cum

non ex foliis, aut floribus maceratis condatur, sed succo commixto, à quo satis efficax redditur, etiamsi eius quantitas succum exuperet. Nonnunquam ex foliorum decocto tantum paratur, non tamen mihi satis probatur hic cõficiendi modus.

Æque vero parari potest ex succo mercurialis maris & fœminæ; vtraque enim vires habet affines, & huic mellis conficiendo conuenientissimas.

Ad mercurialem marem refertur cynocrambe, seu brassica canina, cuius tamen succo non solet hoc mel confici. Debet vero à medio vere ad finem æstatis parari: tunc enim & plantæ sunt succulentiores, & earum qualitas vegetior & efficacior.

Quando debeat parari.

Vix autem aliis vsibus inseruit mel mercuriale, quam clysteribus parandis, vt eorum vis sit magis absterforia, & purgatoria.

Vires.

C A P. V.

Mel passulatum.

℞. Passularū ex acinis purgararū libr. ij.
Infunde xxiiij. horas in libr. vj. aqua calentis:

Deinde coquantur ad medietatem. Colatura fortiter expressa denno coquantur ad consistentiam mellis.

Vel:

℞. Colatura prædicta libr. iij.
mellis despumati libr. ij.
Misce, & coque ad crassitudinẽ Syrupi.

COMMENTARIVS.

Duos parandi modos dedimus: vnum, cum; alterum, sine melle. Sic enim interdum paratur, licet Matthæus de gradibus illius author primum descripserit absque mellis interuentu. Quocumque ex istis modo conficiatur, admodum palato gratum est, vimq; bechicam habet: proinde eclegmatum quorundam apte compositionem ingreditur, vt eclegmatis de Pino apud Mesuem.

Alia quædam sunt mella medicata, vt myrtinum, scilliticum, macardinũ, & quod ex my-

ex my-

ex myrobalanis emblicis paratur: quæ cum in medicina nullius aut rarissimi sint vsus, raro parata repetiuntur.

Mellis Anacardini variapraparatio. Anacardinum vero multas ob causas prætermisimus: Primo, quod Anacardium fructus sit exotici, qui rarissime ad nos aduehuntur. Secundo, quia deleteria quadam qualitate prædita notantur, vel saltem excessu multo intemperata. Tertio, propter multam in eo parando authorum ambiguitatem. Sunt enim, qui anacardiorum tantum decoctum cum melle feruefaciunt, donec mellis spissitudinem acquirat: alii eadem trita, in aceto dies septem macerant, deinde coquunt ad medias: postea cum melle coquunt adhuc in syrupum: alii tantum anacardium terunt & coquunt, donec aqua ex obscuro rubeat: spumam innatantem colligunt, tanquam mellagineam, eamque seruant pro melle anacardino. Denique mel anacardinum parari nolo ob eius vires, si non noxias, certe parum vtilis, aut vix sanitati tuendæ vel relaxandæ conuenientes.

SECTIO V.

DE ROB, SEV SAPA,
ET ALIIS ROBVB.

Plantarum succi ad futuros vsus conseruantur, vel admixtione rei alicuius, ut mellis aut sachari, quo modo confecti syrupi seruantur, vel artificio quodam immutati, cuiusmodi est Rob, id est Sapa, seu vinum coctum, vel Robus, hoc est, succus plantæ cuiusvis alius, solus vel lignis calore incrassatus. Rob vero simpliciter dictum antonomasia quadam de sapa, seu defruto coctione inspissato intelligendum, de aliis cum additione plantæ, ex cuius sit succo, ut Rob berberis, Rob cornorum, & similia.

CAP. I.

Rob, seu Sapa.

℞. Vini recentis ex vuis albis, generosis & maturis expressi ℥. xij.

Coque igne luculento, donec libra tantum quatuor supersint; vel ut consistentiam mellis acquirant. Repone in vase idoneo & serua.

COMMENTARIUS.

Trifariam Sapa fieri consuevit. Nam mulierculæ suo modo conficiunt ex vuis quibuslibet, nigris & albis modo maturis, in lebetæ sine aqua coctis & expressis, & ad mellis consistentiam inspissatis; Solentque vocare Resinatam, quasi racematam, ex racemis scilicet conditam.

Pharmacopœi suo quoque modo, sed præstantiore conficiunt: Vinum namque recens ex vuis albis, maturis, selectis expressum assumunt: ad duarum eius partium absorptionem perecoquunt: Tertia, quæ remanet, spissitudinem habet mellis, quæ Rob, seu Sapa est officinarum, in quibus tamen nunc raro seruatur, cum fere illius defierit vsus.

Coci quoque suam sapatam habent, ex musto recenti ad crassitudinem mellis cocto paratam, qua vtuntur ad embamata, seu intinctus. Vtuntur adhuc sæpe defruto, quod ex vino dulcificat, ad tertias tantum elixato & despumato, ut liquidum adhuc maneat.

Sapa potissimum commendatur ad morbos oris. Non modo enim stypticitate quadam roborat, & materiæ fluentis motum inhibet, sed etiam iam fluxum humorem abstergit, & digerit. De sapis fusius egimus in Institutionibus nostris e. 6. lib. 3.

CAP. II.

Rob Ribes.

℞. Succus Ribes ℥. ix.

Coque igne lento ad partem tertiam consumptionem: Deinde colatrico: Colaturam subsidere permittito, donec clarescat.

D d d rescat;

rescat; qua pestea lento igni denuo co-
quatur, aut in soletur ad eam consi-
scentiam, ut seruari possit.

COMMENTARIUS.

Vocatur hæc sapa, Ribes simplex, ad
differentiam alterius magis compositæ,
cui medium sachari pondus additur: Sed
frequentius & melius iuxta præscriptum
modum conficitur.

*Tempus pra-
parandi.*

Debet autem parari mense Junio, quan-
do scilicet ribesia omnino rubea sunt, ma-
tura, & succo multo prægnantia. Ex his e-
nim tunc temporis tritis & expressis vber-
tas succi educitur.

Vires.

Rob Ribes multiplicis est qualitatis:
Refrigerat enim, astringit, roborat, & cor
recreat: Proinde datur utiliter calidæ in-
temperiei alterandæ, partium imbecilli-
tati roborandæ, cordis moribus propu-
gnandis & vomiturientibus iuuandis. Sua
enim clementi stypticitate & aciditate de-
lectabili, quamcunque partem attingit,
solatur.

Eodem modo fit Rob de Berberis. Vel
sic.

CAP. III.

Rob Berberis.

℞. Succu berberis optime colati ℥. viij.
Coquantur igne lento ad consi-
scentiam mellis: Repone in vase vitreo
aut fictili, & vitrato.

COMMENTARIUS.

Eo recte modo Rob berberis potest pa-
rari, quo Ribes: nam ut affines sunt fructus,
colore, magnitudine, viribus, sic affinis, aut
similis ex vtriusque succo, Rob conficien-
di modus.

Vires.

Datur ad refrigerandum & astringen-
dum. Stimm restituit, tum à ventriculo
calefacto, tum ab aliorum viscerum cali-
da & sicca intemperie ortam. Convenit
& cholera morbo, & hepatico fluxu labo-
rantibus, dysentericis, & alui frequenti
prostratione diuexatis.

CAP. IV.

Rob de cornis.

℞. Succu cornorum colati, & in Sole au-
igne depurati ℥. ix.
Coque igne clementi ad librarum sex
dissipationem.
Quod remanebit, repone in vase ido-
neo, & serua.

COMMENTARIUS.

Nonnulli portionem sachari permiscēt,
efficiuntque Myuam, vulgo gelatinam,
sed tanto inefficaciorem, quanto suauio-
rem, præstatque simplicem parare sapa-
m, nec sacharo conditam, ut vires illius non
refractæ, sed integræ maneat. Verum
cum multos syrupos astringentes & refri-
gerantes habeamus, ut syrupum rosarum
siccatum, citoniorum, myrtinum, Alexan-
drinum, vix vnquam ad Rob cornorum
confugimus, quod virtute adstrictoria po-
tissimum commendatur: ob id præscribi
solet ad fluorem quemlibet sistendum, dy-
senteriam, cæliacum affectum, cholera
morbum, & vomitum.

Vires.

CAP. V.

Rob citoniorum.

℞. Succu citoniorum ex arte depurati ℥.
ix. Coque ad duarum partium absum-
ptionem, vel quousque mellis consi-
scentiam acquirat. & repone in vase
figulino vitrato, aut vitreo.

COMMENTARIUS.

Ut probe succus depuretur, debet prius
calcifici, dein residere, ut clarescat: tum
lento igne coquendus: Sic enim spissitu-
dinem idoneam comparabit.

Rob citoniorum adstrictoriam qualitatē
habet & roborantem; vnde ventrem sistit
liquidiorum compescit, stomachum robo-
rat, cholera morbo confert, hæmorrha-
giam retinet, omnemque alui fluorem.

Ex aliis fructibus multis olim veteres
Rob sua parabant, quibus frequenter ute-
bantur.

Vires.

bantur, sed recentiores malunt ex iisdem syrupos, vel conseruas parare.



SECTIO VI.

DE CONSERVIS.

Condiuntur plantarum partes ad conseruationem & vsum feliciter, suauioreque, unde Conserua vulgo officinis dicitur, de quibus agere hac sectione, methodo breui ac facili instituiimus. Qui enim planta alicuius flores aut fructus optime sacharo, aut melle, aut utroque simul condire nouit, is eadem arte aliarum stirpium fructus & flores conficere valebit, paucis exceptis, qua cocturam valentiorum aut imbecilliorum postulat. Sed hoc tyrunculi etiam agnoscunt, & pro rerum condiendarum natura vim ignis aut intendunt, aut remittunt, vel breuiem dant, vel longiorem.

CAP. I.

Conserua violarum.

℞. Florum violarum recent. à parte herbosa purgatorum, & in mortario lapideo cum pistillo ligneo tritorum lb. j. sachari albillimi lb. ij. Terantur, ac subigantur simul, & fiat massa mollis, qua vase fictili reposita, quindecim dies insoletur, & seruetur.

COMMENTARIUS.

Violas precipit siccat Mesue, sed humiditatem earum natiuam retinere optimū est: In ea enim potissimum virtus posita; quæ cum euania sit, vix violæ à calicibus & herbosa purgari queunt, quin plurimum illa immineatur. Ad conseruam tamen confectionem flos tantum mundatus assumi solet, non tam vt vires habeat præstantiores, quam vt colorem sæpe nanciscatur magis violaceum.

Debent autem violæ diutissime teri, vt nulla asperitas in eis percipiatur: dein sacharum duplum miscetur: tum denuo si-

mul contunduntur, vt massa quædam fiat mollis in vase idoneo seruanda. Mesue triplum sacharum commiscet, tuncque conserua palato quidem suauior redditur, sed inefficacior.

Conserua violarum bilis incendium mitigat, reliquorum humorum ardorem extinguit, sitim temperat, aluum subducit, fauces & asperam arteriam lenit & dilatat, & omnibus thoracis affectibus conuenit.

CAP. II.

Conserua Rosarum.

℞. Rosarum rubrar. recent. nondum perfectæ explicatarum & exungatarum lb. j.

Tere cum pistillo ligneo in pila marmorea, donec lauentur: Adde sachari optimi lb. iij.

Tere denuo, vt exacte miscantur: Repone in vase idoneo, & in sola.

COMMENTARIUS.

Sacharum rosarum vocat Mesue, quod nos aptius Conseruam rosarum appellamus: Et rosas sine discrimine tam rubras, quam albas in umbra siccatas, cum triplo sacharo sumit, ex quibus suum sacharum rosatum, vt vocat, facit, quod postea tres menses soli exponit: nos rosas tantum prærubras, non siccatas, ac tritas cum triplo sachari pondere miscemus. Sunt, qui duplum tantum sacharum permiscent, sicque confectionem insuauiore quidem efficiunt, sed efficacior.

Sacharum autem rosatum vocamus nos *Sacharum rosatum* *sacharum aqua rosacea*, pari mensura solutum & coctum ad consistentiam electuarii quid. solidi, de quo postea suo loco.

Est vero conserua nostra rosarum non vniuersi modi, sed altera liquidior & mollior, quæ fit modo præscripto, ex floribus recentibus, & sacharo tritis & mistis: altera solidior, quæ fit ex puluere rosarum siccarum cum octuplo, aut decuplo sacharo, in aqua rosacea diluto, & ad electuarii solidi consistentiâ cocto, cui parum succi agrestis, aut

Ddd 2. limo-

Virg.

Sacharum rosatum quid.

Conserua rosarum, sicca.

limonum commiscetur. Sic enim pasta pre-
rubra efficitur, ex qua formantur velut Cy-
lindri, vulgo *morfelli* dicti, oblongi, vtro-
que in extremo tenuiores, in medio cras-
si. Commendatur, quæ fit Agendici, quæ
in Brya vrbs est insignis *Prouinsia* vulgo
nominata.

Vires.

Conserua rosarum cephalica & cardia-
ca est. Caput enim vt & reliqua viscera ro-
borat, iplorumque æstum mitigat, & flu-
xiones sistit.

CAP. III.

Conserua Buglossi.

℞. *Florum buglossi mundatorum* ℥ j.
Tere in mortario marmoreo cum pi-
stillo ligneo.
Adde *sachari* ℥ ij.
Misce terendo, vt fiat massa mol-
liuscula, quæ vase excepta idoneo in-
soletur.

COMMENTARIVS.

Vix probatur eorum sententia, qui flo-
res buglossi, quorum virtus superficialis
est, & cito dissipabilis, parum exsiccati vo-
lunt ante triturationem, & mixtionem: Recen-
tes enim & suæ omnis natiuæ humiditatis
participes meliores sunt: humiditatem e-
nim amittendo simul vires amittunt; Nam
ex se humidiores non sunt, quam vsus po-
stulat; Adde, quod per insolatum magis a-
quea, & excrementitia conseruæ recenter
factæ portio facile dissipatur. Si tamen ro-
re cæli, aut imbribus æris maduerint,
tunc ante conseruæ confecturam debe-
bunt parum in umbra potius, quam in sole
exsiccati.

Vires.

Conserua Buglossi partes vitales exhi-
larat, præsertimque cor recreat, melan-
cholicis apprimè conuenit, palmo
laborantibus & tussicu-
losis.

CAP. IV.

Conserua Borriginis.

℞. *Florum borriginis recent. & mun-
dator.* ℥ b. s.
Sachari albissimi ℥ j. s.
Terantur in mortario lapideo, cum
pistillo buxco, aut ex alio ligno, & fiat
conserua.

COMMENTARIVS.

Terendi sunt primum flores seorsim,
donec læuigentur, dein sacharum; Tum
rursus terendo miscentur, & fit massa mol-
liuscula, quæ vase idoneo excepta insolat-
ur; postea seruatur. Arabibus dicitur zuc-
carum *alchilil*, hoc est, *sacharum borragi-
natum*, Medicis recentioribus *Conserua
florum borraginis*.

Ad eisdem affectus datur, ad quos con-
serua buglossi. Vtraque enim cor & spiri-
tus vitales recreat, melancholicis passioni-
bus succurrit, atque peculiari dote menses
mulieribus creditur mouere, ex Holerio.

Vires.

CAP. V.

Conserua Nenupharis.

℞. *Florum nymphae recentium, à parte
herbosa purgatorum, & in umbra
diem vnum siccatorum* ℥ b. s.
sachari ℥ j.
Tere, & fac conseruam quæ vase ido-
neo excepta insolatur & conseruetur.

COMMENTARIVS.

Flores nenupharis, quod crassiores sint
& humidiores, parum debent areferri, de-
inde ita contundi, vt læuigentur: postea
sacharum admisceatur, & cum floribus iam
tutis teritur, subigitur, & concorporatur;
tum massa probe subacta in vase fictili re-
ponitur. Seligendi vero sunt flores *nym-
phae albæ*, quæ multisilium aquaticum di-
citur, cuius non modo pars herbida ac vi-
rescens abiici debet, sed etiam flaua, quæ
in me-

in medio flore continetur. Nymphaea lutea negligitur, in hac conferua, & in syrupo superius descripto, quod alba sit præstantior, & vbi que fere reperitur: præferenda vero, quæ in aqua minime cœnosa, sed limpida viret.

Vires.

Conferua nenupharis præcordiorum est, sum contemperat, sitim extinguit, cerebrum refrigerat, somnum conciliat, febricitantibus confert.

CAP. VI.

Conferua Anthos.

℞. *Florum roris marini recent. in mortario lapideo minutissime tritorum* ℞. ss.

Sachari albissimi ℞. j. ss.

Probe terantur, subigantur, ac misceantur, & fiat conferua, vase idoneo reponenda, insolanda & seruanda.

COMMENTARIUS.

Anthos, seu flos roris marini, quod ex se fit admodum siccus, non est ante trituram foli exponendus, nec exsiccandus, maioremque sachari quantitatem postulat, ut omnes flores calidiores & siciores, non tã ad conseruationem, quam ad suauitatem: minus quoque insolari postulant.

Vires.

Est vero conferua anthos vsus in medicina plurimi, nam ob vim, qua pollet, cephalicam & neruofam, cerebro roborando, & illius simul affectibus propugnandis conducit. Feliciter vero datur epilepticis, apoplecticis, lethargicis, paralyticis, tremori & palmo obnoxiiis.

CAP. VII.

Conferua betonica.

℞. *Florum betonica recentium ac mundator.* ℞. j.

sachari albissimi ℞. iij.

Constunde flores seorsim minutissime:

adde postea sacharum, & fiat Conferua in vase idoneo reponenda, insolanda seruanda.

COMMENTARIUS.

Vniusmodi non est huius conferuæ præparandæ ratio: Alii enim iuxta modum præscriptum conficiunt: alii sacharum coquant in aqua betonicæ ad consistentiam electuarii solidi; deinde flores tritos miscent; sicque conferuam efficiunt optimã, & sapore & viribus laudabilem, utroque autem modo confici potest.

Conferua betonicæ tam sumpta, quam admota capiti robur conciliat, ventriculo benefacit, venena obtundit, & ad omnes affectus cerebri propugnandos commendatur.

CAP. VIII.

Conferua saluie, melissa, stœchados.

℞. *Florum saluia, vel melissa, vel stœchados.* ℞. ss.

sachari albissimi ℞. j. ss.

Tere primum flores tenuissime; dein sacharum; Tum omnia denuo simul tere, ac permisce, ut fiat pasta mollis, quæ vase idoneo reposita insolatur.

COMMENTARIUS.

Florum medicatorum vbertas efficit, ut ex eis Conferuæ frequentius parentur: *Stœchas*, quod rarissima sit: *Melissa*, quod paruulos valde flores promat, ex eis vel raro, vel pauca conferua paratur. *Saluia* vero cum frequens sit, & eximius prædita viribus, etiam Salernitano elogio, ex ea conferua fit ad vsus multos commendabilis. Speciali enim dote cerebrum, & neruos roborando, tremori, stupori, paralyti, & affectibus cerebri confert. Quæ ex *melissa* conficitur, memoriam iuuat; quæ ex *stœchados* flosculis, iecur obstructione liberat, & cerebrum recreat.

Vires.

Ddd 3 Quæ-

Quaedam Officinæ plures forsan cōseruas habent ex floribus conditas, sed multe quoque pauciores. Si quis his non contentus, alias ex aliis floribus deservierit, est illi liberum parare. ut cōservam pœonia, tamariſci primula veris, & cichorii.

*Conserua
florū malva.* Nonnulli cōservam florum malva parant, quam calculosis & vitiis renum mirū in modum prodesse testantur: vim namq; habet leniendi, ardorem mitigandi, meatus diducendi, & saburram à partibus excernendo lotio dicatis expellendi.

ADDITIO.

*Conserua Esula vel lathyridis D. Ig.
Hartmanni Beyeri.*

℞ fol. & fl. Esula helioscopia, vel minoris, qua cyparissias dicitur. ℥ iij, vel fol. lathyridis ℥ iij, fl. ros. purpurear. viol. martiarum an. ℥ j, fl. sachari canarini lb j. M. f. sec. art. cōserva.

Vsus huius cōserva.

℞. cōserva. esula ℥ ij. vel ℥ j, mastic. gr. viij. spec. diamosch. dulc. gr. iij. infundantur in vino albo tenui vel aqua conueniente per horas 12. colato adde succi cydonior. ℥ lb, aq. cinnam. ℥ j. M. f. haustus. Quercetanus.



SECTIO VII.
DE FRUCTIBVS, ET
ALIIS PLANTARVM
partibus conditis.

Fructus condiendi non teruntur, ut flores,

sed vel integri cum parvuli sunt, ut Ribes & Berberis, vel etiam maiusculi, ut cerasi vel in frustra secti, ut citonia condiuntur. Radices quoq; tantum concisa & purgata conficiuntur praesertim tenella, & qua coctura mollescunt De his autem omnibus condituris in hac sectione breuiter differemus.

CAP. I.

Cerasa condita.

℞ Cerasorum maturorum, ac selectorū, & pediculis purgatorum lb ij. Sachari albissimi lb j. Coque igne primum luculento, dein elementiore. spumam innascentem abiciendo, quousq; fiat ex illorum succo & sacharo syrupus optime coctus.

COMMENTARIUS.

Cerasorum multae sunt varietates, quarum ea tantum seliguntur ad cocturam, quae rubra sunt, acido-dulcia, succo multo turgidula, breuiori pediculo inhaerentia, ut & ea, quae ex obliquo rubent, agryota vulgo dicta. Ut autē rite condiantur, aqua pauca debet commisceri; sic enim sacharū liquatur facilius, & cerasa citius ac melius concoquantur. Perfec̄te autem cocta iudicantur, cum syrupi gutta in marmor effusa non diffluit: Tunc siquidem ab igne remouenda, & vbi parum refrixerint, in vasis idoneis reponenda.

Cerasa condita propter suauitatem & salubritatem singulis aegrotis, morbo quouis laborantibus, & quouis tempore solent exhiberi.

CAP. II.

Ribes & Berberis condita.

℞. Ribes, vel Berberis lb j. ℞. sachari lb j. aqua parum. Coquantur ex arte ut simul cum his coctus fiat syrupus cōsistētia legitima.

COM-

COMMENTARIUS.

Ex horum fructuum succo calore Solis, vel ignis inspissato fit sapa; ex eodem saccharo simul; ut decet, coctis, syrupus. Vtriusque autem vires eximia sunt, & medicata, & agrotis sanitati restituendis perutilis, ut supra monuimus. Sed & pro bellariis iidem fructus non parum experuntur: ob id integri condiuntur, ut etiam ad hyemem possint asseruari, & agrotis quoque exhiberi; quibus non modo saepe arrident, sed & conducunt. Ad illorum condituram solet parum aquae permisceri, sed melius eius loco, succus alterutrius commiscebitur. Sic n. conditura acidior erit; ut & dulcior, si par sacchari & fructuum pondus, ut multi faciunt, adijungatur.

CAP. III.

Pyra condita.

℞. Pyrorum moschatellinorum, decorticatorum, sacchari albissimi an. ℔. ij. aqua ℔. j.
Coque perfecte igne luculento, donec pyra fundant syrupum, consistentia legitimum.

COMMENTARIUS.

Eodem modo alia pyra condiuntur, ut rufula quaedam suavissima, Rousseletti nomine notiora; ut & alia multa carne solidiore praedita. Nonnulli, ut palato reddant amicia, caryophyllis configunt; sic namque cum dulcedine aromaticum quendam odorem, saporemque nanciscuntur delectabilem. Poma, quod carnem habeant molliorem, quae coctura facile velut in pulvem abit; integra non condiuntur, sed ex his in frusta sectis, & cum saccharo ex arte coctis fit pasta quaedam, quae in cylindros parvula studiose exsiccat & servatur.

Pasta pomorum.

CAP. IV.

Nuces condita.

℞. Nuces virides, & adhuc tenerae. n. l.
A cortice externo purga, Acu vel stylo utring; perfora: infunde novem aut decem dies in aqua tepida, ea quotidie mutata; dein coque, dum mollescant. Tum singulas terge linteo, & sicca: Caryophyllis, aut cinnamomo per bacillos secto confige: postea cum pari sacchari pondere & aqua sufficienti quantitate coque perfecte. Repone in vase idoneo & servato.

COMMENTARIUS.

Aegre ferunt multi, quod nucleae nigrescant, quem ingratum colorem ut impediatur, nucleae primum coctas, dein aromatis confixas in vase recondunt, superfundunt syrupum exacte coctum, adhucque calentem. Diebus sequentibus, si syrupus recrudescat, denuo coquunt, & adhuc superfundunt; qui si rursus fluidior appareat, recoquunt, ut tandem in legitima remaneat consistentia. Sic enim conditae nucleae albidiores manent. Commendantur ad ventriculi imbecillitatem, flatuum dissipationem, colicum dolorem & coctionem iuvandam.

CAP. V.

Pruna condita.

℞. Prunorum nondum perfecte maturorum & depellatorum, Sacchari optimi an. ℔. j.
aqua limpidissima ℔. ℞.
Coquantur ut ceraja, eodemque modo serventur.

COMMENTARIUS.

Mira est ubique prunorum ubertas & varietas inter quae multum expetuntur damascena, alba, rubra, nigra, violacea; magis ve-

ro *Brignolensia* & *Pyrdigonia*; sed omnium maxime imperialia dicta, quæ omnia matura esui gratissima sunt.

Vt autem seruentur fructuum reliquorum more condiuntur; atque primum exterior eorum cortex detrahatur: & ubi singula decorticata fuerunt, è vestigio in aquam proiciuntur, ne flauescant, nigrescantve. Sic enim omnia bene mundata coquuntur, quousque syrupus ex eorum succo & *sacharo* commixto legitimæ conficiatur consistentiæ.

Eodem modo mala perfica & præcocia condiuntur.

Cortices arantiorum, limonum, citriorum.

Cortices arantiorum, limonum, citriorum, partim ob duritiæ, partim ob insuauitatem ante condituram semel atq; iterum macerantur in aqua tepida, in quam nonnulli prima vice nodulum cinerum iniiciunt; secunda, in aqua simplici, in qua tandem cum æquali ad cortices pondere *sachari* coquuntur, vt artis est, sicque probe conseruantur cum syrupo perfecte cocto.

Confectura sicca qui fi-ant.

Quibus vero nonnisi confectura sicca, vt vocant, arident, sic illis parabuntur. Cortices dicti dicto modo conditi sumendi sunt; syrupus, quo exterius madent, vel linteo detergendus, vel aqua leuiter abluendus. Sic tersi & exsiccati cortices in aliud *sacharum* ad consistentiam electuarij solidi coctum immergendi, & adhuc parum coquendi; dein amouendi, & Soli, vel loco calido, vt hypocausto exsiccandi; tum asseruandi. Verum hæc nimis curiosa condiendorum fructuum ars ad aromatarios, quam pharmacopœos spectat magis.

Cerasum. Cidoniatum

C A P VI.

Citonia condita.

℞. *Citonia decorticata, in quatuor aut sex partes diuisa, & à membranulis & seminibus purgata n. x. aut xij. Sachari pondus æquum:*

Coquantur cum aqua sufficienti, vt artis est.

COMMENTARIVS.

Citonia propter soliditatem multam cocturam patiuntur: maiore propterea aquæ quantitate est opus. Tam diu vero coqui debent, non modo vt mollescant, sed vt syrupus crassior euadat, in quo sunt asseruanda integra, non discerpta, aut in puluere redacta.

Alio modo *citonia* condiuntur, cocta nempe cum *sacharo*, & inter coquendum subinde agitata, vt formulam crassiuscule puluis acquirant; Tunc enim ab igne remouenda, & in pyxidibus ligneis, ac abietinis reponenda. Si par *citoniorum* & *sachari* pondus commisceatur. *Cidoniatum* hinc factum suauius est, sed minus astringorium. Vocatur autem *crassum cidoniatum*.

Aliud adhuc & magis rubellum, & lucidum paratur, ex solo nempe decocto corticum, & *seminis citoniorum*, cui additur *sachari* æqualis portio, vel paulo minor, & coquitur supra consistentiam syrupi. Atq; in piceas pyxides infunditur, & seruatur. Si inter coquendum peluis coperiatur, *Cidoniatum* magis rubrum efficitur, quem colorem omni *cidoniato* expetitum, vt habeant multi, succum *citoniorum* adiiciunt, vulgus *Cidoniatum clarum* nominat: alii *Aurelianense*, quod *Aureliæ* sit frequentissimum.

Paratur & *Myua* ex *citoniis*, sed modo parum dissimili: nam succus ex his raspatis elicitur; magma coquitur, & colatur: Colaturæ miscetur *sacharum* duplum: coquitur ad consistentiam electuarij: Commisceatur succi pondus æquum ad *sacharum*, sicque fit *Gelatina citoniorum*, colore rubella, sapore grata, viribus commendata.

Myua citoniorum.

Gelatina toniorum.

FOLIORVM CONDI-
TURA.

CAP. VII.

Folia adianti condita.

℞. *Adianti albi, selecti, & à stipulis exilibus mundati* lb. j. *Sachari boni* lb. ij.

Tere seorsim foliola; tum sacharum: postea misce: denuo contunde, & habebis conferuam.

COMMENTARIVS.

Folia rarissime condiantur, cum vel ex his siccatis decocta, & syrapi conficiantur illorum viribus dotata, vel etiam sicca feruentur, vix anno elapso priore exoleta: quædam tamen vires adeo habent euandidas, vt siccæ vix quicquam genuinæ qualitatis retineant: cuiusmodi est capillus veneris verus, seu Mompeffulanus, qui propter eximias vires, ab his, quæ eo carent, regionibus expetitur, ad quas deferretur forma conferuæ, modo præscripto paratæ, quo & alia quoque folia ficciora possunt condiri; humidiora vero sic:

CAP. VIII.

Folia tussilaginis condita.

℞. *Succi foliorum tussilaginis* lb. j. *Sachari* lb. ij.

Coque in consistentiam electuarii, cui adhuc calidissimo, adde tussilaginem intritam, & fiat conferua.

COMMENTARIVS.

In huius conferuæ confectura tritorum foliorum quantitas non definitur, quam alii maiorem, alii minorem adiiciunt. Sat vero est tertiam, aut ad summum mediam illorum ad sacharum pondus permiscere. Debent autem conferuæ sic paratæ diutius insolari, & subinde rudicula moue-

ri, vt quoquo versum calefiant, & aquea humiditas, quæ magis in istis exuperat, dissipetur. Simili modo alia foliorum condituræ parantur.

Folia tussilaginis condita multum conferunt tussiculosis, pulmonicis, & quibus fit frequens delapsus humoris è cerebro ad thoracem & partes vitales.

CAVLIVM CONDI-
TURA.

CAP. IX.

Caules lactuca conditi.

℞. *Caulium lactuca crispæ à pellicula exteriori purgatorum* lb. j.

Coquantur in aqua, donec mollescant; deinde linteo exsiccentur. Postea sume par sachari pondus, & cum aqua sufficienti quoque, donec syrupus aliquanto crassior euadat, & reponere in vase idoneo.

Si forma sicciore magis arvideant, exterius tergantur & siccentur: deinde cum sacharo ad electuarii spissitudinem cocto parum feruefiant: tandem amoueantur, & loco calido exsiccentur.

COMMENTARIVS.

Pauci admodum plantarum caules condiantur, vel ob duritiem, vel insuauitatem, aut qualitates inutiles & negligendas. Qui crassitudine, dulcedine, tenertate, & virium præstantia commendantur, possunt recte condiri, vt caules lactuce potissimum crispæ, vt caules cinare, seu articulis, quem vulgus artichocum nominat. Ex vtriusque enim caulibus aromatarum solent confecturas siccas modo supra descripto facere.

Caules lactucæ conditi demulcendæ sunt idonei, stomacho æstuanti profunt, & hepatis feruori.

CAP. X.

Caulis Cynaræ conditi.

℥. Caulium Cynaræ à pellicula externa, & fibris durioribus purgatorum lb. j. Coquantur in aqua, donec tenerescant: deinde linteo accidentur: Tum cum sachari pari pondere, & aqua sufficienti denuo coquantur, donec syrupus fiat crassior. Reponit confecturam in vase idoneo: qua si forma sicciore magis expectatur, eodem modo paratur, quo lactucarum cauliculi.

COMMENTARIUS.

Cynaræ caules sumi debent albi, qui scilicet nondum extra terram eruperunt; plebecula *cardus* appellat, quæ tota hyeme frequenti sunt in usu Lutetiæ, ubi Cynaræ uberrime luxuriant, quibus nulla ratione multi utuntur ad stimulos veneris proritandos. Parum enim materiæ genitalis & flatulenti spiritus corpori præstant, fucci vero melancholici plurimum, ex Galeno lib. 2. de alim. facult.

Seligendi autem sunt caules Cynaræ vulgaris, non Hispanicæ & spinosæ, quæ è genere carduorum est; imo utraque ex eorum sobole deprompta, sed illa cultu & arte lætiorem faciem, & saporem magis gratiosum sibi comparavit.

Vires.

Caulis Cynaræ conditi pro sanorum bellariis & comestationibus magis, quam pro ægrorum dicta celebrantur.

RADICES CONDITÆ.

CAP. XI.

Radix pæonia condita.

℥. Radicum pæonia lotarum & purgatarum lb. ij. Bulliant in aqua, donec mollescant. Percocta super linteum extendantur.

in umbra diem integrum, aut bi-duum, ut humorem aqueum refundant: dein coque par sachari pondus eum pauca portione huius decoctionis ad consistentiã electuarij; Adde radices prædictas: & denuo parumper coque. Tum aufer ab igne, & reponit in vase idoneo.

COMMENTARIUS.

Radicum aliq̄ non nisi Vere condiri debent, antequam scilicet illarum succus in thyrso, ramos & frondes fuerit absumptus; aliæ, cum primum plantæ suis foliis exuuntur, nempe Autumno, quo tempore vis multarum stirpium confugit ad radices; tunc enim magis est percoctus humor, quam alio tempore: Nonnullæ & Vere, & Æstate, & Autumno recte conduntur, quæ scilicet perpetuo succulentæ sunt, licet caules nondum eruperint vel adoleuerint, vel aruerint. Colligendæ sunt igitur eo tempore, quo vis earum est melior, ut radix *Satyrii* & *Treos* vere radix *pæonia* Augusto mense, Syluii iudicio, vel potius Martio; *Enula*, *Bryonia* & *peucedani* Autumno, ut cap. 13. lib. 1. Instituit. fufius docuimus.

Radices quando condienda.

Earum autem nonnullæ amaræ sunt, vel acres, & insuaves, quæ ante condituram pluries in aqua macerandæ: aliæ satis gratæ, quæ ubi diem vnum in aqua tepida fuerint infusæ, in eadem, aut semel mutata concoquendæ, ut radices *pæonia*, quæ iuxta formulã præscriptã optime conduntur; vel aliam parum dissimilem, cum scilicet super eas coctas affunditur *sacharum*, instar electuarii mollis coctum: quod ubi recruduerit, denuo coquendum: idq; toties repetendũ, quoties crudescere videbitur.

Radices pæoniæ conditæ vires magnas habent ad arcendam & curandam epilepsiam, si mane ieiuno stomacho, & hora somni modicum sumatur.

Vires.

CAP. XII.

Radice eryngiorum condita.

℥. Radicum eryngiorum frustisim incisarum.

farum, & intus à parte lignosa purgatarum lb. j.

Coquantur in aqua ad mollitudinem: excidentur in umbra suppositis linteis: tum misceantur saccharo eorundem decoctione soluto, & ad electuarii spissitudinem cocto: atque rursus parum concoquantur, ut aquea quadam humiditas dissipetur Tandem in olla conueniente reponantur, & seruentur. Sic radices buglossi condiuntur.

COMMENTARIUS.

Radices Eryngiorum quod dulces sint, ante condituram semel tantum sunt macerandæ & in eadem aqua coquendæ, donec mollescant: deinde cum saccharo condiendæ, ut dictum est. Addit Mesue aromata quædam, ut cinnamomum, & zinziber, quibus configi suadet, & coquit cum portione mellis & sacchari, vel melle solo, sed triplo. Verum consuetior & melior parandi modus is est, quem exhibemus.

Secacul. Passim autem occurrit in Arabum paginis *secacul*, quod hucusque pro eryngio desumptum est: illius tamen descriptio ab Aiacenna, & Serapione tradita aliam plantam, si non viribus, saltem vultu dissimilem ostendit, quæ in India colitur & conditur; Ad res venereas custoditur & datur, ut & nostrum Eryngium, quod à nonnullis, sed male, *secacul* nominatur, licet vires habeant affines: utrunque enim calidum & humidum est in fine primi, vel initio secundi recessus, & veneris ludibria mouet.

Recte igitur faciunt, qui Syluii consilium secuti, *Secacul Indici* penuria, eryngium nostras substituunt, ut posthac amplius stomachari desinant, qui ægrius hanc ferunt substitutionem, donec ex Syria verum *Secacul* aduexerint.

Eryngium. Est autem eryngium ex aculeatarum stirpium genere; cuius tamen folia adhuc tenella, nec spinosa, nec rigida sunt, & in cibos recipiuntur. Lata vero sunt, ait Dioscorides *cap. 17. lib. 4.* & extremo ambitu

aspera, gustui aromatica: & vbi adoleuerint, pluribus spinis horridis aculeantur; ut & capitula in fastigio rotunda, acutissima- rum spinarum ambitu circumuallata: radix longa, exterius nigricans, intus alba, tenera, gustui dulcis ac grata. Eius autem historia fusius describitur *libr. 1. de materia Medica.*

Radix eryngii condita alit, semen auget, venerem stimulat, urinam mouet, & saburram renum ac vesicæ pellit.

CAP. XIII.

Radices Symphyti condita.

℞. Radicum symphyti maioris per saleas concisarum. lb. j.

Macera & coque sufficienter in aqua, donec mollescant: sic percocta, & diem unum in umbra seccata iniciantur in saccharum eorundem decoctione solutum, & ad crassitatem electuarii coctum; atque rursus parum coquantur, usque dum aquea superfluitas absumatur tota. Sic apparatus saccharato condita in vase seruentur idoneo.

COMMENTARIUS.

Recte quidem radices symphyti iuxta modum descriptum condiuntur, ut & aliæ multæ, quæ coctura facile mollescunt. Malunt tamen multi easdem sic preparare ac condire. Radices primum lotas & mundatas coquunt; deinde tundunt; postea cribro transmittunt; tum excipiunt duplo saccharo ad electuarii consistentiam cocto: tandem calefaciunt adhuc, & recondunt pyxidibus. Idem solet fieri de radicibus omnibus crassioribus: sic enim melius à suis fibris purgantur, & perfectius omni ex sui parte conficiuntur.

Valent plurimum ad sanguinem vnde- cunque fluentem, ad delapsam humorum cohibendum, & ad vulnera partium internarum agglutinanda.

CAP. XIV.

Radices Enulae condita.

℞. Radicum enulae campanae lotarum, purgatarum, & infrusta sectarum lb. ij.

Infunde in aqua tepida per quadri-
dium, aqua quotidie mutata, dein
coquantur, quousque tenerescant. Sic
cocta linteis duplicato excipiantur:
in umbra exsiccentur: postea sumatur
aqualis sachari pondus; cui ad consi-
scentiam electuarii cocto addantur
radices praedictae, & simul denuo pa-
rum concoquantur: tum in vase re-
ponantur.

COMMENTARIUS.

Radices Enulae plus vel minus mace-
randa; & aqua mutanda pro illarum in-
firmitate, quae si bina, trinae maceratione
possit emendari, & amicior reddi, non diu-
tius immergenda; ne earum vis exolua-
tur, ac in aquam deponatur tota.

Helonii seu enulae radices conditae sto-
machum roborant, cor retereant, status
discutiunt, coctionem iuuant, aduersus
venena prosunt, & morbos pestilentes ac
virulentos.

CAP. XV.

Radices Satyrii condita.

℞. Radicum Satyriorum lotorum &
mundatorum lb. j.

Coquantur in aqua quousque tene-
rescant; dein in umbra siccentur, sup-
positis linteis. Exsiccata misceantur
cum pari portione sachari in earum
decoctione clarificata ad electuarii
consistentiam cocti, & postea adhuc
parum coquantur, ut humiditas a-
quea tota dissipetur.

COMMENTARIUS.

Debent integrae Satyrionis radices
condiri: earum enim moles non impedit,
quominus totam sachari substantiam per-

uadat. Nulla aromata adiecimus, ut hec-
ticis & febrientibus securius dentur. Vires
habent Diastyrion affines, sed imbecillio-
res, ut videbimus postea suo loco.

Vires.

Aliae radices multa eo modo, quo supe-
riores condiuntur, quas breuitatis gratia
omitto. Zinziber recens non habemus,
sed ex Bengala Indiae regione, ubi copio-
sissimum & laudatissimum provenit, ad
nos conditum aduehitur.

A D D I T I O.

Vffenbachij.

Acorus conditus.

℞. radic. acor. recent. lb. ij.

decoquantur & incidantur: postea
addatur zinzib. incis. lb. j. Coquantur
simul una aut altera ebullitione &
incidantur: deinde

℞. moll. despumati lb. viij.

Iterum cum acoro & zinzibero co-
quantur ad iustam perfectionem, in
fine adda sequentem pulverem.

℞. piper. nigr.

zinzib.

caryophyll.

galang. an. ℥. ss.

cardamom.

nucis t. an. ℥. ij. pulveriscentur omnia:
subtilissime & Mi pro usu.



SECTIO VIII.

DE ECLEGMATIS IN OFFICINA.

SERVANDIS.

Inter medicamenta preparantia Ecleg-
mata meriso locum habent, quod humores
thorace contentos ad expulsionem per A-
nacathar simpreparent, ut eisdem alio im-
pactis

tractos per secessum. Nam cum acidula sint, aut dulcia, illa incidunt lentos & viscidos succos renacius inharētes, ut facilius à partibus separentur, & exseruantur: hac eosdē, atque alios concoquunt, & ad excludendum spūando reddunt aptiores. Si mixti saporis fuerint, ut dulcoacidi, simul & attenuant, & concoquunt. Eorum autem, quae veteres in Officiis asservari iusserunt, usus fere exolevit; atque nunc cum thoracis, aut aspera arteria prava quadam affectio lohoch seu eclegma postulat, in rem presentem ex rebus idoneis facile paratur, viribus praestans & sapore gratum, ita ut displicere nunc videantur veterum eclegmata, ut magis ingratia, nec magis utilia. Ne quid tamen nostrae desit Officina, pauca quaedam ac selectiora & paratiu faciliora damus, quorum usus ad effectus particulares magis commendantur, ut:

CAP. I.

Eclegma scilliticum. D. Mes.

℞. Succo scilla.
Mellis despumati an. ℞. ij.
Coquantur simul secundum artem
ad consistentiam mellis.

COMMENTARIUS.

Paratu facillimū est istud eclegma, quia simplicissimum, hisq; solum constat, quibus & mel scilliticum, sed diuerso modo ac preparatione, & proportione mellis ad scillam confectum. Nam in melle scillitico folia cum melle confusa in idoneo vase insolantur, & vsu tempore percolantur: in eclegmate succus tantum cum melle coquitur supra consistentiam syrupi.

Vires.

Lohoch de scilla crassos & viscidos humores partibus respiratoriis impactos potenter incidit, & ad expulsionem apparat; Asthmaticis valde congruit, difficile spirantibus, & quibus pituitae viscidæ copia in pulmonibus, vel thoracis spatio continetur.

CAP. II.

Eclegma de caulibus. D. Gord.

℞. succi caulium ℞. j.
bulliat parum, & despumetur. Dein
adde croci ʒ. iij.
sachari,
mellis optimi an. ℞. ss.
Coquantur ex arte ad consistentiam
linctus.

COMMENTARIUS.

Succus caulium hortensium primum adducitur: eductus igne vel Sole depuratur: ei postea mel & sacharum adduntur; & perfecte coquuntur, tum crocus tenuissime pulueratus commiscetur, vel etiam ante perfectam eclegmatis cocturā, quam Gordonius illius author ad electuarii spissitudinem ducit. Credibile tamen est, per electuarium, linctum intelligere, qui Asthmaticis curando, cui praescribitur, magis conuenit. Solent vero folia caulium rubrorum aliis praeferrī, cum de morbis thoracis sanandis, & de aluo mouenda res est.

Lohoch de caulibus valde confert asthmaticis, antiquae tussi, spūto coquendo, mouendo, & excludendo. Vires.

CAP. III.

Eclegma de pulmone vulpis. D. Mes.

℞. Pulmonis vulpis, ut decet, preparati
& siccati,
succo glycyrrhizae,
adianti albi,
seminis fœniculi,
anisi an. partes aequales.
Confice cum syrupo rosato, vel myrtino.

COMMENTARIUS.

Conficiunt nonnulli cum hydrosacharo simplici, alii cum sacharo in aqua pimpinellae.

℞. e ʒ. la so-

la soluto & cocto, & qui magis roboratiuū postulat, cum Rob seu succo inspissato myrti, vt suadet Mesue. Nos cum syrupo rosato, seu Alexandrino nunc dicto, conficimus: sic enim gratius est, quod cum Rob myrsino vel hydrofacharo paratur, & in qualitate roborante inter vtrumq; medium.

Recte quoq; parabitur cum syrupo myrti, cuius rob rario seruetur, imo nullo in pharmacopolio paratum reperitur.

Pulmonis
vulpi præparatio.

Pulmo autem vulpis tantum sane, iuuenis, ac venatu captæ, si fieri possit, lumen- dus, aqua abluendus, secundum vasa, quibus adhæret, ac suspenditur, incidendus: ab iisdem vasis separandus, sanguis exprimendus; deinde vino albo modice calido lauandus: tum olla imponendus, & in cli- bano parum calido exsiccaudus, & ser- uandus.

Vfus tempore eius portio tenuissime leuigatur, & miscetur cum liquore ido- neo, vt in hoc eclegmate, cum syrupo di- cto, vna cum reliquis simplicib. pulueratis.

Vires.

Lohoch de pulmone vulpis pro phthi- sicis à Mesue describitur. Sunt tamen, qui malunt pulmonem tritum & iulepo rosato commixtum exhibere: alii aliorum ani- malium salubriorum, vt suis, arietis, vituli pulmones esitandos non sine ratione præ- ferunt, quibus in pastu phthificus suauis & salubrius vti potest, ad vncias duas plu- resve. Sic enim pulmonibus magis felici- usq; consulat, quam vnciam integram e- clegmatis præscripti sumendo, in qua vix scriptulus pulmonis vulpini continetur. Hoc tamen in pharmacopolio haberi non nefas duco, cum multa bechica con- tineat, quibus feliciter tabidus vti potest.

C A P. IV.

Eclegma sanum & expertum.

D. Mes.

℥. Passular. mundatar.

caricarum,

dactyl. & pinguium an. ʒ. ij.

iuubarum,

sebesten, an. num. xxx.

seminis foenigraci ʒ. v.
semin. n. fœniculi, lini,
anisi.

hyssopi sicci,

caiaminiba,

radicis iroos,

glycyrrhiza,

cinnamomi an. ʒ. ʒ.

capilli Veneris m. j.

Coquantur omnia in lb. iij. aqua ad

medias: adde colatura penidorū lb. ij.

Coquantur de nouo ad mellis crassitu-

dinem. Tunc adde sequentia pulue-

rata. nempe.

pineorum mundat. ʒ. v.

amygdalar. depellatar.

amylī an. ʒ. iij.

glycyrrhiza mund.

gummi Arabici.

tragacantha, an. ʒ. ij. ʒ.

iroos ʒ. ij.

Exacte omnia misce, & fac eclegma.

COMMENTARIUS.

Vt hic probe conficiatur linctus, radix iroos in taleolas secta, primū in aqua lim- pida bulliat per octauam horæ partē; de- inde femina misceantur; tum fructus & fo- lia; postremo glycyrrhiza & cinnamomum. In colatura, vt decet, cum penidiis cocta, pulueres seorsim primū leuigati, dein cō- fuse mixti cōiiciantur, vt ex his simul vni- tis omnibus, & pistillo ligneo agitata fiat eclegma, quod ab effectu sanum & exper- tum cognominatur. Continet n. fructus multos, femina, folia, & quædam gummi, quæ illius facultates eximias cōmonstrāt; quibus additur amyllum ad lentorem ma- iorem medicamento conciliandum.

Amyllum autem ex multis cerealib. fieri potest, sed optimum, quod ex tritico quin- qui fiat. Amyllum
qui fiat.
liri cœperit, inquit Dioscor. sensim aqua effundenda sine agitatione, ne quod vile est, vna effluat. Vbi mollissimum fuerit, ef- fusa aqua pedib. calcari ac cōstringi debet; dein

dein alia aqua superfusa denuo calcari: tū enatantes ibi furfures cribro excipiendi; reliquumque quallo sportis que ficutum ē vestigio nouis tegulis torreatur in sole, & seruetur. Sic namque sine mola conteritur, vnde nomen *Amyli*. Partes exasperatas lenit, oculorum fluxiones & sanguinis reiectiones cohibet.

Vnde nomen habeat.

Amyli vires.

Eclegma sanum & expertum valet ad ruffim, raucedinem ab intemperie frigida contractam: multum incidit, tenuat, tergetque, & humores præsertim frigidos concoquit.

CAP. V.

Eclegma de pineis. D. Mes.

℞. Nucleorum pineorum mundatorum
℥ xxx.
amygdalarum dulcium,
auellandarum assatarum,
gummi tragacanthi,
gummi Arabici,
glycyrrhiza rasa,
succu glycyrrhiza,
amylis,
adianti albi,
radicis ireos an. ℥. iiij.
carnis dactylorum cheiron, id est, ful-
uorum ℥. xxxv.
amygdalarum amararum ℥. iiij.
mellu passulati,
butyri recentis,
sachari albi an. ℥. iiij.
mellu optimi quod sufficit, ex arte fi-
at eclegma.

COMMENTARIVS.

Vt optime paretur id eclegma, radices sicca primū sunt seorsim terendæ, postea adiantum, deinde fructus, tum gummi & amyllum. Quæ autem aptius incidi postulant, vt amygdala, & auellana: minutim cutello incidantur. On nibus probe laui-
gatis additur rob passularum, leu mel passu-

latum, dein byrrum; tandem mellis albiffi-
mi & oprii in quantitas idonea, vt legittima
fiat eclegma consistentia.

Eclegma de pineis tussu conuenit anti-
quæ, asthmatis, spūto viscido, respirationis
difficultati, vocis asperitati, humorum co-
ctioni & expectorationi; atque pulmonis
& thoracis affectus, qui ab humorum co-
pia vel noxia qualitate proficiscuntur, cu-
rat.

Vires.

ADDITIO.

Looch D. Io. Hartmanni Beyer. De mu-
cilaginibus.

℞. mucilag. sem. lini,
rad. malv.
bis malv. an. ℥. ij,
cytonior.
psyll. an. ℥. j.
tragac.
gumm. arabic. an. ℥. ℥.
sacch. cand. ℥. xij. Mi.
f. looch sec. art.

Eclegma Enulatum Baronis à Polheim.

℞. rad. hellenii ℥. ℥.
sem. anis.
fenic.
gumm. arabic.
tragac. an. ℥. ij,
sem. malv.
cydon. an. gr. xv.
papau. alb. ℥. j.
pinear.
passular.
dactylor. an. ℥. j.
zincib. alb. ℥. ij,
sem. frig. maior. an. ℥. ℥.
pulu. Glycyrrh. ℥. j.
sacch. penid. ℥. j.
ol. fenic.
anis. an. gutt. v. Mi. & cum syr.
scabios. f. Eclegma.
Ex 6706515 D. Coboldj.

Ecclia.

*Ecclegma è passulis Pontani. contra tussim
puerorum.*

℞. passul. corinthiacar. ℥ iij,
aq. fenic. ℔ j. Coquantur ad tertias,
deinde contundantur & terantur
per cribrum, tum adde penidii ℥ iij.
Coquantur ad perfectionē & f. looch.

Ecclegma Pistorii.

℞. looch. de pulmon. vulp.
de pino. an. ℥ iij,
℞. sulph. leuissimor. & rite prep. ℥ j. ℞.
croci,
benzoin an. ℥ j,
mosch. gr. v,
buryr. popul. ℥ j. Mi. & cum Syr. ex
liquirit. f. ecclegm.

Aliud eiusdem.

℞. looch. sani & experti ℥ vij, ℥
de pino ℥ iij,
sach. cand. albi ℥ ij. ℞.
pulu. rad. irid. ℥ j,
sem. vrtic. ℥ ℞,
ol. anis. gritt. iij,
benzoin ℥ ℞,
margar. prapar. ℥ j. Mi. & cum Syr.
viol. simpl. f. Ecclegma.

*Ecclegma ad asthma Horatii Au-
genii.*

℞. spec. calidar. diaireos Nicolai ℥ iij.
pulmon. vulp. prapar. ℥ j,
syr. de tabac. aut. de hyssop. ℥ iij. Mi.
Aliud eiusdem ad idem.

℞. vini dulcis tenuis.
melicrati cocti an. ℔ ℞,
puluer. fol. tabac. in umbra exicca-
tor. ℥ j ℞,
rad. polypod. querc. & minutissime
conciisa ℥ iij,
hellenii, remoto meditullio incisa
℥ iij.
Macerentur horis 48. postea colentur
per manicam Hippocratis, conseruen-
tur in loco frigido. Huius dabat Lu-
douicus Augenius, Horatii parens
℥ vij. singulis diebus horis quinque
ante prandium.
Horatius autem ℞. illius vini ℥ iij,
admisceat spec. diair. Nicol. ℥ ij. & ef-
ficat Ecclegma agitando leniter apud
ignem, ac ubi refrigeratum fuerit,
addit olei de sulphure ℥ j. Et dicit, se
semper obseruasse, quod pro visci-
dis & maxime crudis humoribus
expectandis summopere contu-
lerit.

FINIS LIBRI PRIMII.

OFFI-



OFFICINÆ

PHARMACOPOEO- RVM, SEV ANTIDOTARII

LIBER SECVNDVS;

A PETRO VFFENBACHIO MVLTARVM
compositionum pulcherrimarum & vtilissima-
rum descriptionibus locupletatus.

De medicamentis purgantibus selectissimis,
& vsu longo probatis.

PRÆFATIO.

COMPOSITORVM catharticoꝝ innumera pene est mul-
tudo, multiplex forma, multusque parandi modus. Ex his
selectiora damus, præstantiora & probatiora; atque ea vel
forma electuarii liquidi aut solidi, cuiusmodi sunt opiata ac
hieræ, vel forma pilularum & trochiscorum. Raro enim sub
forma pulueris aut potionis medicamenta purgantia in officinis seruantur.
Addimus conficiendi modum & rationem, nec non confectionis qualita-
tem. Relinquimus autem multa à veteribus tradita, quorum nempe vsus
nec salutaris est, nec debita ratio compositionis obseruatur, vt quæ multa
inutilia contineant, aliquando noxia & sæpe incognita. Despiciamus adhuc
alia multa à recentioribus inuenta & iactata, qui vt quondam nominis glo-
riam captarent, ea ipsa varie cognominarunt, non solum authorum titulo,
sed effectu sæpe fictitio. Ea, inquam, despiciamus, vel saltem relinquimus
& selectiora, probatiora ac vtiliora damus, atque in sectiones quatuor par-
timur: in quarum priore de electuariis liquidis; in tertia de solidis, in quar-
ta de pilulis agimus; secunda de his confectionibus amaris agit, quas Me-
dici hieras nominant.

Fff

CAP.

CAP. I.

Diacassia D.N. Præpos.

℞. Foliorum & florum violarum,
malua,

beta,

parietaris,

absynthij Romani an. m. ℞.

Coque in aqua ℔. iij. ad medias. In
colatura adde mellis ℔. j.

Coque denuo ad consistentiam ele-
ctuarij liquidi. Tum misce cassia
mundata ℔. j.

fiat electuarium in vase idoneo repo-
nendum & seruandum.

COMMENTARIUS.

Compositio-
nis illustra-
tio.

Diacassia non ab omnibus pari parari modo solet: alii enim succos plantarum cum melle coquant ad crassitudinem idoneam, deinde, cassiam permiscunt: alii plantas ipsas elixant, & colaturæ diluunt cassiam & melitum rursus totam mixturam feruefaciunt ad consistentiam electuarii mollis: Verum improba est ea conficiendi ratio, in qua tam diu cassia percoquitur. Optima est hæc, per quam factæ cannae, ex quibuseducta est medulla, lauantur in decocto colato; dein mellis integra libra (non quidem dimidia, parcior enim est, ut dupla, nimia) additur. Postea coquantur ad spissitudinem legitimam, ut tandem adiecta cassia libra fiat electuarium.

Nonnulli loco mellis sacharum permiscunt; alii utrumque: quidam mannam; alii sennam, alii alia: sicque varia ex medulla cassia electuaria conficiunt, quibus minime assentior. Sat enim est, diacassiam iuxta præscriptum modum paratam pro enematis habere, & si quando per os cassia medulla sumenda sit, recens extrahenda, & simplex sumenda, aut ei commiscenda, quæ conuenient, & Medici scopo respondebunt.

Cassia opti-
ma qua.

Debet autem seligi cassia Ægyptia seu orientalis, quæ extrinsecus ex subrufo ni-

gricat, intus pinguis est ac medullosa & nigra, cuius vis commendatur ad calorem temperandum, aluum eluendam, & corpus blande purgandum: ob id secure datur pueris, senibus, & grauidis: Sine enim molestia ventrem subducit: creditur tamen flatu concitare: ob id multi illius medullam educunt ad vaporem decocti anisi vel feniculi: alii parura cinnamomi permiscunt, & quibus intestina sunt debilia, aliquid granorum berberis addit Gorræus.

Audio nouum genus cassia ex Brasilia aunc aduehi, cuius mella vncia dimidia magis aluum turbat, ac validius copiosiusque humores educit, quam vncia integra vulgaris ac orientalis.

Cassia Bra-
siliiana.

Diacassia medicamentum est benignum, ac clementer purgans, mesenterii æstum mitigat, aluum blande mouet, illius siccitatem humectat, & lubricando ac detergendo per secessum excrementa deponit.

Diacassia
vires.

CAP. II.

Electuarium lenitiuum.

℞. Polypodij querni,
senna mundata,
passularum mundatarum an. ℥. ij.
mercurialis m. j. ℞.

hordei,

adianti,

violarum an. m. ℞.

iuiubarum,

sebesten an. num. xx.

prunorum enucleatorum,

tamarindorum pinguium an. ℥. vj.

glycyrrhiza rasa ℥. ℞.

Coquantur in aqua sufficienti quan-
titate ad tertiam partem dissipationem.

Colatura adde,

pulpa cassia fistularis,

tamarindorum, &

prunorum,

sachari albißimi, &

violari an. ℥. vj.

senna puluerata ℥. ij. ℞. fiat electua-
rium.

COM-

COMMENTARIUS.

Ad huius electuarii confectionem *pas-*
sula debent ab acinis repurgari: Si *adian-*
tum album, seu *capillus Veneris* verus non
suppetat, eius loco *polytrichum* substitua-
tur: *Conserua violarum*, vel *sacharum vio-*
latum commixtatur pro arbitrio; conser-
ua tamen electuarii minus idonea *Ani-*
sum vel *feniculum dulce*, vel *cinnamomi*
parum poterit adicere, qui voluerit; huc-
usque tamen sine istorum villo paratum
est hoc electuarium: quo qui sunt vsi, nul-
lam à flatibus molestiam perpessi sunt.

In parte decoctionis paratæ fructus, ex
quibus est educenda pulpa, erunt hume-
ctandi: in alia cum *sacharo* syrupus confi-
ciendus, cui adhuc calenti pulpæ commi-
scebuntur & *sacharum violatum*: tandem
senna tenuissime laeuigata, cuius vicia vna
cum dimidia, vel tantum cum dragmis tri-
bus, vt vult Nicol. Præpositus, ponitur pro
quaque libra compositionis, cuius Rhafis
esse perhibetur author.

Electuarium lenitium sic ab effectu di-
ctum, vim habet leniendi, molliendi, &
aliud subducendi. Humores obuios sine
molestia ducit, præsertim pituitosos &
melancholicos. Conuenit pleuritidi & a-
liis thoracis affectibus.

Aliud quoddam à Medicis Florentinis
describitur sub nomine *electuarii magi-*
stralis, quod *turpethum*, *zinziber*, & *scam-*
monium recipit: quo recte pharmacopo-
lium nostrum carebit.

CAP. III.

Electuarium Catholicum.

℞. *Polypodij querni contusi* ℞. j.
aque purissima ℞. ix.

Bulliant simul ad tertis partis aque
dissipationem.

In duabus partibus colaturæ coquan-
tur sachari ℞. viij. *in syrupum: cui*
adde pulpa cassia, &

samarindorum altera decedti parte
madefactorum,
foliorum senna bene mundata an.
℞. viij.
rhabarbari optimi,
polypodij quercini,
feniculi dulcis.
violarum an. ℞. iij.
feminum quatuor frigid. maior an.
℞. j.
glycyrrhiza rase.
penidiorum,
sachari candi an. ℞. ℞. fiat electua-
rium.

COMMENTARIUS.

Vt antidotus hæc vniuersalis optime cõ-
ficiatur, multa sunt seorsim terenda & ap-
paranda, ac primum quidem *polypodium,*
quod cum bis ponatur, bifariam præpara-
tur. Primâ vice tantum contunditur cras-
siuscule; secunda, tenuissime laeuigatur.
Quod coactulum est, diutissime coquitur
in aquæ quantitate dicta, vel sufficienti, &
ex duabus partibus colaturæ & *sacharo* fit
syrupus.

Ex altera humectantur *samarindi*, vt
eorum pulpa facilius cernatur, nec non
cassia orientalis medulla.

Rhabarbarum per se teritur: *senna,* *gly-*
cyrrhiza, *feniculum,* *viola,* & per se, & si-
mul teruntur commode. Loco *violarum*
duplum conseruæ illarum optime misceri
potest. Quatuor semina frigida maiora,
excorticata, scalpello minutim conciduntur:
dein puluerantur *penidia* & *sacharum:*
tum miscentur omnia ligneo pistillo, aut
rudicula probe agitando, vt fiat electua-
rium consistentiæ legitimæ.

Non modo autem varia est huius medica-
menti solennis cõpositio, sed varia de hu-
ius authore opinio: Syluius enim videtur
illius inuentionem adscribere Galeno; Iou-
bertus Nicolao Myrepico; Bauderouius
Nicolao Salernitano; Adolphus Occo-
Nicol. Præposito; Valer Cordus Nic. Ale-
xandrino, apud quem extat illius descri-
ptio, vsitata tamen valde dissimilis.

Fff 2

Qui

Compositio-
nis illustra-
tio.Catholici
author in-
certus.

Facultates.

Qui autem certo non sciunt, cuiam istorum iuste debeat illius inuentio, Catholicum Nicolai, sine expressa cognominis designatione vocitant. Manet ergo nomen authoribus incertum & anceps.

Catholicum cur dictum. Appellatur autem medicamentum hoc, *Catholicum*, & *diacatholicon*, hoc est, *uniuersale*, vel quia humores uniuersos expurget, vel quia eosdem ex corporis uniuersitate trahat & educat.

Catholicum simplex. Iuxta vero formulam à nobis datam paratum, vocatur *Catholicum simplex*, ad differentiam alterius magis compositi, quod duplum pondus *rhabarbari* & *sennæ* recipit: neutrum tamen in hoc ponitur in substantia, seu pulueratum, vt in præcedenti, quod *Catholicum simplex* vocatur, sed *folia orientalia* incoquantur, & *rheum* infunditur, eiusque expressio miscetur: mixtura autem sic in formam electuarii dicta vocatur *Catholicum duplicatum*.

Multi *polypodio* decoquendo *anisum* aut *feniculum*, alii *coriandrum* ad discutiedos flatu adiuiciunt. Ad huius tamen effectus consecutionem *feniculi* satis additur, nec est opus, tot medicamenta similia simul in massam congerere. Loco *anisi*, quod multi auersantur *feniculi* dulce substitui. Si quis malit *coriandrum*, vel vtriusque pondus æquum permiscere, non refragabor. Libenter adhuc ad gratiam maiorem, *cinnamomum* adiuicerem; nec eos pigebit, qui commiscebunt. Cætera secundum veterem descriptionem relinquenda, quæcum primæ notæ Medici non modo probarint, sed aliis purgantibus multis prætulerint, illam peruertere, vt fecit *Rödelerius*, credidi nefas.

Catholicum pro clysteribus. Nonnulli *Catholicum* quoddam in officinis seruant pro clysteribus, à communitantum diuersum, quod *rhabarbarum* minus electum, & antiquatum recipiat, & cum *melle sacchari* loco paretur.

Catholicum valde purgatorium. Improbandum est illud valde purgatorium, cui pharmacopœcorum nonnulli *turpethum*, *colocynthida*, & *hermodactyles* adiuiciunt.

Audio, quosdam liquidiusculum catho-

liconem ex syrupo & pulparum puluerumque infuso tantum paratum in officinis seruare; sed cum illius vis sit multum imbecilla, nec authoris, quisquis ille fuerit, scopo respondeat, rarissime paratur, nec parandum arbitror.

Alia *Catholicæ* descriptiones traduntur à *Fernelio*, quarum prior inter cætera recipit calida quædam, vt *helenium*, *hyssopum*, *zinziber*, *cinnamomum*, *nucem moschatam*, & *mel*: altera inter purgantia *turpethum* admittit, *agaricum* & *diacridium*. Quæ sane compositiones, cum non nisi à perito veniant artifice, non improbantur, sed tanquam minus probatæ, nunquam aut raro in officinis paratæ reperiuntur.

Pro vero igitur electuario *Catholico* stet in pharmacopoliis perpetuo, quod iuxta veterum Doctorum placita descripsimus.

Catholicum blande ac elementer omnes humores purgat: conuenit febribus & aliis morbis acutis, maxime his, qui à lienis & iecoris praua quadam diathesi oriuntur.

C A P. IV.

Diaprunum, seu diadamasenum simplex, D. Nicol. Myr.

℞. *Pruna damascena recentia* & *matura* n. 100.

Coquantur in aqua sufficienti, donec tabescant: Pulpa per cribrum traiciatur, relictis corticibus & nucleis. In percolato iure incoque parum. florum violarum ℥. j.

In colatura dissolue sacchari lb. ij.

Coque in syrupo: cui adde pulpam prunorum prædictæ, & per se inspissate lb. j.

medulla cassia & tamarindorum an. ℥. j.

Tum permisce pulueres sequentes, nempe

santalorum alborum,

santa-

santalorum rubeorum,
rhubarbari an. ʒ. iij.
rosarum,
violarum,
seminum portulacæ,
scariolæ,
berberis,
succi glycyrrhizæ,
tragacanti an. ʒ. ij.
quatuor seminum frigid. maiorum
an. ʒ. j.
 Ex arte fiat electuarium.

COMMENTARIUS.

Huius electuarii descripta formula præ se fert suum conficiendi modum, eumque optimum, licet paulo aliter conficiant nonnulli, pulpam non modo *prunorum & tamarindorum*, sed etiam *castiæ* diluentes & elixantes cum syrupo ad consistentiam mellis, vel electuarii liquidiusculi, cui postea pulueres addunt, ut simul cum expectata qualitate crassiorem & legitimam consistentiam sortiatur.

De *violarum* autem quantitate non inter omnes conuenit, alii enim unciam tantum dimidiam ponunt, ex Nicol. Myrepsi decreto; alii sesquiunciam, seu unciam unam cum dimidia: nos medium inter utrumque pondus, nempe unciam ponimus, in decocto *prunorum* colato parum coquendam. Nonnulli præter intentionem authoris *cinnamomum* adiiciunt, sed auferendum puram lenienti & refrigeranti medicamento descripto minus idoneum.

De *semine berberis* possum idem iudicium ferre, non quod me lateat, vires habere roborantes, sed quibus facile *diapruni* carere possit, cum *rheum* & *rosas* admittat multo magis roborantes; adde, quod virtus illius lenitiua potius, quam roboratiua desideratur.

Maxime autem *spodium*, ut vocant, expungendum duxi, tum quia Græcum notum est, & Arabicum non datur, aut datum non conuenit, nec eius *antispodium*, ebur

scilicet *uslum*, quod nullam cum radicibus *canna vitis*, quæ sunt *spodium Auicennæ*, affinitatem habet, ut abunde docuimus lib. 2. de materia Medica, cap. 11. sect. 3. ubi eius historiam accurate descripsimus.

Diaprunum simplex commendatur non modo ad febres continuas & alias intermittentes vehementiores, sed etiam ad morbos omnes calidos, & ad vitia pulmonum, thoracis, renum, vesicæ, & quouis tempore febrium acutarum tuto potest exhiberi: feruorem enim contemperando aluum blande subducit.

Vires.

CAP. V.

Diaprunum compositum seu laxatiuum,
 D. Nicol. Myr.

℞ *Diapruni simplicis* præscripti ℞. j.
scammonii præparati ʒ. ℞.
 Misce, & fiat electuarium.

COMMENTARIUS.

Utrumque *diaprunum compositum* est atque laxatiuum, sed quod *diacridium* non recipit, aluum pigre subducendo, vix primam corporis regionem expurgat, diciturque *simplex* ad differentiam alterius *diacridiati*, quod potenter ventrem turbat, & ex vniuerso corpore humores deducit.

Singulis autem libris simplicis additur uncia dimidia tantum *diacridii*, ut eiusdem scrupulus in electuarii uncia contineatur. Male vero Nic. Salernitanus *diacridii* pondus auget, cuius dragmas septem singulis electuarii libris permiscet: sic enim magis effera vis illius purgatoria redditur, nec tantus est illius usus. Debet autem tenuissime *diacridium* laeuigari, & electuario adhuc calenti commisceri.

Diaprunum laxatiuum præter eas vires, Facultates, quas cum simplici communes habet, potenter ac sine molestia purgat, vtiliterque datur morbis renum & vesicæ, febribus, & aliis affectibus calidis.

CAP. VI.

Diaphœnicum seu confectio de dactylis.

D. Mesf.

℞. Dactylorum nondum perfecte maturorum tribus diebus in aceto maceratorum ʒ. C. penidiorum ʒ. l. turbiti optimi ʒ. xxxv. amygdalarum dulc. mundatarum ʒ. xxx. diacridii ʒ. xij. zinziberis, piperis longi, foliorum ruta siccorum, cinnamomi, macis, ligni aloes, seminum anisi, fœniculi, dauci, galange an. ʒ. ij. ℞. mellis despumati lb. ℞. seu quantitatem sufficientem, fiat electuarium.

COMMENTARIUS.

*Compositio-
nis illustra-
tio.*

Cum dactyli perfectam magnitudinē adepti, necdum maturi, sunt aliquantum flavi, non est opus in formula præscripta *kyrron* addere, ut pharmacopœorum vulgus solet; quæ vox, si à Græcis detorqueatur, colorem flauum, si à Barbaris, qui *kheyron* scribunt, immaturum signat, vel potius, ut credibile est, Chayrum oppidum, seu agrum, vnde dactyli optimi aduehuntur. Quod innuere videtur Saladinus, nescio quis triobolaris scriptor, qui *Keiron* esse credit, provinciam Sarracenorum. Non siquidē est opus dactylos immaturos propter adstrictionem querere ad huius electuarii præparationem, cum etiā maturi valde conueniant, & sitis habeant adstrictionis ad *scammonii* castigationem, ob quam immaturo desiderantur. Ego autem nec immaturos, nec maturos prorsus, sed velut medios exoptulo.

Debent vero, antequam veniant in cō-
positionem, externa cute & nucleis officis repurgari, in frustra on. idi. & in aceti parua quantitate, diem tantum, simolles sint, aut biduum, vel triduum; si duriores, in fictili vase macerari; deinde in p̄sa marmorea teriturum cerniculo traici, & postea cum melle despumato parum elixari ad aceri distillationem.

Sunt, qui dactylos in *hydromelite*, alii in vino albo macerant, sed ad aromatu temperationem & pituitæ viscidæ attenuationem melius in aceto macerantur.

Penidia expetitur *hordeata* dicta, quod fiat ex *sacharo*, & aqua hordei ad crassitudinem idoneam coctis.

Tenuissime autem pulueranda *surpe-
shum*, lignum aloes, galanga, zinziber, & alia simplicia, sed amygdala minutim cultello idoneo incidenda, dein cum *penidia* la uiganda. Tum simul misti pulueres præter *scammonium*, quod seorsim terendum, & postremo miscendum, non melli triplo, ut voluit Cordus, sed eius tantum libra dimidiæ probe commisceantur.

Hæc enim mellis quantitas sufficit; cuius vicem quoque subeunt dactyli, penidia quantitate & amygdala, quorum omnium pondus est lb. ʒ. ix. & ʒ. iii. Reliquorum puluerum pondus est ʒ. viij. & ʒ. vj. Quæ omnia simul iuncta efficiunt lb. ij. ℞. Quibus, si libra dimidia mellis despumati addatur, tota compositio erit lb. iij. seu ʒ. xxxvj. ita ut singulæ compositionis vnciæ excipiant *diacridii* scriptulum vnum.

Hæc mellis quantitas forsitan multis non videbitur iusta, nec pulueribus excipiendis satis copiosa, nec electuario ad iustam consistentiam perducendo legitima cum Bauderonius artis pharmacariæ peritissimus, mellis ʒ. xiiij. ℞. apponat; Bern. Desfennius lb. ij. lo. Costæ lb. ij. & ʒ. viij. Rondeletius lb. vj. Verum cum dactyli, penidia, & amygdala mellis suppleant vicem, ut dictum est, quantitas eius à nobis definita, aut paulo vberior sat esse potest; Quæ quo magis augebitur, eo compositi virtus erit imbecillior. Sunt,

Preparatio.

De mellis
opiniones
varia.

Sunt, qui *dactylos* tantum *aceto* maceratos ponderant, alii melius eosdem ante macerationem pondere à *Mesue* definito assumunt; deinde infundunt, postea terunt, & apparant eo, quo diximus, modo. Ab illis tanquam à basi totum medicamentum nomen habet, quod nonnulli quoque *Disturbith* narrant, quod inter purgativa, quæ ipsius compositionem ingrediuntur, *turbith* maxime præpollat, eiusque ratione medicamentum hoc phlegmagogum est.

Disturbith.

Vires.

Diaphœnicum, siue *Confectio de Dactylis*, ut à multis vocatur, elementer & tuto pituitam & bilem ducit, dolori ventriculi, colico affectui, & omnibus malis, ab humore crudo & pituitoso natas succurrit. Item & febribus cõplexis, diuturnis & pituitosis.

Qui hoc electuarius habebit, facile utroque Indo carere poterit.

CAP. VII.

Electuarius de psyllio, D. M.

℞. Succorum depuratorum *buglossi*,
borraginis,
endiuvæ &
apii an. lb. ij.

Succi *fumaria* defacati ℥. iij.

Misce. & per diem in huius macera

foliorum *senna* ℥. j.

anisi,

cuscuta,

asarum an. ℥. ℞.

adianti m. j.

spica nardi ℥. ij.

Semel & simul serventur omnia, quibus

adde

violarum ℥. iij.

epithymi ℥. ij.

Parum d. nuobulliant; postea colentur.

Colatura infunde xxiii. horis.

Seminis *psyllii* integri. iij.

Agitetur subinde mixtura; deinde colatur.

Huius adhuc colatura ad lb. iij. adde

dactyli lb. ij. ℞.

Coque paulo supra consistentiam syrupi, in cuius adhuc calentis lb. v. & ℥. v. permisce

diacridii triti ℥. iij.

trochiscorum diarrhod.

de *antispodio* &

de *rhabarbaro* an. ℥. j.

trochiscorum de berberis,

sennæ violarum an. ℥. ℞. fiat electuarius.

COMMENTARIUS.

A multis quidem commendatur huius medicamenti materia simul congecta, sed à paucis laudatur simplicium, quibus constat, descripta proportio, & vix à duobus idem probatur conficiendi modus: Alii enim quidpiam augent, alii detrahunt, alii tantum pondus immutant. Nos a. in huius medicamenti examine & apparatu, nullius magistri verba pro certissima lege & oraculo habentes, fatemur quidem, mentem auctoris, quantum fieri potuit, secutos esse; quædam tamen suadente rationis dictamine immutavisse. Nam pro succo *buglossi sylvestris*, succum *buglossi hortensis*, vel potius *borraginis*, ut præstantioris, substituímus. Pro vnciâ dimidiâ *senna*, quæ vix quicquam notabile pollicetur, integram posuimus. Pro tribus vnciis cum dimidiâ *scammonii præparati*, vncias solum tres admiximus, ut tantum admittantur eius singuli scriptuli in singulis vnciis compositionis. Sic a. satis validum & purgatorium iudicamus, nec *diacridium* in malo *citonio* iam coctum recoquendum putamus, ne vis eius aliquantum hebescat.

Adiecit *conseruam violarum*, ut vim quandam magis lenientem adipiscatur. *Asarum* tantum vnciâ dimidiâ, seu dragmas quatuor, sic ℥. ℞. depictas posuimus; *Mesue* vncias quatuor. Sed credibile est, illius pondus bibliopolarum errore immutatum, qui pro ℥. iij. sic ℥. iij. depinxerunt. *Adianti veri* penuria *polytrichum* substituendum est. Parandi modus ex formula descripta satis patet.

Si quis autem mireretur, cur Mesue venenatam qualitatem *psyllio* dederit, quod tamen multa quantitate medicamentum hoc ingreditur, eique nomen tribuit: Respondeo, id illi forsan accidisse, atque aliis authoribus multis, iisque grauissimis, quibus nonnunquam aliquid præcipitanter effluit, quod postea sapientiores ac doctiores facti castigant immutantque. Vt ut sit in *psyllio* nulla deleteria qualitas agnoscitur, proinde recte ad hoc electuarium accedit, quod ad multos usus commendatur.

Nihil deleterii esse in psyllio.

Facultates.

Electuarium de *psyllio* bilem non modo temperat, sed purgat, febribus acutis, ut & morbis omnibus calidis, & curatu difficultibus conuenit: vertigini & his capitis doloribus, quia calidorum humorum vel ascensu, vel congestione nascuntur, confert, ut etiam iecori æstuanti, vel obstructo, & aliis affectibus ex eadem origine natis.

C A P. VIII.

Benedicta laxatiua D.N. Salern.

℞. Turpethi,
rad. esule preparata an. ʒ. x.
diacridii,
hermodactylorum,
rosarum an. ʒ. v.
zinziberis,
galanga,
caryophyllorum,
cardamomi,
amomi, vel eius defectu, acori,
piperis longi,
macis,
spica nardi,
croci,
seminum apii,
carui,
fœniculi,
saxifrage,
mili solis,
asparagorum,
rusci,
salus gemmei an. ʒ. i.

mellis despumati lb. j. & ʒ. vii. ʒ. fiat electuarium.

COMMENTARIVS.

Antequam *Esule* radix teratur, & in vsum veniat, est, ut decet, præparanda: Maceranda nempe viginti quatuor horas in aceto; dein exsiccanda & pulueranda cum turpetho, nardo minutim secta, zinzibere, galanga minore & hermodactylis. His ex dimidio tritis aromata miscenda, & simul laeuiganda. Scorsim vero sal. crocus. sacharum, & scammonium præparatum.

Esule præparatio.

Puluerum autem pondus est ʒ. lii. Nam inter pulueres nec sal, nec sacharum numerandum, atque isti ponderi triplum mellis despumati, seu quantitas definita, aut quod sufficit, commiscetur, ut consistentiæ legitime fiat confectio, quæ quod benigne aluum subducatur, *Benedicta* nominatur.

Vnde habet nomen.

Eorum autem recte neglecta fuit opinio, qui *Diagridium* minuendum vel subtrahendum iudicauerunt, ne nimis cholagogura esset medicamentum. Nam cum tria in mixtione concurrant pituitam purgatiua, scammonii definita quantitas apposite commixta est, tum ut lentam turpethi vim exciter, tum ut simul medicamentum cum pituita, non nihil quoque biliosi succi ducat.

Non modo autem dictos humores à prima regione corporis, sed à renibus & partibus remotioribus expurgat, obstructiones soluit, & quosuis humores viscidos expellit, & pituitam ab articulis deturbat.

Facultates.

C A P. IX.

Electuarium seu confectio Hamech.
Des. Fernel.

℞. Cortic. myrob. Indorum, citr. ʒ. ii.
Chebulorum,
violarum,
colocynthidis,
polipodii querni an. ʒ. j. ʒ.
absynthii,

thymi

*thymi an. ʒ. ʒ.**sem. anisi,**forniculi,**rosarum rubr. an. ʒ. iij.*

Tusa omnia macerentur per diem in

lb. ij. feri lactis; Deinde coquantur ad

lb. j. Fricentur manibus & exprimantur.

Colaturæ adde

*Succi fumaris,**pulpa prunorum &**umarum passar. an. lb. ʒ.**sachari albi,**mellis despum. an. lb. j.*

Coquantur ad consistentiam mellis, inspurgendo sub sinem,

*Agarici &**senna pulueratorum an. ʒ. ij.**Rhabarbari triti ʒ. j. ʒ.**Epithymi ʒ. j.**Diagridii ʒ. ij.**cinnamomi ʒ. ʒ.**zinziberis ʒ. ij.**sem. fumaris,**anisi,**Spica nardi an. ʒ. j. fiat electuarium.*

COMMENTARIUS.

Recte Fernelius electuarium hoc immutauit, castigauit, & seruata ipsius virtute, uel etiam in melius mutata, formam parandi faciliorem dedit. Nam, ut ait Plantius, frustra *myrobalani* geminantur in decocto primum: deinde rursus triti, & impositi: & præterea *Rhabarbari* cocti vis perit: *Cassia* & *manna* cum *tamar-Indis* coctæ corrumpuntur: *Diagridii* quoque cocti vis exolecit, nec aliis facile commisceatur. Sic autem in veteri descriptione à Mesue tradita, iubentur dicta medicamēta simplicia parari, & contra artis præcepta indebite & confuse misceri. Quapropter huius electuarii descriptionem ex Fernelio exhibemus multo meliorem, paratu faciliorem, & vsu feliciorem, quam prudentes Pharmacopolæ parari curabunt, & seruabunt in Officinis. Et li-

cet hoc uersificatoris cuiusdam rythmico monitu,

*Non eris illusus, tenens si quod tenet usus.*Cum tamen usus prauus est, immutandus: *Optima namque est, qua ad melius fit mutatio.*

Porro ad huius electuarii confectiōnem Mesue requiritur *serum lactis caprilli*, nec illius quantitatem definit. Verum eius loco *serum lactis asinini* poterit assumi: quod etiam si defuerit, *vaccinum* commode substitueretur. in cuius libris duabus simplicia macerabuntur, & coquentur, in eisque vim suam deponent. In colatura dissoluetur *pulpa passularum*, & *prunorum*, *mel* & *sacharum*, quibus addetur *fumaris succus*, omniaque lento igne coquentur supra consistentiam syrupi, addenturque reliqua iuxta formulam descriptam, paratu satis facilem.

Confectio hamech purgat bilem utramque & pituitam salam: propterea morbis ab iisdem natis confert, cancro, elephantiasi, mania, melancholia, impetigini, psora, scabiei, & similibus affectibus cutis.

Barbitonsores solent omnes hoc electuarium exoptulare, ad purgandos quosvis venerea lue infectos, perinde ac si una omnium esset temperies, & in omnibus unus noxius humor. Inter illos vero, qui gloriose magis exultant, Medicorum eloquio prudentiores & doctiores facti, materiam in hoc morbo peccantem, pro varia singulorum natura variam agnoscunt.

CAP. X.

Tryphera solutiua.

ʒ. *Diagridii Antiocheni ʒ. x.**turpethi optimi ʒ. j. ʒ.**cardamomi minoris,**caryophyllorum,**cinnamomi,**macis an. ʒ. ij.**santalii citrini,**glycyrrhizæ rasæ,**sem. fœniculi dulcis an. ʒ. ʒ.**acori,**schananthi an. ʒ. j.*

Ggg

corticis

Facultates.

Barbitonso-
rū stultitia.

corticis citri conditi,
rosarum an. ʒ. iij.
violarum ʒ. ij.
penidiorum ʒ. iij.
sachari tabarzet lb. ʒ.
mellis albissimi in succo pomorū bene
despumati lb. ʒ. fiat electuarium.

COMMENTARIUS.

Trypherę acceptio dicta videtur cōtra-
 tio, quam se habeat compositio apud Me-
 suem. sensu, cuius omnes Trypherę mini-
 me sunt delicatę, vt nominis intellectio
 portendit, sed & gustu, & colore ingrata,
 nec viribus commendabiles. Nos exhibe-
 mus vnicam his omnibus dotibus insignē:
 Gratus enim admodū est illius sapor, nec
 color displicet. Vires autem eximie, & to-
 leratu, quibus conueniunt, faciles.

Porro *zinziber Turpetho* addi solitum
 relinquimus, quia simul aromata multa
 suauiora, & magis cardiaca ad illius stimu-
 lum & castigationem congesimus, quę &
diagridii feritate simul mitigant, præler-
 tim *rosa, viola*, necnon *santala*, quę & aro-
 matum calorem contemperant. *Penidia*
 potius ad leniendum, *sacharum* ad suaui-
 tatem, & *mel* ad conseruationē adduntur.

Iuxta formulam descriptā fideliter, vt
 solet, parauit Anton. Landæus Pharmac.
 Parisiensis dignissimus, multisq; meo con-
 silio, ægrotis exhibuit, qui sine oris insua-
 uitate, stomachi subuersione, ventris tor-
 sione feliciter fuerunt purgati, & secure à
 morbis, quibus detinebantur, liberati.

Vires.

Tryphera solutiua his potissimum, ac-
 commodā, qui multis excrementis biliosis,
 pituitosisq; scatent & qui vix medicamēta
 purgātia, nisi grata, sumunt. Hęc enim cō-
 fectio parū insuauis est, & potenter aluum
 subducit, obstructions tollit, crassos hu-
 mores, lentos, & viscidos incidendo & at-
 tenuando purgat, febribus compositis cō-
 gruit, & his omnibus morbis, qui à pituita
 & bile proficiscuntur, vigentibus tamen
 æstatis ardoribus minus cōuenit, nisi cum

decocto quodam, aut alio liquore mul-
 tum refrigerante propinetur.

CAP. XI.

Diabazemer, seu electuarium
Sennatum.

℞. Rad. Cichorii,
 buglossi,
 polyopii querni,
 cortic radice capparis,
 graminis,
 glycyrrhizę an. ʒ. ʒ.
 passular. Corynthicar
 adianti,
 hemionitidis,
 Ceterach,
 cuscute,
 artemisia,
 fumaria,
 agrimonię,
 botonicę,
 melissa,
 florum geneste,
 violarum an. m. ʒ.

Coquantur in aqua sufficienti. In cola-
 tura ad lb. iij. Infunde & coque

Folior. Senna ʒ. iij.

sem. dauci,

coriandri an. ʒ. j. ʒ.

ellebori nigri,

turpethi an. ʒ. j. ʒ.

caryophyllorum ʒ. ij.

Bulliant ad consumptionem tertię
 partis: colatur adde sachari lb. ʒ. Co-
 quantur supra consistentiam syrupi:
 cui permisce expressionem rhei electi
 in aqua chalybeata infusi ʒ. ʒ.

Senna puluerata ʒ. ij.

lapidis lazuli preparati,

cinnamomi an. ʒ. ʒ.

sassafras ʒ. j.

Radic. peonia,

tamarisci,

epithymi,

cortic. media fraxini an. ʒ. ij.

semis.

femin nigella Romana,
agni casti,
spica Indica an ʒ. ij.
anthos, stachados an. ʒ. j. fiat electua-
rium,

COMMENTARIUS.

Singulis morbis singula debentur præfida, quæ quod ex dispensatoriis vulgaribus non suppetant, nunc suppediamus, & multis affectibus, quibus sanandis deerant auxilia, felicius auxiliamur, ut Hypochondriacæ affectioni hoc medicamento, ex hypochondriacis, histericis, melanagogis, & quibusdam Indicæ sui curandæ idoneis, concinnato, quod *Diabalzemer*, seu *electuarium sennatum* nominare libuit, ut cuius *Senna Arabibus Albazemer* dicta, non modo copia, sed viribus sit basis. Nul- lum enim familiarius melancholico humo- ri ducendo medicamentū ipsa *senna aptius,* nullum toleratu facilius. Hanc vero par- tim pulueratam & mixtam, partim infu- sam & coctam permiscemus, cum his, quæ flatus discutiunt, humores attenuant, in- farctus tollunt, lienem, iecur & viscera ro- borant, facultates recreant, vterum respi- ciunt, qualitateem quandam malignam obtundunt, & humores iam diu congestos secure propellunt, non modo melanco- licos & contumaces, sed & quosdam len- tos, pituitosos, qui melancholicorum na- turam interdum induunt, & quosdam af- fectos biliosos. Proinde *turpethū & Rheum* addidimus, ut simul cum humore melan- cholico, pituitoso, qui sæpius adest, & nō- nihil ex bilioso, qui raro abest, educatur.

Et quia medicamentū hoc melanco- lico humori ducendo destinatur, *eleborum nigrum* selegimus, neglecto albo, pituito- so humori ducendo conuenientiore.

Modus parandi facilis est, cum & for- mula descriptionis illum satis demon- strent. Antequam tamen omnia simul co- eant in electuarii molem, *lapis lazuli* sic præparari debet.

Quantitas eius sumatur idonea, teratur

in mortario metallico, abluatur aqua cō- muni, sicetur in Sole; vel cineribus cali- diusculis: denuo abluatur, & sicetur: tur- susque lauetur, ut ante, donec aqua limpi- da remaneat, & postea exsicetur: idque non modo decies, sed vigesies iteretur, si fuerit opus: tandem abluatur in aquis car- diacis quater, quinquies aut pluries: tum exsiccatu seruetur ad usum. Sic namque inimica quedam huius lapidis qualitas pe- rit, & retinetur purgatoria. In *confusione Alkermes* vritur, ut pereat purgatoria, re- manente cardiaca, qua tunc est opus.

Diabalzemer mirum in modum con- uenit lienosis, melancholicis, hypochon- driacis, maniacis, epilepticis, siue febre de- lirantibus, passionibus hystericis, fœdis vi- duarum coloribus, elephantiacis, & Indica lue inuenerata laborantibus.

CAP. XII.

Hydragogum eximium.

ʒ. radicum ireos nostratis,
obuli,
graminis,
cortic radic. capparia,
asari,
carui an ʒ. vj.
pimpinella,
polytrichi,
agrimonii,
ceterach,
artemisia an. m. j.
florum Persica m. ʒ.

Coquantur in aqua sufficienti. In cola- tura infunde & coque parum

foliorum senna ʒ. ij.

seminis dauci ʒ. ij.

In colatura ad lb. j. adde

succi rosarum pallidarum lb. ʒ.

sachari lb. ʒ.

mellū in decocto ʒ. ij. radicum ireos cœ-
lestis despum. ʒ. x.

Coquantur in syrupum. Cui permisce

manna Calabriensis ʒ. ij.

turbith,

Ggg 2

radicis

radicis esula preparata an. ʒ. j. ʒ. ʒ.
 zinziberis
 acori,
 calami aromatici an. ʒ. j.
 mechoacana ʒ. ij.
 sem. ebuli ʒ. ʒ.
 feminis brassica marina ʒ. iij.
 cinnamomi ʒ. ij. fiat electuarium.

COMMENTARIUS.

Ut multa medicamentorum compositiones sine arte à multis authoribus descriptæ traduntur, sic & quamplurimæ effectibus plane confimiles. Proinde multa electuaria liquida, ut indebite composita, vel parum ad affectus curandos accommodata despeximus. Alia vero arte & ratione melius descripta, & morbis quibusdam frequentissimis recte curandis idonea adiunximus, ut præter duo superiora, Hydragogum hoc electuarium, quod ab agendi præstantia eximium nuncupauimus, in pharmacopoliis seruandum cupimus, ut præsto sit semper his auxilium, quibus venter aquis plenus est, aut alia corporis pars immerfa sero. Sæpe enim accidit, ut hydropticus sine præsidio deseratur, optimi medicamēti aquas ducentis penuria. Quia vero hepatis, & interdum lienis errore hydropes fiunt, multa, quæ viscus vtrumque roborant, intemperiem emendant, & obstructions tollunt, adiunximus; Nonnulla, quæ flatum discutunt, & calorem nativum excitant sopitum. Præterque multa hydragoga, ut decet, castigata & apparatus. Ordo descriptionis formulæ modum parandi docet.

Vires.

Hydragogum eximium hydropticis tuto datur: aquas enim ac ferosos humores sine violentia ducit, & ad morbos omnes ab eisdem ortos accommodatissimum est medicamentum purgatorium.

Medicamenti similis inopia plebecula Parisiensis confugere solet ad quendam pseudopharmacopolam, virginimulierum interpolatorem, qui puluerem quendam laxatiuum ad hydropem curandum

exhibet, quo vix vnus è multis millibus conualefcit.



SECTIO II.

DE HIERIS.

Compositiones quadam purgatorie ab antiquis Græcis Hiera, hoc est, sacra & propter insignes effectus, magna dicuntur: Magnis enim viribus pollent, & magna in morbis sæpe feliciter dantur. Sunt autem, sic denominata confectiões vulgarissima, & ad medicos vsus commendatissima, præsertim quæ à commendatissimo authore inuenta sunt, ac celebrata, ut:

CAP. I.

Hiera Picra, seu Dialoe Galeni.

ʒ. Cinnamomi,
 macis,
 asari,
 spica nardi,
 croci,
 mastiches,
 iunci odorati an. ʒ. vij,
 aloes non lota ʒ. C. siue lb. j. ʒ. ʒ. ʒ.
 mellis optimi despumati triplum, seu
 lb. iij.
 Miscantur simul in Electuarium.

COMMENTARIUS.

Hæc Hiera à Galeno eius authore, Picra, hoc est, amara dicitur, propter Aloem, à qua basim & purgatricem vim habet. Vetus autem compositio retinetur præter xylobalsamum, quod vix reperitur, cuius loco Macis, consilio Ferneli substitui- mus, & pro floribus iunci odorati, qui nobis non suppetunt, iuncum ipsum: Sicque quantitas à Galeno cap. 2. lib. 8. comp. med. loc. expetita habetur eorum, quæ cum aloem misceri iussit ipse, vel potius Andromachus, qui aloem etiam lotam expetiuit: illota tamen nunc & recte ponitur.

Hæc

Hæc fuit Hiera picra vſitatiffima Roma, præter alias duas, quibus interdum Galenus vtebatur *cap. 14. libr. 6. de ſan. tu. end.* ſed quarum exoleuit vſus, & quibus pro re exigente aliquid detrahebat, vel adiciebat, vel immutabat.

Remanſit autem hæc hucusque integra, præter lignum *balaſami*, quod multi auferunt, nihil ſubſtituentes; Alii ſurculos lætiſci, alii *carpobalaſamum*, quod æque rarum eſt, ſubſtituunt. *Macis* optime ſuccedit illi, vel *calamus aromaticus*, atque alterutro parata *Hiera xylobalaſami* loco, nihilo erit inefficacior. Eius autem Galenus celebratur author, quod eam potius celebrarit, quam inuenerit. Parandi modus facilis eſt. Seorſim primum terenda *maſtichs*, *aloes*, *erocus*: deinde reliqua. Tunc mixta, miſceantur denuo exſpumato *melli*, vt omnia coeant in electuarii ſpiſſitudinem.

Qualitates.

Hiera picra à Galeno celebrata facultatibus multis in ſignibus efficaciſſima eſt: Calefacit enim, incidit, attenuat, ſiccatur, terget, obſtructiones tollit, humores bilioſos, pituitoſosque, craſſos, & lentos expurgat: Affectibus ventriculi, meſenterii, hepatis, capitis & iuncturarum mire cõfert. In qualibet vncia compositionis ponuntur *aloes* ℥.ij. & *grana* j. ℞. Et pulueris reliquorum ſimplicium grana quindecim.

CAP. II.

Hiera Picra cum Agarico:

℥. Puluer. *hiera ſimplicis ſine aloes*,
agarici trochiſcati an. ℥. ℞.
aloes non lota ℥. j.
mellis deſpumati triplum, ſeu ℥. vi.
Ex arte fiat Electuarium.

COMMENTARIUS.

Duobus conſtat hæc hiera medicamentis purgantibus benignis, altero cholagogico, nempe *aloes*, altero phlegmagogo, videlicet *agarico*. Sat enim non eſt, vnicuique humore

noxium foras propellere, cum duo obſunt & morbum quendam committunt, vel fouent: Tunc enim ad intemperiem mixtam medicamento mixto, ſeu qualitatibus multis composito eſt opus. Quia vero ſapienter *Hiera picra* Galeni datur affectibus ventriculi & cerebri, in quibus partibus raro ſolitaria bilis aggeritur, ſed ſimul pituitæ plurimum vel craſſæ, vel tenuioris: Proinde cum ex illis humorem vtrumque trahere conſilium erit, optime *hiera cum agarico* imperabitur, à quo cognomen habet. Paratur vero vt præcedens, cuius ſæpe puluis ſeruatur in Pharmacopoliis, eique opportuno tempore, vel *aloes* tantum cum *melle* additur, vel ſimul *agaricus*, prout hanc, vel illam parare conſilium erit.

Quæ autem cum *agarico* paratur, ad multa utilis eſt: pituitam enim quamlibet educit, ſed præſertim craſſam ac viſcidam, & bilem putrem: humores adhuc incidit, inſarctus tollit, meſenterium exonerat, ventriculum purgat, appetitum reſarcit, coctionem iuuat, è cerebro noxios humores educit, & confert epilepſiæ, vertigini, & ſopori vigilanti.

Vires.

CAP. III.

Hiera Pacchii. D. Scribon.

℥. *Stachados*,
marrubii,
chamadrios,
agarici,
colocynthidis an. ℥. x.
opoponacis,
sagapeni,
ſem. petroſelini,
ariſtolochia rotunda,
piperis alb. an. ℥. v.
cinnamomi,
ſpica nardis,
myrrha,
ſoly,
croci an. ℥. iiii.
mellis deſpumati triplum, ſeu lb. iiij.
Miſce vt artis eſt, & fac electuarium.

Ggg j. Com.

COMMENTARIUS.

Hieram hanc Oribasius *lib. 3. Synops. tribuit Ruffo, Paulus cap. 7. lib. 7. de re medic.* Archigeni, Scribonius Largus Pacchio. Is tamen non fuit primus auctor, sed prudens celebrator, qui cum ex ea plurimum lucri faceret, tanquam secretum quoddam non reuelandum, eam apud se usque ad interitum seruauit. Eo mortuo delata est iuxta formulam descriptam ad Tiberium Cæsarem, è quo Scribonius habuit, quam ante nulla arte extorquere potuerat. Aetius *cap. 114. tet. 1. ser. 3.* modo hieram Archigeni, modo Antiochi nominat. Nos uero à præcipuo illius comprobatore Hieram Pacchii nominamus. Sic autem paratur.

Preparatio. Sagapenum, opoponax, & myrrha integra nocte macerantur in hydromelite, aut uino potius, quam aceto: Die colo forti traiciuntur, ut sordes omnis, & pars impurius secernatur: Postea melli despumato commiscetur, una cum reliquis simplicibus pulueratis. Seorsim uero teritur crocus, ut & agaricus, & colocyntidis, cui inter puluerandum gutta quædam olei permiscenda, ne vis eius exhalet, & facilius teratur. Eius autem pulpa tantum sumenda, & prassium seu marrubium album potius, quam nigrum. Sunt, qui polium, non folium sumunt; folium tamen apud Scribonium legitur, non polium, quod sane illius defectu recte substitueretur.

Qualitates. Hiera Pacchii ad plura uitia efficaciter datur, inquit Scribonius *c. 23. ar. 92. li. de comp. med.* Sanat enim epilepticos, furiosos, vertiginosos, cephalalgicos, suspitiosos, anhelosos, comatosos, incubo, & aliis diuersis oculorum, aurium & capitis affectibus obnoxios. Stomachum quoque optime purgat, affectiones hepatis emendat, lienis laburram tollit, illiusque duritiem minuit, intestinorum morbis auxiliatur, futuras autem factas in illis partibus vomicas aut discutit, aut celerius aperit, & mēstrua his mulieribus mouet, quæ difficillime purgantur.

CAP. IV.

Hiera Diacolocynthidos magistralis.

℥. Pulpa colocynt. ʒ. i.
 agarici,
 ellebori nigri an. ʒ. ʒ. ʒ.
 aloes ʒ. x.
 diagridii,
 polypodii,
 mastichis,
 opoponacis,
 bœllii,
 sagapeni an. ʒ. ii.
 radic. enula campanæ,
 cyperi,
 angelica,
 caryophyllorum,
 cinnamomi,
 macis,
 baccarum lauri,
 granorum iuniperi,
 cardamomi,
 maiorana,
 stœchados,
 creci,
 spica Indica an. ʒ. j.
 rosarum ʒ. iij.
 melli despum. lb. j. ʒ.
 misce, ut artis est.

COMMENTARIUS.

Nihil æque confusum est in Pharmacopœorum Dispensatoriis atque Hierarum descriptio, quas quisque ad libitum varie & nominat, & immutat. Eandem n. sæpe triplici nomenclatura designatum uideamus, ut illam, quæ modo Hiera Pacchii, modo Archigeni, modo Ruffi, modo etiam Diacolocynthidos nominatur: Et aliquando tres multum inter se differentes, eadē uoce designatas comperimus, ut Hieram Diacolocynthidos, quæ alio modo à Mesue; alio à Nicol. Myrepsio, alio à Fernelio describitur. His uero onanibus Hieram Pacchii præferimus, ut meliorem, quā magistralem nuncupamus. Sic enim ab illius basi, & uirum præstantia optima ratione nomi-

nominatur. Et qui hanc habebit aliis omnibus, quæ colocyntida capiunt, à veteribus descriptis carere facile poterit. Quæ tamen à Pacchio describitur, cum benignior sit, poterit quoque haberi. Parandi modus sic esto.

Opoponax, bdellium & sagapenum per noctem, aut diem integrum macerentur in aceto potius, quam vino, propter simplicium, quæ ad compositionem accedunt, calorem; Dein optime colentur, & super cineres calidos acetum resoluatur. Purgantia seorsim pulverentur, & olei amygdali ni parum colocyntidi adhibendum, ne latefcat inter terendum. Tum reliqua simplicia, primum duriora; postea aromata; Tandem omnia melli despumato permisceantur in legitimam, ac hieris debitam spissitudinem.

Hiera magi-
stralis facultates.
Hiera Diacolocyntidos magistralis eximiam habet vim, ad capitis, ventriculi, & abdominis morborum curationem, quos humor crudus, pituitosus, crassus, aut melancholicus committit. Maxime autem apoplexiæ, comati, lethargo, paralyfi, epilepsiæ, incubo, asthma, colico dolore, & melancholiæ hypochondriacæ conuenit, atque omnibus ventris affectibus, qui à pituita vitrea, aut gypsea proficiuntur, vel qui modo quocunq; hebetem habent simul motum & sensum; vel alterutrum tantum.



SECTIO III.
DE ELECTVARIIS
SOLIDIS ET TRO-
CHISCIS PURGAN-
tibus.

Qui Antidotaria seu Dispensatoria vulgo dicta componunt, vel verius transcribunt, multum sibi laudis debere putant, si medicamentorum etiam nulla arte & ratione descriptorum farraginem, à quibus suis autho-

rib. de promptam congerant. Nos vero non modo selectiora, sed ex selectissimis, qua optima sunt, & usis longo comprobata damus. Quibus nonnihil, prout iussit ratio, vel addidimus, vel etiã detraximus, ut nimis rara, aut inutilia, aut incognita, non modo recentioribus, sed etiam authoribus primis. Raro enim non contingit, ut viri grauissimi ex aliorum tantum, velatu multa dicant & scribant. Et qua materiam dixerunt, vel non norunt, pro veris ut habeantur, in lucem ediscent & defendant. Pauciora autem medicamenta ideo hac in Officina describo, quod legitimam illorum compositionem, compositionis modum, illustrationem & facultates ostendam.

CAP. I.

Electuarium Diacarthami, seu Diacnicu.

Des. Arnaldi Villanouani.

℞. Modul. sem. carthami,
hermodactylorum,
pulu. diatragacanthi frig. an. ʒ. ʒ. ʒ.
turbit. ʒ. ʒ. ʒ.
zinziberis,
manna granata an. ʒ. ʒ.
Diagridii ʒ. ʒ.
sachari candi,
carnis citoniorum conditorum,
mellis rosati an. ʒ. ʒ.
sachari albiss. ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. fiat ex arte e-
lectuarium solidum tabulatum.

COMMENTARIUS.

Æque ut vsualis, sic controuersia Diacarthami descriptio, quam vix eandem apud duos authores inuenias, cum & trifariam à Iouberro descriptam habeas. Vnica tamē aliis melior, & certior, & tutior, quā scilicet ratione & vsu longo plures comprobant, cuiusmodi est, quam à N. Præposito mutuati sumus, licet paulo aliter ab Arnaldo Villanouano, primo illius authore descripta, comperiatur.

Nomen autem assumit à Carthamo, quod basis locum tenet, licet turpethum exuperet

exuperet copia & viribus, imbecillior nāque vis *carthami* purgatoria, quam *turpe-
thi*. Vtriusque qualitas intenditur *zinziber-
is* adiectione. *Diagridium* & *hermodacty-
li* simul in compositione non tantum pi-
tuitam, sed & bilem ab articulis detrahūt.
Castigatur illorum effers qualitas *carni-
citorum* condita. *Manna*, *diatragacan-
thum* & *sacharum* ponuntur ad leniendū,
contemperandum pituitam detergen-
dam & mouendam: *mel* ad conseruandū.

Sic vero paratur: *Diacarthamum*. A cor-
tice primum purgatur *semen carthami*, de-
inde teritur; postea puluerantur *zinziber*,
turbith, & *hermodactyli*: tum *diagridium* &
sacharum candum: deinde *citoniatum*.
Tandem *sacharo* ad electuarii solidi confi-
sistentiam cocto, & adhuc calenti, *mel*, *mā-
na*, & *cydoniatum* permiscebuntur, & post-
ea pulueres; vt fiat electuarium solidum, in
tabellas, lozēgias vulgo dictas, discissum.

Facultates.

Electuariū *diacarthami* frequenti est in
vsu, & fere in omnib. pharmacopoliis prę-
paratum seruat. Humores pituitosos
valenter purgat, non solum a ventriculo
& mesenterio, sed etiam a partibus remo-
tioribus, si copia paulo maiore sumatur.
Non nihil quoq; ex humoribus biliosis de-
trahit. Proinde non tantum febribus quo-
tidianis, & mere pituitosis prodest, sed et-
iam complicatis, & quę ab humorum di-
uerlorum mixtura exoriuntur.

CAP. II.

Electuarium de succo rosarum.

℞. *Succi depurati rosar. rubr.* ℥. j.

sachari ℥. j. ℞.

Percoque in electuarium solidum,
cui adde

trium santalorum an. ℥. ℞.

mastiche ℥. ij. & ℥. ij.

corticis citri sicci ℥. j.

caphura ℥. j.

Diagridii triti ℥. xj.

Ex arte fiat electuarium, in tabellas
concinmatum, quarum singula pen-
deant ℥. j. ℞, aut ℥. ij. tantum.

COMMENTARIUS.

Non sum is, qui ad ostentationem im-
mutare vetera, aut noua promulgare de-
siderem, sed si quę præter rationem acta
reconsentur, aut scripta leguntur. Is sum
ego, qui meam de his libere sententiam
feram: cuiq; enim philosophari concessū
est, & de rebus cognitis sententiam ferre.

Cum autem electuarium de succo rosa-
rum, a Nic. Myrepsio descriptum, a Nic.
Salernitano discerptum, a recentioribus
varie confutum, & male concinnatum cō-
pererim, quę pondere maiore ponuntur,
minuere, quę minori, augere, & quę ine-
pte, immutare non verebor. Omnium a.
pondus consulto immutauit: Succi enim
rosarum quantitas cum nulla ratione de-
beat esse par *sacharo*, recte quidem est im-
minuta, auctum vero *sacharum*; libra nā-
que *sachari citius* & facilius coquetur in
syrupum, vel electuarium, cum *succi rosa-
rum* libra dimidia, quam cum integra, nec
tamen vires habebit. multo inefficacio-
res, aut minus roborantes.

De *santalorum* quoq; pondere aliquid
detractum est, & exigua *corticis citri sicci*
portio substituta, partim ad odoris & saporis
maioris suauitatem, partim ad putre-
dinē arcendā, & membra vitalia recreāda.
Caphuram nonnulli relinquunt propter
grauem odorem: ego multū próbo, quod
suo halitu & electuario gratiam conciliet,
& qualitate permeante efficaciam maiorem.

Loco vero *Spodii*, quod non habetur,
vel *Antispodii* vulgaris, seu *eboris vsti*, quod
male substituitur, *masticem* substitui ad
ventriculi robur & *Scammonii* castigatio-
nem.

Male vero *Ebur vstum Spodii* vocatur,
& inepte proficitio Arabum *spodio succē-
turiatur*: quicquid n. pharmacopœorum
familia credat, vnicum tantum est *spodii*,
nempe *pompholix*, seu *spodium Græco-
rum*, quod ne utiquam intra corpus sumi-
tur: imperite siquidem Arabum interpre-
tes pro *Tabaxir spodium*, pro *spodio ebur
vstum*

*Spodium A-
rabum ficti-
tium est.
Ebur vstum
non esse spo-
dium.
Spodium esse
saltē vniū,
& quodnam
sit.*

Tabaxir
quid.

ustum dederunt. Nam Tabaxir est succus liquorve concretus arborum quarundam, siue arundinum crassissimarum & prae-grandum, quae aliquando flantibus ventis ex mutuo collisu conflant: Ex istoque incendio suum mendicavit spodium Auicenna, vel potius ex Tabaxir, infidus illius interpres Clusius spodium fecit suum. Verum nec Tabaxir ad nos ex India deferretur, nec cannarum vistarum cineres ex Arabia: nec si aduherentur, magni essent in medicina usus. Nec praeterea ebur prudenter substituitur crematum. Proinde vel relinquendum, vel medicamentum aliud substituendum, quod paratō medicamento sit congruum.

In vulgari autem descriptione maior *diagridij* quantitas ponitur, vt \mathfrak{D} . xxxvi. aut paulo plus, pro singulis vnciis compositionis. In nostra vero emendatiore dragma tantum dimidia ad vncias quasque accedit, adhucque medicamentum satis validum ac potens remanet, vt solito more calcat purgantium queat nominari, quod scilicet parua mole vires habet efficacissimas.

Parandi modus idem est cum *diacarthamo*; atque is ex descriptionis formula satis innotescit. Sunt, qui succum rosarū tantummodo distillatum assumunt, in quo *gummi tragacanthum* macerant mucaginemque extrahunt ad puluerem comprehensionem, & electuarii solidi concinnationem. Ego mallē in balneo Mar. succum inspissare in Rob. spissitudinem, quo pulueres non male queant concorporari. Si qui velint pro *diagridio scammonium* non praeparatum ponere, quantitatē succi rosarum solitam poterunt ratione quadam relinquere.

Electuarium de succo rosarum mere cholagogon est, atque potenter flauam bilem educendo, his affectibus congruit, & vtiliter datur, qui ab eadem materia proficiscuntur.

CAP. III.

Electuarium de citro solutiuum.

℥. Corticis citri conditi.

conserva florum violarum,

conserva buglossi,

pul. diatragacanthi frigidi,

diagridij an. ʒ. ʒ.

turbith ʒ. v.

zinziberis ʒ. ʒ.

foliorum fenae ʒ. vj.

Sem. feniculi dulcis. ʒ. j.

sachari albissimi in aqua rosarum soluti, & ex arte cocti. ʒ. x. fiat electuarium solidum.

Si cui minus arriserit haec à nobis sic restituta descriptio, & antiquior à magistro Stephano Arnaldo primum inuenta, & à Guidone Cauliaco celebrata magis probetur, sic iuxta eorum mentem parabitur.

℥. Conserva violarum,

florum borraginis, an. ʒ. ʒ.

radicis buglossi,

corticis citri conditi an. ʒ. j.

zinziberis ʒ. ʒ.

pul. diatragacanthi frigid. ʒ. ij.

diagridij. ʒ. iij.

turbith. ʒ. iij.

fenae ʒ. v.

panis sachari ʒ. x. fiat electuarium in tabulis, ponderis ʒ. ʒ. qua est iusta

dosis.

Antiqua
descriptio.

COMMENTARIUS.

Electuarium de citro laxatiuum, catholicum, seu vniuersale catharticum est: Bilem enim vtrumque & pituitam satis potenter, ac sine molestia trahit, praesertim quod secundum priorem descriptionem à nobis emendatam paratur, in qua singula purgantia suum habent castigatorium: fenae feniculum, turpethum zinziber, diagridium corticem citri conditum, conserva, & aquam rosaceam,

H h h in qua

Vires.

in qua coquitur *sacharum*. Quæ omnia cor & facultates roborant, & simul diæta purgantia mitigant. Pulvis *diatraganthi* ponitur ad leniendum, *sacharum* ad detergendum, leniendum & conferuandum.

Porro quantitatem *corticis citri* quadruplo pondere posuimus, tum quia compositionis basis est, tum quia partes corporis principatum tenentes recreat. *Diagridii* quoque copiam augere fuit æquum ad reliquorum proportionem alioquin vis purgatoria, quæ iam erat imbecilla, aut non satis potens, conseruarum incremento, & impotentior multo, & imbecillior remansisset. Recte ergo medicamenti basis, roborantia, purgantia & castigatoria, ea, qua sunt à nobis descripta, proportionem, permiscetur huic electuario, cuius, ut vsus facilis, sic tutissimus & probatissimus.

Debet autem coqui *sacharum* paulo infra consistentiam electuarii solidi, propter nimiam puluerum quantitatem.

Fires.

Electuarium de citro solutiuum ob multiplicem illius vim purgatoriam, multi est vsus. Febribus enim tertianis & hemitticis valde confert, stomachum optime purgat, prauam colluuiem in utroque hypochondrio stabulantem expellit, cibi fastidium tollit, & malum corporis habitum emendat, cor & ventriculum roborat, & viscerum excrementariam humiditatem absorbit.

ADDITIO.

Electuarium suauiter purgans, pro salubribus.

℞. passul. enucleatar. ℞. ℞.
Glycyrrh. mund. & crassiore modo
contusa ℞ij;
macerata in aqua fontana, colentur &

exprimantur.

adde cortic. myrobalanor. luteor.

& nigror. contusor. an. ℞ij;

Emblitor.

belliricor. an. ℞ ℞

℞. borrag.

bugloss.

violar.

anth. an. ℞j;

fol. sen. alex. mund. ℞℞.

Coquantur & exprimantur

Expressis adde sacchar. candidiss.

℞ijij. ℞;

Itorum coquantur ad Syrupi consistentiam: auferantur ab igne.

semirefrigerato adde

cinnam. ℞℞;

semin. fenic.

anis. an. ℞ij ℞i.

fiat Electuarium: cuius dosis ℞i. ventriculo ieiuno.

Electuarium solutiuum D. Prechtelii.

℞. mam. calabrin.

sacch. violar.

cass. fistula an. ℞ij;

ramarindor.

sacch. ros. an. ℞ij. dissoluantur in sequenti decoctione.

℞. capillar. vener.

scolopendr.

hepatic. aurea.

endiui. vera.

℞. bugloss.

borrag.

violar. an. ℞℞.

sem. comm. frig. mai. an. ℞ij;

minor. an. ℞℞;

prunor. nr. vij. decoquantur ad spissitudinem cum ℞. j℞ sacchari, in fine adde rhab. opt. ℞℞; in substantia;

fol. sen.

sem. anis. an. ℞ij;

putu.

pulv. diagrid. ʒʒ. Mi.
f. Elect. sec. artem.

**Electuarium Alexandrinum Alexan-
dri Petronii, Medici Ro-
mani.**

℞. rad. polyp. querc. rec.
fol. sen. mundat. an. ʒ. iij.
sem. anis. ʒ. ij.
coriandr. prepar. ʒ. ij.
fiat decoctio sec. art. in aqua commu-
ni ad ℔. j. plus minus.
Colentur cum leui expressio-
ne: in colato macerentur pulp. iuiu-
bar. in vino albo veteri lotar. ʒ. iij.
transmissis per setaceum adde sacch.
albiss. ʒ. j. bulliant ad usum consisten-
tiam.

Dosis ʒ. ij. ante cibum.

Diacydoniatum purgans pituitam.

℞. Agar. troc. rec. ʒ. ij.
medull. sem. cartham. ʒ. iij.
contunde crasso modo: ferueant in ℔.
iij. aqua, donec ℔. dua supersint, co-
lentur, iterum ferueat colatum; dum
feruet, adiciantur pulpa cydonior.
℔. iij.
mel. de spum. ℔. ij.
baculo agitentur bene omnia, fiat dia-
cydonites purgans pituitam: Si aliis
eges pharmacia, alia adiace.
Dosis ad ʒ. ij.

Electuarium cum passulis.

℞. fol. sen. mundat. ʒ. j. ℔. Coquantur in
vino maluatico, & cum hac deco-
ctione misceantur carnis passular. per
setaceum transmissarum ʒ. iij. ℔.
conferu. ros. rec. ʒ. j.
rhob. elect. ʒ. v.

cinnam. interior. ʒ. iij.
zingiber. condit. ʒ. ℔. f. elect.

Electuarium de iuiubis.

**Christophori Heinrichi Eyreri, Medici
Culmbacensis.**

℞. rad. polyp. querc. rec. mund. ʒ. ij.
alib.

fol. sen. mund. an. ʒ. j.
sem. anis. ʒ. j.
fiat decoctio in aqua fontana ad ℔.
℔. deinde colentur cum leui expressio-
ne: in colato macerentur pulp. iuiu-
bar. in vino albo veteri lotar. ʒ. iij.
transmissis per setaceum adde sacch.
albiss. ʒ. j. bulliant ad usum consisten-
tiam.

Dosis ʒ. ij. ante cibum.

**Electuarium diaprunis magistrale D. Ot-
thonis Flösseri.**

℞. prunor. mundat. ℔. ℔. Coq. in suf-
fic. quart. aq. fontana ad casum me-
diatatis; deinde colentur, & pruna
decocta per cribrum diligenter ex-
primantur, ut in cribro remaneant
tantum ossa & cutis. expressa pruno-
rum pulpa seorsim seruetur.

℞. colatura predicta prunor. ʒ. xij.
fol. sen. alex. mund. ʒ. j. ℔.
turb. alb. & gumm. ʒ. ij.
caricar. pingu. nr. vj.
cinnam. ʒ. ij. ℔.
incisa bulliant ad casum medietatis,
deinde iterum colentur & fortiter
exprimantur.

℞. istius colati ʒ. vj.
pulp. prunor. expressa ʒ. iij.
mann. opt. in predicto colat. dissol.
ʒ. ii.
bulliant simul lento igne ad inspissa-
tionem Ecclegmaticis. Ante inspissa-
tionem vero adde penid.

H h 2 sacchar.

facchar. cand. an. ℥j.
gumm. arabic. ℥ij.
diagrid. ℥j. permiscendo diligentissime
f. sec. art. Ecclagma seu Electuarium.

Electuarium Caryo costinum Horatii Augeni contra podagram & omnes dolores articulares prestantissimum.

℥. hermodactyl. albor. à superiore cortice mundator.
diagrid. an. ℥ij.
Caryoph.
costi.
cymini.
Zinzib. an. ℥j.

Trita & cribellata consciantur cum Syriopo facto ex vino albo & melle simul coctis, donec Syriopi optimam consistentiam acquirant, f. Elect. Cuius dosis à ℥ij. vsque ad ℥℥. Viris robustis, precedente humorum præparatione vsque ad ℥v. dari potest, datur gratia præseruationis bis ac ter in anno adeo felici successu, ut ego (inquit Augenius) quam plures sanasse confitear solo huius vsu.

Electuarium purgans Pistorii, in thermis vsurpandum.

℥. mann. Calabrin. ℥iij.
fl. cass. rec. extr. ℥ij.
succ. rosar. ℥ij℥.
decoct. folior. sen. & sebest. ℥iij.
Sacch. pensilij. ℥iij. Coquantur ad mellis consistentiam & cum diagrid. præp. ℥j.
medull. sem. cartham. ℥℥; f. Elect. quod cum ol. sem. anis. ℥℥ nuc. mosc. gutt. iij. aromatizetur.

Electuarium Donum Dei vocatum Horatii Augeni.

℥. rad. polypod. querc. ℥℥. j.
fol. sen.
fl. violar.
sebest.
tamarind.
passular. an. ℥iij.
aq. fontana ℥℥. x.

macerentur per diem naturalem, mox decoquantur ad consumptionem medietatis, deinde colentur exprimanturque solemniter, decoctioni calida addatur sem. psyll. lib. j. ibidem premantur vsque quo mucilago convenienter extrahi possit, tunc colentur & exprimantur fortiter, colatogue iuri addantur sacchari secunda decoctionis ℥℥. iij.

pulp. tamarindor. & cassia cum prædicta decoctione extractar. an. ℥℥. iterum lento igne coquantur vsque ad inspissationem convenientem, & cū infrigidari ceperint addatur infra scripta species.

℥. spodij
rhab. sel.
santal. rubr. albor.
rosar.
violar.
sem. papav. alb.
portulc.
endru.
lactuc.
Scariol.
foenicul.
anis.

Tragac.
amyl.
rasur. Ebor.
gumm. arabic.
berber.
fol. fumar.
rad. liquirit. an. ℥iij.
diagrid. ℥v.
myrobal. indor.
Emblitor. an. ℥v. j.

Omnia per se subtiliter puluerisata addantur, & in mortario diutissime conterantur ac in bonam Electuarij formam redigantur.

Exhibetur singulis dieb. decem aut duodecim ad ℥v. j. cum aqua decocti artemisiæ ad affectus hystericos.

Diacrydonium laxatiuum in nostris officinis vsuale.

℥. decoct.

℞. decoct. cydon. ℥xxxvj;
Sacchar. canar. ℥xij;
diagrid. ℥ij℥.

Infunde diagridium cum ℥vj; spiritus vini optime rectificati, pone per triduum in locum calidum, sapius mouendo, transmite per chartam emporeticam, reitera cum ℥ij noui spiritus vini, procede vt antea, donec reliquiarum diagridii nihil extet, fiatque secundum artem electuarium lucidum. Dosis. Adultis supra ℥ij non exhibeatur; mediæ ætatis ℥j℥; iunioribus pro ratione circumstantiarum ℥j vel ℥ij.

*Extractum seu Electuarium
passularum.*

℞. bord. crudi Mj;
rad. liquirit. ras. ℥℥;
prunor. damascen.
sebest. an. m. x.
fol. adianth.
cuscut. an. Mj.

Coque igne lento in lib. ij vini rhetici ad tertiam partem consumptionem.

Hinc. ℞. fol. sen. mundat. ℥j℥.
rad. polypod. non corrosar.
myrobal. chebulor
Emblicor an. ℥℥
rad. mechoac. ℥j℥.
fl. Epithymi.
thymi an. M℥.

Tula infunde per noctem in priori decocto; post sacchari ℥ij dissolue & ad syrupi consistentiam coque addedo passul. minor. mundatar. per cribrum & setaceum traiectar. ℥. j; Omnibus mistis asperge pollinis cinnam.

caryophyllor.
macis an. ℥℥ Mj.
f. Electuarium
cuius dosis ℥ij.

Vel

℞. fol. sen. alex. mund. ℥j℥.
zinz. it. ℥j℥.
galang.

cinnam an. ℥℥.
Vini salerni ℥. j. cinilem.
infunde 24. horis. factaque leni ebullitione, colentur.
Cum colatura extrahantur per setaceum passular. minor. ℥vj.
Adde mann. ℥j℥.
pulp. prunor. damasc. aut ungaricor ℥j.
sacchar. cand. ℥vj Mj.
f. Electuarium

Electuarium aureum regale Medici Principis Alberti Saxonica.

℞. rosar. rubr.
santal. albi.
rubri.
citri an. gr. viij.
cortic. citri.
Sem. citri.
been albi.
rubri.
aloes.
menth. an. ℥j;
cinnam. el. ℥j.
mastic.
mac.
galang.
piper. nigri.
longi.
doronit.
nucifste
caryophyllor. an. gr. xij;
cardamomi.
asari.
zinz. ib.
spica nard. an. gr. xv;
zedoar.
croci.
cubeb. an. gr. xij;
ecball. rubr.
Sapphyri.
hyacynth.
smaragd.
granat.
ostis de cord. cerui.
rasur. Ebor.
limacur. argenti.

H b b 35 n n n

auri. an. ʒʒ;
myrobalan. citrin.
chebulor.
indor.

Epithym.
Lapid. lazuli,
rhab. an. gr. viij,
sacchar. in succ borrag.
bugloss.
meliss.
vel aq. rosar. dissol. lb. j. M. f. Ele-
ctuarium.

Electuarium de cinerib. ad calculum.

Horatij Augeny.

ʒ. ciner. vitri
scorpion
rad. caulium
leporis
Lapid. spongiar.
sangu. hir. prep.
ciner. cortic. ouor. ex quibus pulli iam
egressi sunt
gumm. nuc.
acori an. part. equal.
petrosel.
dauci
pulegij
gumm. arab.
sem. alb.
piper. an. part. ʒʒ. Mi. & cum melle f.
Elect.
Cuius dosis ʒ ij. ʒ. cum decoctione
cicerum nig rorum.

**Electuarium ex fructibus ebuli ad mor-
bum Gallicum. Hercules Saxonia.**

ʒ. fructuum ebuli maturor. lb. ij. aga-
ric. ʒʒ.
vini matuatici cyathos ij manibus con-
terantur grana ebuli, misceantur vi-
no & agarico, ponantur in olla vitrea
ta per horas 24. coquantur ad consum-
ptionem vini, residuum transmitta-
tur per setaceum & pro quavis vncia
addatur syr. acetos. citri, & sacch. fini
an. ʒj. deinde pro singula libra addan-
tur lapid. armenij

ellebor. nigr. an. ʒ ij. Mi. f. elect. cuius
dosis ʒj. vel ʒʒ.

**Electuarium ex ligno guaiaco D. Prech-
telii. ad morbum gallicum.**

ʒ. uuar. passul. ʒij. abluantur primo in
aqua simplici, deinde in aqua sumaria
& contundantur.
pulpa sebest. cum aq. borrag. ex-
tract. ʒʒ,
succu helenij depurati ʒ ij,
conseru. fumar.
borrag.
beton. an. ʒʒ,
lign. indic. select. subtilissime pulveri-
fati & cribrati ʒvj,
Theriac. vet. opt. ʒijʒ,
rob. granor. ebul. ʒij,
sambuc. ʒj. Mi. cum syr. de staechad.
f. elect.

**Electuarium antepilepticum Hercules
Saxonia.**

ʒ. cranij human. ʒij,
sem. paxon. ʒʒ,
visci quercini,
cerebr. mustel. an. ʒj,
coagul. lepor. aut hœdini ʒʒ,
cardamomi,
piperis an. ʒj,
mellis quanti suffic. Mi. f. Electuar.

**Electuarium contra vertiginem praestans
eiusdem.**

ʒ. Epithym. ʒviij,
myrobalanor. citrinor. ʒij.
pulp. ramarind. ʒj;
fol. endrv.
cichor.
portulac. an. Mj.
fumar. Mij.
passular. pingui. ʒvj.
bulliant in suffic. quant. aqua, & fa-
cta expressione diligenti
ʒ. succ. cydon,
granator. agrest. an. ʒij.
pulp. prunor. damasc. ante in predicto
deco-

DE ELECT. SOLIDIS.

de cocto coctior. extracta & per setac.
transmissi. lb. j.
bulliant simul usque ad mediocrem
consistentiam, tum adde fl. cass. rec. ʒvj,
pulp. tamarind. ʒij,
spec. diatr. santal. ʒb,
sacch. fini quant.
suffic. Mi. f. Electuarium.

Electuarium ad ophthalmiam Eiusdem.

ʒ. Euphrag.
foenic.
beton.
chelidon.
siler. montani,
ruts. an. ʒj,
cardanom.
zinzib.
petrosel.
piperis an. ʒj,
sacch. in aq. euphrag. dissol. quant. suf-
fic. Mi. f. Elect. de quo post coenam
quotidie sumatur.

Electuarium Eiusdem ad melancholiam
hypocondriacam cum palpitatio-
ne cordis.

ʒ. fol. meliss.
ocym.
agrimon.
betonica.
pulegij.
fl. bugloss.
borrag. an. M. j.
cortic. citr. p. b.
sem. citr. ʒj,
caryophyllor.
cinnam.
lign. aloes.
maceris. an. ʒj,
fol. sem. mund. ʒvj,
Epithym.
rad. polypod. an. ʒiiij.
myrobalanor. chebul.
citrinor. an. ʒj.
passul. pingv. enucleatar. lb. j.
Aromata illa ligentur in syndone &
omnia bulliant in suff. quant. aqua ad

consumptionem medietatis: facta ex-
pressionem adde pulpa prunorum dul-
cium, qua bullierint in praedicto de-
cocto, lb. j. iterum bulliat hac pulpa
ad mediocrem consistentiam. Adden-
do cinnamomi selecti ʒb; & in fine
sacchari albi quantum sufficit Mi. f.
Electuarium, Cuius ego praeco
ʒvj vel ʒj singulis vel alternis
diebus, si alius sit lubrica.

Electuarium Eiusdem ad fluxum
Epaticum.

ʒ. succor. menth.
absynth. an. ʒb,
passular. ʒj,
myrrh.
croci an. ʒb;
caryophyllor.
cyperi,
calami aromat.
olibani an. ʒj,
hepat. lupi ʒij,
mellis aut sacchari, quantum sufficit,
Mi. f. Electuarium: Cuius dosis ʒb.
cum vino aromatico.

Aliud Eiusdem ad imbecillitatem epatis.

ʒ. cinnam.
piperis.
pyrethri,
caryophyllor.
macis. an. ʒb,
myrrha.
olibani,
mastic. an. ʒj,
spic.
schoenanth. an. ʒss,
succor. absynth.
menth. an. ʒj,
sacchari quant. sufficit Mi. f. Electua-
rium: Cuius dosis ʒij. quibus sum-
ptis statim hauriatur vinum ge-
nerosum.

Electuar.

*Electuarium de chalybe Herculis Saxonia
ad Scirrhus lienis.*

℞. rad. irid. ℥℥;
Jam. eruca,
urtica,
tamarisc.
ceterach.
cortic. capparum,
gentian.
rubia tinctor. an. ℥ij;
ammoniac.
bdellij
opoponac. an. ℥j;
piperis,
costi,
cassia lignea
Cinnam. an. ℥℥;

Dissoluantur gummi in aceto forti. Ca-
tera vero terantur in puluerem tenuissimū:
deinde adde chalybis in acet. prepar. ℥ij; mel-
lis quantum sufficit ℞. f. *Electuarium*, cu-
ius detur ℥℥. vel ℥vj ad summum.

*Aliud Eiusdem de chalybe, quo frequen-
tissime fuit vsus.*

℞. fol. sen. ℥ij;
Epithymi,
rad. polypod.
pulp. cass. an. ℥ij;
tamarind. ℥℥;
myrobalanor. omn. ℥j;
bulliant in aquar. borrag.
agrimon.
Endiv. an. lb. jss;
Vel lb. ij usque ab consumptionem medie-
tatis: Colentur & colatura adde sacch. fini
lb. ij: bulliant in pradicto decocto usque quo
incipiant crassescere: postea adde sequentia,
nempe mastic.
rubia tinctor.
raser. Ebor.
liquirit.
sem. fenugrac.
Siler. montan.
nigell.

apꝑ,
eruca,
urtic.
lactuc.
petrosel.
endiv. an. ℥ij.
portulac.
lini
schoenantb.
eupator.
tamarisc.
nucista.
macis.
cinnam.
caryophyllor.
spica nardi an. ℥j;
fol. agrimon.
beton. an. ℥℥.
croci ℥℥;
limatur. chalyb. ℥ij℥; ℞. j.

f. *Electuarium*. Cuius dosis sit ā ℥vj ad
℥j. Hoc ego, inquit Saxonia, saepe vsus
sum, cum maxima foelicitate in scirrhis
lienis, febrib. quartanis & aliis affectib.
melancholicis.

Aliud Electuarium de chalybe.

℞. limatur. chalyb. ℥ij. Steratur bene su-
per marmore durissimo cum aceto in
subtilissimum puluerem, exiccetur lo-
co calido, idque septies repetatur;
℞. huius limatura ℥ij;
cinnam. opt.
nucista an. ℥j;
rhab. opt. ℞. j;
Spec. arom. rosat. ℥j℥;
mell. opt. despumat.
sacchar. clarificati an. ℥ij, lento igne
fiat *Electuarium*. de quo detur vir-
ginibus cachecticis, quibus men-
ses non rite fluunt, & in hepatis
obstructionibus.

*Aliud Electuarium de chalybe. Horatii
Augenii in intemperie frigida mu-
lierum maxime vtile.*

℞. piper

- ℞. piper.
zinzib. an. ℥℞.
cardamomi,
caryophyllor.
doronici aut angelic.
croci an. ℥ij.
zamarisc. ℥℞.
sem. basilica
anisi an. ℥℞.
limatur. chalyb. præp. libr. ℞.
mellis despumati libr. iij. Mj.
f. Electuarium.
- El. Tuarium de soldanella.
- ℞. cinnamom.
sem. fenic.
avis.
squinant. an. ℥℞.
coquantur in aqua pura ad consum-
ptionem medietatis, colentur in cola-
tura dissolue sacchar ℥. iij.
coq. iterum ad spissitudinem; postea
adde pulueris soldanella rec. ℥℞.
miscantur, donec omnia cocant: &
fiat electuarium.
- Electuarium de macere.
- ℞. maceris horis 24. in aceto vini infu-
sa, exiccata & puluerisata ℥vj.
Theriac. Andr. sen. vet. opt. ℥℞℞.
conseru. fl. borrag.
bugloss.
rosar. an. ℥vj.
xyloaloes boni ℥℞.
bol. armen. præp. ℥. iij. Mi.
cum syr. conseruationis citri fiat
electuarium.
- Electuarium Diasatyrium cor-
rectum.
- ℞. rad. satyrionis in vino maluatic.
infusar. ℥℞.
carn. dactylor.
amygd. dulc.
pinar. mundat. |
pistacior.
nuc. indic. |

- zinzib. conditor. an. ℥℞.
cinnamomi
croci an. ℥ij.
zinzib. alb. ℥ij℞.
caryophyllor.
galgan.
piper. longi
nigri an. ℥℞.
nucist.
maceris,
granor. paradysi,
zedoaria an. ℥j.
lingua auis,
caudar. stincor.
borac. alb.
assa dulcis an. ℥℞.
lign. aloes,
cardamom. an. ℥j.
cubebat.
been albi,
rubri an. ℥℞.
menth. sicca ℥ij.
sem. anisi,
raphani,
nasturtii,
eruc.
urtic.
asparagi,
capparum an. ℥j.
ambre ℥℞.
mosch. ℥j.
penid. quart. ℞. Mi. f. electuarium
cum syrupo appropriato.
- Diacydonium optimum Simo-
ny.
- ℞. succ. cotoneor. depurati ℥xxiiij.
mell. opt. despumati,
sacch. alb. in aq. melissa depurati an.
℥xij.
Coltis ad ignem lentum pro iusta
spissitudine, igniq. ablatis atq. ad-
huc tepentibus insperge cinnam. sel.
nucista an. ℥℞.
coriand. in aceto præp. ℥ii,
lign. aloes ℥j.
caryophyllor. gr. xvi.

ocymi odoratiff.
 meliss.
 mentha an. ʒʒ.
 spec. diarrh. abbat. ʒij.
 sacch. ros. tabellat. ʒiij.
 mosch. gr. xij.
 omnib. tenuissimo tritis cretis-
 que f. diacydonium secundum ar-
 tem.

Electuarium confortatiuum nobile.
 Physiici regis Ferdi-
 nandi.

℞. pulp. capon. vel perdicis cocti lb. ʒ.
 cardamom.
 cinnam.
 caryophyllor.
 cubebar.
 zinzib.
 tragag.
 gum. arab.
 galang.
 nucista.
 maceris.
 croci. an. ʒʒ.
 amyli.
 glyzyrrh.
 amygd. dulc.
 pistaceor.
 auellanar. omnium mundator.
 passular.
 sem. cucumer.
 melon.
 cucurb.
 papau. alb.
 lactuc.
 portulac. an. ʒij.
 penidor. ʒij. misceantur omnia cum
 carnibus incisis & cum sacchari
 in iusculo caponis dissoluti ʒxxij.
 fiat electuarium.

Electuarium mirabile, quo insignis qui-
 dam Medicus vsus ad finem
 vite.

℞. sem. filer. montan.

chamad. an. ʒij.
 rad. chelidon.
 cumin.
 petrosel.
 apii an. ʒi.
 cinnamom.
 piper.
 zinzib. an. ʒij.
 fol. puleg.
 hyssop.
 aneth.
 saxifrag.
 fl. aneth.
 granor. iuniper. an. ʒij.
 pulueriscentur omnia, misceantur si-
 mul & cum mell. albi despumati lb.
 ʒʒ. f. Electuarium. Cuius dosi ma-
 ne & vesperi ad quantitatem nucis.
 Lumen debile restaurat, stoma-
 chum confortat, humores super-
 fluos purgat, renes mundificat, o-
 mnes ventositates expellit & ad
 multa alia probatissimum est.
 De Trochiscis libro sequenti disserere pro-
 posuimus, ut qui roborantes fere sint, vel al-
 liotici, seu alterantes, pauci quibusdam ex-
 ceptis, usque purgantibus, de quibus hac in
 sectione & serie breuiter nunc agere nostra
 methodi ratio iuadet.

C A P. IV.

Trochisci de Rhabarbaro.

℞. Rhabarbari boni ʒ. x.
 succi eupatorii,
 amygdalar. amararum an. ʒ. ʒ.
 rosarum ʒ. iij.
 spica Indica,
 anisi,
 rubia tinctorum,
 absynthii,
 asari,
 sem. apii an. ʒ. j.
 fermentur ex arte trochisci ʒ. j. pon-
 dere.

COMMENTARIUS.

Raro parati reperiuntur in officinis e-
 iusmodi

iufmodi pastilli, quibus dum opus est, solent Medici *rheum* assumere, & alius simplicibus proposito scopo idoneis permiscere. Prudentes tamē pharmacopœi, nec auaritia nimium dediti illis nō carebunt, quorum scilicet optima est descriptio, & salutaris vsus.

*Parandi
modus.*

Vt autem rectissime parentur, *rheum* & *asarum* tenuissime læuiganda sunt, vt facilius hepatis sinus, mesenterii anfractus, & vteri renuque vias peruicere queant, reliqua quoque tenuiter pulueranda; deinde cum *eupatorii succi* quantitate sufficiente fiat massa molliusecula, de qua formentur trochisci cuiusvis figure. Si succus *Eupaterii* definita quantitate pulueribus excipiendis non sufficiat, augendus, vt omnia simul facilius subigantur. Concinnati trochisci exsicccandi, & seruandi ad futuros vsus.

Vires.

Trochisci rhei valent ad frigidos, biliososque iecoris affectus, ad eius obstructionem, dolorem, tumorem, & deprauatam actionem. Hydropsi quoque vel presenti, vel imminente profunt, & morbo regio, seu ictero.

C A P. V.

Trochisci de agarico D. Galeni.

℞. Agarici albiss. scalpro tenuiter comminuti ℥. ij. aut quantum voles; macera in vini albi, in quo fuerit zinziber infusum, quantitate sufficienti & fac massam mollem; & ex ea trochiscos: qui exsiccati denovo puluerentur: eodem vino subigantur in pastam; ex qua rursus trochisci formentur, siccentur, seruentur.

COMMENTARIVS.

Vario modo apud Mesuem præparatur agaricus, libro de simplicibus, cum mulsâ, cum oxymelite scillitico, cum sale gemmeo, cum sero lactis, cum dauco, & aliis simplicibus.

Galenus minori, faciliori, & commo-
diori apparatu in trochiscos effingit, in

arte pharmacaria vfitatissimos, quos hic describimus, & tanquam præstantiores magis probamus. Nonnulli *salem gemmeum* permiscunt, vt suo, inquit, pondere, *agaricum* ad fundum ventriculi delabi cogat, vt sua absterforia facultate purgationem iuuet, & vim illius tardam excitet; *zinziber* tamen sufficit cum vino, non modo ad vomitoriam qualitatem arcendam, sed ad pigram vim purgatricem excitandam, lentos & crassos humores attenuandos & incidendos, atque è partibus remotioribus attrahendos. *Zinziber* autem & sua partium tenuitate perfructa viscera *agaricum* defert, & suo calore vim purgatoriam iuuat, & aromaticitate ventriculum, cor, & partes nobiles recreat, quemadmodum & vinum, quod sua adhuc ponderosa substantia *agarici* cohibet leuitatem; cuius ratione ad fundum ventriculi pigre delabatur, atque supernatans per vomitum aliquando solus, interdum cum humoribus excluditur.

Trochisci de agarico pituitosum humorem non tantum è prima regione corporis purgant, sed etiam è partibus longius distitis, si maiore copia sumantur.

Vires.

C A P. VI.

Trochisci Alhandal. D. Mes.

℞. Pulpa colocynthidos à seminibus mēdata ℥. x.
incidantur & fricentur manibus cum olei rosati ℥. j.
gummi Arabici,
tragacanthi,
bdellian. vj.
macerentur tres aut quatuor dies in aqua rosarum, vt perfecte liqueſcāt: deinde cum pulpa dicta, & parte istius mucaginis fiant trochisci, qui in umbra siccati, denovo terantur, & cū reliqua mucagine rursus fiant trochisci, iterum siccandi & seruandi.

COMMENTARIUS.

Trochisci colocynthidos, seu Alhandal, ut loquuntur Arabes, vtiliter iniici possunt in omnes compositiones, quæ *colocynthidem* recipiunt: Eam enim simplicem, aut non castigatam sumere molestum est, præparatam & trochiscorum forma, vel alia concinnatam, ut consuetum, sic tutum. Sic enim præparata medicamentorum aliorum compositiones ingreditur, quorum virtutem acuit; unde validius pituitam, aut alios humores crassos, lentos, & viscidos educunt.

Vt autem recte prædicti trochisci fiant, eligenda primum pulpa *colocynthidos* albissima & leuis, quæ non modo forficibus incidenda, sed etiam tenuissime pulueranda: nam crassius trita & intro sumpta dysenteriam sæpe mouet, abrais intestinis ab illius portiuncula ilei gyris & anfractibus stabulante. In veteri Mesues codice pulpa *colocynthidis* ʒ. x. tantum ponuntur. Verum locus erroris suspectus est, & pro ʒ. x. ʒ. x. ponenda, alioquin olei rosati quantitas minuenda, nec non bdellii, & aliorum gummi, quorum singulorum ʒ. ij. tantum sufficiunt ad mucaginem, decem vnciis *colocynthidos* semel atque iterum excipiendis destinatam.

Facultates.

Trochisci Alhandal potenter viscidam pituitam, & succos omnes glutinosos purgant: Proinde multum conferunt colico-dolori à pituita vitrea & lenta nato, apoplexia, vertigini, epilepsia, asthmata, morbis frigidis, & arthriticis, qui vix medicamentis communibus cedunt.

ADDITIO.

Trochisci de agarico Viennensium.

℞. agaric. albiss. ʒ. ii.
zinzib. pulueris ar. ʒ. ij.
sal. gemm.

maslic. an. ʒ. ij. miscantur omnia simul, fiant trochisci cum infusione zinziberis in vino albo.

De aliis trochiscis alterantibus & robo-

rantibus libro sequenti; superest, ut alia purgantia solida, nempe catapotia describamus.



SECTIO IV.

DE PILVLIS.

Superioribus sectionibus electuaria tam liquida, quam solida omni & morbo & causa morbifica accommodata dedimus. Nunc ut idem præstemus in describendis catapotis, seu pilulis, quas plerique medicamentis, quibuslibet præponunt, methodi nostra suadet ratio. Ab his autem auspiciabor, quæ inter purgantia solam aloem recipiunt, deinceps aloem & agaricum; tum quæ cum vtroque rheum, postea quæ sennam; tandem quæ turpethum, aut diagridium, aut *colocynthidem*, aut violentius aliquod catharticum admittunt, describam. Ab aloem vero ducitur initium, quod sit non solum basis fore omnium catapotiorum, sed quod viscera partesque nobiles recreet, & vix alio modo sumi possit: quæ enim valde amara sunt, ut aloem, & ingrata, cum difficillime forma liquida & potulenta hauriri queant, pilularum forma dari solent, ut facilius deuorantur, ut cap. 14. lib. 3. Institut. demonstrauimus.

CAP. I.

Pilula stomachica, vulgo ante cibum.

D. Mes.

℞. Aloes optima ʒ. vj.

masliches,

rosarum, an. ʒ. ij.

Cum syrupo rosato, vel absynthii, fiat massa molliuscula.

COMMENTARIUS.

Omnes pilulæ, quæ aloem, vel rheum tantum, aut vtrumque simul inter purgantia admittunt, & clementer purgant, quæque humores tantum è prima regione tra-

retrahentes, stomacho profunt, *Stomachica* vocantur, vel *pilula ante cibū*, quod quavis diei parte, paulo ante pastus, tuto sumi possunt: cuiusmodi sunt *pilulae de aloe rosata*, quae fiunt ex eadem in succo rosarum nutrita, & cum vino in massam coacta. Ut etiam *pilula Scaligeri*, *Ruffi* & *de hiera*. Vsitatissima tamen cum sint, quas dedimus, & quouis tempore paratu facillima, haec tanquam regula omnium stomachicarum debent in omnibus pharmacopoliis asseruari. Verum parua quantitate tantum paranda sunt, vt recentes semper habeantur. Diutius enim asseruata nimium exsiccantur, earumque virtus hebescit. Debet vero Massa aluta quadam, oleo paucio delibuta, in uolui; deinde in vase stanneo optime clauso reponi.

Pilula omnes, & reliqua purgantia, dari minime debent, nisi ventre exinanito; praesertim vero, quae ex partibus remotioribus humores noxios trahere debent. Quae longe ante, & post pastum, vt post primum somnum commodius & vtilius sumuntur. Stomachica non item; sat enim est, si sumantur hora vna ante ientaculum, vel alium pastum, vt blande subducatur aluus, & pituita quadam, aut alia parua colluui- es in ventriculo & vicinis partibus contenta expurgetur; quam quidem omnes stomachica blande educunt, stomachum roborant, & appetitum refarciunt, vel sopitum excitant.

CAP. II.

Pilula Ruffi, vulgo pestilentialia, seu communes.

℞. Aloes optima ℥.ij.
myrrha ℥.j.
croci ℥.ss.
cum oinomelite optimo, fiat massa mollis.

COMMENTARIVS.

Vix quoddam datur medicamentum à

quodam praeter authoris primi mentem non mutatum. Haec pilulae ex paucis componuntur, à multis varie mutantur. Sunt, qui *myrrha* tertiam partem adiciunt, alii tantum quartam; quidam octauam, nonnulli *crocum* & *myrrham* aequali pondere commiscunt; alii mediam tantum partem *croci* ad *myrrham* adiciunt, vt *myrrha* ad *aloem*, vt nos in hac descriptione, Medicorum celebriorum sententiam secuti, fecimus.

Horum autem catapotiorum inuentionem Rondelerius Ruffo denegat, quod potionem, inquit, quam pilulas potius tradiderit, vt ex Paulo Aegin. cap. 36. lib. 2. de morb. pop. liquet. Hic sane medicamentum quoddam ex *aloe*, *myrrha*, & *ammoniaco thymiamate* in vino odorato tritis, describit, potumque nominat, faba tamen magnitudine exhibet, quae rerum porulentarum mensurae repugnat, scilidarum conuenit: ideoque Ruffum posterior aetas illarum esse primum authorem non sine ratione credit. Pro vino aromatico oinomel generosum substituimus, pulueribus excipiendis maxime idoneum. Si enim solo vino recipiantur, massa hinc subacta, breui duritiem pene lapideam nanciscetur. Syrupus quoque de *absinthio* illis admittendis multum aptus erit.

Pilulae Ruffi pestilentialia dicuntur, quod pesti conueniant, sed potius arcenda & praecauenda, quam curanda. Ratione enim aloes corpus ab excrementis liberatur, per myrrham à putredine vindicatur, à croco cor & facultates vitales recreatur. Pesti tamen facte parum profunt, vt quae medicamenta magis cardiaca, valentiora, & alexipharmaca ad sui curationem postulet.

CAP. III.

Pilula mastichina.

℞. Mastiches ℥.ss.
aloes ℥.x.
agarici ℥.iij.

Iij 3

Conf-

Confice cum hydromelite vinoſo, & fiat maſſa mollis.

COMMENTARIUS.

Pilulas omnes, quæ maſticheſ excipiunt, Meſue ſtomachicas appellat, quarum non ipſe ſolum varias deſcriptiones exhibet, ſed etiam qui poſt illum ea de re ſcripſerunt, & Antidotaria promulgarunt, modo *aloes*, modo *agarici*, modo *maſticheſ* pondus augentes, vel minuentes, aut alia adiicientes.

Pilula de aloë lota.

Viſtatior & tutior eſt deſcriptio, quam hic datus, cui *diamoschi* parum addatur, erunt pilulæ de *aloe lota* iuxta vulgarem editionem. Parandi modus facilis eſt. Debet vero *agaricus trochiſcatus* ſumi, poſtea teri, vt & reliqua, nempe *aloe* & *maſtiche*, atque cum *hydromelite* aptius, quam cum vino ſubigi, tum ad efficaciam, tum ad conſeruationem.

Petrus de Abano perhibetur earum author, quibus ab exuperante medicamento, nempe *aloe* nomen non dedit, ne ſimul eiufdem nominis catapotia multa ac diuerſa deſcriberentur.

Vires.

Pilulæ maſticheæ ſtomachum blande purgant, optimè roborant, totiùs abdominis excrementitios humores ſine moleſtia detrahunt & expellunt, doloribus capitis proſunt, & vteri affectibus multis.

CAP. IV.

Pilula de tribus ſolutiuis.

℞. *Rhabarbari,*

aloes,

agarici an. ʒ. iij.

Trita excipiantur ſyrupo roſarum palidarum, & cogantur in maſſam.

COMMENTARIUS.

Vocantur hæc catapotia *de tribus ſolutiuis*, quod tria tantum ſimplicia purgantia admittant: Syrupus roſarum palidarum, quo illa excipiuntur, purgatorius quidem eſt, ſed ſimplex medicamen-

tum non dicitur. Stomachicæ quoque ſunt hæc pilulæ, licet paulo validiores ſuperioribus, propter *agaricum*; qui ſi trochiſcatus ponatur, vt certe debet, vim incidendi & attenuandi maiorem habebunt, & minus vomitoriam. Parandi modus facilior eſt, quam vt nos motetur.

Humores bilioſos & pituitoſos, craſſos & lentos à ventriculo, cauſis hepatis & lienis, & à meſenterio perbelle purgant, ſtomachum roborant, & appetitum reuocant. Sic paucis, quæ de his dicenda, complector.

CAP. V.

Pilula Imperiales D. Fernelij, ſeu Catholica.

℞. *Aloes optima ʒ. ij.*
rhabarb. electi ʒ. j. ſ.
agarici trochiſcati,
fol. ſenna mundator. an. ʒ. j.
cinnamomi ʒ. iij.
zinziberis ʒ. ij.
nucu moſchata,
caryophyllorum,
ſpica nardi,
maſticheſ an. ʒ. j.
Cum ſyrupo violato ſubacta cogantur in maſſam.

COMMENTARIUS.

Egregiam hiſ catapotiiſ non iniuſte denominationem dedit author, vt quæ agendi benignitate & multiplici dote, præ cæteris egregium titulum mereantur. Poſſunt quoque dici pilulæ *Catholica*, vt quæ & vniuerſos humores, & ab vniuerſis partibus expurgent, ab hepate, liene, ventriculo, cerebro, & cum doſi paulo vberiore, à partibus quoque longius diſſitis.

Quædam eiufdem nominis deſcribuntur à Nic. Præpoſito, quæ quod pluribus conſent, & efficaciam ſint minoris, raro parantur.

Pilulæ

Vires.

Pilulæ Imperiales Fernellii omnia viscera infarctu liberant, purgant, roborant, & humores quosuis noxios & obuios educunt, omniumque partium nutritiarum œconomiam iuuant.

CAP. VI.

Pilula de eupatorio maiores

D. Mes.

℞. Myrobalanorum citrinorum, succor. eupatorii, absynthii an. ʒ. iij. rhabarbari ʒ. iij. ʒ. mastiches ʒ. j. croci ʒ. ʒ. aloes ʒ. v. Succo, vel potius syrupi endiuia quantum sufficit, ex arte fiat massa.

COMMENTARIVS.

Catapotiorum ex eupatorio duas Mesue formulas describit; priora, *maiora* nominat, quæ hic inferimus; alia *minora*, quæ raro, imo rarissime ambo parari solent. Illa tamen cum valde commendentur ad icterum, & omnem icteris obstructionem, agrorum feliciter resibunt, si in pharmacopoliis habeantur. Deberent autem à *rhabarbaro* potius denominari, quod in compositione cæteris præpollent. Verum solent authores medicamentis à se compositis nonnunquam imponere nomina ad placitum magis, quam rationem validissimam.

Porro ad harum pilularum præparationem succi eupatorii veri, vel eius loco agrimonii, & absynthii per euaporationem inspissandi, exsiccandi, & postea puluerandi, deinde aliis simplicibus seorsim tritis commiscendi, tum omnia syrupo de endiuia, vel cichorio comprehendenda in massam idoneam. Perperam faciunt, qui Mesuei consilium secuti pulueres excipiunt aqua endiuia, & cogunt massam.

Pilulæ de eupatorio minores non so-

lum ictero conducunt curando, sed etiam febribus periodicis ac circuitu repentibus.

CAP. VII.

Pilula sine quibus esse nolo

D. N. Præpos.

℞. Aloes optima ʒ. xiiij. quinque generum myrobalanorum, rhabarbari, senna, agarici trochiscati, mastiches, absynthii, cuscute, rosarum, violarum an. ʒ. j. diagridii ʒ. vj. ʒ. mellis succo fœniculi expumati q. s. fiat massa, ut artis est.

COMMENTARIVS.

Vniuersales sunt hæc pilulæ, ut Imperiales, sed magis cholagogæ, & valentiores propter diagridium. Earum nomenclatio quadam circumlocutione designata efficaciam & vsus necessitatem notat, ut quibus vel paterfamilias, vel alius, qui optime suæ lætati prospectum voluerit, minime carere debeat, quandoquidem ad earum compositionem accedunt, quæ à cunctis partibus præcipuis humores deducunt, & easdem roborant. *Rhabarbarum* basis erit, si à parte earum præstantiore sumi debeat, ut *scammonium*, si à valentiore & magis exuperante, vel *myrobalani*, si à fructuum pondere.

Vt recte parentur, *scammonium*, aloë, *agaricus*, & *mastiche* seorsim pulueranda Reliqua partim seorsim, partim simul. Non sunt vero subigenda cum aqua, aut succo fœniculi, ut placuit auctori, sed cum melle eodem succo depurato, ad syrupi consistentiam, aut paulo infra cocto, ne citius siccescant, aut marcescant.

Pilulæ, sine quibus pituitam & bilem v-

Vires. tram-

Vires.

tramque vndique irrahunt, sed precipue ex capite, oculis, & sensibus. Proinde oculorum suffusiones minuunt, visum conseruant, aurium dolores tinnitusque soluant.

C A P. VIII.

Pilula aurea. D. N. Myr.

℞. Aloes optima.
diagridii an. ʒ. v.
rosarum rubr.
sem. apii an. ʒ. ij. ℞.
sem. anisi,
feniculi an. ʒ. j. ℞.
pulpa colocynthid.
croci,
mastiches an. ʒ. j.
Cum gummi tragacantha in aqua rosarum soluta, vel potius cum melle rosato concinnetur pasta, consistentia legitima.

COMMENTARIUS.

Non abs re insultat Nicol. Præpositus in Nic. Myrepsum harum pilularum auctorem, quod diagridium quantitate maiore posuerit, nec locum mendo carere suspicatur, dum ait, & credo, quod debuit dicere, diagridii ʒ. v. non ʒ. v. quod sane colligi potest ex eiusdem Myrepsi verbis qui in fine c. 107. dosim harum pilularum definiens sic habet, Informentur ad modum cicceris cum aqua infusionis tragacantha, & dentur de eis vesperi nouem aut undecim cum mulsâ aut vino. Hæc enim quantitas saltem ʒ. j. ℞. est, aut ʒ. ij. quæ fere diagridii ʒ. ℞. admittit. Vt sit, nunc is inuauit usus, ut iuxta modum descriptum parentur; ea tamen lege, ut iusto ac idoneo pondere exhibeantur, pro Medici prudentia & ærotantis viribus; cui purgando, si diagridii gr. iij. aut v. sufficiant, ea tantum mole catapotia dentur, quæ istam solum diagridii dosim receperit.

Optime vero mastichem adiecit Nicol. Præpositus ad ventriculi robur, ne tam violentorum purgantium attractu lædatur.

Recte quoque tragacanthum permiscēbitur ad scammonii feritatem mitigandam. Tutius vero Trochisci Alhandal ponentur, quam colocynthidis ipsa non castigata: omnia tenuissime puluerata cum melle rosato cogentur in pastam consistentiæ legitimæ; sic enim diutius molliuscula remanebit, quam gummi tragacantha dissoluto subacta & comprehensa.

Dicuntur autem pilulæ aureæ magis ab aureo colore, ratione croci, quam ab effectu aureo, hoc est, præstanti, ac insigni. Non enim omnia medicamenta, quæ aluum potentissime ducunt, & assatim humores purgant, aurea seu præstantissima sunt, sed quæ sine molestia tantum noxios, & cum facilitate extrahunt.

Pilulæ aureæ plurimum cholagogæ sunt: Bilem enim valenter attrahunt, pariterque pituitam, non modo ex ventre inferiore, sed etiam superiore, videlicet capite: propterea sensus oculosque expurgant, usque aciem restitunt.

C A P. IX.

Pilula de agarico D. Auic.

℞. Agarici ʒ. ij.
radic. ireos,
prassii an. ʒ. j.
turbit ʒ. v.
hieræ picræ ʒ. iij.
colocynthidos,
sarcocolla an. ʒ. ij.
myrrha ʒ. j.
Misco cum sapa, & fiat massa, ut artus est.

COMMENTARIUS.

His catapotii Nicol. Præpositus mastichem addidit, damnant reuerendi patres censores Mesuei; probat Fernelius, quod similiter ex Præposito transcripserit; improbat Iouertus, suæ tamen opinionis rationem subticens. Ego nec noëituram, nec valde profuturam puto; si enim defuerit, non deerunt ventriculo, quæ ipsum robo-

Vnde dicantur aurea.

Vires.

robo-

robore queunt, nempe *hiera*, *myrrha*, *sapa*, *iris*; si adfuerit, neque aliorum vim obtundet, neque multo meliorem reddet.

Harum author primus est Auicenna, qui eas descripsit cum *myrrha*, quam Mesue non addidit, ut putat Bauderonius, ut ex illius *lib. 3. c. 40. tract. 1. sen. 10.* liquet, ubi *agaricum* & *colocynthis* sine vlla præparatione expressa describit. Melius est tamen utrumque trochiscatum sumere, terere, & permiscere. Præterea puluis *hiera picra* Galeni tantum melle non solutus sumendus est; *prassium album* seligendum, & *radix ireos* nostratis flore caruleo, quæ Auicenna *lilium cæleste* vocat. Purgantia seorsim pulueranda; reliqua partim sic, partim simul; tum omnia miscenda cum *sapa*.

Vires.

Pilulæ de *agarico* cum pituitam vndiq; potenter educant, conferunt plurimum capiti & thoraci: proinde comati, catarrho, vertigini, & similibus affectibus ab humore frigido ortis, maximeque asthmatis, ad cuius sanationem ab Auicenna fuerunt inuentæ & descriptæ, *c. 40. lib. 3.*

CAP. X.

Pilulæ cochix, D. Rhasis.

℞. Pul. *hiera simplicis* ʒ. x.
colocynthis ʒ. iiij. & ʒ. i.
diagridii ʒ. ij. b.
turpethi,
stæchados an. ʒ. v.
Cum syrupo de *stæchade* fiat massa.

COMMENTARIVS.

Pilulæ cochix non simpliciter à grano, quod *κκκκς* dicitur Græcis, nunc upantur, sed quod rotundè sint & parvæ, veluti granum quoddam ciceris aut erui, cuiusmodi fieri solebant olim omnes pilulæ. Et licet nunc fere maiores concinnentur, ut propriâ tamen ab autore datam descriptionem, sic appellationem retinemus, qui *c. 1. libr. 9. ad Almanfor.* iuxta formulam præscriptâ tradidit. Nonnulli supra modum purgantes iudicarunt; ratione *diagridii* maiore pondere commixti: Optimum tamen sit,

in pharmacopoliis haberi blanda medicamenta pro delicatulis, validiora pro robustis & agrestibus viris, iuxta Rhasis placitum parandas censeo. Adde, quod tam exigua quantitate dari possunt, quibus conueniunt, ut citra hypercatharsim aluum subducere, & humores noxtos educere valeant.

De admiscendis autem in cõpositione nonnulli dubitant, an *hiera picra* Galeni sumenda sit, an alia parâda, ut voluit Cordus: Nos ob multas rationes, quas breuitatis causa relinquo, nullam validiorem, conuenientiore, aut meliorem hierâ dictâ puto. Trochiscos vero *Alhandal* melius erit permiscere, quâ *colocynthis* non præparatam. Quod si syrupo de *stæchade* defuerit, ut re vera paucis in officinis habetur, nec haberi multum est necesse, pulueres subigi recte poterunt melle cum decocto *stæchados* de spumato, & ad consumptionem aqueæ humiditatis cocto. Parandi modus idem atque præcedentium.

Pilulæ cochix humores partim biliosos, partim pituitosos expurgant, non solum à capite propter *stæchadem*, quæ minus cephalica, quam hepatica est, sed etiam ab aliis partibus, in quibus dicti succi continentur: Eos enim à quacunque parte potenter deducunt.

Vires.

Stæchas
magi hepatica quam cephalica.

CAP. XI.

Pilulæ de hermodactylis maiores, D. Mes.

℞. *Hermoadactylorum*,
aloes,
myrobalanorum citrinor.
turbith,
colocynthis,
bdellii,
sagapeni an. ʒ. vi.
castorei,
sarcocolla,
euphorbii,
opoponacis,
Sem. rusa agrestis, vel hortensis,
seminis apii an. ʒ. iiij.

K k k

croci

Vnde habeat nomen.

crocī ʒ. j. ſs.

Cum ſucco caulium fiat maſſa.

COMMENTARIVS.

Multum ſunt vſuales iſtæ pilulæ, quæ ab *hermodactylis* nomen habent, ſolæque ſufficiunt in ueteratis articulorum doloribus, ad idque ſunt effi- aciores his, quæ arthetice vocantur, & ſecurius, quam quæ de *ſagapeno*, aut *opoponace*, aut *ſarcocolla* nuncupantur, vt ideo harum deſcriptionibus non ſit opus.

Ad præparationem in caulium ſucco *ſagapenum* & *opoponax* liquanda, idoneo linteo tranſmittenda, deinde parum coquenda. Tum pulueres reliquorum ſimplicium ſucco cum *melle* cocto permiscendi: atque omnia ſimul in mortario terenda, ſubigenda & manibus oleo delibutis contrectanda, vt conſiſtentiam nancifcantur idoneam. Poſſent & eclegmate de caulibus recte ſubigi.

Xires.

Pilulæ de *Hermodactylis* craſſos humores, ſimulque ſerofos potenter ab extremis partibus, præſertim ab articulis vellunt, conducuntque morbis frigidis capitis, neruorum & iuncturarum.

CAP. XII.

Pilula Agregatiua, ſeu polychreſta,
D. Meſ.

℥. Aloes,

turbith an. ʒ. vj.

diagridij ʒ. v.

Rhabarbari.

myrobalanor. ſtauarum an. ʒ. iij.

agarici albiſſimi,

trochiſcor. albandal,

polypodij,

myrobalanor. Chebularum,

myrobal. Indarum an. ʒ. j.

maſtiche,

roſarum,

epithymi,

ſem. anifi,

zinziberis.

ſalis gemmei an. ʒj.

ſuccorum eupatorii,

abſynthii an. ʒij.

Cum ſyrupo roſarum pallidarum fiat maſſa, ad vſus ſeruanda.

COMMENTARIVS.

Veterem Meſuei deſcriptionem retinemus, ordinemque ſimplicium tantum mutauimus, & pro electuario roſato ſyrupum roſarum ſubſtituimus ad puluerum comprehensionem.

Sunt autem tres apud Meſuem pilularum huiuſce nominis deſcriptiones, quarum prior ſolum eſt vſualis, & in pharmacopoliis fere cunctis parata reperitur, relictis aliis duabus, *agregatiuis maioribus & minoribus* nuncupatis. Dicuntur vero *Agregatiua*, propter aggregationem dorum multarum, vt etiam *Polychreſta*, & à multis *Catholica*, quod ſint vſus multi, & vniuerſos expurgent humores. *Cur dicantur agregatiua, cur polychreſta.*

Compoſitionis ratio manifeſta eſt, vt & mixtionis modus. Radices primum terenda, dein fructus, ac ſemina: ſeorſim vero *rheum* & *agaricus*, qui trochiſcatus ſimplici præferendus. His addendi ſucci *eupatorii* & *abſynthii* prius exſiccati, & poſtea triti. Tum omnia, vt decet, puluerata, ſyrupo roſarum pallidarum excipienda, vt fiat maſſa, quæ inuoluenda corio oleo amygdalino delibuto. Non vero ſine ratione pulueres ſyrupo roſarum pallidarum excipiendos arbitror, partim vt magis accedant ad mentem authoris, nam roſis nihil ſimilius, quam ipſe roſæ, partim quod electuarium roſatum Meſuei, quo ipſe vult pulueres comprehendere, paratum non reperitur, nec parandum cenſeo, cum eius vt inepta eſt compoſitio, ſic fere nullus vſus.

Catapotia agregatiua ad multos affectus non modo capitis viles ſunt, ſed etiã ventriculi & hepatis. Ex his enim partibus & ſenſoris pituitam, bilem, & melancholicum ſuccum detrahunt, purgantque: propterea febris complexis, inueteratis, & morbis complicatis conducunt. *Facultates.*

Pilulis.

Pilulis de octo rebus, & de quinque; myrobalanorum generibus carere poterit, qui aggregatiuas habet.

CAP. XIII.

Pilula de Fumaria D. Auic.

℞. Myrobalanor. citreorum,
chebularum,
Indarum,

diagridii an. ℥v.

aloes Socotorina ℥viij.

Cum succo fumaria fiat massa, qua exsiccata teratur. Et rursus eodem succo subigatur: tertio cum syrupo de fumaria fiat massa, usui reponenda.

COMMENTARIUS.

Hæc catapotia denominationem à fumaria sumit, cuius succo pulueres ter, aut saltem bis imbuuntur, & toties siccantur, ut insit illorum author Auicena. cap. 7. tr. 3. fen. 7. lib. 4. Tandem excipiuntur, non eodem succo, ut multi ignoratè faciunt, sed melle, cui succus hic longiore coctione dissipatus fuerit, vel potius syrupo de fumaria, ut præstantiore & authoris menti conuenientiore. Nisi enim alterutro subigantur, aut simili liquore pulueres, massa hinc subacta & asseruata rancefcet, & in soliditatem fere lapideam indurefcet. Parandi modus facilis est, atque ex describendi formula fati notus.

Vires.

Pilula de fumaria biliosos humores, acres pituitam falfam, & alios succos adustos & melancholicos, à quibus vitia cutis plurima suboriuntur, ut scabies, pruritus, lichen, impetigo, purgant.

CAP. XIV.

Pilula de lapide lazuli D. Mes.

℞. Lapid. lazuli preparati ℥viij.

polypodii,

epithymi,

agarici an. ℥viij.

hellebori nigri,

scammonii,

caryophyll. sem. anisi an. ℥iiij.

hiera picra ℥xv.

Cum syrupo regis Sabore fiat massa.

COMMENTARIUS.

Vt cuique humori noxio suum tribuatur peculiare catharticum, has pilulae ex Mesue descriptas ad melancholicum humorem ducendum exhibemus. Nomen autem à lapide lazuli, qui pro basi sonitur, assumunt, sed quia inimicæ ac vomitorix cuiusdam qualitatis est particeps, præparatione quadam eget, ut cap. 11. sect. 1. huius libri monuimus. Non vero vitur, ut in confectioe Alkermes, ne pereat illius purgatoria qualitas, sed tenuissime tantum pulueratur, & decies, aut duodecies, vel etiam pluries lauatur, in aqua primum communi, dein alia medicamenta, ut buglossi, aut simili: semel lotus, exsiccatur; dein abluatur, ut ante, & rursus siccatur, idque adhuc iteratur, ut dictum est. Sic enim qualitas vomitoria deperditur, remanente deiectione ac roborante, qua opus est.

Lapidi lazuli præparatio.

Parandi modus idem cum superioribus. *Salem gemmeum* pro *Indo*, quo caremus, substituiimus, & *syrupum regis Sabore* pro *aqua intybi*. Sic namque pulueres commodius & excipientur, & subigentur; atque massa hinc concinnata tutius seruabitur, consistentiamque meliorem habebit, & vires præstantiores, ac humori melancholico, cui ducendo destinantur, aptiores.

Vires.

Catapotia de lapide lazuli Elephantiasis, Cancro, quartanæ febrî, & omnibus morbis ex melancholico humore, & bile vsta conferunt, eademque vires habent, sed præstantiores, atque *pilula Indæ*, quibus carere poterit, qui illas habebit.

CAP. XV.

Pilula Asaieret. D. Auic.

℞. Mastiches,

myrobalanor. citreorum an. ℥ss.

hiera picra ℥j.

aloes optima ℥ij.

Cum syrupo ex steechade fiat massa.

Kkk 2

COM-

COMMENTARIUS.

Desumptæ sunt & hæc pilulæ ex Auicenna cap. 29. tr. 1. sen. 1. lib. 3. qui aliquando *Ashaiaret*, aliquando *Seiar* vocat, easque describit partim ad caput, partim ad venterculum: parura tamen ex partibus longe distitis detrahunt, cum nihil excipiant ex his, quæ potenter humores frigidos deducunt.

Ad earum confectionem pulvis *hiera picra* Galeni sumendus, non *Hiera* forma electuarii composita. *Myrobalani* à nucleis purgandæ, & seorsim terendæ. Tum *masliche Chia*, vt præstantior, dein *aloe*. Omnia autem syrupo de *stachade* excipientia, & in massam vnienda.

Vires.

Pilulæ *Seiar*, seu *Ashaieret* cholagogæ quidem sunt, plurimumque ventriculo profunt impuro & languido, & confectione quadam capiti quoque benefaciunt, atque eius sanandis affectibus, qui per sympathiam à stomacho & imo ventre profiscuntur, congruunt.

Pilula de Hiera.

Pilulæ de *Hiera* cū similes fere habeant facultates, & facile ex *Hiera* puluere, qui omnib. in pharmacopoliis asservat, quæ parari, addito *mellis rosati*, aut alius sufficienti pondere particularem descriptionem non exigunt: Vt neque quæ à *Benedicta* nomen & materiam habent. *Benedicta* propterea pilulæ dictæ, quarum nullus aut rarus est usus: Sunt enim nomine tenus tantum insignes; cuiusmodi sunt apud Chymicos multæ confectiones, vt *Aqua benedicta* *Ruladi*, *Spiritus aureus*, & *Elixir vita*, &c.

Pilula Benedicta.

CAP. XVI.

Pilula de aromatibus, seu Alephangina.

Z. Cinnamomi,
Caryophyllorum,
cardamomi.
nucis moschata,
macis,
salami aromatici,
galanga,
santal: citrini,
sehoenanti.

rosarum, an. ʒ. ʒ.

Hæc crassiuscule tria macerentur per duodecim horas in aquæ libr. iij. Deinde igne lento bulliant ad tertiam partem absumptionem: In colatura nutriatur *aloes* lb. j. Tum absumpta aquea humiditate, super cineres calidos, aut in sole vel hypocaulo, adde

myrrhe,

masliches an ʒ ʒ.

croci ʒ. ij.

Syrupi de absinthio quod sufficit. fiat massa.

COMMENTARIUS.

Magnam materialium partem pilularum Alephanginarum Mesuei in his à nobis descriptis retinimus, sed *galangam* adiunximus, vt convenientissimam; Rarissima, & carissima detraximus, vt *carpo-balsamum*, *xyloaloe*, *cubebas*, & inutilia, vt *asarum*. *Aloes* in aqua pluvia lotionem, quod vim illius reddat imbecilliorē, damnamus; & aromatatum, & aquæ, in qua ipsa decoquenda sunt, quantitatem à Mesue definitam non probamus. Nam cum aromata sine viriū iactura coctionem longam, sustinere non valeant, quid opus est ea cum aquæ lib. xij. incoquere ad duarum partium, hoc est, ad lib. viij. consumptionem? Hic enim labor non modo non utilis, sed detrimētosus & noxius. Quod si parum coquenda, quorsum aquæ tantum pondus? Si præterea triplum aquæ tantum sufficit, aromatatum quoque triplum, vel etiam minus fat esse potest.

Hac autem nostra descriptione, & parandi modo, vires aromatatum habemus præstantiores ex tertia tantum eorum parte, quam ex tota à Mesue definita: & confectioni ritu ab eodem instituto, qui vna cum aquæ resolutione vires aromatatum resoluit. *Absinthium* omisimus, cuius loco syrupum ex eo paratum subiunximus, ad coalitum masse subactæ, ne siccitate nimis solidescat, vel interhiet, aut marcorem contrahat, sed intactus probe conclusa fermentetur.

Sic Mesuei pilulas Alephanginas castigauimus, vel potius nostras exhibemus minore sumptu, & paratu faciliores, præstantioresque;

tioreſque; Quibus ſi parum *Opobalfami*, ſeu *liquoris Balfami* quis voluerit permifcere, nunquam pilulas roborando ſtomacho inueniet pares.

Facilitates.

Catapotia de aromatibus omnium maxime euſtomachica ſunt, & partium neruoſarum roboratiua. Nam ſimul & humores craſſos, putres, pituitoſos, bilioſosque e ventriculo & partibus vicinis purgant, & eaſdem recreant, calorem natiuum tuentur, coſtionem iuuant, flatuſ diſcutiunt, cruditates tollunt, appetitum reſarciunt, acido ructui & colico dolori conferunt. Senibus autem & frigidis omni tempore conueniunt, iuuenibus & bilioſis raro, atque tantum hyeme.

C A P. XVII.

Pilula de Nitro D. Alex. Tral.

℞. Aloes,
colocynthidos,
diagridis,
hellebori nigri,
bdellii,
gummi Arabici an. ʒ ij.
euphorbii,
nirri an. ʒ j.

Cum ſucco braſſica, vel potius cum Rhodomeli, hoc eſt, melle roſato, ex arte fiat maſſa.

COMMENTARIVS.

Recentiores veterem Alexand. Traliani deſcriptionem retinuerunt, ſed nō nomen. Hic n. pilulas de *Colocynthide*, illi de *Nitro* vocarunt; verum hic plus *nirri*, minus *colocynthidis*, illi plus *colocynthidis*, minus *nirri* poſuerunt. Quia tamen ſimplicium pondus iuxta nouam deſcriptionē ratione & vſu magis inualuit, veteris authoris in materialibus, recentiorū, in materialium proportione mentē ſequimur.

Ad illarum autem confectionem *colocynthidis præparata*, hoc eſt, *trochiſci Alhandal* ſumendi. *Bdellium* ſucco braſſica, caſeſacto diſſoluendum, colandum, & ad

ſucci conſumptionem coquendum; Dem cætera miſceantur, addita *mellis roſati* ſufficienti quantitate. *Euphorbium* autem multorum iudicio non debet apponi, niſi prius hoc apparatus modo.

Euphorbii quantitas quælibet primum ſumitur, tenuiter pulueratur, cum pauco oleo amygdalino ſuper lapide fricatur, collyriorum multorum ritu poſtea colligitur & includitur *pomo cotoneo*, excauato, & paſta obuoluto. Tum in furno coquitur, *ſcæmonii* modo. Sic decoctum, & apparatus ſeruari ſolet in Pharmacopoliis multis.

Euphorbii præparatio.

Catapotia de Nitro frigidis humores, craſſos, lentos & viſcidos ex partibus eſt longe diſſitis deturbant: vnde neruorum affectibus ſuccurrunt, & capitis contumacibus morbis, epilepſiæ, paralyſi, vertiginis, & articularum affectibus. Vtramque bilem quod educant, lui Indiciæ conferre creduntur, vnde quidam pilulas Indicas, ſed nimis licentioſe nominant.

Vires.

C A P. XVIII.

Pilula Mechoacana.

℞. Mechoacana ʒ ſs.
turbith. ʒ iij.
foliorum thymelea aceto macerato-
rum & ſecatorum,
ſeminis ebuli,
agarici trochiſcati an. ʒ ij.
radic. eſula præparata,
maſtiche an. ʒ j. ſs.
macis,
cinnamomi.
ſalis gemmei an. ʒ ij.

Fiat omnium puluis, qui cū vino albo ſubigatur in maſſam, ea ſiccata teratur, & cū ſucco ireos caeſtis denuo coagmentetur. Arida ruruſ teratur, & cum ſyrupo roſarum pallidarum fiat paſta, vſui reponenda.

COMMENTARIVS.

Ex ſingulis Antidotariis (vulguſ Diſpenſato-

Kkk 3 ſato-

(atoria vocat) tanquam ex horto fecundissimo remedium omne genus, ad morbos quosuis delendos practici Medici quaerunt: maxima tamen illorum pars medicamenta sunt nulla arte, & ratione descripta, quae paucis morbis conueniunt; Et saepe decem medicamenta iisdem viribus praedita, & diuersis nominibus designata traduntur. Nos vero pro morborum & humorum diuersitate diuersa medicamenta damus, non modo ex Dispensatoris vulgaribus, sed ex probatissimorum virorum lectione desumpta: praeter quae & alia exhibemus nonnulla, quae & optima compositionis ratio, experientia, & felix euentus salutaria esse confirmarunt. Cuiusmodi sunt pilulae descriptae ad hydropem, quae à *Mechoacana* illarum basi cognominantur. Haec n. singulis aliis simplicibus praepollet, & efficaciter aquas per secessum educit. Huic adita sunt alia quinque hydragoga, quae simul vnita cum aliquot cardiacis & stomachicis, sine ventriculi laesione poterit serofos, & aqueos humores non modo ex aluo, sed toto corpore ducunt. *Semen Kerua*, seu *ricini*, nec *Soldanella* non libuit permiscere, cum illa sufficiant, nec paradi modum subiungere, cum hic sit perfacilis.

Vires.

Pilulae de Mechoacana quod aqueos & serofos humores efficaciter educant, hydropi, & omnibus his affectibus sanandis conueniunt, qui à pituita tenui originem fortiuntur.

CAP. XIX.

Pilulae Fetidae D. Mes.

℥. Sagapeni ammoniaci, opoponacis, bdellii, colocynthidis, sem. ruta agrestis aloes, epithymi an. ʒ v. turpethi ʒ iiii. scammoni ʒ iij.

esula preparata, hermodactylorum an. ʒ ii. zinziberis ʒ j. s. cinnamomi, spica Indica, croci, castorei an. ʒ i. euphorbii ʒ ij. Dilue gummi succo porri, &linge massam.

COMMENTARIUS.

Fetidae pilulae dicuntur, non quod foetidos humores educant, ut quidam opinantur, sed quod medicamenti simplicibus foetidis content, ut *castoreo, ruta sylvestri, sagapeno, opoponace*, & aliis multis. Earum plures descriptiones traduntur à Rhasi, & aliis Arabibus, hanc tamen solam, ut praestantiorum retinemus, quam Mesue maiorem nominat, ad differentiam alterius minoris descriptionis, quam ut inefficaciorum praetermissimus.

Nullos autem dubitasse credo, ut innuere videtur Rondeletius, an potius *semen ruta sylvestris*, quam *cicuta*, aut contra, pilularum foetidarum confectionem ingrediatur: Absurdum enim est *semen cicuta* venenatum admittere, & improbatum Constantinus quidam, qui pro *harmeli*, aut *harmela semen cicuta* vertit, cum his vocibus omnes Arabici sermonis interpretes, *pygatum*, seu *rutam sylvestrem* semper intellexerunt: quae si defuerit, in eius locum optime *ruta vulgaris* substitui potest.

Debet vero sumi *hermodactylus* Officinarum & exoticus, cuius radices tuberosae sunt, crassae, nec rugosae, & quae leui contusione in farinaceum puluerem reducuntur.

Perperam faciunt, qui *Ephemerium*, seu *Colchicum*, seu nostras sumunt: Hoc enim gerit radices vietas & flaccidas, nec qualitates vllas habet commendabiles, imo noxias: Illud, quod breui suffocatu interimat, unde *strangulatorium* nominatur, ut

libr.

libr. x. de mat. Med. notauimus. Optimus autem *hermodactylus* è Syria aduehitur, unde *Syriacus* nominatur.

Allebram, seu *Esula* præparari debet, antequam admittatur in usum, eo quo dictum est ante, modo. Gummi in succo porri liquanda, colanda, coquenda. His pulueres adiiciendi, commiscendi, subigendi. Omnia tandem in massam cogenenda, quæ manibus oleo delibutis amygdalino contrectetur, corio inuoluatur, in vase stanneo reponatur, & vsui seruetur.

Vires.

Pilulæ fortidæ ad multa sunt vitales: vacuant enim humorem frigidum, ac pituitosum & crudum, nec non biliosum: Ob id affectibus, conueniunt sanandis, qui ab illis originem fortiuntur, vt iuncturarum morbis, podagræ, gonagræ, vertebrarum dolori, elephantiasi, alphis, pforæ, cutis infectionibus, & affectionibus cholictis.

C A P. XX.

Pilula de Hydrargyro.

℞. Hydrarg. in succo limonum primum

extincti, & postea

in succo saluta nutriti ʒvj.

aloes optima ʒv.

rhabarbari ʒiij.

diagridii ʒij.

agarici ʒj.

storacis calamita,

cinnamomi,

macis,

santalii citrini,

sarsaparilla,

sassafras,

moschi an. ʒß.

mellis in decocto guaiaci despumati,

Et ad aquea humiditatis exolutio-

nem cocti, quan. suff. fiat massa di-

gitu pauco oleo terebinthina deli-

butis contrectanda, ac ducenda;

Tum vsui reponenda.

COMMENTARIUS.

Antidotario nostro quicquam deesse

nolumus, & medicamenta non solum ex veterum monumentis omnia depromimus, sed etiam ex neotericorum tabernis nonnulla ratione inuenta, & euentu felici probata probamus & admittimus: Cuiusmodi sunt *pilula de hydrargyro*, quas recentiores ad recentis morbi expugnationem vsurpant. Equum enim est, nouo morbo noua dare remedia, ex ratione inuenta, & debita arte parata, cum inutilia ea esse multa euentus indicet, quæ ab antiquis in lucem edita sunt.

Nouum autem morbum luem veneream esse, irinficias nullus: Ante siquidem annu 1493. in Europa nunquam visa est; sed primum à Christophoro Columbo, eiusque sociis, vel seruis Italis ex India redeuntibus, aduecta, & Italis comunicata mulieribus; Quæ cum in obsidione Neapolitana militibus Gallis copiam sui fecissent, sua simul & pudenda, & pudendum morbum comunicarunt; Quem postea ipsi Galli exercitu vrbe scilicet capta, redeuntes, aliis mulieribus Italis, quas subierant innumeras, dedere: Ad quas postea mariti accedentes, ac debitum matrimonii persoluentes, à propriis vxoribus acceperunt, quæ ipsæ à Gallis, vt Galli ab aliis mulieribus Italis, & hæc à commilitonibus Christophori Columbi.

Hinc Itali in Gallos turgidi, & irati, suum morbum, in vindictam, Gallicum vocant; Atque ridiculam eorum libri præ se ferunt vltionem, cum maritos ignorantia, & vxores meretricii notent: Illos, quod venereæ luis originem nescierint: has, quod à Gallis iniuri cupierint.

Forfan huius iniuriæ in parentes illatæ memor Brasauolus, libellum quendam de suo morbo, quem Gallicum vocat, conscripsit, in quo eiusdem 234. differentias assignauit. Certe si eo loci ineptire non visus est bonus vir, credo tot eius affines aut vicinas, primo Italici morbi aduentu à militibus Gallis compressas: Atque vt harum nuptiarum signum aliquod in æternam memoriam relinqueret, eiusmodi hieroglyphica.

Lues Indica ab Italis aduecta.

Cur Itali luem Indicam Gallicam vocant.

Ridiculus Brasauoli liber.

phica posteritati reliquit. Sed hæc obiter dicta sunt, & citra nationis, quæ viros per celebres alit, iniuriam. Nunc ad propositum redeo, & dico, varias esse pilularum de hydrargyro præparationes. Singuli n. fere Aromatarum, & Chirurghi peculiare habent descriptiones, quas velut arcana non reuelanda apud se seruant: Quarum nonnullæ bistantum iteratæ saluatione mouent. Aliæ tantum aluum subducunt, quæ frequentius vsurpatur: Cuiusmodi sunt vulgares de Barbarossa vocatæ. Omnes tamen sæpius iteratæ sputationem creduntur mouere, nervos lædere, & stragulationem interdum adferre. Propterea non tutus est illarum frequens vsus, nisi hydrargyrus optime præparetur, & aliorum medicamentorum admixtione castigetur, vt oleo terebinthinæ vel his, quæ in hac nostra descriptione continentur. Cuius parandi modus ex formula satis patet. Aliæ vero sunt hydrargyri præparationes, de quibus postea.

Wires.

Pilulæ de hydrargyro, seu Mercurio Pächymagoræ sunt, seu Catholicæ, & simul alexiteriæ: Vniuersos siquidem humores vnà purgant, & qualitatem luis Indicæ malignam euincunt, illiusque vestigium partibus impressum radicibus euellunt.

ADDITIO.

Pilula Benedicta Io. Hartmanni Beyeri.

℞. aloes rosate ℥b. ℞,
ammoniac. in guttis seu purissimi
℥ij,
succ. card. ben. ad duritiem inspissati
℥j; Mi. & cum vino albo vel aq.
card. ben. bis destillata fiat massa.

Aloe succotrina purissima subtilissime teritur; succus rosarum incarnatarum ad pulvis consistentiam permiscetur, siccat, tertiat. Ad partes sex duæ ammoniaci in guttis vnaque succi carduibene dicti inspissati, adiciuntur. Vfus ante & post pa-

stum imo eius initio, medio, fine. Dosis drachmæ quadrans, triens, horumque duplum, quarto, quinto seprimoue die.

Pilula purgantes per superna & inferna.

℞. cortic. rad. esula ℥℞,
aloes succorin. ℥j,
maslic. ℥j,
quodlibet seorsim puluerisetur. postea
inuicem misceantur & cum aqua
feniculi fiat massa, qua postquam
per duas noctes ita steterit, iterum
contundantur, misceantur & fiat
massa; Cuius dosis pro imbecillio-
ribus ℥℞. pro robustioribus ℥j.

Pilula laudani Paracelsi.

℞. gummi laudani ℥j,
spec. diaturb.
rad. bryon. an. ℥j,
ol. caryophyllor.
Theriac. ops. an. ℥℞,
diaphœnicon. ℥j. ℞,
diagrid. ℥j. Mi. & cum aq. bugloss.
f. pilul. instar pisorum.
In alia descriptione habetur. dia-
turb. & diaphœnic. an. ℥. ij. Theriac.
℥j; rad. bryon. ℥. ij; croci ℥. ij.

Pilula Prechteli, quas in frequenti vsu habuit.

℞. Ellebor. nigri ℥℞,
turbeth. alb. & gummosi ℥. iiii. ℞,
Theriac. Elec. ℥j.
rad. gentian.
tormentill.
diatamn. alb.
bistort. an. ℥j.
Pulueri andapulueri sentur & cum
prædicta theriaca incorporentur: de-
inde adde diagrid. ℥℞,
massa pilul. assaiareth.
cochiar.
de agaric. an. ℥℞,
Ex his omnibus cum melle rosato
quant. suffic. fiant pilula ad quanti-
tatem nucis auellana.

Pilula

Pilula solutiua de elleboro.

℞. Spec. hier. picr. simpl. ʒvi.
 ellebor. nigr.
 rad. polypod. an. ʒijʒ.
 epithym.
 stæchad arab. an. ʒijʒ.
 agaric.
 lapid. lazuli abluti,
 salis indi
 colocynthid an ʒʒ.
 diagrid. ʒijʒ. Mi. & cum syr. de
 epithymo f. massa.

Pilula de bryonia.

℞. rad. bryon. in umbra siccata,
 pulpa cydonior.
 asari,
 ros rubr.
 troc. de agaric.
 rhabarb. opt.
 mastic. an. ʒj.
 diagrid. ʒʒ.
 aloes epatic. ʒij incorporentur cum
 succo absynth. & fiat massa unde
 formentur pilula cum melle rosato
 vel aqua endrvia. Dosis à ʒj ad ʒj
 ʒ. velperi.

Pilula pestilentialia D. Pontani.

℞. aloes opt. ʒvi.
 myrrha ʒij.
 rhab. selectiss. ʒij.
 agar. troc.
 croc. oriental.
 cortic. citri an. ʒj.
 rad tormentill. ʒʒ.
 santal. odoriferi ʒʒ.
 bol. armeni sinceri ʒij.
 caryophyllor.
 spica an ʒʒ.
 camphor. gr. ij. Mi. & cum syr. acetos.
 citri fiat massa.

Pilula Imperatoris Maximiliani.

℞. aloes lota ʒi.
 agar. troc. ʒijʒ.
 rhab. sel. puluerisat. & aqua cin-
 nam. aspersi ʒijij.
 puluer mastic ʒʒ.
 Agaricus dissoluatur cum oxymelite
 & omnia cum melle rosato & syrupo
 conseruationis zinziberis quant. suf-
 fic. commisceantur & f. massa.

Pilula de sagapeno validiores.

℞. sagapeni in aceto dissoluti, deinde cola-
 ti & lento igne iterum inspissati
 ʒʒ.
 trocisc. alband. ʒʒ.
 diagrid. ʒʒ.
 sal. gemm. ʒj. Mi. f. massa, qua un-
 gatur cum oleo cinnamomi.

Validæ sint & cum iudicio adhibendæ:
 Cæteris tamen frustra vsurpatis in cache-
 xia & hydropè non contemnendæ.

Pilula de pseudo elleboro Helidai.

℞. folior. elleb. nigr. vel helleborina
 mense Septembri collector. Exiccata
 puluerisentur.

℞. huius pulueris ʒj.
 aloes puluerisata ʒʒ.
 syr. ros. solut. ʒij. quo irrorentur &
 nutriantur pulueres Mi.

f. pilula pondere ʒj. sumatur vna summo
 mane aut sub lecti introitu.

Quidam folia preparant in pane cocto
 in fumo.

**Pilula Paracelsi ad conseruandam
sanitatem.**

℞. aloes succorr. opt. ʒij.
 myrrh.
 Ther. Andr. sen. vet. opt.
 croci an. ʒj. Mi. & cum vino fiant
 pilula instar pisorum: si addantur
 Lii ol. ca-

ol. caryophyllor. & iuniperi an. gutt.
 ꝑ. valent contra luem veneream.
 Sumantur duæ pilulæ diebus tribus
 vel quatuor continuatis.

**Pilula Ducis Brunsvicensis contra dolo-
 res capitis veteres & recentes, purgantes
 cerebrum, clarificantes oculos, au-
 gentes memoriam,
 & c.**

℞. aloes purgata siue lota ꝑj,
 rad. cucum. sylvestr. id est, colocyn-
 tid. (præstat è succo aut pulpa
 colocynth. accipere.)
 myrobalanor. omn.
 diagrid.
 mastic.
 bacca r. lauri,
 ros. rubr. qua prius ad ignem sunt
 siccata an. ꝑj,
 croci ad ignem siccati ꝑj,
 myrrh. ꝑ. contunde omnia optime
 simul vel seorsim & confice pilulas
 cum iure carnis & earum tres vel
 quatuor sumantur in decubitu le-
 cti, idque per tres vel quatuor
 dies.

Pilula secreta ad memoriam.

℞. cubebar.
 calamenth.
 nucista an. ꝑj,
 ambr. orient. ꝑ. ꝑ.
 mosch. gr. vj. Mi.
 ꝑ. pilula cum succo maiorana ex qualibet
 drachma nr. vj.

Pilula ad destillationes capitis.

℞. aloes rosar. ꝑ. ꝑ.
 mastic. el.
 succin. alb. an. ꝑj.
 agaric. troc. ꝑj.

rad. aristol. rotund. ver. ꝑj.
 Omnia subtilissime pulveriscentur &
 cum syr. de bezon. f. pilula, addendo,
 dum miscentur
 ambr. grisea,
 mosch. an. gr. iij. fermentur pilu-
 la ex qualibet drachma xxx.

**Pilula D. Bernardi Rorbachii ad dyf-
 crasiam frigidam & humidam
 cerebri ac ventri-
 culi.**

℞. myrrha elect.
 croc.
 oss. de corde cervi.
 sem. basilici.
 spodi.
 camphor. an. ꝑ. ꝑ.
 lign. aloes gr. xxxv,
 bol. armen. cum aq. ros. prepar. ꝑ.
 iij.
 been alb. ꝑ. ꝑ.
 flor. bugloss. ꝑj.
 caryophyllor.
 cortic. citri,
 sem. citri,
 xinzib. el. an. ꝑj,
 ambr. grisea gr. vj,
 hyacynth.
 granator an. ꝑ. ꝑ.
 agar. leviss. & albiss.
 rhob. selec. an. ꝑj.
 spic. nard. ꝑ. ꝑ.
 aloes optima in aq. rosar. lota ad pon-
 dus omnium Mi. f. massa, qua in
 umbra exiccetur & in pyxide refer-
 tur. Hæc est descriptio pilularum
 secretarum.
 quarum ℞. ꝑj.
 diagrid. gr. v. Mi.
 Et cum aq. mentha f. pil. xij, sumantur
 vna vice: & sunt sine cura
 & discrimine.

**Pilula Ruffi cum rhabarbaro D. Vlrici
Chelii Medici Argentinensis.**

℞. aloes rosata ℥ij,
agaric. troc.
myrrh. elect. ℥.
rhabarb. elect. ℥ss. ℥iij,
zedoar.
croc. an. ℥ij. ℥ij,
maceris ℥iij. Mi. & cum syr. card.
ben. f. massa.

**Pilula de argento viuo Horatii
Augenii.**

℞. argent. vivi ℥ss, cum medulla
panis adhuc calentis manibus diu
subige, ut in eam plumbagem
deponat, purgatum deinde hydrar-
gyrum in succi limonum momento
& olei de myrrha destillati ℥ss exacte
misceto, adiecta terebinthina Vene-
ra aq. rosat. lota ℥j, tum adde auri
purissimi arte chymica in tenuissimū
pollinem redacti, vel, si desit, folior.
auri ℥j,
ambaris ℥j,
spec diamarg. frig.
diatron. santal. an. ℥ij. singito mas-
sam, cui sequentis magnatis ℥ss
admisceto

℞. fol. sem. el. lb. j.
rhab. in frustula dissecti ℥iij,
rad. alleb. nigr. arefactar. ℥j.
Diem unum in cenostagmate macera,
deinde exime ac sepone, & aliud af-
funde, idque rursus transfas 12.
horis expressum cum priore misceto
& vitreo vase exceptum in diplo-
mate exhalare finito atque relictum
magma ad usum seruato.
Huius compositionis ℥ss dabitur quin-

decim alternis diluculis tribus ho-
ris ante cibum, idque alternis
mensibus interiecto balnearum &
aliorum praesidiorum vsu. Inter-
uunt contra Elephantiasin.

**Pilula Mercuriales Herculis
Saxoniae.**

℞. pulv. rhab. select. ℥ijss,
scammon. ℥ijss, pulveriscentur
& cum succo limon. Misceantur, deinde
adde argent. vivi per pannum trans-
missi & per eundem succum mortifi-
cati ℥ss,
moschi gr. x,
farina parum Misce, fiat massa
pilularum, quarum datur ℥j per
spacium triginta dierum.

CAP. XXI.

**Quibus Pilulis Officina Pharma-
centica carere
possit.**

VT in Iurisprudencia multae veterum
leges quasi deletae silent, & nullius
apud magistratum sunt vsus & vigoris:
sic in Medicina multa antiquorum me-
dicamenta, vel parum probantur, vel
plane improbantur, tanquam nocitu-
ra, aut non satis profutura. Quaedam
ideo relinquuntur, quod eiusdem effi-
caciae, & virtutis plura simul descripta
sint, ex quibus vnicum, idque praestanti-
simum seligi sat est. Imprudentis enim
hominis esset parare, & in pharmacopo-
lio seruare cuncta, quae describit Nic. My-
repsus medicamina, qui cum opus suum
mille & centum capitulis absoluerit, in
singulis non tantum singula medicamen-
ta, sed aliquando duo aut tria simul de-
scripta coniunxit.

Aëcii quoque, Actuarii, Nic. Præpositi, aliorumque multorum singula medicamenta parare, & parata seruare Medici non imperant, nec morbi postulant, nec pharmacopola valent, sed tantum selectiora, securiora, probatiora.

Sic in hoc Antidotario tantum eximia damus; Quæ si ex authoribus non suppetant, vt certe multa multis morbis desunt, nostro labore & industria compensamus, & probatissima suggerimus.

*Pilularum
multarum
suppressio.*

Ex pilularum autem numero eas expūximus, quas pilulas *lucis maiores & minores* vocant, quod nimium multa, & parum apta simpliciū farragine consent. Quodque ad oculorum affectus satis efficaces sunt *pilula sine quibus*. Imperiales iuxta veterem descriptionem, *De quinque generibus Myrobalanorum, De octo rebus, & Arabicis* prætermisimus, quod *Aggregatiua* præstantiores sint, & ad omnia vtilis, quibus prædictæ imperantur.

Pilulas Indas & de lapide Armeno reliquimus, quod illis affines sint, & efficaciores, quæ de *lapide lazuli* cognominantur.

Pilulas de Rhabarbaro parui facimus, vt ignauas: *De Eupatorio* damus, vt efficaces & affines.

Pilulæ de Hermodactylis Artheticas excludunt; *Fœtida* eas, quæ à *Sagapeno, Euphorbio, & Sarcocolla* nomen habent.

Pilulæ de Mechoacana eas reddunt inutiles, quæ de *Mezereo & Esula* vocantur.

Benedictæ & de Hiera pauculo tempore possunt confici, cum pulueres semper præsto sint, aut esse debeant in officinis, ex quibus vel Elestuarua, vel Catapotia ad arbitrium queant dispensari.

Pilulæ de Bdellio omnes negliguntur, quod parum sint purgatoriæ, pro quibus alia medicamenta præstantiora ac magis roborantia, & in rem præsentem paratu faciliora dari possunt.

Alias adhuc multas prætermitto, tanquam indignas nomine & vsu. Multa sane medicamenta multi authores describunt, non tam vt hominum sanitati consulant,

quam vt sua Antidotaria in molem maiorem accrescant.

Pulueres cathartici, quod ingrati fere sint, solent in Elestuarua mollis, aut solidi, vel pilularum formulam coagmentari: Empirici tamen *Stibii* puluerem sæpe exhibent cum pauco vino, aut alio liquore, vt etiam puluerem *Mercurii*, quo solo *Lutetia* circulator quidam veneficus omnium morborum sanationem pollicitus est, se palam prophetam naturæ prædicans. Miserimus tamen aufugit, & vrbes circumit multas, quærens, quem deuoret. Indignus est, quem nominem.

Pulueris autem *Mercurii* præparatio non apud omnes vniufmodi est; Alii enim *hydrargyrum* in matrario cum aqua forti includunt, & sublimatione aquam exhalant; quod remanet in fundo vasis, puluis *Mercurii* dicitur; Vulgus non inepte *precipitatum* vocitat, cuius color ex rufo rubet, habetque vim potius causticam, quam catharticaam.

Puluis Mercurii.

Precipitatum.

Alii alio meliore modo sic parant; *Hydrargyrum* in aquam fortem immergunt, in quem dilutum iniiciunt muriam, seu salem aquæ liquatum: tum residere finitur *hydrargyrum*, & per inclinationem aqua eicitur; quod crassamentorum remanet, subalbum est, & *puluis Mercurii* nominatur. Qua autem proportione inter se misceantur, quomodo puluis perfecte dealbetur, & qua virtute dotetur, minime opus est recensere, ne Empirici & Pseudopharmacopœi abutantur. Si ea vero arte paratur, quam nouit *P. Piiardus Medic.* Parisi doctissimus, vires habet eximias, & curandis quibusdam morbis, qui vulgariibus remediis non cedunt, efficacissimas.

APPENDIX.

De Pilulis aliquot non solutiuis.

MIRA ingenii solertia & dexteritate in ægotantium fauorem, quoduis medicamentum, quauis forma solet effingi

effingi & formari. Datur enim medicamentum purgans solidum, liquidum, medium. Dantur & singula, quæ vel tantum purgant, vel tantum roborant, vel alterât, & aliquando, quæ simul omnia præstant. Pilulæ autem purgatorię fere sunt; omnes siquidem paucis exceptis aluum ducunt, sæpiusque exhibentur, dum à parte remotiore superuacaneos succos educere consilium est. Tali enim forma, consistentiaque diutius stabulantur in ventriculo, faciliusque earum vis defertur ad partes morbidas, & excrementitijs humoribus oppressas. Proinde cum medicamentum diutius in ventriculo cupimus immorari, forma solidiore paramus, vt pilulas non solum descriptas ac purgantes, sed & quasdam hypnoticas & Arteriacas, cuiusmodi sunt, quæ sequuntur.

CAP. XXII.

Pilula de Cynoglosso.

*℞. Myrrha optima, ʒ vi.
thuris masculi ʒ v.
radic. Cynoglossi,
sem. hyoscyami,
opij an. ʒ iij.
croci,
castorij, an. ʒ j ʒ.
cum syrupo de stœchade fiat massa;
v/sui reponenda.*

COMMENTARIUS.

Recentiores harum pilularum descriptionem, sed non nomen retinuerunt; Nam Mesue illarum author ab effectu pilulas ad omnes morbos catarrhi vocat. Illi vero de Cynoglosso, quod tamen nec qualitate, nec quantitate in ipsarum confectio- ne præpoller, nominant. Forfan pro Cynoglosso Arnoglossum melius poneretur, ab eoque nomen sumerent magis proprium. Nam cum ad sistendas fluxiones Mesue descripserit, Arnoglossum ob qualitatem astringentem huic scopo magis conuenit. Verum cum Fernelio nouum nomen

admittimus, & castorium addimus ad opij castigationem; Sed rhodostagma, seu aquam rosaceam pulueribus excipiendis minime conuenire putamus, si massam consistentiæ legitimæ, & diu seruare cupimus. Syrupum de Stœchade substituimus, cuius & qualitate caput aduersus opij nocumenta roborabitur, & lentore pulueres simul vniti in pastam cogentur idoneam; Ad cuius confectioem radix Cynoglossi sicca primum terenda, vna cum semine hyoscyami, tum reliqua simplicia seorsim, Opium tritum primo subigatur cum syrupo; Postea pulueres alij commisceantur, & cogantur in massam.

Pilulæ de Cynoglosso valent ad somnum conciliandum, ad catarrhum sistendum, coryzam, tussim, aliosq; his succedentes affectus: Cohibent enim omnes destillationes, siue in thoracem & pulmones, siue in dentes, aut aliò procumbant.

Vires.

CAP. XXIII.

De Laudano.

A paucis annis quædam pseudomediorum cohors coorta est, qui pro pilulis de Cynoglosso vtitatissimis, confectioem quandam Opiatam, Laudanum illis dictam exhibent, qua non tantum somnum conciliare, sed morbos quosuis abigere pollicentur. Agyrtam vidi, qui fere exanimis & semimortuos suo laudano reuocare iactabat. Huius pharmaci nunc apud circulatorios adeo inualuit encomium, vt nullus sit Empiricus, nullus tam hebes medicaster, nullus vel plebeius tonsor, qui se Laudanistam non profiteatur.

A multis autem pretio, à quibusdam precibus, quid esset hoc medicamentum (arcanum nominant) rescui. Verum inter viginti eius descriptiones, ne quidem duas similes comperi; omniumque meliorem is se habere sæpe fatetur; omnium qui maxime ignarus est.

Nonnullos vero circumforaneos audiui

Catapotia de Cynoglossa pro Laudano exhibere, & pro singulis pilulis dimidii scriptuli pondere aureum extorquere. Sic n. credula nimis plebecula nouorum medicamentorum auida, verborum inusitato- rum subdola subtilitate plecta à vaftris circulatoribus facile decipitur.

Quæ porro Laudani descriptiones à peritioribus dantur Spagyricis, raro, difficileque parantur, quod magisteriis consistunt gemmarum, hyacinthorum, & coral- lorum, essentia croci & opii, oleo cinnamomi vel caryophyllorum, margaritarum liquo- re, puluere monocerotis, lapidis Bezar, am- bra grisea, & aliis medicamentis pretiosis. Non est autem dubium, confectionem quandam hisce materialibus compositam vires eximias habere: nec inficior, doctos diuites spagyricos interdum parare, ser- uare, & ægrotis exhibere. Sed, pro dolor, improbi tam frequenter imponunt, vt probis nunc bene & agentibus, & dicen- tibus vix fides adhibeatur. Felicissimos effectus præstitisse, vidi quoddam à viro docto Medico regio exhibitum.

Quod sequitur, viribus est eximium, & paratu facile satis.

Laudanum.

℞. Extracti Catapotiorum de Cynoglossa ʒij. extracti Philonii Romani & theria- ca an. ʒ i. ambra, moschi an. ʒ ss. lapidis be- zoardici, cornu monocerotis an. gr. vj. croci ʒ ss. cum oleo caryophyllorum fiat Laudanum.

Possunt eius innumeræ descriptiones dari: quisq; enim vel mediocriter eruditus aut addit, aut detrahit pro arbitrio, seu ad famam, seu ad imitationem aliorum medicaminum opiatorum, vt Philonii, cuius nomenclatione Crato Laudanum desi- gnabat, quod nil aliud esse tenebat, quam Philonium quoddam, quod multi, chy- miatri pro basi laudani sumunt, & magi- steria, essentias & tincturas adiicientes, vt loquuntur, hypnoticum medicamentum efficiunt, Philonio vulgari magis com- mendatum. Sed mirum est, vnum quæpiq;

formulam huius medicamenti immuta- re, nec dum inter illos constare, quam sit genuina, vera, ac retinenda laudani de- scriptio, quam alii ex Paracelso, alii ex Keckio, nonnulli ex Andernaco, quidam ex Brunerio, alii ex aliis mutantur, sed a- liquid perpetuo immutant, vt authores primi credantur. Multas descriptiones potuissem huc adducere, sed pigeret la- boris, vt inuulis. Non omittendum chy- micos laudanum sic vocare, quasi medi- camentum laudatissimum, quod & illis sæpe *Nepenthe* nuncupatur.

Laudanum
unde habent
nomen.

De Pilulis Bechicis.

C A P. XXIV.

Pilula bechica nigra, D. Mes.

℞. Succiglycyrrhiza,
sachari an. ʒ vj.
amylī,
tragacanthi,
amygdalar. dulcium mundat. an. ʒ
iij.
cum mucagine seminis citoniorum
in aqua rosarum extracta fa-
ctam.

COMMENTARIVS.

Non seruatur hæc massa integra reli- quarum pilularum more, sed in minimas diuiditur particulas scriptuli dimidii, aut integri pondere, quæ postea finguntur ad arbitrium, nunc in trochiscos triangulos aut polyformes, nunc in formam rotun- dam, seu in pilulas: Vnde à quibusdam in *pastillorum*, ab aliis in *catapotiorum* ordi- nem referuntur. Cum tamen sub lingua debeant contineri, forma spherica con- uenientior est, vt facilius voluendo lingua, huc illuc deferantur, & in diuersis partib. oris liquecant; vnde *σφαιροειδεις* pilulæ, vulgo *sublingua* vocantur. Possunt quoq; ad eundem vsum alii trochisci parari, vt in

Hypoglossi-
des pilula.

nostris

nostris Institutionibus *cap. 20. sect. 1. lib. 5.* docuimus. Parandi modus facilis est. *Amygdala* primum à cortice purgata culltello minutim incidenda, deinde super marmore læuiganda; Tum *amylum* & *saccharum*: Postea in alio mortario metallico parum calido *succus glycyrrhiza* terendus, dein *tragacanthum*: Tandem cum mucagine commiscebuntur in pastam idoneam, ex qua pilulæ planæ formabuntur, exsiccanda & seruanda.

Pilulæ bechicæ nigrae plurimum valent ad tussim siccam ex materia acri, & calida, & ad vocis asperitatem, & raucedinem, difficilesque pectoris excreationes, vt docet *Melue cap. de tussi. in sua praxi.*

CAP XXV.

1 Pilula bechica alba.

℞. Pul. iridis Florentina,
amyl. an. ʒ i ʒ.
sacchari candi,
penidiolorum an. ʒ iiij.
sacchari albiss. lb. j.

Cum mucagine gummi tragacanthi in aqua rosarum extracta, fiat massa, ex qua formentur pilula Hypoglottides.

COMMENTARIUS.

Cum incertus sit harum pilularum author, quisque pro animi voto earum descriptionem immutat, nunc quidpiam addendo, nunc detrahendo. Vt notior tamen formula ea est, quam exhibemus, per quam pilulæ paratæ & albæ sunt, iuxta cognomen, & gratæ & bechicæ iuxta mixtionem & compositionis rationem. Cuique autem notus est, etiam tyrunculo, parandi modus.

Bechicarum albarum vsus plurimum commendatur ad faucium asperitatem leniendam, ac tussim & raucedinem, atque sputum mouendum.

Sicigitur videor non tantum formulas omnes medicamentorum purgantium, sed & cuncta purgantia Officinæ necessaria descripsisse. Superest nunc, vt roborantia, alterantiaque sequenti libro describamus.

ADDITIO.

Pilula Epileptica Horatii Augu-
genii.

℞. sem. pœon. maris rite collect. ʒ ij.
cranii human. pro sexu patientis
visci quercin. an. ʒ i.

spin. piscis,

rad. tormentill.

diatamn. an. ʒ ʒ. M̄.

℞ cum oxymel. scyllitic. f. pilula ponderis ʒ j. dentur duæ aut tres.

Pilula contra tussim Herculis Sa-
xonica.

℞. styrac. calam.
myrrh.

oliban. an. ʒ j.

sem. cymini,

seleleos,

anisi an. ʒ ʒ. Contundantur omnia & cum syrupo de absynth. vel de prassio f. pilula, quarum dentur ʒ ij. aut ʒ j. post cenam, & summo mane 4. horis ante cibum.

Pilula ad immodicum fluorem menstru-
rum.

Eiusdem.

℞. mastice.

iburis an. ʒ j.

trosc. de rhabarb. ʒ ij.

succi polygon. quant. suffic. M̄. f. pil. xij. quarum exhibeantur dua singulo mane cum ʒ ij. aqua myrrh. aut persulaca.

1 Pilula

Pilula contra obstructionem menstruorum.

Eiusdem.

℞. *trac. de myrrha ʒij.*
sagapeni.
opoponac. an. ʒj. Mi. Et cum syr. de
capillis vener. aut de artemis. f. pil.
xij. deaurentur.

Pilula ad pestem. Leonardi Fiora-
uanti.

℞. *bol. armen.*
terr. sigillas.
rad. zedoar.
diptamn. alb.

aloesepatic.
camphor. an. ʒ ʒ,
diagrid.
croci an. ʒj. Mi. subtilissime pulue-
risentur & cum melle cocto & de-
spumato f. massa.

Alia Eiusdem ad idem.

℞. *thuris,*
myrrha,
sal. commun. ʒssj,
zinzib. an. ʒj.
ol. sulphur.
vitriol.
balsam. nostri artificiat.
an. gr. x. Mi.
Et cum sacchari modico f. pilula
quarum dosis ʒj.

FINIS LIBRI SECVNDI.

OFFI-



OFFICINÆ

PHARMACEVTI- CAE, SIVE ANTIDOTARII

LIBER TERTIVS;

De medicamentis roborantibus, in tres sectiones distinctus, & à PETRO UFFENBACHIO REIP. MOENO FRANCOVRTENSIS MEDICO ordinario vbique auctus: quarum prior de pulueribus cardiacis selectioribus agit.

PRÆFATIO.



Vix vllum medicamentum datur solitariæ facultatis, sed quod vel purgat, vel roborat, simul alterat: A præpollente tamen facultate denominatio sumitur. Et quod roborat magis, & minus alterat, *Roboratiuum*, quod magis alterat, & minus roborat, *Alteratiuum* dicitur. De vtroque vero non tantum simul in eadem confectione, quæ ambabus qualitatibus constat, sed seorsim, ac diuersis capitibus, hoc tertio libro differimus, quia inter vtrumque magna cognatio aut per qualitates, aut consistentiam, aut parandi modum, *Philonium Romanum* & *Confectio de hyacinto* vix dissimilem apparatus & consistentiam habent, simulque cum roborantibus describuntur, illud tamen Alterans, hæc tantum Roborans perhibetur. Vt autem ordine iustissimo singula, præsertim roborantia describamus, à pulueribus cardiacis selectioribus ordiemur, partim à Medicis celebrioribus descriptis, partim nostra inuentione firmis & experientia longa probatis. Quanti vero sint vsus in medicina pulueres,

M m m

non

non tantum Aromatici, de quibus nunc differimus, sed & alii, vel exterius admouendi, vel assumendi, vel in aliorum compositionem adducendi, in nostris Institutionibus cap. 9. sect. 1. lib. 3. abunde demonstrauius.

CAP. I.

Diamargaritum frigidum D. Platearii.

℞ *Margaritarum splendidarum* ℥ij. *quatuor sem. frigid. maiorum mundatorum.*

seminum portulacæ & papaueris albi,

santali albi,

santali citrini,

ligni aloes,

zinziberis,

rosarum rub.

florum borraginis,

nymphae,

myrtilorum an. ʒj.

Coralli albi,

coralli rubri an. ʒʒ. Mi.

fiat omnium puluis, in vase angustiore reponendus, & seruandus.

COMMENTARIUS.

Pulueres aromatici, seu cordiales, vel per se seruantur in vase idoneo rite operculato, ne eorum vis expiret, vel cum melle soluuntur in Electuarium liquidum, aut cum saccharo perfecte cocto in Electuarium solidum, seu tabulatum coguntur. Per se vero solent in Officinis seruari, vt eorum portio vel epithematis dissoluatur adhibendis, vel aliis medicamentis permisceatur intro sumendis.

Huius autem pulueris, qui à *margaritis* nomen sumit, tam varia est descriptio, vt vix de ipsius authore constet. Quisque enim ad animi votum eam varie immutat: hanc tamen, quam exhibemus ex Plateario, genuinam esse, doctorum scripta testantur.

Dicitur vero *Diamargaritum frigidum* ad differentiam alterius calidi, quod à pau-

cis, imo nullis paratur Dicitur & compositum ad Manus Christi perlata discrimen, quæ *Diamargaritum* quoque est, ex saccharo tantum rosato & margaritis constas. Verum aliud adhuc vulgari compositum est, quod pretiosos lapides multos, *ambram* & *moschum* recipit: Sed cum parum distet ab Electuario de gemmis, nisi quod magis refrigeret, vix paratum reperitur.

Præparatio *Diamargariti* penes solam triturationem est, de qua, & eius differentii egimus supra in nostris Institutis. *Margaritæ* seligendæ sunt Orientales & pellucidæ, quæ probantur candore, rotunditate, læuore, pondere & magnitudine; Verum quæ ponderosæ ac crassæ sunt, *Vniones* dictæ, raro propter raritatem & valorem medicas compositiones ingrediuntur. Debent autem, vt & *corallia*, super lapidem *poiphirium* duci & læuigari. Semina quatuor frigida minutim incidenda, & tenuissime pulueranda. Deinde reliqua solito more. Tandem omnia confuse miscenda.

Diamargaritum efficacissimum est ad virium robur resarciendum, syncopem tollendam, asthmaticos iuuandos, tussim coquendam, tabidos reficiendos, imbecillitate languentes recreandos, & ad statum priorem recuperandum.

CAP. II.

Electuarium de gemmis D. Mesue.

℞ *Margaritarum pellucidarum* ℥ij.

fragmentorum smaragdi,

sapphiri,

hyacinthi,

Sardini,

granatorum, an. ʒj. ʒ.

zedoaria,

doronici,

corticis citri,

macis,

Manus Christi perlata.

Margaritarum selectarum nota.

Viros.

Sam. G.

sem. Oxymi an. ℥j.
 coralli rubri,
 Electri,
 limatura eboris an. ℥j.
 Been albi,
 Been rubri,
 caryophyllorum,
 zinziberis,
 piperis longi,
 spica nardi,
 folii,
 croci,
 cardamomi an. ℥j.
 trochiscorum diarrhodon,
 ligni aloes an. ℥v.
 cinnamomi,
 galanga,
 zurumbet an. ℥j℥.
 foliorum auri &
 argenti an. ℥j.
 moschi ℥℥.
 fiat omniū puluis cōfuso miscendus.

COMMENTARIVS.

Hæc compositio vel forma pulueris seruatur, vel Electuarii, seu mollis, exceptis nempe pulueribus æquis partibus mellis rosati & emblicati, vel iisdem commistis saccharo rosato, si Electuarium solidum magis exoptatur. Commodius tamen puluis eius vase idoneo conclusus ad vsus futuros in Officinis custoditur.

A gemmis autem seu lapillis pretiosis, quos admittit multos, nomē assumit, quibus accedunt & alia multa cardiaca vulgaria & quedam adeo rara & incognita, vt ex veterū & recentiorū lectione vix constet, quænam ea ipsa sint, & quibus facultatibus polleat, vt ex Been examine patet, in cuius locum aptissime Elenium, quasi bennium substitui potest, cum vtriusque radix pastinaca sit æmula, cardiaca, & calidior, quam buglossum & borrago, quæ à nonnullis pro vtroque been subrogantur, c. 8. sect. 3. lib. 1. de mat. Med. Recte quoque radix tormentilla in vtriusque been locum succenturiari valebit; nec eos recte facturos puto, qui ad solemnem huius Electuarii compositio-

nem radices illas exoticas been nomine notatas vsurpant, meliusque aut tormentilla sola, aut Elenium solum, aut potius vtriusque par pondus pro vtroque been assumi potest. Et si quis malit Angelicæ radicem pro Eleni radice sumere, non refragabor.

Preparatio pulueris huius in tritura idonea consistit. Gemma, & corallia super porphirium lapidem mola versatili lauigantur; radices, ligna, fructus in mortario metallico teruntur. Postremo simul omnia commiscuntur.

Electuarium de Gemmis ad frigidos affectus cerebri, cordis, ventriculi, hepatis & vteri efficacissimum, inquit Mesue, nam melancholicos, tristes, solitarios, & timidos iuuat, cordis palmo medetur, lipochymix succurrit, ventriculum languidum roborat, & interanea omnia recreat. Sed rarissime parant illud pharimacopœi, tum propter caritatem, tum raritatem simplicium, quæ compositionem ingrediuntur.

CAP. III.

Diambra D. Mes.

℥. Cinnamomi,
 doronici,
 caryophyllorum,
 macis,
 nucis moschata,
 folii,
 galanga an. ℥ij.
 piperis longi,
 sansali citrini,
 ligni aloes an. ℥j.
 zinziberis ℥j℥.
 cardamomi vtriusque
 spica nardi,
 ambra an. ℥j.
 moschi ℥℥.
 fiat omnium puluis, vsui reponendus.

COMMENTARIVS.

Hæc compositio multum aromatica est & suavis, tum ratione ambra, à qua denominatur, tum moschi & cæterorū aromatum. Seruatur sub triplici forma vel pulueris, vel

M m m 2 electua-

electuarii solidi, vel mellis. Si eius consistentia requiritur dura, qualis est tabellarium, pulueres excipiuntur *saccharo rosato* perfecte cocto, si molliuscula, qualis opiarum iidem admittuntur *iulepo rosato*, seu *syrupo Alexandrino*.

Præparatio pulueratio tantum est, quæ ea arte suscipienda, efficiendaque, quam c. 9. & 10. lib. 2. *Institut.* demonstrauimus.

Vires.

Diambra visceribus omnibus roborandis efficacissima est, præsertim si à causa frigida sint imbecilla, nam calefaciendo spiritus reficit, natium calorem fouet, affectibus vteri prodest, & valde senibus & mulieribus conuenit.

CAP. IV.

Puluis diamoschi.

℞. *Moschi* ʒss.
Ossis de corde cervi,
margarit. pellucidar.
Scobis eboris,
coralli albi,
coralli rubei,
santali citrini,
santali albi,
ligni aloes,
cinnamomi,
macis,
caryophyllorum an. ʒj.
rosarum,
nenupharis an. ʒjss.
corticis citri,
florum buglossi,
spica Indica an. ʒss.
caphura gr. ij.
fiat omnium puluis ex arte.

COMMENTARIUS.

Vulgata pharmacopœorum Dispensaria quam plurimis pulueribus cardiacis sciant, usque impense calefacientibus, paucis vero refrigerantibus, ut qui ex omnibus aromatum calidorum generibus promiscue cõfusus, ac fere nullo congestis delectu consistit; Cuiusmodi sunt, cum duæ postrema cõfectiones iuxta descriptionē

à veteribus traditam, tum & alia multæ, quæ passim occurrunt in Antidotariis singulis Nam *Diacyminum, Dianisum, Diazinziber, Diatrium pipereon, Diamargaritum calidum, Diamoschum dulce & amarum* non nisi eisdem effectus proferunt, cum easdem facultates habeant, omnia nempe cum sint ex calidis composita. Quocirca veterem *Diamoschi* descriptionem non tantum castigauimus, sed negleximus, & aliam substitui, quæ & nominis rationem apprime refert, & compositionis rationem profert, & virium imbecillitati à causa calida confert. Superfluum enim videtur antiquam *Diamoschi* præscriptionem retinere, cum *Diambra, & Electuarium de gemmis* pares fortiantur vires. Proinde aliud *Diamoschum* exhibemus & fragrantissimum, & viribus effectis à causa calida securissimum & paratu facillimum.

Diamoschum dulce, multis quod constat *Vires* cardiacis, partes nobiles exhilarat; maxime vero cor & vitales facultates à causa qualibet, sed præsertim calida languentes & imbecillas. Confert quoque multis vteri affectionibus.

CAP. V.

Puluis Electuarii triasantali.

℞. *Trium santalorum,*
rosarum.
sem. psyllij an. ʒij.
rhabarbari,
Scobis eboris,
succi glycyrrhiza,
sem. portulaca an. ʒj. ss.
amylis,
gummi Arabici,
tragacanthi,
sem. quatuor frigidor. maiorum.
sem. scariola, an. ʒj.
caphura ʒss.
fiat ex arte omnium puluis.

COMMENTARIUS.

Inter viginti cõpositionis huius descriptiones, vix duas similes cõperi: Alii enim pro zuccaria *semen cicuta* ponunt, ut *Iouertus*; alii *semen psyllii*, ut *Foxtus*; alij vtrumque

trumque omittunt, vt Val. Cordus; alii *saccharum candum* volunt, vt Rondeletius; alii violas, vt Fuchsius.

Eadem est varietas in *Rheo*, *amylō* & *caphura*, quorum singula à singulis modo auferuntur, modo adduntur. Ego formulam *supra* descriptam, doctorum consensu meliorem inchoaui, & *psyllium* apponendum duxi, scopo conuenientissimum: *Amylum* vero expunxi, vt minus aprum; suo n. lentore obstruit. *Caphuram* quidem reliqui ad crassa medicamenta sua tenuitate intro deducenda, sed de eius quantitate detraxi, ne suo odore graui aliorum aromatum, quæ pauca sunt, suauitatem, aut obtunderet, aut profus deleteret.

Tragacanthum & *ammoniacum* relicta sunt; quæ si ante commixtionem paululū assentur, vel lentorem deponat, authoris intentioni magis conuenient, qui qualifcunque fuerit, siue N. Alexand. siue alius, (de eo enim non satis constat,) medicamentum hoc partim ad roborandum, partim ad obstructa soluenda imperauit.

Præparatio eius vt præcedentium fit, & à tritura debita pender.

Vires.

Diatrion. santalon mirifice confert iecoris obstructionib. liberandis, Ictericis, tabidis & immoderato viscerum calori: ventriculi quoque æstum contemperat, priuam corporis regionem infarctu expedit, & humores à putredine vindicat.

CAP. VI.

Aromaticum rosatum D. Gabrielis.

℞. Rosarum ʒ xv.
glycyrrhiza rasa ʒ viij.
cinnamomi electi ʒ v.
ligni aloes,
santalimashazari, id est, citrini an.
ʒ iij.
gummi Arabici,
tragacanthi an. ʒ ij. & ʒ ij.
caryophyllorum,
macis an. ʒ ij. ʒ.
Spica Indica ʒ ij.

nucis moschata.
cardamomi maioris,
galanga minoris an. ʒ j.
ambra ʒ ij.
moschi ʒ j.
fiat ex arte omnium puluis.

COMMENTARIVS.

Electuaria multa traduntur à Mesue cardiaca & suauolentia, sed speciatim describuntur sex; quæ ipse aromatica appellat, ex quibus vnicum selegi, quod, qui habebit, reliquis facile poterit carere.

Aromaticum autem dicitur ab aromaticum, quibus constat, fragrantia, *Rosatium* à rosis quantitate & qualitate præpollentibus. Cognominatur vero à Gabriele, nescio quo; forsân illius auctore, aut Mesue amico: vt ut sit, optima est eius descriptio, & eius salutaris vsus.

Vnde dicitur
tur Aromaticum unde
Rosatum.

Seruatur vel forma pulueris, qui facile parari potest; vel consistentia Electuarii mollis, vt vult Mesue, si partibus æquis *syrupi rosati* & *corticis citri* excipiatur. Frequentior tamen est eius vsus ab electuarii tabulati forma, pulueribus nempe *sacharofolutis* & ex arte coctis.

Aromaticum rosatum ad multa efficacissimum est, nam cerebrum, cor, ventriculum, atque adeo totum ventrem inferiorem roborat, & earum partium excrementitiam humiditatem dissipat, putredinem omnem corrigit, appetitum excitat, coctionem iuuat, nauseam & vomitum sedat; proinde imbecillis & ex morbo conualescentibus subuenit.

Vires.

CAP. VII.

Diarrhodon Abbatis D. N. Saler.

℞. Rosarum,
sachari candi an. ʒ iij.
santali albi,
santali rubri an. ʒ ij. ʒ.
gummi tragacanthi,
gummi Arabici,
Scobis eboris an. ʒ ij.
macis,

M m m 3: Spica.

Spica,
maftiches,
cardamomi,
croci,
ligni aloes.
caryophyllorum,
gallia mofchata,
cinnamomi,
rhabarbari,
succi glycyrrhizæ,
sem. anisi,
fœniculi
Oxymy,
berberis,
scariola,
portulaca,
papaueris albi,
Seminum iij. frigidior, maior. mund.
an. ʒ i.
Oſſis de corde cerui,
margaritarum pellucidarū an. ʒ ʒ.
moſchi gr. iij.
caphura gr. ij.
fiat omnium ex arte puluis.

COMMENTARIVS.

Nec ſuis caruit iſta ſolemais compoſi-
 tio caſtigatōribus: A prima ſiquidem de-
 ſcriptione à Nicol. Myreppo tradita Ni-
 col. Salernitanus corallium, ſemen lactuca
 & mandragora detraxit. Nicol. Præpoſitus
 caſtigatōnem Salernitani ſecutus, nec cor-
 rectoris, nec authoris mentionem fecit.
 Candidus eius inuentionem collegii ali-
 cuius præſidi, quem Abbatem vocat, Ni-
 col. Myreppius tribuit. Et quia vix vllū da-
 tur medicamentum, diuerſis in locis cele-
 bratum, in quo nonnihil non muretur; Ob
 id non mirum, ſi apud omnes *Diarrhoiū*
Abbatis prorsus idem non ſit, ad cuius cō-
 poſitionem, nec *Syluius moſchum* probat,
 nec *Rondeletius rhabarbarum*, nec ego
oſarum, quia vomitorium & ſtomacho i-
 nimicum, cuius loco *macim* poſui. Item
 nonnulli granulatantum ſeminis *Berberis*
 admittunt, alii ſemen integrum, & meli-
 us. Semina quatuor frigida, quod breui tē-

pore ranceſcant, aptius vtendi tempore
 commiſcebuntur. Si forma Eleſtuarii ſoli-
 di ſeruare conſilium eſt, excipiendi pul-
 ueres erunt *sacharo roſato* perfecte cocto.

Diarrhodon ventriculū & hepar robo-
 rat, coſtionem iuuat appetitū excitat, fla-
 tus diſcutit, ruſtus compeſcit, halitum o-
 ris ſuauem reddit, calorem viſcerum con-
 temperat, & omnem corporis noxam à
 calore proficiſcentem emendat. Vires.

CAP. VIII.

Puluis latificans authoris incerti.

ʒ. Sem. oxymy,
croci.
zedoaria,
ſantalū citrini,
caryophyllorum,
corticis citri,
galanga,
macis,
nucis moſchata,
Styracis calamitæ an. ʒ ij. ʒ.
raſura eboris.
sem. anisi,
Epithymi,
ihymi an. ʒ i.
ambra,
moſchi,
margaritarum,
oſſis de corde cerui an. ʒ ʒ.
foliorum auri,
foliorum argenti an. ʒ ʒ.
fiat omnium puluis, vt artis eſt.

COMMENTARIVS.

Duæ ſunt huius nominis Confeſtiones,
 vna *Rhafiſ*, quæ raro paratur, altera incer-
 ti authoris, quam ex Nicol. Propoſitō da-
 mus, vt præſtantiorem. Falluntur, qui Ga-
 leno eius inuentionem tribuunt, cum in
 eius operibus nec contineatur, nec multa
 norit ipſe, vt *moſchum*, *caphuram*, *amba-
 rum*, & *margaritas*, quæ in illius deſcri-
 ptione continentur.

Ab inſigni effectu dicitur *Latificans*, ſeu
 puluis

puluis latitica, quia spiritus & cor latificat. *Lignum autem balsami*, quod rarissimum sit, & pretiosissimum, expunximus, in cuius locum optime *santalum citrinum* substituiimus. Nec male quoque substituetur *lentiscus* & *xyloaloes*, vt etiam pro osse *cordis ceruis*, *cornu eius*. Cetera, vt quotidie sunt ad manus, sic antibalomenis non egent. Præparatio vt præcedentium.

Vires.

Electuarium Latificans suas ex nomine vires designat. Cor enim, partes vitales & facultates omnes latificat, viscera recreat, humores excrementitios absomit, flatu dissipat, & ventriculum roborat.

C A P. IX.

Puluis dianthos D.N Myr.

℞. *Florum roris marini* ʒ i.

rosarum,
violarum,
glycyrrhiz. an. ʒ vj.
caryophyllorum,
spica,
nucis moschata,
galange,
cinnamomi,
zinziberis,
zedoaria,
macis,
xyloaloes,
cardamomi,
anisi,
anethi. an. ʒ iiii.

fiat puluis secundum artem.

COMMENTARIVS.

Desumpta est pulueris huius descriptio ex Nicolai Myrepsi cap. 64. sect. 1. *Antidot.* apud quem tamen singula simplicia præter *rorem marinum* minore quantitate ponuntur, quæ non modo ab Actuario aucta est, sed in super *zedoaria* addita. Nomen vero sumit à sua basi, nempe à *roris marini coronariis* flore, qui per antonomasiam *anthos* dicitur: vnde *Electuarium Dianthos*; in quo parando nihil est difficultatis, soletq;

forma pulueris in pharmacopoliis seruari. Si quis voluerit forma *Electuarii mollis* habere, pulueres melle comprehendat; si solidi, eodem *saccharo rosato* perfecte cocto excipiat, & in tabellas reducat.

Electuarium Dianthos cardiacis succurrit, epilepticis, animi defectionibus; atque in vniuersum omni imbecillitati corporis auxiliatur: Maxime vero capitis affectibus prodest.

Vires.

C A P. X.

Puluis Dianisi D. Mes.

℞. *Sem. anisi* ʒ x.

glycyrrhiz. arasa,
masliches an. ʒ ss.
sem. carui,

feniculi,

macis,

galange,

zinziberis,

cinnamomi an. ʒ ij. ss.

trium piperum,

cassia lignea,

sem. libistiei,

calaminthes montana an. ʒ ij.

cardamomi maioru,

caryophyllorum,

cubeborum,

spica Indica,

croci an. ʒ ij. & gr. v.

sachari candi ʒ ij.

fiat ex omnibus puluis, vt artis est.

COMMENTARIVS.

Hic puluis maxime vsualis est & ad multa utilis, cuius descriptionem à Mesue traditam retinemus. *pyrethro* tantum delecto, in cuius locum *semen libistiei* substituiimus, & pro *saccharo* communi *candum* admisimus: *Pyrethrum* siquidē, quod acrius sit, nec aromaticum, ommittere visū est, & *saccharum candum* asseruando pulueri magis idoneum vulgari præferre. Est a. *Cubeba* *cubebæ fructus paruus, rotundus, longis pediculis adharecens & racematim cõgestus,* quem

Cubeba
quid.

quem nonnulli *carpesium* Galeni, alii *myrium sylvestrem* Dioscoridis, quidam *viticis granum* putarunt: Nihil tamen istorum est, eique minime conuenit singulorum prædictorum descriptio.

Cumuc.

In *Iaon* fructus hic *Cumuc* dicitur, ibiq; tanta est in existimatione, vt decoquatur ab incolis, antequam deuehatur, ne forsitan alibi satus germinet, & stirpis perfectã magnitudinem assequatur, vt *cap. 14. sect. 3. lib. 1. de Mat. Med.* ostendimus.

Vires.

Dianifon intemperiem ventriculi frigidam à pituita cruda, vel etiam à flatibus sanat, tussi diurnæ ab humoribus frigidis natæ auxiliatur, & obstructione visceribus expediendis.

C A P. XI.

Diacinnamomum D. Mes.

℞. *Cinnamomi tenuis* ℥ xv.
castia lignea, seu canella crassioris,
rad. enula campana an. ℥ iij.
galanga ℥ viij.
caryophyllorum,
piperis longi,
cardamomi vtriusque,
zinziberis,
macis,
nucis moschata,
ligni aloes an. ℥ iij.
croci ℥ j.
sacchari ℥ v.
moschi ℥ ij.
 Ex omnibus fiat puluis secundum artem.

COMMENTARIUS.

Inter aromata, quæ multa recipit hic puluis, *cinnamomum*, à quo denominatur, valde prepollet, quod duplici agnoscitur discrimine, vnum tenuius est & plurimum fragrans, quod Arabes *Darcheni* nominant: alterum crassius, quasi ligneum & minus odoratum, quod *Cassiam ligneam*, seu vulgarem officinæ vocitant. Vtriusque historiam *cap. 9. sect. 3. libr. 1. de Mat. Med. de.*

Darcheni.

Cassia lignea.

pinximus. Recentiores ad suauitatem maiorem & virium efficaciam, raro *Diacinnamomum* parant absque *moscho*, quod & tempore Mesuei fieri solitum imple testatur. Præparatio sola pulueratio est, & puluerum confusa vnio.

Diacinnamomum quod calidis, aromaticisque omnibus constet, viribus reficiendis, spiritibus exhilarandis, & affectibus omnibus, qui à causa frigida proficiuntur, optime confert.

C A P. XII.

Lithontripticon.

℞. *Sanguinis hirci præparati* ℥ j.
Sanguinis leporis vsti ℥ ℞.
rad. areos Florentina,
ænonis,
cyclaminis,
eryngis,
rubia tinctorum.
cyperis,
sem. milii solis,
saxifraga,
alkekengi an. ℥ ij.
lapidis spongia,
putaminis oui vsti,
tunica interioris ventriculi gallinæ,
baccarum iuniperi,
cardamomi,
cinnamomi,
macis an. ℥ j. ℞.
sem. apii,
petroselini,
ammeos,
asparagi,
carui,
dauci,
sefeleos,
coriandri,
citrii,
malua sylvestris,
melonum,
peponum,
pimpinella an. ℥ j.

gum-

gummi cerasi ʒij.

Omnia terantur ex arte, & fiat pulvis.

COMMENTARIVS.

Veterem pulueris huius, quem pharmacopœorum vulgus lithontribon nominat, descriptionem negleximus, quod multa tum astringentia recipiat, atque nonnulla, quæ atterendo calculo & arenulis extrahendis obsunt, tum & alia quædam, quæ vel nimis rara sunt, & pretiosiora, vel nusquam syncera possunt haberi. Illius loco aliud vere lithontribicon damus, aptissime compositum ad confringendos calculos, saburram pellendam, atque ad cæteros renum & vesicæ affectus accommodatum, qui titulo designantur.

Antequam vero sanguis hirci compositionem illius ingrediatur, debet sic præparari. Hircus primum quadrimus, aut paulo senior, vel iunior seligendus & iugulandus; sanguis medius effluens olla fictili excipiens, nam qui primus fluit, tenuior, qui vltimus, crassior esse solet: Tū linteo raro tectus Soli exponendus, vt coaguletur, & quod ichorosum est, abiiciatur. Sic crassior sanguis concretus siccat, teritur, in vase vitreo seruetur. Nimis est supersticiosa illorum consuetudo, qui non nisi Sole Cancrum ingrediente, hircum longo ante tempore saxifragis, pimpinella, apio, & similibus alitum mactant, & solum sanguinem arteriosum colligunt. Hæc enim præparatio licet non inutilis, non tamen necessaria est, vixque dari potest dictarum stirpium vbertas hircis, quæ longum tempus alendo satisfaciat; & præterea sanguis eius, qui consueto paulo aueritur, vires habet ad arterendum & expellendum calculum nihilo inefficacior.

Sanguis vero leporis recens iugulati & concreti ita assandus, vt non in cine-

rem profus, sed puluerem abeat. Quæ ad reliquam pulueris huius præparationem spectant, nihil habent difficilis, nec moleum operosi.

Pulvis hic cum pauco vino albo, aut *Vires.* aqua parietaria, vel raphani, aut alia conueniente sumptus calculos & arenulas à renibus, vtereribus & vesica expellit, & vrinam potenter mouet.

CAP. XIII.

Pulvis diacalaminthes D.N. Myr.

ʒ. Calaminthes montana,

pulegij,

piperis nigri,

sem. seseleos massiliensis,

petroselini an. ʒij. & ʒij.

libistici ʒij. & ʒj.

ameos,

anethi,

summitatum thymi,

cinnamomi,

zinziberis an. ʒij.

seminis apij ʒj.

Ex omnibus fiat pulvis secundum artem.

COMMENTARIVS.

Diacalamenti variæ sunt à variis authoribus traditæ descriptiones, sed quæ ex Myrepto damus, vt meliorem & gratiorem omnes practici magis probant. Similem fere descriptionem tradit Galenus, sed calidiorem & acriorem, ob zinziberis & piperis maius pondus. Anethum pro aniso posuimus, ea tamen condicione, vt cuique fas sit alterum pro altero sine discrimine & compositionis iactura substituere: huius vt præcedentium idem est parandi modus.

Diacalaminthe crassos humores & *Vires.* lentos extenuat, flatu discutit, vrinam & menses mouet, tussi à frigidis humoribus natæ confert, alimenti ad hepar distributionem iuuat, ventriculum roborat, & appetitum auget. Datur sub forma

Non Electua-

Sanguinum hirci præparatio.

Sanguinis leporis apparatus.

Electuarii mollis, si cum melle, vel solidi, si cum saccharo coalescat.

CAP. XIV.

Pulvis contra pestem, seu Bezoardicus.

℞. Radicum tormentilla,
angelica,
anula campana,
gentiana,
paonia an. ℥ij.
ligni aloes,
santalæ citrini,
cornu cerui,
aboris,
offis de corde cerui,
granorum iuniperis,
cardamomi,
seminum acetosa,
cardui benedicti,
saryophyllorum,
macis,
cinnamomi an. ℥ij.
corticis citri,
arantiorum,
dictamni,
scordij,
schoanathi,
calami aromatici,
rosarum,
croci an. ℥j.
boli Armena in aqua rosarum lota,
terra Lemnia an. ℥ij
caphura grisea.
foliorum auri an. ℥j.
fiat omnium pulvis in vase idoneo
reponendus.

COMMENTARIUS.

Medicamenta, quæ pestem oppugnant, venena expugnant, ab iisdem noxam tollunt, & vitam tuentur, Antidota Græcis, Bezoardica Arabibus nominantur, cuiusmodi sunt quædam simplicia, vt lapis Bezoar, Zerumbet, Zedoaria, lapilli

pretiosi, & compositiones quædam cardiacæ & Theriacales, quæ scilicet multis constant, cor, spiritus & partes vitales roborantibus, & virtus, seu qualitatem venenatam exinguentibus: Mediam propterea dicuntur sortiri conditionem inter venena & nostram naturam, vt Theriaca, & Mithridatium; quorum tamen non tutus est vsus frequens, vbi nulla venenatæ qualitatis suspicio est. Si namque obiectum non inueniant, in quod agant, inimicæ qualitatis impressum in partibus relinquunt vestigium, humores accendant, & calori nativo ac spiritibus vim inferunt.

Theriacum
& Mithri-
datium sa-
nis non esse
tuta.

Quæ vero composita medicamenta solis cardiacis, roborantibus, & speciali dore venenis aduersantibus constant, omnibus temperaturis, & morbis, ac omni tempore conueniunt, vt pulvis à nobis descriptus, cuius vires sunt insignes ad pestis & malignorum affectuum expugnationem & partium nobilium tutelam.

Datur vero vel cum aqua, vel cum decocto cordiali, aut conserua idonea: vel est excipiendus syrupo Kermes, vel limonium, vt in formam Opiatæ concinnentur. Poterit & cum melle in aquis cardiacis despumato, in Electuarii liquidæ formam coagmentari, & in Officinis reliquarum confectionum more seruari. Vires habebit excellentiores, si lapides pretiosi, cornu monoceroris, & lapis Bezoar addantur. Facile pulvis hic parari potest, & simplicia, quibus constat, haberi.

Mirum in modum confert morbis venenatis contagiosis, & pestilentibus expugnandis, & principibus partibus recreandis, & tuendis.

Vires.

CAP. XV.

Pulvis antilyssos, seu contra rabiem
Des. lul. Palmarij.

℞. Fol. rusa,

arabesca.

verbena,
salvia minoris,
plantaginis,
polypodii,
absynthii vulgaris,
menta,
artemisa,
melissophylli,
betonica,
hyperici,
centaurii minoris, an. ra. j.

Omnia ex arte siccentur, & in tenuissimum puluerem reducuntur.

COMMENTARIVS.

Alexiterium hunc puluerem desumpsi ex clarissimi viri Iul. Palmarii Med. Paris. c. 3. lib. de mors. canis rab. qui septem libros de morbis contagiosis edidit, cuius eximias dotes, & mirandos effectus non modo ipse feliciter, ac multoties in multis expertus est, sed etiam Dominus de Pyron, à quo priorem illius fatetur habuisse descriptionem. Quotquot enim à rabidis canibus demorsus hoc puluere vsi sunt, ab hydrophobia imminente, vel iam incepta fuerunt immunes & omnino liberati, modo nulla capitis pars dentibus superior, vt nec alia frigida abluta; Tunc enim in remediis exigua salutis expectatio.

Preparatio.

Antilyssum autem puluerem hunc nominauimus, quod insigni virtute & nulli secunda rabiem arceat, vulnera à cane rabioso inflicta sanat, & terrificum illud symptoma, quo miscelli reformidant aquas, impediatur.

Preparatio tam celebris antidoti perfacilis est, in qua hæc tria maxime obseruanda, vt simplicia colligantur, quo tempore viribus pollent maximis, medio scilicet aut sine veris, vt nec in sole æstuante, nec in vdo loco siccanda reponantur, vt siccata seruentur, sed ea lege, vt quotannis renouentur.

Quando hac simplicia colligenda.

Porro minime datur opus magnam huius eximii pulueris quantitatem in

pharmacopoliis seruare: Sat enim est in rem præsentem, si libra dimidiâ in vasis idoneis recondatur: Materialia vero seu simplicia, quibus constat, copiosa esse debent: Et artificiosè siccata, chartaceis sacculis excipienda, ac loco idoneo reponenda, ne à muscæ & sordibus conspurcentur, vel à muribus erodantur. Vtendi autem tempore atque exigente necessitate, singulorum æquum pondus in tenuissimum puluerem læuigabitur, cuius ʒss. aut ʒj. quotidie mane tribus horis ante cibum dabitur ex cochleari cum duplo saccharo, vel ex iusculo, aut alio liquore idoneo, vt vino, pomaceo, vel etiam ex melle in formam Opiatæ.

Dose.

Et licet ʒj. integra aut ij. satis sint pro dosi etiam homini robusto, poterunt tamen aliquando tres, vel etiam maior quantitas exhiberi, ei maxime, qui iam diu fuit à cane demorsus, vel iam hydrophobia corruptus.

Eximius quidem est hic puluis, sed efficacior multo ducerem, si pimpinella & cancerorum fluuiatiliu vstoru puluis commisceatur. Alyssum quoque cæteris omnibus præferri illius nomenclatio portendit: Sic enim à Dioscoride & Gal. vocatur, quod rabiei medeatur, ipsiusque venenum delect & extinguat.

Cancerorum puluis.

Alyssum.

Verum hæc planta non multum vulgaris est, & à paucis cognita, præsertim quæ hoc nomine à Galeno donatur, aspectu Marrubio valde similis, sed in singulis geniculis, è quibus folia emergunt, bina admodum crispa, incana & fere inodora, calices spinosi caulicos verticillatini ambiunt. Hanc sæpe vidi in horto scholæ Parisiensis.

Aliud quoddam Germanicum Echioides dicitur facie Molluginis, Apparins Plinio putatum, cui Galenicum præculerim. Qui altero caret, alterum solet substituere.

Nnn 2 ADDI.

ADDITIO.

Species cordiales albae siue cum margaritis.
contra Epilepsiam.

℞. corall. rubr. prepar.
corn. cerv. vsti,
sem. acetos.
terr. sigill. alba. an. ℥ss;
rasur. Ebor. ℥vj;
quinq; lapid. precios. prepar. an. ℥ss.
margar. prepar. ℥ij;
ossis de cord. cervi ℥j;
rasur. unguis. alcis,
visci querc.
rad. pæon. an. ℥ij;
fol. auri,
argenti an. nr. x.
sacch. albi s. ad pondus omnium Mi. f.
puluis.

Species diachamadryos.

℞. Chamadr.
chamapith. an. ℥iiij s;
centaur. minor. ℥ss;
hyperic. ℥ij s;
rad. aristol. rotund. ℥iiij s;
rhapontic.
gentian. an. ℥iiij;
petroselin.
mei an. ℥j s;
phu pontic.
agar. troc. an. ℥iiij. Mi.
f. puluis.

Species diacytonii.

℞. ros. rubr.
santal. omn. an. ℥ij;
sem. acetos.
portulac.
berber.
sumach.
cortic. granator.
gumm. arabic.
tragac. an. ℥ss;
sangv. dracon.
sarab. alb.
mastic.
spody an. gr. xv.

sem. coriandr. prepar. ℥j;
camph. gr. v. Mi. f. puluis.

Puluis purgans cerebrum Trithemii no-
tabilis, ad varios morbos, imprimis
vero cerebri.

℞. calam. aromac.
rad. gentian.
sem. cymmin.
siler. montan.
anis.
carui,
ameos,
petrosel.
spic. nard. an. ℥ss,
corall. rubr.
margarit. non perforatar.
zinzib. alb.
chamapith.
fol. sen. select.
tartar. adusti an. ℥v;
cubebæ.
macis an. ℥ij;
caryophyllor. ℥viij. Mi. f. omnium pul-
uis sec. art.

Dosis est ℥j, quæ sumatur mane &
vesperi in brodio vel vino per mensem
integrum: secundo mense mane tantū;
tertio mense ter in hebdomade: quarto
bis in hebdomade, & sic deinceps conti-
nuetur ad vitam.

Hic puluis est valde efficax, confortat
stomachum, purgatque cerebrum, oculo-
s & visum conseruat, memoriam acuit,
humores malos totius corporis consu-
mit, lenit & aperit obstructions in pe-
ctore, nimiam pinguedinem prohibet, ab
apoplexia & epilepsia præseruat, mate-
riam calculi sine dolore dissoluit & in la-
pidem durescere non permittit, cheira-
gram & podagram sciaticamque præua-
lere non finit. Multi hoc puluere ad cen-
tum annos solidam ætatem perduxerūt.
Estque pro secreto maximo habendus.

Tragea

Tragra ad dolores capitis.

℞ Sem. coriand. prepar.
nucista an. ʒʒ;
xylobaljami ʒvijs
caryophyllor.
cubebat.
zinzib.
piper. long.
salvia,
beton. an. ʒʒ;
galang.
tormentill.
thuris alb.
salami aromat.
zedoar. an. ʒi;
corall. iubr.
ros. rubr.
seric. crudi tosti an. ʒij
gallia moschat. nobilioris ʒij;
fl. anth. ʒʒ; Tritis commistis que om-
nibus addito sacchar. ad pondus om-
nium fiat que tragea. Cuius vsus in-
ter prandium vel à prandio.

Puluis contra venena, dolores colicos &
ad promouendum sudorem.

℞. rad. gentian.
nuc. vomic. an. ʒʒ,
rad. pimpinel.
chamaedr. an. ʒi,
rad. bistort. ʒʒ.
tormentill.
diptamn. alb. an. ʒii;
rhab. sel. ʒʒ,
f. puluis, cui addi potest caphora. ʒʒ

Puluis cuiusdam rustici contra venena
celeberrimus.

℞. rad. valerian. ʒʒ,
hirundinaria ʒi
polypod. querc. ʒʒ
alib.
cort. rad. Elleb. nigr. an. ʒiʒ.
rad. angel. rec. ʒiii.

cortic. rad. coccognidii ʒʒ;
urtic. maior. ʒj.

Hac omnia iniiciantur in ollam no-
uam vitreantam, affusaque aceti a-
cerimi mensura tanta, vt dicta spe-
cies sufficienter contegantur, olla opti-
me obturetur, ne quid expiret, postea
per hora dimidia spaciū ebullire
tandemque ab igne semota & ita
occlusa refrigerari permittantur. qui-
bus peractis, acetum omneque effun-
datur, que in illo cocta sunt, in hypo-
causto vel loco alio extra solem exic-
centur, pulueriscentur & cribrentur.
Dosis est. ʒi.

Puluis bezoarticus sine praeiosis D. Io.

Hartmanni Beyeri.

℞. bol. armen. veri prepar. cum aq. scabios.
terr. sigill. Silesiac.
rad. diptamn. alb.
tormentill. an. ʒvi,
gentian.
angelic. an. ʒi,
petasites.
zedoar.
corn. ceru. prepar.
succin. alb. prepar.
hyacynth. prepar. an. ʒii,
rasur. ebor.
oss. de cord. cervu.
corall. rubr.
cortic. citri. an. ʒʒ, Mi. f. puluis sub-
tilissimus.

Puluis bezoarticus cum praeiosis.

Eiusdem.

℞. pulv. modo praescripti ʒi,
marg. prepar. gr. xvi,
smaragd.
hyacynth.
saphyr.
rubin.
granat.
bezoar. oriental. veri omnium selectif-
simor & preparator. an. gr. viij.

Non 3 unicorn

unicorn. verigr. iij.
fol. argenti,
aurei an. dimidium Mi. f. puluis
subtilissimus.

Quia vero nimis caro venditur *unicor-*
nu. Et *smaragdus* ac *sapphyrus* in pharma-
 copoliis adulterini plerumque inueniun-
 tur, hanc mixturam ita mutavi, (inquit
 Beyerus) vt illa tria plane omittantur,
 & pro his pondus hyacynthi ad ʒ ʒ. au-
 geatur.

Puluis ferri preparati Constantini Impe-
ratoris, quo etiam est vsus Frideri-
cus, Elector Saxonicus.

Rubigo ferri noui in mortario ita ca-
lidateratur, lanetur vino quam o-
ptime, siccetur, puluerisetur, cribre-
tur, sacculo denso, vt fiat instar al-
cohol.

℞ ferri ita preparati ʒ j ʒ.
sacchar. fini lb. ʒ.
limaturam aurei ungarici vnius.
rad. liquir. ras. ʒ j.
peon. ʒ ʒ.
fol. hyssop. ʒ ij.
spic. nara.
visci querc. an. ʒ ʒ.
sem. anis. ʒ ij.
foenic. ʒ j.
carui ʒ vj.
peon. decortic. ʒ ʒ.
petrosel.
heder. arbor.
basilicon. an. ʒ ij.
cinnam.
muisc.
cardamomi.
zinzib. an. ʒ j.
eubebar.
eroci an. ʒ ʒ.
earyophyllor.
lign. alois an. ʒ ij.
zedoar.
marg. prepar. an. ʒ ʒ.

corall. rubr. prepar. ʒ j.
myrrha,
castor. an. ʒ ij.
rasur. ebor.
oculor. lucii. an. ʒ j.

lapid. carphon.

spodii lepor. an. ʒ ʒ Mi. f. puluis sub-
tilissimus. Dosis quantitas castaneæ,
 quæ per se lambendo assumatur quotidie
 initio prandii, quam diu puluis durat.

Calefacit ventriculum, intestina, ma-
 tricem, roborat calorem natium, flatus
 discutit, sanguinem purificat, corpus red-
 dit coloratum, prouocat vrinam, viscera
 obstructiones soluit, hydropemq; & mel-
 ancholiam sanat.

Puluis è Serpentibus.

Serpens supine vel in tergum in tabula
 secundum longitudinem extendatur,
 per caput & quinque digitis supra cau-
 dam clauis affigatur, humiditas omnis
 externa à capite vsque ad caudam ma-
 nu vel baculo abstergetur. cutis circa
 collum & prope clauum super cauda
 circum circa disseccetur, & à cute per to-
 tum corpus abstrahatur, quo facto venter
 aperiat, cor, pulmo & hepar eximan-
 tur, caput & cauda abscindantur, caro to-
 ta reliqua in frusta ad longitudinem v-
 nius digiti diuidatur; cor, pulmo & epar
 vt & frusta carnis filis ex orichalco infi-
 gantur, in ollam ad hinc inde perforatam
 operculum ita appendantur, vt vbiq; sint
 libera, ne ollam aut seipsa villo modo at-
 tingant: his ita preparatis olla cum oper-
 culo optime perluret, furno calido, ex
 quo paves exempti sunt imponatur, vt
 quæ inclusa sunt, exiccari & puluerisari
 possint: olla postea extracta, quæ suffici-
 enter exiccata fuerint, subtilissime pul-
 uerisentur, reliqua filo iterum infixa ol-
 læque immissa vltius & ad perfectio-
 nem vsque exiccantur, postea vt & priora
 subtilissime puluerisentur.

℞. huius

℞. huius pulueris ʒ iij,
bezoar. orient. ʒ j,
pellicul. interior stomach. Cicon.
corn. ceru. iunior. an. ʒ ij, Mi.

f. puluis subtiliss.

Huius dosis est ʒ j. sumiturque ante
nouilunium sole in Leone persistente
cum cochlearib. iij. aq. Scorzonerae con-
tra omnia venena, morsusque serpen-
tum.

Puluis contra dolorem dentium.

℞. sandarac.
maslic.
sarcocoll.
hypocyst.
bol. armen.
acacia,
thuris an. ʒ j,
thuris prepar. ʒ j ʒ,
vitriol. alb. ʒ iij ʒ,
cinnam.
spec. diamb. an. ʒ j.
ambr. gr. ij. Mi.
f. pulu. subtilis.

Puluis pro fumo. Pistorij.

℞. maslic. ʒ ij,
thuris masculi ʒ j,
styrac. calamit. ʒ j ʒ,
succin. alb. ʒ ij,
caryophyllor. ʒ ʒ,
xyloaloes ʒ ij,
gallia mosch. ʒ j ʒ Mi. f.
puluis grossus.

Puluis contra calculum.

℞. sem. violar.
fruct. lapp. maior. an. ʒ j,
saxifrag. ʒ ʒ,
baccar. lauri,
fol. querc. an. ʒ j,
asner. lepor. ʒ ij. Mi. f. puluis.

Alius ad idem.

℞. spodi leporini ʒ ij,
lapid. iudaici calcinati,
spongia an. ʒ j,
sacch. albiss. ʒ iij. Mi. f. puluis.

**Puluis D. Io. Hartmanni Beyeri ad Epi-
lepsiam.**

℞. cranii human. prepar. ʒ ij,
sem. pæon. decortic.
rad. pæon.
ungul. alcis an. ʒ j Mi.
f. puluis subtiliss.
detur cum aq. cephalic.

**Puluis pro botia. D. VVolffgangi Gabel-
choueri.**

℞. spongiar. vstar.
lapid. calaminar. an. ʒ ij,
pumicis,
spongia an. ʒ iij,
sacchar. fini ʒ iij. Mi. f. puluis.

**Puluis D. Vlrici Chelii pro suffitu, tempo-
re pestis.**

℞. rad. veter. iuniper. exiccata. & in te-
nuissimas partes incisar. lb. ʒ.
baccar. iuniper. ʒ iij,
thymiamat.
thuris alb. an. ʒ j ʒ,
coriandr. in acet. macerati & denovo
exiccati
sem. nigell.
rad. irid. florent.
laudani
cer. alb. in tenues partes
conciisa,
sandarac. an. ʒ j,
cortic. citri,
pomer. aurant. an. ʒ vj,
maslic. ʒ ʒ,
caryophyllor. concisor. ʒ ij,
fl. laeudul
summit. absynth. cum sem. ʒ ʒ,
fol. spic. nard.

salvia

salvia
meliss. an. Mi.
rorismar.
maioran.
origan. an. p. ij.

Herba omnes concidantur: coriandrū
vero & semen ingesta integra suman-
tur & misceantur.

Pulvis Leonardi Fiorareanti ad idem.

℥. colophon. pellucid.
picis grac. sicc.
thuris mascul. an. ℥vj;
granor. styrac.
myrrh.
benzoïn. an. ℥ij;
lign. aloes ℥ij; Mi. optime & f. pulvis.

**Pulvis bezoarticus sine preciosis Medicor.
Francofurt. de aun. 1597.**

℥. bol. arm. ver. cum aq. scabios. præp.
terr. sigillat. Silesiac.
rad. diptamn. alb.
tormentill. an. ℥vj;
angelic.
gentian.
petasit.
zedour.
corn. cerv. præp.
succin. alb. præp. an. ℥ij;
oss. de cord. cerv.
rasur. Ebor.
cortic. citr.
coral. præp. an. ℥℞ Mi. f. pulv. subtilis-
simus.

**Pulvis bezoarticus cum pratioffis.
Eorundem.**

℥. pulv. modo præscripti ℥ij;
marg. præp. gr. xvj;
hyacinth. ℥℞.
rubin.
granat.
bezoar. orient. veri omnium selectissi-
mor. & præp. an. gr. viij fol. argent.
auri an. fol. dimidium Mi. f. pulvis
subtilissimus.

Pulvis pro vestimentis.

℥. rad. ireos ℥℞;
cyperi longi ℥ij.
fl. lavenderul.
ros. an. p. ij.
caryophyllor.
santal. citrini.
calam. aromat.
sem. coriandr. an. ℥ij;
styrac. calam.
asse. dulc. an. ℥℞;
maioran.
ocym. an. Mi.
cortic. aurantior. ℥ij Mi. f. pulvis
grossus.

Pulvis Epilepticus Horatii Augenii.

℥. oss. capit. human. mascul. anterioris
partis combusti.
sem. paon. mascul. excortic. an. ℥℞;
rad. tormentill.
visci quercin. an. ℥ij;
rasur. vngul. alc. ℥ij;
pulverisuntur omnia per se. deinde mi-
sceantur. dosis ℥ij℞ horis duab. ante
cœnam atque addito saccharo
fiat tragea, de qua sumat cochlear
i. magnum cubitum iturus.

Alius eiusdem ad idem præstantissimus.

℥. testiculor. apri aut saltem verris, id
est, suis domestica venere ventis ℥ij;
testicul. galli simul in furno exiccator
℥ij; Mi. f. pulvis subtilissimus, cui adde
sacchari fini duplum. De hoc pul-
vere sumat puer epilepticus con-
tinuo in omnibus ferculis. Expe-
rietur pharmacum absolutissimū.
Pulvis dentifricus Pistorii.

℥. ciner. rorismar.
hyssop.
menth. an. ℥j;
tartar. ℥j;
coral. rubr. præp.
corn. cerv. vst.
mastic. an. ℥j;

testar.

restar. oui combustar.
cristall. prepar.
nucista
cinnam. an. ʒh,
caryophyllor. ʒj, Mi.
f. pulu. subtilissimus. cui addatur
ol. vitrioli guttula xij.

Pulus ad gingivas. Eiusdem.

ʒ. nucista ʒj,
sandarac.
hypocyst.
mastice.
acacia an. ʒj,
thutia prepar. ʒj.
vitriol. alb. ʒiij, Mi.
f. puluis subtilissimus.

Pulus pro suffumigio ad destillationes
capitis.

ʒ. mastice. ʒv.
gumm. iunip.
succin. flav.
xyloaloes,
thuris an. ʒh,
styrac. calamit. ʒj, h. Mi.
f. puluis grossus.

Pulus Tribuli ad calculum. Horatij
Augenij.

ʒ. fol. tribuli,
piper.
sem. petrosel. macedon. an. ʒij,
folii sertulam vel coronam siue spha-
ram unam: Hæc omnia separatim
tusa & in tenuissimum puluerem re-
ducta cum sanguine hircino misce-
antur & detur infirmo cochl. j. in
meri aut cuiuscumque liquoris
dulci potione.

Pulus mirabilis ad calculum,
Eiusdem.

ʒ. fol. tribul.
piper nigr.
thymi an. ʒij,
spic. nard. Italic. ʒh,

sangu. hirci optime prepar. ʒij.
singula pulueriscentur per se, mox
miscantur, atq; vitreo vase in loco
siccò asserventur: sit autem tribulus
terrestris. Dosis huius pulueris ʒiij

Experimentum Eiusdem contra calculum
vesicæ.

ʒ. pulu. milliped. prepar. ʒj. ad summū
ʒiij.
aq. vitæ ʒh,
iuris cicorum rubeor. ʒjx. vel ʒx.
sumatur calidum horis quinque an-
te prandium.

Asellorum seu millipedum preparatio
ex Augenio.

ʒ. asellorum quantum vis, abluito di-
ligenter vino albo generoso, mox in
ollam novam vitro obductam inisci-
to, luto aliquopiam incrustato, ac
postea in furno exicca ita, ut possint
subtilissime puluerisari, cum vero
affundo vini generosi quantum po-
terunt imbibere, rursus exicca, ter-
tio imbibito & exiccato ut supra;
quarto vero puluerem aquæ fraga-
rum & al. ex chalcant. an. ʒj, irro-
rato, vicissim Misce inuicem, rursus
exicca, in tenuissimum puluerem re-
dige & in vase vitreo, aureo vel ar-
genteo reserua.

Pulus nephriticus Herculis Sa-
xonie.

ʒ. pulu. cortic. auellanar. ʒj,
lapid. spong.
isidaci,
miliæ solis an. ʒj,
baccar. heder. ʒh.
mandibular. lucii ʒj, h. Mi.
f. puluis subtilissimus.

Alius Eiusdem ad idem.

ʒ. cinnam.
mandibul. lucii,
cardamomi,

cortic. auellar. an. ʒjʒ.
cortic. onorum, ex quibus pulli nuper
sunt egressi. ʒj. Mi. f. puluis huius
detur ʒj. statim post haustam a-
quam meam nephriticam.

Puluis contra vermes. Eius-
dem.

℞. *aloes in aq. gramin. lot. & exiccet.*
sem. santi
corallin.
rad. rhab.
bistort.
zedoar.
modull. ossis persicor.
fol. scord. cretici,
agar. troc. an.
sacch. fini. ad pondus omnium Mi. f.
puluis. pro augmento ætatis dan-
tur ʒij.

Puluis ad quasunque fluxiones.

℞. *salis vsti,*
granor. iuniper.
baccar. lauri,
sem. cumin-
aquileia,
anis.
cinnam. an. ʒij,
tartari aqua dissoluti & coagulati
ʒʒ,
zedoar.
zinzib.
succini,
macis an. ʒj,
croci. ʒj,
rad. tormentill. ʒj,
sacchari ad pondus omnium Mi. f.
puluis, vsurpandus in cibo ad quan-
titatem auellanæ quotidie. Co-
hibet fluxiones totius corporis, ab-
fumit, valetudinem cōseruat, mor-
bosq; omnes arcet.

Puluis ad ardorem stomachi à me-
multoties probatus.

℞. *cristall. calcinat. & prepar. ʒjʒ.*

margar. prepar. ʒj,
corallox. albor. prepar.
creta an. ʒj,
sacch. cand. alb. ʒij. Mi. f.
puluis subtilissimus, cum vino aut
quomodo libet sumendus.

Puluis contra vermes.

℞. *sem. sanct. seu sementina prepar.*
ʒʒ,
margar. prepar. ʒj,
rhab. opt. ʒij,
corn. ceru. vsti ʒj. Mi.
f. puluis subtilissimus: datur ad ʒj. cum
aqua scordii.

Alius ad idem.

℞. *fol. scord.*
sementina an. ʒj,
corallin. prepar. ʒʒ,
rad. rhabonit.
rhabarb. an. ʒj,
corn. ceru. vsti,
marg. prepar. an. ʒj. Mi.
f. pulv. subtiliss.

C A P. XVI.

Crocus Martis.

CRoevs Martis sic dicitur partim *Vnde ha-*
beat ne-
men.
 materia, seu scobe chalybis, vel ferri, quod Marti tribuitur, partim à colore, quicrocum ementitur. Eius præparationem multiplicem agnoui; singuli enim suo modo parant, ac fere omnes in eare dissentiant; vnde multi eiusmodi apparatus tanquam inutilem vel neglexerunt, vel improbarunt; Et re vera pro *Croco Martis* solam ferri limaturam, nulla vstione & ablutione alteratam Riuierus exhibebat, hancque illo efficacior, tutiorem & fœdis virginum coloribus fanandis conuenientior afferebat. Eius tamen tanquam temerarii periculatoris, qui de corio humano sæpe luit, methodum medendi, qui sequeretur, morbis ipsi esset formidolosior.

Duas autem præ ceteris vstatas *Cro-* *Vulgaris*
ci Martis præparationes comperi: Prior *chalybis*
latis

preparatio. satis vulgaris est, & pharmacopolis familiaris, qui limaturam *chalybis* semel atque iterum, vel etiam pluries in crucibulo vrunr, & toties abluir, partim in *aceto*, partim in *agua rosacea*, aut alio liquore idoneo: Postea exsiccant, efficiuntque puluerem subruflum & ponderosum, quem *preparatum chalybem* nuncupant.

Spagyrica chalybis preparatio. Secunda est Spagyricorum, qui puluerem ipsum ex se grauissimum arte sua volatilem efficiunt. Ad eius autem apparatus hoc procedunt modo; Ac primum quidem limaturam *chalybis*, & aliquando *ferri*; (vtriusque enim qualitas vix dissimilis,) assumunt; in igne reuerberii diem vnum, aut alterum adurunt; Deinde vbi amouerint, in aquam coniiciunt; quod supernatat, assumunt & seruant: Tum abiecta aqua; quod in fundo remansit denuo ad ignem reuerberatorium iniiciunt, aduruntque vt prius, & postea in aquam demittunt, vt ante, cui quod supernatat, seruant. Etsi quid eius fundum petierit, rursus cremant, donec aqua demissum non subsidat, sed in ipsius superficie maneat, quod tandem colligendum, siccandum & seruandum pro Croco Martis optimo, & Chymiatriis vtilissimo.

Alius parandi modus. Hoc quoque modo nonnulli parant. Limaturam ferri catino exceptam igne validissimo excandescere permittunt: vbi refrixerit, in mortario ferreo laboriose terunt; Deinde abluunt, vt cum aqua pars subtilior separetur. Crassior iterum igne reuerberii vrgetur & calcinatur; Atque postea teritur prius. Idque iteratur septies, vel etiam amplius, donec tota limatura abierit in croceum lanorem.

Varii modi preparandi Crocum Martis. Nonnulli scobem ferri ante calcinationem *muria* pluries lauant, postea *acetum* affundunt; Alii *urina* abluunt & macerant, quidam *salem* adiciunt; Alii *tartarum*; Multi cum *sulphure* adurunt; Sunt & qui scobem in rubiginem conuertunt: sed vt curiosæ nimis sunt illæ preparationes, sic

& fere inutiles; Præstatque in optima quadam consistere, quam inter tot ancipites vagari.

Notandum vero est, scobem ferri non nisi tenuissime elimatam sumendam esse, quæ vbi igne reuerberii optime calcinata fuerit, deinde trita, post in aquam demersa & fortiter agitata, eius portio, quæ supernatabit, colligeretur, calore moderato siccabitur, nec rursus calcinabitur, sed talis seruabitur; Portio vero crassior ad ignem reuerberii denuo immittetur, quod tota volatilis fiat. Sic enim rite *Crocus Martis* paratur.

Ex aliis adhuc metallis Chymiatri *Crocum* parant, vt *crocum stanni*, & *crocum verneris*, sed magis vt artifices periti videantur, quam vt feliciter medeantur.

Crocus Martis creditur iecur & lienem roborare, & viscerum obstructions tollerere, proinde sædis virginum coloribus conducere.

Ex eo & aliis quibusdam pulueribus cardiacis pro Medici prudentia præscriptis paratur Confectio quædam forma Electuarii mollis, aut tabulati, *Diastromma* dicta obstructionibus expediendis efficacissima, cui puluerem *lumbricorum* permiscet. Ego malle abique puluere isto conficere, vt hoc modo.

℞. Chalybis optime preparati ℥ij. cinamomi ℥℥. specierum Electuarii tria sânt, & de gemmis an ℥j. pulu. diastamni ℥℥. cum sacchari in aqua melisse soluti ℥iiij. aut v. fiunt tabella pondere ℥iiij. aut ℥℥. qua dentur mane ieiuno stomacho. Solet tabellis cardiacis maior sacchari quantitas adhiberi, sed tunc illarum virtus est inefficacior.

PARS ALTERA PVLVERVM OFFICINÆ NECESSARIORVM.

PRIORE Sectionis huius parte selectissimos pulueres cardiacos dedimus, eosque solum omisimus, qui vel iisdem val-

Recta & optima preparatio.

Viror.

Diastromma.

Tabella ad fædos colores.

de sunt affines aut prorsus similes, vel quorum descriptio nulla ratione fulcitur, & usus non probatur aut damnatur. Hac vero secunda parte de his agere consilium est, qui, quod frigidiores sint & dulciores, non quidem ut superiores, aromatici, sed bechici, aut thoracici solent vocari: Conueniunt enim tussi, pulmonum & totius thoracis affectibus.

C A P. XVII.

Puluis Diatreos simplex.

℞. Ireos florentina ʒʒ.
sacchari candi,
puluer. diatragacanthi frigid. an. ʒ ij.
Fiat omnium puluis confuse miscendus & seruandus.

COMMENTARIUS.

Author huius pulueris incertissimus est, vltatissimus tamen vsus. Solet autem conuenientissime excipi saccharo, albumine oui in aqua tussilaginis, aut rosari, vel scabiosa, aut alius similis clarificato, vt decet, cocto, & ad tabellarum seu lozengiarum, vt vocant, formam concinnato. Libra vero sacchari pro quaque vncia pulueris ponenda est: Aliquando tamen vnciae duae sacchari singulis pulueris dragmis ponuntur: Sicque paratum Electuarium gratius quidem est, sed inefficacius, vt contra dum pro singulis pulueris dragmis sacchari tantum vnciam recipit.

Modus parandi ita facilis est, vt etiam ipsi tyronesbus satis innotescat, nec opus est pluribus describere.

Vires.

Diatris plurimum valet ad faucium destillationem, ad humorum crassorum attenuationem, coctionem, & expectorationem.

Est alia compositio Diatreos Solomonis nomine insignita, quae quod paratu sit difficilior, insuauior, nec efficacior, rarissime paratur.

C A P. XVIII.

Puluis Diatragacanthi frigidi D. N.

Myrepsi.

℞. Penidiorum ʒ ij.

gummi tragacanthi ʒ ij.

gummi Arabici ʒ x.

amylī ʒ ss.

sem. papauer albi ʒ ij.

quatuor sem. frig. maior. mund.

glycyrrhiza ras. an ʒ ij.

caphura ʒ ss.

Fiat omnium puluis.

COMMENTARIUS.

Puluis hic à tragacantho nomen & basim habet, quod ceteris præpollat in compositione. Multa autem recipit bechica, lenta, refrigerantia & lenientia, quibus N. Myrepsi primus illius author, semen vrtice attenuandis & expurgandis humoribus crassis valde accommodatum adiecit, quia tamen compositionem, & colore, & sapore multum efficit ingrati, à recentioribus recte omittitur, hanc ipsam alia multa reddunt satis commendabilem.

Seruatur sub forma vel pulueris reliquorum more, vel Electuarii tabulati, addita ad singulas pulueris vncias sacchari libra.

Omnibus pulmonum & thoracis affectibus calidis confert, maxime tabe confectis ac macilentis, pleuritidi, linguæ & faucium asperitati, tussi, & spuito coquendo & expectorando. Vires.

C A P. XIX.

Puluis Diapenidii sine speciebus, D. N.

Myrep.

℞. Penidiorum ʒ ij.

nucleorum pineorum,

amygdal. dulc. mund.

sem. papauer. alb. an. ʒ ij.

succi glycyrrhiza,

gummi tragacanthi,

gum. Arabici,

sem. iij. frigida maior. mund.

amylī an ʒ j. ss.

caphura gr. viij.

Fiat omnium puluis.

COMMENTARIUS.

Diapenidion vel paratur sine speciebus.

dior sine speciebus. bus, vt formula descripta, vel cum speciebus additis cinnamomo, caryophyllis & zinzibere, quo modo describitur à Myrepsō primo eius auctore. Sicque paratum *Diapenidion cum speciebus* nominatur. Aequali vero pondere dicte species, amygdala, semen papaueris, & glycyrrhizæ succus ponuntur.

Electuariū de speciebus diapenidii. Seruatur vel forma pulueris, vel Electuarii solidi, quod auctoris decreto sic conficietur. In aqua libra, violarum vnciæ tres macerandæ & coquendæ, donec violaceum aqua colorem nanciscatur; In colatura coquenda sacchari libra vna ad cōsistentiam Electuarii solidi, cui adhuc ealenti, penidia & reliqua simplicia læuigata, ita permiscenda & subigenda, vt formam solidam ac idoneam acquirant, ex qua tessera, seu tabellæ quadratæ, vel rhomboides concinnentur, & vsui reponantur. Sic omnes vno fere consensu *Diapenidion* cōficiunt, pauci tamen in simplicium proportione conueniunt: Singuli enim singulorum pondus immutant, vsitatissima tamen hæc est formula quam exhibemus.

Diapenidii cum sine speciebus vires. Valet tussiculosis, pleuriticis, peripneumoniacis, asperitati faucium, & asperæ arteriæ, raucedini, & vitiis pulmonum multis. Si cum speciebus paratur, præter enumeratos effectus, incidit, attenuat, & humores lentos, crassos, frigidos coquit, & ad expectorationem apparat.

C A P. XX.

Confectio de Rebecha.

℞. Puluer. Diareos.
diatragacanth. frigid. an. ℥ij.
pul liquiritiæ ℥ ss.
sacchari candi ℥iij.
sacchari albiss. ℔ j. ss.
Cum gummi tragacantho in aqua rosarum soluto fiat pasta, ex qua formantur bacilli, qui reponendi.

COMMENTARIVS.

Hæc licet confectio sit auctoris incerti, vsitatissima tamen est, sapore gratissima, & effectū commendatissima. Pulue-

res, quibus constat, seorsim quidem seruantur, sed vbi miscentur simul, vel *traga-cantho aqua rosarum*, vel alia conueniente soluto, vel *saccharo* humore quodam idoneo liquato & cocto coguntur in massam, ex qua vel tessera, vel pastilli, vel bacilli formantur. Inter autem pulueres bechicos annumerauimus, quod ex iisdem constet, & ad eadem vsurpetur. Quidam putant, hanc Confectionem dici *Rebechā*, quasi *bechicam*; Est enim Bechicum insignne, quod cum olim imperarent Medici, sicque præscriberent: ℞. *bechi*: Ignari cōiunctim dixerunt *Rebechi*, dein *Rebecha*, vnde Confectionis huius nomen.

Vnde habeat nomen.

Optime medetur tussientibus, asthmaticis, Empyicis, pleuriticis, linguæ & faucium asperitati, raucedini, & difficulter spirantibus.

Vires.

C A P. XXI.

De Penidiis.

INTER Bechica & Atteriaca multum commendantur *Penidia*, quæ medicamentum sunt ex paucioribus compositum. Constat enim tantum *saccharo*, & *aqua hordei* ea proportione & arte coctis, vt massa quædam exurgat admodum solida, & ita tractabilis, vt digitis nō adhæreat, & facile in fila ducatur tenuiora, crassiora, breuiora, aut longiora: Quod vt probefiat, adhuc calens massa vno ferreo trabeculæ affixo adducitur, reducitur, trahiturque denuo, quousque dealbetur, & ex filis dictis variæ figuræ ducantur.

Bulcasis eius compositionis auctor ex aqua pura, saccharo & melle parabat, cum tantillo olei amygdalarum amararum cōmisto. Nunc vero aqua hordei sumitur, mel relinquitur, & marmor tantum, super quod medicamentum adhuc calens proiecitur, & manus, quæ id ipsum contrectant ac subigunt, oleo liniuntur, vt minus adhærescat.

Ab albedine, quam medicamentum hoc inter subigendum, & ducendum, acquirit, *Alphenitum* in Officinis nominatur.

Plurimum cōfert tussi, raucedini, arteriæ asporitati, spūto mouendo, coquendo, excludendo, & omnibus affectibus pulmonum & thoracis.



SECTIO II. DE ANTIDOTIS HVMIDIS.

EX pulueribus descriptis, vel aliis cardiaca & venenis resistentibus, aliquo liquore idoneo dilutis Confectiones quadam sunt molles, qua nunc Antidota humida, nunc Opiata, nunc Confectiones cardiales vocantur. Earum vero alia cardiaca sunt tantum, qua spiritus & partes vitales recreant, alia alliotica & hypnotica, qua simul alterant, & somnum conciliant. Alia vere thuricales, qua dictos quidem effectus præstant, & virus, si quod sit, oppugnant & expugnant. A veris autem cordialibus auspicari docuimus, cuiusmodi est.

Confectio Alkermes. D.M.

C A P. I.

℞. Succipomorum fragrantium,
aqua rosar. odoratis. an. ℥. j. ℥.

Infunde per diem integrum
serici crudi ℥. j.

In expressione forti adde
succigranorum kermes ℥. j.
sacchari ℥. ij.

Coque ad consistētiam mellis, aut paulo minus: Mixturæ ab igne sepositæ, & adhuc calenti addito

ambra cruda minutim incisa ʒ. ij.

quibus optime liquatis iniicito.

puluerum cinnamomi,

ligni aloes an. ʒ. vj.

lapidis lazuli, vsti & loti,

margaritarum pellucidarum
an. ʒ. ij.

foliorum auri ʒ. j.

moschi ʒ. j.

Fiat Electuarium molle, vase vitreo obturato seruandum.

COMMENTARIVS.

Pharmacopolarum maior numerus sericum, succo granorum inferiorum, seu Kermes recens cinctum in aqua rosacea pomorum infundunt: Mauult tamen Ioubertus, in cuius sententiam descendendo, crudum sericum in dictis liquoribus ante infundere: Dein expressioni factæ succum Kermes adiacere. Sic enim minor fit iactura, & facilius setæ virtus, si quæ sit, seorsim, ac ante tincturam, per infusionem elicitur. Et licet Mesue primus eius author aliter statuerit, ab eo tamen, vt alio quouis authore discedere fas est, dum nihil peccatur, aut susceptæ rei executio melius, vtiliusque perficitur. Magis igitur his assentior, qui sericum crudum, nec infectum in aqua rosarum, & succo pomorum macerant, & expressioni postea Kermes succum adiaciunt.

Prudenter vero in Antidotario Romano vnciaz tantum quatuor setæ macerantur, cum & ipsa nullo compositionis dispendio possit omitti. Vt enim refractarii, sic nimium creduli nomen odii; nec quicquid dicitur aut scribitur, menti præcipitanter adhuc inhæsit: Nam vt libere fatear; sericum cum sit excrementum sordidi cuiusdam insecti, vix eo adduci possum, vt credam, tot ipsum poltere dotibus, quot illi antiquior æta tribuit. Scio quidem nec lutum viribus destitutum; nec cymices & animalium pilos, vngues, stercora à pharmacopoliis ableganda, sed quibus cardiaca virtus iners est, acris & molesta qualitas efficacissima sæpe. Sed de Serico postea fusius & aptius suo loco. Redeo nunc ad nostram Confectionem, in qua lapis Lazuli ponitur, sed non eo modo, quo in pilulis, quæ ab ipso nomen habent. Illic enim crudus ponitur, vt remaneat purgatoria

*Sericum nō
tot poltere
virtutibus,
quot illi ad-
scribuntur.*

gatoria facultas; Hic vltus, vt ipsa pereat: in vitroque pulueratus, pluriesque lotus, vt vomitoria vanescat, remaneat cardiaca ac roborans.

Lapidis lazuli preparatio. Vritur autem in Crucibulo, seu olla parua fictili, dein teritur, & multoties in aqua primum communi, dein cardiaca, vt rosacea, vel alia conuenienti abluitur, torrefque siccat, atque rursus ablutio iteratur, donec aqua limpida post lotionem remaneat.

Pretiosa quidem est hæc compositio, sed non ita operosa, vt pharmacopœa Augustana testatur, illiusque vt reliquarum, idem est, aut parum dissimilis parandi modus. Solumque dissentiunt nonnulli in *serici* tinctura, vt dictum est, & in *moschi* pondere, quod quidam augment, alii minuunt. Si desit *lignum aloes*, *santalum citrinum* substituendum.

Confectio- nis alker- mes virtus. Ad multa autem efficacissima est. Medetur enim cordis palpitationi, animi deliquio, delirio & mœrori sine causa manifesta, multumque prodest languidis, morbo longo defessis, & ab eo reuale- scentibus.

C A P. II.

Confectio de Hyacintho.

℞. Hyacinthorum,
corallii rubri,
terra lemnia,
boli Armon. an. ʒʒ.
granorum kermes,
rad. tormentilla,
dictamni,
sem. citri mund.
croci,
myrrha,
rosar. rub.
santal. omnium,
ossis de corde corui,
cornu cerui vsti,
rasura eboris,
sem. acetosa,
portulaca an. ʒʒ.
sapphirorum,

*smaragdorum,
lapid. Topasii,
margaritarum,
serici crudi,
bacteolarum auri &
argenti an. ʒ ij.
caphura,
moschi,
ambra grisea an. gr. v.
cum syrupo limonum fiat confectio.*

COMMENTARIVS.

Posterior ætas Confectionem hanc adinuenit, quam clarissimi Scholæ Mompe- liensis Medici, à quibus primum videtur vsurpata & celebrata, frequentissimo habent in vsu. Ei autem solum nominete- nus conuenit, quæ *sect. 1. luminaris ma- ioris*, de *hyacintho* vocatur, sub autho- ritate principis Auicennæ, cum ambæ nul- la alia in re inter se conueniant. Quisquis vero fuerit huius author primus, opti- ma medicamenta selegit, & optima metho- do ac compositionis ratione simul conges- sit in vnum: Proinde nihil immu- tandum censui, nisi forsitan *ebur*, quod ego malim crudum, quam vltum, & *sericum*, quod libenter detraherem, aut tinctum *succo Kermes* ponerem.

Sunt, qui pondus quorundam maius re- quirunt, quibus per me liceat, parum vel augere, vel minuere, cum mixturæ virtus nihilo sit inefficacior: Quod enim parum differt, non differre videtur.

Plurimum valet ad affectus cordis & *Vires* partium nobilium: Syncopem sanet, cor exhilarat, palmum emendat, oris halitum commendat, melancholiam, & ei con- natam tristitiam sine causa manifesta tollit, morbis contagiosis & venenatis medetur, atque eosdem effectus, quos *coeci baphica* Confectio, præstat.

C A P. III.

Rosata nouella D.N. Myr.

℞. Rosarum,
sacchari,

glycyrrhizæ an. ʒ ix.
 cinnamomi ʒij.
 caryophyllorum,
 spica indica,
 zinziberis,
 galanga,
 nucus moschata,
 zedoaria,
 styracis calamit.
 cardamomi,
 apii an. ʒj.

Fiat omnium puluis, cui addatur mellis
 despumati quantum sufficit, ad O-
 piatæ, seu Electuarii consistentiam.

COMMENTARIVS.

Paraphra-
 sis.

Hæc confectio rosas admittit pro basi
 & nomenclatura, & aromata multa, tum
 ad crassos & frigidos humores tenuandos
 & concoquendos, cum ad spiritus recrean-
 dos, & calorem roborandum. Bechica
 quoque nonnulla ad sputum monendum,
 & promouendum Seruatur aliquando sub
 forma pulueris, sed frequentius Electuarii
 mollis seu Opiatæ. Omisimus aliquot &
 scrupulos, & grana ponderibus maioribus
 vix probabiliratione addita, quæ si quis
 voluerit superaddere, nihil vt compositio-
 ni adferret detrimenti, sic nec vtilitatis.

Rosata no-
 uella vires.

Rosata nouella imbecillum ventricu-
 lum roborat, nauseam sedat, flatu discuti-
 tit, appetentiam excitat, coctionem iuuat,
 humores lentos incidit, colico dolori me-
 detur, vomitum compescit, stomachi &
 cordis imbecillitati succurrit, inquit My-
 repsus cap 214. sect. 1.

CAP. IV.

Confectio de Baccis Lauri.

ʒ. Fol. ruta siccorum ʒ. x.
 sagapeni ʒiiij.
 opoponacis ʒij.
 baccarum lauri,
 sem. ammeos,
 cumini,
 ligustici,
 nigella Romana,

dauci,
 carui,
 piperis longi,
 piper nigri,
 acori,
 amygdalar. amar.
 origani.
 mentastri,
 castorei ʒij.
 mellis despumati q. s. fiat Opiaca.

COMMENTARIVS.

In hac confectioe ponuntur bacca
 lauri, à quibus denominatur, folia ruta, o-
 rigani & mentastri ad basim constitua-
 dam: Semina calida multa & incidentia ad
 lentos humores attenuandos, frigidiores
 calefaciendos, & ad flatu dissipandos: gū-
 mi ad deterfionem & discussionem: mel ad
 puluerum exceptionem, cōseruationem,
 actionem compositionis efficaciorum &
 suauiorum.

Gummi nullo liquore soluenda, quod
 pauca sint, ac exigua quantitate præscri-
 pta, sed minutim incidenda, & cum reli-
 quis pulueranda: dein omnia melle despu-
 mato, & adhuc calente excipienda, atque
 in opiatæ spissitudinem cogenda.

Conuenit colico dolori ab humoribus Vires,
 crudis, & à flatibus orto, tympaniti, bor-
 borygmo, acidum ructantibus, & frigidis
 naturis.

CAP. V.

Antidotus Diasatyriæ.

ʒ. Radicum Satyrii recentium & suc-
 culentorum ʒij.
 radic. pastinacæ satina,
 eryngii,
 nucis Indicæ an. ʒj.
 pinearum,
 pistachiorum an. ʒj. s.
 caryophyllorum,
 zinziberis,
 anisi,
 seminis eruca,
 lingua auis. i seminis fraxini an. ʒ. v.
 cinna-

cinnamomi,
lumborum Scincorum,
femini bulbi, aut urticae an. ʒ ij. ʒ.
moschi gr. vj.
mellis in decocto radicumprescriptar.
despum. lb. iij.
Fiat ex arte conditura, Opiata con-
sistentia.

COMMENTARIVS.

Multæ *Diasatyrii* traduntur descri-
 ptiones, quarum hæc vt præstantissima,
 sic vtitatissima est, & ad effectus, quos
 pollicetur, vtilissima. Cum autem *Saty-*
rii multa sint genera, *Monorchis*, seu
 quod vnicum habet testiculum, debet
 seligi, atque primo Vere, dum multo lue-
 coturget.

Siferis, quam *Eryngii* potius radicem
 nonnulli ponunt, sed parum refert, an
 hæc, vel illa ponatur, cum affines habeant
 vires, quas lane non tanti facio, quanti
 præstantium vulgus: Rustici enim die-
 bus fere singulis viramque esitant, etiam
 ad saturitatem, nec propterea salaciores
 fiunt. *Eruca* pluris ducitur, quæ etiam
 valde pigros ad Venerem excitat maritos.
 Scinci tamen omnium potentissime æ-
 strum Veneris accendunt, sed lumborum
 carnem caudæ præterierim. De bulbi ve-
 ro semine dubitatio est, cum nondum
 quispiam Medicus explicitè docuerit,
 cuiusnam bulbi semen inter tot ipsius va-
 rietates sumendum sit. Proinde semen *ur-*
tice, quod proposito apprimè congruit, in
 illius locum substituo.

Paratur vero sic: Coquantur primum
 radices in aqua sufficiente, donec tabe-
 scant, deinde pistentur, & per seraceum
 transmittantur: Tum melli despumato
 ac cocto permisceantur, atque denno
 parum feruefiant igne lentissimo, ad a-
 que humiditatis absorptionem: Post-
 ea addantur *strobili* & *pistachia* primum
 minutim incisa, dein vt cætera lauiga-
 ta, ita tamen, vt *moschus* scorium teratur,
 & ultimo vel confule cum *cinnamomo* mi-

sceatur. Vetus descriptio inique pondus
 æquum radicis *passinacæ* & *Satyrii* ha-
 bet: Illa enim cum sit insuauior, & scopo
 minus apta, minore quoque copia su-
 menda.

Diasatyrii semen auget, Venerem *Diasatyrii*
 stimulat, veretritentiginem excitat, ac li-
 bidinis motus sopitos & languidiores mo-
 uet: Contra vesicæ & renam imbecillita-
 tem valet, & vires reficit.

CAP. VI.

Antidotus Analeptica D. Fernel.

ʒ *Rosarum,*
glycyrrhiza, an. ʒ ij. gr. v.
gummi Arabici,
tragacanthi an. ʒ ij. ʒ. ʒ ij.
santali albi,
santali rub. an. ʒ iij.
succiglycyrrhiza,
amyli,
sem. paueris albi,
portulacæ,
lactucæ,
scariola an. ʒ iij.
quatuor seminum frigid. maior.
sem. citoziorum,
malua
bombacis
violarum,
pistaciorum,
strobilorum,
Amygdalarum dulcium,
pulpa sebesten,
storacis calamita,
caryophyllorum,
cinnamomi,
scobiseboris an. ʒ ij.
croci gr. v.
penidiorum ʒ h.
Trita, vt decet, omnia excipiantur
triplo Syrupi violati.

COMMENTARIVS.

Antidotus hæc *analeptica*, seu Ele-
 ctuarium restauratiuum, vt vocat Nic.
 Praepositus, à Fernelio celebratur, in eius-

PPP que

Vires scin-
 corum.

que descriptione nihil immutandum censuit. præter simplicium ordinem, & berberis grana, quorum loco pistacea reposuit. Omisit tamen styracem calamitam, viribus commendatissimum & huic confectioni vtilissimum; Cuius parandi modus facilior est, quam ut pluribus in eo declarando sit opus.

Vires.

Antidotus analeptica vires exolutas restaurat, inquit Fernellius, animi deliquium & syncopem impedit, optimum corporis habitum longo sanguinis fluxu, aut alia quavis immoderata vacuatione extenuatum refarcit, macilentis & consumptis succurrit; humectando nempe, nutriendo & corroborando.

C A P. VII.

Antidotum Asyncritum D. Actuarius.

℞. Myrrha ʒij. & ʒij.
 opii ʒvi.
 piperis nigri,
 sem. petroselini an. ʒvi.
 apis,
 sinapeos an. ʒʒ.
 iunci odorati ʒij.
 amomi,
 styracis calamit. an. ʒij.
 hedychroi magmatis ʒij. & ʒij.
 cassia lignea, seu canella,
 piperis albi,
 seseleos an. ʒij. & ʒij.
 mellis despumati q. s. fiat opiata.

COMMENTARIUS.

Vocatur hoc Antidotum ab Actuario cap. 6. lib. 5. method. med. Asyncritum, hoc est, incomparabile, quod virium præstantia nulli cedat; aut postponendum veniat. Ut ex mente authoris rite paretur, Opium in sapa dulci macerandum, donec mellis consistentiam habuerit: Styrax melle diducendus: dein reliqua arida pulverata commiscenda. Pro cassia Ægyptica, quam ponit author, cassiam ligneam seu canellam vulgarem optima ratione, & Doctorum consensu posuimus, non

fistulam ac purgatoriam, quam passim Actuarius nigram appellat, nulla in re Antidoto præscripto conuenientem & accommodatam.

Hoc Antidotum veteres capitis dolores sedat, inquit Actuarius, vertiginosos & comitiales affectus mitigat, peruigilias sopit, & furorem ac desipientiam cōstrin- git, magnum oculorum dolorem mulcet, defluxioni, dentium dolori, difficultati respirationis, & omni causæ suspirii auxiliatur; Veterem tussim sedat, pulmonis laterisque inflammationi, & sicæ & humidæ medetur, omnem pulmonis humiditatem exhaurit, sputa tenuia densat, excretuque faciliora reddit.

Stomacho præsentis est auxilio, huius siquidem humidam laxitatem astringit, cibi fastidia leuat, singultum tollit, non retentos cibos ob vomitionum impetus sistit, omnem stomachi & ventris inflationem & ructus soluit, ictero prodest, melancholiæ morbo conuenit, & eius tristitia ærumnosaque symptomata leuat, lienis grauitatem submouet, faciei colorem reddit, obstructions tollit, vrinam mouet, arenulas deturbat, vteri calamitibus & colico dolori medetur atque aliis pluribus affectionibus, si modo verum sit, quod clarissimus vir Actuarius, literis de hac Opiata, mandauit.

C A P. VIII.

Philonium magnum, seu Romanum.

℞. Piperis albi,
 cassia lignea,
 cinnamomi an. ʒij.
 croci,
 euphorbii,
 pyrethri an. ʒʒ.
 zedoaria,
 spica nardi an. ʒij.
 sem. hyoscyami ʒʒ.
 opii ʒij. ʒ.
 castorii,
 myrrha an. ʒij. ʒ.
 sem. apis.

Antidos.
Asyncritum
mira vires.

f. c.

faeniculi,
dauci,
petroselinian. ʒj.
mellis optimi despumati quantum
suffic. fiat Opiata.

COMMENTARIUS.

Nil tam anceps ac varium in medicamentorum familia atque Philonii Philosophi Antidotum, cui simile accidit atque vino, quod è vase in vas transfusum, non parum prioris conditionis iacturam facit. Quotquot enim exiterunt pharmaceuticæ artis auctores, nomen quidem Philonii retinuerunt, sed nihil fere prætereant. Vnus Gal. cap. 4. lib. 9. compos. Medic. loc. probavit quidem, sed alia multo celebriora & præstantiora, ut ipse loquitur, subscripsit. Myrepsius quatuor eiusdem nominis antidota dedit, quorum alia opium admittunt, alia duntaxat; Decæteris vix inter se similia, & parum Philonii Tarsensis medicamento conuenientia. Nicolaus Præpositus pauca quædam ex priorè descriptione detraxit, alia multa adiecit, & simplicium ordinem, & pondus immutauit. Nonnulli costum, alii castorium, quidam semen papaueris addiderunt. Nos vero Præpositi descriptionem magis probamus, sed pro Costo, Castorium, opii verum castigatorium ponimus, simplicium ordinem aliter disponimus, & piperis, euphorbiæ & pyrethri quantitatem minuiimus. Sic enim tutius & feliciter dari poterit, absque inflammationis metu. Nonnullos enim aliquando vidimus, conuerti de ingenti ardore ad imum ventrem, & intestinum rectum, ex iniecto clystere, in cuius sesquidrachma tantum Philonii vulgaris fuerat dissoluta. Quod minime mirum videtur, cum xvij. constet simplicibus, calidis omnibus, præter Opium, quod à multis calidum perhibetur, & hyoscyamum: proinde vix potest deglutiri, quin fauces ardore & acrimonia plurimum afficiantur & ledan-

tur. Sic vero à nobis emendatum tuto per os sumi potest, absque ventriculi, œsophagi & faucium oblatione. Vocatur Romanum, quod multum fuerit Romæ celebratum.

Datur pleuriticis, Colicis, vnde & An-
sidotus Colicis à nonnullis dicta, & in omni dolore interno; Somnum conciliat, sanguinem ab internis fluentem sistit, nauſeabundis mirifice prodest; dolores ventris, lienis, hepatis & renum, ab intemperie frigida, flatibus & crudis humoribus obortos ledat, & singultum tollit.

Per os autem datus quantitate exigua, ut ciceris magnitudine, aut paulo maiore, proſumentis ætate & viribus atque præſcopis variis varie dissoluitur, aliquando in Oxymelice, aliquando in plantarum decocto, nonnunquam in vino. Actuarius dabat stomachicis cum hypocistidis succo & vino panco.

Sæpius vero per anum iniicitur in aluum, dilutum in decoctione enematum, quæ ad sæuissimos colici doloris cruciatur sopiendos ac pacandos præscribuntur, quibus peculiari virtute mirum in modum confert.

CAP. IX.

Opiata Salomonis D. Iouberii.

ʒ. Cortic. citri conditi lb. ʒ.
conserua rosarum veteris,
acetosa an ʒj. ʒ.
helenii.
bugloss.
mithridatii an ʒvj.
conserua anthos ʒ ʒ.
sem. contra vermes,
sem. citri mund. an. ʒij.
cinnamomi ʒij.
caryophyllorum ʒj.
radic. dictamni albi,
cardui benedicti,
cortic. citri sicci an. ʒi. ʒ. gr. xv.
ligni aloes optimi ʒj.
cardamomi.

macis an. ʒ ij. & gr. xv.
 radic. gentiana ʒ ʒ.
 essa è corde ceruorum n iiii.
 grana iuniperi in aceto scillitico per
 noctem infusa n. xxv.
 sacchari solidi lb. ʒ.
 Syrupi acetositis citri quantum est
 satis fiat Opiata.

COMMENTARIVS.

Hanc Opiatam sub nomine cuiusdam Salomonis, nullius in Medicina notæ describit & ad multa commendat Iouertus. Illius tamen authorem ἀδίο ποτος, seu incertum dicit. Cum illa velut per manus à mulierculis tradita ad eum peruenerit, sed non parum deprauata, vt solet in his fieri, quæ calamo non typis exarantur. Potius ergo Iouertum, quam mulierculas aut Salomonem, nescio quem, authorem voco, qui eam castigari & ad meliorem formam reduxerit. Si quis tamen voluerit ad ostentatiorem, & maius opiatae encomium, magni illius regis, qui Dei populo imperauit, nomine designare, non refragabor, cum & alia nomina sæpe fictitia, & vix ratione probabili inuenta medicamentis pluribus imponantur. Paradi modus facilis est. Xyloaloes penuria santalum citrinum sumi poterit, & pro radicibus cardui & diſtamni, huius folia & illius semina. Reliqua, nec rara, nec inuenta difficilia.

Opiata. Salomon. vires.

Morbis medetur pestilentibus & contagiosis, partes, quæ principatum tenent, roborat, putredinem arcet, vermes enecat, vomiturientibus confert, & quauis ex causa languidis, & imbecillis auxiliatur.

C A P. X.

Electuarium de Ovo.

℞. Croci ʒ j. ʒ. aur. ʒ ij.
 Includantur cum vitello in oui putamine altera tantum parte, per quam educum est albumen, aperto, & postea alio putamine aut pasta occluso: Deinde assentur in clibano.

Ablata è testa materia tenuissime pulueretur: cui adde

Diſtamni,
 Tormentilla an. ʒ ij.
 cornu cerui.
 nucus vomica an. ʒ j.
 angelica.
 zedoaria,
 granorum iuniperi,
 helenii an. ʒ ij. ʒ.
 cinnamomi,
 macis an. ʒ j. ʒ.
 caphura ʒ j.
 theriaca ʒ ij.

Misce omnia, contunde fortiter, & adde syrupi limonium, quod satis erit, fiat Electuarium.

COMMENTARIVS.

Non minus est incerta huius Electuarii descriptio, quam authoris primi nomen: Nullibi enim satis constat de utroque. Nec adeo rudis est Seplassarius, qui non gloriatur, optimam illius descriptionem tenere. Multas quidem vidi, nusquam tamen duas confimiles. Omnium maxime probanda, quæ à Medicis Augustanis euulgatur: Nonnulla tamen vix toleranda. Nam cum ingredientia, vt loquitur vulgus, pauca sint, & pauca quantitate præscripta, illis tamen caphura vicia dimidia commiscetur, & sinapi ad podus croci & vitelli oui, simul vitorum ponitur. Neutrum autem ea proportionem tolerandum, cum hoc calidissimum sit, & neutiquam cardiacum: illa cardiaca quidem, sed odoris grauis, nec nisi parua quantitate suaui. Præterea, iubent illi clarissimi viri pulueres, & theriacam simul permisceri sine intermedio melle, aut syrupo: sicque non opiata, sed pasta quauis catapotiorum massa solidiorem. Ex ea autem sinapi vt noxium, & pimpinellam vt inutilem detraimus, helenium, macis & cinnamomum, vt cardiaca & bezoardica adiecimus, caphuræ & osim legitimam posuimus.

Mithridatium Damocratis ex Galeno.

℥. Myrrha optima,
 croci,
 agarici,
 zinziberis,
 cinnamomi,
 spica nardi Ind.
 thuris masculi,
 sem. zithlaspeos an. ʒ x.
 seseleos Massiliens.
 opobalsami, vel olei nunc moschar.
 schœnanthi,
 stœchad. Arabica,
 costi candidi,
 galbani,
 terebinthina,
 piperis longi,
 castorii,
 succi hypocistidi,
 styracis calamita,
 opoponacis,
 folii an. ʒ j.
 castia lignea,
 polii montani,
 piperis albi,
 scordii,
 sem. dauci Cret.
 carpobalsami, aut
 eius loco cubebarum,
 trochiscorum Cypheos,
 bdellii an. ʒ viij.
 nardi Celtica,
 sem. petroselini Maced.
 gummi Arabici,
 Opii,
 cardamomi minoris,
 sem. fœniculi,
 radices gentiana,
 rosarum,
 dictamni Cret. an. ʒ v.
 anisi,
 aristolochia rotunda,
 acori,
 ieros Florentina,
 ꝑhu.

mus, *theriaca* quantitatem idoneam, & syr-
 rupum omnibus excipiendis, & subigen-
 dis aptissimum docuimus. Debet vero
 sumi gallinæ ouum recens, magnitu-
 dinis mediocris, per cuius apicem alte-
 rum perforatum educatur albumen, in-
 tus remanente vitello. Quod vacuum
 erit, croca orientali non puluerisato im-
 pleatur, dein superposito alio putamine,
 aut pasta, ut fere fit, occludatur, ne quid
 transpiret: tum vel in furno vel in fornace
 igne lento assetur ad testæ nigredinem,
 ut quæ intus conclusa sunt, abiectis puta-
 minibus, facile queant puluerari.

Nonnulli *nucem vomica* reformi-
 dant & improbant, quod felibus & cani-
 bus deleteria sit, ac præsens venenum, ho-
 minibus ventriculum subuertat. Sed huic
 dubitationi multoties satisfecimus, nam
 brutorum natura longe distat ab hominis
 conditione, cui sæpe venenum est, quod
 illis pabulum familiare, & contra: Cotur-
 nices vescuntur *Elleboro*, & *Sturni cicuta*,
 à quibus homo enecatur: *aloe* & *amygdala*
amara enecant vulpes, homo illis vitur
 ad salutem. Præterea *nux vomica*, cum
 vim habeat alexiteriam, & vomitum pro-
 nitantem, magis confert, nam morbis
 contagiosis vomitus mirifice prodest, ma-
 xime vero his, quibus prima regio corpo-
 ris prauis humoribus scateret; Sic enim par-
 tibus præcipuis maligna colluue libera-
 tis, facultates sunt vegetiores, & ad vi-
 rus oppugnandum alacriores.

Rarus autem hucusque fuit in Gallia
 huius Electuarii vsus; sed posthac frequen-
 tiorem spero, si nostræ emendationis ra-
 tio agnoscat, & iuxta descriptionem à
 nobis traditam conficiatur, quæ sic effica-
 cissimas vires habet, & ad pestis curatio-
 nem commendatissimas. Est enim quæ-
 dam velut parua *Theriac*, quam recentio-
 rum inuenit sedulitas.

Vires.

Electuarium de ovo plurimum lauda-
 tur ad præcautionem & curationem pe-
 stis, & morborum pestilentium. Datur vel
 per se, vel cum aliqua conserua, aut aqua
 vel decocto cordiali.

*Sagapeni an. ʒ iij.
men Athamantici,
acacia,*

*sem. Hyperici,
ventris scinci an. ʒ ij ʒ.*

*Vini maluatici, vel alterius generosi
ʒb. j. ʒ. vel. q. s. gummis, liquoribus
& succis diluendis. mellis optimi
despumati triplum seu ʒb. ix. & ʒ.
viij. fiat Opiata in vase idoneo repo-
nenda.*

COMMENTARIUS.

Solemnis hæc Antidotus à Mithridate rege Ponti & Bithyniæ, eius iuventore cognominatur: hic enim simul & generosissimus erat monarcha & doctissimus, qui duarum & viginti nationum idiomata varia intelligeret & exprimeret, & medicamentariæ materiæ cognitionem haberet, ex qua nobilissimam confecit Antidotum aduersus venena, à quibus maxime sibi metuebat. Eius autem longo vsu, ab omni virulenta & deleteria qualitate vixit immunis: Nam superatus à Pompeio, & veritus, ne ab eo viuis Romanam duceretur in triumphum, venenum sumpsit, à quo, cum ne quidem minimum molestiæ sensum sensisset, ac vitæ pertæsus diuturnioris, quendam vocauit militem nomine Bituitum, rogauitque, vt ipsum interficeret. Atque cum id ægre & segniter peragere tentaret, eius trepidantem manum in suam eadem adiuuit sicque seipsum traiecit dicitur, teste Apiano: Porro inter illius thesauros & spolia, scrinium erat commentationum medicarum, quas ipse rex, arcanorum curiosissimus, accurate seruabat. Eas autem Pompeius Romanam detulit, deditque Medicis Romanis, vt Damocrati & Andromæho, qui singula remedia probarunt, maxime vero Mithridatium, quod versib. Latinis reddidit Damocrates, ne immutaretur, ab eoque nunc cognomen habet, vocaturque Mithridatium Damocratis, licet eius non fuerit author, sed transcriptor

*Mithrida-
tium An-*

aut celebrator. Aliud non multum dissimile sub nomine Andromachi à Gal. *Andromachi quale.* cap. 1. lib. 2. de Antidor. traditur, sed minus eleganti ordine dispositum, & non nihil deprauatum. Incertam namque dosim habet *folii gentiana, men & cardamomi*: atque bis repetit *nardum* sub duabus appellationibus, quæ idem significant. Præterea omittuntur alia quædam simplicia huic Antidoto conuenientissima, vt *carpobalsamum*, aur succedaneum eius idoneum, *dictamnus, piper album & longum, & bdellium*. Verisimile est, Andromachum ad nominis gloriam, priorum descriptionem immutasse, vel sibi vendicasse, vel similem inter Mithridatis secreta inuenisse, aut à Pompeio habuisse. Vt sit, potius celebratur, & paratur ea, quam exhibuit Damocrates.

Nec minus gloriæ cupidus fuit Nic. *Mithridatium Nic. Præpositi quale.* Præpositus, qui pseudomithridatium ex simplicibus farragine congestum, à Nic. Præpositi tamen Myrepsso mutuatum, descripsit cap. 412. quæ magna ex parte, & idiomate barbaro enuntiauit, confuse miscuit, & indebita proportione & ratione disposuit. In summa, multum difficultatis in præparatione, parum utilitatis in vsu Antidotus illa pollicetur. Proinde illis relinquenda, qui in Nicol. Præpositi verba iurarunt, illumque non raro cæcutientem, tanquam cæci perpetuo sequuntur.

Præcipua parandi difficultas ex peruestigatione, & electione simplicium pendet, quibus sæpe caremus, præsertim exoticis, raris & pretiosis, quorum loco plerumque succedanea cogimur subrogare, vt pro *opobalsamo, oleum caryophyllorum*, aut *nucis moschata*, pro *carpobalsamo cubebas aut semen lentisci*, pro vino salerao, aliud generosum, pro melle Attico, nostras. Ex Antidoto Romano *radicem ireos Florentina* addidimus, & pro *Aro*, quod nonnulli ponunt, alii omittunt, *aristolochiam rotundam* posui-

posuimus. Succis, lacrymæ, gummi præter Arabicum, & thus, quæ teri debent, in vino maceranda sunt: Interea radices terendæ, dein reliqua eo ordine, quem centies docuimus. Gummi inacerata parum feruescent, ut vinum absumatur. Tum hæc, & pulueres kreigati, & per incerniculum transmissi despumato melli commiscebuntur. Sicque fiet Opiata, in vase idoneo reponenda quotidie semel primo mense rudicula mouenda: secundo mense, bis in hebdomada: tertio semel: quarto ter tantum in mense: Sicque relinquenda, nisi sexto mense, quo denuo semel agitanda.

Mithridatium aduersus venena & morbos contagiosos tutissimum ac securissimum est præsidium. Aliæ sunt eiusdem pene innumeræ vires, quæ cum sint lippis & tonforibus notæ, in his recensendis non diutius immorabor.

CAP. XII.

Theriaca Androm. Iunioris, ex Gal. à quo *γαλῶν* dicitur.

℞. Trochisc. scillis. ʒ. xlviiiij.

trochiscor. de viperis,
magmatu hedychroi,
piperis longi,
opii an. ʒ. xxiiij.
rosarum siccarum,
iridis Illyrica,
succis glycyrrhizæ,
sem. buniados dulcis,
scordii,
opobalsami,
cinnamomi,
agarici an. ʒ. xij.
myrrha,
rosi odorati,
croci Corycii,
saffia lignea,
nardi Indica,
schœnanthi,
rhuris masculi,
agla ʒ. piperis albi,
piperis nigri,

foliorum dictamni,
marrubii virentis,
Rhabarbari, vel Rhei pontici,
stœchados,
semen petrosel. Maced.
calaminthes montana,
cerebintina Chia,
radic. pentaphyli,
zinziberis an. ʒ. vi.
polii Cretens.
chamepithyos,
styracis calamintina,
meu Athamantici,
nardi Celtica,
amomi,
phu pontici
sem. chamedryos Cretic.
foliorum malabathri,
chalcitidis vsta,
terra Lemnia,
radicu gentiana,
sem. anisi,
succis hypocistidis,
caryobalsami,
gummi Arabici,
seminum fœniculæ,
cardamomi Idæi,
seseleos, shlasti,
ammeos,
somarum hyperici,
acacia,
Sagapeni an. ʒ. iiij.
castorei,
radicis Aristoloc. tenuis,
sem. dauci Cretici,
bituminis Iudæici,
coma centaurii minoris,
opoponacis,
galbani optimi, an. ʒ. ij.
vini generosi, q. s. succis liquorib. &
gum. diluat. mellis Narbon. aut aliis
optimi triplum, seu lb. xiiij. s. vel q.
s. fiat Opiata ex arte in vase idoneo reponenda & seruetur ad futurum usus.

COMMENTARIUS.

Non inepte quidam Mithridatium medican

dicamentorum patrem, & Theriacam matrem appellant, quæ scilicet dignitate & efficacia reliquis medicamentis antecellat, & vires omnium complectantur: Vix enim affectio præter naturam datur aliqua, cui alterutrum, ut decet paratum, exhibitum non conferat.

*Mithridatē
& theriacam
& mithridatiū esse
authorem.*

*Andromachus quis
fuerit & illius
laus.*

Vtriusque non immerito perhibetur author Mithridates, quod materiā inuenerit & congefserit, ex qua conficiuntur ambo. Andromachus & Damocrates eandem solum in meliorem ordinem disposuerunt, & pauca quædam adiecerunt, sicque ut ex Adamo Eua, ex Mithridatio Theriaca habuit originem. Sic vero primum à Critone nominata est, à vipera, quam Græci *Encheas* vocat, cuius carnem ex arte præparatam, quā postea docebimus, Andromachus imperatoris Neronis archiatros Mithridatio addidit, ut eius virtutem, quæ ante hanc commixtionem ad ferarum & serpentum morsus venenatos erat iners & imbecilla, redderet efficacissimam, sicque ex Mithridatio Theriaca facta est, præsentissima venenis medicina, à qua medicamina, quæ virus quoddam extinguunt, seu venenis obsistunt, *theriaca*, seu *theriacalia* nominantur. Laudanda autem plurimum Andromachi sedulitas, qui hæc duo Antidota quasi informia exornarit, in optimā formam digesserit & celebrarit: Ad cuius imitationem posterior ætas multas eiusdem nominis compositiones seu *theriacas* descripsit, quibus officinæ pharmacopœorum quorundam non ornantur, sed onerantur ipsi.

Omnes autem Theriacæ à Rhafi, Aui-cenna, Mesue, Serapione, Paulo, Oribasio, Aetio, Myrepso & à posterioribus descriptæ, non modo inter se, sed antiquæ & veræ ab Andromacho traditæ sunt dissimiles, proinde raro parantur, & tanquam inutiles negliguntur.

Licet autem Theriaca Andromachi senioris minus perueriti potuerit, quod versibus conscripta sit, minus tamen celebratur ea, quæ ab Andromacho eius filio ora-

tionem soluta describitur, quam hic damus: parum tamen est inter vtramque discriminis, & fere nullius momenti.

Porro ad eius confectionem accedunt nonnulla, quæ semper & omnibus non suppetunt, quorum loco succedanea, si non genere, saltem qualitatibus primis, aut secundis consimilia ponuntur, ut cum herba pro herba, semen pro semine, metallū pro metallo subrogatur. Optimorum tamen substitutorū inopia fere usurpamus, quæ desiderata qualitate prædita sunt: Sic Galenus pro *amygdalis amaris*, *absynthium*: pro *Euphorbio* *Stercus columba*, pro *pipere zinziber* substituit. Nunc autem Parisienses Pharmacopœi nullis sumptibus parcunt, ad simplicitatē quæuis pretiosissima conquirenda; Atque ex eorum ordine multi, etiam qui vix secundas tenent, omnia aromatum, lapillorum pretiosorum, & simplicium rarissimorum genera in suis pharmacopoliis habent, nullumque simplex ipsius ignotum est, quod medicamentorum compositionem ingreditur.

Si quis tamen nulla arte, labore aut pretio, nonnulla Theriacæ efficiendæ necessaria, præsertim rariora assequi potuerit, ut accidit plerunque, pro *opobalsamo*, *oleum à caryophyllis*, vel *nuce moschata* expressum subrogabit: pro *Casio*, *zedoariam*, pro *schoenanto*, *calamum aromaticum*, pro *dictamno Cretico*, nostras, pro *Aromo*, *acorum*, pro *carpobalsamo*, *cubebas*, aut *semen lentisci*, pro *vino Falerno*, *muscatellinum*, aut aliud generosum. Nihil vero substituendum pro pastillis, qui iuxta modum sectione sequenti descriptū parantur. Defectu autem *aristolochiæ tenuis*, *longa sumenda*, *iridis Illyrica*, *Florentina*, *calceithidis*, *calcanthum* seu *vitriolum*: Illam tamen multi sentiunt omittendam, cum nihil faciat, inquit, ad Theriacæ virtutem, sed solum ad colorem nigrū illi impertiendum, qua tinctura suam qui non infecerit *Theriacam*, à multis irridetur. Alii contra, non præter rationem *calceithidem* admitti debere tenent, quod sua

fua stypticitate interanea roboret, & ficitate putredinem arceat, adde, quod parua quantitate permisceatur, atq; semiusta, vel eius loco, *calcanthum* perfecte vstum, vt acrimonia minoris sit particeps. Antiquitus vero aliter, quam nunc, parabatur, sed verus conficiendi modus is est, quem de Mithridatio parando dedimus.

Θηρίων
animalia omnia venenata signat.
ἔκτισ, ἐκιδνα
γυλάνη.
Theriaca
vires.

Vt autem *Θηρίων* de feris & venenatis animalibus dicitur, & peculiari significato de vipera, in cuius genere, mas *ἔκτισ*, femina *ἐκιδνα* vocatur, sic *Theriaca* Antidotus omnes complectitur; Quæ quod sumpta, vel admota morbis tranquillitatem adferat, à Galeno *γαλάνη* dicitur. Nam aduersus maxima mala securissimum & expertissimum est alexiterium. Non solum autem morbis venenatis feliciter medetur, sed aliis quoque communibus nam capitis dolores diuturnos, vertigines, graues auditus, hebetudines oculorum, comitiales & orthopnoicos cum multa data sanat. Stomachi vitia, difficile coctionem, & ventriculi imbecillitatem emendat. Ventriculi & intestinorum inflammationibus & doloribus medetur, nec non colicis & ileosis: Lumbricorum genus omne mixtice interficit: animi deliquio & virium imbecillitati succurrit. Cum *aquaraphani*, aut *parietaria* exhibita dederit calculos renum, & vesicæ, & difficilem mixtionem sanat. Vtiliter præbetur in febrium, maxime quartanarum rigoribus & incipientibus, & inclinantibus. Flatus dissipat, humores in ventriculo, & aliis visceribus putres absument, obstructionem tollit, colorem commendat, cordis palpitationi multum opitulatur. Mulieribus menstrua mouet, fœtus mortuos eiicit, hydrophobiam & canis rabidi morsum opportune data sanat.

CAP. XIII.

Opiata Neapolitana.

℞. Foliorum sennæ Orient. ʒj. ʒ.
hermodactylorum,
surpethi an. ʒ. vj.

scobis ligni sancti,
sarsaparilla,
sassafras, an. ʒ. ʒ.
mellis optimi in decocto radice Chyna
despumati & ad aquæ humiditatis
absorptionem cocti lb. j.
fiat opiata.

COMMENTARIUS.

Nullus est tam nouellus pharmacopœolus etiam in suburbiorum quodam angulo degens, qui vel ad gonorrhœam virulentam, vel venereum aliquod vlcus non gloriatur quoddam habere secretum remedium. De hoc autem affectu, eiusque medicatione Empirici omnium maxime mira promittunt, ad quos sæpe Parisiorum vulgus suo damno confugit. Hæc enim gens nouitatis semper auda, credulaque nimis, errores quosuis etiam capite damnatos, modo Medicos simulent, colit & amplectitur, & ab his intrepide deleteria quæque pharmaca sumit. Miserum hoc quidem est, quod nolentibus perire, imo sic volentibus tam liberum pateat ad necem iter. In tam nefarios homines, vos hortor, pharmacopœci dignissimi, bellum vt commoueat, indicatis, vtiliter inferatis, atque optima tantum, & à probatis auctoribus tradita remedia accipiatis.

In gratiam autem iuuenum, quos Venus momordit, hanc Opiatam damus, optima & ratione inuentam, & arte descriptam, & effectu probatissimam; data enim quando, & quibus conuenit, feliciter indicæ lui, quam Neapolitanum morbum appellant, medetur; vnde *Opiatam Neapolitanam* cognominare minime nefas putauimus. Aliam eiusdem nominis sæpe inter multorum Chirurgorum manus Lutetiæ vidimus, sed quæ male primum descripta, à singulis tyronibus quotidie immutatur & deprauatur. Alii enim tantum ponunt *guaiacum*, *sennam*, *mel* & *aquam vita*: alii *baccas lauri* adiiciunt: sunt, qui auferunt *guaiacum*,

Opiata cur
Neapolitana dicta,

cum, & sarsaparillam substituunt. Quidam hermodactylos probant; alii turpethum; alii utrumque; nonnulli neutrum. Nos iuxta formam descriptam lege & ratione stabilitam & probatam exhibemus. Adiciunt nonnulli aquam vitæ paucam, sed aquam cinnamomi libentius & vtilius præulerim. In calidioribus naturis neutram; in frigidioribus alterutram addere nihil vetat.

Vires.

Valer plurimum ad luis venereæ curationem. Datur alternis diebus, & sæpe quotidie mane ieiuno stomacho à 3 ij. ad 3 s. His potissimum cõuenit, qui pluribus negotiis impliciti decumbere non valēt, & diutius cubiculo manere.

Plures alias antidotos à Mesue, Actuario, Myrepto, & Præposito datas omisimus, quarum vel compositio non probatur, vel usus non laudatur, aut his præstantiores præferuntur. Nam *Zazeneæ*, *Atanasia*, *utraque Reques Nicolai*, *diaphur*, *Acaristum*, *Adrianum*, & *confectio de styrace* nusquam aut rarissime parantur, quod vnum *Asyncritum* virtute & parandi facilitate illis omnibus sit anteponendum. Nam cum illorum præcipua virtus in somno conciliando posita sit, sat erit vnicum aut alterū habere medicamentum, vt *pilulas de Cynoglossa*, aut *Philonium Romanum*, quod id feliciter præstare valeat.

Idem est iudicium de *Alfessera*, de *Esfra*, de Antidoto hæmagoga, & aliis confectioibus pene innumeris ab authoribus, vel potius transcriptoribus sine iudicio collectis, quas recensere nauseam mouere est.

ADDITIO.

Theriaca Germanica, quæ à D. Leonardo Fuchsio Duci Saxonie Friderico præscripta, viribusque par esse dicitur *Theriaceæ magnæ Andromachi*.

℞. rad. enula campan. recenter sic-

cata ʒ i. ʒ viij.
baccar. iuniper. rec.
zedoar. Elect. an. ʒ v.
rad. aristol.
hyperic.
scabios.
morsus diaboli, an. ʒ iij.
beron.
saluis,
marrub.
spic. roman. seu fl. diu.
Magdalena rec.
baccar. lauri,
rad. gentian.
diptamn. alb.
tormentill.
acori an. ʒ ij.
radic. caua ʒ ij. s.
sant. al. rubr.
cardopatii,
succin. albi vel flau.
mactis an. ʒ i.
mels.
bellii an. ʒ ij.
castor. ʒ i s.
absynth.
calamint. agreß.
zinzib. alb.
pip. nigr. vulg. an. ʒ s.
corall. rubr. tritor. ʒ i.
oxymell scillit. ʒ j.
ol. terebinth puriss. ʒ s.
puluerisatis puluerisandis admisceatur omnia: deinde ℞. mell. despumati opt. lb. ij s. coque ad iustam spissitudinem, & prædicta iniice, beneque agita, habebis Electuarium nobilissimum, cui tuto fidere queas.

Dosis est à ʒ j. ad ʒ i s. hyeme in aqua betonica, æstate in aqua oxalidis. probata hæc est à Barone quodam in eo, qui mercurium deuorauerat.

Nota de Theriaca.

Phlegmatici & melancholici theriacam sumere possunt ad omnes agrotationes.

nes: sanguineis autem & cholericis conueniens non est, nisi cito ab illis possit expelli. Melior etiam est in tempore frigido, hyemali nempe, quam calido.

Electuarium de ouo D. Vlrici Chelii. Argentiniensis.

℞. ouum Gallinæ recens & educto albumine per apicem, id, quod vacuum est, ℥j. croci orientalis non puluerisati imple, vitellum non auferendo, postea cum alio putamine iterum occlude, ne quid transpiret, & lento igne vel post fornacem tam diu assa in ollula, donec tota oui testa ad nigredinem deueniat: Exempta testa materia exicceretur, vt in mortario exquisitissime contrudi & in puluerem redigi queat. postea

℞. pulv. rad. Angelic.

pimpinell.

zedoar.

sem. tormentill.

dictamn.

apii an. ℥ℓ.

nuc. vomica

corn cerv. an. ℥ij.

bol. armen. ℥ℓ.

terr. sigill. ℥ℓ. ℥j.

rad. hyrundinaria

gentian.

morsus diabol.

imperatoria.

valerian.

bistort.

fol. scordii.

ruta.

hyacynth. prepar. an. ℥j.

Mi. omnia, tandemque opponatur theriacæ vet. opt. ad pondus omnium, & iterum cum pistillo fortiter contundantur & commisceantur per tres quasi integras horas agitando, fiat Electuarium vt artis est. Theriacæ autem erunt ℥vi. ℓ.

℥iiij.

Electuarium praseruans Illustris & generosi Comitis Philippi Ludouici ab Hanau &c. p. m.

℞. Theriac. Andr. sen. vet. opt.

conseru. ros. rubr. vet. an. ℥j. ℓ.

mithrid. Damocr. opt. ℥j.

sulph. ℥j. ℓ.

camphor. ℥iiii.

rad. zedoar.

dipeamn. albi.

gentian.

aristol. rotund.

angelic.

tormentill.

morsus diabol.

valerian.

pimpinell.

leuistic.

fol. veronic.

baccar. lauri an. ℥ij.

myrrha elect. ℥i.

fol. ruta M ℓ.

bol. armen. ver. prepar.

terr. sigillat. an. ℥ij.

croc. orient. ℥ℓ.

cinnam. Elect. ℥ij.

spec. el. de gemm. vtriusq.

diamosch. dulc.

diamarg. frigid.

diatrion. santal. an. ℥i.

elect. de ouo ℥ℓ.

syr. acet. citri. ℥ij. ℓ.

aq. vita. contra pestem ℥i.

fol. auri nr. x. Misf.

Electuarium, deauretur ad ollam.

Electuarium praseruans contra pestem.

℞. cortic. citr. condit.

conseru. borrag.

bugloss.

rosar. an. ℥ij. ℓ.

flor. lauendul.

scordii an. ℥vi.

rad. pimpinell.

℞ij 2

cortic.

cortic. citri siccat. an. ʒ ij.
 corall. rubr.
 bol. armen. prapar.
 terr. sigill. vera. an. ʒ iiij.
 Theriac. opt. ʒ j. ʒ.
 Syrup. de limon. ʒ iiij. Mi.
 f. elect.
Electuarium rubrum contra pestem.
 ʒ. conserv. rosar. ʒ xvj.
 acetos.
 cichor.
 cortic. citr. condit. an. ʒ iiij.
 Terr. sigill. ver. ʒ ij. ʒ ij.
 rad. tormentill.
 sem. citri.
 card. ben.
 santal. rubri.
 zedoar. an. ʒ iiij.
 croci ʒ j. Mi. & cum syr. acetos. citr.
 f. Elect.
Electuarium contra pestem Francisci de Luca.
 ʒ. been albi.
 rubri.
 violar. an. ʒ ʒ.
 diptam. alb.
 tormentill.
 scabios.
 pimpinell.
 chelidon.
 beton. an. ʒ ʒ.
 fol. abiet. ʒ j.
 margarit. orient.
 granator.
 hyacinth. an. ʒ ij.
 smaragd. ʒ j.
 flor. omni. mensum ʒ iiij.
 fol. cicerbit. ʒ ʒ.
 corall. rubr.
 albor. an. ʒ j. ʒ.
 gentian. ʒ ij.
 bol. arm.
 terr. sigill. an. ʒ iiij.
 ambr. ʒ ii.

moschi ʒ j.
 zedoar. ʒ iiij.
 rosar. rubr. ʒ ij.
 lign. aloes. ʒ iiij.
 santal. alb.
 rubr. an. ʒ ʒ.
 sem. basilic. ʒ j.
 xylobalsam.
 carpobalsam. an. ʒ ij.
 caryophyllor.
 cinnam.
 macis.
 nucista an. ʒ ij.
 sem. acetos.
 citri an. ʒ iiij.
 limatur. ebor. ʒ iiij.
 fol. auri ʒ j.
 croci ʒ ij.
 myrrha ʒ ij.
 ff. borrag.
 bugloss.
 meliss. an. ʒ j.
 rhab. opt. ʒ j. Mi.
 & cum syr. de acet. citri
 f. Elect.

Electuarium Leonardi Fiorauanti contra pestem.

ʒ. rad. alth. lb. ij.
 Enula. ʒ iiij.
 imperatoria.
 tormentill. an. ʒ j. Mi. in vino albo
 optimo dulcique ad consumptionem
 vini coquantur. pistentur & per se-
 taceum traiciantur.
 ʒ. mucilaginis transmissa
 mellis cocti & despumati an. lb. ij.
 succi cyton. lb. j.
 pulp. dactylor. ʒ vi. Miscantur o-
 mnia & f. Electuar. sec. art. cui se-
 quentia optime puluerisata adii-
 ciantur.
 ʒ. cinnamom.
 nucista.
 zinzib.
 caryophyllor.
 lign. aloes

benzoin an. 3 ij.
croci 3 j.
mosch. 3 B.
nostra quinta essentia 3 iiii. Mi.
f. Electuarium.

Electuarium de Zedoaria contra
pestem.

℞. myrrh. Elect.
croci an. 3 ij.
offis de cord. cervi 3 j.
rad. diptamn. alb. 3 ij. B.
zedoar. elect. 3 j.
sulphuris vivi.
serophular.
bol. armen. an. 3 j. B.
nuc. vomica 3 j. B.
zinzib. alb.
camphur. an. 3 B.
rad. tormentill.
serpentaria
pimpinell. an. 3 j.
Theriac. Androm. sen. opt.
mithrid. Damocr. El. an. 3 vj. Mi.
Et cum aq. vitæ contra pestem
f. Elect.

Electuarium bezoarticum D. Sebastiani
Kieulini.

℞. rad. galang.
diptamn.
zedoar. an. 3 B.
angelic.
gentian. an. 3 ij.
pimpinell.
tormentill.
phu. an. 3 B. gr. xv.
aristol. long.
rotund. an. 3 j.
calam. aromas.
zinzib. an. 3 ij.
corn. cervi. subtilior. vsti.
croci orient. an. 3 ij.
bol. armen. veri.
zerr. sigillar.
cinnam.

nucist. an. 3 B.
santal. rubri 3 ij.
citrini 3 j.
cortic. citri
sem. citri an. 3 j.
caryophyllor. 3 ij.
sem. acetos.
ruta.
xyloaloes.
spodii prapar.
macis an. 3 j.
lapid. hyacinth. prapar.
sapphyr. prapar. an. gr. xij.
margar. prapar. 3 B.
fol. auri.
argent. an. nr. xx.
sacch. cand. 3 B.
passul. minor. 3 ij.
camphor. 3 ij.
Theriac. Andr. opt. 3 iiii. Mi.
f. Elect. sec. ars.



SECTIO III.
DE TROCHISCIS
ALTERANTIBVS
& roborantibus.

Hucusque medicamenta roborantia
forma pulueris, & Electuarii mollis,
seu Opiata, optima methodo descripta exhi-
bimus: superest nunc, antequam huic li-
bro finem imponamus, ut omnes Trochiscos,
viribus consimiles, & officina necessarios ex-
plicemus & pharmacopæis dispensandos
porrigamus, qui vel aliorum medicamento-
rum, quorum compositionem ingrediuntur,
causa parantur, vel qui etiam ex seipsis
dantur, nec alius, ut bene sint, famulantur.
Ne autem confuse de purgantibus & ro-
borantibus simul ageremus, ut multi per-
peram faciunt, ad finem sect. 3. libr. secundi,
in quo genus omne Catharticonum descri-
bitur, Trochiscos de Rhabarbaro, de Agarico,

& Albandal adiunximus. Nunc vero ad roborantium & alterantium explicationem accedentes, incipiemus ab his, qui partem Theriacis & Michridatii constituunt.

CAP. I.

Trochisci de vipera.

℞. Carnis viperarum cum anetho, sale & aqua coctæ ℥ viii.
medulle panis triticeï, albissimi exsiccati, & tenuissime puluerati ℥ ij.
Tere omnia simul & manibus opobalsamo, aut eius succedaneo inunctus, fac pastillos ℥ j. pondere, in umbra siccandos.

COMMENTARIUS.

Quando vipera capianda.

Viperarum delectus.

Viperarum preparatio.

Vocantur hi pastilli viperini, theriaci, de thyro seu de vipera, ad quorum Confectionem captandæ sunt viperæ circa finem Veris aut principium æstatis, quo tempore consueto cibo & aere aliquandiu fuerunt recreatæ: atque deligendæ potius femina, quam mares, non prægnantes, admodum agiles, collum gracile multum porrigentes, aspectu ferino, oculis aliquantum rubentibus, ac rutilis, capite latiore ac compresso, & rostro non nihil ad superiora reflexo, ventre amplo, cauda non inuoluta, affatim gracilescente, carnis experte, gressu circa eam firmato, eoque tardo. Maris vero sensim in tenuitatem abit, nec carne destituitur, corporis truncus tenuior est, collum crassius, angustius caput, duos tantum dentes caninos habet, femina quatuor. Quæ loca maritima & salina incolunt, relinquendæ. Recens captæ meliores, quam asseruata. Vt autem rite præparentur, primum virgis cæduntur, sic namque ita percitæ virus euomunt, vapulatis cauda & caput abscinduntur, utrobique ad quatuor digitorum mensuram; quod etiam in viperis maioribus satis erit. Quæ post harum partium amputationem, irrequieto motu non agitantur, aut sanguinem

non effundunt, sed statim immortæ faciunt, atque exangues, reiciendæ ut inartiles. Vtiles ac modo dicto mutilatæ excoriantur, euiscerantur, pinguedine mundantur, probe in aqua limpida ter, quaterque mutata abluuntur, dein in olla idonea ac nitida coquantur cum aqua sufficienti, pauco sale, & anethi viridis quantitate paulo maiore aut minore pro numero viperarum, ut prudens pharmacopœus facile poterit diiudicare, puta ad m. j. s. aut m. ij. anethi, pro quatuor aut quinque viperis; qui numerus satisfacere poterit parandis tribus vnciis trochiscorum, ad Theriacæ confectionem requisitis. Sic vero igne luculento, non tamen violento, & fumi experte coquantur, ut à carnis facillime spina detrahatur. Tum caro separata in pila lapidea, cum pistillo ligneo exacte terenda, cui inter terendum, panis albi, sicci & puluerati tertia aut quarta pars adicienda, ut pro carnis viperæ vnciis quatuor, panis dragmæ sex, aut vncia integra. Qui maiorem panis quantitatem commiscebunt, pastillorum vires efficiet imbecilliores, qui minorem, efficaciores.

Sic per trituram carne panis commixta & subacta fiet pasta, ex qua pastilli seu orbiculi formabuntur. Perperam faciunt, qui dum caro viperina & panis simul teruntur, parum iusculi, in quo viperæ fuerint incoctæ, adiciunt: sic enim humidior est, & trochisci ex ea confecti rancescunt, situm contrahunt, & difficilius exsiccantur. Paruuli autem conficendi atque manibus opobalsamo aut oleo à caryophyllis, vel nuce moschata educto inunctis, & quotidie in loco sicco, sed non soli exposito versandi, exsiccandi, & postea seruandi.

Pastillis viperinis summa virtus inest ad morsus animalium venenatorum, ab eisque Theriaca talem vim mutuatur; prosuntque mirifice, si quid aliud, Elephanticis, & à cane rabioso demorsis.

C A P. II.

Trochisci Hedychroi D. Andromachi
ex Galeno.

℥. Aspalathi,
asari,
mari,
amaraci an. ʒ ij. |
calami aromatici,
schoenanthi,
costi,
pbi Pontici,
opobalsami,
xylobalsami, an. ʒ ij.
folii Indici,
spica nardi,
cassia lignea,
myrrha,
croci an. ʒ vj.
amomi ʒ xij.
mastiches ʒ j.
Cum vino quodā generoso fiat pasta,
ex qua fermentur pastilli.

COMMENTARIUS.

Prudenter egit Andromachus, qui horum pastillorum descriptionem verbis descripsit; nisi enim id fecisset, nihil aut parum illa pristinae integritatis retinuisset, eum etiam Galenus in illis describendis, praesertim in singulorum simplicium definienda dosi, comperitur. Rhases & Auicenna non sunt excusandi, qui potius nouitatis aut vanitatis studio, quam simplicium optimorum inopia hos trochiscos immutarunt. Europaei Medici non tam peruertunt, quam substituunt, in his potissimum compositionibus, quae certa lege, optima ratione & debita methodo describuntur. Facilius est autem remediorum formas seu à Graecis, seu Arabibus descriptas, quam medicamenta simplicia, ex quibus constant, habere. Valde tamen rarum est, quod nostri pharmacopoei Parisienses non consequuntur. Qui opportune omnia non habuerit, pro Aspalatho reponet santalum citrinum, pro maro marianam, veram aut dictamnium, pro A-

maraco matricariam, pro costo Angelicam, pro Xylobalsamo lignum Aloes, aut lentisci, pro cassia cinnamomum, pro amomo Acorum.

A Rhasi & Auic. additur cortex radicis Darisfahan, sed quænam sit illa planta, nec nomine, nec vultu, nec viribus dignoscitur. Abiisdem vocantur hi Trochisci Andaracari, ab Andromacho & Galeno Hedychroi, à quibusdam, vt Gilib. de Angl. cap. de cura arthrit. & Iacob Maulins, Idiocry, ab authore, qui primus composuit Idiocrius & Idiocrius dictus. Ad confectiorem teruntur primum radices & ligna, dein aromata, postea reliqua. Sed seorsim crocus, mastiche, myrrha, quæ postrema, primo loco miscenda sunt cum vino, tum alii pulueres, tandem oleum balsami, aut eius inopia, caryophyllorum. Ex hisque omnibus tritis, & simul subactis fiet massa, de qua formabuntur trochisci, in umbra siccandi.

Parandæ
modus.

Non solent vero parari, nisi Theriaces Vires. conficiendæ causa, propterea parua tantum quantitate solent dispensari, multis tamen, quod simplicibus constent medicamentis efficacissimis, per se dari poterunt ad malorum multorum curationem; & in diuite quodam, qui odoratum pharmacum expetebat, ad Ozæna curationem, his pastillis vsus est Aetius cap. 91. tetr. 2. ser. 2. quos subegit cum vino veteri odorato, & mirum est, inquit, quam breui affectio curata fuerit.

Historia]

C A P. III.

Trochisci Scillitici, D. Andromachi.

℥. Scilla assata lb. j.
farina orobi albi & non ruffi ʒ. viij.
Terra in mortario, & fiat pasta, ex
qua fermentur Trochisci, in um-
bra siccandi.

COMMENTARIUS.

Theriaces adhuc gratia pastilli sunt Scillini, sic dicti à Scilla, quæ ipsorum basis est. Ad hunc vero consilio Galeni debent

bent parari modum. Scilla media magnitudinis Iulio mense colligenda, cortice exteriori spolianda, pars inferior & durior, cui fibrosa radice adhærent, secanda, separanda, abiciendaque; pasta triticea probe subacta, non luto, ut perperam nonnulli faciunt, inuoluenda; dein sub cineribus calidis, vel potius in furno coquenda, donec pasta induruerit, & scilla mollis ac tenera euaserit, tum exteriori crusta & interiore medullio ablatis in mortario terenda: tum demum tertia pars erui albi farinæ tenuissimæ & cribratæ commiscenda, ut octo vnciæ erui singulis scillæ libris. Atque ex omnibus probe subactis fiat massa, ex qua formentur trochisci in umbra siccandi.

Scylla optima qua.

Est autem deligenda Scilla vera & optima, ut *Hispanica*, non pancratium, atque euellenda Iulio aut messis tempore, vel paulo ferius, aut celerius, modo iam folia penitus & scapus aruerint.

Eruum quoque candidum, non ruffum, seligendum, quod minus amarum est, & magis alexiterium. Sunt, qui loco erui candidi radicem dictamni albi sumunt; quia tamen eruum non valde rarum est, præstat cum Andromacho & Galeno genuinam descriptionem admittere, quam sine necessitate aliquid substituere, & mentem authoris defraudare.

Vires.

Trochisci scillitici crassos & lentos humores incidunt, infarctus tollunt, putredinem impediunt, epilepsia conferunt, & morbis venenatis.

C A P. IV.

Trochisci Cypheos D. Andromachi.

℞. Carnis vna passa pinguis, probe ab acinis & cortice mundata, terebinthina pura an. ʒxxiiiij.
myrrha,
schoenanthi an. ʒxij.
cinnamomi ʒiiij.
bdellii lacryma,
spice nardi,
cassia lignea,

cyperi,

baccarum iuniperi grandium & pinguium an. ʒiiij.

calami aromatici ʒij.

aspalathi ʒij. ʒ.

croci ʒj.

viniparum,

mellis optimi quantum sufficit, formentur pastilli.

COMMENTARIVS.

Cyphi antiquum est vocabuli genus, quo suffimenta, odoramenta que olim significabantur, teste Galen. cap. 75. de simp. med. Ab eo Mithridates hos trochiscos cognominauit, quos postea Democritus carmine descripsit. Constant vero multis odoratis, quæ mixturam nomini conuenientem, & ad multa commendabilem efficiunt. Quod optime nouit Pontirex, dum eoldem antidoto permiscuit, quam suo nomine voluit donari.

Præparatio multum nec difficilis, nec laboriosa. Myrrha & bdellii in vino generoso primum diducenda, quibus addenda terebinthina, dein pulpa passularum mundatarum, tum pulueres. Omnia tandem melle despumato, & probe cocto excipienda, & in massam cogenda, ex qua formentur trochisci, in umbra siccandi, in olla vitrea, aut fictili reponendi & seruandi.

Hunc usum non modo præstant, quod *Vires.* *Mitbridatio* inseruiant perficiendo, sed & dantur per se ad vlcera, & internos affectus multos iecoris & pulmonum.

C A P. V.

Trochisci Gallie moschata D. Mes.

℞. Ligni aloes crudi & electi ʒij. ʒ.
ambra ʒj.
moschi boni ʒʒ.
gummi tragacanthi in qua rosarum soluti quantum sufficit ad ea comprehendenda & cogenda, sicut pastilli.
Nonnulli ambra in vase vitreo dissolunt

Soluunt oleo *Balanino* pauco, eo-
que cætera comprehendunt.

COMMENTARIUS.

Vox *Gallia* non parum *Iac. Manlii* exer-
cuit ingenium, vt qui ratione eius nomi-
nis ad pastillos descriptos accommodari
querens, nunc ex *Placentino* ad *Galliam*
herbam odoriferam, nunc ex aliorum opi-
nionem ad quandam *Gallie* prouinciam re-
fert, herbam tamen illam fictitiam, & *Gal-*
liam ne quidem per somnium vidit *Mesue-*
nec *Gallie* nomine compositionem istam,
nifallor, designauit. Confectiones enim a-
romaticæ, *Arabibus* *Alephangina*, vt quæ
calidioribus aromatis constant, dicuntur;
aliquando vt apud *Rhasin* *Ramich*, & spe-
cialius *Such*, quando *moscho*, *ambra*, *zibe-*
rho, & similibus suauem odorem spiranti-
bus componuntur. Rectius autem trochisci
de *xyloaloe moschata*, quam de *Gallia mo-*
schata vocari possent, minime tamen mu-
randum nomen censeo, quod integrum
fere seculum recepit & probauit, in cuius
peruestigatione non laborandum, modo
res ipsa satis innotescat.

Ratio nomi-
nis nulla.

Preparatio.

Porro ad præparationem teruntur sin-
gula seorsim, ac primum quidem lignum
aloes, dein *ambra*, postremo *moschus*, tum
omnia excipiuntur glutine *tragacanthi* in
qua rosacea dilato & fiunt trochisci, ad de-
litas maxime suo halitu accommodati,
potius tamen ad sanitatē, quam volupta-
tem in pharmacopoliis seruati. Horum
mentio frequenter occurrit in composi-
tionibus multis, quas hinc inde ingre-
diuntur.

Vires.

Cerebrum, *cor* & *spiritus* recreant, *cor-*
poris totius odorem commendant, ven-
triculum puerorum imbecillum & vomit-
turientem roborant, & vires longo morbo
fractas resarciunt.

CAP. VI.

Trochisci *Alipæ* *moschata* D. N. Sal.
℞. *Ladani* ℥. iij.

styracis calamita ℥. j. ℞.

styracis rubra ℥. j.

ligni aloes ℥. ij.

ambra ℥. j.

caphura ℥. ℞.

moschi ℥. j.

Cum aqua rosarum formentur pa-
stilli.

COMMENTARIUS.

Minus frequenter parantur hi pastilli,
quam præcedentes, licet affines sint halitu,
suauitate, odore. Laboriose conficiuntur
iuxta modum à *Nic. Salernitano* descri-
ptum, facile vero sic: *Ladanum* in morta-
rio cupreo & pistillo ferreo, vtroque calen-
te, cum pauca aqua rosarum diu terendū,
ducendum & agitandum, donec vnguentū
vndique læuis, nec asperi aut grummosi
consistentiam nasciscatur. Addatur postea
vtraque *styrax* pistillo rursus multum di-
ducenda, dein *xyloaloe*, tum *caphura*, *mo-*
schus & *ambra*, cum pauca rosacea seorsim
in alio vase diluta. Ex omnibus confuse
mixtis tritis, subactis trochisci fient par-
vuli, in umbra ficcandi, in olla reponendi,
in officina seruandi.

Vires.

Celebrantur vt efficacissimi ad cere-
brum *cor*, *hepar*, *ventriculum*, & cæteras
partes nutritorias corroborandas, & resi-
ciendos spiritus.

CAP. VII.

Pastilli *Neræ* D. N.

℞. *Ambra optima* ℥. j.

ligni aloes ℥. ij.

moschi boni ℥. ℞.

caphura gr. ij.

Subigatur omnia simul, & fiat mal-
sa, ex qua formentur Trochisci.

COMMENTARIUS.

Trochisci *Neræ* sic ab inuentore mul-
torum iudicio nuncupati preciosissimi sunt,
rarissimeque conficiuntur, nisi pro regibus
& principibus. Nec magna quantitate pa-
randos censeo, & in Officinis diu asseruan-

R r r dos.

dos, cum vsu tempore statim quantitate requisita possint confici. A *Gallia moschata* tantum dissident simpliciu dosibus & superaddita *caphura*. Vt rite parentur, emollienda *ambra* in mortario calente cum pistillo quoque calido, cui deinde *lignum aloes* tenuissime pulueratum commisceatur: tum *moschus* seorsim tritus, postremo *camphora*. Omnia vero probe ducantur, subigantur, malaxentur, superaddito paulo oleo *liquidambar*, aut *opobalsamo*, vt in massam cogantur conuenientiore, ex qua rotule aut pastilli formabuntur.

Vires.

Iisdem viribus pollent, quibus *Gallia moschata*, sed efficacioribus, & à magnatibus frequenter vsurpantur ad suffitus.

CAP. VIII.

Trochisci de Caphura D. Myrep.

℞. Caphura ʒʒ.
 croci ʒij.
 amyli ʒij.
 rosarum rub.
 gummi Arabici;
 tragacanthi,
 scobis eboris an. ʒʒ.
 sem. cucumeris mundati;
 sem. porulaca,
 glycyrrhiza rasa an. ʒij.
 sum macagine semin. psyllii, in aqua rosacea extracta, fiant pastilli.

COMMENTARIVS.

Ex varijs Trochiscorum de *Camphora* descriptionibus à veteribus traditis, sola fere paratur, quã *Mesue Sect. sui Antidor.* describit ad febres ardentes, ad bilis & sanguinis estum, hepatis & ventriculi calidam intemperiem & sitim in expletam. Multis tamen quod constet calidis, vt *nardo*, *xyloaloe*, *croco*, *cardamomo*, quomodo id præstare valeat, nõ facile coniecto. Alios eiusdem nominis multo præstantiores, & ad id munus obeundum efficaciores, ac paratu faciliores, ex *Myrepto* exhibeo, in cuius descriptione nihil est immutatum, præter simplicium ordinem. Pro *spodio* autem, si

quod aliud sit, præter *pompholiga*, seu *spodium* Græcorum malo assumere *ebur crudum*, quam *ustum*, ob rationes multas superius adductas. Præparatio nec molesta, nec laboriosa multũ est. *Scobis eboris* seorsim tenuissime læuiganda, vt & reliqua simplicia, *crocus*, *caphura*, *amylum*, *rosa* & *glycyrrhiza*. Gummi in mortario calido terenda: *semen cucumeris* decorticandum, dein minutim secandum, & læuigandum, tum demum omnia cremore psyllii comprehendenda, & in pastam ad trochiscos formandos cogenda.

Præparatio.

Vires.

Valent ad iecoris & aliorum viscerum ardores mitigandos, ad acrimoniam bilis temperandam, & ad humorum, quia d thoracem delabuatur fluorem compescendum.

CAP. IX.

Trochisci Diarrhodon D. Mes.

℞. Rosarum rub. ʒij.
 glycyrrhiza ʒʒ.
 ligni aloes,
 spica aromatica an. ʒij & ʒij.
 mastiches ʒij.
 antispodii ʒijij.
 croci ʒij.
 Tritis omnibus fiant trochisci ex vino albo.

COMMENTARIVS.

Varie sunt pastillorum huius nominis apud authores varios descriptiones: quisque enim ad animi votum addit, detrahit, peruertit, immutat, & plerumque vnum & eadem medicamentum diuersis nominibus designat, sæpe & duo, triaue eadem vocum acceptione nuncupat. Patet hoc ex trochiscis *Diarrhodon*, & de *Rosis* à *Mesue* traditis, quorum alij aliorum significato includuntur. Fuitiles sunt rationes, quæ huius nomenclaturæ in voce & significatione diuersitatem quærunt. Si tamen cum viro probato sic loqui liceat, pastillos descriptos vocabimus *Diarrhodon*, non de *rosis*, quorum præparationem pluribus demonstrare superfluum

Præparatio.

perfluum videtur, cum ipsa per se facilis sit, nec quicquam difficultatis secum ferat. Pro *Spodio*, *Antispodium* Officinarum & vulgare diximus, quod *ebur vstum* est, non *spodium*.

Vires.

Valent ad febres pituitosas, inueteratas, & alius implexas. Ad ventriculi quoque dolorem leniendum, & humores ipsi adhaerentes detergendos, commiscentur in multis compositionibus magnis à Mesue descriptis.

Troch.

Diarrhodon
Myrepsi.

Alii sunt Trochisci Diarrhodon N. Myrepsi, quos ipse suis confectionibus miscet. Parantur ex *rosar. rubr. recon. ʒij. spodii ʒij. santal. rubr. ʒ. i. s. gr. vij. santal. alb. ʒ. i. gr. xij. croci ʒ. ij. s. caphure ʒ. s.* Ex omnibus aqua rosacea coactis fiunt pastilli.

CAP. X.

Trochisci de Carabe D. Mes.

ʒ. Karabes ʒ. j.

cornu cerni vsti,
gummi Arabici vsti,
tragacanthi,
coralli vsti,
acacia,
hypocistidis,
balaustiorum,
mastiches,
lacca,

sem. papaueris nigri, ass. an. ʒ. ij. &

ʒ. ij.

thuris,

croci,

opii an. ʒ. ij.

Cum mucagine seminis psyllii forma

Trochiscos, & repon. vsui.

COMMENTARIUS.

Hos Mesuei pastillos, vt insigniter efficaces, inter quindecim eiusdem nominis, à tot authoribus descriptos selegi, quorum magna pars illis solū nomine tenus, similis, vel certe multum dissimilis est. A succino, seu *Karabe* Arabibus, & *Electro* Græcis dicto, nuncupantur, quod mirifice commendantur ad viscera roboranda, sanguinis fluxum cohibendum, & rheumatismum

vt veri sistendū: augetur illius vis in crassans, gummi & opii interiectu, astrictoria, superaddita *hypocistide* & *acacia*. *Opium croce* castigatur, venter *masliche* roboratur, *psyllio* omnia comprehenduntur, & partiū asperitas lenitur. Ad præparationem iubet Mesue multa aduri, quæ tamē si cruda ponantur, medicamen nihilo deterius, imo forsā præstātius erit: si quid enim eximie virtutis habet *cornu cervi* aut *corallium*, hæc ipsa potius habere cruda, quam vsta credibile est. Quid vsuo medicamentis conferat, quid ab his auferat, quid adferat, minime sum nescius, sed multa vix hunc patiuntur apparatus sine magno virium dispendio. Vrat tamen, qui voluerit, modo expetitas cum cineribus retineat vires. *Acacia* & *hypocistis* debebunt minutim primum iacidi, dein cum *balaustis* puluerari, tum & reliqua. Ex omnibus arte & ordine tritis, & pauca *psyllii mucagine* formabuntur trochisci.

Preparatio.

Vires.

Vim habent roborantem & astrictoriā. Omnem hæmorrhagiam, præsertim à thorace, pulmone, hepate, renibus, vtero, hæmorrhoidibus ʒ. j. pondere cum aqua *plantaginis*, aut *rosacea* vel simili sistunt. In dysenteria profunt, & per os sumpti, & per enemata iniecti.

CAP. XI.

Trochisci de Antispodio D. Mes.

ʒ. Rosarum ʒ. vij.

antispodii ʒ. iiij.

sem. portulacæ.

succu glycyrrhizæ an. ʒ. ij.

cum mucagine seminis psyllii,

fiant Trochisci.

COMMENTARIUS.

Si aliquādo fas sit balbutire cum balbutientibus, hos pastillos ad electuariū de *psyllio* condituram accommodatos, de *spodio* vocabimus; sed inuiti quidem, quod illorum basis *spodium* non sit, sed potius *antispodium*, vel verius, *ebur vstum*, quod hucusque pharmacopœorum familia pro

manna seu poro Tabaciv radicibus vltis v-
surpauit. Valeat tamen istud pseudospo-
dium, vel imaginarium. Arabica gentis
spodium, quod valere poterit, ex eo *anti-*
spodio à nobis vocato, parandi & nominan-
di sunt trochisci descripti, additis *rosis*, *se-*
mine portulaca, & *succo glycyrrhiza*, *psylli*
glutine comprehensis.

Vires.

Sic autem parati non modo in electua-
rii dicti veniunt compositionem, sed & per
se dantur ad febres acutas, ventriculi &
hepatis inflammationem, & sitim vehe-
mentiore.

*Trochisci
de spodio
cum sem.
acetosa.*

Alii dantur adhuc à Mesue magis com-
positi, cum semine videlicet *acetosa*, *pulpa*
sumach, *amylis*, *coriandro*, *balaustris*, *berbe-*
ris, & *gummi Arabico*, *omphacii succo* ex-
ceptis. Minus tamen vsuales sunt, nec pro-
be congruunt electuario nominato.

CAP. XII.

Trochisci de Berberis.

℞. Baccarum berberis, aut succi earum,
succi glycyrrhiza,
sem. portulaca,
antispodii an. ʒ. iij.
rosarum rubrarum ʒ. vi.
spica,
croci,
amylis,
tragacanthi an. ʒ. j.
seminis citrulli ʒ. iij. ʒ.
capbura ʒ. ʒ.
Cum manna succo berberis diluta,
fiant Trochisci.

COMMENTARIVS.

Extat huius nominis apud Mesuem alia
descriptio, sed exoleta. Extant & alia mul-
ta apud Serapionem, Auicennam, & alios,
qui antidotaria conscripserunt: sed hæc v-
na vice omnium sit, & sola tanquam cæte-
ris præstantior vsurpanda & celebranda.
Hac autem arte optime parabitur: Inci-
dantur primum *nardus*, *succus glycyrrhiza*
& *sem. citrulli*, dein terantur simul cum

*Modus pra-
parandi.*

rosis. *Seorsim vero spodium amylium caphu-*
ra, *crocus* & *tragacanthum*. *Tritia omnia*
excipientur manna in succo berberorum li-
quata, & *sic massa*, ex qua formabuntur
Trochisci.

Commendantur ad febres præcalidas, *Vires.*
ad intemperiem iecoris & ventriculi fer-
uidam, ad sitim inexhaustam, & alui fluo-
rem. Expetuntur quoque ad electuarii de
psyllio compositionem, descriptione Me-
luei, apud quem vocantur iuxta interpre-
tum translationem, *pastilli de oxyacantho*;
non autem ingrediuntur electuarium ro-
sarum ab eodem principe traditum, vt pu-
tat Foësius. Parua quantitate erunt paran-
di, quod fere solum vsurpentur ad aliorum
medicamentorum compositionem.

CAP. XIII.

Trochisci Gordonii.

℞. Seminum quatuor frigid. maiorum
mandator.
seminis papaueris albi,
maluarum,
bombacis,
portulaca,
cotoneorum,
myrtillorum,
gummi Arabici,
tragacanthi,
strobilorum,
pistachiorum,
sachari candi,
penidiorum,
glycyrrhiza rase,
hordei mundati,
mucaginis sem. psyllis,
amygdalar. dulcium mundatar. an.
ʒ. j.
bolus armena,
sanguinis draconis,
antispodii,
rosarum,
myrrha an. ʒ. ʒ.

Excipientur hydromelitz, & fiant pa-
stilli pondere ʒ. ʒ. aut ʒ. j.

Coia

COMMENTARIUS.

ABauderono artis pharmaciae studio-
fissimo fideliter, à Iouberto deprauate hi
pastilli describuntur: hic enim non tantū
simplicium pondus immutauit, sed alia
adiunxit, & nimis pretiosa & parū neces-
saria. Est a. multiplex illorum compositio:
Constant n. refrigerantibus, detergenti-
bus, astringentibus, & roborantibus, leniē-
tibus, & quibusdam aperientibus. Ad prepara-
tionem quaedam tritura vulgari, pistilli
ne mpe solopercussu puluerantur, vt radi-
ces, ligna, femina duriora gummi, *boles ar-
mona & myrrha*. Hæc tamen duo non cō-
fufe, sed seorsim debent læuigari. Non-
nulla minutim prius secantur, dein terun-
tur, & aliis admixta tenuissime commi-
nūtur. Ex omnibus optime tritis, & cōfufe
mucagini *psyllis* mixtis, atque *hydromelica*
cōprehensis & coactis finguntur trochisci.

Porro pro *sanguine draconis* nec *osuna-
davis* cum Dioscoride sumenda, nec *serpē-
tis*, aut alius animalis *sanguis* cum Plinio
quaritandus, nec aliud quicquam factitiū
ex terra *synopica*, *bolo armena*, *serpētib. laci-
ribus tritis* simul subactis admittendum,
sed lacryma cuiusdam arboris peregrinae
ab indigenis, *Draco* nominata, vt fufius
docuimus *libro de simplicibus*.

Imperantur à Gordonio ad vlcera re-
num. Vtiliter quoque vsurpantur ad alia
partium internarum vlcera: leniunt enim,
detergent, acrimoniam contemperant &
roborant.

Ad intersas vlcerationes ʒ. j. cum lacte
exhibita plurimū prodest: & si fuerit vlce-
ratio in vesica, distemperetur cum lacte,
inquit Gordonius, & proiciatur per sy-
ringam.

CAP. XIV.

Trochisci de capparibus. D. Mes.

℞. *Corricum radice capparie,*
femine viticis an. ʒ. vj.

gummi ammoniaci ʒ. ʒ.

nigella,

calaminta,

acori,

amygdalarum amararum,

femine nasturtii,

foliorum ruta,

aristolochie rotunda,

succi eupatorii inspissati an. ʒ. ij.

cyperi,

scopolendrii an. ʒ. j.

Omnia trita ammoniaco dissoluta
comprehendantur, & fiant Tro-
chisci.

COMMENTARIUS.

Veterem Mesues descriptionem inte-
gram, nec aliqua in re immutatam admi-
simus vt quæ optime ea præstet, quæ pos-
sibiletur. Trochiscorum enim omnium in-
cidentium & obstructions reserantium
hi sunt efficacissimi: quandoquidem mul-
tis constant, quæ crassos, melancholicos
ac terrestres succos tenuant & incidunt,
infarctus tollunt, & duritiem emolliunt.
Quibus si præterea addere quis voluerit
gummi lacca & rubia tinctorum an. ʒ. ij. effi-
caciores reddentur, nec trochiscis de lacca
erit opus, quod hic *capparibus* satis sint,
inquit Plantius, ad lienis obstructionem
& veteres affectus. Eorum ac superiorum
eadem est parandi ratio, ac methodus fu-
cilis. *Ammoniacum* dissoluetur aceto, co-
quetur ad consistentiam mellis, eoque
pulueres subigentur, & formabuntur Tro-
chisci.

Commendantur plurimum ad omnem
lienis & hepatis obstructionem, duritiem,
inflationem, & tumorem præter natu-
ram. Morbo regio & hydropi incipienti
succurrūt, infarctus tollunt, & flatus discu-
riunt. Dosis est ʒ. j. cum vino tenui, vel a-
qua decoctionis *radice capparie, corricum
fraxini* aut *ramarisci*. Sunt, qui valentiores
efficiunt, inquit Mesue, duplicato *Ammo-
niaco*.

CAP. XV.

Trochisci de myrrha D. Rhas.

℞. Myrrha ʒ. iij.
 lupinorum ʒ. v.
 foliorum ruta,
 mentaſtri,
 pulgii,
 cumini,
 rubia tinctorum,
 aſſa foetida,
 ſagapeni,
 opoponacis an. ʒ. ij.
 Cum ſucco artemiſia, ſiant paſilli
 pondere ʒ. ij.

COMMENTARIUS.

Nuſquam omittendi ſunt hi trochiſci à Rhaſi deſcripti; à Myrrha quæ illorū baſis eſt, nuncupati, ab omnibus Medicis uſurpati: ad quorū compositionem accedūt multa, quæ meſenterium obſtructione liberant, meatus diducunt, inſarctus tollūt, & potenter humores, qui vel copia grauant, vel qualitate lædunt, deturbant. Vt rite componantur, gummi ſunt liquanda in decocto, vel ſucco artemiſia calido, dein linteo forti traicienda ad aquæ humiditatis diſſipationem & conſiſtentiã mellis.

Hiſ poſtea addenda reliqua ſimplicia tenuiſſime, vt artis eſt, puluerata. Nam qua ad inſarctus expediendos, occluſionem viarum reſerandam, & materiam quandam foras protrudendam imperantur, debent tenuiſſime lauiſari. Sic enim aſarum & alia multa ſimplicia in pollinem ſubtiliſſimū trita vrinas mouent copioſas, craſſiuſcule puluerata diutius immorantur, & ſegniter ſuas vires exerunt.

Vires.

Frequens eſt horum paſtillorum uſus in nimia cunctatione menſtruorum, in partu remorante, ſecundis retētis & lochiis ſuppreſſis. Dantur à ʒ. j. ad ʒ. ij. ſ. & aliquando ad ʒ. iij. cum aqua, aut decocto idoneo.

CAP. XVI.

Trochisci Alexiterii, seu contra pestem.

℞. Radicum zedoaria
 gentiana,
 tormentilla,
 ireos Florentia, an. ʒ. ij.
 cinnamomi,
 caryophyllorum,
 macis an. ʒ. ſ.
 zinziberis ʒ. j.
 radice angelica ʒ. ij.
 coriandri preparati,
 roſarum an. ʒ. j.
 corticis citri ſeci ʒ. ij.
 Fiat omnium puluis ſubtiliſſimus,
 & cum ſucco glycyrrhiza ʒ. vj. fiat
 paſta mollis, de qua formentur
 trochiſci, vel potius bacilli ob-
 longi.

COMMENTARIUS.

Peſti præcauendæ multum conueniunt hi trochiſci: Eorum enim tantillum in ore detentum ſaporem quendam non ingratum relinquit, & odorem, qui aeris inquinati qualitatem malignam arceat & emendat atque impedit, ne is intro ſubiēs ſpiritus inſiciat. Quæ enim inſipida ſunt & inodora, vt cornu monocerotis, lapis Bezaar, margarita, lapilli prezioſi, & alia multa venenis obſiſtentia, ſuas tãrum vires exerunt in corpus ingeſta, vel ſaltem eorum inſuſa: in ore enim contenta fere inefficacia ſunt, vt quæ vix ſaporem vllum emittant, aut halitum efflent, à quibus aeris feritas queat domari.

Hi autem trochiſci ſeu in ore tantum detenti, ſeu inferius ad ventriculum delapſi vires habent eximias, & ad virus peſtilens euincendum efficaciffimas. Vt rite parentur, ſuccus glycyrrhiza, quo pulueres excepiendi ſunt, in balneo Mar. ſeu diplomate emolliendus erit, donec facile duci poſſit,

possit, & cum eo quantitas pulueris tota concorporari; quod artificiperito difficile non erit. Inexperto si videatur nimis operosum, liceat illi parum hypocratici vini, aut alius liquoris conuenientis luperaddere, vt ad libitum pastam habeat mollem, ex qua formabit bacillos in vmbra ficcandos, & vsui reponendos. Quid a. sit *vinum hypocraticum*, satis notum est. Parari solet ex *vini nigricantis lb. ij. sachari lb. s. cinnamomi ʒ. s.* quidam addunt ad stimulum maiorem *zinziberis ʒ. s. & caryophyllorum ʒ. j.*

CAP. XVII.

Trochisci hysterici.

℞. *Assa foetida,*
galbani an. ʒ. ij. s.
myrrha ʒ. ij.
castorei ʒ. j. s.
ajari,
sabina,
aristolochia,
nepeta,
matricaris an. ʒ. j.
dictamni ʒ. s.

Cum succo aut decocto rutæ fiant Trochisci.

COMMENTARIVS.

Hos nostros pastillos, *hystericos* nuncupamus, quod aberrationi vteri & aliis affectibus, hysterice mirifice profint. Assumpti enim vterum vel ex eo vapores ad partes superiores ascendentes cogunt, sistunt, & grauissima symptomata, hinc nasci solita impediunt. Nam cum vterus reb. odoratis delectetur, licet nō sub specie odoris, trochisci a. descripti, admodum foetidi sint, illius ascensum ad præcordia, dum per os sumuntur, sistunt. Et præterea colluuiem quandam prauam, si quæ in locis muliebribus contineatur, meatus apertendo, obstructions soluendo, foras protrudunt.

Preparatio.

Facillime autem parantur, si pulue-

randa tenuissime terantur, & gummis decocto, aut succo rutæ maceratis, colatis, & ad mellis crassitie elixatis cōprehendatur.

Medentur scēdis virginum & viduarum *Viro* coloribus, & his omnibus symptomatis, quæ à terris vaporibus è semine, vel menstruo sanguine corrupto, & ab vtero sursum ad præcordia perreptante procedunt, auxiliantur.

CAP. XVIII.

Trochisci ad Gonorrhœam.

℞. *Seminis viticis, seu agni casti,*
lactuca,
rosarum,
balaustiorum an. ʒ. j.
scobis eboris,
electri an. ʒ. j. s.
boli armena in aqua centinodia lota ʒ. ij.
seminis plantaginis ʒ. iij.
sassafras ʒ. ij.

Cum mucagine seminis citoniorum in aqua nenupharis extracta, fiant Trochisci.

COMMENTARIVS.

Gonorrhœa vel est voluntaria, vt cum *Gonorrhœa* semen per coitum & cum voluptate ex- *differentia.* cernitur; vel inuita, vt cum citra Venerem effluit; atque ea vel simplex est, & nullius qualitatis malignæ particeps, quæ aut à seminis plenitudine, aut qualitate, aut labore, cursu, equitatione, & piperatorum vsu nimio oritur: vel scēda & virulenta, quæ ex impuro concubitu, cum lue Indica affectis contrahitur, in qua virus albicans, aut ex virore flauescens è vasis seminalibus siue sensu excidit vigilanti pariter atque dormienti. Frequens quidem malum est, mulieribus perinde atque viris commune, quod tempore nonnunquam tantas vires acquirit, vt per totum corpus serpat, & partes singulas afficiat.

Ad vtramq; vero vtiliter nostri pastilli vsurpantur. Ad simplicem quidē sola san-

Viro

guinis.

Guinis educatione præmissa; ad virulentam, incipientem, vel nondum inueteratam, corpore semel atque iterum repurgato & sanguine imminuto, dantur cum decoctione *seminum papaueris & melonum*, vel cum *aqua rosarum*. Dosis est à ʒ. j. ad ʒ. ij. ʒ. ʒ. aut ʒ. iij. ad summum. Horum ut præcedentium eadem est, ac facilis præparatio,

DE DVOBVS TROCHISCIS
exterius adhibendis.

C A P. XIX.

Trochisci narcotici D. Fernel.

℞. Gummi Arabici,
tragacanthi,
amylis an. ʒ. ʒ.
cerusa lota aqua rosarum ʒ. vij.
styracis calamita,
myrrha,
castorij,
opii sapa soluti an. ʒ. iij.
croci ʒ. ʒ.

Trita omnia excipiantur mucagine seminis psyllii in aqua rosarum deprompta, & fiant Trochisci.

COMMENTARIVS.

Superfunt duo pastilli vsuales tantum exterius adhibendi, quos eadem serie describere, nec ad posteriorem officinæ partem, quæ de medicamentis tantum externis agit differre non libuit, quorum priores vocantur à Fernelio *narcotici*, quod parti cuiusdam admoti sensum stupefaciēdo dolorem illius consopiant. Horum apta est compositio, & vsus pernecessarius, neque vlli ante extant ad similes affectus accommodati. Ad præparationem singula primum seorsum terenda, dein confuse mixta, mucagine seminis psyllii excipienda & in massam cogenda.

Vires.

Trochisci narcotici debite admoti ca-

pitis denciumque dolorem consopiant, in febrium ardoribus somnum accersunt, erysipelata inflammationes extinguunt, partium omnium externarum dolores aliis medicamentis soluti compefcunt.

C A P. XX.

Trochisci Albi D. Rhafis.

℞. Cerusa aqua rosarum lota ʒ. x.
sarcocolla crassioris ʒ. iij.
amylis ʒ. ij.
gummi Arabici,
tragacanthi an. ʒ. j.
caphura ʒ. ʒ.

Lacte muliebri excipiantur singula per se trita, & fiant parui Trochisci.

COMMENTARIVS.

Inter *Sief*, seu *collyria* numerantur ab Arabibus hi trochisci, à Rhafis descripti lib. 9. ad *Almansorem* cap. 15. Verum eius descriptionem recentiores valde immutarunt. Alii n. gummi Arabicum addiderunt, alii amyllum, alii opium reiciunt, & caphuram substituunt; sic enim pastilli fiunt candidiores, nec minus oculorum affectibus efficaces, imo in multis vtiliores. In dolore tamen illorum acerbissimo poterit opium addi, vel, ut censet Iouertus, duobus modis parandi sunt, cum & sine opio, ut pro rei exigentia, vel hi, vel illi feliciter usurpentur, nisi quis maluerit, ut fere fit, utendi tempore, opii pauxillum permiscere. Præparatio facilius est, quam ut longiore indigeat explicatione.

Valde conducunt oculorum affectibus multis. Eorum enim dolores mitigant, inflammationes temperant, fluxiones sistunt, materiam detergant, exsiccant, digerunt, & partem roborant.

Sic videtur præcipuos & vsitatores pastillos in pharmacopoliis omnibus præparandos & asseruandos recensuisse. Alii enim,

nim, qui passim in vulgaris Antidotariis
occurrunt, vel nullius, vel improbatum sunt
usus, vel facile sub illis comprehenduntur.

ADDITIO.

Trochisci liberantes Lubeccensium.

℞. succ. glycyrrh. ℥ij.
pulver. liberant ℥℞.
spec. diamosc. dulc.
diamb. an. ℥ij.
cum mucilag. tragac. ex aq. ros. facta
f. trochisci, qui signentur & cum mo-
scho aromatizentur.

Trochisci pro lotione capitis odo-
riferi.

℞. smegmat. veneti quart. j.
ireos alb. subtilissime pulueris. ℥j.
mosch. ℞℞. cum infusione tragac. &
aq. ros. f. gleba rotunde.

Trochisci pro fumo.

℞. santal. citrini,
ros. rubr.
caryophyllor.
cinnam. an. ℥viij.
benzoin. ℥j℞.
styrac. calamit. ℥j.
sachar. pulueris. ℥xxij. Mi.
f. sec. art. trochisc.

Trochisci pro fumo cum moscho.

℞. benzoin. ℞. j.
styrac. calamit. ℥viij.
ros. rubr. ℥j.
lign. aloes ℥℞.
caryophyllor.
santal. citrin. an. ℥ij.
sach. albi ℥viiij.
mosch.
zibeth. an. ℥℞. Mi. & cum infusione
tragac. in aq. rosar. fermentur tro-
chisci.

Trochisci pectorales pro illustrissimo princi-
pe Ionno Friderico II. Duce
Saxonia.

℞. sach. cand. alb. ℥ij.
styracis. calamit.
bol. orient. an. ℥j.
spec. diamb. salam.
looch. sani & experts. an. ℥℞.
liquirit. rasae ℥℞.
sacch. penid.
sacch. alb. an. ℥ij.
mucilag. tragac. cum aq.
hyssop. q. s. f. trochisci.

Trochisci D. Ioannis Langii Mirabiles in
Epilepsia omnibus medicamentis
preferendi.

℞. sem. pæon. ex cortice. ℥℞.
margar. prap. ℥x.
mac. ℞j.
fol. auri. nr. vj.
In puluerem redacta misceantur &
cum ℥jx. sachari albiss. in ℥v. aq. se-
quentis soluti & decocti ad perfectio-
nem f. trochisci.
Aqua autem sic fit.

℞. fl. lil. convul. Manip. viij. superfun-
datur mensura vini cretici, aut
muscatellini, aut altioris generosi,
in eoque per dies quinque stent in-
fusi, mox in Baln. Mar. destillentur
in vase vitreo. deinde

℞. cinnam. electiss. ℥viij.
nucist. ℥℞.
piper long. ℥ij.
flor. lavendul. ℥j.
caryophyllor.
sem. foenic. an. ℥ij.
fl. rorismar.
stochad. an. ℥℞.
cubeb. ℥ij.
visci quercin.
rad. pæon.

dictam. nostrat. an. ℥℞.
Omnia crassiuscule contrita rursus
in superiore vino per dies octo mace-
rentur in loco aprico & postea destil-
lentur, vt antea.

Vsus est: dissoluitur trochiscus vnus in
cochleari

cochleari huius aquæ & datur ad præcavendum manere in paroxysmo vero ipso ad curandum vi diducto ore infunditur.

NOTANDVM.

Histamen trociscis præmittatur purgatio bis vel ter ex pilulis de hiera composita, quarum hic magna vis est: deinde victus ratio conueniens.

Trocisci de stella D. Flockii.

℞ myrrh.
castor.
spic. celtic.
cassia lign.
terr. sigill.
cortic. mandrag. an. ʒij.
opij.
croci.
costi an. ʒijʒ.
sem. papav. alb. ʒijʒ.
styrac. liquid. ʒʒ.
sem. dauc.
papav. alb. ʒijʒ.
seleleos.
hyoscyam alb.
apij an. ʒʒ.

Infundantur gumm. cum vino odorifero, & omnibus commistis. f. trocisci pondere ʒʒ, exiccantur in umbra.

Valescus de Taranta ponit ex Auicenna trociscos Andromachi dictos stella, quia fiunt ex terra stella, cuius loco sumit terram figillatam. Valent ad sistendum sanguinem. Vide caput de hæmoptoisi.

Trocisci prophylactici cum mithridatio. D. Bechiholdi Rivii. Med.

Francof.

℞ bol. armen. puriss. in succ. citri infusi & exicc. ʒij.
corall. rubr. præp. ʒij.
rasur. corn. cerv. ʒij.
succin. alb. ʒij.
rad. tormentill.

pimpinell.

imperator.

angelic. an. ʒij.

zedoar. opt. ʒij.

Cinnam ʒʒ.

caryophyllor. ʒij.

croc. ʒij. Mi. f. pulvis subtilissimus.

℞. huius pulver. ʒij.

mithrid. opt. ʒij.

ol. cinnam.

angelic. an. gutt. j.

sach. albiss. ʒij.

cum infusione gumm. tragac.

in aq. angelic. facta. f. trocisci.

Sunt valde experti & Mæno Francofurti in frequenti usu.

Trocisci tempore pestis sub lingua tenendi. D. Ioan. Ringlerii Argentiniensis.

℞. cortic. citr. sicc. ʒʒ.

zedoar.

angelic. an. ʒʒ.

lign. aloes ʒij.

rad. irid. florentin. ʒʒ.

caryophyllor.

cinnam. elect.

nucist. an. ʒij.

sach. cand. alb. ʒij. cum mucilagine

tragac. f. trocisci instar bechiarum.

parvi.

Trocisci pro sumo Pistorii.

℞. styrac. calamit.

thymiamat.

benzoin.

laudani an. ʒʒ.

thuris ʒij.

caryophyllor.

cinnam.

nucista an. ʒij.

sachar. cand. ʒij. Mi.

& cum aq. ros. mucilag.


tragac. f. trocisci.

Trocisci.

Trocisci pro fumo tempore pestis Leonardi Fioravanti.

℞. arsenic. crystallin.
cinnabar.
carabe,
myrrha,
sturis an. ℥ij.

sarcocoll.
piceis græca,
benzoin. an. ℥ij. in
mortario omnia Miscantur & cum
aceto destillato trocisci formentur,
carbonibus tempore pestis iniici-
endi.



O F F I C I N Æ

PHARMACEVTI- CAE, SIVE ANTIDOTARII PARS

ALTERA, DE MEDICAMENTIS EXTERNIS, TRIBVS
adhuc libris distincta;

ET PER PETRVM VFFENBACHIVM REIP. MOENOFRA-
cosurt. Medicum ordinarium vbiq; aucta. In quorum priore de omni oleorum
genere differitur: quibus Appendix additur de Balsamis.

P R Æ F A T I O.

MEDICAMENTA topica, seu quæ exterius adhibentur, multa sunt, vt forus, epithema litus, collirium, lotio, frontale, cataplasma, synapismus, dropax, vesicatorium scutum, sacculi, cucufa, & pleraque alia, quæ in rem præsentem parantur, nec diu sine alteratione & corruptela seruantur, de quibus abunde lib. 5. nostrarum Institutionum egimus. Alia multos menses, & aliquando annum integrum bienniumve ad futuros vsus sine virium iactura in officinis possunt asseruari, vt olea, cerata, vnguenta, & emplastra, de quibus hac secunda parte officinæ à nobis instructæ differere statuimus, quorû vsus & gratior & toleratu facilius est, quam eorum, quæ per os ingeruntur. Hæc enim sapius morbum oppugnando ventericulum subuertant, appetitum tollant, tormia excitant, & totam naturæ œconomiam turbant: vnde medicamenta & potiones rarissime dari iussit Cornel. Cels. cap. 3. lib. 3. de re medic. Nam cum vix iustissima dosi exhibeantur: exhibita ad arbitrium sua munia non exequantur, cum sæpe moueant, nec promoueant, aut humorem laudabilem foras propellant, noxium deserant,

Cornelium
Celsum me-
dicamenta
interna raro
exhibuisse.

aut malam internis partibus intemperiem relinquunt, interdum periculosa sunt. Nouit enim quendam Medicum non satis prudentem Actius *cap. 84. ser. 1. tet. 2.* qui à male exhibito medicamento hominem peremit: *Topica vero tutiora sunt*, quæ non tantum ad vitia externa, sed etiam interna vsurpantur. Nam quemadmodum ob ea, quæ foris apparent, interdum purgatoriis ac reliquis medicamentis, quo exuperantem humorem coerceamus, vimur: ita & ob ea, quæ intus infestant, foris emplastra, olea, vnguenta & illitiones plerumq; damus. *Actuar. cap. 7. lib. 6. meth. med.* Siue enim stomachus laboret, aut iecur, renes, aut aliud quodpiam viscus ex interioribus afficiatur, non parum opis ex istis medicaminibus foris adhibitis accedit. *Prima* siquidem *omnium medicamenta externa* suerunt, quibus sola duce natura, ac citra experientiam olim veteres vsi sunt; atque nunc adhuc viri agrestes ictu, aut casu, aut alia re scindente vel contundente læsi, sine delectu, obuiam quamlibet plantam assumunt, & affectæ parti admovent: sed felicem exitum, qui robore naturæ nonnunquam accidit, medicamenta interdum noxio tribuunt. Quæ autem externa medicamenta optima sint, quæ in pharmacopoliis asseruanda, & quo modo paranda, in his tribus libris ostendimus. Atque vt in tribus superioribus, à liquidioribus, nempe *syrupis orsi*, mox crassiora, vt *eclegmata*, dein crassissima, vt *electuaria*, postea solidissima vt *pilulas & trochiscos* optima methodo descripsimus, sic in his posterioribus ab *oleis* auspicati, statim *vnguenta* spissiora, dein *emplastra* crassissima subiugemus. Ab oleis igitur initium sumentes, à quibus *cerata, vnguenta, & emplastra* magnam suæ compositionis partem mutuatur; primum loquemur de his, quæ per impressionem seu infusionem parantur; dein ea examinabimus, quæ per expressionem trahuntur; postremo ea attingam, quæ per ascensum & descensum eliciuntur.

*Prima medicamenta
fuisse externa.*

OFFICINÆ
PHARMACEVTI-
CAE, SIVE ANTIDOTARII

LIBER QVARTVS;

De Topicis seu externis Medicamentis:

ET PRIMVM

De oleis ex infusione medicatis.

Olea quorū
plurima.



LEA, quorum est in Medi-
cina frequens vsus, vel
simplicia sunt, vel cōposi-
ta. *Simplicia* dicuntur, quæ
nihil habent ab arte præ-
ter educationem, quæ sine
rerū aliarum mixtura peragitur, vt olea,
quæ expressione trahuntur, cuiusmodi est
oleum simpliciter dictum, quod scilicet ex
oliuis maturis, *omphacinum*, quod ex iisdē
immaturis exprimitur: vt etiam *amygda-
linum*, *caryinum*, & alia pleraque ex fru-
ctibus aut seminibus expressa, quæ pro va-
rietate seminum, à quibus educuntur, va-
riam habent qualitatem, vt à calidis cali-
dam, à frigidis frigidam, ab aliis qualitati-
bus aliam. Cum tamē oleum absolute di-
citur, id ipsum tantum, quod ex oleæ ma-
turi fructibus extrahitur, intelligendum
est; cuius extrahendi ratio non magis ad
Pharmacopœos attinet, quam vini expri-
mendi, aut panis cōficiendi modus. Quod
negotium & laboriosum opus rusticis, &
in his operibus exercitatis merito com-
mittitur, cum illa omnia alimenta sint, at-
que in mensam potius, quam officinam
trahantur. Propterea de oleo communi
exprimēdo sollicitus esse non debet Phar-
macopœus, sed de aliis omnib. quauis arte

probata elicitis. De quibus omnibus hoc
libro agimus, in cuius sectione priore, ea,
quæ per impressionem & infusionem re-
rum medicarum parantur, examinabi-
mus, initio ducto à violato, quod scilicet
primos veris flores admittit.

C A P. I.

Oleum violatum.

℞. Olei loti ℞. v.

florum violar. martiarum, recent.
ac tritarum,
succij vel aqua infusionis violarum
an. ℞. ij.

Confuse omnia misce, & integram
hebdomadā insola: Exemptas vio-
las fortiter exprime, & nouas impo-
ne: atq; fac ita ter: Postea coque in
vase duplici, dum aqua humiditas
absumpta sit.

COMMENTARIVS.

Omnes artis Pharmaceuticæ studiosi v-
num Mesuem, tanquam optimum ducem
vno consensu agnoscunt, miris laudib. ef-
ferunt ac venerantur: illius tamen leges &
præcepta ad medicamentorum cōpositio-

nem spectantia, perpetuo non seruant, sed modo probant, modo improbant. Nec imprudenter ab eo & aliis antiquis, quibus tamen prima laus semper debetur, aliquando recedunt, dum longo usu doctiores facti, ac magis experti, quae melius aut deterius hoc vel illo modo posse fieri norunt, inuuant. Sic de medicamentorum compositione aliquid saepe detrahunt aut addunt, aut methodum ab inuente traditam non sequuntur. Sic in his oleis medicatis ex infusis ac maceratis rebus parandis differunt, ut in oleo violato; ad cuius confectionem iubet Mesue oleum ex oliuis immaturis expressum, aut amygdalinum, aut sesaminum assumi & ablui, deinde flores diebus septem in oleo macerari, in solari & exprimi; postea tribus horis in vase duplici coqui; idque iterari, abiectis semper floribus expressis, & recentibus immixtis: tum demum lento igne coqui ad humiditatis aquosae deperditionem, & in vase idoneo seruari.

Preparatio
ex Mesue.

Hanc parandi rationem multi Pharmacopoei sequuntur, ut Tholosani, qui Mesuei praecipiones ac methodum vix unquam negligunt: alii non ita in ipsius verba iurant, quin pro rationis dictamine nonnulla interdum immutent. Facile enim est inuentis addere, aut ad perfectionem maiorem, quae superflua sunt, detrahere, aut minus bene disposita, castigare.

Consuetus
parandi mo-
dus.

Sic autem fere vbique locorum oleum violatum paratur. Primo olei communis sinceri quantitas quadam ad libitum assumitur; aqua fontana verberatur, abluunturque: In vase vitreo, aut fictili vitrato imponitur: Flores violarum martialium recentium simul infunduntur: hebdomadam integram macerantur, & si tempus permiserit, insolantur: dein parum ac lento igne feruescunt, ut exprimantur: postea noui flores, ut ante immerguntur, & exprimuntur: idque iteratur. Tandem abiectis post ultimam infusionem floribus, oleum blando igni feruescit, ad aquae humiditatis dissipationem; tuncque in vase idoneo reponitur & seruat.

Oleum violatum inflammationem extinguunt, pleuriticis iuuat alperitatem arteriae & pulmonis lenit, apostemata calida contemperat, phlegmonas omnes remittit, & dolores mitigat.

CAP. II.

Oleum keirinum D. Mes.

℞. Florum keiri seu leucoli lutei ℥ viij.
olei optimi ℔ j. ℞.
aqua decoctionis florum keiri ℥ iij. ℞.
Simul permisce, in sola, exprime; idque
ter parum coque & serua.

COMMENTARIUS.

Occurrunt secundo loco flores celsississimi leucoli lutei, seu keiri, ab Arabibus dicti, ex quibus suadet Mesue eo modo per impressionem oleum parari, quo chamemelinum, & hoc, quo rosaceum; hoc est, ex tribus infusionibus, insolatis & expressis, addita certa quantitate succi, vel decocti eorundem florum; qua post ultimam macerationem lento igne absumpta, oleum tandem expressum, colatum, ac limpidum in vase reponitur idoneo, & seruat. Ut plurimum tamen paratur nunc ex vna, aut altera infusione, absque decocti alicuius aut succi commixtione, atque confuse flores oleo immerfi multos menses relinquuntur ante colaturam. Improbata tamen est isthaec parandi ratio, per quam & olei corpus magis turbidum est, & vires imbecilliores.

Preparatio.

Rite paratum moderate calefacit, tenuat, lenit, digerit, dolores vel à flatibus, vel materia frigida ac pituitosa mitigat, arthriticis & resolutis prodest, & neruorum & iuncturarum doloribus auxiliatur.

Vires.

CAP. III.

Oleum Irinum.

℞. Radicis ireos ℔ j.
florum eiusdem ℔ ij.
Macerentur in decoctionis aliarum
radicum ireos sufficienti quantitate:
adde olei dulcis aut sesamini ℔ v.
Coque in vase duplici, & percola; at-
que

que tertio fac similiter, novos flores & radices addendo, macerando, & exprimendo, oleumque postremo expressum serua.

COMMENTARIUS.

Iridis multa sunt varietates, quas lib. de simplicibus enumerauimus. Omnium prima floret celestis dicta, dein alba, seu Florentiana. Ex utraque, sed potissimum ex illa oleum per infusionem paratur, radicibus & floribus explicato modo maceratis & expressis. Sunt qui tantum in diplomate seu vase duplici radices tritas, simulque flores parum tusos cum succo aliarum radicum coquunt, dein oleum superfundunt, atque denuo elixant ad feri deperditionem. Sic paratum oleum & odoratum, & efficacissimum est; efficacius tamen, si bis, aut ter, vt fieri solet, idem repetatur.

De florum autem ad radices proportione inter authores nulla dissensio, cum illorum ad has, duplum pondus definiant: sed de aliis radicibus in aqua elixandis, & de aqua ipsa non conueniunt, vt neque etiam de oleo illis commiscendo. At vero relictis, breuitatis gratia, opinionum varietatibus, dicimus libram vnam radicum assumendam, & in aqua lb. iij. aut v. ad summum, ad medias incoquendam. Nonnulli definito radicum, florum & aquae ponderi, lb. ij. tantum olei permiscerent, alii lb. vij. sicut lb. viij. Ego mediū pondus, nepe, lb. v. permisceo, & blando igne simul omnia percoquo ad humiditatis ferose resolutionem.

Oleum Iridium calefacit, emollit, tenuat, potenter digerit, ac resoluit, concoquit, penetrat, aperit, maturat, aurium tonitus tollit, strumas discutit, aliosque tumores duros, spasmus, & narium fetorem emendat, & dolores à frigida materia natos sedat.

CAP. IV.

Oleum rosatum completum D. Mes.

℞. Olei communis loti lb. iij.
rosarum recentium, completarum
lb. j. s.
aqua infusionis rosarum lb. j.

In vase idoneo ac rite operculato imposita diebus septem insolentur, dein blando igne horam dimidiam coquantur in vase duplici. Expressis & abiectis foliis noua imponantur, atque tertio immurentur, tot dies insolentur, coquantur, exprimantur. Expressum oleum seruetur.

COMMENTARIUS.

Oleum rosatum completum sic à Mesue nūcupatur, quod fit ex oleo, maturis ex oliuis expresso & pluries loto, & foliis rosarum rubearum explicatis seu expansis, integram hebdomadam insolatis, atque ter mutatis, vt dictum est in formula praescripta, in qua iustum pondus singulorum definimus, à Mesueo cuiusque voluntati, & arbitrio relictum praeter aquam infusionis rosarum, quam oleo aequalem statuit. Nos tertiam aut quartam tantum illius partem ad oleum sufficere credimus. Dum n. maiore quantitate ponitur, vix potest insolatu resolui: coctione vero longiore oleum alienum calorem contrahit, & naturam odoris suauitatem amittit. Tres aliae descriptiones à Mesue traditae negliguntur.

Oleum autem multifariam ablui solet, vel enim olla quadam, aut alio vase idoneo simul cum aqua excipitur, & diu verberatur; ita tamen, vt postquam quieuerit, facile possit separari: vel in ampulla vitrea in fundo perforata diutius agitur, ocluso foramine, nec non orificio superiore. Tum intermissa per horam agitatione, ac foramine inferiore aperto, quae subsidebat, aqua fluere permittitur; eodem recluso, quod innatabat oleum in ampulla relinquitur, cui nonnunquam alia aqua superfunditur. Sed de praeparatione medicamentorum satis abunde in nostris Institutionibus differuimus.

Oleum rosatum completum inflammationes extinguit, roborat, cogit, densat, ventriculum a stuatione temperat, & recreat, renum ardores temperat, dolorem capitis à causa calida sedat, fluxiones sistit, & humorum impetum cohibet.

CAP.

Praeparatio.

Ratio nominis.

Oleum quomodo laeuitur.

Vires.

Olei rosati vires.

CAP. V.

Ol. rosatum Omphacinum, vulgo incompletum.

℞. Olei omphacini loti lb. iij.

rosarum nondum penitus expansarū & exungular. lb. j.

Misce in vase idoneo, & septem dies insola: Terque repe. Et fac, ut dictū est de oleo rosato completo, & serua.

COMMENTARIUS.

Ratio nominis.

Omotribes.

Preparatio.

Vires.

Oleum hoc incompletum dicitur, quod fiat ex rosis incomplete explicatis, & ex oleo ex oliuis incomplete maturis expresso, quod *Omotribes*, seu *crudum, viride & Omphacinum* nuncupatur, quodque solū extrahitur ob medicos vsus, cuius inopia oleum commune ac maturum abluitur in *Omphacio*, ut aciditate acquirat, & vim magis refrigeratoriam. Deligendæ a. sunt rosæ rubræ, recentes, nondū plane explicatæ: postea ab vngulis, seu partib. albidis purgandæ, & in mortatio lapideo cum pistillo ligneo tundendæ, in oleo macerandæ, & hebdomadam integram soli exponendæ; tum exprimendæ. Expressis & abiectis rosis prioribus, aliæ nouellæ immitrendæ, insolandæ, & exprimendæ: atq; tertio iterandæ, & quadraginta dies soli exponendæ: Postremo oleum expressum vsui reponendum.

Oleum Omphacinū multum refrigerat & roborat; ob id dolorib. à causa calida cōfert, Erysipelata extinguit, ardores plurimum mitigat, humorum fluxus cohibet, & ventriculi ac viscerum æstus temperat.

CAP. VI.

Ol. rosatum simplex, ac vulgare.

℞. Olei communis loti lb. ij. s.

rosarum exungularum tusarum lb. j.

Misceantur, insolentur dies quadraginta, dein in vase duplici coquantur ad humiditatis excrementis deperditionem: postea fortiter exprimantur. Expressum oleum seruetur,

COMMENTARIUS.

Isthæc olei rosati descriptio, quod simplicissima sit, & paratu facillima, omnium vsitatissima est. Quin magis rebus suis, quam ægrotorum sanitati consulunt, vix vnquam medicamentum quantumuis euporistum, seu paratu facile, ex arte & ratione conficiunt. Nam hodie multi pharmacopœi rosas recentes quasuis modo rubras, non exungulatas assument; in oleo communi illoto macerant: in sole duos menses, aut plures exponunt vase vitreo aut figulino. Postea vel hyeme, vel alio vtendi tempore, paucō decocto, aut succo rosarum adiecto, in diplomate coquant & exprimunt: Sicque reponunt.

Oleum rosatum simplex similes habet vires atq; omphacium, sed imbecilliores. Eo tamen maior pharmacopœorum pars vtitur, & perse, & aliis medicamentis cōmixto. Et cum à Medicis ad inflammationem quandam *Oxyrrhodinum* præscribitur, huius olei tres partes assument, quib. quartam aceti portionem adiciunt, & efficiunt *oxyrrhodinum*.

CAP. VII.

Oleum liliorum simplex D. Mes.

℞. Olei maturi lb. ij. s.

florum liliorum detractis filamentis crocei lb. j.

aqua decoctionis liliorum lb. s. aut ʒ vij. s.

Macerentur simul, insolenturq; atq; per macerationes, insolationes & expressiones iteratas paruetur hoc oleū, quo modo rosatum completum.

COMMENTARIUS.

Duplex à Mesue datur huius olei descriptio; vna simplex, quam hic exhibemus, vt præstantiorem & vsitatiorē; altera magis composita, quam subicimus, vt inutilē & nullibi parari solitam.

Illius autem parandi methodus non omnib. vna. Alii enim simplicissima præparatione contenti flores tantū semel infundunt, insolant & exprimunt. Alii ter hæc omnia

Preparatio.

Vires.

Oxyrrhodinum.

Preparatio.

omnia repetunt, adduntq; quartam aquæ decoctionis liliorum ad oleum partem, quam lenta ebullitione exhalant: hocque modo paratum oleum efficacissimum habetur, & magis vsui reponendum: Trina enim maceratione, insolatione & expressione vires maiores acquirit.

Vires. Oleum liliorum moderate calefacit, resoluit, dolores à quacunque causa subortos sedat, omnem acrimoniam mitigat: thoracis, ventriculi, renum, vteri, veticæ ardores & dolores contemperat.

CAP. VIII.

Oleum Nenupharinum.

℞. Olei loti lb. v.
florum nymphaeae, à quibus exterior pars herbacea, & interior crocea detracta est, lb. ij.
aquæ decoctionis florum prædictorum lb. j. & ℥. ij.
Omnia in vase idoneo reponantur, insolentur, exprimantur, atque teritentur, ut in oleo rosato completo.

COMMENTARIUS.

Compositio- nis illustra- tio. Idem est huius olei parandi modus, atq; violacei. Abluitur primum oleum, vel maturum, vel omphacinum. De neutro enim Mesue loquitur definite, crudum tamen seu omphacinum maturo conuenientius est, & accommodatius, in quod flores nenupharis albi, nō lutei à partibus dictis repurgati macerentur, & dies septem infundantur, parum feruescant & exprimantur; antè superfusus lb. j. & ℥. ij. aquæ decoctionis florum nymphaeæ alborum. Atque vbi cuncta hæc iterata fuere, & aqua humiditas, lenta ad blandum ignem ebullitione, deperdita, expressum tandem oleum, ut rite paratum, vsui reponendum est. Ut autem rite paretur, decoctio admiscenda; *florum nenupharis ℥. iij. assumenda sunt; in aqua fontana lb. j. s. ad ℥. ij. aut iij. deperditionem incoquenda. Hinc colatura macerationi commiscenda.*

Vires. Oleum nenupharinū refrigerat magis,

quam violatum, somnum conciliat, ardores hepat. s, renum & iecoris contemperat, veneris motus arcet, turgentem impedit, & dolores capitis à causa calida sedat.

CAP. IX.

Oleum de Mentha.

℞. Olei lb. ij. s.
mentha sativa lb. j.
succi eiusdem ℥. vij. s.
confuse permisceantur: dies septem soli exhibeantur. Deinceps horam in duplici vase coquantur: postea exprimantur: atque bis, terque omnia iterentur. Postremo oleum expressum seruetur.

COMMENTARIUS.

Sunt, qui ad huius olei confectionem Omphacinum assument, quod sua stypticitate ventriculum roborat: alii maturum & completum, quod eundem magis calefaciat, & coctionem iuuat; vnde oleum *eustomachicum* à nonnullis dicitur. Debet autem seligi *mentha sativa, crispa, ac viridis*, cuius folia tusa oleo macerabuntur, atque ter mutabuntur, præscripto modo.

Vires. Oleum de mentha ventriculum frigidiorē calefacit, imbecillum roborat, coctionem iuuat, vomitum sistit, appetentiam reuocat, nauseabundo stomacho succurrit, & flatu discutit.

CAP. X.

Oleum de Absynthio.

℞. Olei communis lb. v.
comarum absynthii lb. ij.
succi eiusdem lb. j. & ℥. ij.
miscet & confice eodem modo, quo superius descriptum.

COMMENTARIUS.

Hoc oleum authoris est incerti, licet à multis describatur, sed diuersa semper *absynthii* ad oleum proportione. Alii siquidē illius quantitatem valde exiguam ponunt, alii maximam. Nos Parisiensium pharmacopœorum optimam methodum secuti,

ex olei partibus quinque, *absynthii* duabus, & succi eiusdem tantum quarta ad oleum proportionem. Nonnulli ad maiorem astringentem & robur *rosas* permisceri debere suadent, satius tamen est, descripto modo parare, nam *absynthium* stypticitate non caret, præsertim Ponticum & vulgare. Si quis maiorem astringentem expetierit, illi licebit utendi tempore nonnihil ex oleo *myrtino*, aut *rosaceo* commiscere.

Vires.

Oleum de *absynthio* calefacit & roborat, præsertim ventriculorum, appetitum excitat, humores crudos coquit, flatus dissipat, vermes enecat, & obstructions à causa frigida tollit.

CAP. XI.

Oleum anethinum, & chamamelinum.

Olei communis lb. ij.

florum *chamameli*, vel summisatum *anethi* lb. j.

aqua decoctionis alterutrius lb. β.

Permisceto, septem dies in solato, ad se-
rosum humiditatis exhaustionem co-
queto. Hoc bis, terve iterato, & usui
reponito.

COMMENTARIUS.

Hæc duo olea similes ut habent vires, sic simili modo parantur. Nonnulli *Auic. Vil-
lanouanus* flores *chamameli* diem integrum
siccant in loco Soli non exposito, nec dosim
illorum, ut neque olei definiunt. Multi par-
pondus & florum, & decocti eorundem sum-
unt; olei vero quantitatem sufficientem, in
qua nempe flores queant rite macerari.
Sunt, qui lb. j. tantum florum immergunt in
olei lb. v. & sesquimensum circa caniculam
Soli exhibent, tum exprimunt & seruant.

Compositio-
nis illustra-
tio.

Si autem à medicamento virtute aut im-
becillitate, sumitur mixtionis & præpara-
tionis bonæ vel malæ indicatio, descripto
parandi modo hæc olea confecta erunt ef-
ficaciora.

Vires olei
chamame-
lini.
Vires ane-
thinii.

Oleum *chamamelinum* calefacit & re-
soluit moderate, dolores à causa frigida se-
dat, & nervis roborandis prodest.

Anethinum quoque resoluit, calefacit,

status discutit, nervos confortat, lassitudines
tollit, dolores articulorum mitigat, venarum
spiracula laxat, & convulsionibus confert.

Oleum rutæ.

Oleum rutaceum eodem modo parari
solet & debet. Aliud magis compositum de-
scribitur à Nic. Alexandrino, quod præter
folia *rutæ rusticæ* recipit *sampsuchum* & *cumi-
num*; raro tamen præparatum inuenitur.
Nam quod à Mesue datur, satis potenter ea
præstat, quæ pollicetur. Calefacit, tenuat,
digerit, vteri dolores à causa frigida sedat,
& status discutit, atque doloribus omnium
corporis partium, quæ calefieri postulant,
accommodatur, inquit Actuarius.

Vires.

Oleum *sampsuchinum* vel simplex est,
ex huius foliis & succo, vel decocto & oleo
à Mesue confectum, vel magis compositum
ex *Dioscoride c. 10. lib. 6. de re medic.* quod
præter ea folia *myrthi*, *serpillum*, *abrotonum*,
silybrium, & *cassiam ligneam* admittit.
Hoc vix unquam paratur, illud rarissime, ni-
si ob emplastrum à meliloto confectioem. Pa-
ratur autem Mesuei decreto, ut Oleum
myrtinum; hoc vero ut melinum, siue cy-
doniorum, hoc est, ex *sampsuchi foliis*, &
eorum succo confuse oleo maceratis, in so-
latis & expressis, atque termutatis. Quod
vero sit *sampsuchus*, & an à maiorana disti-
deat, lib. de simplic. demonstrauimus.

Oleum sam-
psuchinum.

Oleum *sampsuchinum* calefacit, & ro-
borat caput, & nervorum genus omne.

Vires.

Oleum de *lasmio*, quod Arabes *Sambacinum*
vocant, Medicorum decreto in
pharmacopoliis multis paratum seruatur.
Viribus enim pollet efficacissimis, tum ad
dolores à causa frigida sedandos, tum ad re-
soluendum & digerendum. Maxime autem
commendatur ad ventris dolores & tor-
mina, quæ sæpe pueros laceffunt, mitiganda
& sedanda. Conficitur eodem modo,
quo rosatum completum, aut keirinum.

Oleum Sam-
bacinum.

Vires.

CAP. XII.

Oleum Hypericonis simplex.

℥. Summisatum *Hyperici* nondum ma-
turentis lb. j.

Olei communis lb. ij.

aqua

aqua decoctionis florum & foliorum hyperici lb. ſ.

Misce, & in ſola per hebdomadam: de in coque ad ſeri diſſipationem: tum exprime: idq; ter repete. Et poſtremo expreſſum oleum vſui reconde.

Oleum Hyperici compoſitum D. Iacob. de Manl.

℞. Comarum hypericonis ℥iij.

Inſunde biduum aut triduum in vini odoriferi ℥x.

Dein coque in vaſe duplici ad ℥iij. exhalationem. Poſtea exprime, & partem hyperici quantitatem impone, macera, coque, & percola, vt ante. Adde olei ℥vj.

ſerebinthina clara ℥iij.

crocii ℥j.

Coquantur ſimul ad vini conſumptionem. Tum exprime, & in vaſe idoneo repone.

COMMENTARIVS.

Tres olei hypericonis differentie notantur. Prima ſimplicior & vſitator, ex hyperici foliis, & floribus, & oleo parata: Alia magis compoſita, quæ præter dicta, terebinthinam, vinum & crocum admittit.

Tertia maxime compoſita Ioan. Vignii, quæ alia adhuc olea, lacrymas, ſuccos, radices, folia & vermes terreſtres excipit. Prior in pharmacopæorum Officinis, poſterior in Chirurgorum tabernis haberi ſolet: alia modo in his, modo in illis pro Medicorum imperio.

Simplicius autè oleum hypericonis præſtantius habetur, ſi ex ſolis floribus ter in oleo maceratis, inſolatis, & expreſſis cõficiatur. Illius tamen ſummities cū folliculis & granulis sæpius ſumuntur: atque vtroque modo confectum oleum prærubrum eſt, quaſi cruentum, & velut Myrelæum, ſeu quid medium, inter vnguentum & oleum.

Mirum in modum neruos roborat, echymofin delet, humores digerit ac reſolvit, dolores mitigat, & iuncturas recreat.

Vires.

Quod à Iacobo Manlio deſcribitur, videtur potius eſſe baſamum quoddam, aut vnguentum vulneribus agglutinandis accommodatum, quam oleum. Quia tamen eximium eſt, non negligendum. Si dum paratur, vinum per priorem ebullitionem citius exhalarit, aliud denuo affundendum, quod per vltimam diſſipabitur.

Calefacit & ſiccit, neruorum puncturis & vulneribus plurimum confert, ambuſtis medetur: Iſchiadicis vtiliter adhibetur, & ad omnes dolores à frigido contractus feliciter vſurpatur.

Oleum Cyprinum ſeu Liguſtrinum, quod Arabes de Alcanna nuncupant, & Oleum Sambucinum, parantur vt Rutaceum, rariffime tamen parantur, vt & oleum de Enula, de Meliloto, de carthamo, de Santalo citrino, & alia pleraq; ab authoribus ad oſtentationem potius, quam neceſſitatem deſcripta.

C A P. XIII.

Oleum de pomis mandragora D. Meſ.

℞. Succipomorum mandragora maturorum,

olei ſeſamini, vel communis anpartes æquales,

Coque in diplomate ad ſucci euaporationem. Dein ſucci tantundem adhuc ſuperfunde & coque, vt prius: idem ter fac, & vſui repone.

COMMENTARIVS.

Dux ſunt huius olei deſcriptiones, vna Meſues, quam nunc exhibemus, vt paratu faciliorem & tutiorè: Alia Nic. Præpoſiti, quam improbamus, vt nimis ſtupefactiuâ & narcoticam. Non ſolum enim ſuccum mandragora admittit, ſed etiam hyoſcyami, papaueris & ricinæ, ſimulque opium. Nam cum narcotica etiã benigna, niſi rite præparata & prudenter exhibita, ſenſus cõſopiant, & calorem inſitum extinguunt, nõ opus eſt, tot eiufdè inimicæ qualitatis medicamenta in vnum aggerere: Adde, quod ex medicamentorũ ſtupefactiuorum vſu

Ttt 2 non

Ol. hyperici magis compoſitum.

Vires.

Ol. Cyprinæ Sambucinum.

De Enula. De Meliloto.

De carthamo.

De Santalo citrino.

non summa sensuum requiritur stupefactio & necrosis, sed tantum inflammationis vel doloris sedatio. Si tamen ad Olei de pomis mandragoræ confectionem, parua tantum pomorum quantitas suppetat, potest radicis succus extrahi & permisceri. Nullum enim est mandragoræ parti magis affine substitutum, quam pars alia mandragoræ. Præparatio ex formula descriptionis satis patet.

Vires.

Inflammationem omnem extinguit, dolores sedat, sensus stupefacit, cephalalgia & phrenitidi confert, & renum ardorem illitum temperat.

CAP. XIV.

Oleum myrtinum D. Mes.

℞. Foliorum myrti viridium ℥v.

olei omphacini ℔j.

Misce & insola dies octo: in balneo Mariæ parum coquito: expressa folia euicito: recentia euicito: idque ter iterato: postremo oleum expressum seruato.

Oleum myrtillorum.

℞. Baccarum myrti ℔j.

olei Omphacini ℔j. ℞.

aqua decoctionis foliorum, & baccarum myrti ℥vij.

Macerentur & coquantur ad aqua deperditionem. Expressis & abieclis baccis, alia recentes, ut priores macerentur, & coquantur, donec tabescant. Idque iteretur tertio, si efficacius oleum requiratur. Expressum tandem oleum seruetur.

COMMENTARIUS.

Oleum myrtinum dicitur, quod fit ex myrti foliis maceratis & expressis: oleum myrtillorum, quod ex eiusdem baccis seu myrtillis conficitur. Vtrumque vsuale & viribus est eximium: sed baccarum inopia, alterum solummodo, quod ex foliis maceratis paratur, in officinis asseruatur. Qui myrtillos tantum aridos habent, ex hisque oleum parare concupiscunt, vino odorato humidiores & tumidiore efficiunt, dein

Differentia
inter oleum
myrtinum
& myrtillo-
rum.

oleo miscent, coquant, & exprimunt, & v-
sui reponunt.

Aliquando oleum myrtinum paratur ex succo foliorum myrti & oleo, quibus additur ladanum. Est tamen vsitatus & melius, quod modo à nobis descripto conficitur.

Vtrumque refrigerat, densat, astringit, cerebrum, neruos & ventriculum roborat, capillos retinet, eorumque defluuium sistit, gingiuis medetur, dentium dolori, laxatos artus firmat, pustulas erumpentes illitu emendat.

Vires.

CAP. XV.

Oleum cydoniorum D. Mes.

℞. Carnis cydoniorum integrorum tritorum,

succi eorum an. ℔. ℞.

olei omphacini ℔j. & ℥ij.

Vase vitreo, aut saltem vitrato excepta dies quindecim insolentur: dein coquantur in vase duplici ad succi consumptionem. Expresso fortiter oleo, alia caro trita, & succus addatur, insolentur, concoquantur, exprimantur bis aut ter: postremo colatum oleum seruetur.

COMMENTARIUS.

Autumno paratur hoc oleum, Melinum ^{μηλίον}, Græce dictum, quo tempore mala cotouea magnitudinē perfectam adeptæ maturescunt: antequam tamē plane maruerint, assumenda, nec depellenda, sed à lanugine tantum spolianda, dein raspanda, ut cum aromatiis loquar, seu ferramēto segmētis quibusdam exasperato, deradēda. Postea pondus æquum succi colati & carnis tritæ aut deraçæ, nec expressæ sumitur, & oleo confuse permixtum ter insolatur, coquitur, exprimitur modo explicato. Narrat Sylius succū cydoniorū ita crepitare & agitari, dum oleo incoquitur, visu mirabile, ut oleum omne tandem vase excutiat: Ob id, in ^{duo} vase duplici hoc oleum coquendum est simul, ne ab Empyreumate oleo impresso, vires cydoniorum aut deteriores aut imbecilliores euadant.

Melinum.

Præparatio.

Oleū id refrigerat, astringit, ventriculi & inte-

Vires.

& intestinorum retentricem facultatem roborat, coctionem iuuat, vomitum sistit: Ob id cholerae morbo, lienteria, dysenteria confert, & partem quamuis laxiorem & imbecillam firmat ac roborat.

CAP. XVI.

Myrelaum seu oleum pigmentatum.

℞ *Summitatum botryos herba granulis onustarum m. iij. baccarum botryos fruticis ℥ viij. vini optimi ℔ ℞. olei boni ℔ j. ℞. Misce, & septem dies in sola: dein in balneo Mar. simul tamdiu torum incalcescat, vt vinum uanesat. Expressum oleum seruandum.*

COMMENTARIVS.

Ratio nominis.

Parari debet circa principium autumnii hoc oleum, quod *Myrelaum*, quasi *unguentolaum*, seu *oleum pigmentatum* vocauimus. Vtraque enim planta, ex qua conficitur, *pimentum* Gallis, quasi *pimentum* dicitur, & à nonnullis *Ambrosia*. Halitus n. fragrantia odoratum exhilarat, & lentore quodam aromatico, & velut unguentario quo extrinsecus percipitur admodum glutinosa, contrectantium digitos inuiscat.

Naturam vtriusque cum accurate perspexisset honorandus vir Dn. Claud. Gonerius, doctrina & morum integritate commendatissimus, cuius in hoc toto opere saepe, videlicet cap. 16. sect. 1. lib. 1. de mat. med. cap. 22. sect. 6. eiusdem lib. & cap. 6. lib. 1. Antid. meminimus; Is enim est, qui non modo simplicium varietates, sed & facultates diligenter perquirens, ægre tulit tam eximias stirpes, quas etiam ipsa natura odore, sapore, pinguitudine, multum insignes designat, à Medicis nec celebrari, nec vnquam usurpari. Sed hinc forsan harum plantarum contemptus subortus est, quod valde frequentes sint. Nam quæ inter herbacea continentur, in omnibus hortis cultioribus inuenitur: Quæ vero fruticum modo assurgit, & ramulos ligæos erigit, in solo Pari-

siensi, aut longe non distito, late ac sponte prouenit; atque circa Septembris initium copiosa Lutetiam deuehitur, & ibi fere tantum à mulierculis emitur ob fragrantiam & odoris suauitatem vestibus conciliandam. Cum a. qualitates vtriusque saepe explorarim, & efficacissimas compererim, ex eis Oleum parauim iuxta descriptionem traditam, quod sane viribus multis Balsamis respondet. Nam paralyssi, tremori, & nervorum imbecillitati valde confert, dolores articulorum frigidos aufert, œdematosos tumores digerit, dolores à pituita natos tollit, humores crudos coquit & resoluit, cerebrum & genus nervosum roborat, & cum pauca terebinthina vlcera dysepulotica ad sanitatem perducit.



SECTIO II.

DE OLEIS, QUÆ QUOVIS TEMPORE conficiuntur.

Priore libri huius sectione omnia olea visitatiora & pharmacopolio magis necessaria perstrinximus, Vere, Estate, & Autumno per infusionem parari solita. pro medicamentorum ubertate & benitate, qua natura istius temporibus recentia, & viribus eximia, libera manu ad tyronum manus suppeditat: Sequitur nunc, vt alia, qua quouis tempore parari queunt, eadem arte describamus.

CAP. I.

Oleum Mastichinum D. Mes.

℞ *Mastiches ℥ iij. olei rosati ℥ xij. vini generosi ℥ iij. Coque in vase duplici ad vini consumptionem. Eo consumpto, percoletur oleum, & vsus reponatur.*

COMMENTARIVS.

Duas tradit Mesue olei mastichini descriptiones.

criptiones, vnam ex *masliche* & oleo *sesamino* compositam, quæ nullibi parata reperitur; alteram ex *vino*, *masliche*, & *oleo rosato*, quæ frequenti est in vsu. N. Præpositus tertiam proponit, quæ ab omnibus improbat. Myrepsus præter priorem à Mesue datam, alias adhuc duas subiungit.

Preparatio.

vix vnquam celebratas. Sola igitur ea est huius olei admittenda descriptio, quam ex Auicenna & Mesue damus: ad cuius confectioem *masliche* crassiuscule terenda; dein cum oleo rosato & vino rubro in diplomate tamdiu coquenda, & inter coquendum spatula mouenda, donec vinum penitus fuerit absumptum.

Vires.

Oleum mastichinum cerebrum, neruos, ventriculum, hepar & articulos roborat, duos tumores emollit, & dolores sedat.

CAP. II.

Oleum nardinum D. Mes. simplex.

℞. Nardi Indica ℥ iij.

vini & aqua an. ℥ ij. ℞.

olei sesamini ℔ j. ℞.

Coquantur in duplici vase, igne lento, & frequenter mouendo, ad huiusmodi aquei dissipationem.

COMMENTARIUS.

Multus est nimis aliquando Mesue in medicamento eodem variando, quadruplex enim oleum rosatum descripsit, triplex nardinum, sed quæ tantum inter illa priore loco describuntur, vsurpantur. Alia nunquã aut rarissime, vt & alia duo à Myrepsio descripta, quæ nimis sumptuosa sũt, & verius balsama aut vnguenta, quã olea.

Ad nardini a. simplicis confectioem, olei sesamini defectu, oleũ dulce substituitur, nullo aut exiguo errore. Nã Mesue aliquando imperat oleum sesaminũ, vel dulce ad libitum assumi. Spica vero minutim incidenda, tres aut quatuor horas in vase fictili, aut vitreo cũ vino, aqua & oleo maceranda. Dein omnia vase duplici feruefacienda ad aquei & vini dissipationem. Sunt, qui nardinum in aqua & vino tantum macerant,

idque diem integrum. Sic tamen cũ illius vires magis dissipentur, præstat breuiore temporis spatio, oleo simul, aqua & vino super cineres parum calidos infundere. Olei a. libra dimidia cum parciore videretur ad ℥ iij. nardi, quæ magna mole admodum leuis est, ex Fernelio & Medicis Romanis aucta est, & pro ℔. ℞. ℔. j. ℞. posita.

Oleum nardinum ob insignes virtutes *Oleum Benedictũ* appellatur, calefacit, tenuat, digerit, modice astringit: ob id affectibus omnibus frigidis, flatulentis, cerebri, ventriculi, iecoris, lienis, & vteri plurimũ confert, & corporis odorẽ & colorem comendat.

CAP. III.

Oleum croci D. Mes.

℞. Croci,

calami aromatici an. ℥ j.

myrrha ℥ ℞.

Macerata dies quinq; in aceto; sexto die toto infunde.

Cordumoni, i. carni, vel eius loco *Cordumonium.*

cardamomi ℥ ix.

Septimo coquantur simul lento igne ad acetum consumptionem, cum olei ℔. j. ℞.

Percolatum oleum in idoneo vase reponito, & seruato.

COMMENTARIUS.

Morbis vix datur vllus frequentior Neapolitano, nec medicamentum ad ipsius expugnationem vsitatus *emplastro de raris* à Ioanne Vigonio cap. 2. lib. 5. descripto: nullus est enim adeo misellus barbitonsor oppidulanus, qui hoc medicamentum saltem odore, colore, & nomine, si non viribus, non norit, & periculum simul & lucrum fecerit. Ad illius autem compositionem cum accedat *oleũ de croco*, in pharmacopoliis paratum debet assuari, alioquin male & præter authoris intentionem conficitur: ob eum tamen vsũ à Mesue inuentum non arbitror, qui vel luem veneream non vidit, vt credibile est, aut subicitur: Sed ad vterum & neruos roboran-

Vires.

borandos; amborum dolores sedandos, duritates emolliendas & discutendas, & colorem conciliandū. Quid vero sit cordumeni, *lib. de simplicib. demonstratur.*

CAP. IV.

Oleum de capparibus.

*Proculdubio
3j. cortis.
rad. cappar.
erat ponenda.*

℥. Cortic. radic. capparibus 3j.
cortic. media tamarisci,
foliorum tamarisci,
sem. agni casti,
ceterach.
cyperi, an. 3 ij.
rusa 3j.
aceti.
vini albi generosi an. 3 ij.
olei maturi lb. j.
Coquantur omnia in vase duplici ad
acetis & vini deperditionem. Percola-
tum oleum vsui reponendum.

COMMENTARIVS.

Huius olei inuentio recentioribus tribuitur: De eo namque veterū nullus, quod sciam, locutus est; author tamen incertus perhibetur: sed quicumque is fuerit, hoc oleum medicatum methodice ac legitime compositum, & viribus eximium descripsit: quod ideo fere vbique locorum paratur iuxta descriptionem à nobis traditam, & ac omnibus probatam, vno Brasauolo dempto, qui rerum nouarum cupidus illā immutauit. Sed ex his ipse est; credo, qui malunt videri, quam astringi.

Preparatio. Vt autem tunc paratur id oleum, primo radices cyperi minutim incidendæ; dein simul cum corticibus capparum & tamarisci terendæ. Reliqua quoque simplicia, tamariscus, scolopendrium, seu ceterach & ruta simul tundenda, seorsim vero semen agni casti seu viticis. Tum omnia simul miscenda, diebus quindecim maceranda vino, aceto, oleo; postea in diplomate coquenda ad vini & acetis dissipationem: tandem percolatum oleum seruandum.

Vires. Affectibus lienis magnopere prodest: eius enim duritiei, scirrhi, obstructioni & & dolori medetur: meatus & poros cutis a-

perit, humores resoluit, & status discutit.

CAP. V.

Oleum ex Euphorbio D. Mes.

℥. Euphorbii 3 lb.
olei keyrini,
vini odoriferi an. 3. v.
Coquantur simul ad vini consumptionem.

COMMENTARIVS.

Vtraque arte frigidior, vel calidior efficitur, sic quoque oleum, teste Galen. cap. 7. lib. 1. de simpl. med. fac. quod multum refrigerans, si sedum, seu semperuiua, aut refrigerans & stupefactiuum, si mandragora in eo maceretur; calidissimum, si piper aut euphorbium. Ab his omnibus legitime adhibitis olea nonnunquam per impressionem medicata fiunt; medicis vltibus accommodatissima. Licet enim euphorbium acerrimum & calidissimum sit, ad multa tamen commendatur à Galeno cap. vlt. lib. 2. comp. med. local. seu permistum cera ad coxendicum affectus; seu oleo liquatum ad hemicraniam à causa frigida: ex cuius lectione doctior & audacior factus à Mesue, hoc oleum primum ab illo inuentum, in ordinem aliorum à seipso descriptorum retulit. Aliud adhuc subiugit ex Auicēna, cui pauca quedā adicit. Sed nullius vnquā fuit vsus, vel penitus exoleuit. Ad superius *Preparatio.* autem descripti præparationem, Euphorbium seligendum album recens, cuius penuria, vetus dupla portione Galeni consilio sumendum, superfuso pauco vino, aut oleo keyrino, ne acriter, vt solet, nares & cerebrum feriat. Tritum oleo & vino permiscendum, & vase duplici spatula subinde mouendum; lente, ac tamdiu coquendum, donec vinum exhalarit: Postea oleum percolatum vsui reponendum.

Oleum de Euphorbio multum prodest *Vires.* frigidis cerebri, & neruorum affectibus, cephalalgia, hemicrania, lethargo, naribus immisum. Valet quoque ad dolores frigidos iuncturarum, hepatis & lienis.

CAP.

CAP. VI.

Oleum Moschellinum ac Moschatellinum.

℞. Nuces moschatas N.ij.

moschi ℥h.
folii,
spica nard.
costi,
mastiches an. ʒ. vi.
styracis calamita,
xylocassa,
myrrha,
croci,
caryophyllorum,
carpobalsami, vel cubebarum,
bdellii an. ʒ. ij.
olei puri ℔. iij.
vini generosi ʒ. iij.

Terenda ex arte trita, atq; confuse mista bulliāt ad vini dissipationē. Percolatum tandem oleum vsui reponendū.

COMMENTARIVS.

Diffidium est inter peritos de huius olei auctore, descriptione, nomine, & simplicium dosi. Quorquor n. de eo sunt locuti, cū aliquid vel addiderint, vel detraxerint, priorem illius originē obscurarūt, & antiquam simul descriptionem immutarunt. Nam a. turpiter deprauatam Iouberus castigauit, & ad meliorem formam redegit, quam hic nō tantum sub olei moschellini aut muscellini, sed etiam moscatellini nomine exhibemus. Basim n. cum duplicem habeat, atq; vtramque eximiam, & voce & viribus coniugatam & affinem, ab alterutra denominari potest. Siue enim muscellinum, vel potius moschellinum à moscho, seu moschatellinum à nucibus moschatis, vtraq; nomenclatio, vt legitima, ferēda est. Inepte vero à quibusdam oleum Balanium, quod simplex est, in odorum, & ex balano myrepica, seu glande vnguentaria, trita & expressa elicitur.

Preparatio. Vt autērite paretur, omnia seorsim trita, & simul mista præter styracem & mo-

schum, macerentur in oleo & vino super cineres calidos diem integrum, aut biduum, in vase obturato; deinde coquantur in duplici vase ad vini euaporationē. Postea oleo percolato, adhucque calenti addatur styrax pulueratus, adhuc parum igne blādo feruefiat: postremo moschus miscetur, mixtura seruetur. Sunt, qui moschi ʒ. j. alii ʒ. iij. adiciunt; quod diuitibus si arri-deat, & mihi quoque ipsi; sed deterioris fortunæ viris non tolerabile duco.

Apud Alexandrinum cap. 712. ponitur oleum pumicum: Nonnulli interpretantur purum; alii punicum dicunt, & oleum in Aphrica natum contendunt. Nos cū Iouberto ponimus oleum dulce & tyncerum; pro aqua vinum: pro Neregil, hoc est, nucē Indica, vt in quibusdam codicibus legimus, nucem moschatam: pro costo, si defuerit, radicem angelica, pro xylocassa, cinna-momum crassum; pro carpobalamo, cubebas, aut semen lentisci, vel terebinthi; cætera sunt facilia.

Valet oleum moschelinum ad omnem frigiditatem corporis, præsertim ventriculi, quem roborat, calefacit, & coctionē iuuat. Stranguriosis, colicis & neruorum omnibus prope vitiis succurrit.



SECTIO III. DE OLEIS, QUÆ EX ANIMALIBVS INTEGRIS, aut eorum partibus confici- untur.

Nec solum, nec semper ex stirpibus, sed etiā animalibus integris, vel eorum partibus infusis & expressis, olea medicata cōficiuntur. Nam cum animantia cuncta in vsu sum & fauorem hominis creata sint, à quibusdā victum habet, ab aliis vestitū, à nonnullis famulatum, ab aliis medicamentum: alit enim ouis, induit bombix, famulatur equus, lumbri medentur. Plura autem homini sanādo, quam

Oleum pumicum.

Neregil.

Vires.

do, quam alendo conueniunt, qua scilicet vires habent medicamentosas, quas multis modis extrahunt, parant, & salubriter exhibent Medici. Ex his vero frequentissime olea medicamentosa conficiunt, cuiusmodi est;

Oleum lumbricorum.

CAP. I.

℞. Lumbricorum terrestrium in vino albolozorum,
vini rub. generosi an. ℞. ℞.
olei veteris & clari ℞. ij.
Coquantur omnia simul ad vini iacturā.
Percolatum oleum vsui reponatur.

COMMENTARIVS.

Medicamentorū descriptiones nullius probati viri testimonio fulcite, vix ad multorum manus perueniunt integræ, cū singuli singula libere immutēt, authore nullo refragante. Hoc tamen oleum ἀδλον, seu incerti auctoris ab omnib. similiter describitur, nihilq; discriminis notatur, nisi forsitan in vini & vermium dosi, quæ in nōnullis exēplaribus par, in aliis dispar habetur: in quibusdā vini exigua est quantitas, quæ vermibus coquendis nō sufficiat; in aliis liberalior, quæ diuturniorem coctionem requirat. Nos legitimam & vini ad vermes, & olei ad utrumq; proportionem dedimus.

Preparatio.

Proinde sic recte parabitur: primū lumbrici terrestres aqua sæpius mutata abluētur; dein vino albo, in quo per horam stagnare relinquētur. Peracta lotionē & abiecto vino albo, vermes duplici vase excipientur, oleum affunderetur, & vinum rubrum aut etiam album: tum omnia coquantur ad vini euaporationem. Tandem oleum per telam cannabinam traiectum vsui reponetur. Nonnulli coctos lumbricos terunt, & eidem oleo permiscunt in formā vnguenti, cuius tamen perquam rarus est vsus.

Vires.

Oleum lumbricorum articulorum doctoribus confert, & nervis à causa frigida imbecillioribus roborandis, nervosumque genus omne illitum recreat.

CAP. II.

Oleum de scorpionibus simplex D. Mes.

℞. Scorpiones num. xx. aut paulo plures, vel pauciores pro eorum magnitudine. olei amygdalar. amararum ℞. ij.
Macerentur in vase vitreo, oris angustii, probe obturati diebus triginta, in Sole æstiuo, percolatum oleum, seruandū.

Oleum de scorpionibus compositum D. Mes.

℞. Radic. aristolochia rotunda,
gentiana,
cyperi,
cortic. radic. capparis an. ℞. ij.
olei amygdalarum amararum ℞. ℞.
Omnia insolentur mixta in vase vitreo o-perculato, diebus xx. Dein scorpiones à decem ad quindecim oleo iniice: obtura, in sola mense integro. Postremo colatum oleum serua.

COMMENTARIVS.

Natura hominem, vt proprium filium alit, tuetur, & à morbis liberat, quos vel contrariorum oppositione abigit, vel alexiteriorum partim similibus, partim dissimilibus vsu curat. Sic *theriaca* inter nostram naturam & venenū media pesti & morbis contagiosis ac malignis prodest. Sic scorpiones nobis semper infesti, nō solum vulnera ab eisdem inflictā sanant, sed aliis morbis venenatis qualitatem malignam foras euocando, medentur. Ex his autē infusis & expressis parat Mes. oleum quoddā simplex, quod scorpionibus tantum & amygdalino amaro constat; aliud magis compositum, quod præter dicta *cyperum*, *aristolochiam*, *gentianam* & *corticem radicis capparis* admittit. Si quis Manardi consilium secutus, alia adhuc alexiteria miscuerit, laboris non penitebit; oleum siquidem habebit mirandę virutis, contra omnia venena, & pestilentiam. Talis olei compositoris & alexipharmaci formulam subtriciui, quod eiusdem medicamenti multiplex descriptio nauseam sæpe moueat. Desumpsit autem

Vuu Mesue

Preparatio. Mesue hoc oleum compositum ex Rhasi, debetq; potius parari, quam simplex, quia medicatius & efficacius, ad cuius cōfectio nem radices primum *cyperi* minutim inci- sã contundendã, vt & *aristolochia*, *gentia- na*, & *radix cappar*. Postea oleo maceran- dã, & insolandã, atque omnia peragenda, iuxta formulam datam. Per Kist vnum o- lei à Mesue definitum, Syluius intelligit sextarium vnum. Nos certiore dosim arbitrati lb. j. s. olei ponimus.

Vires.

Oleum scorpionum morbis venenatis illitum prodest. Vesicæ & renum calculos atterit, meatus diducit, dolores lenit, & sa- burram expellit, maxime vero id præstat calculoso, si ab egressu balnei liniatur. Vtrumq; viribus iisdem præditum est, sed compositum calidioribus & præstatoribus.

CAP. III.

Oleum de Castorio.

℞. Testium castorii à membranis mun- datorum ℥j. vini albi odoriferi ℥ij. olei lb. j.

Omnia simul coquantur ad exhalationem vini. Oleum postea vsui repo- nendum.

COMMENTARIYS.

Nic. Præpo- siti multi- plex fursi.

Nō omnino iniuste Nic. Præpositus ac- culatur latrocinii, quod multorū medica- mentorū descriptiones à se antiquioribus furatus, eorum nomen subtrahit, & prioris authoris gloriam sibi vendicauit. Hoc satis ex medicamētorū, quæ transcripsit, farragine patet: inter quæ si forsã aliquod oc- currat à seipso descriptū, nec Medici soler- tiam, nec Pharmacopœi dexteritatē sapit. Huiusce rei fidē facit olei castorei descri- ptio, ad cuius cōfectionē iubet ℥j. casto- rii in olei lb. j. decoqui, ad tertie partis olei dissipationem, absq; intermedio vino, aut aqua vel decocto idoneo. Sed quā impru- denter, ipse tyronibus notius est, quam vt pluribus sit opus demonstrare. Quis enim non scit, oleum diem integrum, posse ignē sustinere citra iacturam, aut certe paucu-

Olea sine vino, aqua aut alio de- cocto non es- se coquenda.

lam, nisi cum vitru r̄ propterea quæ oleo coquantur, nō mollescunt, sed frigidur, & indurantur. Potest quidem hoc oleum sine alio liquore parari, modo castorium oleo tantū maceretur, insolatur, & sic relinqua- tur. Assolet enim oleum Castorinum non percolatū seruari. Fernelius *aqua vita* ℥j. adiicit, sed hæc tantilla portio, vim ignis nō patitur, nisi momentaneã. Alia descriptio magis composita datur à Iacobo de Man- liis, quæ paratu difficilior, & multo sum- ptuosior est, rarissimeque paratur.

Castigatam igitur Præpositi descriptio- nem seruabimus, quæ satis efficaciter ea præstat, quæ Manlii descriptio pollicetur.

Confert enim tremori, neruorū & arti- culorū doloribus, conuulsioni & paralyfi.

Ad psorã, impetigines, & alia cutis vitia Mesue parat oleum ex viperis nigris inte- gris, igni lento ad carniū dissolutionem coctis, in vase terreo, vitrato oris angusti.

Fallopius vyperas cuiusuis coloris duas assumit, in frusta secat, oleo immergit, in vase officii stricti, circa Canem æstiuo So- li exponit: postea exprimi & seruari, ad vl- cera ex Indica lue contracta, quibus sa- nandis apprime conuenit, præscribit.

CAP. IV.

Oleum vulpinum.

℞. Vulpem adultam non strigosam, ex- enteratam, pelle nudatam, & in par- tes sectam.

salis communis ℥ij. summitatum anethi, thymi, chamapiteos an. m. j.

Coquantur simul in aquis partibus, & quantitate sufficienti aqua & vi- ni albi, ad arsum & ossium separa- tionem. Colatura lb. ij. adde olei lb. iij.

salua, roris marini an. m. j.

Bulliant rursus ad aquea humidita- ris dissipationem. Tum oleum perco- lato, & seruato.

COM-

COMMENTARIUS.

Non fat est, medicamenta simplicia optima esse, sed quæ componuntur ex ipsis, optime præparari, ex ratione describi, debere misceri, & exacte uniri est necesse, nulla singulorum, si fieri possit, deperdita & reiecta vtili portione. Sed quam male olei vulpini communis descriptio his legibus fulciatur, ex eius formula satis pater. Mesue enim iubet vulpem integram, cum pelle, pilis, pedibus, solumque exenteratam incoqui in aqua fontana, marina & sale, ad artuum dissolutionem, additis inter coquendum *hyssopo* & *anatho*, & superfusa aqua, in qua vtriusque lb. j. ante incoxerit. Sicque ollam videre videor, pilis, ossibus, carne, & stirpibus aliquot ad putrilaginem coctis, cuius expressa pinguitudo, oleum vulpinum Mesuei est. Paulus suadet vulpem viam simul & exenteratam, ad officium separationem elixari. Sed quomodo via & euiscerata possit concoqui, non coniecto. Rondeletius vult cum corio & lactibus coqui, abiectis tantum alui excrementis: sed intestinis remanentibus, foras excerni recrementa in cadauere non video. Illius collega Iouberthus mauult pellem, quam viscera abiici: interanea vero bene lota simul cum carne elixari. Nos pellem, caudam, & interanea, vt inutilia reiiicimus: postea corporis truncum & artus secamus; aqua, vino, & sale coquimus, cum herbis nerualibus & digerentibus. Colaturæ addimus oleum, salinam, & rorem marinum, & sic denuo coquimus ad aqueæ & vinosæ humiditatis resolutionem. Hoc autem modo paratum oleum viribus eximium est, & ad ea, quæ expetit & promittit Mesue, efficacissimum. Potenter enim digerit ac resoluit, neruos roborat, & à frigidis iniuriis tuetur, & articulorum morbis opitulatur.

CAP. V.

Oleum formicarum.

℥. Formicarum alatarum ℥ij.

olei maturi ℥vij.

Macera quadraginta dies vase optime clauso, a stino soli exposto: Postea oleum exprime, & vsus repono.

COMMENTARIUS.

Rarissime paratur hoc oleum, fereque solum expetit ad genitalia frigidiora calefacienda, & stimulum Veneris excitandum. Cum facile & paruis sumptibus confici possit, & à quibusdam natura frigidis expetatur, eo pharmacopolium minime carere debet, sed parua quantitate parandum.



SECTIO IV.

DE OLEIS EXPRESSIONE DVCTIS.

Olei genera sunt quatuor: Primum absolute & proprie dictum, quod ex oliuis maturis educitur. Secundum minus proprie, quod oleo quidem dicto constat, sed cui plantarum vel animalium partes infusa, ac insolata, vel cocta sunt. Tertium cum adiuncto rei, ex qua elicitur, cognomen habet, vt quod ex amygdalis exprimitur amygdalinum, ex sesamine sesaminum, ex bacca lauri laurinum. Quartum genus Chymistis familiare, quod per ascensum, vt vocant, elicitur. Prioris extractio quod sit cuius nota, operosa tamen, quibusdam rusticis tantum committitur, vt ante notauimus. De secundo genere superioribus sectionibus egimus abunde. Superest nunc, vt de aliis differamus. Ac primum quidem de his, quæ ex seminibus oleaginis, tritis & expressis extrahuntur, quæ abusive olea vocat Syluius. Illud autem prius occurrit, quod ex amygdalis dulcibus elicitur.

Optima olei vulpini præparatio.

Vires.

CAP. I.

Oleum amygdalarum dulcium.

℞. Amygdalarum dulcium, siccarum, non rancidarum, viroque cortice mundatarum, quantum volueris: contunde in mortario lapideo minutissime, tela cannabina, aut sacco inuolue, & prælo exprime, dum oleum emanet.

COMMENTARIUS.

Amygdalæ vel dulces sunt, vel amaræ: Ex his & illis, modo sine, modo cum cortice membranoso tritis & expressis oleum educitur, nunc ignis adiutu, nunc nullo iuuantem externo calore. Quod ex depellatis sine igne elicitur, præstantius semper habetur. Proinde multorum pharmacopolarum est improbanda ignavia, qui malunt tyronum & stultorum manus desides videre, quam in simplicibus rite parandis occupari: unde mirum non est, si de amygdalini rancore, acrimonia, & insuauitate ægroti sæpe conquerantur. Ut autem rite paratur, amygdalæ recentes, siccæ, non rancidæ assumantur: à cortice duplici purgantur, ut purius sinceriusque sit oleum: in mortario lapideo diutius terantur, ut oleosa intus inclusa humiditas promptius in apertum sese proferat: sacco aut stamine, vel cilicio, (vt fieri solet) è seta equina contexto excipiantur; dein vel torculari, *Zaynari*, Mesue dicto, vel prælo vulgari, illis simili, quibus bibliopola vtuntur, dum libros colligatos refecant, excipiantur.

Debet vero paulatim exprimi, ut purius sit, pellucidius & dulcius: nã quod affatim & accelerata violentia trahitur, turbidum & sæculentum esse solet. Promptius autem fluit, si amygdalæ ante expressionem igne aut sole incaluerint. Sic enim oleosa humiditas, calore tenuata, liquata, & fluxilior reddita, facilius erumpit foras, & promptius, largiusque exprimitur, atque tantocirius, quanto caloricus est valentior, modo tamen oleum non absumat vrendo.

Verum quod per os sumitur, absque ignis ope elici solet, & debet.

Duobus autem modis amygdala purgatur: primo, in aqua tepida, aut paulo calidior parum, aut in frigida diutius macerantur, & postea digitis comprimuntur, ut cortex dissiliat: secundo, in sartagine, cum quadam furfuris macri quantitate, igne lento manu agitantur, donec inuolucrum disrumpatur, quo postea fricando exuuntur facillime: qui posterior modus altero præstantior est. Amygdalæ enim maceratæ, nisi ante trituram probe siccentur, magis aqueum fundunt oleum. Ex libra autem vna amygdalarum olei solent extrahi vnciæ duæ, atque tantundem aliquando ex magmate trito, aqua irigato, super cineres ad aquæ exhalationem calefacto, & torculari commisso. Hoc tamen postremo emissum sæculentum est, & litibus, vnguētis, & aliis medicamentis externis inseruit.

Oleum amygdalinum ad multa commendatur. Phthisicis enim ac tabidis multum confert; nam alimentum humidum & lentum, pingue, & aliquantum aereum præstando, macilentum corpus reficit, gutturis asperitatem, bronchiorum pulmonis, & cæterarum partium lenit. Vteri & vesicæ ardores in insectum mitigat: illitum cutem erugat, scabra & aspera ad æqualitatem perducit & complanat, tensa & dura emollit, & siccitatem omnem iuncturarum & aliarum partium emendat.

Amygdalinivires.

CAP. II.

Oleum amygdalarum amararum.

OLEUM extrahitur tantum per expressionem ex amygdalis amaris, vt ex dulcibus: Alexandrinæ tamen per infusionem quoque parat: In libris enim quinque olei, *℞. ij.* amygdalarum purgatarum tritarum tres dies macerat, ad medias coquit, & exprimit. Neq; tamen præparationis modus hic, neq; sic præparatum oleum probatur.

Preparatio.

Falli-

Fallitur enim Alexandrinus, oleum coqui ad medias imperando, quod igne potius vritur, quam per exhalationē instar aquæ resoluitur, ut ante monuimus. Præterea oleum sic ex amygdalis infusis tractum, vix nisi forsā media sui parte amygdalinum est, nec ita gratum, nec viribus extremum. Præstaturigitur ex illis tantum tritis & expressis oleum trahere, purum, ac syncerū, dulce ex dulcibus, de quo *capite superiori*, ex amaris amarum, quod ad multa quoque à multis commendatur, ut ad obstructions solvendas, flatus discutiendos, ad nervorum dolorem mulcendum, durtiem emolliendam, panum faciei delendum, aurium tinnitus dissipandos.

Calefacit enim, incidit, tenuat, digerit, potenter terget: proinde calculosos, difficulter meientes, asthmaticos, lienososque iuuat, vitia cutis multa sanat, lubricos enecat, sumptum & insectum frigidis vteris prodest, ut & asthmati linctum, & illitum, si à frigida causa oriatur, & durtiei ac dolori nervorum opitulatur.

Oleum Persicorum.

Oleum ex nucieis maiorum Persicorū simili modo paratur, habetque vires eadem, aut parum dissimiles, propterea rarissime conficitur.

C A P. III.

Oleum nucum.

Quæ tantum vires habent medicamentosas, nec aliis vrbus, quam morbis præcauendis aut curandis inserviunt, à solis pharmacopolis solent & debent tractari. Sed quæ præter has dotes, alias adhuc ob usum, aut vsum alium commendatitias habent, raro à pharmacopœis, sed rusticis quibusdam expertis, ad rei domesticæ subsidium, magna quantitate parantur. Sic vinum vnicoribus, panificum pistoibus, ut dictum est, committitur. Sic oleum, vel commune, vel caryinum, aut sesaminum aliis relinquitur ministris exprimendum, qui & molas versatiles, quib. fructus aut se-

mina moluntur, ac teruntur, habent & torcularia idonea, quibus oleum magna copia exprimunt, vel ad lucernarum, vel corporis pabulum, vel sanitatis custodiā, aut morborum curationem. Ideoq; raro contingit, olea dicta in officinis parari: quia tamen turbidum est & insuaue, quod e iuglandibus seu nucibus regis à rusticis extrahi consuevit, melius esset, si quod à pharmacopœis vsurpatur, ab iisdem traheretur. Sic enim limpidius & suauius esset, atque effectus præstaret efficaciores.

Eius autem vsus ad multa requiritur: flatus enim etiam crassos resoluit, tumores dissipat, per habitum digerit, colico dolo-ri vel à flatibus, vel frigidis humoribus nato feliciter medetur: vi digerente & siccate sine morfu, puncturas nervorum & attrita sanat: Ambustis quoque mira proprietate succurrit, atque vim habet eandem, atque *Balaninum*. Nam tenuitate substantiæ, vi resolutrice & calore statulentā materiam resoluit. Propterea qui oleum *capitulos* habebit, Balanino facile poterit carere.

Quod ex nouellis nucibus & adhuc tenellis extrahitur, plurimum valet ad arceudam lentiginum eruptionem, si eo puellorum recens natorum facies illinatur.

C A P. IV.

Olea quadam raro parari solita, & eorum vires.

Ut apud omnes non vna viuendi lex & ratio, sic nec eorundem medicamentorum vsus: nam ut antiquo versiculo fertur:

Vititur ingenio patria quæq; suo.

Alii namque medicamentum quoddā admittunt, alii respuunt: alii non nisi veterum, alii non nisi recentiorum inuenta probant. At vero sunt hi, & illi amici, amicior tamen ratio quam vel in scribendo, vel in agendo præponimus. In multis Me-

Yuu 3 suera

Vires. }

suem colo, in nonnullis enim suis colendū relinquo, quibus nempe primum scripsit, & medicamenta quædam reliquit, quæ nos etiam illis relinquimus, vt ex medicamentorum in hac officina contentorum catalogo patet. Quædam autem olea describit parum vtitata, sed quia vires habent non negligendas, non omittemus, sed paucis declarabimus.

Oleum auellanorum.

Oleum ex auellanis nucibus, inquit Mesue, *neruorum & articularum dolores sedat. Paratur vt amygdalinum.* Per auellanam, parua nux *λεπτοκλειον* Græce dicta intelligenda est, seu *nux Pontica*, aut *Pranestina*, à locis, in quib. vberime fruticat, nominata; cuius oleosa humiditas anodyna est, & humoris discufforia, ob id affectibus dictis idonea.

Oleum chrysolimelini.

Oleum ex nucleis pomorum Armeniacorum sedis, & hæmorrhoidum dolores mitigat, & tumores earum partium & vunerum digerit Simili modo paratur. Habentur vero *nuclei illi* ex quibusdam pomis, quæ à loco dicuntur *Armeniaca*, ab aureo colore, *chrysolimela*, à celeri maturitate, *præcocia*, quorum sapida multum ac dulcissima est caro, nuclei vero admodum & acres, & amari, & ingrati.

Oleum Persicorum.

Oleum Persicorum vermes enecat, obstructa liberat, aurium dolorib. prodest, & tumentibus ac dolentibus hæmorrhoidibus benefacit. Præterea calefacit, tenuat, resoluit, atq; eadem cōmoda præstat, quæ & amygdalinum amarum. Nuclei enim Persicorum ex quibus paratur, amari sunt, calefacientes & diaphoretici.

Oleum Ricinini seu Kerua.

Oleum de Kerua seu Ricininum crassos flatus discutit, pituitam viscidam tenuat, ventriculo & intestinis ab eo succo dolentibus prodest, atq; hydropi, seu illitum, seu iniectum. Alias adhuc recenset vtilitates Auicenna, rarissimum tamen paratur.

Oleum de anico.

Oleum de anico seu carthamo incidit & terget, ob id ictero prodest, thoraci & pulmōni, atq; vetriculo à frigida materia dolenti. Nec, id quod quoq; paratum reperitur.

Oleum pistaciorum.

Oleum pistaciorum & nucum pinearū

gutturis asperitatem lenit, thoracis dolorem mitigat, cussi prodest, macilentos & tabidos impinguat, & sperma auget. Eorū tamen esus potius, quam olei celebratur.

Atque vt de multis locum nactus commodum, pauca dicam. Ex *nucleis cerasorum, nucis Indica, glande vnguentaria, seminibus citri, arantiorum, & seminibus quatuor frigidis, lactuca, papaueris, lini, & similibus*, quouis tempore olea parari possunt, quorum vires eadem sunt ac fructuum, seminum & nucleorum, ex quibus conficiuntur.

C A P. V.

Oleum de nucis moschata.

Oleum nucis moschate stomachicum est, aromaticum & suauissimum. Imbecillum enim stomachum roborat, calorem illius pauperculum fouet, appetitū excitat, coctionem iuuat, humores frigidos coquit, calidos resoluit, flatus dissipat, paratur ex nucib. tritis, parum calefactis, & prælo commissis. ac ita expressis, vt oleum emanet, quod paulatim ac lente stillat liquidum, dein crassescit, ac cogitur in vnguenti soliditatem.

Quia vero nucis moschate prætiōsæ admodum sunt, oleumque ex his paratum recens melius est antiquato, parua quantitate conficitur, & pro rei exigentia iteratur. Differt vero multum oleum hoc moschatum simplex expressione tractum à moschellino aut moschatellino, ex multorum simplicium maceratione confecto, quod *moschum* & *nucis moschatas* habet pro basi, de quo supra.

C A P. VI.

Oleum ouorum.

Oleum ouorum fit ex eorum vitellis coctione in aqua induratis, qui postea manibus friati, aut alio modo comminuti

nuti in sartagine fringuntur, spatula aut cochleari assidue mouendo, donec rufescant, & pinguetudinem quandam exudent: dein adhuc calentes tela cannabina, aut sacculo pilis contexto excipiendi, & prælo committendi, vt oleum effluat, vsui reponendum.

Potest etiam ex his oleum trahi tantum coctis, tritis & expressis sine fritione præcedente, instar amygdalini; tuncque oleum elicatum, purius, dulcius, & minus rufum habetur, sed parcius, & ad multa cutis vitia, ad quæ commendatur, inefficacius. Solent vero sumi oua recentia circiter 20. aut 30. Coquuntur, vt durecant; albumina à vitellis separantur, qui postea prælo commissi & pressi oleum fundunt, cuius eæ vires agnoscuntur.

Vires. Cutem expurgando fœditatem eius tollit, cicatrices delet, aut plurimum minuit, ambustis medetur, impetiginem & serpiginem sanat, atq; omnibus cutaneis affectibus prodest, & pedum, ani, manuum fissuris, & malignis vlceribus valde confert.

CAP. VII.

Oleum laurinum.

Ad conficiendum oleum laurinum, recentes & maturæ bacce lauri seliguntur: in pila teruntur: ex aqua in lebere coquuntur: Post, torculari cauo non plano exprimuntur in vas subditum, in quo oleum supernatans aquæ colligitur. Magma denovo contritum & aqua affusa madidum, consilio Mesue exprimitur cauato torculari, & pinguedo oleosa secernitur.

Dioscorides *cap. 30. lib. 1.* paulo aliter conficit. In aqua enim elixat baccas maturas, quæ ex obducto cortice pinguerudinem reddunt, quam manibus subactâ, concha excipit. Prior autem modus visitior est, quo tamen pharmacopei hoc oleum non conficiunt, sed confectum emunt ab aliis, qui congesta baccarum magna quantitate, ipsam eliciendi artem excogitant. Sunt qui baccas recentes ac matu-

ras terunt, citra aliam mistionem, & torculari fortiter oleum exprimunt.

Simili arte trahuntur olea ex *baccis lentis, terebinthi, hedera, iuniperi*, & similibus baccarum odoratarum.

Vim habet calefactoriam, & emollientem, aperientem, & discutientem: ob hæc intemperiem omnem frigidam, & simplicem, & cum pituita, vel flatibus sanat, & ab his colico dolori nato, si cum decocto conueniente iniiciatur in intestina, mirifice prodest. Item cerebri, neruorum, articularum, & lumborum affectibus frigidis presens est auxilium. Lassitudines quoque tollit, venarum spiracula aperit, paralysim edetur, spinæ dorsii illitum, & horroni febrili.

Olei laurini vires.

CAP. VIII.

De oleo balsami, liquidambar, & petroleo.

Hvic oleorum generi proximum *Balsamum meleon*, id est, *oleum balsami*, & *liquidambar*: vtrumque ex peregrinis arboribus defluens. Primum ob mirandas vires *balsamum* nuncupatur. Elicitur ex arbore pumila, nec elegante, colore subcineritio, flore lutei lasmini simili. Folia ei circa finem autumnii decidunt, vere renascuntur. In Arabia felici, & Ægypto, atque tractu Babylonico læte fruticat. In frigidioribus plagis non nisi ægre cicuratur. Ad eius succi pinguis educationem aliquando tenuiores furculi præscinduntur, quibus lagenulæ appenduntur cera oblitæ, in quas stillatim defluit. Sæpius rami crassiores vulnerantur, & ex hiatu corticis pretiosa ista lachryma stillat; cuius vsus intus & foris celebratur.

Aliquot enim guttæ subinde ieiuno stomacho exhibitæ asthmaticis valde conferunt; iecoris obstructions solunt, mentes mouent, stomachi dolores sedant, phthisicos iuuant, appetitum excitant.

Balsamum.

Opo balsami vires.

CAP. IX.

Liquidambar.

Liquidambar quid.
Ocosole.

Liquidambar *resina quadã oleosa est, ex arbore quadã incisa defluens pragrãdi & venusta, Ocosole Indis dicta, vultu magnitudinis, foliis hederaceis, cortice crasso, cinereo, qui vulneratus, hoc oleum stiriaticum effundit, Liquidambar dictum, ab odoris suavitate, quasi ambarum liquidum, aut oleum de ambrã, vel ambaro.*

Vires.

Arbores ex quibus stillat, adeo fragrantissunt, ut è locis, in quib. nascuntur, suavissimus odor in vicinas regiones deferatur. Plurimus autem est huius liquoris usus in medicina: calefacit eam, roborat, resoluit, omnem tumorem emollit, obstructions expedit, menses mouet, hysterici affectibus prodest, atque aliis multis mulierum morbis succurrit.

CAP. X.

Petrolæum.

Petrolæum solius naturæ munus & opus est, non pharmacopœi, qui id tantum colligit, vel collectum emittit, seruat, & ad usum exhibet: nam in terræ sinibus id natura conficit, & è mediis rupibus ac petris eructat, vnde nomen.

Bitumen.
Asphaltus.

Eius autem prouentus in his regionibus esse solet, in quibus bitumen, ad quod refertur. Est namque bitumen, Asphaltus Græce dictum, vel densum, vel liquidum. Densum est veluti terræ pinguitudo aquis primum supernatans, quæ dein vento & vndis agitata ad littus eicitur, ibique concretescens densatur, & tenacissima efficitur. Legitimè bitumen Iudaicum est, quibusdam Sodomæum dictum, quod in ripis lacus Sodomæi inueniatur. In Eurôpa rarissimè. Liquidum Græcis dicitur. *Naphta*, quæ si Babylonica fuerit, velut bituminis est colamen, colore candidum, cui vis inest ignium rapax, ut ex spatio protinus in eam transiliant, inquit Dioscorid. cap. 85. lib. 1.

Bitumen
Sodomæum.

Naphta
Babylonica.

Quod etiam de bitumine quoque densiore ac vero scribitur. Præter naphtam dictam alia est fluxilior instar olei, quæ è petris & saxis stillat, qualis est illa, quæ in agro Mutinensi ex monte Gibio, & aliis Insubriæ locis scaturit, vocaturque *Petrolæum*, quasi de petra oleum.

Est & bitumen quoddam fossile & terrenum: idque duplex; vnum minus durum & friatu facile, quod vulgus *lapideum*, seu *petreum carbonem* nominat, alterum durissimum, & intensa nigredine nitens, *Gagates* dictum, de quo postea lib. de simpl. Sunt, qui *succinum*, bituminis duri genus quoddam esse, non præter rationem dicunt.

Bituminis igitur magna est latitudo, ad cuius cognationem multi referunt *Pissaphaltum* & *Mumiam*. Est autem *Pissaphaltos mixtura quadã pice & asphalto*, seu *bitumine denso confecta*, quæ in vrbes maritimas pro picandis nauibus aduehitur. Dicitur vero *Pissaphaltos*, Arabibus *Mumia*, quæ lingua vernacula *Balsamum* designat, cuius loco, mediocri fortunæ Syri, & Arabes *pissaphalto* condiendis mortuorum corporibus utebantur. Sic pro *balsamo*, *pissaphaltum*; pro utroque *Mumiam* effecerunt, tamen inter singula ne quid sit nominis aut cognatio vel affinitas. Nam *balsamum naturale*, *opobalsamum* est; *artificiale* ex multis aromatis constat, condiendis regum corporibus dictum: *Pissaphaltos mixtura quadã ex pice & asphalto composta*: *Mumia* vero quidam utroque, vel alterutro, & corporis putrilagine exurgens, cuius improbandos usus pluribus refellere nostri nunc non est instituti; ad quod, ut redeam, dico, petrolæum à pharmacopoliis non esse ablegandum, cum vires habeat ad multa requisitas. Calefacit enim, siccit, esse aræ tenuitate aperit, penetrat, digerit, materiam omnem excrementitiam resoluit, morbis cerebri, & neruorum multum prodest, ut epilepsiam, lethargo, & paralyti.

Petrolæum.
Carbo lapideus.

Gagates.

Pissaphaltos
quid.
Mumia
quid.

Petrolæi vires.



SECTIO V.

DE OLEIS DESTILLATIONE TRACTIS,

AC PRIMVM DE

his, quæ per descensum eliciuntur.

Præter dictos olea conficiendi modos, alios adhuc multos subiungit Mesue, quibus uno verbo per resolutionem illa fieri scribit: Chymista per descensum & ascensum, de quibus postrema huius libri sectione, ut aliquid dicamus, liberum Mesue nobis aperuit iter, & occasio sese obtulit opportuna. De his autem pauca quædam tantum subiungam, tum quia ad oleorum his artibus educationem, operoso labore, diuturno tempore, & magno sumptu opus est, tum quia nunc à quibusdam male sortis hominibus, ut plurimum ignavis, sæpe vasibus circularioribus, qui vanis pollicitationibus plebeculam fallunt, atque in arcanis perquirendis & magisteriis conficiendis, ut loquuntur, tempus conterunt, illa ipsa parari videamus. De multis pietate & doctrina probatis viris non loquor, qui rerum abstrusarum studio pellecti, natura secretiores thesauros, ac mirandas rerum à se creaturarum vires rimantur, medicamenta variis modis parant, diuersis formis immutant, ac pro diuerso apparatu diuersas qualitates vel mistas seiungunt vel inutiles seiuncta, vtilem & expetitam retinent, atque ita solerter cogunt, ut parua sub mole vires habeant efficacissimas. Verum Medicis tantum peritit his uti medicamentis fas est, quæ ab Idiotis exhibita periculi plena sunt, & multos in discrimen vita precipitant. Licet vero Medicis & Pharmacopœis probatis, qui sunt tanquam illorum manus, olea quædam Mesuei consilio, more

Chymicorum parare, ut destillatione, qua fit vel per descensum, ad quem refertur descensio, per transudationem & per deliquium; vel per ascensum, ad quem refertur destillatio per inclinationem.

Eductio olei per descensum fit, ubi absque eleuatione proiectatus humor deorsum stillat per descensum quid, in vas subditum, neq; datur illi via sursum ascendendi, sed collique factus forma vaporis intus prodit, dein cogitur, & per inferiora stillat. Eliciuntur autem olea per descensum, non ex omnibus aequo mixtis, sed ex quibusdam tantum lignis & resinis, atque ex his, quæ à calore ascensorio destruantur. Quæ vero sic educuntur, cum sint crassiora, nigriora, sapore & odore magis ingrata, frequentius ad externos affectus usurpantur. Per os etiam aliquando sumuntur, & effectus profertur eximios. Vnius autem vel duorum exemplo multa poterunt parari: ut;

CAP. I.

Oleum Guaiaci.

GVAIACVM cominutum in cucurbita ponatur vitrea, vel fictili, angusti orificii, quod lamina foraminulenta tanquam septo obducatur, & in alterius cucurbitæ orificium patentius immittatur, & simul ambo rite iungantur, argilla tenaci, vel pasta, aut luto quodam conueniente circumlito. Dein ex vasibus sic coaptatis quod vacuum est, in foueam demittatur, & terra sepeliatur, supra utriusque commissuram, & ad illius usque medium, quod lignum guaiacinum continet. Postea igne circumquaque accenso ex superiore cucurbita oleum stillabit in inferiorem.

Hoc modo educuntur olea iuniperi, hederæ fraxini, lignorum multorum, baccarum & resinarum.

Oleum guaiacinum luis Indicæ verum est alexiterium: Eius enim aliquot guttæ singulis matutinis ieiuno stomacho sumptæ, cum aqua vel decocto idoneo, pustulas venereas delent, dolores nocturnos ingruentes sedant, vlcera ad sanitatem accelerant, qualitatem huius affectionis malignam extinguunt.

CAP. II.

Oleum Tamarisci.

LIGNO & corticibus Tamarisci contusis impleatur boccia: Eius orificium craticula seu lamina foraminulenta occludatur: Ipsa inuersa in superna cuiusdam fornacis parte ita locetur, vt illius venter sursum spectans, luto optime cum fornace coniungatur; orificium vero deorsum vergens, ac cameram fornacis traiciens, alteri boccia inferiori committatur, ita vt sit boccia contra bocciam, vt loquuntur, alteraque excipiat alteram diuerso situ: His peractis, firmetur inferior, quæ recipientis vicem gerit, tegula, vel circulo stramineo, vt moris est, vt stet immobilis: ignis vero accendatur in superna fornacis parte, & circum bocciam superiorem, vt materia intus calefacta oleum exudet in inferiorem.

Hic modus superiori similis est, nisi quod boccia inferior terra non sepelitur, sed sub fornace instar tripodis subtus peruia collocetur. Superior quasi suspendatur, eiusque collum ultra cameram fornacis deorsum promineat, ventre sursum spectante, ex quo vi ignis circumquaque accensum calefcente oleum emanat, delabiturque in excipulum inferiorem. Idoneam huiuscemodi effigiem dedit VVeckerus lib. 3. *Antidotarij generalis*, ad cuius similitudinem alia poterunt formari.

Vires.

Oleum Tamarisci valde conuenit affectionibus lienis; proprietate enim ipsum respicit & roborat: Humorem melancholicum ad excretionem apparat, illius qualitatem mitigat, aperit, tenuat, dissoluit, obstructions tollit, & flatu resoluit.

Alia quoque multa solent educi, vt Iuniperium, modo sequenti, tractu facillimum.

CAP. III.

Oleum Iuniperi.

BACCARVM Iuniperi quantitas idonea ponatur in vas figulinum, in fundo pertusum: aliud ei supponatur cuius orificium illius fundo foraminulento optime coniungatur, & luteretur argilla tenaci, aut pasta glutinosa circumposita: atque ita disponantur ambo, vt quod vacuum est, in fouea quadam latitet, terra obrutum; Superius, quod iuniperum continet, extra terram promineat, circum quod, dum accenditur ignis, oleosam liquat pinguitudinem, intus latentem, quæ congregata delabitur in ollam defossam.

Ex ligno quoque iuniperi oleum hac arte subducitur, atque etiam gagatis, & quarundam resinarum.

Oleum iuniperinum ad vitia cutis commendatur, vt Serpiginem, morpheam, & alias affectiones quaedam profundiores. Renum quoque morbis conuenit, vtero frigidiori prodest, eumque ad conceptionem reddit magis idoneum.

Porro vt laboriosum, sic superfluum esset alia olea recensere, quæ simili modo educuntur. Nunc igitur pauca quedam subiungamus, quæ velut per transudationem, aut deliquium, vt nonnulli volunt, in vdo loco eliciuntur.

CAP. IV.

Oleum Tartari.

TARTARVM olla fistili exceptum in fornace, vel furno calcinetur, vt albescat: dein teratur: post in manica Hippocratis, aut simili conceptaculo pyramidalis imponatur, & in loco vdo suspendatur: Supponatur vas idoneum ad liquorem, qui sensim destillabit, excipiendum.

Tartarum fex quadam est vini dolii latoribus adhærescens, quæ ex vino quouis vel quidam albo, vel rubro, modo generoso semper optima est.

Vires.

ma est. Ex ea oleum, vel potius liquor falsugineus educitur, si idoneo vase excepta, igne luculento vratur, donec albefcat: refrigerata ac trita, sacculo cannabino, aut panno lineo inuoluatur, & in aere vapidato, vt in cella vinaria tres, aut quatuor dies, vel plures, si opus sit, appendatur. Sic enim tabescens liquorem quendam, velut sudorem emittet in subditum excipulum; vocatur saepe *tartarum, petra vini.*

Petra vini.

Nonnulli faeculas vini, seu tartarum acetico macerant, dein calidis sub cineribus coquunt, vruntque, dum nigrescat: Postea denuo terunt, seruantque in vase inclinato dies octo, aut plures in loco vdo, quousque in oleum aequum resoluatur. Sed praestat faeculas in olla calcinatas ad albedinem, in sacculo reponere, atque in loco humidiorē seruare, donec oleum in subditum quoddam vase effluxerit.

Vires.

Valeat hic liquor ad curem erugandam, scabiem tollendam, & vlcera capitis manantia curanda. Confert etiam ad pustulas Indicae luis sanandas. Obstructionibus quoque solvendis, mensibus mouendis, & meatibus referendis prodest, si ex aqua, vel decocto idoneo debite sumatur.

Extrahitur quoque tartari liquor ascensoria destillatione, de qua mox loquemur.

CAP. V.

Oleum myrrhae.

ALIIQVOT qua recentia coquantur, donec induruerint: per mediam vel longitudinem, vel latitudinem incidantur: vitelli eximantur: cauitates *myrrhae* pingui, ac trita impleantur: albuminum partes incisae iungantur: filo parum constringantur, & craticulae inter duas paropsides collocandae superponantur. Tum in loco subterraneo, vt cella vinaria, vel alio humidiorē ponantur. Sic enim *myrrhae* liquor humor sensim in paropsidem inferiorem destillabit.

Solent aliquando bacilli craticulae loco, super parina quadā, aut paropside adaptati, & albumina indurata *myrrham* tritam

continentia superponi: Sed quorum acerbula non ita astrictae simul iungenda, vt negetur exitus liquoris ē *myrrhae* defluenti. Nisi enim pateat vel rimula quaedam subterlabendi, vix in subditum vas aliquid stillabit. Bacilli nonnunquam super sartagine aut alio vase idoneo collocantur, quibus oua superponuntur *myrrhae* grauidata. Dein vas in puteo pedem vnum aut alterum super aquam suspenditur, illicque relinquitur diem integrum aut biduum, vt ex *myrrhae* transfudet liquor in vas subiectum. Oleum de *myrrhae* adhuc educitur arte ascensoria.

Vtroque modo eductum ad multa commendatur, & maxime ad curandos affectus multos est efficacissimum. Falluntur, qui alterutrum pro *facto* vsurpant, de cuius natura & viribus postea agemus *lib. de simplicibus.*

Vires.

CAP. VI.

De oleis ascensoria destillatione tractis.

PROLECTATIO liquoris oleosi vel descensoria est, de qua breuiter locuti sumus, vel ascensoria, quam paucis quoque perstringere intendimus. Ea autem fit dupliciter, vel per alembicum, vel retortam, seu inclinationem: quae tamen hoc postremo fit, recte loquendo, nec descensoria, nec ascensoria est, sed media, vel vtriusque particeps: quae vero fit per alembicum destillatio, rectam postulat cucurbitam, aut vesicam, cui rostratus alembicus imponendus est. Aliquando rostri loco alembicus ē vertice veluti fistulam quandam promittit, incuruam, quae canali longo, in gyros, more *serpentum*, à quibus saepe nomen habet, intorto, committitur. Debet autem collum cucurbitae esse gracile & longum, si materia destillanda tenuis est; si crassior, & illud breuius & patentius: atque cum illa saepius immutanda est & renouanda, matula quauis cucurbita aptior erit.

Serpentina.

Nonnunquam arena, aut sal, aut aliud quippiam

piam destillandæ materiæ commiscetur, dum facile feruefit, & ad summum perreptat.

Porro vas materiæ destillandam continens ita aptari debet, vt subtus calor administretur, sitque via sursum spiritibus, quibus condensatis pateat exitus per rostrum, cui tubus longior inferitur, versus ima propendens, & medium dolium, frigida plenum (refrigeratorium vocant) traiciens, qui materiæ defluentem defert in excipulum illi commissum.

Est vero destillatio vel sicca, vel humida. Illa fit in fornace, nunc solis carbonibus accensis, nunc arenæ, aut cinerum calidorum interuentu. Humida fit per balneum Mariæ, & balneum roris. Istius vero balnei & fornacis tot sunt varietates ac diuersi destillationis modi, vt vix possint omnes legibus comprehendere. Quomodo vero hac arte olea vtiliora eliciantur, nunc breuiter explicare instituumus.

CAP. VII.

Oleum de lateribus.

LATERES antiquatos in frustula comminutos, prunis accensis tam diu vrito, donec igniti rubeant: Tum in oleum vetus & clarum iniicito & dimittito, donec oleo se impleuerint: postea in tenuissimū puluerem terito, & in cucurbitam vitream indito: Alembicum rostratum imponito, & in fornace, vt decet, structa, collocato: Ignem subtus accendito, & oleum, quod emanabit, seruato.

Paraphrasis.

Lateres ex terra rubente confecti, vt præstantiores se ligendi sunt, & in frustula crassiora, vt 3. vj. aut 3. j. comminuendi: Tum oleo antiquo & claro, vel oleo rosmarini, si suppetat, extinguendi & insaccandi: Postea leuissime puluerandi, & in cucurbita vitrea, rite fornaci accommodata, & luto oblitareponenda, atque igne supposito ita calefaciendi, vt ex his oleum emanet: Quod diuersis nominibus insigni-

tur: A quibusdam enim Medicis recte oleum de lateribus nuncupatur, ab aliis, non improprie, petroolum artificiale, ad differentiam naturalis, quod est saxis sponte naturæ distillat. Nonnulli speciosiore nomenclatura, oleum sanctum, diuinum, & benedictum appellant. Spagyrici multo arrogantius, oleum magisterii, & oleum philosophorum nominant: quos ideo irridet Sylluius, quod se philosophos vbique, & quotidiano sermone, & scriptis appellent; Et quod mireris, inquit, solos se philosophos affirmant. Sed quod re non consequuntur, id nomine quærunt.

Oleum philosophorum extenuat, in altum penetrat, materiæ omnem excrementitiæ digerit & absumit: frigidis affectibus lienis, renum, vesicæ, neruorum, vteri & articularum conducit. Lethargo quoque, paralyti & epileptiæ prodest. Calidum est in 3. recessu; & quanto antiquius, tanto ad omnia efficacius existit.

CAP. VIII.

Oleum Vitrioli.

VITRIOLI lib. x. aut xij. pro arbitrio, in vas vitreum luto obductum coniciuntur, & igne subtus accenso, phlegma extillatur: Dein exemptū vitriolum conrunditur, & extillato phlegmate perfunditur: Idque denuo iteratur, vt ante, vsq; dum phlegma nullum amplius emanet, sed spiritus prosiliant: Postea remouetur ab igne, & calx rubicunda sumitur; quæ puluerata cucurbitæ vel incuruæ, vel potius rectæ imponitur, & amplo recipiente adaptato, atque commissuris diligentissime obseratis, nocte dieque luculentissimo igne, vrgēdo oleum destillatur. Vbi omnia refrixerint, totus liquor eximitur, imponiturque in ampulla vitrea, & ex arena calida, primum aqua insipida, dein acida & acris, quam oleum appellant, separatur, purgaturque à sedimento. Hoc oleum si sæpius phlegmate perfusū distilletur, dulce redditur: vt et-

Petroolum artificiale.

Oleum benedictum.

Oleum philosophorum.

Vires.

Oleum vitrioli dulce.

iam circulatione cum vini spiritu. Huius enim & olei prædicti pondus æquum Chymici miscant, digerunt, & ex ampulla singulari euocant, donec alumine à chalcidati sulphure separato, oleū dulce remaneat.

Paraphrasis.

Ex vitriolo multa habentur seorsim elicitæ remedia; spiritus, oleum acidum & subdulce, sal, colchotar & balsamū quoddā chymiatri dictum. Spiritus vitrioli ab oleo, præparatione, tenuitate, & agendi virtute multum distat: Est n. subtilior chalcanti liquor, seu quinta essentia, vt cum Chymicis de Chymico remedio loquar, quæ fit multis modis, vt ex chalcanto igne vehementi in erecta ampulla nouies agitato, adeo vt quod destillauit, super terram ipsam (colchotar vocant) pulueratam semper refundatur, tandemque igne vehementissimo per ampullam incuruam propellatur. Sic n. spiritus vitrioli efficacissimus habetur. Nonnulli ex præstantissimo vitriolo aquam, & oleum; seu spiritus crassiores simul extillant, quos dein à fæcibus repurgant, donec in subtiliores spiritus attenuentur. Melius tamen eliciuntur dum in pelluntur per nouum alembicū, effundendo semper extillatitiū liquorē super caput mortuum, atque postea ipsum circulando integram hebdomadā.

Vulgare autem oleū vitrioli modo hoc vulgari solet educi. Sumitur primo quantitas quadam idonea vitrioli naturalis & optimi, vt Cypri: In vase cupreo calcinatur ad ipsius rubedinē & phlegmatis dissipationem; Dein teritur & in cucurbita luto obducta includitur: aqua vitæ irrigatur, & diem integrum sic relinquatur, vt dicto liquore mædat: Tam in fornace, vt docet, instructa, vt plurimum quadrata collocatur & lutatur: Postea subtus ignis primum moderatus, dein vehementissimus accenditur, quoad totus liquor extillarit, qui postquam refrigerit, cucurbita parua excipitur, capitello superposito coarctatur, & sic in balneo Mariæ igne blando aqueus liquor stillat, remanetq; in fundo vasis oleum purum & acidum. Id postea alia cu-

curbita exceptum, igne circumquaq; accenso magis purgatur, atque pro illius efficacia & moderato, aut violento calore, colorem acquirit magis, aut minus rubrū vel album. Ex lib. z. vitrioli rubificati ꝑ. iij. olei sapius eliciuntur.

Oleum vitrioli qualitates habet omnes adeo intensas, vt per se solum non assumatur, sed vel aquis, vel decoctis, vel conferuis ante permixtum. Et licet sit calidissimum, eius tamen aliquot guttæ, multa aqua confuse, eam reddunt acidulam, & febricitantibus vt gratam, sic sæpe vtilem. Tenuitate n. partium cito penetrat, aquam ad partes remotas defert, & obstructa liberat, aciditate putredinem arcet, viscera recreat, atque pesti, epilepsie, paralyti & vrinæ suppressioni plurimum confert. Nō tantum decoctum simplex rosarum, sed syrupum violatum, colore purpureo, & elegantia mira vi inficit, & acidulo sapore gratissimum vtrumque reddit. Illius enim aliquot guttæ in dicti Syrupi vnciam iniectæ, eum ex violaceo rubeum efficiunt.

Vires.

Ol. vitrioli esse calidissimum.

Et cur aqua permixtum potumque refrigeret.

Spiritus vitrioli educendi multis fit modis.

Oleum vitrioli educendi modus vsitatus.

C A P. IX.

Oleum Sulphuris.

Campanæ suspensæ ita supponatur patina aliquanto latior, vt labra vtriusque circiter duos, aut tres digitos à se invicem distent. Fundo patinæ admodum elato superponitur vasculum sulphuris ignem non experti quantitatē quandam continens, quod ferro ignito accenditur & agitur. Eo absumpto, aliud ponitur, & similiter ignitur, vt ex eius copioso vapore sursum ad campanā raptō, cōcretus liquor oleosus descendat in subditam paropsidē.

Alii sulphuris & pumicis, vel silicis tritorum partes æquas sumunt: mixturam incurua cucurbita exceptam ad moderatum ignem adhibent, & oleum educunt optimum.

Non tantū his duobus modis, sed aliis pluribus, oleū è sulphure educitur. Non-

Paraphrasis.

nulli enim spiritum vini sulphuri pulverato adiciunt & accendunt: Absumpta aqua sulphur terunt, eiq; arenam commiscant, & ampulla includunt, atq; igne lento oleum eliciunt. Quidam addunt calcem, alii tartarum, nonnulli salem: verum id melius habetur, quod ex solo sulphure, dein quod sine his educitur.

Vires.

Oleum sulphuris non tantum vtiliter adhibetur exterius ad dentes dealbandos, cutis scditates delendas, & vlcera venerea sananda, sed etiam interius sumitur ad eorum morborum expulsionem, qui à flatibus, aut materia frigida crassa, & putri oriuntur. Pesti quoq; non parum confert, epilepsia, asthmatis, & multis aliis pulmonum affectibus, si ex aqua vel decocto idoneo sumatur. Odontalgia etiam proficit, si eo dens affectus, vel leniter attingatur. Inficit quoq; præ rubro colore rosarum infusum, si in id illius aliquot guttae iniiciantur.

CAP. X.

Oleum mellis.

Mellis boni quantitas idonea sumitur, in bocciam amplam cum tertia aut quarta arenae parte iniicitur, & superposito pileo rostrato, & inferne igne accenso, aut cineribus, vel arenis calidioribus circumpositis oleum elicitur.

Paraphrasis.

Ad huius olei educationem arena aut silices triti commiscantur, quod ignis vi mel facile ferueat, & totum ascendat, maxime si ignis luculentus, quo opus est, accendatur. Proinde cucurbita luto quodam incrustanda est, & vas recipiens, vna cum pileo rostrato subinde pannis frigida madentibus tegendum. Qui vero postea liquor effluit, vniuersi non est; Primum enim aqua quaedam effluit alba, dein magis colorata, ac rubescens & oleosa, quæ seorsim aliquando seruantur ad dissimiles vsus. Simul vero mixta in balneo separantur: Nā aquosiore parte extillata pinguior remanet & seruatur.

Oleum mellis valet ad dolorem podagrae sedandum, vulnera curanda, capillos renascendos, producendos, & ruffo colore inficiendos.

Vires.

CAP. XI.

Oleum Cerae.

Cerae virginis & odoratae quantitas quaedam sumitur, cui liquatae silicium tritorum, aut arenae à sordibus purgatae tertia pars commiscetur. Vbi mixtura refrigerit, ampullae erectae imponitur. Superponitur capitellum cum rostro; Substernitur ignis primum lentus, dein audior, vt oleum extillet.

Ex multiplici huius olei trahendi modo, selegimus hunc, vt breuiorem & faciliorem, per quem oleum eductum ad multa est efficacissimum. Si quis malit alio modo parare, nec laboris poeniteat, ceram odoram & liquatam in aquam proiciat, idq; oñes, aut decies repetat, manibus semper agitando, dein in retortam ponat, & lento igne sine cineribus oleum educat: quod si cui propter spissitudinem displiceat (butyri namque instar crassum est) bis, terue distillationem iteret, & oleum habebit liquidum & fluxile.

Paraphrasis.

Ex gummi Elemi, oleum modo simili, quo ex cera educitur optimum, & ad vulnera sananda accommodatissimum. Eodem quoque modo trahitur ex pinguedinibus animalium, additis silicibus tritis, vel arena, aut lateribus comminutis.

Oleum gummi elemi.

CAP. XII.

Oleum Terebinthinae.

Oleum ex Terebinthina trahitur in cucurbita tam recta, quam incurua, addita arena à pulvere, & sordibus munda, & substructo igne; primum blando, dein paulo validiore. Primum exit oleum clarum & tenue, dein crassius, & aurei coloris. Vnum quodq; seorsim reponendum.

Non-

Paraphrasis. Nonnulli ad terebinthina lb. iij. salis m. j. & aqua viva parum adiuiciunt. Ista sic cofuse mixta & matriatio inclusa, igne vrgent, vt oleum emanet.

Vires. Oleum terebinthinæ intro sumitur ad asthma, Empyema, anhelitus difficultatē, ad calculum, colicum dolorem, & frigidos, flatuososque affectus. Exterius adhibetur ad nervos sauciato, vel intemperie quadam laborantes, & ad vulnera carne implenda, agglutinanda, & ad cicatricem perducenda.

Plurimum valet ad extinctionē *hydrargyri*, cuius ad luem veneream celebratur vsus.

CAP. XIII.

Oleum Caryophyllorum.

Caryophyllorum quantitas idonea sumitur, in aqua pluuia horas duodecim, vel diem integrum maceratur, in boccia recta, vel, vt alii malunt, retorta, bene obturata, vt nihil expiret; dein superposito capitello, per cineres calidos ita vrgetur, vt oleum extillet, ab aqua postea seiungendum.

Paraphrasis. Per alembicum quoq; cupreum affabre constructum, oleum hoc facile educitur, atque etiam per descensum, vt oleum *iuniperi* & *guyiaci*. Nonnulli parum vini stillititii commiscunt.

Vires. Ob vires eius insignes pro *opobalsamo* substitui solet, nā intrinsecus, partes, quæ principatum tenent, & spiritus recreat, putredinem arceat, flatus discutit, meatus aperit, frigidos humores digerit, melancholicos dissipat. Externis admotum vulnera recentia & vlcera antiqua sanat, cariem ossium emendat, & dolorem dentium à causa frigida sedat.

Ol. macis. Oleum *Macis* simili modo extillatur. Calefacit & digerit humores frigidos, ventericulum roborat, coctionem iuuat, appetitum excitat, atque aliis commodis multis vtentem beat.

Ol. cinnamomi. Oleum *cinnamomi* operosius & carius

educitur: ex eius enim lb. j. vix olei 3. j. extillatur. Sed ob eius præstantiam balsamo naturali comparatur.

Oleum *nucis moschata* vt *macis* destillatur, & ad eisdem vsus exhibetur. Vt etiam illud, quod ex *nucibus moschatis* exprimitur, de quo *supra*.

Oleum nucis moschata.

CAP. XIV.

Oleum anisi.

Anisi lb. j. aut maior vel minor quantitas sumatur, contundatur, in octupla, aut decupla aqua per horas aliquot mace-retur; in vesica cuprea, seu alembico, refrigeratorio quodam comitato ponatur; dein igne primum moderato, postea valentiore destilletur. Tum demum ab aqua oleum separetur.

Cum hoc inodo oleum & aqua simul ascendant, & descendant postea in excipulū, hæc ab illo seiungēda est: quod rite fiet instrumēto quodā instar infundibuli formato, in quod totum destillatū conieci-tur, & ita collocabitur, vt acuminata & angustior infundibuli pars, cera obturata, versus ima propendat. Tunc namq; locū imum aqua, supernum oleum occupabit: ablata cera, & reserato foramine, illa effluet, hoc remanebit & seruabitur.

Paraphrasis.

Valet ad colicum dolorem à flatibus & frigore natum, ad Tympaniam, ventericuli inflationem, cruditatem, acidum ructum & intestinorum rugitum.

Vires.

Eadem arte parantur olea ex seminib. *petroselini*, *feniculi*, *dauci* & *cumini*, quæ vt ex plantis proueniunt cognatis, sic cognatas habent vires.

Ol. cumini.

CAP. XV.

Oleum de spica.

Spica maior, seu lauendula latifolia alba sumitur, in vino albo odorato mace-ratur, & per alembicum destillatur: dein

terrosus.

ferofus liquor feperatur ab oleo vfu repo-
nendo.

Vix vnquam per fe hoc oleum vfurpar-
tur, fed aliis ante permixtum medicamē-
tis maxime topicis, vt emplafiro Vigonio.
Ad alios quoque multos, præter medicos,
adhibetur vfus.

Ol. Thymi.

Thymi oleum eodem artificio trahitur,
valet ad effectus quofuis frigidos, fi debite
tam intra, quam extra vfurpetur.

Ol. perlary.

Ex *margaritis tritis succo limonum*, vel
aceto diftillato maceratis, folutis, in calcem
redactis, aqua pluuiæ irroratis, & artificio-
se diftillatis, liquor quidam trahitur, fed
cum materia superet opus, opus virium
præftantiam, hoc remedio fupruofiore,
pharmacopolam carere poffe cenfemus.

CAP. XVI.

Olea Metallorum.

Non tantum ex vegetantibus & mine-
ralibus, fed etiam metallis Chymia-
tri multiplici arte, labore, & mixtione olea
quædam exhibent, fed quæ non adeo funt
eximiis dotibus insignita, vt ipfi prædicant.
Nam omnia metalla noftra natura vix a-
mica funt, aurum & argentum fi exceperi-
mus, ex quibus oleum vix vnquam profertur
eductum. Sed demus falis nitri, aut aceti
diftillati, aut vini fpiritus, aut aqua fortis,
vel omnium, vel horum tantum aliquot,
vel etiam succi limonum, aut blandiorum
auxiliorum interuentu, tincturam quan-
dam elici, aut liquorem feu eductum feu
adquifitum haberi; huic tamen vires exi-
mias tribuere videtur iniquum: *Quales-
cunq; vero funt, introfi fumantur, infelices
vt plurimum producunt effectus, vt fape an-
cipites, dum foris adhibentur.* Hoc non tan-
tum videtur innuere Hieronymus Rube-
us artis Chymicæ peritiffimus, fed illa et-
iam remedia improbare, dum fcribit, *ex-
trinsecus à perito Medico admota poffe in-
uare; fed interius præbere, inquit, vix aude-
rem, quod ab acutis aquis, & ignis vi, inimi-
cam vifceribus qualitatem & admodum per-*

niciofâ adipifcatur. Quo nomine Paracellus
remedia complura mihi admodum fufpe-
cta funt; & plerique fcribunt, *Basilea ad vni-
omnes, licet initio præclare adiuti videren-
tur, tamen intra anni fpatium mortuos effe,
quicunq; Chymica eius pharmaca, ex me-
tallis confecta in corpus affumpferunt.*

In metallis igitur in calcem reducendis,
aceto macerandis, foluendis, fale tartari aut
nitri elaborandis, aut alia mixtura, artifi-
cioque tractandis, nec res fuas fruſtra, nec
tempus conterer prudens pharmacopœus;
Cū quæ in Officinis folent confueto mo-
do parari, ad medicinam recte faciendam,
fat effe poffunt. Non tamen improbo
quorundam oleorum per diftillationem
eductorum vfum, his in morbis, qui ordi-
nariis medicaminibus non cedunt. Nam
cum malo modo malus cuneus fit adhiben-
dus, fi confuetum remedium fape datum
non profuit, ad aliud tranfire ex arte inuē-
tum & datum non nefas. Propterea vfi-
tiorum quorundam oleorum & minus
violentorum descriptionem dedimus,
quibus aliquando Medicus prudens pote-
rit vti. Vt autem multa alia per diftillatio-
nem educi folita negleximus: fic alia quo-
que non pauca per expressionem & im-
pressionem elicit omiffimus, tanquam
fuperflua, & fere nunquam vfitata, vt oleum
*Costinum, balaninum, nucis Indica, hyo-
feyami, de ranis, de piperibus, de torpedine,*
& alia quædam potius ad oftentationem,
quam neceffitatem inuenta.

APPENDIX AD OLEA.

De Balsamis.

Balsamum feu Balsamon Syris dicitur, in
Officinis generali fignificato lignum, suc-
cum & fructum cuiusdam arbuticula peregrina
notat: fpecialius eiusdem tantum fucci,
Opobalsamum, Græcis nominatum indigitat:
Abufive Chymici Balsamum vocant fuas
tincturas,

instructas, olea, liquores, quintas essentias & extracta. Licentiose quoque, sed non improprie Medici quosdam liquores crassiusculos & rubentes, multa arte mixturaque confectos, & eximius viribus insignitos balsama nominant. Cum tamen Antibalsama potius, vel balsamela rectius debent appellari. Ita vero nominis mutantur, ob terebinthina, qua velut omnium basis est, resinarum & aromatum mixturam, qua corpus, colorem, odorem & vires tribuit, omnia balsamo naturali analogia. Fiunt autem per distillationem, ut plurimum inclinatoriam, in retorta, per quam liquor aqueus primiti extollitur, deinde ad latus per incuruatam retorta collum in excipulum delabitur. Quis secundus emanat, oleosus: qui tertius, mellis instar crassus est.

Balsamum paratu facile & optimum.

Nonnunquam balsama quadam parantur citra distillationem, inclusis nempe idonea ampulla, simplicibus medicamentis & mensum integrum, aut alterum, in equi fimo, quem ventrem dicunt, aut alio loco idoneo maceratis, dilutis & putrefactis. Sic ex ea aqua, qua è folliculis ulmi colligitur, abiectis, qui intus reconduntur, vermiculis, terebinthina, oleo hypericonis, & pauco gummi elemiphiala inclusis, diutissime concorporatis & insolatu, vel alius caloris adiutu fortis, balsamum quoddam habetur ad multa commendatissimum efficacissimumque. Nam ulceribus quantumvis dyspuloicis & malignis mirifice prodest, & qua nullam cacectham habent, ut & vulnera, citissime persanat.

Balsamum primum D. Mes. falso Guidoni tributum.

℞. Myrrha electa,
aloes hepatica,
spica nardi,
sanguinis draconis,
thuris,
mumia,
opoponacis,
bdellii,
carpobalsami,
ammoniaci,

sarcocolla,
croci,
mastiches,
gummi Arabici,
styracis liquid. an. ʒ. ij.
ladani,
castorii an. ʒ. ij. ℞.
moschi ʒ. ℞.
terebinthina ad pondus omnium.

Arida terantur, vino macerentur & percolentur: cum simul omnia terebinthina commisceantur. Tota mixtura in alembico ponatur, qua vi ignis substructi calefacta primum exhibit liquor tenuis, deinde crassus & ex rubro flauescens, qui Balsamum optimum est.

Huius balsami descriptio desumitur à Mesue, illius auctoris lib. de passion. cordis, qui vires illius pene mirandas recenset: nam subuenit, inquit, ad omnia, qua oportet, & si ungetur corpus mortuum, non putrescit, & confortat animam & naturam.

Eius tamen vltus potissimum celebratur ad neruosum genus roborandum, intemperiem frigidam tollendam, natium partium calorem excitandum & fouendum, & robur membris conciliandum. Eo dum illinitur dorsi spina, mira celeritate paralyti & stupori succurrit. In his affectibus, qui coniunctam habent loquendi impotentiam, si parum in aures & nares immittatur, aut aliquot guttæ sub infirmi lingua contineantur, mirifice iuuant. Vocatur hoc Balsamum à Petro Apponensi, medicamentum omnium medicamentorum, in celeri cordis roboratione, & virium restitutione.

Balsamum 2. D. Hollerii.

℞. Thuris albiss.
mastiches an. ʒ. ij.
ligni aloes ʒ. j.
caryophyllorum,
galanga,
ciannamomi,
zedoaris,

Yyy

nucis

nucis moschata,
 cubeborum an. 3. vj.
 myrrha,
 aloes,
 ladani,
 sarcocolla,
 castorei an. 3. 8.
 baccharum lauri,
 nucleorum pini an. 3. vj.
 ireos,
 aristolochia rotunda,
 dictamni,
 consolida maioris an. 3. i.
 resina elemi,
 opoponacia,
 benioini an. 3. ij.
 succi chamapitheos,
 succ. herba paralytis an. 3. ij.
 terebinthina ad pondus omnium.

Omnia concorporabis & destillabis in
 alembico. Extillabit primum aqua; deinde
 veluti oleosum quid; postremo quasi mel.

Vires.

Commendatur hoc balsamum ab illius
 auctore Hollerio ad neruorum debilita-
 tem, stuporem & resolutionem. Valet
 quoque ad omnem intemperiem frigidam
 & natium calorem excitandum.

Balsamum 3. vulnerarium.

℥. Terebinthina Veneta, &
 abietina an. 3. ij.
 resina elemi,
 thuris alb. an. 3. ij.
 aloes hepatica,
 myrrha,
 mastiches,
 benioin:
 boli Armenia,
 sanguinis draconis an. 3. 8.
 aqua vita 3. iij.

Ex his confuse mixtis, & simul retorta
 inclusis balsamum extilletur.

Vires.

Nulli medicamento cedit hoc balsa-
 mum ad vulnera implenda carne & agglu-
 tinanda. Neruos quoque roborat, calorem

partis insitum fouet, cicatricem minime
 nodosam facit, & intemperiem emendat.

Balsamum 4. D. Fallopii quod etiam est vulnerarium.

℥. Terebinthina clara lb. ij.
 olei lini lb. j.
 resina pini 3. vj.
 thuris,
 myrrha,
 aloes,
 mastiches,
 sarcocolla an. 3. ij.
 macis,
 croci,
 ligni aloes an. 3. ij.

Ponantur omnia in retorta, & modera-
 to calore, primum educes aquam claram,
 dein illo aucto, habebis oleum rubicun-
 dum. Vtriusque seorsim seruabis, & opti-
 ma medicamenta vulneraria habebis.

Balsamum 5. Medicor. Florent.

℥. Terebinthina lb. j.
 olei veteris 3. vj.
 olei lauri 3. iij.
 cinnamomi,
 spica nardi an. 3. ij.
 regularum bene costarum & recen-
 tium 3. iij.

Tritis terendis per alembicum distilla.
 Vrinam mouet, calculos atterit, lum- *Vires.*
 bricos enecat, aurium sibilu, paralyti, spa-
 smu, arthritidi & omnibus iuncturarum
 doloribus prodest, vel potum, vel inun-
 ctum: sed parua eius portio aqua affectio-
 ni accommodata mixta bibatur.

Balsamum 6. D. Euonymi, itidem vulnerarium.

℥. Terebinthina 3 8.
 olibani 3 vj.
 aloes socotorina,
 mastiches,
 galanga,
 cinnamomi,
 croci,

Vires.

nucis moschata,
caryophyllorum,
cubebarum an. ℥. j.
gummi hedera ℥. ij.

Pulueriscentur & misceantur cum terebinthina: Exponantur in alembico vitreo, addanturque

capbura,
ambra grisea an. ℥. ij.

Destillentur lento igne: prima aqua alba est & clara, & vinum balsami: secunda, flava, & vocatur Oleum: tertia crocea, & est balsamum certissimum.

Vires.

Ob virium præstantiam, ad multos vsus commendatur hoc balsamum: Vulneribus enim præsentissimum est collecticum, viceribus cauis sarcoticum, singulis tutum epuloticum: paralyfi & nervorum imbecillitati securum auxilium.

Balsamum 7. & vulgare.

℥. *Terebinthina Veneta lb. j.*

resina elemi ℥. v.

resina communis ℥. ij.

liquefiant simul: dein addito puluer.

aristolochia longa ℥. ij.

Sanguinis draconis ℥. ij.

reponere in vase idoneo, & seruari.

Nulli secundum est hoc Balsamum viceribus & antiquis, & recentibus ad sanitatem perducendis. Maxime vero capitis ægritudinibus externis benefacit. Paratu facillimum est.

Balsamum 8. & mirabile.

℥. *Foliorum & florum, vel granorum*

Androsami,
foliorum & florum, vel summicitum hyperici,

summis acum botryos virisusque,
foliorum hedera terrestris an. m. ij.

salvia virisusque,
chamæpitheos an. m. lb.

In vase fictili maceretur per duos dies in vini albi & generosi lb. ij. Adde olei veteris lb. ij. lb.

Bulliant lento igne ad vini dissipationem. In colatura permisce *Preparatio.*

Terebinthina lb. j.

manna thuris ℥. ij.

myrrha ℥. ij.

mastiche,

sanguinis draconis an. ℥. ij.

styracis calamita ℥. ij.

Ferveant parum ac lento igne; deinde reponantur dies septem in Sole, & seruentur in vase fictili aut vitreo ad vsum. *Vires.*

Non immerito hoc Balsamum mirabile vocavi: multos enim affectus qui aliorum præsidiorum vim neglexerunt, ipsius adiutu, quasi miraculo fuerunt sanati. Vulnera quævis, vt & vlcera non inueterata cito percurat; antiquata etiam dysepulotica sanat, nervorum debilitati, tremori, & paralyfi efficacissime prodest, capitis omnibus morbis externis præsertim frigidis confert, calorem nativum reficit, dolores frigidos aufert, & partes roborat.

Possem alia multa describere, sed cum affinia sint, & vulneraria, plura in Officinis habere nihil est necesse.

FINIS LIBRI QVARTI.

Yyy 2

OFFI-



OFFICINÆ
PHARMACEVTI-
CAE, SIVE ANTIDOTARII

De Medicamentis externis,

LIBER QVINTVS;

PER PETRVM VFFENBACHIVM REIP. MOENOFRANCO-
furtensis Medicum ordinarium in sine locupletatus.

De Vnguentis & ceratis.

PRÆFATIO.



*Proportio
 ingredien-
 tium in un-
 guentis.*

ANTI QVITVS vnguenta tanto fuerunt in vsu & nomine, vt qui ea non solum pararet, aut venderet, sed alia quævis medicamenta tractaret & vsurparet, *Vnguentarius* & *Myropola* diceretur: & Arabes cerata & emplastra sæpius vnguenta nominant, vt Dioscorides olea pleraq; odorata, iuxta illud Hippocratis, *Medicus esse debet vnguentatus*, hoc est, odoratus, vt qui halitu ex vestimentis suauiter fragrante, gloriam quandam apud vulgus captare debeat. Nunc vero angustiore acceptione, vnguenta dicuntur illa medicamenta, quæ tantum externis adhibita & illita partibus his auxilium ferre creduntur, quæ alia remedia non facile ferunt, seu ipsorum pondere grauentur, inquit Orbasius *c. 27. lib. 19. collect.* & Actuarius *cap. 1. lib. 5. meth.* seu humiditate lædantur; quæque oleagina sunt, & mediæ inter cerata & linimenta, vt cerata inter vnguenta & emplastra, consistentiæ. Ad vnguentorum autem confectionem, ea seruatur olei proportio, vt huius singulis vnciis, pulueris drachmæ singulæ, & ceræ drachmæ binæ commisceantur, vel, vt loquitur Gal. *cap. 2. lib. 4. comp. med. gen. ceræ quadruplum oleum adiciatur, pulueribus octuplum.* Quia tamen calor vn-

*Vnguenta
 quid.*

guento-

guentorum consistentiam reddit molliorem, frigus spissorem, hyeme plus, ætate minus olei Myropolæ solent permiscere. Cum autem magna sit inter ceratum & vnguentum conformitas; Vtrumque enim ex iisdem, sed paulo diuersa proportione mixtis, componitur, vt vnguentum plus olei, minus ceræ recipiat, sitque medium inter ceratum & linimentum, hoc nempe spissius, & liquidius illo, de vtroque in hoc libro agere statuimus; in cuius priore sectione vnguenta, in altera cerata vnitiora & probatiora describemus. Fiunt vero vnguenta vel cum igne, vt quæ ceram, resinas & decocta simplicium admittunt, vel absque igne, vt sola nutritione & subtractione, vt vnguentum crudum, leu de lithargyro, vulgo nutritum dictum; de quibus in particulari hoc toto libro differemus; initio sumpto à refrigerantibus, inter quæ primum occurrit Rosaceum.

Vnguentorum & cerarum affinitas & differentia.

CAP. I.

Vnguentum rosatum D. Mes.

℞. Axungia porci nouies aqua calente,
& toties frigida lota,
rosar. rubear. recent. an. ℞. iij.

Misceantur & dimittantur marcescere dies septem: deinde eoquantur lento igne & colentur. Rursus tantundem rosarum recent. contusarum totidem dies marcescere dimittantur: cum coquantur & colentur, vt ante; tandem affunde succi rosar. rubr. ℞. j. ℞.
olei amygdal. dulc. ℞. ℞.

Coque igni lento ad succi consumptionem, & repone vsui. Si inter coquendum parum opii in aqua rosarum iniicias, erit eximium, & miram ad vigiliarum leuamen.

COMMENTARIVS.

Paraphrasis

Vt hocrite paretur vnguentū, axungia suilla debet accurate à membranis repurgari, nouies aqua parum calida, dein frigida lauari, vt sit omnis expers odoris: sic enim ad quemlibet odorem excipiendum aptior reddita, facillime rosarum fragrantiam admittit. Debet vero earum maceratio ad maiorem efficaciam iterari, & colatura media illarū succi pars, & olei amygdalini sexta ad axungiam, ex Mesuei de-

creto adiungi. Sed pro ℞. iij. adipis porcini ponimus ℞. j. ℞. succi rosarum, & ℞. ℞. amygdalini. Nonnulli pro amygdalino, rosaceum aut omphacinum. At sic paratum, cutis meatus minus reserat, nec intro ita prompte permeat. Potest absque oleo profus bene parari, cum ex se sit liquidum satis; quo modo tota fere myropolarum familia parat. Præstat tamen liquidiusculū cum amygdalino, quam crassiusculum sine ipso confectum habere. Sed vt totam olei quantitatem à Mesueo statutam permiscere, non ex arte, sic omnino nullam, non ex ratione est.

Pleriq; ad ruborem maiorem & coloris elegantiam, cuius studiosissimi sunt aromatarii, anchusam inter coquendum permiscant, sed melius est multo, illum colorem roseum ex rosis, quam aliis simplicibus dissociatis mutuari.

Imperat adhuc Mesue, ad somnum præ vigiliis immoderatis interruptum, reuocandum, opium rhodostagmate dilutum accedere ad confecturam. Cuius sententiæ lubens assentior, hortorque pharmacopæos, si non totam, saltem quandam huius vnguenti quantitatem cum opio compositam in Officinis asseruare.

Vnguentum rosatum colorem immoderatum extinguendo, phlegmonas omnes, Erysipelata, & herpetas sedat, dolorem

Facultates.

rem capitis à causa calida, & ventriculi renum ac hepatis incendium mitigat: Quod opiū admittit, hæc omnia potentius præstat, & præterea fomnū conciliando, phreneticis plurimum cōducit, & vires reficit.

Eodem modo queunt parari vnguenta ex *violis, nymphæis*, & aliis floribus cuiuscunque qualitatis.

CAP. II.

Vnguentum album Rhafis.

℞. Olei rosat. ℥. ix.
cera sã bona in aqua rosarū lota ℥. iij.
cera alba ℥. ij.

Ex arte fiat vnguentum.

COMMENTARIUS.

Vnguentum hoc & paucis constat, & à paucis eodem modo describitur. Varietatem hinc maxime natā coniecimus, quod Rhafis illius author simplicium dosim nō definierit; quam ob id quisque ad arbitriū, auget, minuit, & immutat. Nōnulli magis odoris, quam virtutis gratia *campburam* adiuiciunt, alii *mucaginem tragacanthi*; quidam *lithargyrum*, alii *albumina ouorum*: sicq; nullibi certa manet illius descriptio, nisi Lutetiz, vbi iuxta formulam datam à pharmacopœis conficitur, qui primū *cerusam* ad cribrum setaceum ita fricant, vt trahatur: dein pluries abluunt aqua cōmuni, post rosacea: tū siccant; siccata frīdo in polinem reducunt: tum demum *cera oleo rosato* liquatæ permiscet, & spatula lignea agitando vnguentum tradunt, colore albiſſimum, consistentia legitimum, virib. multis commendatum. Valet n. ad pruritus, scabiem, adustionem, intertrigines, vlcera, pustularum eruptiones, acrē serpiginem, intemperiem vlcerum calidam, atque alia multa cutis vitia sananda.

CAP. III.

Vnguentum Populeon D. N. Myreps.

℞. Oculorum populi nigri ℔. j. s.

foliorum papaueris nigri,
foliorum mandragora,
cimarum rubri tenellarum,
foliorum hyoscyami,
solani,
lactucarum,
vermicularis,
ſedi, seu sempernui maioris,
foliorum violarum.
coryledonis an. ℥. iij.
axūgia porci recent. & insul. ℔. iij.
fiat vnguentum, vt artis est.

COMMENTARIUS.

Nicol. Salernitanus ex Myrepsō, Præpositus ex Salernitano huius vnguenti descriptionem mutuatus est; neuter tamen debitum authori primo reddidit honorē, cum vterq; nomen ipsius subticuerit. Dicitur autem *Populeon* à sua basi, nempe, à tenellis populi nigri oculis, vt loquitur vulgus, seu germinibus, quæ primo Vere in arboris summitatibus erumpunt, & mensē Martio, ante perfectam illorum explanationem colliguntur, quibus pleraq; refrigerantia & somnium inducentia adiunguntur, vt *folia mandragora, papaueris, hyoscyami, lactucarum & solani*, nec non vtriusque *aizoi*, seu *ſedi*, minoris nempe, quod *herbam vermicularem*, & maioris, quod *semperuinam myropolæ* nominant. Ea vero seligenda *vermicularis*, quæ flores albos gerit, & nulla linguam acrimonia vellicans. Adduntur & folia *coryledonis*, quem rei herbariæ periti modo *cymbalium*, modo *cortalum*, modo *Veneris umbilicum* nuncupant. Paratur autem sic; Germina populi recentia contunduntur, axungia à membranis repurgatæ permiscetur, & vase figulino excepta operculato, loco modice calido reponuntur, ad mensē vsque Maium, aut Iunium, aut eo vsque, dum ceteræ stirpes expetitæ possunt haberi satis adultæ & vegetæ: quæ tum collectæ, & à sordibus purgatæ in pila teruntur, & mixturæ priori asseruatæ & fermenta-

Preparatio.

fermentata concorporantur; atq; rursus in loco tepido aut paulo calidiore, integrā hebdomadā, vel etiam diutius fermentantur: postea in cacabo ponitur cum lb. j. vini, vel aceti, vt nonnullis placet, quod scopo magis conueniat. Nihil tamen obstat, quo minus vinum hac moderata quantitate frigidis multis permisceatur, cum nonnulli *bardanam* calidiorem adiungāt: sunt, qui *solani succum* ponunt, vt colorem nanciscatur viridiorem.

Somnum conciliat, & febricitantib. ac caput dolentibus propter calorem inunctum fronti & temporibus, aut plantis pedum, aut manuum carpis prodest.

CAP. IV.

Vnguentum Nutritum, seu crudum, vel de Lithargyro, & Triapharmacum dictum D.

Mes.

℞. Olei rosati lb. j.

lithargyri tenuissime lanigati lb. ss. aceti ℥. iij.

Affunde vicissim ad lithargyrum, modo oleum, modo acetum, & agita in mortario, donec ipse liquorem ebiberit vniuersum, & fiat vnguentum consistentiæ legitimæ.

COMMENTARIUS.

Ex his est hoc vnguentum, quæ à singulis artificibus solent deprauari, ob simplicium, quibus constat, dosim, ab authorib. indefinite traditam. Nam Mesue ad huius vnguenti apparatus imperat tantum, vt modo oleum, modo acetum ad lithargyrum accedat, & iugiter in mortario agantur; adhucque multi quotidie, nec olei, nec aceti quantitatem limitant, sed solum, quantum sufficit, imperant: alii vtriusque partes æquales, & tantundem

lithargyri; Alii contra, & melius, olei lb. ss. *lithargyri* lb. ss. aceti ℥. iij. Nos debitam singulorum proportionem dedimus, si tamen inter agitandum, myropola noritis, quantulaq; huius, vel illius mensura, præter definitam, opus esse, vel non esse, illi liberum esto, quicquā vel addere, vel detrudere. Continua vero agitatione pistilli debet hoc vnguentum nutrirī, donec spissitudinem sibi comparet idoneam. Nec initio multum olei & aceti affatim super lithargyrum affundere fas est, alioquin submergetur, nec postea vnquam in vnguenti consistentiā debitam coibit. Nonnulli in plumbea pila nutriunt cum pistillo plumbeo, vt magis desiccet, sed multis displicet in vnguentis, hæc obscurior & nigricans tinctura: alii lithargyrum abluunt aqua rosacea: quidam addunt succum solani, vel plantaginis & cerusam; sed melius est parare iuxta formulam datam, quam sequuntur Parisienses pharmacopœi; non tamen omnes & semper oleum rosatum, sed aliquādo commune sumunt, nec peccant. Dicitur a. vnguentum Crudum, quia absque igne paratur; nonnunquā Nutritū, tur crudum: quod nutritione longa vnguenti formam unde nutriti acquirat: interdum Triapharmacum, à tritum, triatum simplicium, quibus constat, vnione; pharmacū. ex quibus vt decet, coctis, fit emplastrum, in omnibus Officinis seruandum, quia vfitatissimum.

Vim habet reprimendi, desiccandi, carnem in vlcerebus cauis generandi, eaque ad cicatricem perducendi.

CAP. V.

Vnguentum de Bolo.

℞. Bol. Armena lb. ss.

succorum solani, & plantaginis ans. ℥. iij.

aceti ℥. ij.

olei rosati lb. j.

Sensim agitentur in mortario, donec vnguenti spissitudinem acquirant.

COM.

COMMENTARIVS.

Eandem aut parum dissimilem descriptionem tradit Guido Cauliacus *cap. 5. doct. 1. tract. 7.* quam ex *Gal. lib. 9. simplic.* accepisse fatetur: eum tamen librum euoluens, minime tale quid inueni. A quocunq; vero auctore prodeat, ut optimum medicamentum à Chirurgis plurimum expetitur. Eadem est huius atq; præcedentis præparatio, & utrumque, cum fiat absque igne, crudum nominari potest.

Vires.

Vim habet refrigeratorem, astringentem & roborantem optimeq; cõuenit initio fluxionum calidarum, proinde incipienti phlegmonæ, Erysipelati, & similibus affectionibus valde prodest.

CAP. VI.

Vnguentum Stypticum D. Fern.

℞. Olei rosati *sepius in aqua aluminosa* loti lb. j. ℞.
cera alba ℥. iij.
gallarum immaturarum,
nucum cupressi,
baccarum myrti,
balaustiorum,
malicoris,
corticum glandium,
acacia,
rhois,
massiches an. ℥. j.

Cum succis mespillorum & sorborum immaturorum fiat vnguentum.

COMMENTARIVS.

Vnguentum hoc astringens, quod validissimum sit, ac paratu facile, inquit Plantius usurpandum erit pro vnguento Comitissæ, & alio quouis astringente. Vt rite paretur, omnia tenuissime pulueranda, & dies circiter quatuor maceranda in succis sorborum & mespillorum, vel horum tantum alterutro; deinde lento igne siccanda:

Præparatio.

Tum ceræ oleo rosato liquatæ commiscenda, spatula agitanda, & accurate commiscenda.

Inter astringentia primum locum obtinet: Ob id admouetur partibus imbecillis roborandis, ab humorum irruentium accursu tuendis & laxioribus constringendis & angustandis. Nam fluxiones omnes intercept, vuluæ, vteri, sedis, intestini que prolapsum cohibet, & profluentem sanguinem ad motum sistit, mammillas pendentes retrahit, minores efficit, & ventris rugas à partu tollit.

Vires.

CAP. VII.

Desiccatiuum rubrum.

℞. Olei omphacini lb. j.
cera alba ℥. v.
terra Lemnia, vel boli Armena.
lapidis calaminarij an. ℥. iij.
lithargyri auri,
cerusa an. ℥. ij.
caphura ℥. j.
fiat vnguentum, ut artis est.

COMMENTARIVS.

Desiccatiuum sic ab effectu dictum, ut rubeum à colore, omnibus in Officinis prostat, ut topicum vsu frequenti & felici præbatissimum. Et licet de huius auctore non satis constet, iuxta tamen formulam à nobis traditam, fere apud omnes describitur, & sic paratur: Cerusa, caphura, lithargyrus primum seorsim terenda & laeuiganda: Cera moderato calore oleo liquanda: his ab igne semotis pulueres permiscendi, ita tamen, ut caphura postremo loco iniiciatur. Omnia sic confuse mixta sedulo spatula lignea agitanda, ut in debitam coeant vnguenti spissitudinem.

Poterit quoque cum Siluio parari, igne lithargyro prius nutrito, dein pulueris vna commixtis. Sed si coadunatum, ut magis desiccet, sic refrigerat minus. Sunt, qui cum terra

Præparatio.

terra Lemnia conficiunt; cum *bolotamen* confectum nihilo est inefficacius.

Vires.

Refrigerat, roborat, fluxionem sistit, partem affectam tuetur, humiditates excrementitias digerit, absumit, siccat, & vlcera ac vulnera ad cicatricem perducit.

CAP. VIII.

Vnguentum Diapompholygos D.
N. Alex.

℞. Ol. rosat. ℥x.

succi granorum solani ℥iij.
bulliant leno igne ad succi dissipationem: adde
cera alb. ℥v.
psimythii seu cerusa lota ℥iij.
pulueris plumbi,
pompholygis an. ℥ij.
thuris ℥j.

Coquantur & cogantur in vnguenti formam.

COMMENTARIUS.

Desumptum est hoc vnguentum ex Nic. Alexand sed immutata simplicium singulorum dosi & ad meliorem formam redacta, iuxta Syllui castigationem cap. 1038. sui antid. Illius basis pompholyx est, à qua nomen habet. Quid autem sit Pompholyx, & quid differat à Turia, postea dicitur. Iubet porro Alexandrinus lib. de simplic. vsti plumbi puluerem assumi & abluui, ego tamen malui id ipsum, crudum, & ex arte in pollinem redactum, vt prastantius, assumere; quibus tamen vstum magis arri- det, his Dioscorides cap 96. lib. 5. sic iubet vrendum. Super quam minutissimas plumbi laminas, inquit, fictili nouo inditas sulphur inspargito, additisque rursus aliis laminis, interiecto semper sulphure, vsque dum vas expleueris, succendito: flagrantie autem plumbo, ferrea rude versato, donec perfecte redigatur in cinerem, nihilque e

Plumbi
vstio.

plumbo vstum hæserit: tum obturatis naribus, ne plumbi halitus noceat, eximito. Elimata quoque plumbi scobs cum sulphure vri facile potest: vt etiam absque eo, si tenuissimæ illius laminæ igni acri imponantur, & rudicula ferrea perpetuo moueantur, dum soluantur in cineres.

Alius modus.
Tertius modus.

Vrunt nonnulli sine sulphure melius hoc modo. In fictili nouo reponunt, & prunis circumcirca accensis liquant, atque ferrea spatula agitant, ignem semper augendo, vt spumam non modo multam eructet, sed vt totum in spumam abeat, quæ velut cinis est, qui denuo igni adhibitus non difficile pulueratur. Vstum autem & pulueratum lauatur vt *cadmia* Crudum vero facile in pollinem reducit, si eius laminæ tenues, minutissime incidantur, aceto accerrimo tres dies immergantur, quotidie immutato, si videtur, aceto, & postea exempta & siccata citra vstionem terantur. Ad præparationem coquitur primum solani succus in rosaceo ad succi deperditionem: Deinde cera eodem oleo liquatur: Tum adduntur pulueres tenuissimi, & continua agitatione rudicula lignea mouentur, donec tota mixtura refrigerit, in vnguentum abitura.

Præparatio.
Præparatio.

Prastantissimum est ad vlcera sanationem: Eorum enim calorem mitigat, humiditatem siccat, malignitatem cancerosam domat, dolorem lenit, cavitatem carne implet, & ad cicatricem perducit. Maxime autem tibiæ vlcibus prodest.

Vires.

CAP. IX.

Vnguentum ad pruritus Scabiosum.

℞. Axungia suilla in succo scabiosa sapius lota ℥v. ℞.
radic. oxylapathi in aceto ad putriliginem cocta, & per setaceum traiecta.

Zzz

sulphu-

*sulphuris in succo limonum abluti
an. ʒ. j. ʒ.
unguenti populei in succo enula nu-
triti ʒ. ʒ.
omnibus in mortario probe subactis
fiat unguentum.*

COMMENTARIUS.

Dum hæc scriberem, venit ad me rusti-
cus quidam opem efflagitans pro quodam
amico & affine, qui cum nocte, dieque pu-
stuloso pruritu importune stimularetur, à
barbitonfore idoneum postulauit reme-
dium. Ille unguine sibi familiari, ex mer-
curio, sulphure & axungia stilla parato,
partes prurientes semel atque iterum obli-
niuit, & tanto impetu prauam totius cor-
poris colluuiem mouit, & ad ceruicem &
collum promouit, vt suborta sputatione
violenta, pene misellum suffocarit. Nolo
plures alias similes historias recensere,
cum ex dicta satis eorum innolescat er-
ror, qui vt imperite, sic infeliciter ad le-
uem scabiem, & pruritus linimentum ex
hydryro, adipo, vel butyro & sulphure
confectum, imperant. Ne autem posthac
ad vomitum redeant, vel aliis vt ita faciant,
medicamentorum optimorum inopia con-
siliū dent, hoc unguentum damus, para-
tu facillimum, & ad scabiem pruriginosam
efficacissimum. Serena enim biliosum &
pituitam acrem, & salis mitigat, humo-
res quosuis calidos contemperat, & sca-
biem & pruritus sanat.

CAP. X.

Unguentum Ophthalmicum.

*ʒ. Bol. armen. in aqua rosar. lota ʒ. j.
lapid. calaminaris in aqua euphras.
abluti,
ruthia preparat. an. ʒ. ij.
margaritarum tenuissime lauga-
rar. ʒ. ʒ.
caphura ʒ. ʒ.
opii gr. v.*

*butyr. recent. aqua plantag. sapios.
abluti ʒ. v.
Fiat unguentum secundum artem.*

COMMENTARIUS.

Vix dici potest, quot, quantisque mor-
bis & symptomatis obnoxius sit oculus,
quibus oppugnandis omnia quidem me-
dicamentorum genera debentur, sed non
omnes eorum formulæ adhibentur: Præ-
ter enim collyria & unguenta, quædam
oculi non nisi difficillime ferunt. Nam ca-
taplasinata, emplastra, & similia, vt super
palpebras, & extra oculorum aliquando
profunt, sic intra ad mouere, excæcare est.
Ad multos autem illorum morbos cura-
dos unguentum quoddam ophthalmi-
cum, ab effectu dictum exhibemus, quod
humorum fluxiones arcet, calorem tem-
perat, acrimoniam mitigat, lachrymas &
sistit, & siccat, dolorem sedat, ruborem au-
fert, & oculum roborat, sillius tantillum
post vniuersalia remedia, purgationem, &
sanguinis educationem ad angulos, & pal-
pebrarum oras adhibeatur.

CAP. XI.

Unguentum de Minio, seu unguentum
rubrum, caphura-
tum.

*ʒ. Minii triti ʒ. ij.
lithargyri ʒ. ij.
cerusa ʒ. j. ʒ.
ruthia, ʒ. ij.
caphura ʒ. ij.
olei rosar. lb. j. ʒ.
cera alb. ʒ. ij.
fiat unguentum, vt artis est.*

COMMENTARIUS.

Duplex huius unguenti datur descriptio:
vna simplicior, quæ sine camphora, altera
magis.

Historia.

magis composita, quæ cum ipsa paratur. Vocatur autem rubeum à colore & de minio, à sua basi. Vtilissime datur ad vlcera mala, inueterata, & quæ vix integram curationem admittunt, & ad cicatricem perducuntur.

DE VNGVENTIS CALIDIS.

CAP. XII.

Vnguentum Resumptiuum,
D. Prep.

℞. Butyr. recens lb. j.
cera flaua lb. s.
axungia porci quart. j.
axungiarum anseris,
anatis,
galline,
olei amygdalini,
anethini,
chamaemelini an. ℥. ij.
mucaginum radice althea,
sem. lini an. ℥. j. s.
mucaginis fenugraci,
assyri humida an. ℥. s.
fiat vnguentum, ut artis est.

COMMENTARIUS.

In hoc vnguento, in Antidotario Præpositi descripto, cum multa reprehendenda inuenisset Rondeletius, quædam detrahendo, nonnulla substituendo, alia prorsus, vt inutilia, nec scopo accommodata, improbando, illius compositionem non parua immutauit: Nam pro cera alba flauam; pro oleo violato, amygdalinum subdidit: Mucilagines vero tragacanthi, gummi Arabici & seminis cisoniorum expunxit, quod sua virtute astringentiore digerendis humoribus minime conueniant. Quod si vna cum resoluentibus in morborum principiis roborantia debeant aliquando vsurpari, facile erit, vtendi tempore, vnguento iuxta formam datam con-

fecto, parum olei cisoniorum, aut omphacini, vel similis, quando postulabit, occasio commiscere. Vt vim digerendi maiorem habeat, addita est adhuc fenugraci mucago, sed quantitate parua, quod odoris insuauitate displiceat; Si medulla ossium vituli adiciatur, virtutem habebit magis emollientem & relaxantem, vt voluit Fernel. Vt ex arte paratur, cera frustulatim diuisa cum oleis primum liquanda, dein butyrum & axungia. Liquefactis simul omnibus assypus addenda, & spatula agitanda. Ab igne semotis & accurate vnitis mucagines in aqua communi, vel, vt aliis placet, in rosacea ad maius robur extracta, commiscenda, & lignea spatula mouenda, vt vnguenti spissitudinem idoneam acquirant.

Totius thoracis dolores lenit, humores ruffim committentes coquit, sputum mouet, pleurididi auxiliatur, & succos inutiles musculus thoracis impactos resoluunt, & partes relaxat, lenit, emollit.

Preparatio

Vires.

CAP. XIII.

Vnguentum de Althea, D. Myrep.

℞. Rad. althea,
sem. lini, &
fenugraci an. lb. s.
Scilla ℥. ij.

Lota, tritaque macerentur triduum in aqua lb. v.

Dein bulliant, donec inspissentur. His ad lb. i. expressis, misce olei lb. ij.

Feruefiant denuo ad mucaginum exhalationem. Oleo superstiti adde

cera flaua lb. s.
colophonia,
resina an. ℥. ij.
terebinthina,
galbani,
gummi hedera an. ℥. j.

Omnia simul in cacabo liquefiant, agitentur, & ab igne remoueantur, vt refrigerata vn-

ta vnguenti spissitudinem idoneam con-
crescant.

COMMENTARIUS.

Fernelius huius vnguenti descrip-
tionem multo simpliciore exhibet, omittis
scilla, colophoniam, galbano & hedera gummi,
quod sordidum nimis vnguentum effi-
ciant, ne his sit opus, ad digerentem vn-
guenti vim augendam, ex aliis simplicibus
formula comprehensis, satis efficacem. Ea
tamen vtilia credo, quæ si quis expunxe-
rit, vt medicamenti odorem, sic virtutem
immutabit. Si desit *gummi hedera*, eius
succus substituendus. Aquæ quantitas
nempe lib. iij. s. quod minor esset, nec mu-
caginibus eliciendis, & postea coquendis
sufficeret, aucta est ad lib. v.

Cæterea sunt facilia, vt & conficiendi
modus, ex vnguenti formula artificiose
descripta satis notus.

Vires.

Vnguentum de althea calefacit, emol-
lit, lenit, humectat & digerit: Ob id intem-
periem frigidam tollit, neruorum duri-
tici prodest, siccitatem nimiam emen-
dat, pleuritidi & aliis affectibus ab hu-
more crudo musculus adhærente natis,
medetur.

CAP. XIV.

*Tetrpharmacum, seu Basilicum mi-
nus, D. Mes.*

℞. *Cera flaua.*
resina,
picis nigra an. ℥. ij. s.
olei dulc. lb. j.
*fiat vnguentum secundum ar-
tem.*

Basilicum maius, D. Mes.

℞. *Cera,*
resina pini.

seui vaccini,
picis naualis,
thuris,
myrrha an. ℥. j.
olei lb. j.
fiat vnguentum.

COMMENTARIUS.

Ratio no-
minis.

Vnguentum hoc à viribus, quibus pos-
set maximis, ad humores coquendos, seu
suppurandos, Basilicum, seu Regium di-
citur. Constat autem vel quatuor tantum
simplicibus, ob id *Tetrpharmacum* di-
ctum, seu *Basilicum minus*, vel pluribus, &
Basilicum maius appellatur. Vtrumque
diapneticum est, seu pus mouens, aut sup-
puratiuum; Simplex tamē imbecillius est
magis composito, & minus calidum, ac
velut temperatum, propterea pepalmo,
seu coquendis, & in pus vertendis humori-
bus magis idoneum; Nam verum pepasti-
cum seu maturatiuum medicamentum
temperatum est, & calori nostro natiuo
cognatum, vnde sua qualitate potius agit,
inquit Galenus *cap. 7. libr. 5. de simpl. med.*
fac. quam quantitate, vt remollientia po-
tius qualitate, quam quantitate, cum sunt
validiora, non ita tamen superfluum hu-
morem absorbere. Cum ergo *Tetrphar-*
macum sit quasi symmetrum, optimum
suppuratorium est, & humores coquendo
in pus rite conuertit, perinde ac vola-
nus temperatissima parti cuiusdam prauis
humoribus scateni diutissime admota e-
st. *℥. lib. 5. simpl.*

Preparatio.

Ad Basilici confecturam *resina*, & *pix*
nigra, quæ nondum picandis nauibus in-
seruiuit, cum oleo primum liquanda, &
vbi parum refrigerint, pistillo agitan-
da, vt vnguenti consistentiam nanciscan-
tur.

Vires.

Tetrpharmacum seu *Basilicum* do-
lorem mitigat, humorem noxium parti
impactum coquit, illius acrimoniam
lenit, & carne vlcera
implet.

CAP.

CAP. XV.

Mundificatiuum expertum.

℞ Absynthii,
centaurii minoris,
agrimon.
veronica,
hormini,
plantaginis an. m. j.
macerentur in ℔. ij. aqua, & coquā-
tur leno igne, donec marcescant. In
℔. ℞. colatura expressa, in iuce
Mellis communis ℔. ℞. Bulliant rur-
sus ad aqua fere dissipationem. Tum
adde
olei rosar. ℔. j.
cera in eodem liquata ℥. iij.
pul. cancrorum vstorum ℥. iij.
farina lupinorum,
pul. radic. gentiana an. ℥. ij.
myrrha,
aloes an. ℥. j. ℞.
iroos,
viridis aris an. ℥. j.
fiat vnguentum, ut artis est.

COMMENTARIUS.

Cum nullum extaret in vulgatis Dispē-
sariis mundificatiuum eximium, de cuius
efficacitate Chirurgi ad vlcera detorsio-
nem possent sibi felices fati effectus pol-
liceri, in illorum gratiam hoc rhypticum
seu medicamentum extergens (mundifi-
catiuum nominant) concinnauimus, his
præditum viribus, quas Galenus cap. 1. lib.
5. simpl. requirit, ratio postulat, & probat v-
sus. Nam cum eiusmodi medicamentum
tenuitate substantiæ mediocriter exsic-
cantis vlcus extergeat, seu sordes à parte,
cui adhibetur, separet, & foras amandet,
præter eam substantiæ tenuitatem, & qua-
litate exsiccantem, & sæpius nitrosam,
ab emplastico, & viscido, quod in parte
cohibet, excrementa & sordes aggerit,
longe distare videtur. At vero mundifica-

tiua vulgaria, magna sui parte, ex sarco-
colla, zibure, & mastiche componuntur: nõ-
nunquam ex resinis, symphito toto, & sem-
peruiso, quæ tantum abest, vt effectus præ-
stent, quos illa promittunt, cum sæpius vl-
cera sordidiora reddant. Proin illis reli-
ctis, feliciter in agrorum salutem hoc no-
strum rhypticum, seu extergens medica-
mentum in Officinis seruabitur.

Cancros autem fluuiatiles vltos excipit,
quibus vis est ad extergendum, & exsicca-
dum insignis. Seligendi vero sunt fluuiar-
les quorum tamen defectu marini poterunt
assumi. Vrædi vero in patella ignita eouf-
que, dum facile redigi possint in lauoré,
qui miscebitur vna cum pulueribus reli-
quorum simplicium seorsum tritorum.
Tum omnia incorporata agitabuntur, vt
in vnguenti crassitiem vniantur idonea.

Vim habet excrementa serosa ab vlceri-
bus absumendi, crassiora separandi, & ex-
tergendi: Sed quæ sordibus crassissimis,
vel cadaverosa carne conspurcantur, val-
dius detergens, & sæpe cathetericum pos-
tulant. Insigni autem virtute, eaq; pecu-
liari prodest vulnerib. à cane rabido infi-
ctis. Eorum n. virus specifica proprietate
extinguit, & humores infectos veneno ex-
terget, siccat, absumit.

Cancrorum
vstio.

Vires.

CAP. XVI.

Vnguentum Aureum, D. Mes.

℞ Olei ℔. ij.
cera citrina ℔. ℞.
terebinthina clara ℥. ij.
resina,
colophonia an. ℥. j. ℞.
olibani,
mastiches an. ℥. j.
croci ℥. j.
fiat vnguentum, secundum artem.

COMMENTARIUS.

Vocatur hoc vnguentum Aureum &
Zzz j Regium

*Ratio nomi-
nis.*

Regium utroque nomine colore & virtute deprompto. Nam ut aurum flauum est, ut rege dignum medicamentum, quod vix vnquam infeliciter adhibetur. Eius adeo facilis est apparatus, ut ne quidem iuniores tyriculos lateat. Perperam faciunt, qui lucri, quam nominis audiores, absque croco & mastiche parant: Sic enim immutata illius virtute, & colore negato, nec amplius aureum, nec regium est.

Vires.

Rite paratum aureum vulnera salubriter agglutinat, vlcera caua & mūdā carne implet, dolorem, si quis in his sit, mitigat, & ad cicatricem accelerat.

*Vnguentum
fuscum.
Vires.*

Eadem aut parum dissimiles vires habet vnguentū fuscum, quod fit ex olei lb. j. s. cera noua ℥. iij. picis nigra, sagapeni an. ℥. ij. mastiches galbani, thuris, terebinthina an. ℥. j. Vtrumque enim sarcoticum est, seu vlcera implens, & ad perfectam curationem ducit.

C A P. XVII.

Enulatum cum Mercurio.

℞. Radic. enula in aceto cocta, trita & creta lb. j.
axungia porci veteris, & salita,
olei communis an ℥. iij.
cera noua ℥. j.
hydrargyri extincti,
terebinthina clara an. ℥. ij.
salis vulgaris ℥. s.
fiat vnguentum, legitima consisten-
tia.

COMMENTARIUS.

Excepit hoc vnguentum Præpositus ex Myrepsō, apud quem fere simile legitur in fine tertiæ sectionis, sed ut illius videretur primus author, oleum, ceram, salem, & terebinthinā addidit, & efficacius reddidit: Ante tamen istud incrementum, ob miras eius dotes, Mirabile vocauit Myrepsus.

Paraphrasis.

Paratur autem in Pharmacopoliis iuxta maiorem descriptionem simplicis securiorem, licet vtriusque vsus auersentur multi propter hydrargyrum; Eius tamen per salutem, aut succum limonum extinctio metum omnem ex illorum animis excutere debet: Adde, quod terebinthina, & adeps suillus commiscantur, quæ illius feritatem, si quæ remansit, obscurant. Sunt, qui loco hydrargyri Sulphur ponunt, alii succum fumaris, vel limonum. Ad huius vnguenti apparatus nonnulli radicem enula tantum in aceto terunt, & per cribellū traiciunt, sed melius est, eas ad putrilaginem coqui, idque in aceti lb. ij. & aquæ lib. j. potius, quam in aceto solo: Nam quæ simpliciter concoquantur aceto, acerrimam qualitatem adipiscuntur.

Preparatio.

Cera igitur oleo liquata axungia additur, dein enula pulpa, post argentum viuum & sal, tandem terebinthina; Quæ omnia confuse mixta, probe agitata abeunt in vnguentum.

Vires.

Ad pruritus, scabiem siccam, humidam, & à quacunque causa ortam, atque ad alias cutis fœditates mire est efficax.

C A P. XVIII.

Vnguentum ad Vermes.

℞. Centaurii minoris,
absynthii,
farina lupinorum an. ℥. j.
pulpa colocynthid. trita, aceto macerata, & postea siccata ℥. ij.
olei amygdalarum amararum lb. s.
cera ℥. j. s.
fiat vnguentum, consistentia idoneum.

COMMENTARIUS.

Vermes in multis corporis partibus generantur, atque in his potissimum, in quibus materia quædam excrementitia corrumpitur, ut in intestinis, ex quibus tria vermium genera reliciuntur; Ex superioribus teretes

tereres & longi, ex cololati, ex recto ascari-
rides, seu breues cucurbitui dicti. Omnes
enecantur aeribus, salis, acidis & amaris,
vel interius assumptis, vt aloe, sansonico,
rhabarbaro; vel exterius adhibitis, vt vn-
guento à nobis descripto, ad cuius præpa-
rationem, *Colocynthis* primum terenda, &
aceto maceranda, dein insolatu, vel in ci-
neribus calidis exsiccanda: Post oleo cera
liquata miscenda, vna cum reliquis sim-
plicibus in pollinem redactis: Tum omnia
simul agitata, & accurate vnienda in vn-
guenti concretionem.

Plurimum valet ad lumbricos interfi-
ciendos, si eo vmbilici regio liniatur, vel
torum abdomen, aut eius portio cum de-
cocto enematis communis per sedem in
alium inii ciatur.

CAP. XIX.

Vnguentum ad Achoras, vulgo tineam, D.
Gordion.

℞. Ellebori albi,
ellebori nigri,
sulphuris viui,
auripigmenti,
lythargyri,
calcis vitæ,
aluminis,
gallarum,
fuliginis,
cinerum clauellatarum an. ʒ. ʒ.
hydrargyri extincti,
viridis aris, an. ʒ. ij.

Fiat omnium puluis, qui bulliat lento
igne in

Succorum boraginis,
scabiosa,
fumaria,
oxylapathi, &
aceti an. ʒ. iij. ad succorum consum-
ptionem: Adde
olei veteris lb. j.
picis liquida ʒ. ʒ. cera parum, fiat
unguentum.

COMMENTARIUS.

Huius vnguenti Gordonius perhibetur
author primus, licet curusdam Ioannes de
Concoregio meminerit, qui in *ellebori v-*
triusq; dosi limitanda ab ipso dissentit; vt
etiam Guido Cauliacus, qui de *hydrargyri*
& *viridis aris* quantitate non parum de-
traxit, cuius castigationem sequimur. Ex-
tinguitur autem *argentum viuum* multis
modis, sed vltimior modus fit per *saluam*
ieiuni, aut *succum limonum*, & aliquando
hyoscyami. Cætera, quæ ad apparatus at-
tinent, facilia sunt, eaque medicamenti
formula descripta satis indicat.

Istud vnguentum, inquit Gordonius,
proculdubio tantæ virtutis est, vt in cor-
pore mundificato, seu purgato, omnem
infectionem perscientiam humanam cu-
rabilem curet, siue fuerit tinea, seu scabi-
es, malum mortuum, morphea, aut aliud
quodcumque infectionis genus. Quare in
honore, vt loquitur bonus vir, & reueren-
tia habeatur.

Virg.

CAP. XX.

Vnguentum Apostolorum, D. Auicenn.

℞. Olei communis lb. ij.
cera flaua,
terebinthina,
resina,
ammoniaci an. ʒ. xiiij.
lythargyr. auri ʒ. ix.
aristolochia rotunda,
thuris masculi,
bdellii an. ʒ. vj.
myrrha,
galbani an. ʒ. iij.
opoponacis,
aruginis an. ʒ. ij.
fiat vnguentum.

COMMENTARIUS.

Auicennam vnguentum hoc inuenisse, &

Sic.

Ratio nominis. sic nominasse fertur, qui tamen Apostolorum numerum, nec rescivit vnquam, nec similiter Deum coluit. Qui n. Christi legem sequentes Deum vere agnoscunt, certo sciunt Apostolos non vnguentis, sed verbis, imo sola vestium vmbra agrotos sanasse; Vnde facile credo, interpretes Arabicae linguae deceptos, qui vnguentum hoc *Alhanarix* Auicennae dictum, Apostolorum verterunt. A quocunq; tamen fuerit haec imposta nomenclatio, non improbat, ut quae compositionem ex tot simplicibus, quod olim fuerunt apostoli, coherentem designet. Sic autem paratur.

Præparatio. Gummi primum in aceto daodecim horas materanda, dein colanda, & igne lento coquenda ad spissitudinem mellis: quibus adhuc calentibus diluenda, vniendaq; *terebinthina*. Inter ea *lithargyrus* lauitatus in oleo blando igne nutriatur. Tum eodem *cera* liquabitur, vt & *resina*. His ab igne semotis gummi dicto modo apparta commiscebuntur: Dein *aristolochia*, *myrrha* & *sthus*: Tandem *arugo*; Cuius dosim augent imperite multi, vt vnguenti colorem efficiant viriditorem; Simul enim cum tinctura acrimoniam acquirit vehementiorem, vlcerebus nimis mordacem & noxiam.

Vires. Vulnere & vlcera contumacia, itemq; fistulas detergendo expurgat, fungosam, aut mortuam carnem exedit, & absumit, & nouae restitutionem accelerat.

Vnguentum de calce. Ei viribus non male conuenit vnguentum de *Calce*, septies, vel etiam decies in aqua communi, dein in *rosacea*, vt decet, abluta, & olei sufficienti quantitate excepta ad vnguenti crassitiem. Vlcera enim efficaciter a sordibus extergit, humiditates absumit, & ad cicatricem perducit. Paratur aliud magis compositum, additis *cera*, *pompholyge*, *lithargyro*, seu *vitulino*, & vnguento rosato, Sed raro est in vsu.

CAP. XXI.

Vnguentum Ægyptiacum.

℞. *Æruginis* ℥. v.

mellis ℥. xiiij.

aceti fortis ℥. viij.

Coque super ignem, donec inspissentur in vnguenti crassitudinem.

COMMENTARIUS.

Ægyptios omnes Medicos olim fuisse, antiquo prouerbio fertur, ab hisq; primas medendi leges, & medicamenta multa manasse, patrū scripta, & rerū monimenta testantur; Verum Græci gloriae semper auidissimi, quæ ab illis sunt mutuati, sepe tā astute immutarunt, vt primi nūc fere authores habeantur. Superfunt tamē adhuc quædā olea, & vnguenta ab illis cognominata, vt vnguentum hoc vulgare *Ægyptiæ* dictum, quod eius cognitio primū ex Ægypto ad nos delata est, vel quia illic & laudatissimum, & vltatissimum parari consueuerit. Ex his enim causis potius, quam ex Ægyptiorum colore fusco, ac vnguento simili probabilius est nomen deriuatum. Multi à sua basi, videlicet *melle*, melleum nominant. Sed cum rationi non nunquam præponatur vsus, cum *myropolis Ægyptiacum* nominabimus, quod sic parabitur. *Mel* cum *aceto*, & *arugine* puluerata, in figulino vase igne lento coquetur ad accuti dissipationem, æruginis tincturæ immutationem, & vnguenti consistentiam legitimam. Vocatur à *Mesue magnum*, id est, viribus eximium, non ad differentiam minoris, seu minus compositi.

Ad vlcera antiqua & fistulosa est vltatissimum: Ea n. terget, putredinem auferet, saniem absumit, carnem excrecentem & mortuam exedit, non sine sensu doloris. *Sithus masculum* addatur, vt consentire videretur *Mesue*, aliquanto mitius erit, & minus sarcoticum.

CAP. XXII.

Vnguentum Agrippa, D. Myr.

℞. Radis. bryonia lb. ij.
 cucumeris asinini lb. j.
 scylla lb. ℞.
 ireos ℞. iij.
 filicis,
 ebuli,
 tribulorum aquaticorum an. ℞. ij.
 olei veteris lb. iij.
 cera citrina ℞. xv.
 fiat vnguentum ex arte.

COMMENTARIUS.

A Myrepto vocatur vnguentum *μυρρα*. Latini codices de Agrippa, & ratione vix probabilis ad regem Agrippam retulerunt. Sic forsitan dicitur, quod fiat ex simplicium agrestium succis per macerationem in oleo relictis, vnde *μυρρα*, quasi *succus agrestis*, à quo detorta est de Agrippa nomenclatio. Sed de nominum ratione non differendum, modo res ipsa probe dignoscatur. Huius autem vnguenti descriptionem à Myrepto data Salernitan parū imitavit, pro radice *alsbea sylvestris*, cucumeris asinini radicem ponendo, scopo convenientiorem, serosis humoribus educendis, & hydropi curando, iuxta Myrepsi institutum accommodatiorem. Sic vero illius preparatio suscipitur. Radices recentes primum seligendæ, abluendæ, diligenterque à sordibus purgandæ, & terendæ: Deinde oleo super cineres calidos quinque aut sex dies, in vase fictili macerandæ; Postea coquendæ, donec contabuerint, & aquea humiditas exhalarit. Tum percolandæ. Percolato liquori de novo ad ignem adhibito, & feruere incipienti, addenda cera, & ex arte conficiendum vnguentum: quod ventri illitum hydropicis prodest, vt & lienosis, si hypochondrium sinistrum inungatur. Aluum quoque non raro subducit, licet tantum extrinsecus adhibeatur. Maxime vero pueris & habitu mollioribus. Aliis adhuc multis

qualitatibus pollet, quas breuitatis causa prætereo.

CAP. XXIII.

Vnguentum Aregon, D. Myreps.

℞. Laureola ℞. jx.
 calamenti lb. ℞.
 radice cucumer. agrest.
 ireos recent.
 maiorana,
 cimmarum voris marini.
 sepylli,
 ruta an. ℞. iij. ℞.
 foliorum lauri,
 salua,
 sabina an. ℞. ij.
 zinziberis,
 piperis an. ℞. ℞.
 pyrethri,
 euphorbiis,
 petrolai, an. ℞. j.
 mastiches,
 thuris an. ℞. vj.
 olei moschatellini ℞. ℞.
 laurini,
 adipis vrsi an. ℞. ij.
 butyri ℞. iij.
 cera pura ℞. xv.
 olei communis lb. v.

Herbis & radibus vino maceratis, coctis cum oleo, colatis; & additis pinguibus & pulueribus, fiat vnguentum, vt artis est.

COMMENTARIUS.

Qui ad huius vnguenti apparatus Medicorum commentarios euoluunt, tot varietates, quot authores in descriptione eius agnoscunt: Nam Salernitanus addit radicem *bryonia, iari, cucumeris asinini*, & folia vtriusque *Coniza*: Fernelius additionem illam admittit, omittit radicem *iridis*, & dosim immutat: Alii alia vel detrahunt, vel adiiciunt. Iouertum authoris mentem fidelius secutum, magis sequimur, & descriptionem quam ipse in meliorem ordinem redegit, exhibemus. Eius

Ratio nominis.

Preparatio.

Vires.

Preparatio.

autem apparatus sic instituendus. Radices & herba trita, & à fordibus purgata diem integrum macerentur: post die eximantur & probe terantur; In oleum immergantur, & sic dies septem dimittantur: Tum coquantur & percolentur. Expresso liquori addantur butyrum, adeps & cera: His liquatis affundantur olea: Tum pulveres permiscendi. Omnia sic rite permixta, & subacta vnguentum efficiunt consentitiae legitima; quod ab effectu *ἀενυόν*, id est, *auxiliare*, à quibusdam, *Adintorium*, à Nicolao Præposito inepte *Aragon* dicitur.

ἀενυόν.
Vng. Adin-
torium.

Valet ad affectus corporis frigidos, conuulsiones, resolutiones, colicum dolorem & articulare. Ante inuasionem quartanæ prodest spinam dorsii, & scapulas eo inungi.

C A P. XXIV.

Vnguentum Martiatum, D.

Myreps.

℞. Olei antiqui lb. ij.

cera lb. j.

rorumamarinii,

foliorum lauri,

ruta an. ℥. iiii.

matrona ℥. iiij.

ebuli,

Sabina,

balsamita,

ozymi,

eleliphaci,

polii montani,

calaminthos,

arthemisia,

enula,

heronica,

acanthi,

spargula,

herba venti,

pimpinella,

agymonii,

absinthii,

herba paralyssis,

costi nostratis hortensis

cymarum sambuci,
vermicularis,
semperuini maioris,
millefolii,
chamadryos
quinque neruis,
centauri minoris,
fragaria,
pentaphylli an. ℥. ij. 3. ij.

radicis althea,
cumini,
myrrha an. ℥. j. ℞.
fenugraci,
butyri an. 3. vj.
seminis papaueris albi,
urtica,
violarum,
menta satius, &
menta agrestis,
rubia tinctorum,
oxylapathi,
polytrichi,
cardiobalani,
perichlymeni,
herba moschata,
florum chamamelii,
scelopendrii,
crispule,
herba camphorata,
styracis calamita,
churis,
medulla cerui an. 3. ij.
axungiarum ursi,
Gallina, &
anseris,
mastiches an. 3. ℞.
olei nardini 3. j.

Radices & herba trita vino macerentur, coquantur, oleum affundatur, & rursus coquantur, donec marcescant. Colato liquore & calente cera liquetur, dein butyrum & axungia: Tum pulveres addantur, & fiat vnguentum.

COMMENTARIVS.

Putat Salernitanus, hoc vnguentum de-

Ratio me-
bere

minis.

bere vocari *Martianum* à Martiano; *Mantius*. *Martianum* à Martiatone Medico peritissimo illius inuentore. Sed is quicumque fuerit, vnguentum sane ad multa efficacissimum, & vstatissimum descripsit. Multis autem quod constet simplicibus, ad differentiam alterius minoris descriptionis ab Alexandrino c. 994. traditi magnum vocatur.

Compositio-
nis illustra-
tio.

Verum ne quis in eius dispensatione admittat errorem simplicium aliquot obscurior appellatio sic elucidanda, vt per *acanthum*, *brancha* vsina intelligenda, per *balsamitam menta aquatica*, per *Elelisphacū*, *saluia*, per *spargulam aparine* Græcorum, per *herbam venti*, non *parietaria*, sic quoque dicta, sed *anemone syluestris*; alterutra tamen nullo errore sumi potest, per *herbā paralytis*, *primula veris*, per *costum nostratensem*, *menta Græca*, *herba sancta Maria* vulgo dicta, per *semperuiuum*, *sedum*, seu *acoon maius*, per *quinque-neruiam*, *planzago minor*, per *cardiobotanum*, *carduus benedictus*, vel potius *cardiaca*, per *periclymenum matrisylua* seu *caprifoliū*, per *herbam moschatam*, prima geranii species, per *crispulam cotula* non foetida, quā *buphtalum*, seu *oculum bouis* appellant, per *herbam camphoratam*, *abrotonum mas*. Reliqua facilia sunt.

Preparatio.

Pro *tamarisco* autem non *amaracum* cum Iouerto posuimus, sed *maioranam* scopo conuenientiore. Ad preparationē radices, & herbæ medio Vere collectæ, abluendæ, purgandæ, terendæ, vini generosi sufficienti quantitate, in vase idoneo, super cineres calidos macerandæ & coquendæ ad mediæ partis vini dissipationem: Deinde oleum affundendum, atq; omnia rursus coquenda simul ad vini perfectā exhalationem. Post hæc ab igne semoueat, & sacculo excepta exprimantur, & rursus igni reddantur. Tum addenda *cera*, liquandaque; Dein *butyrum*, *axungia*, *medulla*, & reliqua puluerabilia, in tenuem pollinem redacta. Omnia sic dissoluta, probe mixta & agitatione continenti vnita, igni sub-

trahantur, vt coeant in vnguenti formam.

Efficacissimum est ad frigidos cerebri, Vires. neruorum & articularum affectum. Tremori paralyti, conuulsioni & arthritidi plurimum confert, & præduris lienis tumorbibus, atque omnibus doloribus à crudis humoribus natis.

C A P. XXV.

Vnguentum citrinum D. Myr.

℞. Boracis,

marmoris albi an. ʒij.*caphura* ʒj.*coralli albi* ʒ ʒ.*amiantis,**umbilici marini,**antali,**dentali,**crystalli,**nitri,**tragacanthi,**amylt,**sturis albi an.* ʒ ij.*gersæ* ʒ j.*cerusa* ʒ vj.*adipis suilli recentis, nec saliti* lb. j. ʒ.*seui caprini* ʒ j. ʒ.*adipis gallinae* ʒ. j.*mala citri an.* ij.

Ea minutim incisa adipibus liquatis misceantur, coquantur & percolentur. Expresso liquori reliqua ex arte puluerata commiscebuntur, & fiet vnguentum.

COMMENTARIVS.

Cum hoc vnguentum nomen tantum habeat à citro, non colorem (album enim est) rectius citreum, quam citrinum dici potest: sed effecit vocum affinitas, vt nullo aut exiguo errore, modo hoc, modo illo nomine designetur. Ex his vero est, quæ ad artem cosmeticam, seu exornatorium potius, quam morborum curatricem spectant. Constat namque multis, quæ cutem erugant & detergunt, prauum illius colorem emendant, meliorem conciliant, & ad laudabilem statum reducant.

ducunt. Verum cum multa ex his, barbaris vocibus enuntientur, explicationeque indigeant, ne vocum ambiguitate, ac multiplici acceptione tyrones decipiantur, haec illis subiungimus interpretationem, ut pro *amianto*, seu *amento dulci*, *alumen seiffum*, vulgo *plumeum*, non *gypsum* coctum cum Manlio sumatur; pro *umbilicis marinis* intelligantur *belliculi marini* figuram umbilici humani referentes, satis notae ac vulgares. Pro *Antalio*, tubus quidam marinus intelligendus est, longitudine digiti minoris, foris striatus & inter buccina numeratus. Pro *Dentatio*, conchula, parua longa, rotunda, candida, intus laeuissima, incurua, altera parte acuminata, in qua vermis marinus viuit, & aliquando exit. Et cum *antalia* & *dentalia* conchilia sint, & velut buccina, non male ipsorum defectu, turbines marini & cochleae vsurpantur.

Per *Gerfam* autem velut *Cerusa* quaedam intelligenda est, ex radice *Drachontea* seu *Serpentaria*, vel eius penuria, ex radice *Lauri* & aqua *rosarum confecta*, cuius praeparatio sic se habet. Radices *Drachontea* seu *Serpentaria* maioris vere collectae, abluendae, a sordibus purgandae & ficcandae; deinde in mortario lapideo tenuissime puluerandae; & fictili aut vitreo vase idoneo exceptae, aqua *rosarum* insuccandae: tum linteo tecto ad Solem ficcandae; postea rursus terendae, *rosarum* irrorandae, & ut ante insolandae & exficcandae. His omnibus ter, quaterque iteratis, tandem puluis vino odore madefaciendus, & in pastillos cogendus; qui in umbra siccati, vlui reponendi sunt, & pro *Garfa* vsurpandi.

Porro huius vnguenti sic suscipitur praeparatio. *Axungiae* primum simul in vase fictili liquantur; quibus duo *mala citria* per taleolas secta noctem integram macerantur: mane sequenti eoqueuntur & percolantur. Inter ea *marmor crystallinum*, *corallium*, *umbilici*, *antalia*, & *dentalia* tenuissime puluerantur, ut etiam reliqua, sed seorsim, maxime vero *saphura*, *amylum*, *sabus*,

amiantum, & *borax*. *Gerfa* autem, quod friabilis sit, leui ad cribrum inuersum tactu comminui solet. Omnia vt decet laeuigata, adipibus liquatis, colatis & adhuc calentibus, commiscebuntur & agitabuntur, vt cocrescant in vnguentum. Minor autem videtur quantitas adipis ad pulueres, qui propterea minuendi, vel ille augendus: Nam pro libra pulueris saepius requirunt pharmacopoei axungiae, vel adipis lb. vii. aut viij. fere autem puluis seruatur, & recte, atque vtendi tempore axungia commiscetur.

Vnguentum Citrinum papulas ex bile, Vires, aut salsa pituita, in cute, praesertimque faciei erumpentes reprimi, impetigines, liuores & lentigines exergit, foedas cicatrices delet, oculorum rubores auferit, & cutaneos affectus sanat.

C A P. XXVI.

Vnguentum splenicum.

℞. Olei de capparibus.

Olei de Iasmino an. ℥ j.

Butyri & Sini & Vinisulfis ac recetris lb. ℥ ss. Succorum Bryonia & cyclaminis an. ℥ viij.

Gumi ammoniaci aceto dissoluti ℥ ij.

Puluerum Cumini ℥ ij.

Corticis tamarisci,

Fraxini,

Ceterach,

Seminis agni casti an. ℥ j.

Cera noua & odorata q. s.

Fiat vnguentum, cui adde olei de spica ℥ ij.

COMMENTARIVS.

Multis lien tumet, aliis induratur sine incremento insigni; aliis simul insigniter & augetur & indurescit. Omnibus grauitas adest & circumscriptus in hypochondrio, sinistro tumor, spiritus difficultas, prauus color, ad plumbeum vergens, decubitus in sinistram laeui grauis, vena ad lienem nigricantes & turgidae, & pedum saepe inflatio.

Signa lienis indurati.

Illis

Illis post generalium præfidiorum o-
pem confert regioni lienis hoc vnguen-
tum adhibere, quod vim habet malacti-
cam seu emollientem, resoluentem, ape-
rientem, roborantem ac spenicam, vnde
nomen. Non debet igitur omitti, & cum
eius vsus sæpe sit vilissimus, in pharmaco-
poliis omnibus debet haberi.

Vt rite paretur, olea, & butyrum, igne
lento bulliant eum succis ad eorum dissi-
pationem. Commisceatur ammoniacum
dilutum: Addantur pulueres: tum demum
cera, & fiat vnguentum, cui parum olei de
spica addatur, quod sua tenuitate efficit,
vel reliquorum vis melius ad partem de-
feratur, & suo halitu vnguenti odor minus
sit ingratus.

CAP. XXVII.

Vnguentum Neapolitanum.

℞. Axilligæ suilla in succo salvia lota ℥ i.
argenti vivi extincti ℥ iij.
olei laurini,
chamameli,
lumbri eorum an ℥ ij.
de spica ℥ i. ℞.
aqua vita ℥ j.
cera flava ℥ ij.
serebinthina in succo enula lota ℥ iij.
pulueris chamapitheos & salvia an.
℥ ij.
fiat vnguentum, ut artis est.

COMMENTARIUS.

Vellem citra nationis alicuius iniuriam
de morbo venereo & eius curatione Me-
dici loquerentur, sed cum multi istius luis
originem, causam & naturam primo sui
aduentu ignorarent, in eos, à quibus vel
iuste, vel iniuste se læsos putarent, retule-
runt: hinc alii Hispanicum, alii Italicum,
alii Gallicum, vt Itali nuncupant. Galli ve-
ro cum homines sint, nec iniuriam illatam
facile ferentes, morbum, quem antea In-
dicum, aut venereum recte vocabant, au-
dito Gallici morbi nomine ab Italis im-

posito, non modo morbum sed etiam re-
medium Italicum & sæpe Indicum nomi-
nant. Ex India enim primum ab Hispanis
delatus est in Italiam, vnde Galli post ca-
ptam Neapolim domum redeuntes hunc
fructum Neapolitanum detulerunt. Sed
hæc ridendi, quam rodendi gratia, potius
dicta sunt: Redeo nunc ad vnguentum
à nobis ad Indicæ luis curationem descri-
ptum, quod aliorum eiusdem nominis
multorum loco erit; quæ velut per manus
pharmacopæorum, & chirurgorum tra-
dita, in quibusdam Officinis ex solo adipe
suis & hydrargyro, aut simul paucis qui-
busdam aliis simplicibus indebite paratis
& vnitis conficiuntur. Ob id ægroti sæpe
ab ipsorum vnguentorum litu incidunt
in tremorem, stuporem & paralyfim. Hoc
autem à nobis descriptum multis constat,
quæ dictos affectus impediunt, neruosum
genus roborant, qualitatem malignam
humorum peccantium extinguunt, & hu-
mores ipsos partim resoluunt partim pro-
pellunt, & sputando per os educunt. Sunt,
qui petroleum & Euphorbium adiciunt;
quæ licet propter partium tenuitatem, &
calorem excedentem aliquando frigidio-
ribus naturis prosint, biliosis tamen &
temperatis sæpius obsunt. Mithridatium
& Theriacâ alii permiscunt, nos tamen om-
nissimus, quod non sint huius luis efficax
alexiterium: argentum autem vivum, vt
debet, vsurpatum, efficacissimum est, vt
alibi demonstrauimus.

Ad huius autem vnguenti apparatus. *Preparatio.*
primum cera igni moderato cum oleis
liquanda, & addita aqua vita agitanda &
calefacienda ad eius ipsius aquæ exhala-
tionem: dein adeps & serebinthina vna cū
hydrargyro illis incorporato: Tum demum
pulueres: sicque omnia probe subacta cō-
creseunt in vnguentum.

Vt vero rite præparetur hydrargyrum, *Hydrargyri
extinctio.*
debet primum per laneum pannum traili-
ci, vt tollatur illius plumbago, deinde sa-
liva hominis ieiuni ac sani extingui. Sic
enim domitus aptior est ad huius vn-
guenti

Morbus
Gallicus
vnde pri-
mo venens.

gienti confectioem, quam succo limo-
num aut hyofcyami extinctus, licet axun-
gia & terebinthina mixtus multum de
sua feritate amittat. Illius malefica vis ad-
huc optime castigatur oleo terebinthina,
vt decet, parato.

Vires.

Plurimum valet hoc vnguentum ad or-
ris fluorem, vt vocant, seu humoris viru-
lenti per os exputationem, si eo post re-
purgatum corpus partes bis atque iterum
liniantur.

Vnguenta porro multa sparsim in An-
tidotariis vulgaribus descripta neglexi-
mus, quod eorum vsus vel non satis pro-
betur, vel improbetur, vel quia vires ha-
bent his affines, quæ in hoc libro descri-
buntur. Qui enim habebit, exempli lo-
co, *Stypticum* Fernelii & *Aregon*, nihil erit
ei necesse vnguentum *Comitissa* & de *Ar-
thanita* parare.

ADDITIO.

Vnguentum defensuum D. Angel-
bergeri.

℞ bol. leuatici.
litharg. pulueris an. ʒ ʒ,
terr. sigill. rubr.
ceruss. an. ʒ ʒ.
caphur. ʒ ʒ,
opii thebaic.
tragac. an. gr. v.
aq. rosar.
acet. rosac.
succ. semper vini an. ʒ ʒ,
ol. ros. ʒ ʒ. ℞. Mi.

f. vnguentum arte subtilissimū. Bolus
& terra sigillata simul optime terantur
cum tragacantha, deinde opium
& caphura cum oleo rosar. parū dis-
soluatur, postea lithargyrum cerussa
& oleum rosatum optime terantur,
affundendo semper parum aceti, aqua
rosarum & succi fiatq; vnguentum,
vile est ad tabem & atrophiam
membrorum & omnia symptoma-
ta clandestina.

Vnguentum de plumbo, quale sepe in-
ter Emplastra repe-
ries.

℞. plumbi vsti cum sulphure
lithargyri an. ʒ ʒ,
ceruss.
antimon. an. ʒ ʒ,
ol. ros. quant. suffic. f. vngu.

Vnguentum rubrum potabile.

℞. rad. anchus. rubea ʒ ʒ,
rubia tinctor. ʒ ʒ,
helenii. ʒ ʒ,
lenistic. ʒ ʒ,
sulphur. vivi ʒ ʒ,
vini rubr. alkanti lb. ʒ,
butyri insulsi lb. ʒ,
coquantur & colentur: in colatura
dissolue spermat. ceti ʒ ʒ,
sangu. hirci ʒ ʒ,
pulu. tormentill. ʒ ʒij.
oculor. cancr.
mumia an. ʒ ʒ,
caryophyllor ʒ ʒ. Mi.
f. vnguentum.

Illitus purgans.

℞. aloes
follis taurini an. ʒ ʒ,
pulv. arthanit. p ʒ Mi. & cum o-
leo lilior. aut violar. & cera f. li-
nimentum pro ventre inferiore in-
ungendo.

Experimentum mirabile Ru-
landi.

℞. fol. salvia,
urtice,
meliss. an. part. aequal.
contunde in aceto rosaceo in linimē-
tū, applica ad pulsus manuum ma-
ne: purgat superne & inferne.

Vnguentum de lapide calaminari cum
camphora.

℞. cera alb.

ſeni hircin. an. ʒ iij,
ol. roſ.
terebinth. an. ʒ jʒ,
lapid. calaminar. ʒ iij,
camphor ʒ ʒ,
ol. commun. quant. ſuffic. Mi.
f. liniment. griſeum.

Vnguentum Nicotiana.

ʒ. fol. nicotian. lb ij,
axung. porc. rec. vel diligenter
lot. ʒ xij,
ol. hypericon. lb ʒ. Herba trita mace-
retur per noctem in vino rubro, mane
bulliant igne lento cum axungia ad
vini conſumptionē; colatura expreſſa
adde ſucci nicotiana lb ʒ, terebinth.
vel reſina abietina ʒ iij. coq. denuo ad
conſumptionē ſucci, addēdo circa finē
pulu. rad. ariſtolochia rotūda ʒ ij, cera
nova quant. ſuffic. f. vnguentum. Eſt
Laurētii Iouberti, qui in alia deſcri-
ptione oleum hypericonis omiſit, va-
let etiā ad puerorum vlcera manā-
ria capitis: poteſt quoq; ſumi ſuccus
expreſſus ē foliis & radicibus oci-
maſtri Tragi menſe Maio.

Vnguentum alabaſtrinum Ioannis

Langij.

ʒ. ol. roſ. omphac. lb j,
vini albi generoſi lb. ʒ.
ʒ. chamomill. rec. ʒ ij,
ruta recent. ʒ vj,
ſummitat. rubri ʒ iij,
ſem. ſœnic. pulueris. ʒ j,
Coquantur lento igne ad conſumptio-
nem vini, colatura adde cera alba
quant. ſuffic.
puluer. lapid. alabaſtri ʒ iij,
album. ouor. nr. iij,
aq. roſar. ʒ ʒ. Mi.

f. vnguentum.

Vnguentum Ebulinum.

ʒ. granor. ebuli maturor. & nigror. lb ʒ,
(alii ſumunt ſucc. fol. ebul. lb j.)
fol. ebul.

iua arbut.
iua moſchat.
roriſmar. an. Manip. j ʒ,
lumbris. terreſtr. cum vino rubro
lotor. & ſuffocator. lb ʒ,
terebinth. aq. ſaluia lota ʒ iij,
rad. alth. virid. lb ʒ,
ol. lb ʒ j,
vini rubri lb. j.
cera quantum ſufficit. Mi. fiat un-
guentum. ſec. arz.

Diſcutit & reſoluit tumores duriores
potiſſimum ē materia frigida ortos, eſq;
anodynum.

Zibethum artificiale.

ʒ. ol. nuciſta,
mell. opt. deſpumat. an. ʒ ʒ,
zibeth. gr. viij,
puluer. pyrethri,
piper. nigri,
cubebar. an. ʒ ʒ.
moſch. gr. v. ex omnibus ſubiſſimo
pulueriſatis & commiſtis fiat lini-
mentum.

Vnguentum nervinum optimum D.

Achillis Gaſſeri.

ʒ. ol. roſac.
chamomel.
maſtic.
lini an. ʒ ʒ,
terebinth. ʒ j,
vermium terreſtr. ʒ ij,
ſevi vitulini,
hircini an. ʒ j. ʒ.
pingued. vulpis,
canis. an. ʒ ij,
cera ʒ j. Mi. f. linim.

Aliud ad contractionem neruorum.

ʒ. ol. chamomel.
anech.
roſac.
liſior. albor. an. ʒ j,
irini
maſtichin.

de ſpica

de spica an. ʒ ij,
pingued. gallin.

anatis,
ol. amygd. dule. an. ʒ v,
medull. cruris vituli.
butyri vaccini rec. an. ʒ iij,
styrac. liquida ʒ ʒ,
seui vitulini ʒ i,
œsypi ʒ j. ʒ, bulliant omnia simul pra-
ter styracem & œsypum vsque ad cō-
sumptionem mucilaginis, deinde co-
letur & addantur terebinthina cla-
rissima ʒ vj. cera citrina quant. suffi-
cit f. ceratum molle.

Aliud ad spasnum neruorum.

ʒ. ol. costin.
de piperib. an. ʒ ij.
de euphorbio,
de laterib. an. ʒ j. ʒ,
terebinth. non lota ʒ ij.
cera alba quant. suffic. f. unguentum,
quo membrum affectum inunga-
tur præmissa tamen frictione cum
oleo mastichino aut ol. absynthii.

Vnguentum ad artus.

ʒ. marcaste lb ʒ,
rad. chameleont. alb.
baccar. iuniper. an. ʒ iij.
Marcasta tenuissime teratur, radix
minutim incidatur, & cum baccis
optime contundatur; deinde in vini
albi optimi lb. ij. ad dimidias coquan-
tur.

ʒ. huius colatura lb. j.
medull. crur. bouin. ʒ ij,
seui hircin. ʒ iij,
adip. vrsin. ʒ j,
canini. ʒ i. ʒ,
human. ʒ ʒ,
Adipes aqua rosacea aliquoties ab-
luatur, abiecta semper veteri aqua &
nova affusa, deinde ad succi con-
sumptionem coquantur, fiatq; un-
guentum.

Vnguentum splenicum.

ʒ. ol. de capparib. ʒ ij.

rad. cyclam ʒ ʒ,

sem. genist. ʒ ij,

succ. bryon. quant. suffic.

Radices & semina terantur minutif-
sime, deinde omnia coquantur ad a-
quosa humiditatis consumptionem,
& vehementissime expressa colentur.

ʒ. colatur. ʒ vj,

pulv. croci ʒ ij,

cera parum Mi. f. unguentum.

Aliud.

ʒ. ol. de capparib. ʒ v.

nuc. moschat. express.

spica an. ʒ ʒ.

succ. cyclam. ʒ j,

salam. aromat. ʒ j. ʒ.

lacca,

aloes,

piper. an. ʒ j.

ammoniac. in acet. dissol. ʒ iij.

cera quant. suffic. Mi. f. ceras.

Vnguentum ad scabiem.

ʒ. succ. helonii,

oxylapath. an. ʒ ʒ,

ol. laurin. ʒ j. coquantur in diploma-
te ad aquositas consumptionem, de-
inde cum sulphuris vivi ʒ j. ʒ. & ce-
ra modico f. unguentum.

Vnguentum cordiale.

ʒ. spec. diamb.

pulv. oroc. oriental.

lign. aloes,

benzoin. an. ʒ j,

ol. cymn.

fœnic.

cinnam. destillator. an. gutt. ij,

rorismar. gutt. iij,

moschellin. ʒ vj.

mosch.

ambr. an. gr. ij,

cera albiss. in aq. cinnam.

lota quant. suffic. f. ungu.

Vnguentum ad scabiem manuum.

ʒ. Extrañ. ellebor. nigr.

bryon.

bryon. an. ʒ ʒ,
 vngt. de corussa ʒ ʒ. ʒ.
 sulphur. vivi ʒ ʒ,
 ol. tartar. ʒ ʒ. Mi. diligenter ad ignē
 f. vnguentum.

Herba, quibus manus prius
 fouenda.

℞. rad. bryon.
 oxylapath. an. ʒ ʒ,
 ellebor nigr. ʒ ʒ,
 fol. fumar. M. ʒ incisa & confusa
 coquantur in aqua.

Vnguentum Felicis Plateri ad polyppum
 narium.

℞. vnguent. aegyptiac. ʒ ʒ.
 cortic. granator.
 gallar. an. ʒ ʒ.
 ol. vitriol. ʒ ʒ. Mi. f. vngt.

Aqua post vnguentum vsur-
 panda.

℞. sublimat. ʒ ʒ. Coquantur in aqua fa-
 brorum ʒ ʒ. ad consumptionem me-
 dietatis. postea adde ol. vitriol. ʒ ʒ,
 alum. vst. ʒ ʒ. Mi.
 hac aqua polyppus tangatur.

Vnguentum Iulium, Iulii Cesa-
 ris Arantii, ex suc-
 cis.

℞. ol. rosar. ex oleo lini prepar. lb. ʒ.
 fol. plantag.
 scrophular.
 centaur. minor.
 resta bouis,
 solani minutissime incisor. an. Mi.

Omnia simul decoquantur, donec herba-
 rum vires videantur extracta, tunc colen-
 tur & torculari fortiter exprimantur, ex-
 pressum denuo serueat, quousq; omnis fere
 aqua humiditas absorpta fuerit, tuncq; ad-
 de & permiſce cera alb. noua ʒ ʒ. tandem-
 que refrigerato serue insperge camphor pul-
 ueris. ʒ ʒ, agitetur tam diu, donec refrige-
 scat & vase vitreato condatur.

Refrigerat & siccat sine morſu, ideo

que valet ad ambuſta & ad vlcera cum in-
 temperie calida & acri sensatione; qua-
 lia sunt cacoethe, herpes narium, faciei,
 verrucæ exulceratæ, pudendi & digito-
 rum gangranosa vlcera, & quæ per
 nionibus neglectis fiunt. si præcipitati
 puluis hoc temperetur vnguento, cor-
 rigit putredinem & malitiam vlcerum
 in gummatibus gallicis, in ozæna, in
 vlceratione strumarum, mentulæ, in
 ficibus seu carnis excreſcentia abscef-
 suum circa vnguium coronam. Si hæc
 non profus hoc remedio curentur, sit
 tamen præſeruatio, ne in deterius
 abeant.

Vnguentum ex Enula D.

Bechtholdi Riug.

℞. rad. enul. virid. in acet. coct. & con-
 tus. ʒ ʒ. ʒ. ʒ.
 tartar. alb.
 sulphur. vivi,
 vitriol. alb.
 zinzib. an. ʒ ʒ. ʒ.
 sal. comm.
 ellebor nigr.
 albi an. ʒ ʒ.

fol. serpill.
 menth.
 saluis.

maioran. an. ʒ ʒ.
 axung. porc. rec. aq. lapath.

acuti lota ʒ ʒ.

Cōtundantur contundenda, omnia-
 que secundum artem lento igne ad
 formam, vnguenti coquantur.
 valet plurimum ad scabiem.

Vnguentum Horatii Augenti ad ptery-
 gium oculi.

℞. alſnes. qua apud Tuscos vocatur cen-
 tone,
 chelidon. recentium an. M. ʒ.
 contundantur valide & misceantur
 in al. comm. adstringentis facti ex o-
 liuis immaturis ʒ ʒ. tam diu, donec
 marcescat, tum bulliant lento igne;
 Bbbb adde

adde cera noua liquefact. ℥ j. quocum leuiter ebulliant ad consistenziam unguenti. tunc additio viridis aris ℥ iij. ℞. pulv. ossis sepia exusti & diligentissime laugati ℥ ij. mox deponito ab igne & fiat unguentum. Intincta penna in hoc unguento quater in die inunge & pertiage unguulam leuiter, & iube, ne patiens eo die sese exponat acri luminoso.

Est praestans unguentum non ad hunc modo affectum, sed etiam ad omnes maculas oculorum delendas. Cuius (inquit Augenius) meus parens in pterygio refractario addebat interdum fellis barbelli piscis ℥ ij. ℞.

Unguentum nobile Eiusdem ad carunculam in ostio vesicae.

℞. virid. aris,
auripigment.
vitriol. roman.
alum. rocha an. ℥ iij.

Infunde omnia in aceto acerrimo horis 12. atque inter duos lapides marmoreos in pollinem tenuissimum redigantur, tum aestiuo soli exponantur: siccata rursus aceto imponantur, indeque ut antea marmorum attritu sic comminuta, ut digitis subiectum nihil occurrat asperitatis, soli denique exponatur, quousque in pollinem tenuissimum redigantur, omnisque eorundem euanuerit acrimonia, quod fiet octo fere dierum spatio.

Hinc ℞. ol. rosar. omphac. ℥ iij,

litharg. ℥ ij. coque ad ignem, donec coierint in Emplastrum solida consistenzia, ab igne tum semoris adde praedicti pulueris ℥ ij. Misce spatula. Et igni subiiciantur, quousque totum in durum medicamentum crescat, adeo ut ipsi candela cerea vel virga plumbea adharere possit, sic ne manibus quidem tractata excidant. Valet solum in robustis.

Aliud Eiusdem ad idem.

℞. litharg. aur. prepar.
ceruss. an. ℥ ℞.
ol. ros.
myrrh. an. ℥ j. ℞.
liquefiant igne remisso: deinde adde thutia prepar.
sibii,
spong. vsta omnibus in succo plantag. maceratis, deindeque sole resiccatis an. ℥ j,
aristol. rotund.
myrrh.
aloes,
mastic.
pulu. tenuissimi plumbi crudi an. ℥ ℞.
camphor. ℥ ij. ℞.

Omnia cote marmorea tenuissime terantur, deinde in mortario plumbeo diu in unguentum subigantur.

Aliud Eiusdem ad idem pro delicatioribus.

℞. ceruss. venet. optim. ℥ iij.
rutia elect. prep. & in aq. ros. lot. ℥ ℞.
litharg. aur. prep. ℥ vj.
sibii elect. in tenuiss. puluerem redacti & excreti ℥ ℞.
camph. ℥ ℞.
mastic.
oliban.

aloes epatic. an. ℥ ij. Comminuenda marmoreo lapide conterantur adiecto plantaginis succo & ad solem siccantur, deinde rursus exacte trita in mortario cum pistillo plumbeo adiecto ol. ros. quant. suffic. diuissime agitentur & fiat unguentum.

Unguentum laxarium. Pistorii.

℞. fell. taurini ℥ j.
myrrh. ℥ j. ℞.
scammon. prep. ℥ ℞.
Euphorb. ℥ ℞. Mi. & cum balsamo ex aloes fiat unguentum.

Unguen-

Vnguentum Cotoneorum.

℞. malor. cotoneor. in tenuissimas laminas concisorum quantum vis. coquatur in vino rubro generoso ad digitos duos transversos supereminenti ad vini fere consumptionem.

℞. vini colati lb. j.

ol. mastich.

rosat. an. lb. s.

bulliant leuiter ad totius vini consumptionem & cum cera modico fiat vnguentum, addendo pulu. caryophyllor. ℥j. s.

Valet ad quoscunque fluxus ventris.

Vnguentum stomachicum.

℞. cera ciirin ℥ij.

ol. cocon.

mastic.

absynth.

menth. an. ℥ij.

pulu. mastic.

menth.

caryophyllor.

nuc. mosch.

galang.

macer.

absynth.

cinnam. an. ℥j.

spic. indic. ℥s. Mi.

f. vnguentum.

Vnguentum nephriticum.

℞. vngu. anodyn. ℥xij.

ol. aneth.

chamom. an. ℥ij.

pingued. coturnic.

anser.

gallin. an. ℥ij.

pulv. fl. chamom.

sem. aneth. an. ℥vj. Mi.

& cum cera noua f. vnguentum.

Vnguentum ad lumbricos.

℞. ol. amygd. amar.

absynth. an. ℥ij.

succ. sol. persicor. ℥ij.

farin. lupinar.

corn. cerv. ust.

rad. gentian.

centaur.

menth. an. ℥j.

matricar.

abrotan. an. ℥s.

aloes ℥vj.

fell. tauri ℥ij.

cera ℥j. s. Mi f. vnguentum.

Vnguentum pedicularum.

℞. sem. staphysagr. ℥vij.

ellebor. alb.

baccar. lauri.

sal. nitri an. ℥ij. s.

argent. vivi ℥vij.

axung. porcina lb. iiij. s. Mi.

f. vnguentum.

Vnguentum ad strangulationem

uteri.

℞. mosch. ℥j.

gallia mosch. ℥j.

ol. lil. albor. ℥ij. Mi f. linim. quo inungantur genitalia.

Vnguentum alabastrinum Benedicti Victorii Fauentini.

℞. succ. chamom. rec. ℥ij.

rosar. rec. ℥ij.

ruta rec.

beton an. ℥j. s.

rad. alb. ℥ij.

ol. ros. omphac. lb. j. s.

alabastr. optimi & purissimi ℥ij.

puluerisetur alabastrum tenuissime & per noctem ac diem in ol. omphacino infundatur. deinde cum cera alba optima q. s. ex omnib. fiat vnguentum.

Aliud Alabastrinum

Ludouici de Leonibus, praeceptoris patris Augerii & Io. Langij.

℞. vini albi adstringent. lb. vij.

Bbbb 2

aq. ros.

aq. ros. lb. ij.
 Euphrag. virid.
 fl. cham. an. ℥ viij.
 fl. rorismarin. lb. j.
 alabastr. subtilissime puluerisat. lb. j.
 ℞ ℥ viij.
 cera noua ℥ v.
 ol. ros. omphac. lb. ij. ℞.
 Contusus cōtundendus coquantur in-
 uicem ad consumptionem aqua &
 vini, postea imponantur album.
 ouor. nr. j. ℞. conquassata & cum
 pistillo in mortario calido horis octo
 continuis agitentur, mox cum pan-
 no lineo fortiter exprimatur, in sine
 addito camphor. ℥ ij. ℞. finito refrige-
 rari & colari. si quid vini aut humi-
 di liquoris supersit.

**Unguentum contra pestem. Antonii
 Florentini.**

℞. theriac. Androm. sen. vet. opt. ℥ ij.
 coquatur in vase fictili optime vi-
 creato ad consumptionem medietatis,
 adde cum ab igne remota fueris.
 carlina.
 imperator.
 gentiana.
 diptamni albi.
 sandarac.
 croci optime puluerisator. an. ℥ ij.
 Mi.

Unguentum, quo regio cordis in-
 ungatur.

Aliud Leonardi Fiorauanti ad pestem.

℞. resina pini alb. & mund. libr. ij.
 benzoin ℥ ij.
 styrac. calamit. ℥ j.
 terobint. pellucid. ℥ vj.
 ciner. lign. oliuar. ℥ iij.
 myrrh. ℥ iij.
 thur.
 mastic. an. ℥ j. ℞.
 aq. vita ℥ vj. Mi. in retorta ma-
 gna igne lento destillentur, & cum
 oleum nigrum in sine exire uideris,

muta recipientem, & oleum illud ni-
 grum de aqua & prius egrasso oleo se-
 paratilludq. oleum, prius iidem ab
 aqua elapsum voluti thesaurum ma-
 ximum reserua.

Unguentum ad suffocationes uteri.

Pistorij.

℞. ol. myrrhin. ℥ j.
 mastich.
 cydon. an. ℥ ℞.
 ambr. gr. ij.
 benzoin. ℥ j. ℞.
 gallia mosch. ℥ ℞. Mi.
 cum cera f. ungu. molle, quo puden-
 da inungantur.



SECTIO II.

DE CERATIS.

UT cerata media sunt inter unguenta & emplastra, sic inter hac & illa a nobis describuntur. Dicuntur cerata, quod ceram admittant; ut etiam Ceronea, qua nunc ab emplastris soliditate & compositione non differre videntur, ita ut chirurgis emplastra & ceronea idem sint: Et qui inter ipsorum ossa fracta aut luxata reponunt, omnia emplastra ceronea nominant. At vero cerata molliora cum sint, angustiore acceptione designantur pro medicamento, nempe externo, ex oleo, cera, & stirpium, animaliumque partibus, atque metallis & mineralibus aggregata, consistentia inter unguentum & emplastrum media: nam plus cera recipiunt, quam unguenta, hinc duriora minus, quam emplastra, ideo molliora. Ea proportio cera in unguentis seruetur, ut unciis olei singulis ponantur cera drachma dua aut paulo minus: In ceratis huius drachma dua cum dimidia aut paulo plus. In emplastris saepe duplum, saepius triplū, & aliquando quadruplum cera ad oleum pondus. Variat tamen ista proportio pro diuersa rerum aliarum

Cerata un-
 de dicar-
 tur.

Ceratum
 quid.

Proportio
 olei ad ceram.

aliarum mixtione & tempore, nam ubi pul-
uerum maior quantitas adhibetur, ibi plus
olei, ubi minor, ibi minus: ut etiam astate,
(quod omnia pinguia facile liquecant) mi-
nor, quam hyeme olei dosis ponitur, adeo, ut
sapius penes artificem peritum sit oleum vel
ceram augere vel minuere. Ut autem cer-
neum pro emplastro sic ceratum pro unguen-
to fere usurpetur. Eadem enim est simplicium
commixtio, preparatio & spissitudo, &
nonnunquam ceratum unguento mollius
efficitur.

CAP. I.

Ceratum refrigerans Galeni.

℞. Cera alba ℥ j.

Olei rosati Omphacini ℥ iij.

Liquentur simul in vase duplici. Refri-
geratis affundatur paulatim in mortario
aqua frigidissima, quantum absorbere
poterunt, pecutiendo & agitando: po-
stremo addatur aceti ℥ ss. Fiat ceratum.

COMMENTARIUS.

Inter medicamenta composita & eupo-
rista, nullum est frequentius & simplicius
hoc cerato à Galeno multis in locis, ut c.
6. lib. 1. simp. l. 10. meth. & l. 6. san. tuend.
descripto & celebrato, quod à nonnullis
modo unguentum, modo Ceratum albū,
& aliquando ceratum refrigerans Galeni
nuncupatur in Officinis.

Preparatio. Sic vero eius suscipitur preparatio: Ce-
ra in frustula diuisa oleo rosaceo ompha-
cino in diplomate liquatur: dein ab igne
remouetur, & in aliud vas transfunditur:
atq; ubi refrixerit, & modice concreue-
rit; aqua frigidissima subinde affundi-
tur & agitatione continua subigitur: Et
rursus noua frigida affusio & agitatio ite-
ratur, donec ipsam mixtura respuat; cui si
parum aceti albi & tenuis adiciatur, magis
humectans & refrigerans unguentum pa-
rabitur. Vbi magis refrigerare consilium
est, etiam Galeni autoritate, succi lactu-
ca, solani, semperuini, aut similibus refrige-
rantium nonnunquam addantur. Sed hoc

raro, nisi vtendi tempore, fieri solet, atque
in pharmacopoliis tantum, quod simpli-
cius est, asseruatur.

Valer ad phlegmonas, Erysipelata, her-
petas, carbunculos, phygethla, omnemq;
intemperiem calidam. Febrientibus quo-
que multum conducit, si hypochondriis
superponatur.

CAP. II.

Ceratum santalinum D. Mes.

℞. Rosarum ℥ iij.

santal. rubri ℥ x.

albi,

citrini an. ℥ iij.

boli Armena ℥ iij.

cera alba lota ℥ xxx.

aboris ℥ iij.

caphura ℥ ij.

olei rosat. lb. j.

fiat Ceratum, ut artis est.

COMMENTARIUS.

Minus est irridendus pharmacopola,
qui sacharo, quā qui hoc cerato caret, cu-
ius perennis & felix vsus nobilitatem o-
stendit. Acera ceratum dicitur, & santalis
santalinum, paratur sic:

Preparatio.
Santala primum omnia simul pulue-
rantur, seorsim rosa, bolus armena, ebur, &
caphura: deinde cera igni blando, ut cine-
rib. calidis, aut balneo maris, eum oleo ad-
hibetur, ut liquecat: ubi aliquantum re-
frixerint ambo, confuse liquata, aqua ro-
sacea ter quaterque lauanda: postea dicti
pulueres commiscendi, ita tamen, ut ca-
phura postremo loco ponatur. Tū omnia
simul agitando, subigendaque, ut coeant
in idoneam consistentiam cerati. Porro
ebur crudum pro spodio posuimus, non
usum, ut perperam, aromatariorum vul-
gus. Cur vero id egerim, pluribus in locis
superius, ubi spodium occurrit, susissime
demonstrauimus.

Ceratum santalinum phlegmonas & o-
mnes intemperaturas calidas ventriculi,
hepatis, & partium aliarum exustiones ef-
ficacissime compefcit.

C A P. III.

Ceratum stomachicum Galeno ascriptum

D. Mes.

℞. Rosarum,
 mastiches an. ʒxx.
 foliorum absynthii sicci ʒvi. ℞.
 spica nardi ʒv.
 cera ʒij.
 olei rosati ʒjx.

Fiat ex arte ceratum.

COMMENTARIUS.

Preparatio.

Ceratum hoc à Mesue traditum efficacius cum sit duob. aliis à Galeno descriptis, vltatius est, & in officinis plurib. asseruatur. Ad eius apparatus cera & oleū liquantur: refrigerata sæpius aqua rosarum abluuntur: postea rursus liquata lauantur æquis partibus succi citoniorum & vini nigri & austeri, addito pauco aceto; quod tamē multi nō sine ratione omittunt. Inter ea rosa & absynthium simul pulueranda; seorsim vero mastiche & spica Indica: tum omnium puluis confuse mixtus, cerulæo, seu ceræ oleo liquata & lotæ, permiscendus, & ita subigendus, vt in cerati crassitudine abeat legitimam. Hoc autem nō similiter describitur à Galeno, licet ei tribuatur à Mesue, cui potius debetur illius inuentio, vel saltē amplior & melior descriptio. Dicitur stomachicum à parte, cui cōfert & adhibetur: Calorem enim stomachi & rotius ventriculi fouet, cōctionem iuuat, flatu absumit, crudos humores coquit, appetitum excitat & vomitum compescit.

Vires.

Solet autem & debet extendi super aluta & superiori regioni stomachi, & aliquādo etiam toti ventriculo admoueri. Eum enim roborat, & ad munia perfectius obeunda vegetiorem reddit.

C A P. IV.

Ceratum œsypatum, Galeno tributum,

D. Mes.

℞. Oesypi ʒx.
 oleorum chamameli,
 irini an. lb. ℞.

cera flaua ʒiij.

mastiches,

terebintina an. ʒj.

resina ʒ℞.

spica nardi ʒij. ℞.

croci ʒj. ℞.

ammoniacy ʒj.

styracis calamita ʒ. ℞.

Fiat ceratum secundum artem.

COMMENTARIUS.

Tria describit cerata Mesue, quorum hoc selegimus Galeno ascriptum, vt efficacius & vltu frequentiore celebratum; efficacius tamen redditum, Rondeletii consilio, amoniacy & styracis calamita incremento: sic enim effectus feliciter præstat, quos alia Philagrii & Pauli cerata à Mes. conscripta pollicentur. Propterea qui hoc habebit, aliis dictis carere facile poterit. Dicitur autem œsypatum à sua basi œsypo, quæ sic extrahitur. Lanæ succidæ ex ouium collo, ventre & feminibus euulsæ quantitas quædam idonea sumitur, aqua calida horas octo maceratur, & subinde baculo agitur, deinde igni feruescere dimittitur, donec pinguedinem in aquam deposuerit, Extractis & fortiter expressis lanis, aqua è vase in aliud vas magno impetu sæpius transfunditur, vt spumam multam eructet, quæ colligenda, & in alio vase seorsim reponenda: tum aqua denuo agitur ad spumam, quæ adhuc collecta cum præcedente ponenda. Idque toties iteratur sub æstiuo Sole, dum tota spumescens pinguitudo colligatur: Collecta, aqua pura sæpe lauatur, manibus agrando, quousque sordes mixtæ auferantur, & aqua pura effluat, atq; pinguedo linguæ admota, nullum acrimonie sensum inferat. Postea vase fictili densò excepta, in loco frigido seruanda. Vim habet emolliendi, resoluendi, calefaciendi, & dolores sedandi.

Oesypi eductio & apparatus.

Sic autem paratur ceratum descriptū; Preparatio. primo seorsim pulueratur crocus, mastiche, spica & styrax: dein omnium pollen commisce-

Vires. miscetur: *ammoniacum* in aceto maceratur, liquatur & coquitur ad mellis consistentiam: postea cera in oleis liquabitur. His igni subtractis, miscetur *asphaltum*: cum *ammoniacum* solutum, & *cerebynthia* simul; tandem pulveres, semper agitando, ut abeat cuncta in cerati spissitudinem legitimam.

Vim habet emolliendi, resoluendi, ac digerendi, & dolores sedandi: proinde duris

tumoribus hepatis, lienis, vteri, neruorum, articulorum, & aliarum partium conducit.

Alia quaedam externa medicamenta, ceratorum nomine descripta ab authoribus traduntur, quae quod duriore consistentia frequentius parentur, de his sub emplastris libro seq. loquemur. Alia autem molliora, qualia à Mesue describuntur, aut nunquam, aut rarissime parantur.

FINIS LIBRI QVINTI.



OFFICINÆ

PHARMACEVTICAE, SIVE ANTIDOTARII

De Medicamentis externis,

LIBER SEXTVS;

De Emplastris.

PER PETRVM VFFENBACHIVM REIP. MOENOFRANCO-
furtensis Medicum ordinarium in sine auctus.

P R A E F A T I O.



MATERIES vnguentorum & emplastrorum eadem est, ut & virtus, sed consistentia diuersa; in illis quippe molliuscula, in his valde crassa ac solida; ob id non in vasculis vnguentorum more reconduntur, sed in magdalias seu bacillos digiti crassitudine & longitudine formantur: qui charta inuoluti in officinis seruantur. Ut eam spissitudinem acquirant, plus ceræ, quam vnguenta, & minus olei ad sui confecturam admittunt, ut sæpe duplum ceræ ad olei pondus; interdum triplum, atq; etiam aliquando quadruplum. Augetur tamen vel minuitur cera pro resinarum & succorum concretorum copia, ut etiam oleum, prout medullæ, adipis & axungia maiore aut minore dosi

dosi veniunt in confectionem. Ex stirpium autem & animalium partibus, mineralibus & metallis emplastra conficiuntur, quorum nonnulla velut corpus & consistentiam tantum præbent, virtutem vero nullam aut exiguam, cera nempe, oleum commune, lithargyrus, & interdum resina; alia simul cum materie virtutem & efficaciam, ut mineralia, plantæ, & reliqua omnia, quæ accedunt ad compositionem. Non omnia tamen emplastra ceram aut resinas admittunt, quæ scilicet aliunde materiam illis proportionatam, ut *ladanum, thus*, copiosum, aut quid simile excipiunt. Fiunt & quedam absque cera & ignis adiutu, quorum nempe materialia melle aut mucaginibus, vel viscido quodam cremore subacta in emplastri spissitudinem concrecunt, ut *emplastrum de crusta panis*, & *de bacis lauri*, aliaque multa quæ inter emplastra & cataplasmata ambigunt. Porro, in emplastris conficiendis ordo seruandus, ut primum cera oleo liquetur dein liquores, succi, & mucagines permiscantur, & lente coquantur ad aqueæ humiditatis exhalationem: tum resinae & adipēs induntur, ut & gummi genera, ex quibus nonnulla commiscantur syneera, alia, non nisi vino, aceto, aut alio liquore diluta, colata, & cocta. Si *terebinthina* desideretur, ea addatur emplastro iam percocto & igni subtracto. Tandem pulueres creti insparguntur, seduloque versantur, agitantur, & subiguntur, ut in massam concrecant, nec mollem, nec duram, sed mediam & lentam, quæ tamen digitos contrectantium non inquinet. Si succi liquidi, vinum, acetum, aqua medicamentosa, vel decocta quedam emplastri confectionem ingrediantur, ea coquenda ad serosæ humiditatis dissipationem. Succis inspissatis & recentibus aliquo soluuntur liquore, qui etiam coctione absumitur. Dum sicciiores sunt & friabiles, solum puluerantur & miscantur. Et ut magni refert, quæ prius, & quæ posterius in dispensandis emplastris ponuntur, sic quæ minus aut diutius coquantur; nam *lithargyri* leuis coctio emplastrum album facit, longior nigrum; *erugo* modo melinum, modo viride, modo fuscum reddit: pro vario ignis calore: sæpeque coloris mutatio qualitatis arguit mutationem; nam *lithargyrium* diutius coctum, emplastrum efficit simul & nigrius & exsiccantius. Et licet consistentia & facultas in emplastris potissimum expetantur, attamen color & odor multum commendantur. Cum autem de præceptis generalibus in emplastrorum compositione seruandis abunde in nostris Institutionibus, nempe *cap. 4. lib. 3.* egerimus, superest nunc, ut de particulari singulorum præparatione & confectione agamus.

C A P. I.

Diachylon album, seu simplex D. Mes.

℞. Olei veteris ℥j.

lithargyri purissimi triti ℥j. ℞

mucaginum radic. althea,

sem. lini, &

fenugraci an. ℥ iij.

Fiat emplastrum, consistentia legitimum.

COM.

COMMENTARIUS.

Multiplex est huius emplastri denomi-
natio: à succis enim mucagineis, quib. ma-
gna sui parte constat, & virtutem assumit,
diachylon vocatur, à colore, *album*; à com-
muni eius usu, *commune*, à quinque simpli-
cibus ipsius confecturam ingredientibus
pentapharmacum, & sepe *diachylon sim-
plex* ad differentiam compositi. Eius in-
uentorem tota myropoliarum familia Me-
sueum agnoscit, ante eum tamen Serapio &
Auicenna illius descriptionem dederunt.
Omnes autem iuxta formulam superiorē
exhibent, in qua *oleum* & *lithargyrus* po-
tius materiam & corpus, mucagines effica-
ciam suppeditant, ex quib. diuersa propor-
tione mistis, & præparatione vntis, Paulus
cap. 17 lib. 7. emplastrum suum de succo
cōstitit: Melius tamen sic, iuxta descriptio-
nem traditam paratur; *Lithargyrus* à scoria,
plumbo, & sordib. repurgatus tenuissi-
me leuigatur in mortario metallico diu-
tissime, vt duodecim horas, cum oleo agi-
tatur, subigiturque: post igni lento coqui-
tur, semper versando, donec *lithargyrus*
crassescat, & consistentiam mellis nanci-
scatur, atque fundo pilæ non adhærescat.
Tum igni eximatur, vt paulatim frige-
scat: postea scorsim mucilagines in aqua
extractæ parum feruescant, ad aquosio-
ris partis exhalationem; dein earum pars
circiter tertia primum *lithargyro* ac-
curate misceatur, atque rursus igni red-
datur, vt crassescat: tandem residuum
addatur, agitetur, & blando igne ita fer-
uescat, vt ex omnibus sic vntis & con-
corporatis fiat emplastrum consistentiæ
legitimæ: in cuiuslibet singulis, si pulueris
ireos vncia vna commisceatur, *diachylon
ireatum* habebitur. Signum emplastri per-
fecte cocti habetur, cū ipsius portio mar-
mori adhibita non adhæret, aut digitos,
dum contrectatur, non inquinat: illius enim
compages sequax esse debet, lenta &
viscida, vt ex formentur magdalix, alba
papyro inuoluendæ, & in pharmacopolio
seruandæ.

Commune.
Pentaphar-
macum.

Præparatio.

Diachylon
Ireatum.
Signū em-
plastri per-
fecte cocti.

Emplastrum diachylon, malacticum o-
ptimum est: hepatis enim, lienis, ventricu-
li, & aliarum partiū duros tumores emol-
lit, & humores coquit. Quod *Irislim* admi-
sit, magis attrahit, incidit, & resoluit.

C A P. II.

Diachylon magnum D. Mes.

℞. *Lithargyri acris tenuissime puluerati*
lib. i.

oleor. irini,

anchini,

Chamamelini an. ʒ. viij.

mucaginis radic. altheæ.

cavicularum,

sem. lini &

foenugraci,

ichthyocollæ.

succorum ireos,

scyllæ,

œsypi an. ʒ. xij. lb.

cerebinthina ʒ. iij.

resina vini,

cera flava an. ʒ. ij.

Fiat emplastrum, vt artis est.

Diachylon magnum cum gummis.

℞. *Bdellii,*

sagapeni,

ammoniæ an. ʒ. ij.

Vino dissoluantur, colentur, & coquan-
tur ad mellis crassitudinem, addan-
tur massæ diachyli magni fiat em-
plastrum.

COMMENTARIUS.

Vt diachylon simplex & ireatum, sic
magnum & gemmatum coniunguntur,
atque omnia eadem serie describuntur,
quod inter se viribus & nomine plurimum
conueniant. In magni descriptione &
apparatu Paul. Ægin. multum à Mesue
dissentit, Oribasius à Paulo, ab utroque
vulgaris vsus, Mesuei doctrinæ accom-
modatus, quem hoc in emplastro sequi-
mur, neglectis tamen *vntis passis*, in qua-
rum locum ex Guidone *radicem altheæ*
substituimus. Sic autem paratur: *Li-
Cccc thar-*

thargyru purgatus, & subtilissime tritus, in mortario cupreo diutissime cum oleo agitandus & nutriendus: deinde igni lento coquendus, assidue mouendo & versando, donec crassescat: tum mucilagine adduntur, atque lente coquuntur ad feri euaporationem. Postea *alkanach*, seu *ichthyocolla* ponitur succis *ireos* & *scilla* diluta, coquiturq; ad succorum absorptionem.

Alkanach. *Alkanach* loco, *alkam*, seu viscū illud, quo capiūtur aues, poni potest, quod huic emplastro non minus, imo magis conuenit. His omnib; adhuc igni stratis *cera* liquanda, vt etiam *resina*: igni subtractis, *terebinthina* diluenda, nec non *asypus*, assidue mouendo, vt tota mixtura in emplastro coeat massam idoneam. Nonnulli industriosa sedulitate, paruum quādam mucaginum portionem in principio vna cum oleis & *lithargyro* commiscerent: coquunt & agitant, & postea reliquam earundem partem: sic enim *lithargyrum* impediunt, ne ad vasis fundū decidat, & albius emplastrum efficiunt. Quid sit autem *ichthyocolla*. lib. 3. de mater. medic. dictum est, cap. 17.

Faculentes.

Eadem præstat hoc emplastrum, quæ superius, sed efficacius: magis enim duritiem quamlibet mollit, coquit, & digerit. Gummatum potenter attrahit, emollit, & resoluit.

C A P. III.

Emplastrum de mucaginibus, seu diachylon compositum.

℥. Mucaginum sem. altheæ,
lini,
fœnugraci,
corticis mediani vlni an.
℥ iij.
ol. chamameli,
liliorum,
anethi an. ℥ j.
ammoniæ,
galbani,
opoponacis,
sagapeni an. ℥ ℥.
cera noua ℥ xx.

terebinthina ℥ ij.
croci ℥ ij.

Fiat emplastrum arte iam præscriptæ.

COMMENTARIVS.

Licet de emplastro huius auctore non satis constet, fere tamen ab omnib; pharmacopolis paratur iuxta descriptionem hanc, quam ex Fernelio eius transcriptore exhibemus: ad cuius apparatus primo mucagine in aqua extrahuntur: extractæ cum oleis lento igne coquuntur ad aquæ humiditatis resolutionem. His *cera* frustularim secta liquatur, & spatha agitur. Postea gummi dicta, *aceto* diluta, colata & cocta ad aceri dissolutionem adduntur, & rudicula agitantur. Omnibus ab igne semotis terebinthina commiscetur. Tandem crocus, atque sic accurate versando massa idonea conficitur, ex qua formantur magdaleones pondere vnciæ dimidiæ, & aliquando integræ.

Preparatio.

Emplastrum de mucilagibus partim emollit, partim coquit, ac maturat: ob id tumoribus præter naturam duris, vtroque dicto modo sanandis, confert. Enumeratur enim inter emollientia & suppurantia, eiusque frequens est vsus.

Viros.

C A P. IV.

Emplastrum de meliloto D. Mes.

℥. Meliloti ℥ vj.
florum chamameli,
comarum absinthii,
samsuchi,
fœnugraci,
baccarum lauris,
radic. altheæ an. ℥ iij.
sem. apii,
ameos,
cordumeni,
ireos,
cyperi,
spica,
castia lignea an. ℥ j. ℥.
ammoniæ ℥ x.
styracis calamita.

Udell.

bdellii an. ʒ v.
cerebinthina ʒ j. lb.
ficus pingues n. xij.
seui caprini,
resina an. ʒ ij. lb.
cera ʒ vj.
olei sampuchini,
ol. de spica an. ʒ vj. vel singulorū ʒ j.
 Aqua decoctionis meliloti, chamameli, & fœnugraci q̄ fiat emplastrum.

COMMENTARIVS.

Multis constat hoc emplastrum, quæ seorsim & artificiose debent preparari, antequam accedant ad illius confecturam: ac primo quidem loco radices teredæ, secundo, semina; tertio, herbæ & flores: tum *cinnamomum* & *syrax*, sed seorsim vtrumque: deinde miscentur omnia. Inter ea maceratur *bdellium* & *ammoniacum* in aceto potius, quam in decocto meliloti, chamameli, & fœnugraci, ut nonnulli volunt, in quo non nisi ægre dissoluuntur. In eo tamen mucagines, radicis *althææ* & fœnugraci optime possunt & debent extrahi, quibus colatis adiciuntur *ficus iusa*, eodem decocto macerata, & per cribrum traiectæ. Ex his autem sic apparatus conficitur emplastrum hoc modo: *Cera, resina, & seuum hircinum* simul liquanda: his igni subtractis addendis gummi macerata, colata, & ad mellis crassitiem cocta: tum *cerebinthina*, dein pulveres simul vniti. Quibus omnibus probe subactis adduntur *olei sampuchini* & *de spica an. ʒ vj. vel ʒ j.* ad summum. Qui enim singulorum ʒ vj. ex Bauderonio addiderit, vnguentum, quam emplastrum potius effecerit. Si *ficus sicciore* sint, poterunt teri, & cum reliquis puluerari, ut etiam *bdellii*: præstat tamen ea macerari & percolari. Pro *cordumeni carui semen* ponendum est, non *cardamomum* ut multi faciunt, vocum affinitate decepti: cætera facilia sunt.

Emplastrum è meliloto inueteratas durities iecoris, lienis, ventericuli, & reliquarum partium emollit, coquit, & resol-

uit, hypochondriorum tensionem laxat, & flatus discutit.

In emollientium & resoluentium classe describitur à Iouberto emplastrum, triapharmacum, cuius vt simplex est compositio, sic qualitas imbecillior, propterea rarus admodum vsus. Illius materia est eadem prorsus atque vnguenti *crudi* siue de *lithargyro*: Constat enim *oleo, lithargyro* & *aceto* coctis ad emplastri consistentiam.

Emplastrum
 triaphar-
 macum.

CAP. V.

Emplastrum oxycroceum D. Myr.

ʒ. Croci,

picis naualis,

colophonia,

cera an. ʒ ij.

cerebinthina,

galbani,

ammoniacy,

myrrha,

thuris,

masliches an. ʒ j. ʒ ij.

Fiat emplastrum, vt artis est.

COMMENTARIVS.

Ad durities quoque emolliendas, digerenda; q; emplastrum hoc fuit institutum, inuentumque à Myrepto, qui nomen illi dedit ab *aceto*, in quo gummi macerantur & dissoluntur, & à *croco*, cuius colore tota mixtura inficitur. Ad hunc autem modum componitur: *Ammoniacum* & *galbanum* parum contusa macerantur noctem integram in *aceto*, vt diluantur; deinde coquuntur ad *aceti* deperditionem. Inter ea, *cera* in vase idoneo liquanda; liquatæ addeda ʒo. *Zopiffa*. *pisia*, seu *pix naualis*; tum *colophonia*. His admiscetur gummi dicto apparatu liquata: quibus ab igne semotis *cerebinthina* commiscenda; deinde *myrrha*, *thuris*, *crocus*, & *masliche* seorsim trita & vnita, semper agitando, vt fiat massa idonea, quæ in marmor *oleo masichino* inunctum, & puluere *croci* conspersum iniicitur, & formantur magdaliæ solitæ magnitudinis. Nonnulli *croci* quantitatem minuunt, nul-

lo aut exiguo virium dispendio, quibus as-
sentiunt.

Virt.

Emplastrum hoc virtutem habet emol-
liendi, digerendi, articulorum & neruosa-
rum partium dolores sedandi, & ossa fra-
cta iuuandi.

Ceroneum.

Ceroneum parare non tenebitur, qui
oxycroceum habebit, propter multā virtu-
tis, quæ inter vtrumque est, affinitatem.

C A P. VI.

Emplastrum de ianua D. Pr.

℞. Succorum betonica,
plantaginis,
apii an. ℥ j.
cera flaua,
resina,
terebinthina,
picis an ℥ ss.

Ex arte fiat emplastrum.

COMMENTARIVS.

Duo sunt emplastra de *betonica*; vnum
minoris descriptionis, quod in officinis
vulgo, *Emplastrum de ianua* nominatur;
alterum maioris compositionis, de *betoni-
ca* simpliciter dictum, quod propter vi-
rium præstantiam à multis nunc paratur,
hucusque *Andernacus* author perhibe-
tur, illius vero N. Præpositus, ex cuius
descriptione sic debet confici. In succis
betonica, *plantaginis*, & *apii* colatis nec
depuratis liquanda *cera*, *pix* & *resina*,
& cum *terebinthina* portione coquenda,
semper mouendo, ad succorum resolu-
tionem; deinde reliqua *terebinthina* ad-
denda, & adhuc parumper feruefacien-
da, vt cuncta vniantur in idoneam empla-
stri consistentiam, ex qua formentur ma-
gdalæ digiti crassitudine & longitudine,
in pharmacopolio ad vsus futuros asser-
uanda.

Preparatio.

Emplastrum de ianua vim habet matu-
randa & digerendi: peculiari autem dote
caput roborat, eiusque vulne-
ribus vlceribusque pro-
dest.

C A P. VII.

Emplastrum de betonica D.
Andern.

℞. *Betonica viridis*,
pimpinella,
agrimon,
salua,
pulegii,
millefolii,
consolida maioris,
callitrichi an. ℥. vj.
thuris,
massiches an. ℥ ij.
ireos,
aristolochia rotunda an. ℥. vi.
cera alba,
terebinth an. ℥ viij.
gummi oleæ Æthiopica ℥ ij.
resina pini ℥ vj.
ol. abietini,
vini alb. an. q. s.

Fiat emplastrum secundum artem.

COMMENTARIVS.

Cum morbi capitis quamplurimi sint,
qui præter chirurgorū manus topica me-
dicamenta desiderant, eorum tamen pau-
cis quibusdam tantum, cum emplastrum
de *ianua* auxilietur, recte ab *Anderna-
co* maius hoc & efficacius *emplastrum
de betonica* descriptum est, vt quod plu-
ribus præter naturam effectibus capi-
tis optime & salubriter medeatur. Para-
tur vero sic: *Herbæ* in mortario probe
contusæ hebdomadam integram in *vino
albo* macerantur, agitantur, & coquuntur.
Vino expresso colatoque, & lento igne
cocto ad tertie partis consumptionem o-
leum *abietinum* adicitur; dein *cera* liqua-
ta; mox *resina* & *gummi*; postea *terebin-
thina*. His paulatim refrigeratis reliqua
trita, & creta adduntur, & manibus assi-
due subiguntur, dum totus humor exha-
let. Postremo *lac caprinum*, aut *albid*, vt
vaccinum, additur ad magdaleones for-
mandos.

Preparatio.

Com-

Vires.

Commendatur plurimum ad fracturas vienas, ossaque carne cōtegenda. squamas ossium detrahendas, & ad ea, quæ in alto latent, foras euocanda efficac existit: carnes amillas durasque restituit, valde abstergit, digerit, & siccatur.

C A P. VIII.

Emplastrum de baccis lauri

D. Mes.

℞. Baccarum lauri ℥ ij.

thuris,

mastiches,

myrrha an. ℥ j.

cyperi,

costi an. ℥ ss.

mellis despumati q. s. fiat ex arte emplastrum.

COMMENTARIUS.

Huic emplastro conficiendo præter aliorum conditionem, neque ceram, neque oleum aut axungiam addidit Mesue, sed solum mel ad excipienda reliqua, cuius dosim non definit, sed artificis relinquit arbitrio. Illius vero ℥ j. ss. aut ℥ ij. tantum pulveribus comprehendendis satis esse creditur, ad idoneum corpus emplastro impertiendum, quod efficacissimū & mirabile ad hydropem Mesue scribit, si cyperi quantitas triplicetur, & addatur stercus capræ, aut vacca siccum ad pondus omnium; sed præstat simplicius habere, aut cyperum tantum triplicare, & vsus tempore alterutrius animalis dicti stercus permiscere.

Preparatio.

Ad præparationem omnia præter mel separatim puluerantur, & mellis despumato, nec cocto, sed adhuc calenti, cyperus & costus adiciuntur: Refrigerato thuris, mastiche & myrrha permiscuntur, & magdaleones formantur, qui quod citius indurefiant, nonnulli malunt totam massam in vase fictili recondere, & seruare; sic enim reposita non facile exsiccat, & diutissime custoditur, nulla aut exigua vi-
nium iactura.

Dolorem ventriculi, intestinorum, hepatis, renum, vteri & vesicæ à flatibus, vel à causa frigida ortum sedat, & materiam tenuiorem, & flatulentam discutiendo hydropi sicco confert.

C A P. IX.

Emplastrum Tonsoris D. Aetii.

℞. Picis sicca lb ij.

cera lb j.

resina pini lb ss.

farina fenugraci,

pollinis radice chamaeleonis nigri an.

℥ iij.

cumini tenuissimè triti ℥ ij.

Fiat emplastrum.

COMMENTARIUS.

Medici quotidie multa in rem præsentem medicamenta præscribunt his præstantiora, quæ in vulgaribus dispensariis continentur; illorumque effectus ut pharmacopœi obseruarunt, descriptiones quoque seruant, & postea singulis audacter exhibent. Sic mulierculæ quasdam receptas, ut nominant, magnificunt sæpissime, & in gynæceis custodiunt, à quibus leuamen aliquod senterant: Sic Tonsor quidam ex Bithynia à Medicis sibi coxtaneis emplastrum habuit, quo solo cum sæpe & feliciter vteretur, emplastrum Tonsoris vocatum est: Sic adhuc Textor quidam Parisinus à viginti annis, unguentum quoddam nigricans basiliconi vulgari simile habuit, ad omnesque plagas exhibuit: Eo mortuo, filius eius similiter parat & dat, vixq; semestris quispiam Lutetiæ degit, qui non viderit, aut expertus fuerit Vnguentum Textoris.

Licet autem Medici sæpius improbent, quæ ab ignaris probantur, atramen Aetii plurimi ducit hoc emplastrum Tonsoris ad splenicis, & hydropicos, & ischiadicis. Multos enim, inquit, à coxendicium dolore liberavit: nam humores serosos, & flatus attrahit, digerit, & resoluit. Hæc autem facilius præstat, si

cum oleo irino, aut axungia quadam conficiatur. Vix enim sine pinguibus confici potest, proinde olei dicti libram dimidiam adiciendam cenfeo.

Bryonia sylvestris nominata varia.

Si radix chameleontis desit, pondus æquum radice bryonia vulgaris, quam vitem albam nominant, poterit assumi, præsertim cum hydropicis & splenicis mederi consilium erit. Ischiadicis vero proderit magis, ut & aliis doloribus arthriticis, si substituitur radix alterius bryonia sylvestris, quæ officinis sigillum B. Mariæ vocatur, Dioscoridi cyssophillos, & cyclaminos altera Mauritanis Bothormariens, id est, tuber terra, quibusdam rapum terre, aliis Thamus, Plinio cissanthemos, Democrito malacocissos.

Bothormariens. Thamus. Cissanthemos. Malacocissos.

Est enim velut quædam mollis hedera, in arundineis iuxta aquas nascens, quarum est adeo amans, ut earum scaturigines perpetuo quæreret, atque ibi aquam subesse, ubi reperitur, botanici experientia multa fulti contendunt.

Vires. Sigillum celeste.

Ab Arnaldo Villanouano sigillum celeste vocatur, plurimumque valere arthriticis doloribus sanandis sic scribit; Celeste sigillum dolores pedum sanat in æternum.

C A P. X.

Emplastrum Palmeum, seu Diachalciteos.

℞. Olei veteris,
lithargyri auri an. ℥ iij.
axungia suilla, veteris & insulse ℥ ij.
vitrioli alb. ℥ iij.

Coque igne lento, assidue mouendo spatula palmea, & fac emplastrum.

COMMENTARIUS.

Vsu magis, quam ratione hoc emplastrum à tota Myropolanorum & chirurgorum turba vocatur Palmeum, & vulgo Diapalma, ut quod palmea tantum spatula inter coquendum agitur, versetur, subigatur. Nonnulli à sua basi nomen mutuati, rectius emplastrum Diachalciteos nuncuparunt: sed qui discrimen inter vitriolum

& chalcitum constituunt, ex hac emplastrum Diachalciteos, ex illo Palmeum fieri dicunt; in reliquis vtrumque simile est, unde alterius alterius nomine sine discrimine donatur. Multi tamen ambo non similiter parant; nam ad confectioem Diachalciteos, sumunt Chalcitum vstam, eiusque tantum ℥ iij. sumunt, & inter coquendum tenellos ramulos palmæ minutim incisos, consilio Galeni, iniiciunt; Palmeum vero iuxta formulam præscriptam conficiunt, spatula palmea assidue mouendo: Ac primum quidem lithargyrum tenuissime læuigatum, lento igne, cum oleo & axungia diutissime coquunt ac nutriunt semper agitando rudicula, seu ramo palmæ, ut dictum est, vel alius arboris astringentis, ut quercus, vel mespilis, qui recenter sit incisus: atque ut spatula vis medicamentosa melius emplastro communicetur, eius extremitatem subinde præsciunt, & superficiem abradunt, ad humiditatem usque nativam. Mixtura sic coctione & agitatione in crassata, & igni subtractæ vitriolum Romanum, seu album, chalcitidis veræ penuria, pulueratum iniiciunt & subigunt: sicque massam habent consistentia laudabilem, ex qua magdaleones formant. Multi ratione optima vitriolum simul cum reliquis emplastri compositionem ingredientibus coquunt, ut partem acrimoniam deponat.

Diachalciteos.

Preparatio.

Valeret ad cruenta vulnera, tumores pestilentes, & exituras. Ad ulcera quoque, & contusas, diuulsasque partes & ecchymomata.

Vires.

C A P. XI.

Emplastrum de gratia Dei.

℞. Resina ℥ j.
terebinthina ℥ ss.
cera alba ℥ iij.
massich. ℥ j.
verbena,
betonica,
pimpinella an. m. j.

Tulis & coctis ex vino albo plantis, & reliquis

reliquis simplicibus in illarum decocto colato, & ad ipsius absorptionem coctis, fiat emplastrum.

COMMENTARIUS.

Ex his est hoc emplastrum, quæ ad ostentationem specioso nomine designantur, cuiusmodi est *Isotheos Antidotus* apud Aetium cap. 55. tet. 2. ser. 4. *Emplastrum Isis* apud Paulum cap. 17. lib. 7. & aliud emplastrum *Homo* appellatum, ex *sandice* & oleo paratum, cuius meminit Aetius. Audita enim eiusmodi nomenclatione, non modo rustici, sed qui inter urbanos sefe putant sapientiores, ad emendum medicamentum alliciuntur. Vocemus ergo cum tota aromatariorum familia hoc emplastrum, *de gratia Dei*, & sic conficiendum imperemus. Herba recens collectæ, ac virides minutim incidantur, in pila lapidea comminuantur, in vini albi generosi sufficienti quantitate per diem macerentur, dein coquantur ad mediæ partis vini absorptionem: Expressis herbis, abiectionisque, incolato liquore *cera* minutim fracta, vel secta liquanda coquendaque assidue *spatha* mouendo, ad liquoris exhalationem: tum *resina* trita permiscenda & liquanda: his ab igne semotis *terebinthina* vnienda: refrigeratis *mastiche* incorporanda in legitimam consistentiam emplastri. Sic namque melius conficitur, quam methodo à Præposito preposita.

Laudatur ad vulnera, vlceraque repurganda & coalescenda, & ad partes, quibus adhibetur, roborandas. Efficacius tamen hæc cuncta præstaret, si ex *vino rubro* pararetur.

CAP. XII.

Emplastrum diuinum.

℞. *Lapidis Heraclii*, id est, *magnetis* ℥ iij.
ammoniaci ℥ iij. & ℥ ij.
bdellii ℥ ij.
galbani,
myrrha an. ℥ j. ℥ ij.

olibani ℥ j. ℥ j.
opoponacis,
mastiche,
aristolochia longa,
viridis aris an. ℥ j.
lithargyri auri
olei communis an. lb. ℞.
cera noua ℥ viij.

Misce omnia, ut decet, & fac emplastrum.

COMMENTARIUS.

Dum speciosa hæc medicamentorum nomina vel lego, vel audio, in mentem simul, & rursus veniunt bellissima chymicorum remedia, qui cum viderint, suum *Elixir vite* iam nunc nimis tritum, portiones quasdam modo *liquores caelestes*, modo *portiones angelicas* nominant. Sed tolerabile nomen est, cui medicamenti vires utcumque respondent, quæ cum in hoc emplastro efficacissima sint, licet non diuinæ, id ipsum cum auctore, diuinum nominabimus.

Sic autem paratur: *Lithargyrus* subtilissime tritus horas duodecim cum oleo ducendus, agitandus, & nutriendus, ac lento igne semper mouendo coquendus ad *mellis* crassitudinem; dein *cera* in frustula diuisa, miscenda & liquanda. Interea gummi in *aceto*, vel *vino* tenui maceranda, diluenda, colanda, & ad humiditatis aquosæ discussionem, & euaporationem coquenda: tum *terebinthina* commiscenda. Post hæc omnia in *lithargyrum* cum oleo nutritum, & *cera* vnitum coniicienda & incorporanda. His omnibus pulueres *myrrha*, *mastiche*, *thuris*, *aristolochia*, *amyentis*. hoc est, *magnetis*, seorsim tritorum commiscendi, tum demum *argotrisa*, ne cocta diutius emplastrum faciat rubrum. Ex omnium sic probe mixtorum vniione fit legitima spissitudinis emplastrum. Pro puluere *amyentis*, ut cum vulgo loquar, quidam *Amenti dulcis*, id est, *Sagiminis vitri* puluerem sumunt, melius tamen cum *magnete* vbiq; paratur.

Empla-

Emplastrum
homo dictum.

Preparatio.

Vires.

Lapis herac-
alius.

Preparatio.

Amyentis.

Amenti dulcis.

Vires.

Emplastrum diuinum vim habet, partes, quibus adhibetur, emolliendi, dolorem sedandi, humores attrahendi, digerendi, ac resoluedi.

CAP. XIII.

Emplastrum de cerusa.

℞. Olei rosati ℔ ij.
cerusa ℔ j. s.
cera alba ℥ iij.

Coquantur in vase terreo vel stanneo, fiat emplastrum.

COMMENTARIUS.

Incertus quidem est emplastrum huius author, sed incertior multo descriptio, simplicium dosi, & parandi modus: alii enim forma unguenti conficiunt, ut Præpositus; alii forma emplastrum, ad cuius compositionem nonnulli lithargyrum, amyllum, & ouorum albumina ponunt, ut Paul & Myreps. alii ex cera tantum & oleo parant; alii ex cera, cerusa & oleo. Præterea sunt, qui duplum olei ad cerusam pondus assumunt; alii partes vtrinque pares. Sunt, qui plus cera sunt, qui plus olei adiciunt. Vtilior descriptio est, quam damus, facilior confectio, quam docemus, efficacior compositio, quam probamus, in qua olei rosati, & omphacini potius, quam communis libræ duæ sumuntur, cerusa libra vna cum dimidia, & cera tantum vnciæ quatuor ponuntur. Antequam vero cerusa emplastrum confectioem ingrediatur, lauari pluries debet in aqua communi, vel potius rosacea, illam ducendo in pila marmorea cum pistillo ligneo: dein residere permittitur, & vbi infundo quieuerit, aqua effunditur, aliaque rursus affunditur, cum qua denuo versatur: idque teratur, quousque aqua nitida, & omnis impuritaris experta apparuerit; qua eiecta, ex cerusa remanente nobilissima, trochisci formantur, in sole sicantur, & vsui reponuntur. Eorum autem quantitas descripta ad nostrum emplastrum parandum sumitur,

*Cerusa lota.**Preparatio.*

& tenuissime lauigatur, dein cum oleo lento igne subradiante sole coquitur, iugiter spatha versando, simulque cera liquatur & agitur, ut subeant cuncta in spissitudinem emplastro conuenientem.

Plurimi vsus est non modo ad vitia cutis, & superficialiari exulcerationes siccandas, sed ad vlcera maiora coalescenda, inflammationes sedandas, & intertrigines sanandas. Ambustus quoque plurimum prodesse certum est.

Vires.

CAP. XIV.

Emplastrum pro stomacho.

℞. Absynthii,
mentha,
maiorana,
rosarum,
balaustrorum,
mucum cupressi an. ℥ ij.
zinziberis,
nucis moschat.
caryophyllorum.
sem. anethi,
dauci an. ℥ ij.
benjoin,
styracis calamit. an. ℥ s.
oleorum mastiches,
citioniorum an. ℥ iij.
cera flaua ℔ s. Fiat emplastrum.

COMMENTARIUS.

Quæcunque pharmaca forinsecus stomacho imponuntur, siue astringendo condensent, siue indurent, improprie & licentiose nimis Atelepiades, & Andromachus malagmata vocarunt. Rectius illa Galenus *emp. s. lib. 8. comp. med. loc. stomachica*, quod stomachum; ut *splenica*, quod splenem roborent, nuncupauit. Apte siquidem à partibus, quibus maxime congruunt, nomen mutuuntur, licet aliis quoque prodesse comperiantur. Unde emplastra *stomachica* optime dicuntur quæ stomachum roborare, & vires ipsius imbecilliores resarcire valent. Cuiusmodi sunt medicamenta multa simplicia, quæ

quæ & primis qualitatibus ipsum calefaciendo recreant, & affinitate quadam respiciendo iuuant, ex quibus pauca quædam selegimus, ad nostrum hoc emplastrum concinnandum. Vix namque farraginem immensam simplicium inutilium probò, ex quibus emplastra stomachica vulgaria, parata video, quæ pharmacopœo tantum sunt sumptui, labori, oneri. Paucioribus itaque, sed præstantioribus eustomachicis, emplastrum hoc constabit, ad cuius apparatus *cera* primum cum oleis liquanda & versanda: dein *styrax* & *benioin* trita commiscenda, tum & reliqua tenuissime læuigata: atque omnia mouenda, subigendaque, vt in legitimam abeant emplastri crassitudinem.

CAP. XV.

Emplastrum de mastiche.

℞. Mastiches ℥ij.
bolæ armen. in vino nigro tota ℥j. ℞.
rosarum ℥vj.
scobis eboris,
coralli rub. an. ℥℞.
terebinthina ℥ij.
cera flaua ℔. ℞.
olei myrsinor. ℥ij. aut q. s. fiat emplastrum.

COMMENTARIUS.

Stomachicum quoque est hoc emplastrum, sed non perinde calidum, ac superius descriptum: Nam cum stomachi omnibus imbecillitas à frigida causa non semper proficiatur, vt neque subuersio, quæ læpius ab intemperie frigida ortū ducit; aut supinitas, quæ iuxta intemperiem quamcunque, etiam citra vitiatos humores contingit, ait Galenus *cap. 3. lib. 8. comp. med. loc.* non est æquum, illi roborando, medicamentum perpetuo calidissimum adhibere, sed pro causæ affectionem committentis varietate id ipsum variare, & immutare ratio suadet. *Impossibile enim est, pharmacum inuenire ad multas affectiones optimum, & quod vni efficaciter, alteri imbe-*

cille prodest: Sæpeque accidit, vt emplastrum calidum stomacho adhibicum, feruido hepatis plurimum officiat. Hinc pro uerbiū: *Stomachicum iuuat, & occidit hepaticum.* Calidiori igitur, & imbecillo ventriculo tutissime hoc imperabitur emplastrum. Ad cuius præparationem omnia pulueranda separatim erunt terenda. Deinde *cera* in oleo liquanda, liquata & igni subtracta *terebinthina* vnenda: tum *bolæ, rosa, ebur, & corallium* tenuissime læuigata permiscenda, tandem *mastiche* accurate subigenda in emplastri crassitiem legitimam.

Commendatur illius virtus ad robur toto ventriculo conciliandum, feruorem illius contemperandum, supinitatem ac subuersionem cohibendam, vomitum compescendum, & imbecillitatem firmandam.

Preparatio.

Vires.

CAP. XVI.

Emplastrum pro matrice D. Præpos.

℞. Radicis bistortæ ℔. ℞.
ligni aloes,
santalæ moschatellini,
nucis moschatæ,
berberis,
antheræ an. ℥℞.
cinnamomi,
caryophyllorum,
schœnanthi,
florum chamæmeli an. ℥ij.
thuris,
mastiches,
Aliptæ moschatæ,
Gallie moschatæ,
styracis rubræ an. ℥℞.
moschi gr. xv.
cera citrins ℥ix.
terebinthina ℥ij.
ladani ℔. ij.
picis naualis ℔. j. ℞.
olei moschatellini ℥ij.

Fiat emplastrum secundum artem.

COMMENTARIUS.

Matrix seu uterus morbis quæ plurimis
 Dddd non

non tantum scatet, sed & morborum multibrium pars maxima vel ab utero, vel in utero est. Eo enim male affecto, totum, bene dixerim, afficitur corpus; recreato, totum & recreatur ipsum. Ob id medicamenta multa in illius solamen à Medicis imperantur, ut priapiscota, fofus, inceffus, litus, vnguenta & emplastra, quibus aromata & suauolentia permiscuntur, quorum vel interius immillorum, vel exterius adhibitorum fragrantia, & odoris iucunditate plurimum delectatur, licet non sub odoris specie, vt in nostris institutionibus annotauimus. Vfitatius autem Topicum illi dicatum est *emplastrum* ab illiusmet nomine, *pro matrice*, nuncupatum; ad cuius confectioem, *cera & laudanum* in frustula secta, cum oleo liquanda, & simul agitanda; mox *pix naualis*: Sic promiscue liquatis, & ab igne semotis, adhuc tamen calentibus *terebinthina* addenda, nec non *styrax calamita*. Omnibus ita vnitis & refrigeratis, reliqui pulueres permiscendi, spatha diligenter agitandi, versandi, & subigendi, vt ex omni concursu fiat emplastrum, vt decet spissum & odoratum. Prepositus nec adipis, nec olea ponit. Recte tamen parari non quit absque horum alterutro. Ob id *oleum moschattellinum* adiunximus, vt scopo & parti conuenientissimum. Hinc colligitur, Nicolaum Prepositum non modo ineptum scriptorem esse, vt qui sapius barbare loquatur, sed imperitum pharmacopœum, vt qui compositionem medicamentorum non sciat legitimam, nec parandi modum, nec consistentiam idoneam: mirorque, posterioris huius ætatis primates authoris adeo stolidi nomen patienter tulisse, aut eius paginas tam precipitanter euoluisse, vt eius ineptias non aduerteriat. Verum hæc obiter dicta sunt: Nolo enim fauere in mortuum. Acerbius tamen sauiunt in uiuos, qui medicamina periculi plena recipiunt. Ad rem vero vt redeam, putant quidam oleum *gagatis*, aut aliud foetidum debere permisceri, vt strangulationi ab utero magis conueniat; improba tamen est illorum

Preparatio.

Nicolaum
Prepositum
esse ineptum
scriptorem,
& imperitum
pharmacopœum.

rationatio, vt qui autument per matricis suffocationem foetida ipsius regioni imponenda; quæ si in hoc affectu profint, vt certe prodesse comperiuntur, naribus adhibenda sunt. Demus autem graueolentia ad regionem uteri conducere, ea tamen minime sunt commiscenda *moscho, santalo citrino, Alipte & Gallia moschatis*. Non omittendum est, hic per *Anteram*, quæ ad huius emplastri confectioem accedit, partem *rosarum inferiorem capillamentis, granulisque comitatum* intelligi: non *antheram*, id est *floridam*, quæ medicamentum erat compositum hoc nomine, ab antiquis, ad oris vitia descriptum, quod plane exoleuit. Vt legitur apud Actuar. cap. 7. lib. 6. meth. Aer. cap. 22. ser. 2. ser. 4. Cor. Celsi cap. 11. lib. 6. & alios.

Emplastrum pro matrice vires habet eximias ad ipsius proidentiam, aberrationem, peruerfionem. Illius enim deprauatum motum cohibet, symptomata hysterica restinguit, & pluribus aliis præter naturam affectionibus medetur.

CAP. XVII.

Emplastrum contra rupturam, vulgo
Herniam D.N. Prap.

℞. *Picis naualis,*
aloes an. ℥ij.
lit hargyri,
cera alba,
colophonia,
galbani,
ammoniaci an. ℥ij.
visci querni ℥vj.
aristolochia longa,
aristoloch. rotunda,
gypsi an. ℥iiij.
myrrha,
thuris an. ℥vj.
terebinthina ℥ij.
ysculorum, hoc est, vermium terra,
gallarum,
lymphiti maioris,
lymphiti minoris,
boliar men. an. ℥iiij.

Antera
duobus mo-
dis usurpa-
tur.

Vires.

Yscuti.

linguini.

sanguinis humani lb. j.
oleorum mastiches, &
citoniorum an. lb. lb.
Iuris pellis arietina q. s. fiat empla-
strum.

COMMENTARIUS.

Facile est medicamēta à Nic. Præposito inuenta, ab his, quæ transcripsit, agnoscere. Quæ adinuenit ipse, in multis vel deficiūt vel excedunt, vel in simplicium dosi, & parandi modo peccāt, vel inepta descriptione profiant, vt præter cætera, hoc emplastrum fidem facit, quod vix iuxta authoris mentem paratur, aut paratum pastæ cuiusdam durioris, quam emplastrum potius consistentiam refert. Breui enim exsiccat, induratur, & facile pulueratur. Propterea quædā olea superaddēda putauī, scopo accommodata, & pulueribus colligandis cōuenientia simul cum simplicibus reliquis.

Preparatio.

Vt autem rite paratur, pellis arietis iunioris recenter detracta in frustra secta, cū pilis duodecim horas, aut etiam diem integrum, si sit opus, coquitur ad eius dissolutionem: dein exprimitur decoctū, & abiicitur lana: In libra vna liquoris colati *bacca visci querni*, aut alterius arboris, cognatæ qualitatis coquuntur, donec tabescant, & aquea exhalet humiditas: tum percolantur. Interea *ysculi*, seu *lumbrici terrestres* vino abluuntur, & ad dissolutionem coquuntur & colantur: Colaturæ olea permiscuntur, & igni denuo redduntur, ad seriotius discussionem. Postea duæ hæ colaturæ commiscuntur: his liquantur *cera*, *colophonia* & *pix*, exacte versando, ne vranentur. Liquori coctura pene consumpto, *galbanum* & *ammoniacum* in vino rubro diluta, colata, & ad mellis spissitudinem cocta, commiscenda. Omnibus igni subtractis *serebintina* ponenda: tum demum pulueres ex arte læuigati & creti, ex omnibus sic debite præparatis, mixtis, vnitis, & accurate subactis, fit emplastrum consistentiæ legitima.

Baccarum visci querni penuria (desunt enim sæpissime) cōsentiit Iouertus & auro-

collam subrogari. Alia adhuc multa astringentiæ superaddit, vt vis insit emplastrum magis agglutinatoria. Arnaldus ineptè *sanguinem hominis russi* postulat: Melior siquidem est, qui ex alio, modo sano & polyhæmo habetur: Æque aptus & suillus. Præpositus *cera rubram* exigit, id est, recentem, quæ ita flauescit, vt subrubra appareat, sed *alba* est accommodatior. Vult quoque marmor, in quod massa iniicitur, oleo violato madere, nos *mastichinum* præferimus.

Vires.

Efficacissimum est ad laxiores partes constringendas & roborandas, ad fluxiones cohibendas, ad dilatationem productionis peritonei, per quam intestinum delabitur, coarctandam. Ob id ad ramicem, seu enterocœlem, vulgo herniam, valde confert, vnde *emplastrum ad herniam* à Pharmacopoliis dicitur, à quibusdam *de pelle arietina*, à Manlio *emplastrum pro Crepatis*.

Emplastrum de pelle arietina.

CAP. XVIII.

Emplastrum catagmaticum, seu ad fracturas ossium.

℞. Radicum althea,
symphiti maioris,
visci querni an. ℥ij.
plantagenis,
chamæpytheos,
hypericonis an. m. j.

Fiat decoctio in æquis partibus vini nigri, & aquæ fabrorum ad mediās. Colaturæ adde *mucaginis seminis citoniorum* in decocto *omazorum* extracta, *olei mastich.* *ol. rosar. an. ℥iij.* *cera virginis lb. j.* *lithargyr. auri ℥ij.* *serebintina ℥ij.* *balaustiorum,* *rosarum,* *myrtillor.* *acacia an. ℥℞.* *mumis.*

Dddd 2

GRANO-

granorum androsami,
colophonia,
mastiches,
succini an. ℥vj.
picis naualis ℥j. ℞.
bol. armena,
farina volatilis,
thuris an. ℥j. ℞.
sanguinis draconis ℥ij.

Ex arte fiat emplastrum.

COMMENTARIUS.

Vt partes corporis inter se forma, temperie, & actione sunt dissimiles, sic dissimilibus opus habent medicamentis, quibus vel conseruantur, vel curantur; alia enim oculus, alia pulmo, alia vterus, alia ossa male affecta postulant; & sæpe diuersis medicamentis eadem pars eget, pro affectionis, qua laceffitur, diuersitate; nam que ossium cariei, seu teredini conducunt, raro aut nunquam in ipsorum fracturis vsurpantur; quibus sanandis chirurgorum maxima pars astringentia sola perperam adhibet: quidam oxycroceum; alii emplastrum de pelle arietina, seu contra rupturam; alii vulgare ceroneum; à quo forsàn detorta est illius emplastri nomenclatura, quod Lutetia tanti nominis est, & singulis opem efflagitantibus, abs quodam sine discrimine datur, & promiscue morbis omnibus & partibus adhibetur: vnde ab occlusis meatibus & retentis humoribus excrementitiis sæpe dolores ingrauescunt, nonnunquam pruritus ingens oritur, sed sæpius vlcera nascuntur, vt in multis obseraui.

Peculiare igitur debet in pharmacopoliis catagmaticum optimum haberi, quod non solum vim habeat adstringendi & roborandi, sed partis temperiem conseruandi, pori sarcoidis, *Alrosboth* Arabes vocant, generationem & incrementum accelerandi: Cuiusmodi est, quod nunc exhibemus, cuius preparatio, licet ex formula descriptionis satis pateat, in tyruncolorum tamen subsidium apertius declarabitur. Primum igitur radices mundatæ, & in frustula sectæ, &

Alrosboth.

Preparatio.

herbæ minutim incisæ in pari portione vini nigrioris, & aqua chalybeata, vel fabrorum coquentur ad mediæ partis dissipationem. In percolatum liquorem mucagines iniiciuntur, elixabunturque, donec aquosa exhalet humiditas: tum olea miscebuntur; mox cera; post lithargyrus. Igni sublatis & sufficienti coctura, & agitatione vntis terebinthina adiungetur: deinde pulueres: omniaque simul probe miscebuntur, agitabuntur, subigentur, vt coeant in emplastrum consistentia legitimum.

Si *Androsamum* non suppetat, in eius locum hypericonis semen, aut summitates substituentur. Per ceram virginem flaua, seu citrina & recens à melle secreta intelligenda est, quæ neruis roborandis aptior est & vtilior.

Emplastrum catagmaticum vires habet insignes ad fracturas ossium sanandas: Eorum enim coalitum iuuat, & accelerat, calidum, quo simul agglutinantur, auget, calorem partis narium fouet, & humorum fluxiones sistit.

Chirugos hortor, emplastrum hoc parare, nec ignaros quosdam tam libere pati, qui vnico ceroneo, vt vocant, seu emplastro, forsàn sine ratione cõciunt, omnes plagas, vt vulgo fertur, sanare promittunt.

CAP. XIX.

Emplastrum Vigonium, seu de ranie.

℥. Oleorum chamameli,
anethi,
de spica,
de lilio an. ℥ij.
laurini ℥j. ℞.
de croco ℥j.

pinguedinis vituli lb. ℞.

euphorbii ℥v.

thuris ℥x.

adipis viperæ ℥ij. ℞.

ranarum viuientium n. vj.

lumbricorum locorum in vino ℥ij. ℞.

succorum radic. ebuli,

enula an. ℥ij.

schœnanthi,

stœcha-

stæchados,
matricaria an m. j.
vini odoris. lb. ij.

Bulliant omnia simul ad consumptionem vini. Colaturæ adde
hydrargyri lb. j.
terebinthina clara ℥ ij.
cera alba, vel potius staua q. s.
syracus liquida ℥ j. ℞.

Post hæc ab igne depone, & vbi refrigererit, misce *argenti vini salina hominis ieiuni extincti ℥ iiii.* misce diu pistillo, & fac emplastrum.

COMMENTARIUS.

Vt India naturæ statuto luem veneram simul & remediū prætulit: Sic Italia, in quam primum aduecta est, hoc morbi genere totam Europā infecit, & optimo medicamento refecit. Ioannes quippe de Vigo Italus, vt suis, vel etiam sibi, forsitan consuleret, emplastrū hoc eximia virtutis cōposuit, ad Italici morbi, quem inepte *Galicum* appellat, curationē: cuius licet probetur descriptio, improbatur tamen modus parandi, quem ipse præscribit. Vult n. simul ac confuse omnia concoqui ad *lythargyrum* vsque, sed recentiores paulo aliter, & melius multo sic apparant.

Preparatio.

Lumbricos terrestres vino ablutos, & ranas viuētes maiusculas, & aquaticas in pinguedinib. porci & vituli simul cum vino coquunt, ad tertiam partem vini cōsumptionem; dein de *matricariam* addunt. *stæchadē* & *stæchanthum*, & rursus elixant ad vini deperditionem: tam succos ponunt & olea; paulo post *axungiam vipera*, aut eius defectu *colubri*. Adhuc; coquūt ad humoris aquei excussionē, & postea fortiter exprimunt. In percolato iure *lythargyrum* leuigatū agitant, nutriunt, & iugiter versando coquunt ad formā vnguenti; tūc; *cera* adijciunt, & liquant. Post hæc ab igne remouent: *thus* & *euphorbium* trita coniiciunt; deinceps *terebinthinam* & *syracem*. Omnibus ordine dicto mixtis versatis, vnitis & refrigeratis, *argentum viuū*

per pannum densum traiectum, & salua hominis ieiuni extinctum exacte permiscet, terunt, subigunt, & in formam emplastri idoneam reducunt, ex quo magdaleones formant, & vsui reponunt.

Optina est hoc emplastrum parandi ratio, quam peritiores Pharmacopœi sequuntur, inter quos nonnulli pondus *hydrargyri* duplicant, alii triplicant, vt vires nascantur efficaciores, ad Italici morbi expugnationem. Quidā illius extinctionē cum salua ieiuni damnant, maluntq; cum *terebinthina* & *axungia porci* aliqua portione extinguere; nec quidem male: istis omnibus modis castigatur. Mallem tamen *saluam* assumere; illius enim succo castigatus *hydrargyrius* neruis minus obest.

Querunt multi, quodnam oleum sumendum sit pro oleo de *spica*, cuius multæ perhibentur varietates; quibus, vt paucis respondeam, dico Vigonem illud oleum intelligere, quod per distillationem trahitur, ex *lauandula* maiore latifolia, quam vulgus *Aspicam* nominat: non vero aliud, quod per infusionem educitur ex *spica Indica*, quod idem author cum Mesue semper vocat oleum *Nardinum*, vt lib. 8. *Antidotar. cap. 4.* Olei vero de *spica* alibi meminit, nempe lib. 4. *capit. de auxiliis ad dolorem dorsi.*

Differentia
inter oleum
nardinum
& oleum de
spica.

De *ranis* quoq; non conuenit inter omnes, alii namque aquaticas, alii syluaticas, seu rubetas venantur, sed palustres, seu aquaticas rubetis sæpe venenatis prætulerim: verum alia aliarum defectum sine magno discrimine facile supplebunt; atq; has vel illas quisque seligat pro animi arbitrio, cum æque fere huic externo medicamento conueniant.

Vires autem huius emplastri, quod forma cerati, vel vnguenti multi parant, non modo Medicis, Pharmacopœis, & Chirurgis notissimæ sunt, sed omnibus, qui

Vires.

Veneris calcitratu
fuerunt ob-
lecti.

CAP. XX.

Tela Galteri, vulgo Sparadrap.

℞ Olei rosati lb. ℞.
seus arietini ℥ iiii.
cera ℥ x.
lithargyri,
resina pini,
rhuris,
massiches an. ℥ ii.
bol. armen.
farina volatilis an. ℥ j.

Ex arte fiat emplastrum, in quod adhuc liquatum, & calidum immergatur tela parum attrita.

COMMENTARIUS.

Ad emplastrorum cateruam refertur quædam tela utrinque emplastica, quam recentiores modo Sparadrapum, modo velam Galteri nominant, cuius multæ varietates dantur, à varietate emplastrorum, quibus inficitur tela, sumptæ: alia enim vulneraria, alia catagmatica dicitur: Illa vulneribus magis, hæc ossibus agglutinandis dicatur, vtraque tamen vtri que affectioni proficua. Sed nullis in morbis Sparadrapis frequentior est vsus, quam in vlcerebus antiquatis, & in ipsis fonticulis à pyrotico relictiis. Ad hæc autem omnia valet, quod hic exhibemus, ad cuius confectio nem seuum & cera primum liquanda cum oleo: liquatis lithargyrus subtilissime tritus, commiscendus, ducendus, nutriendus, & spatha assidue mouendus, coquendus. Post hæc reliqui pulueres addendi, & ita versandi, permiscendi, & vniendi, vt in legitimum abeant emplastrum, in quod adhuc calidum & liquidum tela quodam modo vetustate iam attrita demergenda, & sæpe inculcanda, quousque infecta plane, & vndiquaque inquinata, & quasi incrustata fuerit. Tuncque extrahenda, &

Parandi
modus,

exponenda aeri, vt refrigerata obdure scat, & ad futuros vsus seruetur.

Tela hæc partim sarcotica est, partim collectica & epulorica, hoc est, vim habet nouam carnem generandi, vulnera glutinandi, & eadem, vt & vlcera, exsiccandi, & ad cicatricem ducendi. Fluxiones quoque sistit, & partes, quibus adhibetur, roborat.

Qui alias Sparadraporum descriptiones desiderarit, legat caput vlt. sectionis 2. libr. 3. nostrarum Institutionum.

Porro ex aliis emplastris liquatis tot Sparadrap, quot illa sunt, possunt hac arte parari.

Alia quædam emplastra pauca tamen omisimus, quorum vsus vel improbatur, vel non satis probatur, vel affinis sit eorum qualitati, quæ superius à nobis describuntur. Exoleuit enim emplastri vtriusque Barbari & Diaphœnici vsus: Apostolicum vero rarissime paratur, eo que facile carere poteris, qui Diuicum habebit, vt Ceroneo, qui oxycroceum. Præstantiora autem, vltimiora que; dedimus non modo emplastra, sed alia medicamenta, tam quæ exterius adhibentur, quam intro sumuntur, quæ omnia si parare voluerit Pharmacopœus, & in officina seruare, nihil illi deerit morbis omnibus expugnandis.

ADDITIO.

Emplastrum stomachale.

℞ Absynth.
mastic.
cyperi.
zinzib.
casti an. ℥ ℞.
calam. aromat.
aloes an. ℥ iij.
caryophyllor. ;
nucista.
iunci odorat.
fl. nard.
macer. an. ℥ j. ℞.

Virus.

In Gallia
videm, in
Germania
autem
minime.

Gal.

gall. moschat. ʒ ʒ. ℞i.

Omnia succo cytoniorum excipiantur in massam. fiatque Emplastrum extensum super alutam ad formam scuti duplicatum syndone cum ligamentis ut decet pro stomacho.

Emplastrum contra flatus.

℞. ol. aneth.

chamomel. an. ʒ vi.

petrol. flau. ʒ i. ℞.

baccar. lauri.

sem. cym. in.

carui an. ʒ ii.

aneth. ʒ i. ℞.

cinnam.

piper. long.

galang. an. ʒ i.

tacamahac. ʒ ʒ.

cera.

terebinth. an. quant. suffic. ℞i.

f. ceratum tenax.

Emplastrum contra fluxum ventris.

℞. ol. myrrhin. ʒ i.

nardini ʒ iii.

nucis. express. ʒ i.

bal. armen.

hamatit.

sangu. dracon.

nuc. cupress. an. ʒ i.

croc. mar.

hypocyst.

asacia an. ʒ ʒ.

Cera & terebinth. an. quant. suffic. ℞i.

f. Emplastrum.

Emplastrum spleneticum.

Pistorii.

℞. sulphur. vini ʒ ii.

styrac. calamit. ʒ i. ℞.

zburis ʒ i.

myrrh. ʒ ii.

piper. long. ʒ iii. ℞.

croc. ʒ ii.

ammoniaci.

galbani an. ʒ i.

balsami ex alo. ʒ ii. ℞i.

cum ol. de capparib. & cera f. Empla-

strum, quod corio & serico obdu-

ctum transuersim consuetur, ap-

pendis funiculis, ut alligari possit.

Aliud.

℞. ol. de capparib. ʒ vi.

nardini.

cheirini an. ʒ iii.

succ. bryon.

cyclam.

gentian. an. ʒ ʒ.

medull. cervin. ʒ ʒ.

pulu. myrrh.

cinnam.

macis.

piper. long.

croc. an. ʒ i.

ammoniac. in aceto dissol.

& colati ʒ vi.

ol. spica ʒ ʒ. ℞i. & cum cera ac te-

rebinthina f. ceratum.

Emplastr. hepaticum.

℞. cerat. santal. ʒ ii.

santal. citrin. ʒ ʒ.

pulu. lign. aloes.

myrrh.

croc. an. ʒ i. ℞i. & cum pauco o-

leo myrrhino cum serico & impassa-

sione formetur Emplastrum.

Emplastrum pectorale. Pistorii.

℞. farin. sem. lini.

fenugr. an. ʒ vi.

rad. irid. florent. ʒ ʒ.

helenii ʒ ii.

sem. cartham. ʒ iii.

fenic. ʒ ii.

croc. ʒ i.

castia extract. ʒ ii. ℞.

butyr. popul. ʒ ii.

cera. ʒ i. ℞.

terebinth.

terebinth ℥j.
ol. viol. ℥iij. ℞. Mi. f. Empl.

Emplastrum ad lumbricos.

℞. balsami ex aloë
Extract. rad. gentian. an. ℥j. ℞,
cum puluere myrrh. q. s. & pauco spi-
ritu vini. f. Empl. quod duobus pan-
nis' ventriculo & umbilico appli-
cetur.

Emplastrum ad dorsum.

℞. mumia ℥j,
nuc. cupress.
bol. armen.
sangu. dracon.
mastice.
thur. an. ℥ij,
ol. myrrhin.
cydon. an. ℥℞,
Cera quant. suffic. Mi. f. Empl.

Emplastrum ad podagram.

Pistorii.

℞. Emplastr. diachylon. magn. ℥ij.
oxycroc. ℥v,
medull. seruin.
pingued. ursina an. ℥iij,
ol. vulpin. ℥j,
racamahac ℥℞. Mi.
fiat Emplastrum.

Emplastrum ad dolores oculo-
rum.

℞. bol. armen. ℥ij,
mastice.
thur. an. ℥j,
lapid. hamat.
tragac. an. ℥℞,
ol. myrrh.
rosac. an. ℥℞.
Cera & terebinth. an. quant. suffic.
Mi. f. Empl.

Emplastrum D. Bechtoldi Riuii ad dolores
ischiadicos.

℞. sem. sinap.
urtic.
sulphur.
bdellii in destil. alexic. dissolusi
spum. mar. an. ℥℞,
ammoniac. similiter dissol.
rad. aristol. rotund.
ol. antiq.
cera an. ℥j, Mi. f. Emplastrum.

Emplastrum contra rupturam,

℞. thur. alb.
myrrh. rubr.
lapid. hamat.
gumm. serapini.
opopan.
bdellii,
terebinth.
seui bircin.
exang. ursin.
tragac. alb. an. ℥j. ℞,
sangu. dracon. ℥xij.
Sicca in puluerem redigantur & gummi
in aceto dissoluantur ac reliqua
commisceantur.

Emplastrum mastichinum.

℞. fol. lentisc.
myrhill. an. ℥℞,
sumach.
berber.
hypocystid.
ros. rubr.
acac.
sandarac.
corall. rubr.
terr. sigill.
bol. armen. an. ℥ij,
menth.
galang.
cyperi
coriandr.
lign. aloes.

cinnam.

cinnam. an. ʒʒ.
 cumin. in acet. prep.
 absynth. an. ʒiij.
 gallia moschas.
 sampush.
 anhos an. ʒʒ.
 mastich. ʒi.
 thur.
 laudani an. ʒv.
 cera
 resin. an. ʒiij.
 terebint. ʒi ʒvi.
 pic. naval. ʒi.
 ol. mastich.
 nardini an. ʒi. Mi.

Emplastrum ad calculum vesicae post bal-
 neum applicandum.

ʒ. ol. de spica,
 chamom.
 aneth. an. ʒvi.
 scorpion. ʒʒ.
 ammoniac.
 bdellii,
 picus in aceto dissolutor. an. ʒʒ.
 oliban. ʒiij.
 Euphorb. ʒi. Mi. f. Empl.

quod calidum super pubem ponatur.

Emplastrum ad carunculam colli vesti-
 cae. Horatii Augeni.

ʒ. aloes optim. ʒij.
 aristolog.
 myrrh. an. ʒʒ.
 thutia prep. ʒʒ. Mi.
 f. omnium puluis, ex quo cum styraceli-
 quida formetur Empl.

Emplastrum Herculis Saxonia ad
 hydropem.

ʒ. pulg.
 calamenth.
 origan.
 chamadr. exiccator. Et puluerisat.
 an. ʒij.

cinnam.
 calam. aromat.
 myrrh.
 aloes an. ʒij.
 squinant. ʒʒ.
 sem. ruta ʒij. Excipiantur
 omnia melle aut felle bouino & f. Empl.
 ventri applicandum.

Emplastrum Eiusdem ad Ischuriam
 cum febre.

ʒ. farin sem. lini ʒiij.
 rad. alth. coct. Et per cribrum trans-
 missa ʒiij.
 caricar. pingv. coctar. & contusar. ʒij.
 ol. ex sem. lini
 pingved. anat.
 gallin. an. ʒij.
 decoct. alth.
 sem. lini,
 caricar.
 passular. quant.
 suffic. Mi. f. Empl.

Emplastrum Eiusdem ad immoderatum
 fluxum menstruorum.

ʒ. fuligin. camin.
 farin volatit. molendin. an. ʒij.
 bol. armen.
 sangv. dracon.
 thuris an. ʒʒ.
 album. ovor. nr. ij.
 succ. portulac. vel plantag. aceti an.
 quant. suffic. f. Empl.
 quod applicetur partim dorso, par-
 tim ipsi utero.

Emplastrum seu ceratum Leonardi Fio-
 ravanti ad pestem.

ʒ. resin. pini rec.
 sandarac.
 cera rec.
 seni castrati,
 fell. bovini an. ʒiij.
 bulliant in ʒxxvij. ol. sem. lini usque dum
 fumum foetentem eviderit, postea ab
 Ecco igne

igne amoveantur, per linteum trai-
ciantur, addatur de nostro cerato ma-
gistrali ad pondus omnium, iterum
coquantur, traiciantur & cum se-
quenti pulvere commisceantur.

℞. thur.

masfic.

myrrh.

sarcocoll.

sangu. dracon.

ammoniac.

virid. aris an. ℥℥. Cerato predicto,
dum adhuc calet, commisceantur &
ad usum referuetur.

Emplastrum de cancris ad calculum.

℞. cancror. nr. x.

coquantur parum in lacte & contun-
dantur, rursus bulliant, in colatura
ponantur panis alb. ℥iij.

vitell. ovor. nr. iij.

pistentur simul in mortario.

adde ol. chamemel.

butyri an. ℥j.

croci ℥℥. redigantur in formam
Emplastri, quod renibus applicetur.

**Emplastrum consolidativum D. An-
gelbergeri.**

℞. ol. commun. ℥ij.

seui cervin. ℥iij.

ceruss.

litharg. an. ℥ij. Coquantur simul ad
spissitudinem Emplastri, cui adde ce-
ra ℥iij.

terebinth. ℥j.

resina ℥℥.

ultimo adde masfic.

oliban.

myrrh. an. ℥℥. Mi.

f. Emplastrum.

**Emplastrum de sapone D. Angel-
bergeri.**

℞. sapon. venez. ℥v.

lixivii fortis ℥iij.

terebinth. ℥ij.

ung. apostol. ℥℥.

lapid. hematit.

aloes an. ℥ij.

aristol. long. ℥j.

cera citrin.

axung. orsin.

picti naval. an. quant. suffic. Mi.

Primum sapo in lixivio dissolvatur &
coquatur ad consumptionem lixivii, postea
addatur cera una cum pice axungia & cere-
binthina, iterum ad formam Emplastri co-
quatur, & ultimo pulvres admisceantur.

Emplastrum de stercore columbino.

℞. gumm. ammoniac. ℥j.

sandarac. ℥v.

stercor. columbar. sylvestr.

subtilissime pulverisat. ℥iij.

masfic. ℥j.

Incorporentur omnia simul in mortario
cum pistillo calido in aceto intincto & f. Em-
plastrum, quod in catarrhis diuturnis capi-
ti imponitur ad materiam retinendam.

**Emplastrum maturans, resoluens, malans
carnem putrificans, bonam dissipando cre-
scere non permittens, dolores-
que mirabiliter se-
dans.**

℞. ol. laterini rectificati ℥viij.

opopanax.

galban.

bdellii an. ℥ij.

reductis ad formam liquidam adde
farin. fabarum ℥ij.

ficuum nr. iij.

capitur. trite ℥j.

Mi. in Emplastrum, quod calide appli-
cetur quantum aeger ferre potest.

**Emplastrum arthriticum, Medicorum
Francofurtensium.**

℞. Empl. diachylon. magn. ℥vi.

oxycroc.

diapalm. an. ℥ij.

medull. cervin.

axung. ursin. an. ℥i℞.

tacamahac. in vino dissolut. ℥ij.

Mi. f. sec. art. Emplastrum, quod oleo vul-
pino malaxetur.

Emplastrum de galbano Caspary Peuceri
ad suffocationem vteri.

℥. sagapen.

opopan.

galban. an. ℥iij.

pulv. castor.

asa foetid. an. ℥ij.

pulver. matric. ℥ij.

cera ℥xij. (vel ol. abynth. q. s.) f. sec. art.

Emplastrum gummi in aceto dissolutis. Ex-
tendatur super alutam & coopertum syn-
done in longitudine sesquipalmæ & lati-
tudine trium digitorum.

Emplastrum è castia officina Phorcensis
magni vsus ad pleuritides.

℥. fl. verbasce.

borrag.

violar.

malv. an. ℞.

papur. rubri ℞.

chamomill. p. j.

sem. fenugr.

lini.

anis.

ruta. an. ℥℞.

ol. amygd. dulc.

violar.

aneth. an. ℥x.

ungt. pectoral. ℥ij.

cast. extract. ℥ij.

cera ℥j℞.

Flores & semina subtiliter pulverifan-
tur, fiatque Emplastrum.

in iunioribus si vsurpatur, auge-
ri potest
oleum amygd. dulc.

FINIS LIBRI SEXTI.

APPENDIX.

De quibusdam aquis medicatis, arte paratis.

PRÆTER aquas simplices destillatas, alie quædam in Pharmacopoliis seruantur compositissimæ, quarum vsus plurimum commendatur, nō modo ad externos corporis affectus, dum adhibentur, sed etiam, ad interiores, vt intemperiem partiū corrigendam, robur in idem conciliandum, & facultates erigendas, dum assumuntur; Cuiusmodi sunt vsuales quedam & eximie virtutis, quas ad calcem huius operis, nequid ei decesset, adiunximus, initio ab his sumpto, quæ intus sumuntur.

Aqua Theriacalis.

℞. Radic. gentiana, enula campana, tormentilla, angelica, imperatorie an. ℥ij. cyperi, ireos florent. an. ℥vi. zedoaria, corsic. citri sicci & arantiorum, cinnamomi, caryophyllorum. sem. cardui bened. corymborum hedera, granorum Iuniperi an. ℥. ℞. dictamni, scordii, melisse, calendula an. m. ℞.

Macerentur diem integrum super cineres calidos in vase oris non multū patuli & rite obturati, cū vini albi lib. vi.

Die sequenti adde decoctionis ulmarie, betonica & nenupharis lib. ij.

Deinde bulliant parum, ac lento igne: Tum fiat expressio, in qua dissolue & infunde per noctem theriaca ℥iij.

Postea ponantur in alembico vitreo & fiat destillatio in balneo Maria. Aqua hinc destillata seruetur.

Vires.

Inter aquas Theriacales, & Alexiterias nulla est hæc præstantior & efficacior: Facultates nō modo recreat, sed qualitatē omnem pestilentem, & venenatam oppu-

gnat & extinguit. Syncopæ, palmo, ac omni animi deliquio prædest, vertigini; lethargo, Epilepsiæ, Apoplexiæ & paralyti opitulatur.

Aqua Theriacalis alia, paratu facilior.

℞. Rad. enula campan. angelica an. ℥iij. sem. cardui bened. caryophyllorum, granorum Iuniperi an. ℥ij.

Scordii, echii ulmarie, maiorana, melissa, betonica an. m. j.

Fiat decoctio, in aqua colata ad ℔. iij.

Infunde diem integrū, vel etiam biduum, Mithridatii & Theriaca an. ℥ij.

Ponantur in alembico & destillentur, vt artus est.

Vires habet superiori affines, sed imbecilliores. Parari facile poterit non solum in Pharmacopoliis, sed etiam in singulis ciuium ædibus. Paucis enim constat, quæ vbiq; fere reperiuntur.

Vires.

Aqua Cinnamomi.

℞. Cinnamomi optimi, crassiuscule triti ℔. ℞.

aqua rosarum fragrantissima & vini albi generosi an. ℔. j.

misceto, ac biduum simul relinquito in vase rite operculato, ne quid exipret; Deinde super cineres calidos destillato, & aquam seruato.

De cinnamomi ad vinum & rosaceam proportione non vnus est omnium cōsensus. Alii enim partē vnā cinnamomi ponunt, vini partes duas, aquæ rosarum partes quatuor. Alii vinum & aquam eadem mēsurā permiscant, in quibus cinnamomum maceratur, & totum destillatur: hicque parandi

parandi modus vitatior est, & melior perhibetur.

Vires.

Huius aquæ facultas valde commendatur ad partum celerandum, secundinas expellendas, mentes ciendos, facultates recreandas, & flatu discutiendos.

Aqua vulgo Clareta dicta.

℞. Macis, caryophyllorum, cinnamomi an. ʒ i. galanga ʒ ss. cardamomi minoris, schœnanthi an. ʒ ij. zinziberis ʒ ss.

Infunde in balneo M. viginti quatuor horis in aqua vite lb. j. aquarum absinthii & rosarum an. lb. ss. adde sacchari ʒ viij.

Traiciantur ter, quaterque per manicam Hippocratis, fiat Clareta, in vase idoneo reponenda, & seruanda.

Vires.

Valet plurimum ad robur stomachi, coctionem iuuandam, flatu discutiendos, intemperiem frigidam partium nutritiarum corrigendam, ad vires cordis restituendas, & facultates erigendas.

Clareta alia.

℞. Radic. pœoniae utriusq., visci querni an. ʒ ij. ligni lauri, lentisci, an. ʒ ss. florum bethonic. saluia, anhos, an. p. ij.

Macerentur per diem integrum, in vase stricti oris, & bene cooperulato, in vini albi optimi lb. j. ss. aqua melissa lb. ss. Postea destillentur. Et in aqua destillata macerentur cinnamomi ʒ ss. sacchari Cand. ʒ v.

Tum colentur & bis atque iterum transmittantur per colum laneum. Colatura seruetur.

Vires.

Mixtum in modum confert Epilepsie, Lethargo, Paralyfi, Apoplexia, & aliis frigidis affectibus cerebri, & totius neruosi generis.

Clareta alia.

℞. Aquar. melissa & feniculi an. lb. ss.

Infunde per noctem super cineres calidos rad. enula campana ʒ ij. Ireos Florentina ʒ j. cinnamomi ʒ iij.

Facile expressioni, & bis, terque colata adde Syrupi ardentis, seu olei sacchari, ut vocant ʒ iij. Fiat Clareta parum insolanda, si seruanda.

Facultates habet eximias ad Asthma, tussim ab humore frigido natam, & expectorationem. Incidit enim, attenuat, coquit, & sputum mouet.

Vires.

Syrupus autem ardens fit ex saccharo diluto in aqua vite, quæ accenditur: Nam post eius conflagrationem liquor relinquitur, quasi oleosus & crassitie Syrupi.

Syrupus ardens vnde fiat.

Clareta vulgaris.

℞. Aqua vite optima lb. ss. aqua rosarum rubrarum ʒ iij. sacchari ʒ iij. cinnamomi ʒ j.

Traiciantur per manicam Hippocratis, bis atque iterum, & fiat Clareta.

Vires.

Gratissima est hæc Clareta, & cor atque reliquas partes, quæ principatum tenent, recreat, calorem natuum fouet, & materiam flatulentam discutit.

Aqua contra calculum.

℞. radicum apii, oinones, eryngii & raphanorum per taleolas incisarum an. ʒ ij. siliquarum virid. fabarum ʒ iij. saxifagarum omnium, cristæ marinae pimpinella, ameos, summatum althea an. ss. granorum alkekege, cicerum rubror. sem. milii solis an ʒ ij. mada citria in orbiculos secta num. iij.

Macerentur diem integram in vino albo: Postea destillentur. Aqua reponatur vase idoneo, cui si parum olei vitrioli admisceatur, ut aceseat, vires habebit efficaciores.

Mira est huius aquæ vis ad calculum atterendum, & expellendum, vrinam ciendam.

Vires.

Eeee 3. dam

dam, menses mouendos, partum accelerandum, viscidos humores attenuandos, & obstructiones tollendas. Debent vero illius sumi duo cochlearia aut paulo plus, pro fumendis ætate & viribus, Idque maneat ieiuno stomacho, vel lóge post pastus.

Aqua ad Gonorrhæam.

℞. Foliorum acanthi, & lapathi hortensis concisorum, summitatum altheæ an. m. ij. florum nenupharis m. iij. sem. lini, Senecelorum an. ℥j. s. seminã quatuor frigida maiorum an. ℥j. maccerentur per diem in lacte asinino aut vaccino, postea destillentur in balneo.

Vires.

Facultatem habet leniendi, acrimoniam auferendi, sordes renum, & partium, per quas & lotium & semen excernuntur, expurgandi, & intemperiem corrigendi.

DE AQVIS TOPICIS SEV
exterius adhibendis.

Aqua Ophthalmica.

℞. Succorum chelidonii feniculi, ruta apii & hormini an. ℔. s. mellis ℥iij. fellis hircini ℥j. fellis caponum & gallinarum an. ℥j. s. aloes ℥vj. caryophyllorum, nucis moschata, sarcocolla ana ℥ij.

Ponantur omnia simul in alembico: Destillentur: vase vitreo excipiantur, & aqua destillata seruetur.

Vires.

Multis oculorum affectibus prodest, vt Ambliopia, caligini, visus debilitati & chebetudini.

Aqua communitatis.

℞. Eupras. m. ij. chelidonii, verbensæ betonica, chamæpytheos, anethi, summitatum hormini, anagallidis flore rubro, ameos, caryophyllata an. m. j. anthos m. s. piperis longi ℥ij. Maccerentur in vini albi sufficienti quã-

titate per diem integrum, & destillentur.

Vocatur aqua communitatis, quod communis sit, nec vlla domus ea carere debeat. Plurimum valet ad omnem visus imbecillitatem, sordes oculorum detergendas, maculas auferendas, vlcera sananda, suffusionem impediendam claritatem oculis augendam, & robur conciliandum.

Ratio nominis.

Vires.

Aqua ad Epiphoram, & oculorum ruborem.

℞. Vini alb. aqua rosarũ an. ℔. s. iuthia preparata ℥j. macis puluerata ℥s. Omnia misceantur in phiala, bene obtundata, & insolentur per tres hebdomadas.

Efficacissima est ad oculorum ruborem delendum, lachrymas ipsorum exsiccandas, tunicas roborandas, & vlceranda sananda.

Vires.

Aqua Calcis.

Aqua, in qua pluries calx extincta fuerit, aqua calcis ob id dicta, multis vlceribus phagedenicis ac disepuloticis mirum in modum confert, quia tamen facile quouis tempore parari potest, in eius descriptione non immorandum.

Vires.

Aqua Fortis.

Aqua fortis vulgo dicta, ad aurifabros potius, quã Pharmacopœos spectat, qua vtuntur ad separandum argentum ab auro: ob id, aquam separationis vocitant Gall. eau. de depart. Liquat enim argentũ, auro integro. Quæ autem illorum operibus inseruiuit, & portionem aquæ admittit, vel per se ignaua iam facta colorem cyaneum acquisiuit, aqua secunda vulgo dicitur, qua nihil communius in Chirurgorum tabernis, ad illorum subsidium, qui Veneris Mephirim attigerunt.

Paratur autem aqua fortis ex vitriolo, & sale petra ia matratio iuclusis, & adhibito excipulo, seu vase idæneo, optime lutato,

Vnde paratur.

tato, in quod vi ignis spiritus velur accensiperreant.

Alia fit adhuc ex *auripigmento, flore a-
ris, sale nitro & alumine rupeo*: Verum hæc
relinquenda, quibus inferuunt.

De aquis comptorii seu fucatoriis.

Corporis pulchritudinem aut defor-
mitatem magni quicquam ad morū
probitatem, aut improbitatem adferre,
non autumo; Multi enim Theriite de-
formiores clarissimi floruerunt, & non-
nulli Adonide formosiores inter scelerato-
tos computati sunt. Fere tamen mulieres
deformes impias esse noui, quibus, vt nec
edentulis senioribus, nullum fucum, aut
aquam comptoriam ad faciem erugandam
exhibeo: In hoc Galeni, licet pagani
prudenciam secutus, qui *cap. 3. lib. 1. compo-
sit. medic. secund. loc.* non modo vultus, sed
capillorum fucum, seu tincturam impro-
bat: *Quacunque, inquit, pra delictis sei-
ptas ornant, nihil tale quidpiam à me peten-
ti exhibui.*

Carebit igitur Antidotarium nostrum
his nefariis medicaminibus, quibus pellic-
ces solent iuuenes irretire, & incautos fal-
lere: Hanc enim fucatoriam artem vide-
demus tantum exerceri à quibusdam cir-
culatoribus, & vaftris lenonibus, qui vt cau-
te ad meretricum nummos perueniant,
illis oleum de *Talko*, quod nusquam vide-
runt, pollicentur, quo non tantum faciem
erugare, sed iuuenescere profus asserunt.
Duo autem vnguenta solent exhibere; V-
num rubellum, & candidum alterum: V-
trumque *Hispanicum* cognominant, nec
malignæ qualitatis experts illum: Nam
quod *Album Hispania* vocitatur, ad sui
confecturam *Sublimatum* admittit, quod
licet ex partibus aquis *hydrargyri*, & *vi-
rioli*, & ex *sale communi* potius, quam *am-
moniac* constet, quæ seorsim lethalia
non sunt, simul tamen, vt decet, mixta, in
vitreo vase sublimatorio indita, cui per

gradus datur ignis duodecim horarum
spatio, fit puluis ita causticus, & deleterius,
vt eius malignitas vix possit vlla arte dele-
ri. Hinc accidit, mulieribus, quæ fucis,
Sublimatis vtuntur, dentes nigrescere, te-
redine absumi, & faciem corrugari, ac ci-
tius senescere. *Melior ergo color is est, quem
sola natura pinxit, cuius opera imitabilia
dum miramur, opificem summum laude-
mus in æternum.*

ADDITIO.

*Aqua Cephalica Dn. D. Io. Hartmanni
Beyerip. m. Reipubl. Menofrancos.
olim ordinarij longe celeberrimi.*

℞. fl. lilior. conual.
herb. paralyf. an. ℥. j.
fol. salua,
ruta,
rorismar.
maioran. an. Manip. j.
baccar. iuniper. ℥. ℥. s.
nucista,
zedair.
zinzib. an. ℥. j.
granor. paradys. ℥. iij.
rad. di. flamm. alb.
pæon. an. ℥. iij.

Vini generosissimi quant. sufficit pro con-
fectione, maceventur per mensem, &
in balneo Maria destillentur.

Aqua cephalica Eiusdem.

℞. rad. pæon. ℥. j.
diptamn. alb. ℥. s.
fl. lil. conual. ℥. xij.
primul. ver. ℥. iij.
cheiri.
anth. an. ℥. j. s.
baccar. iuniper.
sem. carui.
sinapis albi.

in balneo Maria.

*Therite de-
formiores.
Adonide for-
mosiores.*

*Sublimati-
onibus con-
fect.*

cubebay. an. ʒ iij,
nucist.
cinnam. an. ʒ ij,
granor. paradys.
cardamom.
piperis nigri,
longi. an. ʒ j,

Flores suo tempore singuli colligantur. & infundantur. radices incidantur. semina & aromata crasse contundantur. omnia vitro angusti orificii includantur tantumq; vini veteris generosissimi affundatur. ut duobus digitis superet species. conclusa per duas vel tres septimanas Soli exponantur. quotidie agitentur. tandemq; lento igne destillentur.

Aqua Imperatoris Maximiliani contra omnia venena & apoplexiam.

℞ theriac. Andr. vet.
mithrid. opt. an. ʒ iij, |
bol. armen. ʒ ij,
fol. auri puri nr. x,
mosch fini,
ambr. gris. an. ʒ ʒ,
vini rectificati & septies per baln. Maria destillati lb. iij,
omnia bene trita per tres dies infundantur. postea per alembicum in Balneo Maria destillentur. De hac aqua in septimana duo vel tria cochlearia sumantur.

Aqua apoplectica Ioannis Pistorii.

℞. fl. Lauend.
rorismar.
ranuncul. citrini
fol. salu.
maior.
herb. paralyf. an. Man. j.
fl. lil. conual. Man. iij,
succin. alb.
granor. pæon.
rad. pæon.
sinap. alb. an. ʒ i,

nucl. perscor.
ceras. nigr. sylv. an. ʒ j ʒ.
Theriac. ʒ j. lb.
zedoar.
calami aromat.
granor. paradys.
galang.
pip. long. an. ʒ ʒ,
caryoph. ʒ iij,

Macerentur arida in vino sublimato ad dies 14. in Sole, vitro exacte occluso, destillentur diligenter, deinde in destillata aqua lb. j. infundentur petri ʒ j,
lign. aloes ʒ ʒ,
agarici ʒ ij,
hermodactyl. ʒ j. relinque. da cochlear unum: si plus erit aquæ, augenda erunt species purgantes modo dictæ secundum proportionem.

Aqua aurea incerti autoris.

℞. salvia viriusq; an. ʒ j. ʒ
fl. tilia,
paralyf.
anth.
ros. rubr.
maioran.
rorismarin.
prunell. an. ʒ vj,
satureia,
thymi.
epithym.
stæchad. an. ʒ v,
chamapith.
chamad. r.
beton.
agrimon.
marrub. an. ʒ vj,
hyssop.
fl. pæon.
lauendul.
stæchad. citrin.
bugloss.
borrag. an. ʒ j,
sem. pæon.

erue.
 sinap.
 sesel.
 cumin.
 anis. an. ʒij.
 rad. pæon ʒʒ.
 aristol. utriusque
 irid. florent.
 gentian. an. ʒj.
 fol. laur. ʒij.
 piper. long.
 nigr. an. ʒʒ.
 mac.
 nuc. mosch.
 zedoar. an. ʒj.
 visc. quercin.
 cubebar. an. ʒv.
 zbur.
 mastic.
 acor. ver.
 granor. parais.
 lign. aloes an. ʒij. gr. ij.
 cardam. min.
 costi.
 filer. montan.
 cyper.
 ameos an. ʒʒ.
 Corn. cerv. vʒ. ʒij.
 corallor. albor.
 rubror. an. ʒʒ.
 margarit. ʒʒ.
 succin. alb. ʒʒ. gr. ij.
 spec. diapler. archontic.
 dianth. an. ʒʒ.
 diamb.
 diamosch. dule.
 diamarg. utriusque.
 lait. Gal.
 de gemm. an. gr. viij.
 aiacafor. ʒʒ.
 Conserv. beton.
 anthos.
 borrag.
 salvia.
 maioran. an. ʒʒ.
 syr. de stoachad. ʒv.
 mithrid. vet. opt.

Ther. Andr. sen. vet. op. an. ʒij.
 baccar. laur. ʒʒ.
 contusis contundend. & incisis inci-
 dend. infundantur, in sequentib. a-
 quis destillatis
 aq. beton.
 cerus. nigr.
 fl. lil. conuall.
 silia.
 pæon.
 lavender. dul.
 hypericon. an. lb. ij.
 basilicon.
 maioran. an. lb. s. Mē.
 Stent in loco calido aliquot dies in Baln.
 Mar. deinde destillantur per cineres
 lento igne.
 Aqua bezoartica Medicorum Mo-
 nofrancofurtensium de Ann.

1597.

℞. fol. scorv.
 rue.
 artemis.
 rad. chelidon. maior.
 zedoar.
 angelic. an. ʒij.
 siccatis incisis & contusis adde fermenti
 acris ʒij.
 aq. card. ben. lb. iiij.
 acet. bezoartic. lb. ij. Omnia vase ob-
 turato stent in loco calido per octo dies,
 destillantur ad specierum siccitatem.
 Aqua semel destillata iterum super
 facies fundatur, ac priori modo destil-
 letur.

Aqua boli contra pestem.

℞. aq. scabios.
 acetos.
 bugloss.
 rosar. an. ʒj.
 Vini albi fortissimi
 acet. fortiss. an. ʒij.
 bol. armen. prap. ʒij.
 terr. sigill. ʒj.
 spec. bezoart.
 liberant. an. gr. v. Mē

Ffff

Aqua

Aqua theriacalis cum vino.

℞. rad. tormensill.
ostrutii
valerian.
gentian.
pimpinell.
dictamn. alb.
angelic. an. ℥℥.
fol. card. ben.
scabios.
acetos an. Manip. j.
Terr. sigill.
bol. amen. ver. an. ℥℥.
Vin. sublimat.
acet. acerrim. an. ℔ ij. M̄.
f. destillatio in baln. Maria.

Aqua theriacalis cum aceto.

℞. rad. far. ar.
chelidon. an. ℔℥.
Coq. in acet. ℔ ij. ad tertias postea
adde bol. armen. veri
terr. sigill. an. ℥℥. M̄.
f. destillatio.

Aqua contra pestem Francisci de
Luca.

℞. margar. ℥j.
matru. parlar. ℥ij.
rad. tormentill.
dictamn. alb. an. ℥ij.
hyacinth.
corall. rubror.
smaragd.
granator.
corn. cerv. an. ℥j℥.
zedoar.
rumic. an. ℥ij.
camb. ℥j.
aq. galban.
absynth.
scabios. M̄i. destill. in alembic.
adde aquar. borrag.
endivia.
meliss.
bugloss.
sichor.

rad. ros. sylvestr.
de trib. speciebus consolid. an. ℥ij.
iterum destillentur in alembico.

Et aqua iam destillata adde
orobi,
picis hispanic. an. ℥v.
tragacanth.
mastice an. ℥j.
galbani,
gummi. limon.
hsdera,
castor. an. ℥j.
bdellii ℥v.
terra sigillat.
laudani an. ℥j.
ros. rubrar.
chamadr.
hyperic. Et eiusdem seminis an. ℥j.
abrosan.
origani,
enul. an. ℥℥.
sem. citr. ℥j.
baccar. lauri ℥ij.
aristol. rotund. ℥j.
peucedan.
censaur. maior an. ℥v.
raphani ℥j.
squilla in cinerib. coct. ℥v.
summit. myrth. ℥ij.
sem. nigell.
cymen.
petrosel.
fœnic.
ameos.
ruta,
apii,
rapar.
pastinac. an. ℥j.
caryophyllor.
lign. aloes.
sem. menth. an. ℥℥.
Cardamom.
sem. basilicon.
caryophyllat.
amom. an. ℥ij.
agn. casti,
acori

cortic. rad. capparum,
 corn. cerv. v. s. l. an. ℥j.
 cerebint. h.
 myrrh.
 shuris,
 agaric an. ℥j.
 rad. lil. albor.
 baccara
 marrub.
 colocynthid.
 stœchad.
 calaminth.
 pentaphyll. an. ℥j.
 nigell. ℥ij.
 bol. armen. ℥j.
 cinnam.
 squinanth.
 croci,
 folii. an. ℥v.
 cassia lignea
 spic. indic. an. ℥j.
 rhabarb. sel. ℥v.
 vini veteris ℥j.
 ferula combusta,
 myrobalan. emblicor.
 carabe,
 camphora,
 xyloaloes an. ℥v.
 lapid. lazuli ℥j.
 hyacynth. ℥ij.
 mosch.
 ambre an. ℥v.
 succ. pomor. ℥v.
 been alb.
 coriandr.
 spodii,
 fol. meliss.
 cortic. citr.
 rad. citr.
 cubebaz.
 lapathi an. ℥v.
 chamaleoni. ℥j.
 margarit. ℥v.
 matris perlar. ℥j.
 rad. dictamn.
 tormentill an. ℥ss.
 Omnia in prædicta aqua destillata per

24. horas infundantur, postea addantur
 flor. borrag.

been rubr. an. ℥j.
 limatur. ebor.
 salvia an. ℥v.
 herb. stellar.
 baccar. iuniper.
 sem. sancti.
 portulac.
 fol. auri
 argenti an. ℥j.
 mumie ℥ij.
 verben.
 beton. an. ℥ij.
 philipendul.
 sangu. hirc. iunior. an. ℥ij.
 aq. vitis optima ℔. xij.

Omnia simul misceantur & in alembico
 destillentur.

Alia aqua contra pestem Anselmi Ri-
 guccii de Pistoia.

℥. bol. armen.
 valerian.
 carlin.
 zedoar.
 myrrh.
 gentian.
 aristol. rotund.
 calami aromat.
 dictamni alb.
 camphor. an. ℥j.

puluerientur omnia, infundantur in
 vase optime obturato per 24. horas in
 ℔. v. aqua vite, adde vini maluatici
 opt. ℔. vj. & de hoc liquore suman-
 tur quotidie stomacho ieiuno ℥ij.
 cum ℥j. mellis rosati mixta.

Magnus liquor Leonardi Fioruanti
 Empirici Itali contra pestem.

℥. fl. rorismarin. ℔. ij.
 ligni aloes ℥vj.
 shuris ℥vij.
 benzoim. ℥iiij.
 bdellij ℥x.
 fol. salvia.

Ffff 2

rorismar.

rorismar.
 beton.
 millefol. an. pill. j.
 rad. consol. maior.
 tamaric.
 viticell.
 galang.
 caryophyll.
 nucist.
 spica nardis.
 sarcocoll.
 sanguin. dracon.
 croci an. ℥iij.
 aloes opatic.
 picis graca.
 de pino.
 Lardi veter.
 mastic. an. ℥xviij.
 hypericon. cum semin. lib. ij.
 moschi orient. al. ℥j.
 Ther. Androm. vet. opt.
 mithrid. Damocr. vet. opt. an. ℥iij.
 Mi.

Bulliant in vasa aeneo stanno obducto in
 balneo Maria usque ad exiccationem
 herbarum: postea colentur, in sole per
 viginti dies relinquantur, & in mense
 Septembri adde libras duas pomorū
 balsamina; lib. j. aqua vita optima &
 ℥ ij. nostri balsami artificialis.

**Aqua vita aromatizata Eiusdem
ad pestem.**

℥. nucista,
 faenicul. ex Barbaria,
 caryophyllor.
 zinzib.
 spic. nard.
 benzoin an. ℥j. Mi. contundantur
 grosso modo & in ℥. xvj. aqua vitā
 ex vino albo optimo per dies sex in-
 fundantur, deinde in Balneo Mariae
 usque dum aqua colorem mutauerit,
 destillentur, quod reliquum est, in ci-
 nere destilletur, erit liquor fetorem
 fumi redolēs, qui in vase aperto re-
 linquat, quousq; fetore deponerit.

**Alia aqua excellentissima Eius-
dem ad pestem.**

℥. bol. armen.
 valerian.
 zedoar.
 myrrb. elect.
 aristol. rotund.
 calami aromat.
 diptamn. alb.
 Imperator.
 camphor. an. ℥℥.
 aloes opatic.
 cinnamom.
 caryophyllor.
 croci an. ℥ij.

Contund. singula seorsim; in ℥. v. nostra
 aqua vita ad quintam essentiam, in
 vase vitreo per 24. horas in fundan-
 tur; deinde adde ℥. v. vini maluati-
 ci optimi, & in vase optime obturato
 asseruetur, eiusque ℥ij. vel iij. quoti-
 die stomacho ieiuno ad preserua-
 tionem vsurpentur.

**Alia aqua Eiusdem tempore pestis in
ore tenenda.**

℥. lign. aloes.
 benzoin,
 spica nardis,
 cinnamom.
 nucista
 diptam. alb.
 sem. hyperic. an. ℥i.
 mosch.
 ambrs.
 caryophyllor. an. ℥j.

Omnia grosso modo puluerisata cum ℥. vj.
 nostra quinta essentia in retorta
 pec baln. Mariae destillentur: cum li-
 bra quatuor exierint, reliquum in ci-
 nere extrahatur, quod erit aqua tur-
 bida fumum redolens & cui parum
 olei innatat, quod collige & velut
 thesaurum magnū reserua, & quo-
 tiescumq; exieris, mane presertim
 & vesperi, nares eodem illine.

Aqua

Aqua Epileptica & apoplectica Thomæ Erasmi à Medicis Mæno-Francofurtensibus, & præsertim Dn. D. Bechtoldo Riurio p.m. frequentissime vsurpata & præscripta.

℞. fl. primul. veris,
zilia an. ℥ iij,
lilior. conual. lb. j. ℞,
pæon.
beton.
lauendul. an. lib. j.
rad. & sem. pæon. mascul. ℥ ij. ℞,
aristol. long. ℥ j. ℞,
dictamn. alb. ℥ j.
fol. botryd. cum florib. & sem. M. j.
visci quercini ℥ xij.
cardamom. ℥ iij.
cubebar. ℥ j.
piper. nigr.
castor. an. ℥ ℞,

Incidenda incidantur, reliqua contundantur in vini rhenani mensuris duabus per tres septimanas in Sole vel alio loco calido & quotidie agitur, demumq; per balneum Maria destillentur.

Præseruat non solum ab Epilepsia & apoplexia, sed etiam à vertigine quotidie cochlear vnum ieiuno stomacho sumptum, & confert etiam in paroxysmo prædictorum morborum infusa.

Aqua Epileptica Horatii Augemii Professoris olim Patauini.

℞. fl. lauendul. manip. viij,
lilior. conual. Man. iij.
Macerentur sex diebus in lb. xxv. vini flavescentis & generosi vel maluarii: mox destillentur in Baln. Maria lento igne sine fumo & puluere: tum vero postea aqua destillata addito spes. diamosch. dulc. ℥ ℞,

visc. quercin. ℥ j.
sangu. mustel. prepar. ℥ vi,
fol. ruta sicca Man. j.
cubebar.
sem. citri an. ℥ iij. macerentur hæc quatruiduo, ac quod destillaueris vsu re seruetur: huius aquæ post tabulas suo loco præscriptas datur ℥ ℞. ex cochleari.

Sanguinem mustellæ præparatum quare inter pulueres.

Aqua Epileptica Herculis Saxonie, Professoris olim Patauini.

℞. calendul. maior.
minor.
herb. paralytiss,
ruta,
maioran.
pæon. an. Man. ℞,
coagul. leporin. ℥ j.
visci quercini ℥ iij.
cranii humani ℥ ij,
insundantur in s. g. aqua maiorana aut beton. destillentur.
Huius dosis est ℥ i. vel ℥ ii.

Aqua composita Eiusdem ad paralytin.

℞. sarsa parill. lb. iij.
sassafras ℥ vi,
fol. calamenth.
origan.
pulegii,
fol. iua arthrit.
hyssop.
prassii,
salvia,
rorismar.
beton.
maioran. an. Man. j.

Insundantur omnia in suffic. quant. vini cretici per dies tres, postea destillantur.

FFFF 3 destil-

destillationi adde piperis.

pyrethri,
castor.
sinapis,
caryophyllor.
cinnam.
zinzib.

cocti an. ʒ ij.
Macerentur per noctem. & iterum de-
stillentur. Dosis est ʒ ʒ.

Aqua epileptica Eiusdem.

ʒ. paxon. Mansip. j.
sem paxon. mascul. ʒ ij.
fol. maior an.

salvia
calendul maior.
herb. paralyf.
rusa an. M. j.

caryophyllor.
nucist.
zinzib. an. ʒ ij.
cerebri leporini. ʒ ij.
hirundinum nr. iiii.

Macerentur omnia in suffic. quant. vi-
ni albi per horas 24. deinde adde cra-
nii humani ʒ ʒ,
ether. Andr. sen. vet. opt. ʒ vj.

Ponantur in alembico & destillentur: do-
sis est ʒ j.

Aqua contra spasmus.

ʒ. fol. Lauri,
salvia M ʒ,
ros. rubr. ʒ vj.
lauendula ʒ ij. ʒ.
serpilli,
macis an. ʒ ʒ,
cinnamomi ʒ j.
rad. ireos ʒ iiii.
st. tilia M. j. ʒ.

Contundantur grosso modo: infundantur
in aq. st. tilia.

anth.
serpill.
salu. an. q. s. per tres dies, post-
ea in Baln. Mar. destillentur

Aqua odorifera.

ʒ. aq. rosar. lb. iiii.
fl. calendul. M. iiii.
caryoph.
cinnam. an. ʒ ʒ,
santal. citrin. ʒ vj.
macu. ʒ ij.
flor. spic. nostr.
styrac calamit.
benzoïn an. ʒ ʒ.

Omnia contundantur & infundantur
in vitrum in predicta aq. ros. Cui
adde vini maluat. ʒ iiii.

Deponantur in Sole per aliquot dies
deinde in Baln. Mar. destillentur.

**Aqua vita composita minor. D. Bechi bol-
di Ruui.**

ʒ. aq. vita perfecte Mens. j.
granor. suniper. contusor. Man. iiii.
Infundantur per tres dies, postea fiat de-
stillatio per Baln. Maria. in eo, quod
destillat, infundantur & maneat
fol. salvia

iua arthrit.
puleg. siccator.
an. Man. j.

croc. ʒ ij. reseruetur in vitro bene ob-
turato.

**Aqua vita D. Bernardi Roibachii con-
seruans totum corpus in sanitate &
est supra aurum & topa-
sium.**

ʒ. aq. vita simplic. lb. j.
vini maluatic. lb. ij.
cinnam ʒ iij.
caryophyll.
nucist. an. ʒ j.
granor. paradyf.
cubebar.
macis an. ʒ ʒ.
zodoar. ʒ iij.
zinziber ʒ j. ʒ.

roris-

rorismar.

hyssop. an. ʒ ʒ.

garyophyllat.

rad. ireos.

salvia.

meliss. an. ʒ ʒ.

menth. ʒ ʒ.

rosar. albar. ʒ ʒ.

galang. ʒ ij. omnia reponantur in vi-

trum capax.

addendo sacchari alb. ʒ iij.

vuar. passar. lb. lb.

aq. flor. sambuc.

endiua an. ʒ iij.

Omnia bene obturentur, reponantur ad Solem in diebus canicularib. per viginti dies, postea fiat colatura & destillatio per alembicum in Baln. Mar. & conseruetur in loco sicco, hyeme scil. in hypocausto, estate vero in calore Solis.

Aqua apoplectica Angelberti.

ʒ. rad. ireos.

aristol. rotund.

consolid. maior.

liquirit. ras.

althea.

sem. lini an. ʒ ʒ.

aloes epatic.

myrrha rubr. an. ʒ ʒ.

plantag. maior.

minor siccator. an. Man. lb.

Coq. in aq. font. lb. iij. ad consumption.

medietat. postea fiat fortis expressio in

colatura dissolue mellis rosar. ʒ iij. M.

Aqua Cordialis calida Herculis Sa-

xonis.

ʒ. cortic. citri.

fol. meliss.

ocymi.

vin. carozic.

ʒ. caryophyllat.

rorismar.

satureia.

fol. dipiana.

scord.

petrosel.

foenic. an. Manip. i.

Infundantur hac in suffic. quantis. vini odorati aut maluatici per tres dies, postea destillentur. & post destillationem iterum infundantur caryophyllat. mac.

nucista.

lign. aloes an. ʒ ij.

ac secundo destillentur, postquam destillationem addantur moschus & ambra. Huius aquae dosis est ʒ ij. vel iij. aut ad summam ʒ ʒ.

Alia aqua cordialis Eiusdem.

ʒ. succor. borrag.

bagloss.

meliss.

acetos.

oxylapath.

Trinitas.

bistort.

cyani maior. & minor.

ruta.

cappar.

calendul.

limon.

citri. an. lb. j.

acetis lb. ʒ.

sem. citr. ʒ ʒ.

portulac. ʒ ij.

flor. nympha.

puls. violar.

rosar. an. ʒ ʒ.

Terr. sigill.

bol. armen. oriental.

Terr. Samia an. ʒ ij.

spec. diatrion. santalor. ʒ ij.

camphor ʒ j.

Infundantur species in succis propostis, & macerentur per horas 24. tempore aestiuo; per tres dies vero hyeme in loco calido; deinde destillentur per alembicum vitreum in duplici vase. Huius aquae pos-

sunt

sunt præberi ꝑ iij. siue per se, siue cum pulueribus appropriatis mixta.

Aqua Sudorifera D. Sebaldi.

℞. rad. sars. parill.
liqui. sancti an. ℞. ℞.
rad. liquirit.
passul. mund. an. ꝑ iij.
cinnam. el. ꝑ ij.
rad. acor. vulg. ꝑ ℞.
aq. fontan. feruentiss. Mensur. iijj.
Mane coquantur ad consumpt. tertia partis, colentur: colatura expressa superfundatur nouis speciebus & de-
novo coquantur ad consumptionem tertia partis, postea totum imponatur in cucurbita vitrea & destilletur in balneo Maria.

Aqua hirundinum.

Iuuenes hirundines pulueriscentur, di-
tiusq. puluis cum castoreo & modico aceto
commisceatur & per alembicum destilletur.

Hæc aqua ieiuno stomacho bibita est
medicina contra morbum caducum de
quacunque materia prouenerit, etsi ho-
mo passus fuerit per multos annos. Item
bibita ieiune per nouem dies curat tuf-
sim: super omnes aquas, confirmat cere-
brum, purgat stomachum, pectus mollifi-
cat, nervos confortat, naturam hominis
augmentat, frigidus calefacit; cum *hyssopo*
cocta & ieiune bibita hydropem ex causa
frigida & febres quotidianas expellit. Ca-
ueant autem grauidæ, ne bibant. Siue e-
nim esset parrus sanguineus, cholericus
vel phlegmaticus, moreretur. Item bibita
ieiune remouet dolorem capitis facitque
hominem bene dormire, comedere, di-
gerere & sine impedimento urinam proii-
cere: remouet etiam crines, si locus cum
ea lauetur, vt nunquam ibidem accre-
scant.

Aqua hirundinum alia.

℞. hirund. ꝑ iijj,
castor. ꝑ iij,
rad. pæon. ꝑ ij. ℞.
fl. lil. conual. Manip. ij,
chamom.
maioran. an. Manip. j.
Macerentur in ꝑ. forti per 24. horas, de-
inde subfundito vini optimi rhenani
℞. vj. & per Baln. Maria destillato.

*Aqua Rhizotica Theodori Zyvis-
geri.*

℞. rad. angelic. ꝑ j,
wormentill.
zedoar. an. ꝑ ℞,
carlin.
diptamn. alb. an. ꝑ j,
Camphor. ꝑ j. omnia minuscule pulueri-
sentur, spiritu sq. vini generosi & a-
ceti destilletur an. tantum assunda-
tur, vt tres digitos species contegan-
tur, seruetur in vitro optime cooperio
pro communi usu.

Huius aquæ pro conditione virium &
morbi vnum vel duo cochlearia sumpta &
corpore in lecto bene tecto promouent
sudorem.

Nihil etiam mali in corpore humano
relinquit, sed omnē noxā per aluū, urinā,
& sudorem expellit. Ad præseruationem
sumitur eius quoquo mane cochlear di-
midium, aut integrum, per inclinationem
vitri effusar. Pro curatione vero sumitur
cum antidotis appropriatis.

*Aqua calida maior Conradi Ges-
neri.*

℞. rad. gentian. ꝑ ij,
enul. campan. ꝑ vj,
calam. arom.
galang. an. ꝑ j. ℞.
sem. carui,

fenic.

fenic.
anisi.
caryophyllat.
apii. an. ʒj.
cortic. citr. ʒij.
baccar. iuniper. Man. iiij.
cinnam. opt. ʒij.
fol. meliss.
hyssop.
ruca.
absynth.
adianth.
violar.
ceterach.
puleg.
beton.
agrimon.
rosar. rubr. an. M. ij.
fol. calamenth.
chamepyth.

ʒi borrag.
bugloss. an. M. j.
aq. fontana quant suffic. infunde per
4. dies in vase figulino, destillentur in
aqua cinnamomi.

Aqua calida minor Eiusdem.

ʒi. fol. salvia minor.
hyssop.
puleg. an. M. iiij.
zingib. ʒi.
cinnamom. ʒj.
sem. anis ʒij.
contund. & infund. in lib. ij. aq. fon-
tana. & sec. art. per vesicā destilletur.

Aqua frigida Eiusdem.

ʒi. fl. ros.
violar. an. M. ij.
borrag.
bugloss.
nymph. an. M. j.
sem. cucum.
cucurbit. an. pugil. j.
portulac.
lactuc.
papau alb.

nigran. ʒi.
fol. beton. M. ij.
rad. cicchor. M. j.
caryophyllat. ʒij.
aq. fontan. lb. iiij. infunde per horas tres.
destilla per bals. Mar.

Aqua Hermetica Horatii Augenii, quam
Albertus Menzelius professor In-
golstadiensis aquam hydrar-
gyri nuncupat.

ʒi. hydrarg. ʒiij.
aq. fontan. lb. ij. Misco in phiala
stricti orificii ar. fissime clausa, se-
peliatur in fimo equino per dies octo.
tum extrahatur phiala. & aqua per
filtrum diligenter extrahatur, ca-
uendo, ne hydrargyri portio incaute
excidat: abiecto autem hydrargyro
rursus aqua percoletur & usui ser-
uetur. Dosis in vermibus puerorum
ʒj. ʒi, in egre parturientib. ab ʒij. ʒi,
vsq; ad ʒiij. aestate datur frigida; a
liis vero temporibus calida.

Notanda de vsu hydrargyri.

Brasauolus ad necadum lumbricos per
os dat hydrargyrum.

Platerus part. 3. praxeos pag. 979. argen-
ti vivi ʒi innoxie sumitur contra vermes.
Et aqua, in quam portio argenti vivi infu-
sa in eaq; diu agitata & colata fuerit, si bi-
batur, lumbricos pellit.

Vide Matthiol. cap. 70. libri 5. in Dio-
scorid. Et cap. 23. lib. 6. in eundem & epistol.
6. libri 2.

Fracastorius asserit, quasdam mulieres
sumpsisse lb. j. hydrargyri ad perdendum
fœtum, quibus nihil nocuerit, nec fœtum
inde exclusum. Kenod. pagin. 294.

Aqua ad confortandam memoriam.

dicitur Donum gratie

Dei.

ʒi. aq. beton.
bugloss.

G 333

fl. tilia

fl. silia an. ʒj,
ardentis opt. lb. ℞.
fl. anth.
bugloss.

fol. maior an. an. M. j.
spec. confect. anar. ard. ʒij.
Infunde flores aliquandiu contusos
in aquis predictis, eo tempore quo col-
liguntur; stent ita simul in sole vel lo-
co digestionis per mensem; postea de-
stillentur per balneum Mariæ. Diui-
num est medicamentum, de quo om-
ni mane cochlear vnū sumatur, si-
mulq; nucha eodē illiniatur & fri-
cetur, ac debita diæta obseruetur.

*Aqua Conradi Gesneri ad ophthalmiam
antiquam.*

℥. mellis despumati ʒv,
sacchari candi ʒij,
fl. ros. rubr. Manip. ij.
rad. consolid. maior ʒj. ℞.
fenugr. aqua: pipida ter abluti & re-
siccati ʒj. ℞.
corn. cerv. vsti & vino abluti ʒ ℞.
spodii ex ebore ʒij,
cambor. ʒj. ℞.
limatur. chalybis ʒvj,
aq. fontan. chalybeat. q. s.
aut pro hac alterius aqua destillata.
Trita infundantur ad dies quatuor
vel quinque ad fornacem, destillen-
tur in cineribus ex arte. colligatur
liquor, qui primus emanat crassior,
hac aqua oculi subinde abluantur,
secta prius vena sub lingua, corpo-
re rite purgato, & diæta debita præ-
scripta.

*Aqua Viridis & plane cælestis ad oculos
& aliorum membrorum
affectus.*

℥. frumenti electi.
salis commun. an. lb. j.
vini albi optimi defacati Mensur. ij.
maceretur sal & frumentum in dicto vi-
no per tres dies in vase aëneo sēper cooperto,

agitando quotidie per dimidiam horam
cum baculo ligneo: quarto die adde thutia
elect. ʒ ℞. agitando etiam per horas quin-
que, quinto addas viridis aris ʒ ℞. pariter
agitando, sexto adde aloes ʒv. eodem pacto
agitando per dimidiam horam, septimo
die adde ʒ albi ʒ ℞. aut reliqua
agitando & sic ad duodecimum vsque
diem relinquatur omnia in materia sin-
gulis diebus agitando per horas quinque.
Transacto autem die duodecimo caute, ne
faces turbentur, quod clarum est, colabis
per inclinationem in vas vitreum & v-
sui seruabis. Viridis est aqua & acris,
curus talis vsus est & virtus: Guttula
eius vna cum guttulis ij. aquæ rosaceæ
in oculos laborantes albugine siue ma-
cula & aliis infirmitatibus immissa,
perfecte curat præmissa purgatione.
Accipies autem bombacem & infundes
oculo, corpore resupinato. Excedit om-
ne id, quod est præter naturā, roborat
visum, prohibet fluxū humorū ad oculos.
Valet contra aphthas, contra vlcera o-
culorum, suffusiones purgat, abstergit
ac reprimat, ne alii humores affluant,
visumque acuit. Præterea maxime
prodest sola admota gangræna, can-
cro, fistulis, vlcerib. malignis omnium
membrorum, præsertim pudendorum
virorum & mulierum. Denique perfe-
cta est medela omnium infectionum
cutaneorum. In æternum non corrup-
tetur, sed perpetuo durat. Est igitur
aqua diuina, mirabilium virtutum, quæ
paucorum sit impensis, & non magno
etiam labore.

Aqua Caponis cum speciebus.

℥. cinnam. ʒ ℞.
caryophyllor. ʒj.
macis ʒij.
been albi,
rubri,
xyloaloes.
santal. rubr.

offis de corde cervi,
margar.
carabe an. ʒ ʒ,
coriandr. prap ʒ j. ʒ.
flor. borrag.
bugloss.
rosar. an. ʒ iij,
sem. myrtill. ʒ ʒ,
fol. auri nr. iij,

Contunde omnia grosso modo. Mi. impo-
nanturq; in ventrem caponis euiscerati,
coquantur in aqua sufficiente ad separa-
tionem, tandemq; destillentur.

Aqua rosarum cum specie-
bus.

℞. aq. rosar. destill. ℔. ij,
fi. spica M. j,
puluer. cinnam.

caryophyllor. an. ʒ j,
infunde per dies octo, deinde per bal-
neum Mariae destilla, & se libet, adde
parum moschi.

Descriptio aque asthmatica, quam Ann.
1598. à Matthia Heyd, pharmacopœo
tunc temporis huius Reipubl. accepi illi
vero procul dubio à Io. Pistorio, Me-
dico Turlacensi commu-
nicata fuit.

℞. rad. enul. camp.
ungul. caballin. an. ʒ ʒ,
gentian. ʒ iij,
caryoph.
ziuzib. an. ʒ ij,
baccar. laur. excorticat.
granor. iuniper. an. ʒ ij. ʒ,
cinnam. elect.
cardamom. an. ʒ ij,
saluis,
maioran.
hyssop.
marrub.
irid. florent.
liquirit.

ruar. passar.
carn. dactyl.
amygd. dulc.
pinear. an. ʒ iij,
squilla prap ʒ ʒ,
pulm. vulp. prapar. ʒ j ʒ,
sem. foenic. ʒ ij. ʒ,
caricar. nr. iij,
mell. opt. ʒ j,
sacch. melis ʒ xvij,

Contusis omnibus infunde vini maluat.

Mens. j. aq. vitæ optima ℔. iij. stēt in
infusione per aliquot dies & postea
per Baln. Mariae destillentur.

Confert asthmaticis, orthopnoicis &
catarrho suffocatio ex causa frigida la-
borantibus ex cochleari sumpta.

Alia aqua pectoralis Eiusdem
Pistorii.

℞. fol. & flor. scabios. Manip. x.
hyssop.
tusilag. an. Manip. v.
pimpinell.

veron.
marrub. an. Manip. iij,
linar.
auricula muris,
saluis,

rorismar. an. Manip. ij,
rad. caryophyllat. ʒ x,
irid. florent.

heleni. an. ʒ iij,
pimpinell. italic.
symphyt.
urtic. an. ʒ j. ʒ,
ari. ʒ j,

sem. foenic.
anis. an. ʒ ij,
urtica,

galang. an. ʒ j, incisa omnia crassiuscule
& contrusa destillentur cum aqua fonta-
na per vesicam, seruentur aqua prima &
secunda, reliqua vero abiiciantur.

Aqua aurea pectoralis & antipleuritica.

℞. fol. & flor. scabios.
veron.

Gggg 2

hyssop.

hyssop.
 calamenth.
 auric. muris.
 iussilag.
 marrub. an. Manip. ij.
 fl. xoris mar.
 salvia.
 violar. an. Manip. j. s.
 prunell.
 pyrol.
 sabin.
 linaria an. Manip. j.
 rad. pimpinell.
 irid.
 helenii an. ʒ ij. s.
 gentian.
 ari.
 asari.
 diptamn alb.
 urtic. an. ʒ j. s.
 Tartar ʒ ij.
 galang. ʒ ij.
 caryophyllor. ʒ ij. maseantur in seri capri-
 prini vel aquar. destillatar. videlicet aq.
 marrub.
 hyssop.
 iussilag.
 veron. an. lb j.
 destilletur in vasis vitreis in Balm. Maria:
 naso alembici impone.
 cinnam. ʒ ij.
 styrac. calamis. ʒ j.
 caryophyllor. ʒ j. Excipe primam & se-
 cundam aquam; tertiam vero ab-
 uice.
 Aqua antipleuritica aurea minor.
 fl. acac. Manip. ij.
 borrag.
 fol. card. Maria. an. M. j.
 scabios.
 card. ben.
 veron.
 beton.
 ruta murar.
 hed. terr. an. M. s.
 myrrh ʒ s.

croci. ʒ ij. diebus quindecim mace-
 rentur in vino veteri quant. suffic.
 ad specierum concoctionem & postea
 destillentur.

Aqua aurea apostematica maior Ve-
 netorum.

fl. ruta murar.
 ruta.
 heder. terr.
 veron.
 puleg.
 scabios.
 card. Mar.
 bened.
 hyssop.
 foenic.
 prassii. alb.
 hepatic.
 fumar.
 semperuiui.
 salvia angustifol.
 meliss.
 menth. crisp.
 lauend. cum florib.
 charesfol.
 beton.
 taraxac.
 mors. diabol.
 maior an. an. p j.
 fl. cheiri.
 bugloss.
 borrag.
 acac.
 sambuc.
 anth an p s.
 maceantur dieb. 14. in vino veteri.
 postea destillentur.
 Aqua stomachalis D. Bernardi Rorbachii
 pro ventriculo humido & frigido. per
 cuius consensum caput etiam
 tali dyscrasia la-
 borat.
 fl. aq. meliss.
 mentha an. lb j.
 card. bened. lb s.

chamom.
 beton. an. ℥ iij,
 maioran. ℥ ij,
 spec. diagalang. ℥ vj.
 aromac. caryophyll. ℥ iij,
 diamosch. dulc.
 diamb. an. ℥ j.
 calam. aromac.
 cinnam. sel. an. ℥ ij.
 zinzib. ℥ i ℞.

puluerisanda puluerisensur, misceantur si-
 mul. & in vitro reponantur ad solem per octo
 dies, postea destillentur per alembicum in
 Balneo Maria. Hac aqua destillata ite-
 rum fundatur super faces, secundo destil-
 letur & tertio reiteretur. Eiusque cochlea-
 ria duo vel tria cum subduplo vini mal-
 uatici vel clareti tribus horis ante pran-
 dium sumantur.

Aqua celestis contra pestem & ve-
 nena.

℥ cinnam.
 caryoph.
 nucista.
 zinzib.
 zedoar.
 galang.
 piper. long.
 rotund.
 cortic. citri.
 citrangul.
 spic. nardi.
 lign. aloes.
 cubeb. ar.
 cardam.
 calam. aromac.
 chamadr.
 chamepith.
 mac.
 thuris alb.
 tormentill.
 hermodactyl.
 medull. ebuli.
 bacc. iuniper.
 lauri.
 sem & fl. matricar.

apii.
 acetos.
 anis.
 citri.
 fl. salvia.
 basilicon.
 sambuc.
 rosar. rubr. & albar.

fol. ruta.
 scabios.
 lunaria min.
 agrimon.
 centaur.
 fumar.
 pimpinell.
 taraxac.
 euphras.
 capillor. ven.
 capillor. monachi.
 endiv.

aloes epatic. an. ℥ ij.
 ficuum siccarum.
 passular.
 daetyl. sine ossib.
 amygd. dulc.
 granor. pini. an. ℥ j.
 rhabarb.
 ambr. an. ℥ ij.
 aq. vita. opt. ad quantitatem omniu.
 ad specierum lb j. sacch. lb iij.
 mell. alb. lb ij.

Adder ad. gentian.

anch.

nigell.

bryonia.

sem. absynth. an. ℥ ℞. ponantur in
 botia. obturentur octo dies, tandemque
 destillentur.

Aqua Ioannis Pistorii ad mouendos
 menses.

℥ splenem unum bouis castrati, incida-
 tur minutissime,
 adde fol. & fl. centaur. minor.
 matricar. an. Manip. iij.
 marrub. Man. ij.
 rorismar.

Gggg 3

pulg.

puleg.
 sabin. an. Manip. j.
 rad. hirundinar.
 aristol. long.
 dimptam.
 leuistic.
 asari an. ʒj.
 sem. scenic.
 dauci an. ʒvj.
 baccar. heder.
 lauri an. ʒʒ.
 ag. centaur. minor.
 matricar.
 artemis. an. ʒj.
 macerentur per diem & noctem, inde di-
 ligenter destillentur in Balneo Maria; ex-
 cipiatur prima & secunda aqua in vitro,
 omniaq; artissime obturentur. deinde
 ʒ. calami aromatici ʒj. ʒ.
 piper. longi.
 macis an. ʒj.
 rad. irid. florent. ʒij ʒ.
 hac iterum vitro excipe, affunde aqua
 prioris quantum ex destillatione col-
 legisti. & in vitro ocluso in loco calido
 repono.

Aqua diuretica D. Brabachii, Medici
Coloniensis.

ʒ. fol. herniaria,
 dictamn. cretici,
 pulegii,
 serpilli,
 beton.
 comar. sabina,
 fl. melilot. an. Manip. j.
 rad. ononid. ʒj.
 petrosel.
 cappar.
 fanic.
 liquirit.
 pimpinell. vulgar. an. ʒvj.
 baccar. alkekeng. ʒj.
 sem. siler. montan.
 petrosel. macedon.
 faenicul.
 apii,

baccar. laur. an. ʒj. ʒ.
 nucleor. perscor.
 ceraior.
 prunor. an. ʒvj.
 sacchar. ʒvj.
 concisa minutim & contusa infundan-
 tur in lib. viij aquae ononid. & lib. v.
 vini per 24. horas, deinde destillentur in
 Balneo Maria secundum artem.

Liquor diureticus ex nucleis D. Bech-
tholdi Riuii.

ʒ. fl. sambuc. exiccator. ʒvj.
 amygd. amar. ʒv.
 nucl. perscor. ʒxij.
 ceras. ʒviij.
 incidantur & contund. sec. art. gross.
 modo, adde vini maluat mēsur. nostr.
 ij. ʒ., destillentur in Balneo Maria.

Alius Eiusdem.

ʒ. glandiū nō omnino maturor. nr. xxx,
 stercor. columb. Manip. viij,
 acet. acerrim.
 vini boni odorati an. ʒiiij,
 incidantur incidenda, destillentur
 & in vase vitr. bene obturato refer-
 netur.

Aqua florum genista D.
Flockii.

ʒ. fl. genist. rec. M. iij,
 ceterach.
 capill. vener.
 pentaphyll.
 polii Montani an. p. iij,
 chelidon. M. j,
 rad. ononid. ʒij. ʒ.
 card. ben.
 costi dulc. an. ʒij,
 liquirit. ʒj ʒ.
 sem. saxifrag.
 milii solis,
 asparag.
 baccar. iunip. an. ʒiiij,
 sem. anisi ʒij,
 sangu. hirci prap. ʒij,

rhabarb. ζ ii.
 baccar. lauri
 coriic. cassie.
 agarici an. ζ vi.
 nucl. persicor. ζ iiij.
 schœnanth. ζ ij.
 galang.
 zinzib. an. ζ b.
 maceris ζ vi.
 sal. gemmei ζ vi.
 caryoph.
 mastic an. ζ ij.
 cinnam. ζ vi.
 cass. lign. ζ ij.
 mithrid opt. ζ ij.
 vini albi optimi Mensur. ij. stent in
 infusione per 14. dies, deinde secundū
 artem destillentur.

Aqua ad calculum renum & vesica
 Herculis Saxonie.

℞. aq. asparagi,
 critibmi marini.
 sem. fenic. sylvestr.
 communis,
 saxifrag.
 parietar.
 ol. sambuc. an. ℞. b.
 succi limon. ζ ij.
 nucleor. ceras.
 amygd. amar.

persicor an. ζ j. b. infundantur
 nuclei in vino maluatico per diem
 naturalem. omnia postea miscantur
 & in alembico vitreo destillentur.

Præbeantur huius aquæ ζ vi. cum pul-
 uere nephritico inter pulueres descripto.

Aqua Antonii Galli ad dolores
 antiquos luis vene-
 ree.

℞. lacca,
 aloes cum aq. myrti lota an. ζ b.
 rad. emula,
 fol. scord.
 card. bened.
 heder. an. Manip. j.

infundantur omnia in suffic. quant. a-
 qua vita. deinde ponantur in vase vitreo
 bene obturato in sinum equinum per xi.
 dies elapso hoc tempore effundatur illa a-
 qua, cui adde præcipitati. & ut in lib. 9.
 panthei Herculis Saxonie cap. 12. vide-
 re est, præparati ζ j.
 crystalli puluerisat. ζ ij. Iterum infun-
 dantur in aqua illa & m. neant per alios
 xi. dies in sino equino, Extracta aqua
 existimatur fortissima ad antiquatos
 dolores. Sed quia quantitas illius aquæ
 non debet excedere decem vel duode-
 cim guttas, ideo misceri poterit vel
 cum aqua betonic. vel borrag. vel alia
 consimili.

Aqua ex albuminibus ouorum Horatii
 Augenii.

℞. alumin. Rocha ζ ij.
 aq. rosar.
 plantag an. ζ ij.
 succ. rosar.
 plantag.
 portulac. an. ζ ij.
 nicotiana ζ ij.
 album. ouor nr. xv. Miscantur o-
 mnia, & posita in alembico destillon-
 tur in duplici vase lento igne & sine
 fumo diligenter. & in vase vitreo re-
 ponatur ad usum. Facit ad caruncu-
 lam in collo vetice.

Aqua cerasorum sylue-
 strium.

℞. ceras. sylvestr. cum lapillis.
 contusor. mensur. j.
 fl. lauendul. Manip. j.
 synap. alb. puluerisat. ζ v. Mi.
 infunde in vino generoso per aliquot
 dies, postea destilla.

Aqua soporifera Horatii
 Augenii.

℞. opii thebaici.
 alliorum & corticibus mundator. ζ ij.
 Allia

Allia pistillo ligneo contundantur in
pila marmorea, mox addatur opium
tritum & bene incorporentur, ut fiat
cecu opiata; hæc in cornuta leuissimo
igne destilletur in cineribus. Cum
hac aqua, si opus fuerit tempora,
frontem, carpumque inuage, ca-
uendo tamen, ne extra necessita-
tē vsurpetur. Valet eiusmodi aqua
melancholicis, maniacis, phreniti-
cis & in omnibus morbis, in quibus
vigiliæ inducuntur.

Alia aqua Eiusdem ad
idem.

℞. succ. papau. vtriusq. an ℥ ss,
hyoscyami albi & nigri. an. ʒ ij,
portulac.

lactuc.

nenuphar. an. ʒ iij.

fabar. inuersar. ℥ ss,

sem. papau. vtriusque.

rad. fabar. inuersar. an. ʒ ij.

sem. lolii ℥ ss,

hyoscyam. alb. & rubri. ʒ iij.

xyloaloes,

nuc. methel. an. ʒ j ss,

sem. portulac.

scariol.

lactuc. an. ʒ j,

endiuia ʒ j.

Contundantur & ponantur per tres dies
in vase vitreo & destillentur.

Huius aquæ detur ʒ j. cum vino aut a-
qua aliqua accommodata prout affectus
natura postulauerit.

FINIS RENODÆI.

PHARMA-

503
P H A R M A C O -
P O E A D O G M A T I -
C O R V M R E S T I -
T V T A ,

*P R E T I O S I S S E L E C T I S Q V E H E R M E -
t i c o r u m f l o r i b u s a b u n d e i l l u s t r a t a .*

A V C T O R E
I O S . Q V E R C E T A N O , C O N S .
E T M E D I C O R E G I O .

Hhhh

AV-

A V C T O R
B E N E V O L O
L E C T O R I S.



N. beneuole Lector, Pharmacopœam meam quam DOGMATICORVM RESTITVTÆ titulo inscribo. Equidem non ignoro, quin nonnulli inuidentiæ maledicentiq; facibus incitati occasionem inde mihi detrahendi capient, quasi titulus hic superbo nimis elatoq; supercilio, inaudita nescio quæ arrogantia insolentiq; signa præ se ferat. Sed per lustratis prius haud grauatim iis omnibus, quæ hoc libro continentur, accurataque rationis bilance libratis & expensis, me sane nullo vituperio suggillandum æstimabis: imo contra dignum asseres, cui publico nomine referatur gratia. Quidni n. gratias candidus rerum æstimator rependat, qui tot studiorum meorum fructus, assiduis vigiliis & laborib. inter plura negotia elucubratos, ex praxi medica, quæ continuo nec infelici quadraginta annorum exercitio sum aggressus, comparatos, tamq; è propria manuum experientia, quam ex conuersatione ac colloquio cum viris totius Europæ doctissimis & celeberrimis, cum quibus familiariter me nunquam non gloriabor contulisse, exhaustos, nunc in tuum usum gratis propensoque animi motu expendam: quamuis iisdem non sine magnis sumptibus, labore ac sudore in variis ac longinquis meis peregrinationibus potitus ante fuerim.

Sûma nec pauca numero remedia necessaria, & vtili reformatione expolita, aliaque diuersi generis ornameta, quæ hoc in libro ubiq; inspersa occurrunt, animi meum impulerunt, vt hoc titulo illum donandû & insigniendum statuerem: nō tamen eum in finem, quasi aliorum antiquorum & probatorum auctorum remedia bona & vtilia, vno quasi conatu repudianda, prorsusq; abroganda & è medio tollenda existimarem: quandoquidē super idem fundamentum eandemq; seruata materia ædificium nostrum extruximus. At vero in malam & sinistram partem minime accipiendum est, quod ad imitationem aliorum, qui ante me idem conati sunt, nunc in pharmaceutrice paulo exquisitius expolienda & exornanda, meam quantulamcunque conferam opellam. Si quid mea industria & artificio inuentum & elaboratum accesserit, id in laudem, quæ totius inuentionis mater est fecunda, alitrix atq; conciliatrix ingeniorum, verti ac imputari debet.

Vanum est autem credere medicinæ, sicut & aliarum omnium artium perfectionem eo peruenisse, vt per tot temporum ac seculorum mutationes nihil in ea immutandum, nihil corrigendum, nihilque addendum aut demendum obieciatur: neq; vllus est, modo animi paulo attentius aduertat, cui id ignotum esse possit.

Hoc libro cunctas remediorum interiorum præparationes explicatas inuenies, quorum in medicina summa est utilitas & necessitas, nec non maximus apud dogmaticos vsus: in quibus si interdum relicta illa communi & trita via, aliam faciliorem & commodiorem tibi præmonstrandam secuti fuerimus, id mente non aduersa, sed candida & sincera accipias, velim. Liberum enim tibi relinquo, si forte timeas, ne per hanc semitam, quam vt tutiorem & certiore tibi indigeramus, in deuias Syrtis & vada corripiaris, ve alteram illam cunctis obuiam pro tuo arbitrio & libito prosequaris.

Quod si certior factus fuero, te laborib. nostris in publici boni gratiâ susceptis fauifse, eosq; sereno placidoq; vultu respexisse, multo maiores pollicitis atq; præstitis inopinato quidem euentu, sed certa & indubitata fide tibi thesauros exhibebimus. Vale.

IOS. QVER-

I O S. Q V E R C E T A -
N I C O N S. M E D I C I Q V E
R E G I I,

Pharmacopœæ Dogmaticorum restitutæ,

Et per PETRUM VFFENBACHIVM REIPVBL. MOENO-
francofurtensis Medicum ordinarium locupletata.

C A P V T I.

De Medicamenti definitione & diuisione.



Medicamentorum Dogmaticorum exactam restitutionemque pharmacia horis succis inter tot negotia traditurus, opera pretium esse duxi, aliquid de medicamenti definitione, compositionumque causis generaliter prætari, hæc eadem exactius alio loco discussurus.

Quid medicamentum Galeno.

Medicamentum igitur Galeno & omnibus Dogmaticis Medicis est id omne, quod naturam nostram immutare, & quocumque licet modo vincere potest.

Hoc autem vel simpliciter tale est, vel secundum quid. Simpliciter tale pure medicamentum dicitur, quod vere & semper cum definitione modo allata adæquatur & conuertitur. Secundum quid medicamentum, licet non ita proprie, dicere possumus omne id, quod cum alimentum natura quouis modo vel aliqua sui parte participat. Eiusmodi appellantur medicamenta alimentosa, & alimenta medicamentosa, (absit Medicis terminis nouita-

ris inuidia) de quibus alias, quæ etiam, si lubet, commode huc referri possunt.

Medicamento velut è diametro est oppositum alimentum: illud enim immutat, hoc simile fit. Mutare & assimilare sunt contraria Ergo & illa, quæ hoc efficiunt. Iam vero medicamentum de utroque intermedio, hoc est, de medicamento alimentoso, & alimento medicamentoso recedit, atque participat, sic etiam & alimentum. Sed id ea lege atque conditione, vt medicamento adinius sit medicamentum alimentosum, alimento alimentum medicamentosum, cuius rei ratio infra dicitur.

Differentia inter medicamentum & alimentum.

De medicamento hoc opere propositum est agere, siue proprie, siue imp. oprie sumpto, non autem de alimento. Placuit tamen hæc in tractationis limine ita distinguere, iuxta illud accuratum in Topicis Aristotelis decretum, *contemplatio differentiarum vtilis est, & ad inductiuas rationes, & ad syllogismos, & ad definitionum assignationem, & ad claritatem secundum eam rem faciendam.*

t. Top. c. 14.

Medicamentum est vel simplex, vel compositum.

Iam vero omne medicamentum aut simplex est, aut compositum. Simplex appellant Medici non tantum id, quod pure & simpliciter tale est, cuiusmodi ignis purus, aqua impermixta, aut tale quid aliud, & in Spagyrica, sal, sulphur, & mercurius: sed quod ad composita collatum, tale esse videtur respectu eius, quod magis compositum est, ut verius simplicius dicas, quam absolute simplex. Compositum autem est omne id, quod ex simplicibus prædictis concinnatum est. Vtriusque exempla hæc sunt.

Simplicia.

Simplicia ex mineralibus sunt, metalla, succi, lapides: Ex vegetabilibus stirpes omnes, earumque partes, radix, lignum, cortex, folia, flores, fructus, semina, iuli, excrementa, resinae, gummi, herbarum succi, denique quicquid à stirpibus quocunque tandem modo procedit.

Ex animalibus sunt, vel integra, vel partes. Integra sunt scinei, onisci seu aselli, lumbrici, scorpiones, cantharides, aliaque plurima. Partes eorum sunt adipēs, cornua, ossa diuersa, pili, sanguis, pulmones, ventriculi, lienes, vteri, iecinora, excrementa, &c.

Hæc, inquam, omnia *naturalia* simplicia in officinis appellantur, quæ nullam adhuc præparationem sunt experta. Sunt namque & alia etiamnum in Pharmacopæorum officinis dicta simplicia, non tamen à natura, sed *arte* parata, ut aquæ stillatiuæ simplices, olea simplicia, syrapi simplices, & his similia. quæ collatione cum magis compositis eiusdem formæ medicamenti talia dicuntur, viceque versa composita dici merentur. Horum omnium cognitio exacta Medico Dogmatico non tantum utilis est, sed etiam necessaria, vel ipso Galeno, Dogmaticorum Medicorum omnium coryphæo multis in locis illud attestante, *com. 3. in aph. 1. sect. 5. & 6. Epid.* Idem Galenus hanc methodum medicamentorum præparandi atque componendi fusc ac doctè tradidit in suo opere de *compositioe medicamentorum secundū genera.*

Porro medicamentorum omnium tum simplicium, tum compositorum materia vel ex mineralium, vel ex vegetabilium, vel denique ex animalium familia depro-mittitur, ut iam dictum est. Quorum omnia perfecta cognitio consistit in delectu, præparatione, mixtione, compositione, quantitate, proportione atque forma, & præterea in omnium tam simplicium, quàm compositorum administratione atque usu legitimo.

Electio ex arte fit indicatione sumpta à substantia medicamenti, vel, ut nuperi quidem profundius philosophantes voluerunt, à totius substantiæ proprietate, à qualitatibus omnis generis, earumque gradibus primis, secundis, tertiis, quartis, horumque latitudinibus, à quantitate, numero, figura, situ, loco, & postremo à tempore tum durationis, tum collectionis, quæ omnia breuitatis causa fusc hic non exponemus. Sed de his consulendi sunt veteres, ut Dioscorides, Galenus, Mesue, Theophrastus, & alii, qui de medicamentorum præparandorum ratione scripserunt.

Præparationem vero, mixtionem, compositionem, quantitatem seu dosim, proportionem atque formam nos in progressu docebimus.

C A P. II.

De causis compositionis medicamentorum secundum doctrinam Dogmaticorum.

NON avaritiæ, aut hominum voluptatis inuentum est compositio medicamentorum, ut Plinius clamitat, & more suo haud semel tragice tanquam officinarum commenta perstringit: sed eorum, qui dogmaticam medicinam tuetur atque sectantur, (quæ suo loco, suo tempore, sua occasione rite cum spagyrica contemperata, probatissimam & nobilissimam censemus) summo consilio, summa prudentia, summaque necessitate, quam utilitate adiuuenta atque introducta.

ducta. Nam ipsæmet morborum vel simplicium, vel compositorum naturæ, qualitateque contrariæ & variæ circa eos intentiones (pro varietate causarum, symptomatum, partium affectarum, naturæ ægrotantium, conditioneque eorundem pro ætatis vigore, consuetudine, addam & illud, si lubet, pro voluptate & placito eorundem) medicamentorum compositioni ansam præbuerunt, rationemque suppeditauerunt.

Sed vt libere fateamur, quod res est, compositionis medicamentorum præcipua causa fuit & esse debet, vt commodius, citius, tutius atque iucundius morborum curatio procedat, iuxta illud, quod in votis habuit summus Medicorum dictator: *Cito, tuto, iucunde.*

Ad etiamnum vrgentior & efficacior causa fuit, vt diligentius, & quo fieri potuit, maxime circumspicere artificiosè respicerent ad impugnationem causæ morbificæ, nimirum, vt adhuc influentem materiam repellerent, nascetem prohiberent, crudam coquerent, crassam inciderent atque attenuarent, infarctam liberarent, extirparentque, vt eleganter hanc rem explicat Galenus *cap. 5. lib. 1. de comp. med. secundum genera.*

Interim dum hæc omnia sunt ad partium situm, naturam, robur vel debilitatè respicere par fuit. Hæc, inquam, omnia occasionem & necessitatem quoque pepererunt compositionis diuersorum medicamentorum. Sunt & plurimæ aliæ causæ, quæ hanc medicamentorum mixtionem introducere Medicos Dogmaticos coegerunt. Nam vt omittam alias plurimas, quid non suadere videbatur ad hoc institutum partium affectarum diuersitas, distinctaque conditio, ac interdum etiam contraria? Quid, inquam, antiquos compulit, vt sua πολύχρηστα pararent atque concinnarent? quæ sane ab ipsomet Gal. laudantur & commendantur, *cap. 7. secundæ loc. & cap. 1. de Comp. med. secundæ generæ.*

Enimvero partis affectæ præstantia eadem medicamentorum compositionem iure optimo sibi vendicauit: hæc ratio, hoc iudicium, ista denique necessitas (quæ secundum quid & propter melius vocant Philosophi) suasisit, & quasi coegit eos, vt affectibus, vel ventriculi, vel hepatis accommodatis medicamentis perpetuo resoluentibus aut apertentibus roborantia & modice adstringentia coniungerent. Hoc sane ipsomet præcipit Galenus, vt *passim. sic potissimum lib. 1. de composition. med. secundæ loc. cap. 8. & cap. 15. l. 13. method. med. & cap. 95. artis parua.*

Sic medicamenta etiam sæpissime miscentur, quæ proprietate quadam specifica partes respicientes aliorum vires ad affectas partes ferant. Sic in medicamentis, quibus in affectibus capitis vtimur, cephalica admiscemus, vt & in remediis, quæ cordis, ventriculi, hepatis, lienis, & vteri affectibus conducunt, cardiaca, stomachica, hepatica, splenica, hysterica admiscetur, vt ex Galeno *lib. de comp. med. sec. gener. c. 1. intelligere licet.*

Præterea miscentur quoque medicamenta, quando simplicia propter sui crassitiam aliamve quandam ob causam ad partem affectam internam non peruenire, aut certe vix & ægre pertingere possunt. Idcirco parant sua oxycrata, & metallicis tritis acetum admisceri iubet ipsomet Galenus *cap. 1. lib. 3. de Comp. medic. sec. gener. quo nimirum facilius ad intima usque penetrare possint.*

Sed & huic mixtioni simplicium studere, ipsa quoque necessitas compulit Dogmaticos. Nam cum perciperet, plurimis medicamentis simplicibus, maxime vero purgantibus, inesse aliquam malignitatè, coacti sunt multa addere, quæ eam corrigerent, aut saltem infringerent, & palato atque naribus gratiam aliquam commendarent, atque ingrati saporis, ac nauseabundi molestiæ vel reprimeret, vel certe quodammodo obfuscarent, Gal. teste *c. 3. l. 8. secundæ loc. & com. in aph. 11. l. 2. & de rat. vict. in acutis.*

Et quoniam medicamenta non præparantur solum in rem præsentem, sed etiam in usus futuros, nempe ut quouis tempore & quavis occasione sint in promptu, ideo, ut & multis aliis de causis, referuare ea pharmacopœi consueuerunt, idque etiam ex summi dictatoris consilio, *lib. de decenti ornatu*. Quare ne putredinem contrahant, suis compositionibus ea admiscent, quæ humiditatem excrementitiam putredinis auctorem exsiccent & absumant, ut sic integra ad plusculos non solum menses, sed & annos, viribusque valentibus conseruari possint. Quæ de causa mel, saccharum, sal, & his alia similia commiscenda censent.

Porro si quis alias compositionis medicamentorum causas, & quæ ad legitimam medicamentorum mixtionem comparandam requirantur, exactius scire velit, consulat Mesuem *in princip. Theorematis 2*. Exacte etiam Galen *in locis citatis*, ut illius hac de re mentem consequatur. Cuius tamen fundamenta & institutum paucis etiam hoc loco libet delineare.

Galenus itaque postquam morbos ex intemperie simplici & nuda subortos, & cum materiæ affluxu introduxisset, symptomatum manifestis iniuriis animum adhibens, humorumque vitia, ex quibus morbi deriuantur ipsorum copia, asperitate, visciditate, crassitie, mollicie, cruditate collocasset, istis aduersa opponenda esse remedia ex lege contrariorum cœsuit. Itaque alteratis & intemperatis, calida, frigida, humida, sicca, causarum vitii expurgantia, læuigantia, attenuantia, incidentia, relaxantia, constringentia, concoquentia, & his similia opponenda esse decreuit. Saporum proinde beneficio, & applicatione, (vnde indicatio illa à iuuantibus & lædentibus) partim etiam præcorum experientiam, partim propriam industriam, aut etiam empiricorum, partim analogica quadam ratione, atque coniectura ad eiusmodi virium atque facultatum cognitionem peruenit.

Iam vero postquam idem Gal. (quæ erant summa industria atque ingenio præditus) deprehendisset in vna simplici que substantia interdum dissimiles & contrarias inesse proprietates, hic correctione atque retuisione alterutris obsistendum esse iudicauit, (quamuis contrarias illas qualitates leuiuscule tantum, & velut per transennam solummodo attigerit) hoc autem aliter fieri non posse putauit, quam admixtione alterius alicuius, vel vnius, vel plurium. Rursus quia in medicamentis simplicibus, vel pauca, vel nimia inerat vis agendi, aut odores & sapes erant ingrati, aut facultates contrariæ, omnia obstacula hæc sustulit mixtione & compositione iam à nobis commemorata. Itemque violentis remediis proprias & anodynas correctiones attulit, venenatis & malignis confortantia & cordialia adiunxit, ingratisque remediorum amaritudinem cum mellis & sacchari fœcunditate ab Arabibus deprompta, in quandam dulcedinem, sed ut ingenue fatear, plerisque nausebundam transformauit.

Atque hæc sunt causæ & potissimæ rationes Dogmaticorum, cur sua medicamenta miscerent, ut tot compositiones suis Pharmacopœis parandas, & tot pyxides, phialas, scatulas atque ollas medicinis refertas ad usum referuandas præciperent, quibus non tantum se addictos volunt, sed omnes reliquos, qui medicinam profitentur, empiricos appellantes illos atque ignaros, qui huic non tanquam delphicis quibusdam præceptionibus confidunt. At mehercule, ut non vsque quaque improbo ordinem talè in arte præscriptum, ita tyrannidem inconsideratam omnino abdicandam censeo. Toleranda sane esset vel illa, si non, ut habet *ad dīyios*, ut plurimum *aliud in scripto, aliud in pyxide* reperiretur. Sed age, ut constet etiam illud eorum nobis probari institutum, proponamus, & per classes digeramus, quicquid & olim, & hodie in officinis medicamentorum paratum & adseruatum sit: singulaque,

Quid Galen-
num moue-
rit ad medi-
camento-
rum compo-
sitionem.

Quid au-
thorem ad
reforma-
dam medi-
camentorū

preparatio-
nem impel-
lat.

gulaque, qua ratione fiant in officinis, qua recte, que perperam perpendamus. Subinde si quid nouimus melius publici commodi, & salutis agrotantium iuniorumque Medicorum (quibus hic noster labor totus dicatus esto) gratia in medium proferamus, & nostris experimentis, propria, magna ex parte, industria conquistis collustremus. Ita fiet, spero, vt nec noua profus aut nostra, sed veterum dogmaticorum Medicorum placita recte intellecta restituta, nostrisque inuētis aucta, nasutissimus quisque, vel ipsemet Theon fateatur.

CAP. III.

De ordine & classe omnium medicamentorum, vel arte vel ratione compositorum.

CONSuetVM est hodie officinis, & quasi in legem abiit, pharmacopœorumque hodie præcipuam curam, summumque studium esse nouimus, vt ad omnis generis affectus peculiaria sibi remedia parent, eaque in officinis ceu thesauros quosdã in vsum dogmaticorum Medicorum adseruent. Nimirum, vt felici operis successu, id postulante necessitate, in pròptu statim habeant, quo artis nominisque sui dignitatem & gloriam augeant atque tueantur. Veteres quidem, vt iam supra monuimus, in domo sua conficienda curabant remedia, quibus in casu præcipiti vsuri essent, vel etiam ex tempore, si morbo daret inducias. At hodie, quia separata habetur fere pharmacopœa à medicina, hæcque à liberali disciplina non mirum, si desciuerit (excusent, quæso, modesti & prudentis ingenii viri) fere in mechanicam, quod pharmacopœorum inscix tribuendum est, qui nullo iudicio, consilioque Medicorum Doctorum directi, sua parant medicamenta. Sed aliter est melius multo ab iis, qui re ipsa veri sunt pharmacopœi, quique nihil nisi ex arte & Præceptorum auctoritate & imperio ducti agunt, talia parari solent.

Veteres non
publice in
officinis, sed
domi priuati-
m sua me-
dicamenta
prepara-
bant.

Catalogus medicamentorum, quæ hoc libro continentur.

Aqua
Decocta
Vina
Aceta
Oxymelita
Hydromelita
Syrupi
Purgantia
Pilula
Pulueres purgantes
Vomitoria
Clysters
Elect. Caput purgia
Nasalta
Aphlegmatismi
Eclegmata
Cōfectiones aromatica seu species roborantes.
Tabella
Trochisci
Condita
Opata
Conserua
Antidot. liquid. card. & robo.
Antidot. alexiter.
Antidot. opiat. seu Hipnot.

Extracta
Essentia
Magisteria
Arcana
Liquores Sulphurei
Sales.

At in nonnullis istis formulis præparandis, varix operationes inseruiunt, nempe,

Distillatio
Maceratio
Decoctio
Infusio
Expressio
Puluerisatio
Trituratio
Mixtio
Conseruatio, & similes.

Itemque di-
uersarum
rerum.

Operatio-
nes vulga-
res pharma-
copœorum.

Quæ

Quæ omnia mera sunt operationes à pharmacopœi industria dependentes.

De his omnibus & singulis ordine sumus acturi, præparationumque modos consuetos & non consuetos, sed tamen ad artis præscriptum convenientes tradituri.

De operationibus autem aliis, quibus nonnullæ præparationes peritiles æque ac elegantes perficiuntur, quæque minime vulgares ab arte chymica mutuandæ veniunt (artem, inquam, non pharmacopœis solummodo, sed omnibus veris Medicis, qui nomine & re tales haberi velint, cognitu imprimis necessariam) paulo post, capite nimirum sequenti dicemus.

Nunc autem prout ordo ac methodus nostra postulat, ordiemur ab operationibus vulgarioribus, & apud ipsosmet pharmacopœos communibus, initium sumētes à destillatione, ex cuius reformatione benignus lector summam tum iucunditatem, tum utilitatem percipiet.

C A P. IV.

De aquis destillatis & de destillatione in genere.

POSTERIOR fere ætas aquis stillatitiis maxime incumbit, ut eas parandi ars hodie mulierum verius esse videatur, quàm Medicorum. Ergo methodo, & ordini nostro incepto insistentes, dicamus prius, quæ & quales aquæ hodie habeantur in officinis. Deinde quomodo ab iis parentur: Tum in quo delinquant & peccent in earundem præparatione, & qua arte atque industria parari debeant aquæ stillatitiæ, clare & veraciter docebimus. Tandem plures pulcherrimarum, utilissimarumque aquarum tam simplicium, quam compositarum longa experientia atque industria, multorumque ægotantium cum salute atque solatio conquisitarum, & in usum translatarum, descriptiones & præparationes aliquot proponemus: sicque caput hoc de aquis, secundum dogmaticam medicinam paratis, finiemus.

Sed antequam ista omnia fiant, cursim in genere de destillatione, & ad eam pertinentibus rebus ac operationibus differēdā. Etsi destillatio Spagyrica sit inuentū, & in Spagyrica potius pharmacopœa de ea agi conveniat, ita tamen hodie non tantum in officinis, sed apud vulgus quoque innotuit, ut destillationis modum plurimos se intelligere putare videam, paucos vero, qui ea in re aliud recti atque perfecti sciunt. Non possum itaque non summam, quæ ad illam pertinent, hoc loco opportuno complecti, maxime cum id pharmacopœæ, quam informare & corrigere intendimus, sit opus haud minimum, reliquum, quicquid esse potest specialioris considerationis, in aliud, quod paramus, opus referuatur.

Alchymia ergo seu spagyrica, quæ inter quatuor medicinæ columnas à nonnullis recensetur, quæque omnium corporum compositiones, & dissolutiones, eorumque præparationes, alterationes, atque exaltationes patefacit, illa, inquam, & destillationis quoque inuentrix est, atque magistra. Vitur namque ea septem operibus ac veluti gradibus, quibus tanquam organis quibusdam necessariis rerum transformationes instituit atque perficit. Per transformationem autē hoc in loco intelligimus, cum res suam formam extrinsecam amittit, & ita alteratur, ut prorsus priori substantiæ, & formæ suæ pristinae non sit similis, sed aliam nunc induit formam atque aliam assumit essentiam, alium colorem, aliam denique naturam & proprietatem. Exemplum esto, ut cum liateamen fit papyrus: metallum vitrum: pelles seu coria gluten: herba cinis: cinis sal, & sal liquor: mercurius res mobilis admodum quoddam fixum, ut cinabrium & pulvis. Septem autem isti operationum gradus sunt.

*Calcinatio
Digestio
Fermentatio
Destillatio*

*Destillatio
Spagyrica
inuentum.*

Quid transmutatio.

*Septem operationes
Spagyrica.*

Circu

*Circulatio
Sublimatio
Fixatio.*

De quorum omnium utilitatibus hic maxime operari nobis differi nihil attinet, cum ea in hoc opere passim & alio quodam, si Deus vitam & ortum concesserit, exactius sint manifestanda & aperienda. Quamquam autem solutio seu putrefactio ut plurimum precedat, aut certe precedere debeat distillationem in ipsa praxi placuit tamen primo loco de hac agere, tanquam de principaliori operatione, communiori, & ad quam reliquae fere referantur, vel saltem propter eam fiant. Hic multa dici possent de distillationis Etymo: cur sic appelletur? An distillatio differat ab elixatione: item de antiquitate distillationis, de dignitate, eiusdemque utilitate: An praestent distillata decoctis dilutisque? Sed ista omnia in aliud tempus sunt referenda.

Distillatio autem, de qua hic orationem instituimus, est liquoris aequi seu partis humidioris in halitus à calore extenuatio atque elevatio, & ob frigiditatem aeris in aquam conuersio. Vel est pura & liquida substantia à dispositis adhuc corporibus extractio per calorem.

Arabes, & qui eos secuti sunt complures, nonnunquam appellarunt sublimationem latiori nomine, quia in sublime vapores feruntur, sed spagiricis haud satis proprio. Nam alius gradus est à distillatione diuersus sublimatio, in qua in altum vapores à rebus siccis attolluntur, sed non ut in aquam degenerent; verum ut sicciores, puriores, splendidioreque fiant, adhæreantque ad valis latera & operculum. Neque enim, quod ad sublimationem proprie dictam pertinet, rostrato pileo opus est, nisi sit colligendi aquam animus, quæ exundabit. Itaque, ut ex rebus terrestribus partes puriores separentur, sublimantur sulphura volatilia, & sales volatiles. Cum distillatio contra in aquam fluens seu liquorem eas adducat, ex defini-

tione distillationis facile patet, quænam sint ea, quæ distillari possint. Cum enim distillatio nihil sit aliud, quam liquoris aequi seu rei humidioris in vapores extenuatio, & in aquam conuersio: satis inde constat, ea tantum distillari posse, quæ & humiditatem in se continent & halitus emittunt, qui rursus in liquorem fluentem cogi possint. Peripatetica Philosophia Princeps Architectus Aristot. constituit discrimen inter ea, quæ exhalant, & quæ euaporant. Nam *exhalant*, inquit, *quæ à calido comburente fumum emittunt, in quo sicca & humida partes ita coniunctæ sunt, ut non tanquam duo, sed ut unum calido subiciantur, & diuelli una pars ab altera non queat.* Quamobrem huiusmodi fumus neque madefacit, oblit cum combustum sibi iunctum, neque in spiritum vertitur, cum distrahatur, dissipeturque, sed magis inficit, quod in fumo lignorum videtur, qui, ut docet Albert. Magnus, ob siccum terreum adustum atro inficit colore, qui adhæret propter humidum, quod tamen cum exiguum sit, non continuus est, & durus apparet, nisi ab vinctuoso educatur. Tum enim nidorem appellant, quemadmodum è pingui, fuliginem, ut ex resinis fere omnibus fit fuligo. Quid vero interfit inter pingue & vinctuosum, Aristoteles insinuat. Nam *Discr. inter picem, ceram, thus & quæcumque picem habent, pingua vocat: Oleum autem & quæcumque oleosa sunt, vinctuosa. Videtur itaque ex his, quæ Aristoteles prodidit, colligi posse, ligna, ossa, oleum, ceram, thus, & huiusmodi distillari non posse, cum horum fumi non madescant ex ipsius sententia, sed in aerem extenuentur, nec possint in aquam cogi. Oleum enim ex sententia Aristotelis non incrassatur, neque elixatur, quia non est vaporabile, sed exhalabile. Ad hæc cum idem dicat, myrrham, thus, & cætera, quæ lachrymæ appellantur, terrea esse, quæ autem talia sint, non exhalare, cum nequaquam liquantur: Quapropter frustra eorum*

*Distillatio
quid.*

*Discr. inter
pingue &
vinctuosum
& inter il-
la, quæ de-
stillari pos-
sunt, vel nō
possunt.*

*Distillatio
quid?*

*Quomodo
differat de-
stillatio à
sublimatio-
ne.*

rum instituetur aut suscipietur destillatio. Satis etiam perspicue idem Aristoteles asserit, mel, lac, oleum, salem, nitrum & sanguinem in igne non euaporari, sed crassiora reddi: causamque adferens, ait, ideo id euenire, quod mel sit naturæ terreæ, lac aeræ, & aquæ, & sanguinem (præsertim fibrosum) aquæ & terreæ, sed magis terreæ, sal, nitrumque eiusdem naturæ, quare incrassari igne, non euaporari.

*Hermetico-
rum Philo-
sophorum
sententia de
rebus destil-
landis.*

At mehercule contrarium nos docet Philosophia Hermetica, ipsa experientia rationum victrice stipata. Nam ex prædictis omnibus stillatitii liquores elici possunt, sed per diuersos modos, ut norunt id vel semestres Spagirici, & nos suis locis exactius docebimus. Nec est omittendum etiam illud Aristotelis, & præsci illius æui ætate multa vera fuisse, præsertim quæ de hac dissolutionum ac eliquationum materia disputari possunt. Vera, inquam, non simpliciter, sed secundum quid, quia eiusmodi operationes Chymicæ istis temporibus nondum innotuerant. Nondum sane cognitum erat, qua ratione liquores ex salicibus elicenterentur, quæ vel corporum durissima metalla dissoluerent. Non olei ex cera conficiendi ratio, non sublimatio corporum fixorum atque solutio, non coagulatio volatiliū atque spirituum. Et ut breuibus rem comprehendam, ad externum & ordinarium naturæ calorem respexit vir ille, cuius vires, & exacte cognitæ habebat, & quid in vnam quamque materiam posset, ita in artificialibus hæc ipsum aut non exercitatum fuisse, aut certe de iis nihil prodidisse, satis constat ex iis, quæ ab illo prodita ad hanc nostram ætatem peruenerunt. Si enim cognitæ habuisset operationes chymicas, non ita scripsisset summus ille vir. Sed ex iis principis & fundamentis, quæ posuit ille, Geometricorum more & recte, & euidenter, & candide decreuit. At inquires, *vnus rei vnica tantum veritas.* At inquam, *veritas non est, nisi in animo percipi-
entis: veritas, inquam, considerationum &*

operum artis, nevtiquam vero scientia, quæ perpetuo vna est & simplex. At artis veritas etiam variat, pro artificum ingenio, industria, & inuentionis modo, pro quorum diuersitate effectus sæpe contrarii consequuntur. Ergo Aristoteles excusandus est hac ratione, & præterea ei gratia quoque habenda, quod tam viuis, & tanta facilitate comprehensibilibus ac externis rationibus posteritatem docuerit. Non tamen ita suspiciendus est, ut huic nihil detrahi, nihil demi posse videatur. Nam artes contrarium docent & ex his potissimum nobilissima illa pharmacopœa, quam artificiosam appellamus, & apagirica nihil nisi nomine solo, differre existimamus.

Itaque longe aliter atque diuersa ratione de rebus hodie decernendum, statuendumque est, postquam tot aquarum, tot liquorum, tot præparationū genera (quod dixerim ipsis præscis, si reuiuiscerent) miracula futura sunt introducta.

Enimuero si vel Hippocrates, vel Aristoteles, vel ipse etiam Galenus nunc reuiuisceret, obstupesceret sane tot ornamentis artem hanc adauctam atque illustratam, tot nouis inuentis ditatam, tot mirificis operationibus confirmatam. Quod si nuperus ille Budæus, lumen illud Gallicæ, & vniuersæ adeo Europæ præcipuus literarum cultor & restitutor, coniugis mæ auus, in vltima hac ætate miratus sit Chrytulcam aquam, quam fortem vocant, dissolueret metalla, quod tamen illo seculo non vsque adeo infrequens erat, quid quæso facerent aut dicerent illi, qui nihil istorum nec cogitarunt. ac ne subolferunt quidem? Verissimū itaque est, quod sapientum quidam Medicorum nostri seculi ait: *Creuerunt cum ingenio & ipsa scientia, artesque magna & inestimabilia incrementa sumpserunt.* Sed ut (quod nostræ ingenuitatis sit atque modestiæ) tueamur, quantum licet præscos illos Athlantes, fatebimur vel vltro, eo caloris modo, hoc est, externo, eoque artificii ignis

Budæus.

ignis vulgari, de quo Aristot. loquitur, & rusticis ac coquis notissimo, dissolui ea nō posse atque destillari. At posse tamen & dissolui, & separari, in sua principia ingeniosis machinationibus artificum, in regimine ignis tam interni, quam externi, nos in hoc & aliis nostris operibus methodo perfacili docebimus atque declarabimus.

C A P. V.

De destillationum differentiis.

DESTILLATIONIS modi diuersi sunt pro diuersis rationibus, modis atque subiectis, vnde diuersæ destillationis differentiæ exurgunt. Prima à rebus, à quibus humorem vel liquorē elicimus, desumitur. Nam alio modo mel, alio sulphur, alio vinum, alio cera, alio terebinthina, gummi, vt mastiche, euphorbium, styrax, & reliqua eiusmodi; alio sales, alio herbarum, alio radices, alio flores, alio denique semina destillantur.

Secunda ex differentia liquoris stillati desumitur: nam aliter aquæ seu stillati liquoris, longe autem diuerso modo olea ipsa eliciuntur. Exempli causa ex herbis, floribus, radicibus & seminibus non siccis, sed virentibus aquæ per simplicem destillationem eliciuntur sine admixtione alicuius liquoris. At ex radicibus, herbis, floribus & seminibus siccis, & odoratis præsertim, mediante aqua, aut quouis aliquo alio liquore admixto, olea supernantantia eliciuntur.

Tertia differentia à materia & figura vasis dependet. A materia: nam aliud est terreum, aliud æneum, aliud plumbeum, aliud vitreum. A figura: alius namque destillationis modus per alembicum, alius per cornutam, alius per matracium, alius per pellicanum, &c.

Quarta à vasis situ: fit n. vel recta cucurbita, vel incurua aut inclinata, cuiusmodi destillationes per ascensum dicimus, seu cum vnus matracii (quod vocant) seu cucurbitæ collum in alterius collum immititur, quod bociam contra bociam, vel bo-

tum barbatum destillatores chymici nuncupant. Nimirum quando per concursum vasa ita iunguntur, vt alterum alterius os excipiat, idque diuerso posito & situ recto, obliquo, procumbente, &c. Atque his fere destillantur, quæ difficile ascendant, succique minus habent. Multa etiam per descensum destillantur, vase eo, quod materiam continet, inuersam alteri imposito, qui modus per descensum vocatur, & contrarius est ei, qui fit per ascensum. Per descensum destillantur gagates, & varii generis ligna, vt Gaiacinum, iuniperinum & resinarum genera. Quod si vero accipiamus latius destillationis nomen, vt sit humidæeductio à calore, ad hanc etiam referri poterit ea, quæ per descensum fit in uerbo cucurbitæ ore.

Quinta à gradibus ignis, qui sunt quatuor, primus, secundus, tertius, quartus. Primus est lentus, qualis est ignis baluræ aut vaporis: secundus cinerum: tertius arenæ vel scobis ferri: quartus est ignis nudus, vt vocant.

Cum primo aut secundo ignis gradu destillamus per ascensum: cum tertio & quarto, per concursum & descensum. Sic destillantur olea ex salibus, vt sale communi, vitriolo, & reliquis huiusmodi. Item

Destillatio complectitur sub se tanquam partes ac veluti succenturiatæ, aut certe haud multum abimiles operationes.

Exaltationem
Exhalationem
Circulationem
Rectificationem
Cohobationem

Exaltatio est *superflui & impuri humoris à puro euaporatio*, in quo differt à destillatione, in qualiquores extrahuntur specie vaporis congelati in liquorem seu aquam.

At *exhalatio fit penitus euaporato humore aqueo*, idque sola cucurbita absque pileo, aut patella vitrea, cuiusmodi operatio frequens

5.
Quatuor ignis gradus.

Exaltatio quid.

Exhalatio.

1.
Varia destillationis differentia.

2.

3.

4.

quæns est & consueta in paradisi extractis, essentia croci, fennæ, radicum omnium, rhabarbari, hellebori, & similibus, uti docebimus.

Circulatio. Circulatio est frequens & crebra rei destillata ascensio in vasis ad id accommodatis, fitque per se, sine fœcibus in organis, quæ pellecani artificibus appellantur.

Rectificatio. Rectificatio est repetita liquorum destillatio, quo multum purificentur; & magis exaltentur.

Cohobatio. Cohobatio est quoque destillationis repetitio, qua liquor destillatus rursus fœcibus affunditur & denuo destillatur, ut fit in arcano vitrioli.

Porro per destillationem omnes aquæ, liquores & olea præliciuntur ex omnibus lignis, herbis, seminibus & floribus. Ex omnibus vero pinguis oleum potissimum extrahitur.

C A P. V L.

*De destillationis quibusdam quasi prælu-
diis, comitibus & veluti ancillis, nempe fer-
mentatione, concoctione & maceratione,
operibus apprimè pharmacopœo
necessariis.*

NON sufficiat pharmacopœo simplici tenuisse destillationis modum, de quo iam egimus in genere, sed opus habet insuper, ut præparationes sibi inferuientes exacte cognoscat, si, ut industrius pharmacopœus debet, suas res ex arte parare velit.

Eiusmodi autem sunt fermentatio, concoctio atque digestio. Quas operationes si rite intellexerit, naturam quodammodo imitatus, varias pulchras atque utiles præparationes efficere poterit. Nec pharmacopœum tantum easdem nouisse par est, sed ipsum etiam Medicum, pharmacopœis præcipientem, si suo honori & ægrotantium saluti consultum velit. Sed talia hodie ita in despectum abierunt, ut vel ne-

*Operationes
Chymica, in
Medico, quæ
pharmacopœo
cogniti
necessaria
sunt.*

gligant ista multi, vel certe superciliose contemnant, nescientes nimirum, quid utilitatis eiusmodi præparationes in recessu habeant. Et certe non video, cui potius causæ eiusmodi pertinacissimum despectum tribuam, nisi meræ ignorantia, cum satis notum sit, non contemni aliquid, nisi ab ignorante. Necessitatem aspiciant vitæ nostræ, ut discant eam coegisse nos quærere præparationes ciborum ad alimenta corporis necessariorum, in quibus tamen præparandis tanta forte necessitas non fuit, quanta debet esse in præparatione medicamentorum sanitatis causæ generatorum. Respiciant frumenta, quæ non cruda, qualia ex terra emerferunt, statim pro cibis offeruntur, sed separata prius palea & surfure in farinam rediguntur, quæ etiam non cruda, sed fermentata rite probeque subacta pinfitur & coquitur, ut fiat panis aptus nutritioni. Non itaque vana tantum & simplex præparatio est panificium, sed multiplex, artificiosa, & insignis magisterium. Nam fermentationem considera, qua panis leuis & ad nutritionem aptissimus fit, tantoque leuior atque salubrior, quanto magis fuerit fermentatus. Ponderosior vero tanto, nutritioni ineptior & insalubrior, quanto minus fermentatus fuerit. Quæ sane præparatio si non præcedat, sed farinæ simplici aqua affusa, & ita cocta, pro pane, glutinum naturæ noxium parabis. Nunquid vides, ut amyllum, res tenacissima, sola aquæ infusione paretur? aut panis non fermentatus, si cum modico aquæ irroretur, digitisque subigatur, in tenacem, ceream, & prorsus glutinosam substantiam abeat? Quid igitur putas futurum in stomacho atque visceribus, præsertim debilibus, si eiusmodi offeratur? nempe talis nihil aliud, quam obstructions, materiam calculosam, & plurimorum morborum seminaria procreare potest. Quapropter in regimine therapeutico eiusmodi vsum, cuiusmodi sunt placentæ farinacæ pistæ (fougaf-

*Panificij
præparatio
qualis.*

*Fermentatio
tionis cogni-
tio omnino
necessaria.*

les vocant nostri) pistoria opera & simili-
am pastarum non probe fermentatarum
curiose interdicerent. Nectamen,
quod mirum est, satis attente ad causas,
cur id faciant, aduertunt. At sciant, eam
solam ob causam fieri potissimum, quod
pasta, ex quibus eiusmodi panes fiunt,
non rite sint fermentate. Tantum prodest
hec preparatio, ut Pharmaco poto omnino
cognitu sit necessaria. Hæc quippe atten-
nuat omnem substantiam, hanc soluit à
suo corpore & impuritate terrestri, ut a-
pta fiat postea ad producendum verum
balsamum radicalem atque spiritum viui-
ficum. Huius solius fermentationis bene-
ficio (ut postea pluribus patebit) eliciun-
tur aquæ vitæ ex omnibus seminibus fa-
rinaceis atque adeo ex ipsis etiam rosis,
denique ex omnibus floribus, herbis, &
in vniuersum vegetabilibus cunctis. Per
hanc fermentationem seu fermentum
hoc naturæ pari modo omnes corporis
nostri humores attenuantur subtiliantur-
que. Hinc cognoscas licet, quemadmo-
dum vel modicum acidi fermenti vni-
uersam pastam fermentat, & panem le-
uissimum, atque concoctu facillimum
reddit, qui alioqui futurus erat grauis, &
ad digestionem ineptus: ita etiam per e-
andem viam fermentationis, quæ consi-
stet in liquore quodam acetoso naturæ,
nostros humores attenuari, atque ad ex-
cretionem disponi, ideoque sunt quedam
acida, quæ sudores mouent, quamuis ea
ex Medicorum vulgari sententia sint frigi-
da. Et sane qui eiusmodi preparatio-
nem, quæ per fermentationem fit, panif-
icio non adhiberet, sed tantum grana fru-
menti, sicut à natura producta sunt, aquæ
incoqueret, quid quæso gratiæ tam nobi-
li alimento conciliaret? Quid utilitatis
adferret naturæ? Imo quid non molestiæ
eidem ex re alioquin nobilissima utilissi-
maque crearet? At parantur hoc modo,
atque hucusque medicamenta in officinis.
Non dicam homines absque panificio
etiam fermentato viuere non posse: No-

tum n. est, & tradunt historiz, plures na-
tiones magna ex parte simplici hordei,
aut leguminum vel radicum (ut hodie so-
lent Indi Americani) decocto viuere. At
nostros homines absq; eo æque commode
atque salubriter viuere posse, illud vero
pernego. Digni sunt profecto, qui alia cõ-
cedant, qui nolunt meliora. Nimiocrassa
hercle ista medicatio, & suis cultorib. tantũ
digna. Referamus, ex epli gratia, quod om-
nib. notũ est, quid agatur cũ vino. Hu-
ius pulchrã preparationẽ, qui nõ attento
& philosophico animo contẽplatur, non
meretur sane, ut bibat. Primũ separantur
racemi, vinacea, pelliculæ, tũ exprimitur
succus, hic rursus in doliis suamet natura
effuerescit, spumam eicit, fæces deponit
atq; tartaream materiã, donec depuretur
perfecte. Quæ profecto preparatio, licet
naturalis quodammodo sit, iuuatur tamen
ab arte. Frustra namque vinum à natura
prætoleris, si non exprimas succum, & ri-
te preparatum in dolia infundas. Nec si-
milis utilitas ex viuis, quæ ex vino. Helue-
ticos milites nouimus, ceu strage quadã
vineta obruisse, vnaq; magna voracitate
depauisse. At quid accidit? Nimirum cru-
dum non coctum, nec rite fermentatum
vinum, quod vorare, quam bibere malue-
runt, voracitatis inconsideratæ (licet for-
te ob famem utcumque necessariæ) dede-
runt pœnas. Nam dysenteria paulo post
maxima eorum pars interiit. Salubrius &
lætius egissent, si quo vnice gaudent,
merum perfectum & rite fermentatum
fuisent prætolati. Quid dicam dere-
liquis cibis? Carnes non crudæ, sed debite
coctæ atq; conditæ comeduntur. Eadem
quoque ratio est in aliis cibis.

Nunquid vides, ut industriæ percipi-
da mulierculæ nonnullæ, suis ægotanti-
bus ex carnibus & volatilibus, parare no-
rint colaturas, gelatinas consummata?
At hæc extracta sunt. Separantur quippe
terrestria à laudatiori substantia, & æ-
gro conducibiliori. Cur non idem faci-
mus de medicamentis? Egri certe natura,

*Ad vini
perfectionem
quales re-
quirantur
operationes.*

*Extractorũ
preparando-
rum ratio,
mulierculis
haud igno-
ra.*

iam plus satis prostrata, crudos istos cibos sustinere nequit, sed ab iis patitur, aut etiam succumbit. Quanto istud magis fiat à medicamentis non rite præparatis, & ab impuriori sua substantia seiunctis? Nihil profecto aliud, quam impedit eiusmodi impuritas, quo minus medicamenti vis gemina cum hoste suo, morbo, inquam, eiusque causa congregiatur, eumque vincat. commode atque pessundet.

Quid igitur fiet de iis medicinis, quæ non tantum cruditatem in se continent, sed malignam quoque qualitatem aliquam: & talem non separatam aut rite præparatam, vel castigatam etiam porro exhibere audebimus? Solent, & (proh dolor) solent ac nimis vere sæpe, inquam, solent, eiusmodi decocta, pulverata, mixta, nec alio vlllo artificio parata medicamenta ægris plus molestiæ (ne quid grauius dicam) adferre, quam solatii atque auxilii. Non itaque spernendæ aut negligendæ sunt eiusmodi præparaciones, concoctiones, inquam, digestiones & fermentationes. Næ hæc si fiant, ad imitationem fient natura, quæ iisdem vitur operationibus ad perfectè maturandos fructus, resque, qua producit vniuersas Sed pergamus.

Aristoteles in quarto meteorum tres constituit *πρωτοί* siue concoctionis species. Prima est *πρωτοί*, quæ est humoris in humido semine existentis & indefiniti à calore naturali facta concoctio. Modus autem hic concoquendi, maturandi atque perficiendi plantarum & reliquarum rerum semina, vt germinent, & fructus vberrimos producere possint, est opus solius naturæ, quæ pro instrumento vitur illo calore viuifico, qui elemento stellarum proportione responderet, vt idemmet ait Aristoteles. Hunc ars si non imitari, ipsius tamen sequi vestigia potest. Secunda, concoctionis species est *εφθρασις* seu elixatio, quæ est indefiniti in humore existentis concoctio, ab humido calore facta. Tertia & vltima est *δρασις* seu assatio, quæ est eiusdem interminati à calore arido, &

alieno facta concoctio.

Hæ duæ vltimæ concoctiones ab arte præsertim fiunt, circa quarum moderationem diligentes pharmacopœos erudimus, diligentes, inquam, & verorum Medicorum artisque obseruantes, non nugiuendulos, qui candelas, faces & nescio quid ridiculi conficere, atque diuendere malit, & mercatoria merce officinas suas opplere, quam veris artis operibus incumbere, suamque & artis, quam temere profitentur, dignitatem tueri. Sint igitur pro liberalibus mercenarii & sordidi, non artifices, artisque (quotquot sunt humano generi summe necessariæ, & almæ medicinæ famulæ) cultores, sed mercatores, mechanici, spem in pompa collocantes atque lucro. *Hostem in vrbe malim videre, quam hos nebulones. Ab illo enim cauere norunt sibi ciues: at ab istorum perfidia, quam vel ignorantia, vel malitia, vel sane negligentia sua præstant, quis sibi cauebit, nisi qui eosdem extra urbium pomeria eiiciet atque exterminabit?* De impostoribus hoc dico, & Pharmacopœis titulum falso vsurpantibus, ac mercatoriam auaritiæ causa cum ea confundentibus, non de candidis, bonis atque diligentibus, ad quos hic noster labor pertinet, quibusque hæc nostra studia & adnotationes in salutem plurimorum, ipsorumque laudem & emolumentum dicata sunt.

Sed latius digressi sumus, ac forte extra ipsa etiam instituti pomeria: placuit tamen in re non parui momenti, vtrumque hoc loco arrepta occasione & nostram sententiã proferre. Nunc vero ad propositum redeamus, ad digestiones, inquam, tantopere operibus pharmaceuticis necessarias, quarum vtilitates ad purificationes & exactas atque veras omnium rerum concoctiones facile percipient, qui eas rite adhibebunt. Opus est tantum vel vnico Balneo Mariæ, vel saltem cacabo pleno aqua, quæ vel tepida, vel calida ad ignem, si opus sit, reddi possit. Nam differentias & earum

*Crudorum
pharmacorum.
Et sine
artificio di-
gestorum
quanta in-
commoda.*

*Concoctio-
nis differen-
tia.
πρωτοί.*

εφθρασις.

δρασις.

*Legitimi &
veri Phar-
macopœi à
spuriis di-
stinguun-
tur.*

*Necessitas
& vtilitas
digestionis.*

earum regimen p oſtea trademus. Hoc medio apozemata atq; decocta pura & clarificata parabuntur, non vt illa, quæ vulgo ouialbumine repurgata, hoc eſt, craſſo illo modo parata, vel vnus quartæ horæ ſpatio omnem fæcem in fundum depouunt, quam tamen iterata agitatione cum liquore perfuſam miſero agro obrudere non erubelcunt. Has fæces paucis aliquot horulis ſeparabimus per digeſtionem, viribus nihilominus integris ſeruatis, aut certe etiam longe valentioribus redditis, dempto nimirum eo, quod laudatoris eſſentia vim atque actiones obtundere, obſcuſcare, aut penitus impedire poſſet.

Sic ſolatio erimus ægris, ſic naturam eius tuebimur, morboq; minore eius moleſtia fræna iniiciemus, donec à natura ſpecifici medicamenti ope adiuta penitus extirpetur extermineturque.

Eadem porro digeſtione perfecte depurantur ſucci radicum, foliorum, florû, vt docebitur in progreſſu. Et quod magis etiam eſt, dum digeruntur, coquantur etiam, hoc eſt, dulcorantur, atque per Balneum Mar. humido liquore ſeu vapore ſeparato in ſyrupi conſiſtentiam rediguntur, quem diu ſeruabis abſque melle vel ſaccharo. Vt vel hinc conſtet, veriffime ab Ariſtotele prolatum, *omnia concoctione dulceſcere*, id, quod experientia vere cõfirmat. Aut ne quid noui introducere videar in officinas, & à Pharmacoceptorum communi methodo, duas tertias tamen ſacchari minus, quam ſolent, in rite digeſto atque concocto ſucco addendas ſuaſeo, vt palato magis deſeruiam. Exempli gratia, in quo ſyrupo antea poſuerant ſacchari lib. iij. iam vnâ tantum adiciant, eritque talis ſyrupus minoribus paratus ſumptibus, nihilominus longe vtilior, & qui longe minori poſſit exhiberi doſi, quæ tamen communibus illis longe ſit efficacior. Nâ cochlear vnicum *ſyrupi de ſucco roſarum pallidarum* hoc modo parati ſufficiet ad euacuationem ſufficientem moliendam. Cum interim ſyruporum, vt vulgo ſolent

confici, vix plures vnciæ ſufficiant. Nec mirum, quid enim aliud fere in iis, quam ſaccharum cum minima ſucci quantitate? At notum eſt, ſaccharum nec purgare, nec refrigerare, quod tamen conditio *ſyrupi roſarum pallidarum* maxime requirit. Sed de his prolixius ſuo loco agemus.

CAP. VII.

De Aquis.

Opportunum iam eſt, vt quam tradituri ſumus pharmaciam in ordinem, ducto à liquoribus (quibus ipſa) exordio, remediaque ſingula eadem methodo diſcutientes, redigamus. At quoniam inter liquores omnes aquæ primum ſibi vendicant locum, earum deſcriptiones præmittere operæ pretium eſſe duxi. Has autem in ſimplices & compoſitas diuidemus.

Ex ſimplicibus aliæ ſunt calidæ, aliæ frigida, aliæ denique mediam inter vtraſq; qualitatem retinent. Calidis ad humoris pituitoſi ac melancholici (quos frigidos eſſe autumant) præparationem vtuntur: frigida vero ad bilis omnes ſpecies, (quæ calidæ, igniſque in homine naturam retinere exiſtimantur, quemadmodum pituita aquæ, & melancholia terræ) præparandas vſurpantur.

Aquæ autem calidæ, quas Pharmacopœus in officina ſua paratas adſeruare, omnique tempore deſtillare debet, ſunt hæ ſequentes.

A Q V Æ.

Aquæ calidæ.

Abrotani.
Allii.
Anethi.
Abſynthii.
Ambroſiana.
Artemiſia.
Baſiliconis.

Omnia concoctione dulceſcunt.

Bardana.
Betonica.
Calamenti.
Chamomilla.
Carduibenedicti.
Centaurii.
Ceparum.
Chelidonia.
Ebuli.
Esula minoris.
Evula campana.
Euphragii.
Fœniculi.
Hyssopti.
Iridis.
Iua arthritica.
Iuniperi.
Lauendula.
Maiorana.
Marrubii.
Matricaria.
Meliloti.
Melissa.
Nucum viridium.
Florum nucum.
Origani.
Petroselini.
Pœonia.
Pulegii.
Raphani.
Rorismarini.
Ruta.
Sabina.
Salvia.
Satureia.
Serpilli &c.
 Frigidæ sunt.
Acetosa.
Borraginis.
Buglossi.
Cerasorum acid.
Cerasorum nigr.
Cichorii.
Succi citri.
Cucumeris.
Cucurbita.
Endivia.

Fructus fragaria.
Lactuca.
Limonum.
Melonum.
Nympha.
Papaveris albi.
Papaveris rubri.
Plantaginis.
Portulaca.
Pyrorum agrestium.
Ranarum, aut
potius spermatis illarum.
Rosarum.
Semperuini.
Solani.
Sorborum.
Violarum.
 Temperatæ sunt. |
Adianti.
Agrimonia.
Alchimilla.
Alkekengi.
Althea.
Argentaria.
Asparagi.
Barba hircina.
Bursa pastoris.
Calendula.
Caprifolii.
Casii recentis.
Cerefolii.
Ceterach.
Citoniorum.
Consolida utriusque.
Ebuli.
Eupatorii Auic.
Filicis.
Fraxini.
Fumaria.
Genista.
Halicacabi.
Iua arthritica.
Lapathi acuti.
Lilii conuall.
Lupuli.
Malua.
Mercurialis.

Milli folis.
 Nucum viridinum.
 Parietaria.
 Primula veris.
 Polytrichi.
 Pomorum redolentium.
 Prunella.
 Sambuci.
 Scabiosa.
 Scolopenarii.
 Senecionis.
 Tamaricis.
 Tapsi barbati.
 Tussilaginis.
 Valeriana.
 Verbasci.
 Verbena.
 Verminum terrestrium.
 Veronica.
 Vlmaria.
 Vrtice.
 Verrucaria.

Inter enumeratas aquas aliæ sunt cephalicæ, & cerebri affectibus accommodatæ, siue hi generales sint, siue particulares & proprii, & aurium, oculorum, & reliquarum capitium partium morbi.

Aquæ cephalicæ siue cerebrales sunt, aqua basiliconis, veronicæ, calendulæ, calamenti, iuniperi, lili conuall. maioranæ, melissæ, pœoniæ, primulæ veris, rosmarini, satureiæ, serpilli, florû tiliæ arboris, visci querni. Omnes hæ aquæ frigidorum humorum, qui in cerebro existunt, pituitæ nempe, ac melancholiæ præparationi inferuiunt, ac potissimum quidē Aquæ Basiliconis, betonice, saluic, rosmarini, stæchados, serpilli, apoplexiæ, reliquisque eiusmodi soporiferis affectibus ex pituita & humore crudo natis dicatæ sunt.

Aqua anapoplectica.

Contra Paralyfin.

Aquæ calendulæ, granorum iuniperi, primulæ veris (quæ & herba paralyfis dicitur) mire ac specificè ad paralyfin conducunt.

Antepileptica.

Aquæ pœoniæ, lili conuall. florum tiliæ arboris, visci querni antepilepticæ nominantur, vt ipsa etiam ceraforum nigrorum aqua.)

Aqua fraxini cum suo sale mixta specificum est ad surditatem non inueteratam *Contra surditatem.* remedium.

Aquæ chelidonii, euphrasiæ, sceniculi, rosarum, & peculi rosarum, caprifoli ophthalmicæ sunt, ac aliæ quidem oculorum inflammationibus, aliæ reliquis eorum affectibus, imo & acuendæ ipsorum aciei conseruandæque accommodatæ sunt. *Ophthalmica.*

Aquæ bardanæ, chamomillæ, enulæ campanæ, iridis, hyssopi, vrtice, peti, adiati, scabiosæ, tussilaginis, buglossi, borraginis, violarum, papaueris rubri, pectoris vitis mirifice conducunt, ex quibus quidem aliæ humori crasso viscidoque bronchiis pulmonum contento attenuando, & iuuandæ expectorationi; aliæ vero tenuiori ac subtiliori in crassando per se, aut syrupo conuenienti immixtæ mirum in modum conferunt. *Pectorales.*

Aqua papaueris rubri, (quam semper paratam Pharmacopœi habere deberent) singulare specificumque ex intensissimo rubore notum, ad peripneumoniam, pleuritem, cæterasque pulmonum inflammationes remedium est.

Aqua peti (quam nec parant pharmacopœi) generosissima est ad affectum, quem Asthma vocant, vt & ipse etiam syrupus, qui ex illo conficitur, vt dicitur suo loco: hæc aqua etiam purgat.

Aqua granorum ebuli & sambuci ferosos humores deturbant, & asciti conueniunt.

Aqua destillata ex foliis & floribus tapsi barbati, prius in vino per triduum maceratis, est aqua valde efficax ad sedandos arthriticos dolores ex quacunque causa subortos.

Aqua barbæ hirci seu candelariæ ad idem mirifice prodest.

Aqua vermium terrestrium contra sanguinem ex casu concreatum confert.

Aquæ melissæ, scabiosæ, acetosæ, succi

Kkkk

- Cordiales.** succi citri, succi limonum, granatorum, carduibenedicti, rosarum & violarum corroboratori cordis sunt saluberrima, pestilentibusque febribus, syncopis, palpitationibus, tum assumptæ, tum forma epithematis extrinsecus ad motum medentur.
- Stomachales.** Aquæ Absinthii, menthæ, Ambrosianæ, cotoæ eorum stomachales sunt.
- Hepatica.** Aquæ cichorii, endiuia, adianti, hepaticæ, agrimonie, eupatorii Auic. lapathi acuti, hepaticæ sunt, intemperiesque icterici humores præparando, ipsumque corroborando corrigunt.
- Splenetica.** Splenetica sunt aquæ ceterach, scelopendrii, genistæ, tamaricis, pomorum redolentium.
- Renales.** Aquæ raphani, halicacabi, granorum iuniperi, limonum, parietariæ, milii solis, esulæ minoris, verrucariæ calculum comminuunt, arenulasque & materias tartareas in renibus accumulatas dissoluunt. Aquæ malæ, bisinalæ, cucurbitæ, melonum, cucumeris, nymphaeæ, renes ipsos leniunt, urinæque ardorem & acrimoniam contemperant.
- Fluorem alui sistentes.** Aquæ pyrorum agrestium & sorborum alui fluoribus omnibus conducunt.
- Vulneraria.** Aquæ plantaginis, bursæ pastoris, alchimillæ, veronicæ, pyrolæ, caudæ equinæ, consolidæ vtriusque renum ulceribus ac excoriatiōni conferunt, suntque aquæ vulnerariæ.
- Sudorifica.** Aquæ carduibened. & vlmariæ, petasites sunt aquæ sudorificæ, ac pestilentibus affectibus conducunt.
- Histerica.** Aquæ artemisiæ, matricariæ, marrubii, mercurialis histericæ sunt, vterumque iuuant, & affectibus ipsius profunt.
- Et hæc quidem sunt aquæ, quæ singulas corporis nostri partes respiciunt, singulisque ipsarum pathematis siue affectionibus medentur. Et inter eas quidem sunt, quæ diuersis, tam internis, quam externis, præter supra enumeratos, in morbis specifica quadam qualitate accommodantur, videlicet aquæ anethi, florum chamomillæ, sambuci, florum nucum, rutæque colicis doloribus ex vento profectis, leuamentum tribuunt.
- Aquæ ceparum ad morsus rabidi canis per os exhibitæ multum conducit: prodest etiam ad calculum.
- Aquæ ex succo corticum viridium nunc extracta ad calculum tum renum, tum vesicæ comminuendum pellendumque expertissima.
- Alliorum aqua ad idem confert.
- Aquæ hyperici & portulacæ puerorum lumbricos enecant.
- Aquæ cerasorum acidulorum, fructus fragorum, papaueris albi, florum centaurii tertianis febribus & biliosis non mediocre ferunt solatium.
- Aquæ ebullitiæ arthriticæ, verbasci arthriticos dolores sedant, si partibus dolentibus linteamina, supradictis aquis imbuta tepide apponantur.
- Aquæ ex foliis & radice filicis destillata omnibus adustionibus ex linteaminibus ea imbutis tepide applicata, singulari virtute confert.
- Aquæ spermatis ranarum mense Martio destillata, antequam excludantur, excelens est ad omnes oculorum, faciei, totiusque corporis partium phlegmonas, eo quo dictum, modo ad mota, remedium.
- Ecce tibi aquarum stillaritarum, quibus nullo tempore carere debent Pharmacopœi, catalogum: ecce, inquam, specificas verasque cuiusque proprietates.
- Nec sane satis est illud nosse, verum, & ipsas destillandi, seruatis integris virtutibus, atque proprietatibus, modus tenendus est, qui quidem alia longe ratione perficitur, quam vulgari illa destillatione, qua phlegma solum & inutilis quædam aqua cito putrescens extrahitur.
- Itaque vt eam methodum plane restituamus, aliamque longe vtiliorem introducamus, herbas, flores, aut reliqua eiusmodi integræ in alembicum, (siue plumbeum, siue vitreum sit) coniciantur, destillandi loco, flores destillandos conteremus, eorumque iure torculari expresso, & in commu-

Noua vtiliorque methodus destillandi aquas.

commune alembicum infuso, virtutē eius integram substantiamque more solito extrahemus. Quæ quidem vt efficacior euadat, vegetiorque, excipiendæ sunt fæces, & quæ post succum expressum, & quæ in alembici fundo remanserunt, quas in vas terreum impositas, igni ardentissimo calcinabis, donec omnino in cinerem abeat. His peractis cineres istos in manicam Hippocratis iniicies: quibus infundes prædictam aquam destillatam, vt omnem salelem recipiat, reafussione sæpius repetita: & ita quidem habebis aquam suo sale imbutam, præcipuisque stirpis, ex qua manauit, virtutibus præditam. Aquam, inquam, quæ multos menses, imo & annos integra incorruptaque conseruari potest, cuius etiam vel vicia vnica plus præstabit, quam plures illius, quæ communi via extrahitur. Nec sane labori parcendum, aut ab ea operatione abstinendum, cum tantæ rei tamque pretiosæ, sanitatis nempe humani corporis, gratia fiat. Quod si prædictæ aquæ colorem & odorem proprium imprimere sit animus, ingentē eorummet florum copiam in rostro alembici impones, vt inter destillandum aqua sursum ascendens existis floribus colorem & odorem (quæ vtilis & pulcherrimæ sunt qualitates) alliciet & retinebit. Et hæc tibi est, cōcinna, ni fallor, breuitate, vera & legitima aquarum stillatitiarum præparatio.

At vero si vnico pharmacopœo omnes supra enarratas aquas præparare per ociū ac commoditatem non liceat, plures eiusdem vrbis inter se conuenire deberent (vti fit plerisque in locis ac potissimum in Italia) vt vnusquisque sibi partem earum præparandam assumeret, aliisque, si opus fuerit, mutuo suppeditaret. Et ita quidem artis medicæ dignitas conseruaretur, illorumque gloria & honos non sine ingenti populi vtilitate augetur.

Porro non nobis satis esse duco primam illam & simplicem, aquas cum integris virtutibusque qualitatibus destillandi restitutam methodum instituisse: qua qui-

dem methodo (præter ipsius aquæ bonitatem) si furni, valaque propria & commoda suppetant, plus vno die, quam alias pluribus, & faciliori longe negotio destillabis, vt cuius experto facile patebit. Quinimo etiam eadem ratione, si per balneum vaporosum aquam extrahere in mentem veniat, totum pene succum prædictum destillabis, ita tamen, vt aqua ne minimum quidem fumum aut vstionem suboleat: neque hoc solum, verum etiam eadem methodo ex omnib. plantis calidis ac odoriferis præfertim (quas sulphure ac oleo ex odore illo abundare constat) vna cum aquis olea purissima, clarissimaque elicies, quæ quidem quod aquis supernatante percipiuntur, facili negotio separabis. Sed & vltra progredi, ac certam facilemque aquas vitæ ex plantis, floribus, seminibusque cuiuscunque generis sint, extrahendi methodum tradere est animus. Et id quidem per digestionis & fermentationis viam, qua sane cuius candidi sincerique ingenii viro iudicare per facile erit, nos non perperam supra operationes istas tantis laudibus & encomiis extulisse.

At ipse quidem altius penetrare (nisi stupendo proflus, ac hebeti sit ingenio) philosopharique poterit & percipere quæ scite, quamque commode alibi, nēpe in tractatu nostro de signaturis internis rerū, sanguinis nostri analogiam cum vino, ipsiusque aquæ vitæ cū nectare vitæ nostræ, balsamoque radicali cōrulerimus. Cū ex omnibus rebus, ac iis potissimum, quæ in alimentum veniunt, sola prædictarum digestionū & fermentationum ope, imo etiam & ex iis, quæ frigida existimantur, aqua vitæ elici possit, quæ sit vera rei quinta essentia. Aqua, inquam, vitæ, quæ de natura cœlesti ætherea participat, flammamque non secus ac ea, quæ ex vino elicitur, concipiet. Experientia etiam ipsa satis planū faciet, quomodo non tantū vinū, sed & triticū, omniaque cerealia & semina alimentosa, multo plus nectatis illius viuifici, quam reliqua vegetabilia alendo corpori nostro inepta contineant.

Alia aqua extrahenda ratio per balneum vaporosum.

Aqua quæ extrahuntur per digestionis & fermentationis viam.

Ex omnibus rebus alimentosis aqua vitæ elicipotest.

Hanc autem methodum, ut tandem aperiamus, ordiemur quidem a rosis, quæ frigida esse existimantur, ex quibus tamen odoratissima aqua vitæ extrahitur, & adeo excellens, ut vnica eius guttula ingenti satis aquæ copiæ odorem suum communicare, eamque vtilissimam iucundissimamque reddere possit.

*Methodus
extrahendi
aquam vitæ
ex rosis.*

Rosæ igitur tempestate, nec ea quidem pluuiosa roridaque, cum scilicet planta madido rore humescunt, sed expectandum, donec sol radiorum suorum vi omnem istam roridam humiditatem dissipauerit, copiosa satis quantitate colligi debent.

Rosæ itaque collectas, & quam fieri potest diligentissime tritas, in vase terreo vitreato, aut paruo dolio querno includes, & quæ optime manibus premes, quo vas prædictum pene impleatur. Quod quidem vas clausum obturatumque, ut facilius fiat digestio, repones in cellam vinariâ per mensam vnum, aut diutius, si opus fuerit, donec materiam prædictâ vinum acetatum subolere odoratu percipias, quo argumento iam absolutam fermentationem cognosces, & eo quidem protelanda est, donec prædictum signum appareat. His peractis, assume tibi quartam, quintamue rosarum fermentatarum partem pro vasis tui magnitudine, quod sane necessario tale esse debet, qualia ea sunt, quibus destillatores Chymici olea sua & aquas vitæ eliciunt, quæ quidem ampla, & neque potius, quàm plumbea sunt, refrigeratoriisque suis instructa, quibus aqua plenis spiritus frigore condensati facilius commo- diusque eliciuntur, assumptâ illam rosarum fermentatarum portionem, more solito destilla: quo factò, fæces residuas in fundo Alembici subsidentes separa, & tantundem prædictarum rosarum fermentatarum eidem vali repone, hisque prius extractâ aquâ affunde, omnia rursus (vase Hermetice clauso, vti dictum) ad siccitatem usque destillando. Collige iterum resiccatas fæces (quas etiam, si velis, cum prædictis reseruabis) & Alembico eadem met prædictarum rosarum quantitatem, quam prius in uice, quibus denuo totam a-

quam destillatam reaffundes, & toties iterabis, donec omnes prædictas rosas fermentatas destillaueris. His rite, ut decet, absolutis, vniuersam, quam eliceris, aquam assumes, & lento igni in vase colli oblongi, siue matraccio, siue quo aquæ vitæ extrahi solent, duodecimam eius tantum partem (quæ omnium pene spiritualium quantitas est) destillabis. Ita ut, si, verbi gratia, duodecim aquæ libras habueris, vnicam tantum aquæ, odoriferæ tamē & iucundissimæ, spiritualisque, atque flammam eque, ac ea, quæ ex vino est, concipientis elicies. Quam etiam, ut magis virtualis reddatur, adhuc rectificare poteris. Reliqua vero aqua, quæ in fundo Alembici subsidebit, odorifera, longeq; suauior & melior existet, quam ea, quæ communi aut vulgari modo destillatur: cui etiam sal solum imprimere poteris, si prædictis fæcibus in puluere redactis, & manicæ Hippocratis impositis, eâ sæpius affundas, quo salem suum facilius alliciat, retineatque. Eadem plane ratione ex violis, aliisque floribus, ac iis potissimum, qui calidi odoriferique existunt, ut rosmarini, saluæ, betonica, cæterisque eiusmodi aquas vitæ elicies, quæ multo præstantiores efficacioresque sunt ad morbos (quibus supra conuenire docuimus) propulsandos, quam si communi illo vulgarique tramite id perficiatur. Adde quod vel minima quidem quantitate exhiberi possunt, ut admirandos prorsus & incredibiles effectus pariant. Ita etiam ex stirpibus (cuiuscunq; generis sint, sed vtpotimum calidis) tritis, ac dicto modo præparatis, prædictæ aquæ vitæ facillime extrahuntur. Idem fit ex fructibus optime fermentatis, ut satis abunde testatur experientia in Pomaceo, Pyraceoque, quæ ex pomis pyrisc; in vase proprio (non secus ac vinum) præparatur, quodammodo vine scunt, ac tunc ex iisdemmet aqua vitæ extrahitur.

Eademmet aqua vitæ ex tritico, granis iniperi, lauri, seminibusque; farinaceis calidis omnis generis elici potest. At quoniam iisdem seminibus non tanta inest, quanta floribus, foliisque; liquoris mercurialis, seu aquæ copia, trita, crassoque

*Aquam ex
stirpibus elici-
endi modo
dus.*

*Aqua vitæ
ex tritico,
granis, &c.*

crassoque modo puluerizata, in paruulum
doliū, quod ex ligno querno confectum
sit, iniici, & aqua tepida, donec in liquidio-
rem quandā consistentiam abeant, imbibi
debent. Quib. etiā ad digestionē acce-
lerandam (cui præcipue incumbendū est)
tantillum fermenti communis, aqua vul-
gari distēperati, adicere poteris. His per-
actis, vaseq; optime clauso, in loco frigidis-
simo (quo facilius fiat fermentatio) reponā-
tū, donec acescere, vinumq; redolere
perferant. Tunc eadem methodo, destil-
landique ratione procedes, quam supra in
extractione aquæ vitæ rosarū docuimus.

Hactenus de aquis simplicibus. Restat
tandem, vt de compositis verba faciamus,
vtilisque quarundam descriptiones tra-
damus, quas Pharmacepcei non modo sci-
re, verum etiā paratas semper habere, a-
liisq; quam plurimis aquis nullius aut par-
ui momenti præferre debent.

**Aquæ artificiosè compositæ (omnes
fere nostræ descriptionis) sunt.**

Aqua imperialis cōmunis & paratu facilis.

*Elixir vita Maius, admirandū remedium
ad inueteratos morbos, penesq; desperatos
propulsandos, sanitatem conseruandam
vitamque ipsam prorogandam.*

Aliud elixir vita minus facillimum.

Aliud Elixir paratū facillimum.

Aqua theriacalis communis pro gregariis.

*Aqua theriacalis, cordialis, & Bezoardica
omnibus cordis pathematis, pestiferisque
affectibus miro progressu conferens.*

*Alia aqua theriacalis cephalica, & affectio-
nibus cerebri deploratis, nempe apoplexia,
paralyti, epilepsia, & similibus specificæ.*

*Alia aqua theriacalis ad epilepsiam, apople-
xiam & paralytin.*

Aqua antapoplectica & antepileptica.

Aqua antepileptica.

Aqua hirundinum antepileptica.

Alia aqua hirundinum.

Alia prædictæ aqua præparatio.

Alia adhuc eiusdem aqua præparatio.

Aqua picarum composita ad epilepsiam

quoque specificæ.

Aqua ophthalmica.

*Alia aqua aciem oculorum acuens, cacita-
remq; in senibus incipientem prohibens.*

Alia aqua ophthalmica.

Aqua ad hæmoptosin seu sanguinis sputum.

*Aqua ad phthisin, & ulcera pulmonum
præstantissima.*

Aqua antipleuristica.

*Aqua mirabilis ad collapsas vires instaurā-
das: & ad spiritus vitales & animales
roborandos & reficiendos, qua elixirio vi-
ta æquiparari potest.*

Aqua caponis ad idem.

*Aqua ad cordis roborationem contra vene-
na, & pestilentes omnes affectus.*

Aqua ad pestis curationē & præseruationē.

Aqua antifebricitica.

*Aqua alia contra omnis generis febras, præ-
cipueq; contra intermittentes.*

*Aqua ad febres etiā pestilentes & arden-
tissimas.*

Aqua antinephritica.

Aqua alia antinephritica.

Alia prædictæ aqua præparatio.

Alia aqua antinephritica.

*Aqua ad comminuendū calculum etiā
in ipsa vesica.*

Alia aqua ad idem.

Alia aqua ad idem.

Alia adhuc ad idem.

Aqua ad præseruationem calculi.

Aqua histerica.

*Aqua contra colicam ventriculi & intesti-
norum, à cruditatib. & flatib. subortam.*

Aqua scorbutica & hydroptica.

Aqua dysenterica.

Aqua hypnotica.

Aqua ad gonorrhœam virulentam.

Aqua ad ictus sclopetariorum.

*Aqua balsamica excellētissima aduersus o-
mnis generis apostemata, ulcera interna
& externa potissimū autem contra fistu-
las & ulcera phagadenica & maligna.*

Aqua podagrica.

Aqua alia podagrica.

Alia aqua antipodagrica.

Aqua ad ambusta.
Aqua cancrorum ad idem.
Aqua purgans.
Aqua vomitiua & purgatiua simul.
Aqua ophthalmica.
Aqua cinnamomi.
Aqua carjophyll. & aliorum aromatum.

Aqua imperialis communis & paratu facilis.

℞ *Corticum arantiorum.*
Et limonum exsiccatum ad solem,
ana ℥. iiij.
Nuciu moschata.
Caryophyllorum.
Cynnaromii ana ℥. ij.
Fol. Melissa.
Maiorana.
Thymi.
Hyssois, prius per se exsiccatum. an.
m. j.
Fl. Salvia.
Anthos.
Calendula.
Betonica. ana p. j.

Incisis & contusis omnibus, quæ incidi & contrundi, aut imminui quoquo modo debent, ponantur in alembicum affundendo *Aquarum rosarum,*

Et ulmaria ana q. s.

Vt supernatent materiam duobus tribusve digitis, digerantur vase optime clauso ad calorem Balnei Mar. per octiduum: dein per cineres destillentur, vt artis est, & fiat aqua imperialis: Cui si proprium salem addideris, validior efficaciorque efficietur. Hæc aqua cerebrum, cor, stomachumque imbecillum roborat: si guttulæ aliquot vel perse, vel cum iusculo exhibeantur. Specifica præsertim quoque est ad iuuandam in sterilibus conceptionem, huic adiecta prius copiosa satis testiculorum leporum quantitate, ex quibus prædicta aqua per viam digestionis salem allicere poterit, & præstantior reddi.

Elixir vitæ Maius, admirandum remedium ad inueteratos morbos penneque desperatos propulsandos, sanitatem conseruandam, vitamque ipsam prorogandam.

℞ *Rad. Zedoaria.*
Angelica.
Gentiana.
Valeriana.
Tormentilla.
Scorzoneræ.
Galanga.
Ligni aloes.
Santalii citrini, ana ℥. iij.
Fol. Melissa.
Mentha rubra.
Maiorana.
Basiliconis.
Hyssois.
Thymi.
Chamedryos.
Chamaepytios ana m. ℞.
Gran. Lauri.
Iuniperi.
Cort. Limonum.
Arantiorum siccorum.
Sem. Pæonia.
Seseleos.
Anethi.
Fœniculi.
Anisi.
Citrii.
Cardui benedicti ana ℥. ij.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Mace.
Zingiberis.
Cubeborum.
Cardamomi.
Piperis longi.
Et rotundi.
Spicanardi ana ℥. j. ℞.
Benioini.
Myrrha.
Olibani

Succini
Mastiche ana ʒ.ʒj.
Flor. Rosmarini
Salvia
Pœonia
Stœchados
Calendula
Lauendula
Hyperici
Centauri minoris
Betonica
Lilii conuall.
Tilia arboris ana p.ij.
Flor. cichorii.
Rosarum rubr.
Bugloss. ana p.ij.
Mellis granati
Sacchari albi ana lib. j.
Aqua vitæ optima rectificata
lib. x.

Incidenda incidantur, & contundenda
 contundantur. Omnia hæc in matrarium
 capax, & Hermetice clausum, ne quid ex-
 halet, iniecta in fimo equino mediocriter
 calido, per 8. aut 10. dies putrescant: putre-
 facta fortiter exprimantur; expressio vero
 per cornutam, vel alembicum ad conue-
 nientem ignem destillentur; ponendo in
 limbo alembici *moschi ʒ. ʒ. ambre griseæ,*
croci an. ʒ. j. Aquam quæ primû ab expres-
 sione illa effluet clarissima, (pretiosa ta-
 men) seorsim asseruabis. Cum vero reci-
 piens (quod capax vitreumque esse, & o-
 ptimè cum collo cornutæ adherere de-
 bet, ne vel minimum quidem expiret) ob-
 securari, spiritibusque subalbidis offerri
 percipies, aliud eius loco aut idemmet re-
 pones, si prius extillatum illum primum
 liquorem seorsim asseruandum separaue-
 ris. Iunctoq; denuo optime, vt prius, cum
 collo cornutæ recipiente, ignem per gra-
 dus, vt artis est, pedetentim augebis, quo
 prædicti spiritus subalbi non amplius
 appareant. Dein aufer tuum recipiens,
 vt eam, quæ secundo elicita est, aquam
 (quam matrem balsami vocant) seorsim
 etiam separes, adseruesque, & hæc qui-

dem tum ad plures morbos extirpandos,
 tum ad conseruandam sanitatem mirabi-
 li profectu conducit. Accommoda rursus
 prædictum recipiens, sicut fecisti antea,
 per gradus auge, donec destillato primo
 oleo subflauo, deinde rubicundo, mate-
 riæ in fundo sicæ remaneant, nec tamen
 perfecte arida, ne qui extillat liquor, ad-
 ustionem suboleat. Quibus peractis assu-
 me tibi aquam illam clarissimam, quam
 primo satis copiose elicuit, aliunde resi-
 duis facibus, & fac vt simul per 6. aut 7.
 dies digerantur ad calorem Baln. Mar.
 donec aqua coloretur, & flavescat, at-
 tracta scilicet magis ignea & oleaginosa
 materiæ portione. Fæces residentes, cum
 scilicet omnem tincturam suam prædictæ
 aquæ impresserint, seorsim ad dicendos
 vsus adseruentur. Post omnes prædictos
 liquores (seruata tamen, si libuerit, ex va-
 no quoque proportione aliqua ad effectus
 supra commemoratos, quibus mirum in
 modum profunt) & eum quoque ipsum li-
 quorem, qui ex facibus tincturam attra-
 xerit, simul miscebis, vt inde pretiosissi-
 mum, longeque prædictis excellentio-
 rem elixir vitæ elicias, vt sequitur proce-
 dendo.

Tres itaque prædictos liquores simul
 mixtos per cornutam, aut alembicum vi-
 treum (nulla tamen præmissa digestionem
 præter mixtionem ipsam destillabis, ea-
 demque plane ratione, qua prius elemen-
 ta principiaque liquorum separabis. Elici-
 es namque primam aquam clarissimam,
 quam seorsim asseruabis, cum scilicet reci-
 piens fumo nubiloso obscurari percipi-
 es; dein mutato recipiente, accommoda-
 toque vt prius, ignem eo continuabis, do-
 nec liquorem subflauum effluere percipi-
 as, quem etiam seorsim, vt priorem adser-
 uabis. Interim dum prædictæ destillatio-
 nes, aut elementorum siue principiorum
 duorum separationes fient, referuatas su-
 perius facies ad ignem reuertentem calcina-
 bis, ex quib. in cinerem reductis sal, vt ar-
 tis est, cum prima tua aqua clarissima alli-

tes, quæ quidem aqua sale suo imbuta, cū reliquis duobus adseruatis liquoribus permisceatur, vt tandem ex triangulo facias circulum, vt loquuntur philosophi, nempe vt ex tribus illis distinctis aquis per circulationem in pellicano, ea qua decet, arte, factam, vna essentia erumpat. Fiatq; ea ratione magnum illud elixir vitæ, arcanum admirandum. Et id quidem via satis succincta, facili atque philosophica verisq; philosophis nota, ex qua viam & certam methodum omnibus rebus conficiendi elixiris consequeris.

Huius elixiris ineffabiles sunt virtutes ad curandas & præcauendas vertigines, epilepsias, apoplexias, paralyfes, manias, melancholias, asthmata, syncopes, lipothymias stomachique & aliarum partium imbecillitates, cachexias, histericas passiones, & alia id genus summa & deploranda symptomata. Huius guttulæ aliquot tantum exhibentur cum decocto conuenienti, morboque appropriato; vt verbi gratia ad epilepsiam, cum aquæ pæroniæ, lili cōuall. aut florum tiliæ arboris: Ad paralyfin, cum aqua calendulæ: ad pestem, cum aqua vlmariæ, aut cardui benedicti: ad asthma, cum aqua scabiosæ, peti, tussilaginis, aut similibus. Valet etiam illud elixir, ad restorationem & conseruationem balsami nostri radicalis, si quatuor aut quinque guttulæ exhibeantur cum iusculo, vino aut conuenienti aliquo liquore.

Sed dices laboriosorem æquo, prolixiorēque esse huius elixiris præparationem. At sane longe satius, necessariumq; magis est, tempus in tantis, tamq; admirandis rebus, quam in refarcienda vilibus ac inutilib. pene medicamentis officina collocare. Attamen vt omnibus etiam indulgeam, faciliorem & iucundiorem forsan elixiris ad sanitatem conseruandam vitamque prorogandam, efficacissimi præparationem subscribam.

Elixir vitæ minus, facillimum.

℞. Rad. gentiana in taleolas sectarum ℥.ij.

exsiccatarum

Rad. centaurii minoris ana ℥.iiij.

Galanga

Cinnamomi

Macis

Caryophyllorum an ℥.j.

Flor. Saluæ

Hyperici

Rosmarini an. p. ij.

Vini albi generosissimi lib. vi.

Maceretur in matracio vitreo bene clauso per octo dies ad ignem Baln. Mariæ lentum, deinde fortiter exprimantur, & per alembicum vitreum destillentur per cineres ad siccitatem. Aquam destillatam facib. reaffunde, vt ex his in Balneo Mar. tepido totam tincturam elicias: faeces post tincturæ extractionem reducantur in cineres, ex quib. salem elicias aqua cardui benedicti, vel vlmariæ, salemque illum ex artis prescripto optime depuratum, vt docebimus, cap. de salibus, prædictæ suæ propriæ aquæ iam tinctæ addes. Ex hoc elixire quarta cochlearis pars aut per se, aut ex liquore conuenienti diu exhibeatur. Specificum est remedium ad omnes cachexias, stomachi imbecillitates, quem à viscidis & mucilaginosi humoribus, huic adhærescentibus tartarum expurgat, mūdicatque, vermium generationem prohibet, corpusq; sanum conseruat, & ab iniuriis tuetur. Hoc autem bis tantum in hebdomade, sed tamen longo tempore vtendum est.

Aliud elixir paratu facillimum.

℞. Ligni aloes

Rad. galanga

Zedoaria

Scorzonera an ℥.j.

Macis.

Caryophyllorum.

Cinnamomi.

Cardamomi.

Dictamni.

Corticis citri ana ℥.ss.

Coriandri præparati.

*Granorum alkermes.**Iuniperi ana ℥.ij.*

Crasso modo contusa, in vas vitreum cum collo oblongo, quod matrarium nuncupamus, ponantur: superinfundatur aqua vitæ fortissima, ex vino canariæ distillata, vt materiam quatuor aut quinque digitos supernatet, macerentur omnia in loco frigidissimo per spatium 8. dierum, agitando vas bis vel ter in die: aqua interea temporis cunctas simplicium virtutes extrahet, ac iisdem imprægnabitur & tingetur: tunc id, quod clarescens, eorundemque ingredientium proprietatibus tinctum & imprægnatum fuerit, separabis per inclinationem, studioseque in phialis probe clausis seruabis, ac tempore necessitatis eiusdem exhibebis cochleare dimidium, vel vnum integrum ad summum. Ex residua materia siue spissamento illo formari poterunt linimenta ad apoplexiam & paralysem, coronali suturæ, spinæ ceruicis, & partibus ex causa aliqua frigida dolentibus applicata in forma cataplasmatum siue linimenti, addendo olea cõuenientia. Vel ex his omnibus etiam aquam in modum aliarum aquarum modo descriptarum componere licet, si libet.

*Aqua theriacalis communis pro gregariis.**℥. Theriacis Alexandrina ℥.ij.**Myrrha ℥.j. ℞.**Aqua vitæ.**Vini odoriferi an. ℔. ℞.*

Misceantur, digerantur, & destillentur ad fæcitatem in Balneo vaporoso. De hac aqua exhibe. ℥. ℞. cum aqua rutæ, vel fumarie, potenter sudores mouet, valet ad pestilentes omnes affectus.

Aqua theriacalis, cordialis, & Bezoardica, omnibus cordis pathematis, pestiferisque affectibus, miro progressu conferens, sudoremque

*mouens.**℥. Rad. Angelica.**Zedoaria.**Caryophyllata.**Barba hirci.**Tormentilla,**Petasites,**Enula campana ana ℥.ij. ℞.**Raf. Cort. Ligni Indici ℥.viij.**Santali citrini.**Cinnamomi.**Macia.**Gran. Iuniperi.**Sem. Cardui benedicti.**Citrini.**Et corticis eiusdem ana ℥.j.**Diptamni albi.**Scabiose.**Mentha rub.**Chelidonia.**Scordij.**Ruta.**Melissa.**Scorzonera ana m. j.**Flor. Centaurii minoris.**Hyperici.**Genista.**Calendula.**Borraginis.**Buglossa p. j.*

Macerentur per quadriduum ad ignem

Baln. Mar. in

*Vini maluatici ℔.ij.**Succi limonum.**Aqua nucum viridium.**Melissa.**Vlmariæ.**Cardui bened. ana ℔. ℞.*

dein exprimantur. Expressioni adde

*Theriacis ℥.ij.**Confectionis de hyacintho ℥.j.**Conf. alkermes ℥.viij.**Diamargarit. frigid.**Diacoralli ana ℥.ij.**Diambre,**Diamoschi ana ℥.ij.**Croci,**Myrrha ana ℥. ℞.**Sacchari candi ℔. ℞.*

LIII

Mace-

Macerentur denuo per duos, tresve dies ad eundemmet ignem balnei. Dein destillentur per cineres ad siccitatem, fiat aqua theriacalis. Ut prestantior & efficacior fiat, extrahendus est sal ex facibus residentibus, ea, qua decet, arte, atque cum aqua predicta commiscendus. Si velis, non opus erit destillatione. Sed de secunda infusione exhibebis ℥ ij. Validius namque ac prestantius erit remedium, & prouocandis sudoribus magis idoneum.

Alia aqua theriacalis cephalica, & affectionibus cerebri deploratis, nempe apoplexiæ, paralyfi, epilepsiæ, & similibus Specifica.

℥ Rad. pœonia
Visci querni
Acori vulgaris, ana ℥. iij.
Gran. iuniperi maturorum
Sem. pœonia ana ℥. j.
Caryophyllorum
Macis ana ℥. vi.
Castorei ℥. ℞.
Flor. stœchados
Calendula
Betonica
Anthos.
Salvia
Lilij conual.
Tilia arboris ana p. ij.

Incidenda incidantur, contundenda contundantur & macerentur per triduum ad ignem balnei calidi, in

Vini albi generosi ℔. ij.
Aqua pœonia
Salvia, calend. ana ℔. j.

deinde exprimantur fortiter. Huic expressioni adde

Theriaces Alexandrina ℥. iij.
Confect. anacardina. Mes. ℥. j. ℞.
Spec. Diamoschi
Aromatici Gabrielis ana ℥. ℞.

Macerentur denuo per duos, tresve dies ad ignem lentū Baln. Mar. dein exprimantur

& destillentur per cineres ad siccitatem, fiat aqua theriacalis. Datur ex paruo cochleari argenteo, ad insultus epilepticos, apoplecticosque & prædictos morbos mirifice conducens.

Aqua antiepileptica maior Quercet.

Huius aquæ descriptio reperitur in nostra Tetrade, cap. 24.

℥ Rad. angelica
Zedoaria
Bardana
Scorzouera
Tormentilla
Bistoria
Enula campana
Gentiana ana ℥. j. ℞.
Rad. pœonia maris & fœmina, decrescente luna, in signo Leonis collecta.
Rasura ligni buxi
Visci querni
Et visci coryli ana ℥. ij.
Santal citrini
Ligni aloes
Myrobalan. omnium ana ℥. j.
Dictamni albi ℥. vi.
Herb. Melissa
Scabiosa
Acetosa
Fumaria
Agrimonia
Ruta
Anagallidæ
Matricaris
Mentha rubr.
Abynthii Pontica
Hyssopi ana m. ij.
Sem. Carduibened.
Citrii
Pœonia
Seseleos
Gran. iuniperi ana ℥. ℞.
Cubebarum
Macis
Nucis moschata
Cinnamomi ana ℥. iij.

Flor.

Flor. Genista
Hyperici
Centaurii minoris
Tilia arboris.
Lilii conuall.
Calendula
Lauendula ana p. ij.

Flor. Cichorii
Buglossa
ros. rubr. ana p. j.

Sumenda erunt radices, herbae & flores, qui quam recentissimi fuerint ex temporis opportunitate, quae parabitur haec theriacalis aqua: quod quidem commodissime fiet in aestate, cum omnia tunc abunde vigeant, & viribus valeant. Atque haec radices, herbae & flores recentes, in amplo mortatio quae tenuissime contudentur. Quae si sicca fuerint recentiorum defectu crassiuscule conuassabuntur. Omnia autem optime mixta olla indantur vitreae satis capaci, ut tota mixtio libere ea contineatur: cui superinfundantur

Aqua stillatitia primulae veris
Lilii conuall.

Flor. Tilia
Calendula ana lb. j. ss.
Aq. Melissa
Hyssopt
Rosmarini
Genista ana lb. ss.
Vini, albi optimi lb. ij.

Aut quantum satis fuerit, ad mixtionem illam imbendam & perfundendam, quae sepe manibus intro aut cochleari comprimetur, ut melius humectetur, & liquorē imbibat. Haec autem olla arctissime occlusa, ne quid expiret, lento igne foueatur, dum materia tepescat, ut sic melior ac facilius fiat fermentatio, septem aut octo dierum spatio, quo enim diuturnior maceratio, eo melior futura est fermentatio. Postea exprimantur omnia, & litheo discernatur ac traiciatur expressio. Deinceps faeces torculari fortiter comprimantur, ut tandem aridissimae reddantur. Atque totus hic expressus liquor in plures alembicos diffundatur,

vel in magno destillatorio cupreo simul colligatur, cum refrigeratorio vase (quae omnibus pharmacopoeis obuia & in promptu semper esse debent, ad aquas & olea vegetabilium extrahenda) ex quo aqua extilletur, quae pretiosa & excellens futura est. Relictae autem faeces superiores interea igne reuerberii in cineres reducuntur, quibus apprime calcinatis, superior aqua calide affundatur & reafundatur, donec suum salem ab illis extraxerit, sicque potentior & efficacior reddatur, quae tamen sola & citra salis sui adiunctionem, ad curationem & praecautioem epilepsiarum omnium, siue idiopathicarum, siue sympathicarum, omnibus etiam etatibus & temperamentis ad ℥. ss. tuto & feliciter exhiberi potest, idque matutinis horis. Neque enim ea praeparandi tantum & corroborandi egri vim habet, ut quae etiam malignas qualitates adoriatur, unde cunctae ex progrediantur, sed etiam huius morbi verum specificum, & ad id quod dicitur esse, certissimum sit.

A D D I T I O.

Verum tamen haec aqua nobilior, perfectior & maioris virtutis sit, ac energiae magis specificae aduersus hunc morbum, additamentis his, quae sequuntur, ditabitur, ut videlicet ad istius aquae libras quatuor addas

Theriaca Veneta aut Monspessulana,
eiusque quam optima ℥. iij.

Confectionis de hyacintho ℥. j. ss.

Confect. alkermes ℥. ss.

Pulu. Diamargarit.

Diacorall.

Leticant. Gal. ana ℥. ij.

Diacastorei ℥. ss. aut etiam amplius,

Castorei ipsius simplicis ℥. ij.

Camphora ℥. j.

Mixtis omnibus & vasi longioris colli (quod matrarium vocant) firmissime clausi impositis, in Balneo Mar. fiat digestio per quatuor dies. Deinde igne cinerum destillatio per alembicum extrahatur, destillata aquam ter aut quater super suas faeces cohobando,

hobando, ea cautione tamen, ne nimia faccum exsiccatone liquor extractus adustionem redoleat. Que tamen non est metuenda, si ex Balneo Mariae vaporoso, vel ad siccitatem usque fiat extillatio. Hac ratione prestantissima aqua elicitur, non tantum in omnes epilepsias, sed etiam apoplexias & paralyfes. At si secunda huius destillationis faeces in cineres redigatis, & ex iis saleem, aqua melissa, iuxta artem extrahatis, eumque ter aut quater, ad maiorem puritatem & subtilitatem, solutis, filtretis & coaguletis, eumque suae aquae immisceatis, in qua confestim soluetur, auctiores longe vires, & potentiores multo energiam eiusmodi aqua habitura est.

Aqua antaplopectica minor.

℞. *Aquarum Flor. Tilia arboris*
Lilii conuall.
Cerasorum nigrorum
Salvia

eo, quo dictum supra modo extractarum
ana lb. j. ℞.

Visci querni
Dictamni
Caryophyllorum
Cinnamomi
Nucis moschatae
Macis
Cubebarum
Zingiberis ana ℥. j.

Sem. Paeoniae
Dictamni ana ℥. j. ℞.

Baccarum iuniperi

Flor. Anthos
Salvia
Betonica
Stachados
Calendula
Hyssopti ana p. j.
Camphora ℥. iij.

Digerantur per aliquot dies, dein destillentur per balneum vaporosum ad siccitatem: dosis cochleare j.

Alia aqua ad epilepsiam, apoplexiam & paralyfin.
Quercet.

℞. *Rad. Recentium angelica*
Enula Campana
Zedoaria ana ℥. j.
Ras. ligni buxi ℥. vj.

Rad. Paeoniae luna in leonis signo decre-
scente, si fieri potest, collecta,

Visci querni rec. ana ℥. ij.

Dictamni albi ℥. j.

Sem. Carduibened.

Citrii

Acetosae

Portulacae

Paeoniae.

Luna decrescente collectorum & decorticatorum ana ℥. ℞.

Nucis moschatae

Macis ana ℥. iij.

Flor. Cotulae foetidae

Sambuci ana p. iij.

Flor. Salviae

Stachados

Lilij conuall. ana p. ij.

Puluerifanda puluerifentur crassiuscule, & contuenda contundantur ac macerentur per quadriduum ad ignem Baln. Mar. in

Ruta

Cerasorum nigrorum

Flor. Tiliae

Genistae

Hyperici ana lb. ij.

Dein fortiter per torcular exprimantur. Huic expressioni adde

Spec. Diamosch.

Diamargariti frigid.

Diacorall. ana ℥. ℞.

Rasura cornu cernui ℥. j.

Confect. de hyacintho

Confect. alkermes

Theriacis veteris ana ℥. ℞.

Camphora ℥. j.

Denuo per duos dies in baln. Mar. digerantur, ac tandem destillentur per cineres.

Huius aquae exhibeatur pro dosi ℥. ℞. vel ℥. j. in.

3j. in ipso paroxyfmo. Vt præstantius euadat remedium, falem ex capite mortuo aut fæcibus in cinerem redactis, vt artis est, extractum addes, reaffusa nempe ea ipsa aqua super cineres toties, dum virtute falis imprægnata fit.

Aqua hirundinum antepileptica.

℞. Hirundinum adhuc in nido existentium viij. aut x. paria.

Flor. Lili conuall. p. ij.

Caryophyll.

Macis ana 3 s.

Coquantur omnia in duabus tribusue heminis vini albi optimi; dein exprimantur fortiter, & destillentur: huius aquæ cochlearia duo hoc morbo correptis exhibeantur: prompte enim à præfenti paroxyfmo liberat, futurumq; prohibet. Hanc me primum docuit D. Rondelerius, Med. celeberrimus Mospelientis, & præceptor meus, quam tamen pro magno & non reuelando secreto celabat. Eidem autem hirundinum aquæ paucula quæ sequuntur, adieci, cuius etiam felices & admirandas vidi experientias.

Alia aqua hirundinum.

Accipe suo tempore sex aut septem vel plures, si velis, hirundinum nidos, cū ipsæ lanugine cooperiri incipiūt. Has integras in alembicum proprium conice, destilla & aquā inde effluentē afferua. Dein fæces residuas in fundo subsidentes in cinerem, qua decet, arte, redige, ex quo sume lb. ʒ.

Cinerum cranii humani, & si fieri potest, non humati ʒ. iij.

Castorei ʒ. j. ʒ.

Pulu. visci querni ʒ. j.

Succi rad. & fol. pæonia ʒ. vj.

Aquarum flor. hyssopi

Flor. tilia arboris

Lilii conuall. ana lb. j.

Aceti scillitici lb. ʒ. quibus infunde aquam omnem, quam ex hirundinibus elicuisti: macerentur omnia per aliquot

dies ad ignem balnei, dein per cineres aut saltem per Balneum vaporosum ad integram siccitatem distillentur: ea enim ratione aqua *ἑπιπύρωμα* non redolebit, sed cum omnibus suis qualitatibus integris & requisitis effluet. Hæc aqua per se sola, sale proprio imbuta (præmissis tamen per mensem integrum generalibus remediis conuenientibus) ad medium cochleare sumpta mirabiles effectus prodir.

Alia prædictæ aquæ preparatio.

℞. Suo tempore viij. aut viij. pullorum hirundinum nidos, sola tantum lanugine hirsutorum, nec dum perfectus plumis vestitorum: hos in terreo vitreato vase, firmissime obstructo, ad reuerberandum composito, dum toti pulli in cinerem cū visceribus & plumis redacti sint. Ex hoc cinere accipe ʒ. iij. (cuius si tanta non sit copia, de reliquis tantum detrahes, quantum fuerit defectus pulueris) cineris cranii humani ʒ. ij.

Pulu. rad. visci querni

Angelica

Zedoaria ana ʒ. j. ʒ.

Sem. Pæonia

Gran. inniperi conquassatorum ana

ʒ. vj.

Castorei ʒ. j.

Succi radicum & foliorum pæonia

Aceti scillitici ana lb. j.

Aquarum hyssopi

Flor. Tilia

Lilii conuall.

Saluis

Rorismarini ana lb. j.

Macerentur simul omnia in vase fortiter obstructo ad aliquot dies in Baln. Mar. deinde fiat destillatio in cineribus mediocri igne ad siccitatem. Cauendum, ne destillatum adustionis saporem referat.

Vt autem hæc aqua corroboretur, & vis eius augeatur, aridas fæces accipe easq; in calcem vi ignis albissimam redige, quibus in manica, aut Filtro Hippocratis impositis, superfundatur destillatus liquor, qui

LIII 3 cre-

crebra repetitione sua calci reafundatur, & identidem traiciatur, dum rotum salem, in quo posita est summa remedii virtus, secum eduxerit & asportarit. Atque sic aquam, non simpliciter & crasse stillatam, quales sunt vulgares, quæ statim muciditatem & corruptionem contrahunt, sed omnium simplicium dotibus ac virtutibus imprægnatam, ac diuturna conseruationis habebitis. Ex qua admirandos effectus (ex arte Spagyrica manantes) fitis vbique & semper experturi.

Alia eiusdem aquæ præparatio.

℞. iij. aut v. hirundinum nidos, quos in frusta cum ipsis plumis ac lanugine, & visceribus, diffecabis: coquantur in v. aut vj. hydromelitis sextariis, eo modo, quo alia carnes in olla elixantur. His adde

Rad. & sem. pæonia

Angelica

Visci querni

Rasura cranii humani

Cornu ceruini

Gran. Iuniperi conquassatorum

Fol. Dictamni

Melissa

Betonica

Thymi

Hyssopi ana q. voles.

Iusculum prælo fortiter exprimatur ac percoletur, expressioni aut colaturæ sequentiæ adiciantur.

Macis

Nucis Moschata

Caryophyllorum

Cinnamomi ana ʒ ij.

Castorei ʒ ʒ.

Flor. purpureorum anagallidis

Liliorum conuall.

Tilie arboris

Rosmarini

Salvia

Betonica ana p. j. aut duos.

Croci ʒ ʒ.

Camphora ʒ ij.

Aquarum florum primula veris

Et calendula ana lb. j.

Macerentur simul omnia ad aliquot dies, deinde fiat liquoris destillatio ex arte: cuius & in ipso paroxyfmo, & extra ipsū, put morbo exigit, exhibeatur semicochlear.

Aqua picarum composita ad Epilepsiam quoq; specifica.

℞. Pullos picarum N. xij. frustratim vna cum intestinis & penis incidantur, & ponantur in vas terreum vitreum, addendo

Rad. Pæonia

Zedoaria

Visci querni ana ʒ ij.

Flor. Tilie arboris.

Lilii conuall.

Hyssopi ana p. ij.

Coquantur in Oxymelitis anthosati & aqua millis. an. lb. iij. ad medietatis consumptionem: dein exprimantur. Huic expressioni adde

Gran. Iuniperi

Sem. pæonia ana ʒ ʒ.

Caryophyllorum

Nucis moschata

Croci

Cinnamomi

Cubebæ ana ʒ ij.

Castorei ʒ ij. ʒ.

Flor. Betonica

Stocchados arabica

Primula veris

Citrii maliana p. ij.

Anagallidis purpureis floribus p. iij.

Contusis continendis digerantur per 4. dies: dein destillentur per balneum vaporosum ad siccitatem. Dosis huius aquæ est cochlear vnum vel alterum.

Aqua ophthalmica.

℞. Succis enfragii

Chelidonia ana lb. ʒ.

Lactis caprini lb. j.

Misceantur omnia simul, addendo

Zingiberis

Macis crassiuscule conquassatorum

ana ʒ j.

Aloes ʒ ʒ.

Vitrioli albi ʒ iij.

Mace-

Macerentur quatuor aut quinque dierum spacio, destillentur per balneum vaporem. Aquae destillatae adde *thuris* frustula, non tamen puluerisata, quae prius in cochleari ferreo nouo ignita fuerint, nouies extinguantur, & tandem cum aqua praedicta continuo residere sinantur, cuius guttula una oculo etiam inflammato admoueat: nec respiciendum ad calida illa, quae praedictam illam aquam ingrediuntur, etiam si initio dolor ingrauescat, ferueatque per tempus aliquod: mirros enim effectus prodebet, tartarum illud oculis adhaerescens, pungens acerrimumque dolorem inferens, & salas mouens lachrymas, dissoluendo. Singulare est remedium ad omnes ophthalmias, praefere dumque sane omnibus istis simplicibus aquis refrigerantibus, ut *rosarum*, *plantaginis*, *charesfol.* & similib. colli-riisque oculorum refrigerationi dicatis, ut ipsa etiam experientia praeter allatam *supra* rationem fidem faciet. Confert etiam ad amblyopsiam & amaurosim, si huic *crocus metallorum* admisceatur, quem credo basim & fundamentum aquae ophthalmicae Martini Rulandi, doctissimi celeberrimiq. Medici Germani, cuius ipse admirandus effectus miro successu expertus est, ut videre est in illius centuriis iam diu in lucem editis.

Alia aqua aciem oculorum acuens, caecitatemque in senibus incipientem prohibens.

℞. Rad. Valeriana
Euula campana
Foeniculi ana ʒ i.
 Herb. Chelidonia
Euphrasia ana m. ij.
Betonica
Pulegii ana m. j.
 Sem. Foeniculi.
Sileris montani ana ʒ vj.
Baccar. Iuniperi ʒ ss.
Flor. Caprifolii
Rosarum albarum an. p. ij.

Stoechados
Salvia
Anthos
Sambuci
Calendula
Schoenanthos ana p. j.

Zingiberis
Piperis longa
Cubebayum
Cardamomi ana ʒ j. ss.

Puluerisanda pulueriscentur, & contudentur, & infusa in hydromelitis maluatice vel canariae vini lb. iij. ponantur ad ignem lentum vel solem per quatuor sexve dies: dein omnia praelo fortiter exprimantur, cui expressioni adde

Aquarum peculi Rosarum
Euphrasia ana lb. ij.
Foeniculi
Chelidonia ana lb. j. ss.

Misceantur dosis ʒ j. vel ss. pro iunioribus sumatur bis terve in septimana ieiuno ventriculo. Ex eademmet aqua potest instillari una aut altera gutta in oculos quotidie mane.

Alia aqua ophthalmica.

Componitur etiam alia aqua ophthalmica ex lb. ij. *urinae pueri optime purificatae*, additis ʒ iij. *vitrioli*, totidem *unciis turbia*: ex quibus omnibus per dies aliquot maceratis, dein per cineres ad siccitatem destillatis fit aqua ophthalmica, cuius guttulae aliquot inflammato oculo, aut debilitato admoueantur.

Aqua ad haemoptosim seu sanguinis sputum.

℞. Rad. Bistorte
Symphiti maioris
Tormentilla ana ʒ j.
 Herb. Centinodia.
Millefolii
Veronica
Pyrola
Sanicula

Bursa

Bursa pastoris cum rad. ana m. j.
Summitatum rubi
Lentiseci ana m. ℞.
Gran. Sumach.
Myrtill.
Sem. Plantaginis
Berberorum
Papan. albi ana ʒ vi.
Flor. Nymphaea
Cucurbitarum
Citoniorum
Ros. rubr. ana p. ij.

Contusis & commixtis omnibus mace-
 rentur per quatrimum ad ignem balnei
 in succorum depuratorum

Plantaginis
Portulaca
Acetosa
Agrimonia ana ℔ ij.

Dein fortiter exprimantur: his adde

Succorum acacia
Hipocistidos ana ʒ ij.
Terra sigillata
Boli armeni veri ana ʒ ℞.

Electuarii diatragacanthi frigidi ʒ ij.
 Macerentur denuo per quatrimum, dein
 per cineres ad siccitatem destillentur: hu-
 ius aquæ, qui laborat hæmoptosi, capiat
 cochlearia duo aut tria, vel per se, vel addi-
 to syrupo myrtill. de rosis siccis, aut *symphyti*
 descript. Fernellii. Quod si ab immodico
 sanguinis fluxu exoluantur vires adde ʒj.
tinctura corallorum, vel para destillatum,
 quod cum morbo pugnet, & refectioni
 inferuiat.

Aqua ad phthsim & vlcera pulmo- num præstantissima.

℥. *Spec. Electuarii resumptiui*
Diapenidii
Diatragacanthi frigidi
Diacorall. ana ʒ ℞.
Trochisc. de Spodio
Et de terra sigillata ana ʒ vi.
Conseru. Symphyti maioris
Ros. rubr.

Flor. verbasci ana ʒ j.
Sem. Plantaginis
Berber.
Melonum
Cuscuta
Papan. albi
Citoniorum ana ʒ x.
Pulueris cancrorum flumiasillium ʒ iij.
 Contusis crassiuscule omnibus mace-
 rentur per 4. dies in

Aquar. veronica
Scabiosa
Buglosse
Plantaginis
Symphyti maioris ana ℔ j.

Dein fortiter exprimantur & destillentur
 per cineres: huic aquæ destillatæ adde

Tinctura corallorum
Et Magisterii perlaurum ana ʒ iij.
Butyri seu lactis Sulphuris ʒ ℞.
Misce, dosis ʒ j. ℞.

Vel per se, vel admixta ʒ ℞. syrupo myrtil-
 lorum, aut de rosis siccis: de qua utendum ad
 plusculos dies.

Aqua antipleuritica.

℥. *Flor. papau. rheadis exsiccatore p. vj.*
*Coralli rubri tenuissime pulueriza-
 ti, & Pulueris corticum auellana-
 rum rubrarum*

Sem. Carduibenedicti ana ʒ j.

Macerentur per triduum ad ignem Bal-
 Mar. in

Aquar. papaueris rheadis ℔ ij.
Carduibenedicti
Ulmaria ana ℔ j.

Dein per cineres destillentur: de hac aqua
 exhibe ʒ iij. addendo syrupo *papan. rheadis*
 ʒ j. idque ante somnum: reiteretur, si opus
 fuerit: non prætermittenda erit prius san-
 guinis missio: cum hac aqua multos
 pleuriticos etiam desperatos
 sanitati breui restitu-
 tos sæpe vidi-
 mus.

Aqua

Aqua mirabilis ad collapsas vires instaurandas, & ad spiritus vitales & animales roborandos & reficiendos, qua elixir vite equiparari potest.

Fac destillati vinum Candie siue vinum maluaticum optimū quinquies vel sexies, in vnaqua; vice rectificando, vt artis est. In hac aqua vitæ post primam vel secundam destillationem, phlegmatisque separationem, macera

Flor. rosmarini exsiccatorum

Buglossa

Borraginis

Cort. citrii sicci

Ligni aloes

Et cinnamomi ana q. volēs.

Habita semper quantitatis conficiendæ ratione: multoties hanc aquam cohobando & reducendo. In culus optime rectificata lb. j. dissolue

Confect. alhermes ʒb.

Ambra grisea ʒij.

De hac exhibe cochleare dimidium in cordis deliquio, melancholicis & aliis deploratis affectionibus.

Aqua caponis ad idem.

Quamuis in VVeckeri viri doctissimi antidotario opere non minus laborioso, quam vtili, aliquot huius aquæ descriptiones satis elegantes reperiantur, non tamen intermittere potui, quin hic vnam de nostris adiungerem.

℞. Caponem vnum (vel plures, prout iuber) antiquum & pinguem exenteratum in frustra discinde, & in Phialam vitream capace[m] iniuce, addendo

Santali citrini

Ligni aloes

Caryophyllorum

Nucis moschata

Cinnamomi

Macis ana ʒj.

Galanga

Corticis citrii

Zedoaria

Crociana ʒb.

Flor. Rosmarini

Salvia

Betonica

Lauendula

Borraginis

Buglossa

Ros. rubrarum. ana p. j.

Coralli preparati ʒj.

Granorum alhermes ʒij.

Vini Canaria mens. j.

Sacchari albißimi lb. ʒ.

Vas bene clausum, vt nihil euaporet, collocetur in Balneum Mar. feruidum, per octo vel decem dies, donec capo vi bullitatis aquæ in minutissimas particulas decoctus fuerit, exprimantur postea omnia per torcular, & in alembico destillentur. Dosis est cochlear vnum atque alterum. Gesnerus hanc aquam mirifice commendat ad vires exhaustas, & ipsas etiam febres continuas.

Aqua ad cordis roborationem contra venena & pestilentes omnes affectus.

℞. *Rad. Angelica*

Carlina

Tormentilla

Cort. citrii

& Olibani ana ʒij.

Sem. Carduibenedicti

Acetosa

Vlmaria

Santalorum omnium ana ʒb.

Conseru. Buglossa

Rosarum

Violarum

Mithridatii

Confect. de hyacinto ʒij.

Spec. Diamargariti frigidi

Camphora ana ʒij.

Terenda terantur crassiuscule, & indantur omnia in alembicum vitreum, superafundendo aquæ vitæ rectificate lb. iij. di-

M m m m

geran-

gerantur vase optime clauso: Dein per cineres aut balneum vaporosum destillentur. Est aqua mirabilis ad lipothymiam, syncopen & pestilentes omnes affectus: dosi semicochleare argenteum, vel paulo plus.

Aqua ad pestis curationem & præseruationem.

℞. Ligni aloes ℥j.
Rad. Caryophyllata
Gentiana
Zedoaria
Angelica
Tormetilla ana ℥ij.
Cinnamomi
Mancis
Santalū rubri
Bacc. Iuniperi
Sem. Carduibenedicti
Cort. Citrii & sem. eiusdem an. ʒ. vj.
Dictamni Cretensis sicci
Melissa
Hyssopi ana m. j.
Rasura cornu ceruis
Eboris ana ℥℞.

Macerentur ad ignem lentū per sex octo-ve dies in succorum depuratorum ruta, scor- dij & vlmariā ana ℥vij. dein fortiter prælo exprimantur: his adde

Theriaces
Mithridatij optimi ana ℥ij.
Confect. de hyacintho.
Alkermes ana ℥℞.
Spec. diambra ʒij.
Crocī ʒj.
Camphora ʒ℞.
Vini maluatici
& aqua vita optima ana lb. j. ℞.

Infundantur denuo per sex dies ad ignem lentū vase optime clauso, vt nihil expiret: dein fortiter exprimatur: de quo expresso, si velis, exhibere poteris. peste iā correpto ℥ij. Est magnum sudorificum. Vel expressum illud destillet per cineres, & fiat aqua: dosi ℥ij. ℞. his addendo syrupi acetosissimi

citrii, vel limonium ʒ℞. fiat potio: sudorem mirum in modum prouocat: peste correptis primo etiam die exhibetur, etiam prætermissa purgatione, & sanguinis missione, quam euacuationem in multis pestilentibus affectibus improbamus: reiteretur potio, si opus fuerit, sequenti die. Conferret etiam ad omnes affectus venenatos, si cum aliqua aqua vel syrupo conuenienti commisceatur. Ad pestis præseruationem sufficiunt quatuor sexve huius aquæ guttulæ, in vino vel iusculo conuenienti, & mane propinata, ex guttulis aliquot eiusdem aquæ labra, nares, aures illiniri etiam poterunt, singulis manutinis grassante morbo.

Aqua anti-febricitica.

℞. Melissa
Betonica
Argentina ana partem vnam.

Vt ex illis omnibus simul tritis & expressis lb. iij. ad minus succi extrahi possint.

Succi foliorum & rad. Centaurii minoris, (quod febrifugam vocant) lb. ij.

Aqua astacorum seu cancrorum fluuiazilium cum crustis conuassatorum lb. j.

Aqua ex succo capium papau. albi elicita lb. ℞.

Aqua fructuum fragaria lb. j. ℞.

Misceantur, & per alembicum vitreum per cineres destillentur: specificum est remedium ad omnis generis febres, ac intermittentes potissimum, sed maxime tertianas nothas & exquisitas. Huius autem vsus est eiusmodi, vt 12. horis ante paroxysmum clyster emolliens & refrigerans iniiciatur: dein quinque ante prædictum paroxysmum horis iusculum optime consummatum exhibeatur. Accessionis vero initio propinandæ ægro sunt ℥ij. prædictæ aquæ, cui si guttulas aliquot spiritus vitrioli addideris, præstantior euadet.

Aqua

Aqua alia contra omnis generis febres, præcipueque contra intermittentes.

℞. *Aquarum Fragorum*
Centaurei ana lb. ij.
Mellis lb. ij. vel ij.

Omnibus inuicem mixtis indantur in Alembicum, quod sine pileo in formicarum acerrimum sepeliatur, ubi formicæ à mellis dulcedine pellectæ, cateruatim irruent in hanc aquam: postquam harum sufficientem collegeris quantitatem, exime vas, omnia inuicem optime agitando: dein capitello super alembicum reposito, omniū fiat destillatio per cineres. Dosis est semicochlear, aut paulo plus, si vires patiantur. Initio paroxysmi fatis vehementem prouocat vomitum: infiniti ex huius aquæ usu pristinam valetudinem recuperarunt. Sed Medici est, deliberare, prius quam eandem porrigat, num æger ad vomitum procliuis sit, nec ne: num materia, quæ febrem efficit, idonea sit vacuationi per vomitum, aut contra? numque ægri vires validiores aut debiliores existant? His omnibus exquisito iudicio libratis, intrepide vomituum hoc exhibebitur, cuius effectus præstantissimi se indies in pluribus ægrotis prodent.

Aqua ad febres etiam pestilentes & ardentissimas.

℞. *Rad. Tormantilla*
Buglossæ
Scorzonera
Acetosa ana ℥j.
Theviaces Alexandria ℥ij.
Succi Limonum depurati
Aquar. Fumaria
Vlmaria
Carduibened.
Centaurii minoris ana ℥ij.
Diamargarit. frig. ℥lb.
Extracti scordii ℥ij.

Macerentur per quattriduum: dein exprimantur & destillentur, de qua æger febricitans capiat ℥iij. & coopertus paulo plus solito sudabit.

citans capiat ℥iij. & coopertus paulo plus solito sudabit.

Aqua antinephrica.

℞. *Rad. Restæ bonis*
Petroselini
Eryngiorum ana ℥lb.
Fol. Parietaria
Herniaria
Saxifragia cum roso ana m. ij.
Argentaria m. j. lb.
Senclorum
Et Baccar. Alkekengi conquass. ana ℥ij.
Milij solis
Feniculi dulcis ana ℥ij.

Conquassentur & macerentur in vini albi generosi suffic. quantitate per quattriduum: dein fortiter exprimantur & destillentur: de hac aqua sumat cochlear vnum aut alterum singulis matutinis, assumpto prius bolo ex cassia, vel ex electuario lenitua, vel diasebesten.

Alia aqua antinephritica.

℞. *Succor. Argentaria.*
Senclorum
Parietaria ana lb. j. lb.
Hydromelitus scillitici lb. j.

In his liquoribus simul mixtis macera per 5. aut 6. dies ad ignem lentum Baln. Mar.

Gran. Iuniperi contusorum ℥ij.
Milij solis
Saxifragia
Althea
Bardana
Feniculi ana ℥ij.
Pulu. Herniaria
Rad. Restæ bonis
Cinnamomi ana ℥j.
Camphora ℥ij.

Dein destillentur per cineres. De hac aqua exhibe ad ℥ij. cui aquæ si sal proprium ex arte paratum, & conuenienti quantitate addas, longe potentius erit remedium.

M m m m 2 Alia

Alia prædictæ aquæ præparatio.

℞. Succor. Raphani
Limonum ana lb. j. ℞.
Aguar. Bertonica
Argentaria
Saxifragia
Verbena ana lb. j.

Hydromelitis maluatici lb. ij.

In his liquoribus simul mixtis macera per quatuor aut quinque dies ad ignem lentum B. M.

Granor. Tuniperi maturor. & recent. ℥ij.

Miliij solis

Sem. Bardana

Raphani maioris

Saxifragia

Vrtica

Cepa

Anisa

Foeniculi ana ℥j. ℞.

Quatuor sem. frig. maior. mundatorij

Sem. Altheæ ana ℥vj.

Extracti lithontrib.

Electuar. Ducis

Et Iuliani, Nicolai ana ℥℞.

Calcis testarum ouorum

Cinnamomi ana ℥ij.

Camphora ℥ij.

Dein foraiter exprimantur & destillentur per cineres: de hac aqua exhibe ad ℥ij. cui aqua si sal proprium ex arte paratum & conuenienti quantitate addas, præstantior multo euadet aqua.

Alia adhuc eiusdem aquæ præparatio.

℞. Rad. Helenij
Pimpinella
Petroselinij
Pyrethri ana ℥j. ℞.
Sem. Milij solis
Saxifrag.
Anisa
Foeniculi

Vrtica ana ℥vj.

Spec. Diatriopiper.

Lithontrib. ana ℥ij.

Baccar. Lauri

Tuniperi ana ℥j.

Sanguinis hirci seu ceruicæ ℥ij.

Halicacabæ

Sem. Genista ana ℥℞.

Contundenda contundantur & macerentur in suff. quantitate spiritus vini, per quatuor dies, dein destillentur. De hac aqua exhibe ℥j. vel ℥j. ℞.

Aqua ad comminuendum calculum etiam in ipsa vesica.

℞. Succor. Porri

Cepa

Raphani ana lb. ij.

Limonum

Parietaria

Auricula muris ana lb. ℞.

Omnibus his succis simul commixtis fiat primum digestio, & fermentatio, (quæ duæ operationes magnopere requiruntur), dein destillatio. Addi quoque potest crystallus calcinatus, nec non fimus columbinus, qui totus est nitrosus, singulorum quantum satis est. Hæc aqua per os exhiberi, vel in ipsam etiam vesicam iniici potest. Calculum comminuit, & sensim in puluerem conterit, mucilaginosam præterea & tartaream omnem substantiam, unde lapis generari solet, tum in renibus, tum in vesica incidit & dissoluit, idque sine ullo periculo & dolore. Est denique remedium potentissimum & summum, nostroque artificio inuentum & descriptum.

Ad idem.

℞. Succ. Esula minoris

Verrucaria

Centummodij ana lb. j.

In his macera borracis ℥j. dein destilletur.

Ad idem.

℞. Aquarum stillatiuarū Alkekengi & Fol. Querc. ana lb. ij. ℞.

In quibus macera per quatuor dies ad ignem Baln. Mar.

Rad.

Aqua in vesicam iniicienda.

Rad. Pyrethri crassiuscule contusa.
Galanga ana ℥ ℞.
Aloes ex vesica ℥ vj.
Sem. Fœniculi
Geniste
Mylis solis ana ℥ iij.
Lapid. Iudaici
Lincis ana ℥ ij.

Destillentur per cineres lento igne: dosis
℥ ij. vel tres.

Ad idem.

℞. Rad. Raphani in orbiculos dissecta, &
in alembicū iniecta bonam partem.

Huic adde

Cinnamomi.
Nucis moschata an. ℥ j. aut amplius.
Pyrethri ℥ vj.
Bac. matur. iuniperi ℥ j. ℞.
Fœniculi dulc. ℥ j. ℞.

Vini albi optimi tantum, ut duos tresve di-
gitos materiam supereminat: omnia dige-
rantur in loco frigido, vel per 10. vel 12. di-
es, & postea destillentur per cineres. Dosis
huius aquæ est ab ℥ j. ad ℥ ij. vel omissa de-
stillatione, postquam macerata & digesta
fuerint, traiciantur per manicam Hippo-
cratis, ac si voles, saccharum adde ad con-
ficiendum claretum, de quo capies ℥ j.
vel duas.

Aqua ad præseruationem calculi.

℞. Rad. Eryngiorum
Resti bouis
& quinq. aperitiuarum ana ℥ j.
Herb. Herniariae m. ij.
Cort. Limonum ℥ j. ℞.
Quas. Sem. frig. maior.

Sem. Maluæ.
Altheæ ana ℥ iij.
Saxifrag.
Miliis solis
Lapillorum Mespillorum
Raphani maioris
Bardana

Gran. Iuniperi maturorum & rec. ana ℥ vj.
Fru. Alkekengi num. xx.

Iuiubarum parua vj.
fol. Dictamni manip. ℞.
Flor. Geniste
Hyperici
Betonice
& malua arborescentis ana p. ij.
Liquiritia ℥ ij. ℞.
Cassia lignea ℥ j.

Contundenda contundantur, puluerifan-
da puluerifentur & macerentur in aqua

Argentina
Senecorum
Parietaria ana lb. ℞.
Vini albi generosi lb. ij.

Idque per quatruiduum in B. M. calido,
dein fortiter exprimantur: Expressione
adde

Spec. diatragacanthi frig.
Trochiscorū alkekēgi sine opio an. ℥ j.

Denuo digerantur ad ignem Baln. Mar.
per vnum diem vel alterum, & destillen-
tur per alembicum vitreum, ut artis est.

Aqua histerica.

℞. Succorum depuratorum Matricariae
Mercurial an. lb. j.
Nucis moschata
Cinnamomi
Ligni aloes
Macis ana ℥ j.
Flor. Anthos
Salvia ana p. ij.
Castorei ℥ vj.
Fœcula Bryoniae ℥ ℞.
Vini albi generosi lb. j. ℞.

Digerantur per tres aut quatuor dies, de-
in destillentur per balneum vaporosum
feruentissimum: fiat aqua pro histericis o-
mnibus affectibus: dosis cochlear vnum
mane. Vterum ab impuritatibus detergit;
muliebris fluori confert, histericisq; omni-
bus affectibus conducit.

Aqua contra colicam ventriculi &
ntestinatorum à cruditatibus &
flatibus subortam.

Destilla aquam ex floribus Nucum &
M m m 3 Chamæ-

Chamomilla, de quibus singulis cape lb. iij. misceantur, in iisque infunde per quadriduam, florum *Chamomilla vera* & *Sambuci ana p. vj.* dein fiat expressio & colatura, in qua rursus infunde ut prius per 4. dies prædictorum florum, ana p. vj. tandem de novo colentur, & prælo fortiter exprimantur, cui expressioni adde

Sem. Fœniculi
Anisi ana ʒj.
Baccar. iuniperi ʒij.
Lauri ʒj. ʒ.
Cinnamomi electi ʒvj.
Mentha rubr. sicca. M. j.

Anodynum
 & aduersus
 flatum reme-
 dium.

Stent in infusione in B. M. per duos dies: dein destillentur per cineres. Hęc aqua est tum ventriculi, tum intestinorum anodynum remedium: dolores omnes à flatib. & à quavis alia frigida causa subortos sedat, flatuq; ipsos dilcutit. Dosis ab ʒij. ad tres.

Aqua scorbutica & hydropica.

℞. *Cort. Capparum.*
Fraxini
Tamarisci
Polypodii querni ana ʒij.
Herb. Cochlearia
Nasturtii aquatici
summitatum Melissa
Eupatorii Mesua
Ceterach.
Chamaedr.
Chamaepit. ana m. ij.
Sem. Fœniculi
Anisi
Cardui bened. ana ʒj. ʒ.
Flor. Genista
Centaurei minoris
Hyperici
Sambuci
Epithymi ana p. ij.

Omnia macerentur per tres dies in

Aqua Fumaria
Seri lactis ana lb. iij.
Vini albi generosi lb. iij.
Oxymelitis scyllitici lb. j.

Dein colentur & exprimantur: expressioni adde

Trochiscorum de capparibus
Dialacca ana ʒvj.

Postea destillentur per cineres ad siccitatem. Dosis ʒij. mane tribus horis ante cibum, continuando per aliquot dies secundum morbi magnitudinem.

Hęc aqua tartareos crassosque humores melancholicos tum in liene, tum in mesenterio, aliisque nutritioni famulantibus partibus collectos ac infarctos præparat, incidit, digerit, emollit & liquefacit, futuræque euacuationi aptos reddit, melancholiæ hypochondriacæ, quartanæ febris, scirrhum tum hepatis, tum lienis conducit. Sed confert proprie ad scorbutum, malum quidem maritimis aëquilisque præsertim regionibus familiare & endemicum.

Si prædictæ compositioni herbas cichoraceas, radices vincetoxici, rubiæ tinctorum, valerianæ, seminaq; sambuci & ebulli addideris, cum trochiscis de eupatorio, de rosis & de rhabarbaro, concinnabis aquam ad hydropem perutilem.

Aqua dysenterica.

℞. *Rad. Acetosæ*
Pentaphylli
Tormentilla
Bistorta
Bursa pastoris
Symphiti vtriusq; ana ʒj. ʒ.
Cort. Citrii sicca ʒj.
Ligni aloes
Ligni rhodii
Myrobalan. omnium an. ʒ ʒ.
Sem. Melonum
Cucumeris
Acetosæ
Citri
Portulacæ
Endiuæ
Papau. albi
Psyllii
Citoniorum
Coriandri præparati

Et granorum myrti ana ʒvj.

Flor. Tapsi barbati

Malua arborefcntis

Chamomilla

Rofarum rubr. ana p. ij.

Macis

Nucis mofchata ana ʒ iij.

Cornu cervi preparati

Trochifcorum de fpodio

Et de terra figillata

Lapidis hamaticis preparati ana ʒ ij. ʒ.

Acacia ʒ j.

Contundenda contundantur, & puluerifanda puluerifentur ac macerentur per 6. dies ad ignem Baln. Mar.

In aqu. Pyrorum agreffium

Sorborum

Plantaginis

Et Tormentilla ana lb. ij.

Florum Malua arborefcntis

Chamomilla Et

Verbafci ana lb. j.

Dein colentur & quam optime exprimantur: huic expreffioni adde

Opii Thebaici preparati, id est, fuo sulphure narcotico (quod fuaniffimi fomni loco veterum inducit) per lenem ignem prius fpoliato ʒ j. ʒ.

Extracti dyfenterici noftra defcriptionis

Croci maris ana ʒ ij.

Croci orientalis ʒ j.

Spec. Diatragacanthi frigidi ʒ. vj.

Dein ex artis pæfcripto deftillentur, vt fiat aqua, quæ non tantum mirabilis eft. In dyfenteria communi vel peffilentiali, fed & in omni alui fluore omnique hæmorrhagia fanguinis à quacunque parte defluat, aut fuboriatur.

Aqua hypnotica.

℞. 4 fem. frigidorum maiorum excorticatorum, ana ʒ ij.

Sem. Papau. albi lb. ʒ.

Lactuca ʒ iij.

Hyofoiami ʒ ij.

Flor. Nympha

Violarum

Rof. rubr.

Papau. rheadis ana p. iij.

Flor. Sambuci

Et fummifatum Ruta ana p. ij.

Macis

Nucis Mofchata

Benioini an ʒ vj.

Contundantur & infundantur per quadriduum.

In aquar. Rofarum

Lactuca

Nenupharis

Papaueris rheadis ana lb. ij.

Dein colentur & fortiter exprimantur: huic expreffioni adde

Requi. Nicolai ʒ ʒ.

Croci

Mumie ana ʒ iij.

Camphora

Caftorei ana ʒ j.

Deftillentur ex artis pæcepto: dofis huius aquæ ʒ ij. tempore fomai. In omnibus diuturnis vigiliis, à febribus ardentibus, pæfertim excitatis plurimum conducit, pæferendaq; eft, vt longe tutior aliis vulgaribus narcoticis, fimplici nempe requei Nicolai, Philonio, ipfiusque pilulis de cynogloffa, & aliis eius generis. Hæc aqua dolorem etiam omnem obtundit & mitigat, atq; inflammationibus omnibus internis cõfert, viresq; æmulatur alicuius laudani.

Aqua ad gonorrhæam fætidam & virulentam atq; etiam inueteratam pæftantiffima.

℞. Pulueris Mentha fæca

Diſtamni Et

Rad. Ireos Florentia an. ʒ. j.

Puluer. fem. agni caſti

Ruta

Lactuca

Lactuca an. ʒ vij.
Terebinth. Veneta ʒ iiij.
Vini albi ʒ xx.

Hæc omnia iniiciantur in Alembicum, & per Baln. vaporosum destillentur: de hac aqua exhibe mane duo cochlearia per aliquot dies, præmissa conuenienti seu mercuriali aliqua purgatione: hanc centies expertus sum: conducit etiã ad vlcera renũ.

Aqua ad ictus sclopetariorum.

℞. Aristolochia rotunda
Baccarum lauri in puluerem redact.
ana ʒ ss.

Puls. herb. Veronica
Pyrola in umbra resicatorum
ana ʒ ij.

Astacorum in plenilunio cap-
torum, & in furno exsiccato-
rum & puluerisatorum
ʒ vij.

Omnes hi pulueres inter se mixti lineo sacco includantur. Quib. peractis, accipiendum est vas nouũ terreum, vitreatumque, & satis capax, cui infundendæ sunt hemine tres vini optimi, miscendo simul Peruinæ recens collectæ m. j. dein etiam sacculum prædicto puluere refertum, & optime deligatum. Quæ omnia ita disposita mæcerentur per dies aliquot, exprimantur fortiter & destillentur ad mediæ aut duarum partium consumptionem. Tum reseruata seorsim aqua destillata faeces residuæ per manicam Hippocratis transcolentur & seorsim asseruentur. Huius autem vsus est eiusmodi, vt saucius vncias circiter duas aquæ destillatæ singulis matutinis per dies 14. continuos capiat, vt ex eo, quod in vasis fundo remanserit, optime, vt dictum, colato vulnus lauet, & turundam (quæ parua esse debet, etiam si cauum & profundum vulnus fuerit) illinat, cui tandem folium caulis rubri superimponat, atque ita mirabiles aquæ effectus experietur. Vulneraria quoque est prædicta aqua, miroque progressu vlcera inueterata tam interna, quam externa sanat. Conferet etiam ad

Vsus aqua
ad ictus
sclopetario-
rum.

cancrum, si cum ea decoquas vermiculos, qui multipedes dicuntur.

Aqua balsamica excellentissima aduersus omnis generis apostemata, vlcera interna & externa: potissimum contra fistulas, & vlcera phagædenica & maligna.

Ex æquis partibus foliorum & florum
Rosmarini foliorum & granorum.

Lauri

Sanicula

Veronica

Peti

Myrti

Plantaginis

Destilla aquam, cuius t̄b. vj. adde

Terebinthina Veneta t̄b. j.

Gummi hedera

& Ceraforum ana ʒ iiij.

Thuris masculini

Myrrha

Mumia vera, an. ʒ ij. ss.

Aloes succotrina ʒ iiij.

Macis

Piperis

Caryophyllorum ana ʒ j.

Sacchari t̄b. ss.

Croci ʒ ss.

Omibus inuicem mixtis fiat in retorta destillatio per cineres, vt artis est, donec recipiens sua sponte refrigeretur. Hæc aqua, quæ tota oleaginea est citra vllam rei alicuius separationem, serua in phialis probe clausis. Nam excellentissima est, & pretiosissima, ex ea lauabis fistulas, ad motis solummodo eius aliquot guttulis: item vlcera cancrøsa, phagædenica & sordida, quæ vicina sunt malo mortuo, & mira videbis. Præstantissima quoque est ad carbunculum & anthracem pestilentem ad vomicas, abscessus, apostemata, & interna vlcera. Offerendæ sunt tantum aliquot guttulæ cum vino albo aut

Carbuncu-
lus & An-
thrax pesti-
lens, &c.

aut cum alio quodam in sculo, vel aqua vulneraria.

Aqua podagrica.

℞. *Aquæ distillationis vrinae pueri vimum bibentis* ℥. ij.

Spermatis ranarum.

Tapsi barbati

Filicis ana ℥. ij. ℞.

His adde *Theriacis recentis* ℥. ij. ℞.

Vitrioli

Salis fusi

Aluminis ana ℥. iiij.

Destillentur ad siccitatem per cineres: huic aquæ adde

Salis Vitrioli, id est, de suo colchotare extracti ℥. j. ℞.

Camphoræ

Croci ana ℥. ij.

Misce. Cum hac aqua foueantur partes dolentes tepide, sæpe noua immersione renouando linteola. Vel cum muria salis & vrina pueri ana simul mixta, destilletur aqua ad eisdemmet dolores pacandos.

Aqua alia podagrica.

℞. *Foliorum & florum sambuci viridiū ana* ℥. j. aut plus minus, prout libuerit, maiorem vel minorem quantitatē conficere. Contundantur omnia, & optime macerentur in aqua vitæ, idque per dies duos vel tres in Baln. Mar. dein destillentur per vas vitreum vel cupreum ad siccitatem, deque hac aqua bis in die foueatur pars dolens, eaque fidenter & intrepide vtere, vel etiam in ea Podagræ species, quæ à calidis humoribus permanauit.

Alia aqua antipodagrica.

℞. *Spiritus vini rectificati* ℥. ij.

Mellis purissimi ℥. j.

Destillentur in balneo vaporoso: sic duos destillabis liquores: primus est aqueus, secundus multo fortior & sulphureus, quem seorsim reserua: magmati siue remanentia adde

Croci orientalis integri ℥. j. ℞.

Terebenthina Veneta ℥. ij.

Castorei ℥. vj.

Tartari ad albedinem calcinati ℥. ℞.

Salis fusi ℥. j.

Phlegmatis vitrioli à suo spirita non separati ℥. iiij.

Lixiuij sarmentorum vitis ℥. ij.

Maceretur per 24. horas, dein destillentur, ad siccitatem, liquor, qui inde emanabit, seruetur etiam seorsim. Facibus remanentibus affunde priorem aquam reseruatam: macerentur & destillentur. Tandem omnes liquores destillatos misce, & denuo per Balneum vaporosum destilla: sic habebis aquam antipodagricam miræ facultatis.

Hanc mihi aquam Germanus quidam vir celeberrimus tanquam singulare donum obrulit, affirmans, hanc esse ipsam aquam M. Rulandi. Eodem igitur, quo nobis constitit pretio, eam nunc reddimus, dignam eandem statuentes, vt in publicum hominum conspectum veniat. Eximios enim ipsius effectus vidimus in sedandis podagricis doloribus, si linteola in eadem mediocriter calefacta & immersa membro dolenti applicentur.

Aqua ad ambusta.

℞. *Aquæ stillatitiæ foliorum Filicis* ℥. j.

Phlegmatis vitrioli

& Aluminis ana ℥. ℞.

Flor. Tapsi barbati

Fol. Hederæ nigra ana m. j.

Limacum rubrarum

Ranarum

Astacorum aut Cancrorum fluuiatiliū ana n. x.

Destillentur in alembico plumbeo, satis magno igne, ex hac aqua foue adustum locum quinquies aut sexies in die. Aqua quoque spermatis ranarum mixta cum solo vitrioli phlegmate multum confert.

Ante multos iam annos descripsi aquam quædam in meo sclopetario, ex Fili-

N n n n

cis

Aqua spermatis ranarum ad ambusta.

eis tantum additione præparatam, quæ sola in ambustis præsentissimum & summum est remedium, si linteola in ea imbuta loco afflicto apponantur. Aqua sequens in eodem libro nostro descripta ad eisdem vsus valet, potestque omni tempore parari.

Aqua cancerorum ad idem.

Aqua ex-temporanea cancerorum.

Canceri aut gammari bulliant cū aqua Semperuiui maioris in vase duplici accurate ocluso per diem integrum: post destillentur igne subiecto. Aqua ter affundatur capiti mortuo & abstrahatur, tum demum referuetur. Inflammationi, ambustis, & carcinomati multum confert. Si ex cineribus capitis mortui salem cum propria aqua elicies, præstantius euadet remedium ad curanda carcinomata & phagædenica omnia vlcera.

Aqua purgans.

Aqua purgans simplex.

Accipiantur semina sambuci & ebuli, suo perfectæ maturitatis tempore, quod erit circiter Autumni initium, ex his prælo exprimatür vinum siue succus, conquassatis simul vinaceis siue nucleis suis internis: mixtis simul omnibus fiat destillatio. Hæc aqua super fæces suas cohobata insignem purgandi efficaciam habet, præcipueq; serofos humores trahit, aromatizetur cinamomo, coriandro cū succo cotoniorum præparato, & similibus. Hydropticis dari potest ab ʒj. ad ʒ. ii.

Aqua purgans composita.

Vt ex iisdem, ad eisdemmet vsus, aqua fiat composita, quæ nobiliores ac validiores purgandi vires obtineat.

*ʒ. Ag. vt supra destillatarum
Sem. Ebuli & sambuci ana lb. j.
Succ. Peci.*

Flor. persicæ arboris ana lb. ʒ.

His adde suo tempore

*Flor. Ebuli
Sambucæ
Hyperici
Centaurij ana m. ij.*

Flores ptius cōrundantur, dein omnia

simul destillentur per retortam ad siccitatem vsque, idque virtute caloris balnei vaporosi.

Aquæ huic adde

Aloes succotrina ʒ iij.

Scammonij ʒ ij.

Myrrhe ʒ j. ʒ.

Cinnamomi

Sem. Fœniculi dulcis

Anisi ana ʒ j.

Omnia iterū destillentur per retortam, cū suo recipiente, vt nihil expirare possit, idq; in eodē balneo vaporoso: digestionis tēpus duret ad diei vnus spatium, postea inferuescat balneum ad summū, vt ad siccitatē omnia destillentur, nec vllum adustionis periculum hic timēdū erit: aquæ n. feruentis vapores, vt se vndiquaq; accuratissime ocluso, adustionē prohibent. Quæ destillandi ratio omnium est optima, tutissima & facillima, qua sola, citra alterius rei additionē, ex omnib. herbis & florib. calefaciēdi vi præditis, aquæ & olea simul & cyna elici possunt. Dicta aqua oēs humores clemēter purgat, infantibus, qui lumbricis & eorruptionibus internis infestantur, cōducit, nec nō iis, qui alia remedia vulgari modo parata protus abhorret. Dosis est ab ʒj. ad ʒ. ii. habita agrotantis naturæ viriumq; ratione.

Aqua & olea simul & vna eliciuntur ex omnibus herbis & floribus calidis virtute caloris Bal. vaporosi.

Circa finē huius tractationis de aquis vnicam adhuc coronidis loco addemus, quæ vomitiua & purgatiua simul existit. Huius admirandæ admodū sunt dotes in curandis febribus etiā pestilentibus, quæ hoc ipso tēpore tyrānidem suā exercent in amplissima nostra Parisiensi vrbe: hæc insuper præstantissimos prodit effectus in persanandis pleuritis morbis multum popularib. & communibus: in quorū curationibus hodie infiniti errores cōmittuntur. Quib. rationib. permotus, occasione hic vel inuitus arripui, publici cōmodi causa, nō diutius celandi tam arduum & excellens secretum, quamuis id præter institutum ex metallicorū reme-

Aqua vomitiua & purgatiua simul.

diorum familia desumptum sit: huius enim classis medicamina aliò nobis referuanda proposueramus, nempe in pharmacopœam nostram Spagyricam, quæ propediem hanc quoque lucem visura est, modo Deus Opt. Max. nobis exiguâ adhuc huius vitæ vsuram largiatur. Scio non defore criticos aliquos Censores, qui cum sint metallicorum medicamentorum acerrimi hostes, ob conatus nostros cãdidos proculdubio indignabuntur, nosque reprehensione & ignominia laceßere haud dubitabunt. Sed parum certe moueor ab ipsorum indignatione, dummodo nobis certo constet, labores nostros in publicam cedere vilitatem. Satis est saltem iis placuisse & profuisse, qui momis istis nulla in re inferiores existunt: hi me dignum favore suo existimabunt, meaque me laude minime priuabunt. Sed quoniam hoc remedium metallicum & chymicum est, in eo describendo vocabulis artis chymico-medice intellectu facillimis vtat: cum isti solitam splendidis & lautis ferculis gustandis digni sunt.

Magnesia Saturni, & Salprunella.
 ℞. *Magnesia Saturnina opalina & pellucida, & lapidis vel salis prunellana, miscantur, igniantur & calcinantur calcinatione philosophica: magnesiã inuenies calcinatam & coloratã instar hepatis, quam dulcorabis & vsibus referuabis.*

Puluis metallorum.
 Puluis hic erit instar alicuius croci, eique nomen croci metallorum vere competit, siquidem magnesia, à qua originem traxit, est metallorum radix, & primum ens. *Eius accipe ℥j. aqua cardui bened. lib. ij. vel tres: cinamomi ℥ss. macera omnia per biduũ aut triduum, dein transcola & vsui referua hanc aquam, quæ iure optimo meretur nuncupari aqua benedicta: insignes enim & mirandos edit effectus. de hac sume ℥jss. aut amplius horis matutinis: non est ingrati saporis: blande prouocat vomitum, & quatuor aut quinque sedes, euacando per supe-*

riora & inferiora simul, quòd vix præstabit aliud remedium. Vturpatur vt supra felicissime ad omnis generis febres etiam pestiferas, pleuritides item, aliosque deploratissimos affectus, qui ob radices profundius validiusque infixas vix subigi & edomari possunt.

ADDITIO.

Equidem ignoro, num aqua benedicta doctissimi Martini Rulandi, cum hac æquiparanda sit, necne: filii, tanto patre dignissimi, erit id docere, & plane mihi persuadeo, cum in gratiam publici boni aquam suam, diu iam celatam, tandem in lucem producturum. Obseruauit in eius cœturiis permulta & egregia curationum experimenta, quæ in variis affectuum generibus ab ipso præstita sunt, & præcipue in pleuritide, cuius morbi curam, paucorũ dierum spatio, plerumque citra dierum criticorum obseruationem, venæque incisionem absoluit. Fuit autem à nobis alias in obseruationibus nostris animaduersum, pleuritidis quãdam speciem esse, quæ in omnibus veram & legitimam, non autem spuriam æmuletur: orta ea est à malignis & acerbis vaporibus, ab inferioribus partibus sursum in pectoris regionem delatis, ex quorum virulentia & acrimonia, tunicæ, pleuræ dictæ, inflammatio, nec non venarum erosio excitatur, vnde sanguinis ex puitio, spirandi difficultas, febris, & alia symptomata, quæ veram pleuritis comitari solent, consequuntur: Vbi purgatio cum huiusmodi præsidii instituta, sanguinis detractioni & eccoprotici exhibitioni, longe lateque præferenda erit. Sed huius rei veritatem cognoscent ii, qui Ferrariæ in Xenodochio aliquandiu degerunt, vbi infinita pleuriticorum cadavera quotidie dissecantur, in quibus viscera interiora, stomachus videlicet & intestina, lumbricis & vermibus tota infarcta reperiuntur. Huiusmodi pleuritides, hostis.

Aqua benedicta M. Rulandi aduersus pleuritis.

Pleuritidis notha species.

Mercurius lumbricorum.

des, quæ ab iisdem, quibus pestilentes or-
sus sui causam ducunt, auxilium tale ex-
poscunt, quod facultatem habeat ver-
mes expellendi, & corruptionum incom-
moda tollendi, qualis est virtus & pro-
prietas Mercurii, rerumque mercuria-
lium, sicut id omnibus satis constat.
Nec dubitandum erit, quin dicta ma-
gnesia, quæ eandem participat proprie-
tatem, in eiusmodi affectibus tam suspi-
ciendos & prope diuinos effectus sit o-
stentatura.

Quoniam autem nobis de pleuritide
sermo est, quod morbi genus frequenter
admodum, & cum imminente mortis
periculo fere vbiq; grassari solet: hic à
ratione non alienum erit, si contra eius-
modi affectum quædam adhuc remedia,
propria experientia à nobis multoties
comprobata, proposuerimus.

*Aqua pa-
paueris ad
pleuritidem.*

Primum est aqua papaueris rhæadis,
ex qua exhibentur ℥ iii. vel iiii. cum dra-
chma ꝑ. pulueris ex corallo rubro, auel-
lanis rubris, & lucii piscis mandibulis
compositi. Vidi hoc solo remedio nullo-
que altero siue interno, siue externo ad-
hibito, elegantes simul & certos experi-
mentorum effectus.

*Pomum ad
idem malū.*

Si malum perseveret ultra tertium
diem, dandum erit sudorificum aliquod,
quod eidem morbo sit congruum & spe-
cificum, cum pomo curtispindulo exca-
uato, & olibani siue thuris masculi dra-
chma vna repleto, & ad ignem cocto, ad-
eo vt puluis olibani ac pomi substantia
inter coquendum commisceantur. Sunt,
qui adiciunt tantillum sacchari candi,
& ita pomum edendum offerunt. Post
deglutitum pomum assumat æger subi-
to duas vel tres uncias aquæ cardui be-
nedicti, & stragulis cœopertus multum
fudet. Huius remedii beneficio innume-
ros pristinae valerudini restitutos noui-
mus.

Aqua ophthalmica.

Si huius croci ex dicta magnesia para-
ti, & prorsus inspidi, accipias ℥. vnam vel
duas, & infundas cum aquarum euphra-
giæ, fœniculi, aut similiarum, quæ oculo-
rum affectibus idoneæ sunt & salutare,
℥ v. vel vi. aquam conficies ophthalmi-
cam, miræ admodum virtutis contra
amblyopiam, amaurosim & suffusionem
oculorum. Potest guttatim in oculum
instillari citra vllum doloris sensum: cu-
iusvis enim acrimonie expers est. Ex ea
etiam oculus singulis matutinis, idque
ad plusculos dies irrigari debet. Hæc tan-
tæ virtutis est & energie plena, vt etiam
exterius oculo applicata aluum ipsam
sollicitare possit. Hinc idcirco nubecula-
larum visum turbantium, discussione, si-
milibusque affectibus multo aptior est,
quam cætera quæque collyria, ex corro-
siuis composita, vt inter alia est aqua cæ-
rulei coloris, quæ paratur ex aqua plu-
uiali & sale ammoniaco, diu in pelui con-
soria simul agitatis, cui spiritus vitrioli
ea agitatione commixtus elegantem in-
ducit viriditatem, eaque multi, haud in-
felici successu vtuntur. Sed ex inflamma-
tione & dolore, quem adfert, malum
subinde acuitur, adeo, vt aqua ex croco
dictæ magnesiæ concinnata multo præ-
stantior, meo quidem iudicio, habenda
sit, vt pote quæ citra vllum dolorem effi-
caciter & vtiliter operetur.

*Aqua oph-
thalmica
ex croco
metallorum.*

*Aqua mi-
rabilis vel
ab extra,
ventrem
lauans.*

Optarem equidem, aquam meam oph-
thalmicam pari, vel ad minimum non in-
feriori virtute præditam, tantas quoque
promereri laudes, quantas Martinius Ru-
landus adscribit aquæ suæ, quam in am-
isso pene visu restituendo stupendos pla-
ne effectus prodidisse affirmat. Sed quor-
sum hæc enarro? vt nempe ipsum Ru-
landum filium ad rã vtile & rarum secretum
tandem proferendum, & bonis cordatis-
que viris vel publicæ vtilitatis ergo com-
municandum tacite pelliciam.

Aqua antiepileptica ex magnesia dicta, & crusta panis.

Historia.

Ex dicta magnesia, nulla addita præparatione alia & ex crusta panis puluerizata, elicio per cornutam ad ignem satis magnum aquam antiepilepticam, quam pluris facio cæteris omnibus *supra* descriptis, quantumuis è varia vegetabilium familia petitis. Huius non mediocres effectus in pluribus feliciter expertus sum, potissimum autem in Io. Vignone, Eustachii illius typographi magni nominis filio, is à pueritia in Germania educatus, circa decimum octauum ætatis annum graui admodum epilepsia contipitur, quam ex omnibus signis idiopathicam, omniumq; pessimam pronunciatu licuisset, auxilium primo & opem à doctissimis quibusdam in Germania Medicis imploratam adhibuit: tandem in natale solum à parentibus euocatus, mecum I. Antonio Haraceno viro doctissimo & aliis quibusdam celebribus Medicis accessit, vbi cum à nobis communi consensu, iuxta artis præcepta, omnibus præscriptis & tentatis remediis vulgaribus nihil proficeretur, sed frustra omnia fierent, imo morbus in dies adeo increscebat, vt cum antea semel in septimana, postea singulis fere diebus, horrenda mali accessione & insultu eger infestaretur. Hinc D. Candolius affinis eius, & veteri amicitia mihi cõiunctus, illi fidei & curæ meæ priuatim cõmendauit, obnixè petens, vt præter illa vulgaria auxilia aliquod singulare de meis profligando morbo adhiberem, cuius petitioni frustra tentatis cæteris omnibus, tandem locum labes dedi. Purgatione igitur semel tantum præmissa eum panchymagogorum meorum vno, statim vsum prædictæ aquæ meæ antiepilepticæ ad triginta vel quadraginta dies singulis matutinis continuandum præcipio, in cuius secunda exhibitione vermiculorum quoddam genus in excrementis hinc inde volutari animaduerto. Hęc enim aqua proprietatem habet aluum bis vel ter, circa cor-

poris tamen vllam perturbationem aut vomitum, commouēdi, cuius aquæ continuo vsu in dies magis magisque infinitus vermium numerus educebatur: hæc enim tanti mali minera & fomes in occulto nimis delitescens, post exhibitionem vigesimam vel vigesimam quintam tandem sese prodebat, qua expulsa & penitus excisa æger tam firmam recuperavit sanitatem, vrab eo tempore, quo sanatus est, ne vel minimū huius mali vestigium perceperit. Hęc est huius curæ historia, quæ ante annos plusquam viginti, per Dei gratiã, feliciter & ex voto successit. Hanc vt verissimã de industria hic commemorare, oculisque subiicere volui, vt indubitanter omnibus constet, quam potentes & plane inenarrabiles sint effectus horum medicamentorum vulgo incognitorum, quorum tamen notitiam in patriæ ac reipublicæ emolumentum magis ac magis cessuram, apud plures ex animo precor & exopto.

Præter enumeratas tam simplices, quã cõpositas artificiosas aquas, quas pristino splendori restitimus, ars Spagyrica alias aquarum differētiã, nouo nos docet artificio componere, præsertim vero ex omnibus aromatibus, herbis, floribus & seminibus calefaciendi dote præditis: hæc autem aquæ paratu facillimæ sunt, ex quibus plurima emergunt commoda, & quarum ope olei plura genera maxime aerea, & partium tenuitate efficacissima eliciuntur. Verum quia omnibus fere notæ huiusmodi aquæ existunt, in iis recensendis nõ multum immorabimur: præcipuas tantum in medium profereamus, atq; illas, quas pharmacopœi semper paratas in officinis habere debent, quod scilicet propter insignes operandi vires in quotidianum vsum cadant: nec raro aliunde petenda, quam quod nobiliori quodam modo simplicium medicamentorum, vnde extractæ fuerūt, facultates fere totas & integras in se contine-

Alia aquas preparandi ratio ex omnibus aromatibus, herbis, floribus & seminibus calidis siccis.

Olea simplicium aquis annatant.

ant. Eodem modo simplicium olea, quæ propriis aquis supernatent, eliciuntur, quæque effectus exerunt non paucos atque vulgares. Aquæ etiam modo dictæ ad syrupos diuersimode concinnandos proderunt, basimque subministrabunt: quorum inuentionem mihi iure adscribere possum, vt capite de syrporum restoratione latius patebit.

Exordietur autem ab aqua Cinnamomi, quia eius vsus & vulgatio & notior est, ea itaque sic parabitur.

Aqua Cinnamomi.

Aqua Cinnamomi cum vino & aqua rosarum.

℞. Cinnamomi ℥. iij. quod crassiuscule conuassatum, & in aquis vini albi generosi, & aquæ rosarum partibus (alio in solo vino) duorum aut trium dierum spatio infusum in alembico destillat, atque sic aquam lacteam, quæ simul in se partem sulphuream & oleaginosam cinnamomi continet, eliciunt, accurateque adseruant. Quod si magnam eius quantitatem componere velis, vt ere æneo vase maiusculo, cui refrigeratorium annexum sit. Vulgo pro singulis Cinnamomi libris vini albi & aquæ rosarum, ana librae duæ adiiciuntur. Quia vero non multum olei ex Cinnamomo extrahi potest propter partium illius tenuitatem, vnde fit, vt cum aqua cõmiscetur, propterea vinum album & aqua rosarum peculiariter & præcipue vsurpantur, quorum loco in aliorum aromatam, herbarum, florum & seminum destillationibus aquam duntaxat communem assumimus. Exempli gratia.

Aqua Caryophyllorum cum aqua communi.

℞. Caryophyllorum conuassatorum lb. j. aut duas, aqua fontana tepida quadruplum, imo plus, si visum fuerit: hæc recipiantur vase æneo commemorato, cui vasculum refrigerans adheret, macerentur vnum, duos aut tres dies: post mediocri ignis supponatur ita, vt aqua bulliat, tum euaporantem conspicies, secumque oleum Caryophyllorum defe-

rentem, quod quia quouis alio grauius est, totum fere imum petit. Ab aqua vero secernitur cum in fundibulo (vt vocant) & lagenula rite occlusa reconditur. Aquæ, quæ remanet post olei sui separationem, turbida est & oleaginosa: odor & sapor Caryophyllorum impressi tam vegeti existunt, vt si ea hauriatur, aut naribus admoueat, qualitates Caryophyllorum quam maxime indicabuntur.

Ex hac aqua, quemadmodum ex aliis, quæ hac arte extrahuntur, ex qualibet arom. tũ specie, vt pipere, nuce moschata, mace, Zingibere, cubebis, & huiusmodi cæteris, vt etiam ex omnibus seminibus & baccis calidis, lauri scilicet, iuniperi, fœniculi, anisi, cumini, dauci, pœonia &c. denique ex herbis & floribus calore pollentibus, vt saluia, rosarino thymo, hysopo, ruta, calamentha, origano, pulegio, mentha, betonica, & similibus, componi poterunt syrapi, qui longe melius vires simplicium, ex quibus concinnantur, sibi conceditas tenuabunt, genuinasque facultates multo efficacius referent, quam eorundem aquæ, & decoctiones gregaria via paratæ, vt paulo post dicturi sumus, vbi de syrapi cum iisdemmet aquis præparatis agemus, & consequenter suo loco cuilibet compertum erit, quibus vsibus olea ipsorum simplicium inseruiant, quæ, vt monuimus, a propriis aquis separari debent.

Sed hæc de aquis tractatio hucusque sufficiat. Temporis nunc ratio postulat, vt vela contrahamus, ne forte longiori mora in vertices inextricabiles abrepti, benigno lectori molestiam creare videamur. Plures aquas fragrantæ & odoratas ad faciei decorationem, pustulas, impetigines, lentas, maculas, & aliosque externos affectus conferentes, in secundum librum nobis reseruamus describendas, quas in humani generis vsu in medicum proferte non recusabimus.

Oleum ab aqua in fundibulo separandum.

Ex omnium horum simplicium aquis componuntur syrapi.

Aqua ad externos faciei affectus secundo libro tradentur.

CAP. VIII.

de Decoctis.

FATOR equidem, celebrem decoctorum usum longo iam tempore in communi pharmacia extitisse, quem nec ipsi improbamus, sicut falso de nobis garriunt quidam Censores. Sunt tamen potissimum duo, quæ in iisdem desideramus, ob quæ nostræ reformationi haud immerito ipsa subiicienda putauimus. Quod utique æquus lector ipsemet secum paulisper consideret, nostroque conatui haud grauate fauere dignetur.

Primum est, quod in horum decoctorum compositionem ex communi more recipiantur. ingredientia adhuc viridia & superflua humiditate scatètia: ex quibus essentiam & virtutem elicere conantur, decoctionibus cum aqua sola fontana, vel fluuiali factis. Ac licet decocta huiusmodi per manicam transcolentur, & cum oui albumine clarificentur, prout moris est, compertum tamen est, ipsa paucorum dierum spatio situm contrahere & corrumpi. Qua ratione igitur potest id, quod per seipsum facile corrumpitur, à corruptione vindicare corpora nostra, in quem tamen finem pleraque fere decocta ægrotis præscribuntur ac offeruntur? Ut igitur ieiunis his & imperfectis operandi viis consulamus, necesse erit, vt simul ac clarificatio fuerit facta, adhuc alix duæ ipsam consequantur operationes, digestio scilicet & fermentatio quarum ope & vt paucis post horis separari percipies materiam quandam crassam ac terream in eo, quod purissimum & clarissimum credebatur, adhuc delitescentem, quæ huius corruptionis vnica causa existit, quemadmodum de his fufius dicitur in c. de Syrupis. vbi modum ex variis herbis, fructibus & floribus exprimendi succos docebimus: ex quibus digestis, fermentatis, & perfecte depuratis, Syrupi in longissimum tempus citra sac-

chari mellisve additionem referuandi concinnabuntur.

Alterum, quod notatione & reformatione nostra imprimis etiam opus habet, est, quod sæpe numero eiusmodi decocta fiant ex lignis, corticibus, radicibus, herbis, seminibus & floribus, omnibus siccis, ac omni humiditate excrementitia spoliatis, quæ cum aqua in vase aperto decoquantur, adeo vt hoc modo partes illorum acidæ & mercuriales. vt sulphureæ siue oleosæ, in quibus præcipua illorum virtus & proprietates delitescit, deficiant: indeque eiusmodi decocta vt plurimum omnino nullius aut exiguæ saltem efficacix comperiantur.

Huius dicti veritas stabilitur etiam per ea, quæ modo sub finem de aquis diximus, vbi modum proposuimus, quo ex omnibus aromatis, ex seminibus, herbis & floribus siccis, calidis & fragrantibus, aquæ & olea elici possint, quæ integras & tatas fere suorum simplicium facultates retineant, quod equidem soli destillationi cum vase optime clauso acceptum ferendum est. Nunquam enim id præstabit ea decoctio, quæ sit cum vase aperto, cuius rei vt periculū facias, accipe vnica tantum libram *Sem. anisi*, addendo quinque aut sex libras aquæ. Si ex eo, more chymico, oleum vase clauso destilles, hæc aqua separato oleo, anisi odorem, cæterasque eius qualitates, quibus imprægnata est, longe perfectius æmulabitur & referuabit, quam decem, vel etiam plures libræ *anisi*, cum ea aquæ quantitate cocti, qua vulgo decoctiones cum vase aperto parari solent, vbi spiritus *anisi* pereunt & prorsus euaporant. Idem de cæteris omnibus aromaticis, fragrantibus & calidis, quod de *aniso*, sentiendum est, imprimisque notandum, in decoctis hydroticis & sudorificis paratis ex *guaiaco*, & aliis rebus sudorifica proprietate pollentibus, id necessario obseruandum esse.

Decocta perperam fieri in vase aperto.

Ac

Digestio & fermentatio decoctorum post clarificationem vulgarem.

*Decoctio in
Pelecano
aut alio de-
stillatorio
vase.*

At dices, hunc morem ita studiose admodum observari, ut eiusmodi decocta in duplici vase preparantur. Sed ratio hæc nullius prorsus momenti esse potest, siquidem partes illæ acidæ & oleaginosæ, quibus plurimum abundat *guaiacum* nihilominus eo modo dissipantur, & in auras euolant. Spiritus enim sunt subtilissimi, in quibus tamen omnis virtus sudorifica & balsamica consistit. Quibus incommodis ut subveniamus, decoctio illa fieri debet in vitro circulatorio vel Pelecano, ubi nihil omnino exspirare potest; si desideretur Pelecanus, in cornuta vel retorta, vel in vase æneo, stanno interius obducto, cui refrigerium suum appendeat, quodque eiusmodi decoctis aptum sit, & in longum tempus vsui tuo inservire possit. Ut sit, opera danda est, ut vas eum, siue vitreum sit, siue cupreum, aut stanneum, accuratissime claudatur, ita ut nihil prorsus euaporet, & de liquore tuo vel nihil, vel minima tantum portiuncula imminuatur aut pereat. Unde libræ vni *guaiaci* libræ tantum tres aquæ addantur, & ita satis diluta erit decoctio, nihil enim de ea aut parum exhalat, & in fumum consumitur.

Coctio hæc multo accuratius perfici potest balneo vaporoso, quam quouis alio caloris genere. Si vsus fueris cornuta vel alembico, ea, quæ destillaueris, facibus suis rursus addenda erunt, & dein totum decoctum per manicâ traiciendum, ut clarificetur. Pro dosi exhibebis tres vel quatuor uncias, & excellentes effectus in sudore prouocando videbis. Exempli loco hic proponimus decoctum *Guaiaci*, ad cuius imitationem parari poterunt quæuis alia ex reb. calidis & aromaticis. Neque hic tempus spectandum est, cuius respectu quidem vulgaria illa citius parantur: sed hæc diuturnitatem temporis infinitis commodis inde emergentibus refarciunt: interim tamen vel admittere vel repudiare horum vsus liberum cui-

vis est. *Coris* ratio nunc postulare videtur, ut ea propriis decoctis, quibus pharmacopœam nostram condendam ac ditandam constituimus.

Decocta { *Lenitiua, aperitiua refrigerant.*
 { *Lenitiua, aperitiua calefacient.*
 { *Carminatiua.*
 { *Diuretica.*
Decocta { *Bilem.*
preparatiua { *Pituitam.*
 { *Melancholiam siue atrabilarium succum.*
Decocta { *Bilem, pituitam, melancholiam seorsim.*
purgantia { *Omnis humores simul.*
vel { *Hydrotica variis generis.*
 { *Vulneraria.*
Decocta { *Varia ad diuersos corporis humani affectus, multisque certis experimentis comprobata.*

Decoctio lenitiua aperitiua refrigerans.

℞. *Rad. Taraxaci,*
Graminis,
Acetosa,
Oxylapathi an. ʒ. j.
Passul.
Liquiritia an. ʒ. vj.
Cichorii,
Endiuiæ,
Scariola,
Agrimonia,
Portulaca,
Acetosa,
Lactuca,
Fumaria,
Capill. Vener. ana m. j.
Sem. *Quatuor frig. maiorum*
Althea ana ʒ. ʒ.
Prunorum Damasc. num. x.
Iuiubarum paria vj.
Flor. Violarum,

Buglos-

*Buglossa.**Rosarum rubr. ana p. j.*

Fiat decoctum, aromatizetur, si ita placuerit, pauco *Cinnamomo*, & edulcoretur *saccharo*; vel addatur *syrupus violaceus*, vel *acetosus*, *limonium*, & similes.

Decoctio lenitiua aperitiua calefaciens.

*℞. Cort. Fraxini**Tamarisc. an. ʒ. ʒ. ʒ.**Rad. Fœniculi**Petroselini**Polypodii an. ʒ. j.**Prunorum Damascen.**Iuubarum ana parua vj.**Passul.**Liquiritia ana ʒ. ʒ.**Herb. Lupul.**Agrimonia.**Betonica.**Primula veris.**Fumaria.**Ceterach**Polytrichi.**Absynthii**Petroselini an. m. j.**Asari ʒ. ij.**Sem. Carduibenedicti**Citrii ʒ.**Corticis eiusdem an. ʒ. ij.**Sem. Malua**Althea**Citoniorum an. ʒ. ij. ʒ.**Flor. Genista**Buglossa**Borraginis an. p. j.*

Fiat decoctio, coletur, clarificetur, aromatizetur & dulcoretur, vt supra *saccharo*, vel adde *syrupi* de duabus vel quinque *rad. & capill. Veneris q. sufficit.*

Decoctio carminatiua seu flatus discutiens.

*℞. Rad. Fœniculi ʒ. j.**Fol. Thymi**Pulegij**Serpilli ana M. j.**Passul. Corinthiac. ʒ. j.**Sem. Fœniculi dulc.**Anisi**Dauci**Cumini ana ʒ. ij.**Cinnamomi ʒ. ʒ.**Flor. Anthos**Camomilla vera ana p. ʒ.*

Decoquatur in hydromelico maluatice.

Dosis ʒ. ii. vel tres.

Decoctio diuretica.

*℞. Rad. Vincetoxici**Rubia tinctorum**Valeriana**Pimpinella ana ʒ. j.**Liquiritia ʒ. ʒ.**Fol. Betonica**Capill. omnium ana M. j.**Sem. Bardana**Fœniculi**Milii solis**Anisi**Cuscuta**Baccarum Iuniperi ana ʒ. ij.**Fructum Alkekengi num. x.**Flor. Genista. p. ij.*

Coquantur, aromatizentur *Cinnamomo*, & dulcorentur melle anathosato.

Decoctum præparans bilem nimia adustione incrassatam, & toluens obstructionem in visceribus quod in plerisque febribus, etiam ardentibus contingere solet.

*℞. Rad. Taraxaci**Graminis**Petroselini**Acetosa**Eryngiorum.*

In aceto maceratarum ana ʒ. i.

O o o o

Pas-

Passul. Corynthis 3. vj.

Liquiritia 3. s.

Fol. Cichorii cum toto

Scariola

Agrimonia

Cuscuta

Fumaria

Lupulorum

Hepatica

Polytrichi

Adianthi ana. M. j.

Sem. 4. Frig. maior.

& Minorum

Sem. Citrii & Cortic. eiusdem ana 3. ij.

Flor. Genista.

Violarum

Borraginis.

Buglossa ana p. j.

Coquantur in sero lactis. Huic decocto adde, si velis,

Oxymelitis simplicis

Syrup. Acetos. compos.

De limonibus

De succo acetosa q. suff.

Ad bilis autem tenuitatem emendandam decoctum parabitur, ut sequitur.

℞. Rad. Acetosa.

Cichorii

Buglossa ana 3. j.

Inisbarum par. vj.

Fol. Endiuia.

Porculaca

Lactuca

Acetosa ana M. j.

Sem. Cuscuta

Cucumeris

Melonum

Lactuca

Psellii

Citoniorum

Papau. albi ana 3. s.

Flor. Violarum

Nenupharis ana p. ij.

Gummi Arabici

Tragacanthi ana 3. ij.

Fiat decoctio, in colatura dissolui poterunt

Syrup. De Papau.

De Nenuphare

Viol.

De rosis siccis &

Diacod. sine speciebus q. suff.

Decoctum præparans pituitam.

℞. Rad. Acori.

Cyperi

Fœniculi

Petroselini

Apii ana 3. j.

Polypodii

Passul ana 3. vj.

Fol. Betonica

Chamedr.

Chamapit.

Thymi

Hyssopi ana M. j.

Sem. Anisi

Fœniculi

Cort. Citrii ana 3. ij.

Flor. Primula veris

Anthos

Stachados

Betonica ana p. j.

Zingiberis

Cinnamomi ana 3. ij.

Coquantur in hydromelite; in colatura dissolue:

Syrup. de Calamintha

De Betonica simpl. & compos.

De corticibus citrii

Byzantin. compos.

De prassio

& huiusmodi.

Decoctio ad parandum succum melancholicum crassum, tartareum & faculentum, constare debet partim ex his, quæ incidendi & attenuandi vim obtinent, partim etiam ex iis, quæ medio-

riter calefaciunt & humectant. Exem-
pli causa;

℞. Cort. Cappar.
Tamarisc.
Fraxini ana ℥. ℞.

Rad. Enula campana
Polypodii
Oxylapathi
Graminis
Asparagi
Foeniculi ana ℥. j.

Herb. Buglosse viriusque
Fumaria
Lupul.
Agrimonia
Melissa
Thymi
Epithymi
Herb. Capill. omnium ana M. j.

Sem. Carduibenedicti
Cuscuta ana ℥. ℞.

Flor. Genista
Tamarisci
Violarum
Borragin.
Buglosse ana p. j.

Coquantur in sero lactis, addendo sub
finem coctionis

Succor. Depurat. pomorum redolentium.
Fumaria
Buglosse ana ℥. ij.

Dein colentur & aromatizentur Cinnamomo: his adde

Syrup. Fumaria
Scolopendria
Sabor
Buglosse q. suff.

Libro de a-
tra bile.

Ad atram bilem præparandam, quæ
ex Galen. sententia toto genere à succo
melancholico differt, decocta consta-
bunt, partim ex his, quæ bilem retorri-
dâ & adustam refrigerant & humectant:
partim ex his, quæ eius crassitiem inci-
dunt, de quibus iam supra egimus: sunt
autem decocta in succis depuratis fumaris,
lupul. buglosse, pomorum redolentium, & id

genus aliis, in quibus syrupi de epithymo
de bysantiis addi poterunt.

Hæc rursus prædicta omnia decocta
tum bilem, tum pituitam & melanco-
liam præparantia, Cephalica, Thoracica,
Stomachica, Hepatica, Splenitica, Ne-
phritica & Hysterica concinnari pote-
runt, si ea simplicia, quæ his partibus
conueniunt, addideris. Quæ simul & se-
mel purgantia efficies, si decoctis ad bi-
lem præparandam aptis, cholagoga, qua-
lia sunt tamarindi, rhabarbarum inter
simplicia, & inter composita Diaprunum
solutium, Elect. Ros. Mes. & Elect. de Psillio
infundantur & misceantur.

Phlegmagoga vero reddes, si cnicum.
& agaricum, & inter composita Diaphæ-
nicum, Diaturbith, elect. Indum maius, mi-
nus, decoctis, quæ pituitam præparare a-
pta nata sunt, addideris.

Vt melanagoga effieiantur, senam, epi-
thymum & inter composita confect. Ha-
mech, Diasennam, Syrupos helleboratos, iis
decoctis, quæ ad vtriusque melanco-
liæ præparationem conuenire scripsi-
mus, addere poteris: quorum remedio-
rum sigillatim formulas describere esset
superuacaneum.

Addam saltem vnicam decocti for-
mulam, qua simul & semel sensimque,
tum præparari, tum deturbari noxiū om-
nes humores poterunt, idque per epi-
crasim, vt dicunt.

℞. Polypodii querni
Sem. Carthami contusi ana ℥. x.
Passularum
Liquiritiz ana ℥. vj.

Decoct.

Cathol.

Cort. Fraxini
Tamarisci an. ℥. ℞.
Prunorum Damasc. paria x.
Fol. Fumaria

Melissa
Eupatorii Mes.
Lupul.
Agrimonia
Chamed.

Chamaepit.

Et capill. omnium ana m. j.

Flor. Centaurii minoris.

fl. Hyperici

Genista

Tamarisci ana p. j. fl.

Trium cordialium

Nymphaeana p. j.

Agaric. rec. troch. cum suo modulo.

Hermoadactylorum

Fibrarum rad. ellebovi nigri an. ʒ. fl.

Coquantur in æquis partibus seri lactis, & aquæ pomorum redolentium vel fumariz in colatura clarificata, infunde, ac tandem parum decoque.

Foliculorum sens ʒ. j. fl.

Rhabarb. electi ʒ. iij.

Cinnamomi

Caryophyllorum ana ʒ. j.

Epithymi. p. j.

Facta tandem expressione, & colatura reducta ad ʒ. xvi. dissolue.

Syrup. violati ex nouem infusionibus

Oxymelitis maioris Iuliani ana ʒ. ij.

Fiat apozema in 4. doses, pro 4. maturinis consequentibus, vel alternis, secundum operationem & vires.

Hæc decocta purgant omnes humores vitiosos, & eos etiam, qui ob tenacitatem & contumaciam suam minus expelli, primoque insultu vix moueri aut extirpari possunt. Reiterandus est illorum vsus bis ad minimum, aut etiam amplius, prout mali radices validius profundiusq; inhaerent. Hæc purgandi ratio massam sanguinis mundificat, omnes corruptos & putridos humores, vermium authores è corpore auferit: prodest omnibus affectibus melancholicis, vertiginibus, epilepsis, paralytibus. Confert etiam cachectis, febribus quartanis, & similibus affectibus, qui ob contumaciam suam eccoproticis vix cedunt.

C A V T I O.

Aqua dist.

Omnia decocta, quæ ad mucilagino-

sam & crassiorem substantiam iam redacta, & virtutibus simplicium, quæ in illis coquebantur, imprægnata sunt, in posterum minus idonea sunt ad essentiam & vim purgatoriam ex simplicibus elicendam. Præstat igitur eiusmodi purgantia simplicia infundere & decoquere cum aquis destillatis cichorii, buglossæ, acetosæ, pomorum redolentium, fumiterræ & similibus, quæ indicationum scopo inferuiunt, vbi correctiua illorū, nec non syrui affectibus debellandis apti simul addi poterunt, & sic euadent multo vtiliora, & tam visu, quàm gustu iucundiora decocta.

Ad finem harum decoctionum purgantium vnam hic inferere placet, qualem plerumque præscribere soleo delicatis, & qui natura sua à remediis tam turbidis & nauseabundis adeo abhorrent, vt quiduis pati malint, quam de iis vel minimam guttulam degustare.

Accipio foliculorum sens opt. mundator. ʒ. vi. hæc patinæ argenteæ aut alii vasi apto imposita, in aqua pomorum redolentium aut fragorum, quæ duæ omnium sunt suauissimæ, macero: aquæ quantitas non maior sit, quam vna dosis requirit, vt melius purgatoria senæ proprietate impregnatur: aciditatem ipsi cum succo limonum inducere soleo. Verus chymista, qui mirandas acetorum suorum montanorum vires expertus est, ad reddendum aquæ acidulam, acetosos suos liquores admiscendos haud extimesceret. Correctiui loco addi potest, si ita videbitur, paululum Cinnamomi, omnia macerentur per 24. horas ad minimum: dein leuiter bulliant, & fortiter exprimantur: in qua expressione adde Succi pomorum redolentium recens extracti ʒ. i. fl. sacchari candi pulverizati ʒ. fl. quod præstat ad maiorem clarificationem (alias à sacchari additione super sedere: succus enim pomorum decoctus eius vicem subministrabit) cum oui albumine exquisite agitata omnia admoucantur igni clarifi-

ad elicendam vim purgantiam &c.

Decoctio pro delicatis.

clarificentur iuxta artem, potio sic erit clarissima, boni odoris, ac ne tantillum quidem fastidii concitabit, aluumque præterea blande & utiliter deiciet. *Syrupus ros pallidarum*, alique similes, enariatis portionibus admixti, ingratum ipsis saporem inducunt. Sed pro iis, qui palatum habent nõ adeo delicatum, addi possunt. Si opus sit, *rhabarbarum*, nec non alia laxatiua his addes, potestque maior quantitas, si res expostulat, præparari. Adde autem pro vna dosi senæ drachmas sex, eo, quod clarificatio quartam ad minimum partem virtutis medicamento auferat. Sequamur nunc ordinem nostrum, & ad decocta hydrotica accedamus.

Decocta hydrotica.

Decoctiones hydroticæ plerumque parantur ad curationem diuersorum affectuum, quorum quilibet opus habet sudatiuis specificis & peculiaribus remediis, quemadmodum id ex variis formulis ordine hic in Pharmacopœa nostræ condecorationem describendis liquido patebit.

Eiusmodi remedia proprie locum habent in luis venereæ curatione, quâ communi & vñtato nomine Diætam appellant. Totum enim id temporis spatium, quo eiusmodi decocta ægris offeruntur, stricta valde & seuera victus ratio imperatur, quamuis prouocatio sudoris sit peculiare & proprium remedium, ad edomandos huiusmodi affectus, quorum venenum in abscondito in hærens, & per ipsas venas transfusum primario adoriatur hepar facultatemque naturalem non secus, ac serpens ictu suo venenato primum occupat cor: Canis rabidus functionem animalem, lepus marinus pulmones. Quemadmodum igitur videmus, in febribus continuis adeo prouidam esse naturam, vt ad expellendas impunitates in venoso genere in hærentes, vt plurimum tãquam crisi bus salutaribus vta-

tur euacuatione per sudorem, vel per vrinam: sic etiam huius veneni malignitas per eundem sudorem extruditur. Hinc natum est illud, quod vulgo dicunt: *Sudare pustulas verereas*. Verum quidem est, eiusmodi morbos sæpenumero per vrinæ profuuium fieri, liquidem sudor & vrina ex eadem profuunt materia, omniaque sudorifica, citra omnem dubitationis ansam simul diuretica existunt. Sed de his abunde satis egimus in consilio nostro de lue venerea, ita vt non necesse sit, hic plura addere. Restat nunc accedamus ad descriptiones nostrorum hydroticorum, quæ iisdem affectibus, quibus Guaiacum & lignum Indicum conducunt, quorum quatuor formulas præ cæteris vñtatissimas huc proferemus.

I.

HYDROTICVM.

℞. *Rasura ligni Guaiaci* ℥. x.
Corticis eiusdem ℥. iij.

Macerentur horis 24. in aqua fontanæ tepidæ lib. viii. dein coquantur in vase circulatorio, in quo nihil expirare possit, ad ignem Balnei vaporosi luculentissimum per 24. horas: dein percolentur, de colatura, quæ erit valde limpida, atque suo sulphure balsamico & aciditate vitriolata imprægnata, sufficiet exhibere mane ℥. iiii. æger sumpto decocto superdormiet, si possit: tectus plus solito sudet, abstergatur, caueat à frigore & vento, prandeat nona, cœnet vero sexta.

℞. Magma præscriptæ decoctionis, cui affunde aquæ fontanæ tepidæ lib. xii. & post intusionem octo horarum circulentur, vt supra, horis octo, dein colentur. Quidam decoctioni huic adiciunt *liquiritia & passularum Corinthiacarum* ad libitum, & tandem aromatizentur pauco *cinamomo* suauioris gustus gratia, quæ dulcorandi ratio nobis magis probatur, quam ea, quæ fit cum *melle vel saccharo*.

Oooo 3

Hæc

Hæc decoctionum parandarum metho-
dus, tam ad sadorem prouocandum,
quam ad potum quotidianum in pastu,
omnium est simplicissima, ac ipsi lui ve-
neræ, meo quidē iudicio, vtilissima, ad-
ditis nimirum correctiuis iis, de quibus
paulo post dicturi sumus, & hic est pri-
mus modus, sequitur nunc secundus.

I I.

℞. Scobis ligni Guaiaci ℥. vj.
Corticis eiusdem ℥. iiij.
Salsa parilla
Rad. Petasitis ana ℥. ij.
Ras. Ligni rhodii
Ras. Eboris ana ℥. vj.
Sem. Carui benedicti ℥. i.

Macerentur vt supra per 24. horas, at-
que coquantur in eodem vase & igne,
addita eademmet aquæ quantitate, de-
inde addendo sub finem coctionis.

Karabes conguassata ℥. ℞.
Summitatum Fumaria
Lupul.
Flor. Buglossæ
Stæchados
Anthos ana p. i.
Cinnabri in nodulo lineo ligati ℥. i.

De hoc decocto transcolato per ma-
nitam Hippocr. capiat æger ℥. iiij. mane,
idque ad plusculos dies.

I I I.

℞. Rasura corticis ligni sancti ℥. vj.
Sassafras ℥. ij.
Rad. China in tenues orbiculos secta
℥. i.
Herb. siccarum Ulmaria
Card. bened. ana m. i.
Foliculorum sana ℥. iiij.
Hermodactylorum
Turbiti ana ℥. i. ℞.
Nucis moschata
Cinnamomi ana ℥. ℞.
Epithymi p. ℞.
Aqua Melisse

Fumaria ana lib. i.

Vini albi optimi lib. iiij.

Macerentur ad ignem Baln. Mar. re-
pidum, vase oprime clauso, per tres qua-
tuorve dies, dein fiat expressio, & colatu-
ra dulcoretur, si velis, saccharo: dosis ℥.
iiii. hoc decocto vtendum mane per 20.
aut 25. dies.

NOTA DE VSV.

Ex horum trium decoctorum vsu pro-
curari tandem potest lues venerea quan-
tumuis etiam inueterata. At verum est,
vsus eorum quandoq; pro mali contu-
maciæ & malignitate, in longius tempus
continuandum esse. Quod cum ita sit, o-
mnino hinc improbandam esse existimo
diæticulam illam decem tatum vel duo-
decim dierum, quæ plus noxæ, quàm com-
modi inducit: siquidem tum interrumpi-
tutur, cum humores ad motum & fluxum
præparati, nondum tamen, prout res po-
stulat, euacuari sint. Tæporis igitur ratio
hic perquam accurate habenda est, id,
quod ex solertis Medici arbitrio depen-
det, qui eam quæq; ex dictis tribus deco-
ctionibus eligere poterit, quæ videbitur
maxime conuenire, tum naturæ & speciei
morbi, tum ipsius ægri temperamento.

Nam in corpore crasso, obeso & pitui-
toso, locus erit decoctioni primæ, eoque
magis, quod quidam guaiaco & imprimis
eiusdem cortici, nimiam calefaciendi
vim tribuant. Hæc igitur sunt vera illa &
præcipua remedia hydrotica, venereæ lui
congrua & vtilia, naturæ balsamicæ par-
ticipantia, quæ vel bilioſis etiam emacia-
tis in toto morbi decursu tutissime exhi-
beantur: mallet tamen hic, aquæ com-
munis loco ad decoctionem suadere aquas
cichorii, buglossæ, pomorū curtipendu-
lorū, fragariæ & funiterræ. Deniq; sciē-
dum est, hydroticorū vsus non admittendū
esse, priusquam corpus idoneis præparantibus
& purgantibus vacuatum sit, imo nec ipsa
sanguinis missio intermittenda, si opus fuerit.

Æger

Ager intra hoc tēpus, quo sumit hanc decoctionem (sumat autem continenter ad minimum per integrum mensem) abstineat ab esu fructuum & acetariorum: contentus vno tantum cibo, eoque alio potius, quā elixo: comedat panē biscoctum: & in mensis secundis vvas Damasceñas vel Corin' hiacas: Alius suppressa soluatur tertio quoque die clysmatis emollientibus, & in quēlibet sextū diē vacuetur purgāte quodā specifico, & omitatur eo die decoctū sudatiuum. In potū vtatur decoctione secūda descriptionis, vel decoctione solius salsæ parillæ vel chinæ, quę probe diluta, gustuiq; gratior reddita fuerit. Hęc de hoc hydrotico ei⁹ que vtendi modo hic notanda fuerūt, sed & in fine reiteranda erit purgatio, & sanguinis missio: sic quoq; corporis habitus, nimis exsiccatus & excalectus, prout sitis & calor in ægro id facile indicāt, balneo quodam idoneo humectandus erit.

Vt primi decocti vis multo efficacior reddatur, faeces, quę post primam & secundam decoctionem remanserunt, in cineres redigantur, & sal inde iuxta artem extrahatur, decoctionique sudoriferę admisceatur, cuius virtus sic auctior reddetur ad sudoris prouocationē: At ventrem semel vel bis blande commouebis, vbi in singula decoctionis sudorificę dosis, quę constat ex quatuor vnciis vti supra dictum, addideris & dissolueris gummi siue extracti proprii guaiaci ʒ. ʒ. Preparationē illius gummi alibi docebimus.

Secunda decoctio excellens est, etiam in dolorifica & nodosa lue venerea, neq; hic quemquā absterreat cinnabriū vulgare, quod additur cum nodulo, quod tantū abest, vt noxiū sit, vt ē contra vtilissimū sit, & specificū huius generis affectibus, tam in eorum malignitate cōpescenda, quam in sudore concitando. Vnde licet hui⁹ decoctionis vis validior efficiatur, sine detrimento tamen aut vlla noxa potest dosis eiusdem augeri: no-

dulus ille inferniet pluribus decoctis. Ad modum vtendi quod attinet, eadem hic, quę in secunda decoctione, obseruanda veniunt, tum ad præparandum, tum ad euacuandum corpus in principio & sine dietę, de qua supra.

Tertia decoctio geminam simul obtinet facultatem, sudatiuā & purgatiuam, quę partim cum vino, partim cum aquis appropriatis paratur. Ea potius maceratio & expressio dicenda est, quam decoctio. Macerationem præ aliis maxime idoneam iudicamus ad rerum virtutes extrahendas, si forte ex vasis circulatorii defectu, vel etiam ex ignorantia vitio circulatorio ipsa in actum deduci nequeat. Est autem circulatorio omnium operationum optima ad rerum proprietates aucupandas educendasque, vti iam dictum. Vinum additur, eo quod præditum sit maiori agendi & penetrandi in ipsas venas potestate, quam quælibet alia aqua.

Geminę igitur vacuationes simul & Geminas
semel eodem remedio perficiuntur, quod vacuatio-
quibusdam inauditū & absurdum vide- nes simul
bitur, quemadmodum egomet ipse eodē & semel eo-
errore circumductus, quondam opina- dem reme-
bar, nequā in contrariam sententiā ipsa dio perfici
me perduxisset experientia, retū optima posse.
magistra, & quamplurimos affectus desperatos, vt Neapolitanum morbum inueteratum paralytū, cachexiam & similes, hoc solo medicamento perfecte curatos fuisse vidissem. In consilio nostro de lue venerea, alia à nobis multo adhuc præstantiora & tutiora remedia, tum hydrotica, tum purgatiua describuntur, quę ex mineralium ordine mutuati sumus, quò lectorem ablegamus, necnon in Spagyricam nostram pharmacopœam, vbi Deo vitā nobis ad pauculos adhuc dies concedente, vberius de iisdem remediis agemus. Possē hic, si res postularet, infinitos adducere, qui omnes adhuc superstites, tam admirandos horum remediorū effectus, in sese ipsis experti sunt: inter quos.

quos alii ad corpus purgandum, pilulis meis polychrestis mercurialibus vsi sunt: alii ad sudorem prouocandum mercurio meo vitæ per solum spiritum nitri correcto, coagulato & fixato, è cuius sex tantummodo granis cum conferua quadam permixtis, pilula vnica ad pisci magnitudinem efformatur, quæ cum iusculo quodam vel alio quouis liquore exhibita, citra omniem operandi vehemenciam & incommoditatem, facilius, promptius, & multo etiam vtilius cunctis cæteris hydroticis nostris, sudorem elicit.

Sunt, qui ad eandem luem veneream decoctionem conficiunt cum sola *Salsa parilla*, cuius accipiunt ℥.iiii. ad aquæ lib. x. & omnia concoquunt ad duas tertias, quam decocti guaiaci loco offerunt, addendo interdum *radicis china*, apios dictæ ℥.i. æstimantes eiusmodi decocta minus calefaciendi modum excedere, quæ cætera *supra dicta*, quæ guaiacū excipiunt.

Alii decoctum cū sola *china* usurpant, ac eiusdem in talleolas sectæ ℥.ii. accipiunt ad aquæ lib. 10. quæ èt ad medietatis consumptionem coquuntur, cui decocta etiam, si ita videbitur, addi poterunt ea, quæ expugnando malo ipsiq; ægri temperaturæ conueniunt. Huiusmodi ergo decocta minus aliis calefacere putantur, eorumque plurimus vsus est in diuersis morbis, præsertim ad labefactatâ hepatis facultatem instaurandam, & ingruentis cachexiæ vel hydropis periculum præcauendum. Nō multo abhinc tempore innotescere quoque cœpit *sassafras*, lignum aromaticum, cuius vsus ad plurimos morbos curandos inualuit. Sed inter cætera hydrotica, vel ad impuritates venereas auferendas, *guaiacum*, vt opinor, facile primas tenet.

Hic ad finem horum decoctorum, nō præter decorē fecisse videbimur, si huic catalogo vnâ adhuc famosi cuiusdam Empirici Germani aduersus ipsammet luem veneream, annexerimus, qui ma-

gnum quorannis quæstum ex eodem facere solebat in nundinis Francofortensibus: nec dubito, quin eius fama ad plurimos iam delata passim inerebuerit.

Decoctum sudorificum cōtra luem veneream catarrhosam & similes affectus inueteratos Hentici vni

Stran Empirici Germani.

℥. Ligni sancti vel Indici lib. ij.

Salsa parilla,

Stœchados Arab. ana lib. ℞.

Gratiola m. ℞.

Cardui benedicti m. ij.

Seminis eiusdem ℥. v. i.

Auricula muris cum rad.

Scabiosa ana m. i.

Tormentilla ℥. i.

Rhabarbari ℥. ij.

Polypodii ℥. i.

Hæc omnia contusa infundantur per sex dies in aquæ fontanæ lib. 30. aut 40. dein omnia bulliant in vase magno, oleorum extractioni apto eoque clauso, vel in alembico cæco, vt nihil respirare possit per 5. vel 6. horas. Adde huic decoctioni frustulorum ferri & chalybis ana lib. ii. Quibus peractis, denuo in vini mens. iiii. acorism macera.

Corticis eiusdem ligni Guaiaci lib. ℞.

Hermodactylorum

Turbith

Granorum paradisi ana ℥. iij.

Omnibus cōtulis, in olla terrea vitreata operculo suo clausa per horam integram coquantur. Confundantur postea hæ duæ decoctiones, & denuo bulliant per aliquod tēpus, dein omnia simul per manicâ traiciantur. Empiricus ille hanc decoctionem in doliolis inclusam seruabat in cella vinaria, eamque diuendebat ad morbum Neapolitanum inueteratum, & similes affectus curatu difficiles. Tenebat autem hunc vtēdi modum.

Mane

Mane is propinabat decocti vitrum vnum, in quo tamen denuo prius incoqui curabat scabiosam, auriculam muris cum toto ana m. i. Dein hæc omnia colata agris offerrebat, & sudorem per horas duas spectare iubebat. Residuum portionis partem in doliolis reseruata loco quotidiani potus ipsi exhibebat, tam in pastu, quam ante & post pastum. In cæteris præterea duram admodum viuendi rationem imperabat, panem nempe bis coctum & passulas vel amygdalas assatas dabat. At si cum malo vlcera coniuncta erant, lauanda ea iubebat cum eadem decoctione, idque bis vel ter in die, & sic plures fuerunt restituti.

Hanc decoctionem non idcirco in publicum mitto, tanquam quid rari inde expectandum sit, cum econtra multa in ea desiderantur: proportio enim duarum drachmarum *rhabarbari*, ad tantam decoctionis quantitatem, quam inepta sit & inutilis, cuius facile constat, ut nihil de cæteris dicam: non enim est nostri instituti, omnia sigillatim hic discutere. Curationis autem effectum temporis longiquitati adiudicandum existimo, per integrum namque mensem, uti dicunt, hoc suo decocto continuabat vacnationes, tam per sudorem ac urinam, quam per secessum. Vnde mali vel perniciissimi radices tandem euictas & subactas euanuisse, haud mirum fuit. Hoc decoctum tanquam secretum aliquod singulare a quodam viro doctissimo & amico meo accepti, de cuius usu, commode vel incommodo, eruditiores ipsi iudicabunt.

Sat dictum est hactenus de decoctis, ad luis venereæ curam spectantibus, traſeamus nunc ad ea, quæ specifica quadam facultate conducunt vertiginibus, epileptiis & paralyſibus, quæ in numero grauissimorum affectuum censentur, utpote, quæ summam corporis humani arcem & propugnaculum, cerebrum nempe ipsum, oppugnant.

Aduersus epilepsiam hydroticum spe-

cificum est viscus quernus, semen pœonia & rasura ligni buxi, quæ inueteratis etiam vertiginibus opem ferre potest: componi poterit, ut sequitur.

Hydroticum aduersus epilepsiam.

℞. Rasura Ligni buxi ʒ. ij. ʒ.

Raf. Ligni Iuniperi

Rad. Pœonia

Visci querni ana ʒ. j. ʒ.

Raf. Ligni rhodii

Cornu cerui ana ʒ. vj.

Raf. Eboris ʒ.

Rad. China an. ʒ. ʒ.

Sem. Cardui benedicti

Corticis citri ana ʒ. j.

Macerentur per 24. horas in lb. viii. aquæ fontanæ tepidæ: dein coquantur ad vnius tertie consumptionem addendo sub finem coctionis

Flor. Tilia arboris

Lilii conuall. ana p. ij.

Fiat colatura per manicam Hippocratis, cuius dosis sit ʒ. v. vel vi. in potu. Hæc utique potio cuiusvis ætatis & temperamenti hominibus epileptico hoc malo affectis commode exhiberi potest.

Aduersus paralyſes hydroticum vsurpandum est ex ligno iuniperino cum floribus calendulæ, laudulæ, & rosmarini magna copia, addendo singulis hydroticis suos sales in maiorem utilitatem, necnon liquorum acidorum ex sulphuris & vitrioli spiritibus aliquot guttulas.

Hydroticum specificum ad paralyſim.

℞. Aquar. *Umaria*

Umaria

Flor. Calendulæ an. lb. j.

Fol. Salvia lb. ʒ.

Aciditatis sulphuris q. suff.

ut fiat remedium acidulum.

De hoc remedio, cuius aciditas gustum

P p p

stum

stum non afficiat tristi sensu, exhibe horis matutinis ℥. j. quæ satis erunt: ægerq; rectus sudet, & admirandos huius sudatorii effectus comperiet: quod etiam in vsum eorum, qui sicco nimis & bilioso sunt temperamento, cum solis aquis *fumi terræ* & *calendula* parabis, aciditatem ipsis aquis inducendo cum dicto liquore acidulo sulphuris, & sic sudatium habebis, quod non ultra modum calefaciet, sed humores potius attenuabit & fermentabit, instar fermenti acidi, quod panis substantiam attenuat, rarefacit & eleuat, quæ alias gravitate sua noxia foret: eodem modo humores nostri attenuantur, & vacationi per sudorem idonei redduntur. Vix inuenies sudatium, quod virtute & efficacia huic æquiparandum sit, ad paralytum.

Si cum dictis liquoribus acidulis, aquis *scabiosæ* & *tussilaginis* aciditatem, vt *supra*, induxeris, hydroticum conficies, quod eximios atque stupendos exeret effectus in cura Asthmaticorum, præmissis nempe vacationibus generalibus & congruentibus.

Sudatium specificum ad hyd- dropem.

℥. Fumaris

Eupatorii Mes. an. m. j.

Rad. Asari

Hirundinaria ana ℥. j.

Baccarum iuniperi ℥. ij.

Raf. eboris ℥. vj.

Nucis moschata

Santali citrini ana ℥. h.

Maceretur per 24. horas in suff. quantitate aquarum *florum ebuli* & *geniste*, & vini albi: de hoc decocto traiecto per colatorium vini aromatici æger capiat ℥. v. mane, continuando ad plures dies: præmissa sufficienti & idonea purgatione hydragoga, cum extracto *Esulæ* & *sero lactis*. Hoc remedio per Dei gratiam è medio sustuli omnis generis hydropi-

ses: imprimis autem eam hydropis speciem, quam Anasarcam dicunt.

Sudorificum singulare ad vehementem corporis concussionem ex alto quodam & graui lapsu contra-
Etam.

℥. Rad. Buglossæ

Cardui benedicti ana ℥. ij.

Sem. Cardui benedicti ℥. h.

Butyri recentis ℥. j. h.

Spermatis ceti ℥. h.

Mumia vera ℥. j. h.

Croci ℥. j.

Bulliant in ℥. i. h. vini albi lento igne, ad consumptionem tertiæ partis: de colatura exhibe ℥. iiii. vel v. i. calide: æger expectet sudorem in lecto coopertus plus solito.

Decoctio hydrotica, quæ D. Ambrosio attribuitur, aduersus febres intermittentes & ipsas etiam tertianas.

℥. Milii à superiore cortice mundati ℥. j. coquatur in suff. quantitate aquæ fumaris ad crepaturam, cape huius decoctione colata ℥. iij. vini albi ℥. ij. exhibe ægrotanti calide, qui expectabit sudorem in lecto. Hoc decoctum prouocat sudorem sine molestia, ardores febriles, sitimque extinguit.

Oxymel etiam diureticum quoddam eiusdem authoris D. Ambrosii videlicet descriptum reperitur in pharmacopœa Iobineri, in qua item D. Augustino nonnulla adiudicantur remedia hydrotica contra pestem & venena, cum sunt variæ aquæ theriacales, diuersis affectibus accommodatæ, vt ibidem singula suo loco explicantur.

Ex omnium præstantissimis sudorificis contra pestem & venena, est Bezoar metallicum & Mercurius

Bezoar Metallicum & Mercurius

*vita fixus, sudatiua a-
lia omnia
ex vegeta-
bilibus fa-
milia de-
prompta lon-
ge superans.*

mitiuo sudorificum factum: & præ cæte-
ris Mercurius noster vitæ etiam fixus
per nitri Spiritum, qui ad sex grana pro-
dosi exhibitus per nitri spiritum mira
præstat, vt iam supra dictum. Eiusmodi
sudatiua longe præstantiora sunt, quam
quæ ex vegetabilium familia educuntur,
quamuis & his suo loco & tempore lau-
dem quoque suam non detrahimus.

De decoctionibus vulnerariis.

Decoct. vul-
ner.

Antiquis in magno vsu erant potiones
vulnerariæ, quæ licet per aliquod tempus
exolecere cœpissent, postliminio ta-
men in statum suum reuocata: nostro
adhuc seculo vigent: adeo vt nemo sit,
qui negare facile auserit illorum incredi-
biles effectus, quos in curandis ictibus
globulis bombardicis illatis, aliisque di-
uersis vlceribus malignis & inueteratis,
siue ea interna sint, siue externa, in dies
potenter exerunt.

De his portionibus à nobis iam ante
triginta annos suo splendore restitutis,
tum in *sclopetario nostro*, tum in aliis no-
stris scriptis egimus: ita vt haud incon-
cinne nos facturos speremus, si ad locu-
pletandam pharmacopœam nostram a-
liquot inde formulas huc trãstulerimus.

Potio vulneraria vniuersalis, id est,
omnibus tam internis, quam ex-
ternis vlceribus & vlce-
ribus conducens.

℞. Rad. Tormentilla
Consolida vtriusque ana ʒ. j.
Herb. Limonis vtriusque
Samicula
Pyrola
Verbena
Alchimilla
Persicaria ana m. j.
Vincaperuinca.
Herba Roberti ana m. ʒ.
Flor. Verbasci

Hyperici
Centaurii minoris ana ʒ. ij.
Astacorum expurgatorum & exsic-
catorum nu. vij.
Mumia ʒ. ʒ.

Macerentur per duos dies in vini albi
& aquæ veronicæ ana lb. ij. in vase circu-
latorio ad calorem baln. Mar. vaporo-
sum: dein fiat expressio & colatura per
manicam Hippocratis, aromatizata pau-
co cinnamomo vel coriandro in succo
citiorum præparato. Dosis cochlearia
duo vel tria mane & vesperti tantundem.
tribus ante cibum horis.

Pro iis, quos amaritudo minus offe-
dit, addi potest radix aristolochiæ & eu-
læ campanæ, & tum potio, suauioris gu-
stus ergo, dulcoretur saccharo, aut fiat
maceratio in hydromelite vinoso. Con-
tinuanda est ad dies plusculos, & effectus
referet plane mirandos.

Decoctiones siue potiones sequentes
cæteris non inferiores & multis abhinc
annis, vt iam dictum, à nobis in operi-
bus nostris descriptis, hic quoque inse-
rendas statuimus.

℞. Oculorum cancri ʒ. ʒ.
Mumia ʒ. ij.
Boli armeni veri ʒ. j. ʒ.
Herb. Agrimonia
Ophioglossi
Veronica
Cyclaminis ana m. j.
Spermatæ ceti ʒ. j.

Macerentur in vino albo per duos tres-
ve dies: dein fiat expressio & colaturæ cla-
rificatio, de qua capiat cochlearia duo
vel tria, mane & vesperti, si opus fuerit.

Alia potio vulneraria.

℞. Zedoaria
Galanga ana ʒ. iij.
Herb. Virga aurea
Pyrola ana m. j.
Cochlearum Astacorum conuassata-
rum num. iij.

PPPP 2

Co-

Coquantur in vino & aqua: vtatur, vt
supra.

Potio venenatis vulneribus sclopetarii conueniens.

℞. Rad. Angelica
Galanga
Zedoaria ana ℥. ℞.

Flor. Vincaperuinca
Lili conuall. ana p. j.

Mumia
Boli armeni veri ana ℥. j. ℞.
Spermatis ceti ℥. ij.

Digerantur & circulentur in baln. Mar. per quatuor dies in suff. quantitate vini albi & aquæ vlmariæ: dosis & vtendi modus, vt dictum est.

Potio vulneraria in fracto osse ab ictu sclopetario.

℞. Aristolochia
Cyclaminis
Serpentaria maioris
Consolida vtriusque
Geranii ana m. j.
Sanicula m. ℞.
Macis
Zedoaria
Oculorum cancri ana ℥. ℞.
Mumia
Galanga minoris ana ℥. j. ℞.

Conquassata & minutim concisa herbæ, & reliqua in puluerem crassiusculum redacta, circulentur in duplici vase horis quatuor cum mensura vna vini: æger vtatur mane & vesperti.

Potio vulneraria cephalica.

℞. Acori vulgaris ℥. ℞.
Herb. Limonii syluestris
Melisse
Vincaperuinca
Persicaria
Chelidonia
Pyrola

Veronica
Verbena an. M. j.

Flor. Verbasci
Lili conuall.
Betonie p. j.

Macerentur vt *supra.*, & ad vsum seruentur.

Potio sanguinem ex vulneribus erumpentem prohibens.

℞. Cinerum testarum Astacorum
& Ranarum ana ℥. ℞.
Coralli rubri
Spodii ana ℥. ij.
Mumia ℥. ij.

Macerentur in lb. i. aquæ spermatis ranarum ad calorem Baln. Mar. per 24. horas: dein fiat expressio & colatura, de qua exhibe cochlearia duo: cum eodemmet decocto foueat extrinsecus vulnus sanguinolentum.

Potio ad renum & vesicæ vlcera.

℞. Rad. Consolida maioris
Sigill. Salomonis ana ℥. j.
Fol. Polygoni
Alchimilla
Plantaginis ana m. j.
Crocii Martia optime preparati ℥. j.

Macerentur in æquis partibus hydro-melitis simplicis & tincturæ rosarum præparatæ, vt docebitur alibi: bibat æger huius decocti cochlearia duo vel tria, mane & vesperti.

Ad Gonorrhœam virulentam seu tætidam.

℞. Herb. vermicularis m. j.
Sem. Cytoniorum
Ruta
Agni casti
Plantag. an. ℥. i.
Rad. Tormentilla ℥. ℞.

Flor.

Flor. Ros. rubr. p. ij.

Verbasci p. j.

Succi Limoniorum ℥. vj.

Aqua Flor. malua arborescentis lb. j. ℞.

Macerentur per tres quatuorve dies ad calorem bain. Mar. lentum, dein transcolentur: dosis cochlearia duo vel tria mane & vesperi, continuando ad plures dies.

In eiusmodi remediorum usu, & praesertim in hoc ultimo contra gonorrhœam virulentam, non omittendæ sunt vacationes congruentes & necessariae, quibus praemisissis, ægro postea illa per aliquot dies exhibe, & mira videbis, vel in grauissima etiam & inueteratissima gonorrhœa.

Decocta varia diuersis affectibus tam internis, quam externis aptissima, certaque experientia comprobata.

Decoctum purgans ad quartanam expertum.

℥. *Foliculorum sensæ*

Epithymi ana ℥. ij.

Myrobalanorum citrinorum ℥. ℞.

Flor. Buglossæ

Centaurii minoris

Hyperici ana p. i.

Fiat omnium decoctio in sufficienti quantitate seri lactis, in cuius colatura macera per 12. horas

Rhabarb. electi ℥. ℞.

Rad. Esula preparata ℥. i.

Cinnamomi ℥. ℞.

Dein exprimantur, addendo syrupi depomis redolentibus compo. ℥. iij. fiat apozema in tres doses: prima dosis detur per vnâ horam ante accessionem, alia duæ sequentibus aliis duabus.

Ad menses prouocandos expetimentum mirabile.

℥. *Mili solis*

Anisi

Visci querni ana ℥. iij.

Dictamni ℥. i.

Croci ℥. i.

Contundenda contendantur & macerentur per 24. horas in vino albo generoso: dein parum bulliant, de hoc decocto exhibe ℥. iiii. Propinanda est hæc portio mulieribus ad prouocandos menses, vt stato iustoque tempore fluant: praemisissa purgatione cum pilulis aloes, aut simili quodam & congruo purgante medicamento, idque duobus vel tribus subsequentibus diebus. Ad promouendum partum, siue viuum, siue mortuum, ipsamque secundinam protrudendam (addito tantum scrupulo diambra) idem remedium mira præstat.

Ad sistenda menstrua.

℥. *Rad. Tormentilla*

Consolida maioris ana ℥. i.

Sem. Berberis

Acetosa ana ℥. ℞.

Gummi Arabici

Tragacanthi ana ℥. ij.

Succi plantaginis depurati lb. i. ℞.

Macerentur per 12. horas, dein coquantur, exprimantur & colentur, & addendo syrupi citoniorum vel myrtillorum q. suff. fiat apozema in duas doses. Prudentis Medici est, hic deliberare & circumspicere, priusquam hoc adstringens exhibeat remedium, num forte fluoris scaturigo & fons dependeat ab humoribus salis & sanguine seroso: tunc eiusmodi humores acres & serosi sunt digerendi, siue concoquendi, & postea expurgandi, syrupis præparantibus & purgantibus opportunis & idoneis.

Ad præcipitationem
vteri.

℞. Fol. Lauri
Myrtillorum ana ℥. ℞.
Sem. Pastinaca domestica ℥. iij.

Macerentur, postea coquantur cum vino generoso: de hoc decocto exhibe mulieri ℥. iiii. reiteretur potio, si opus fuerit.

Ad iuuandam conceptionem.

℞. Testiculorum veruecis preparatorum in vino & exsiccatorum
Vulua leporis idem idem preparata & exsiccata

Macis
Cinnamomi
Caryophyllorum
Zingiberis albi
Ameos ana ℥. ij.
Croci ℥. j. ℞.

Medulla vel carnis nucum communium,
Auellanarum
Pistaciorum ana ℥. vj.

Contundenda contundantur, macerentur, & tandem concoquantur in lib. ii. vini maluatici ad tertiae partis consumptionem. Huius decocti mulieri statim post legitimum mensium fluxum offerenda sunt tres vel quatuor unciae, mane tribus vel quatuor horis ante cibum, idque tribus diebus consequentibus: quarto vero die iungatur marito suo ac nisi plane sterilis sit, concipiet.

Ad morsum venenatum serpentis
& rabidi canis.

℞. Rad. Gentiana
Valeriana ana ℥. i. ℞.
Fol. Consolida minoris
Ruta sicca
Pulegii ana m. i.
Mumia
Cancrorum calcinatorum ana ℥. i.

Coquantur cum vino: de horum deco-

cto æger capiat mane ℥. ii. vel tres per octiduum. Loco laboranti ex morfu applicanda erunt balsama & emplastra congrua, qualia suo loco describemus. Hoc decoctum peculiare est remedium ad morsum canis rabidi. In morfu serpentis addi debet radix serpentariae maioris.

Ad Febres chronicas decoctio
perutilis.

℞. Folior. Scolopendria
Absynthii
Centaurii minoris ana m. j.
Vuarum Corinth.
Hordei ana ℥. i.
Asari ℥. iij.

Coquantur in æquis partibus serui lactis & vini albi, in colatura dissolue sacchari & Cinnamomi q. suff. ad dulcorandum & aromatizandum prædictum decoctum pro duabus dosibus. Si dictæ febres forte a verminatione quadam, vt in puerulis sæpe numero accidere solet, producantur, tum sequens exhibenda erit decoctio.

℞. Vermium terrestrium in vino albo lotorum & exsiccatorum ℥. ℞.
Flor. Hyperici p. ij.

Coquantur cum suff. quantitate vini albi generosi, ac tandem transcolentur, & fiat decoctio, de qua exhibe ægrotò ℥. iiii. mane & vespere, continuando ad quatuor quinqueue dies.

Ad febres intermittentes, quotidiana
& quartana, aliud decoctum
purgans optimum.

℞. Rad. & Cort. Sambuci ana ℥. i.
Asari ℥. iij.
Cinnamomi ℥. i. ℞.

Coquantur ex lacte. Hoc decoctum mouet simul & semel vomitum ac secessum: sumatur initio paroxysmi: reiteretur, si opus fuerit.

Ad

Ad hydropem & purgandas
aquas.*Rad. Ireos recentium* ℥. i. ℞.*Soldanella**Asari**Spec. Diacarthami ana* ℥. iij.*Sem. Ebuli**Cinnamomi ana* ℥. i.*Sacchari* ℥. i. ℞.*Vini albi*Et aqua Sambuci ana q. s. & fiat mace-
ratio & decoctio in tres doses.

Ad Ictericum expertum.

℞. *Chelidonia cum toto m. i.**Fol. & flor. Hyperici ana m. ℞.**Raf. Eboris**Pulv. Stercoris anserini ana* ℥. iij.*Croci* ℥. ℞.Pulvis stercoreis anserini & crocus pon-
nantur in liateolo lineo, & omnia co-
quantur aqua s partibus vini albi, & a-
quæ scolopendriæ, colentur & dulco-
rentur, si velis saccharo, & fiat decoctum
in tres doses pro tribus matutinis conti-
nuis, & perfecte curabitur.

Ad duritiem splenis.

℞. *Rasura ligni sancti* ℥. iij.*Cort. eiusdem**Corticis fraxini ana* ℥. ij.*Asari* ℥. v. i.*Liquiritia**Polypodii quer. ana* ℥. i.*Ceterach**Adianti**Polytrichi**Chamaedr.**Chamaepit. ana m. i.**Flor. Geniste p. ij.*Macerentur per duos dies integros in
vini albi & aquæ scolopendriæ ana ℞.
iii. idque in Baln. vaporoso vase optime
clauso, vt nihil expiret, tandem clarifi-centur per manicam Hippocratis, aro-
matizentur & dulcorentur *Cinnamomo*
& *Saccharo*. De hoc decocto vtatur æger
ad plusculos dies: dosis ℥. iiii. mane, & to-
tidem vesperi, tribus ante cibum horis.Decoctum galli veteris ad oppila-
tionem hepatis, lienis, mesenterii,
colicum dolorem, calculum, quat-
tanam & chronicos omnes
affectus.℞. *Polypodii quer.**Sem. Carthami ana* ℥. i. ℞.*Thymi**Epithymi ana p. i.**Sem. Cumini**Anisi**Anethi**Fœniculi**Carui**Carduibenedicti ana* ℥. ij.*Folicul. sene* ℥. i.*Turbith gummosi* ℥. ℞.*Cinnamomi* ℥. i. ℞.*Cristallorum vel cremoris tartari al-
bi* ℥. ij.*Salis gemma* ℥. ℞.Contundantur & misceantur simul,
ex qua mistura venter galli veteris cui-
sccerati impleatur, dein coquantur tribus
aquæ partibus, & vna vini albi, quous-
que galli caro ab ossibus separetur. De
hoc decocto seu iusculo vtatur æger o-
mni mane, idque ad plusculos dies.

Decoctio seri lactis.

Vsus seri lactis admodum frequens est
in Italia, quod sub finē Veris, ac in Æsta-
te ad purgandum, magna in dosi, ad po-
cula videlicet quatuor, quinque, & plura
etiam exhibetur. Purgat clementer con-
tinuando ad aliquot dies. At si inde con-
ficere voles remedium, quod omnibus
affectibus ab atra bile & melancholico
humore subortis, & nutritioni dicatis
parti-

partibus ab inflammatione aut nimio calore æstuantibus, in quibus opus est refrigeratione & humectatione, aptum & idoneum sit, hac via præparatio agredienda est.

℞. Seri lactis ℔. iiij. vel amplius:
huic adde

Succi limonum ℥. iiij.

Succi pomorum redolentium recens extracti ℥. v. i.

Omnia simul cum vno atque altero oui albumine probe agitata & mixta, igni admoto clarificentur. Adde, si velis, patum sacchari, & habebis medicamentum excellentissimum & suavissimum ad supradictos usus: de quo sufficit pro dosi exhibere ℥. vi. horis matutinis: robustioribus autem plus dabitur, continuando ad 15. vel 20. dies. Non est maior simul & semel paranda quantitas, quam que satis sit pro duobus tribusve diebus, ne acescat.

Aur si animus sit aliud componendi remedium, ex eodem sero lactis prius acidulo facto cum succo limonum, & clarificato adde

Florum violarum

℞. Buglossæ

Recentium vel exsiccorum ℞. optime mundatorum, hoc est, in quibus amplius nihil, quod viride sit, supersit, quantum voles, & in 24. horis, serum tingetur colore, sapore, & odore enumeratorum florum: adicies sacchari ad lubitum, & habebis Iulapium suavissimum & utilissimum.

Eodem modo cum aqua communi, cui aciditatem prius induxeris cum aceto montano, Philosophis noto, elicies tincturam è rosis rubris, omnibus febribus & calidis intemperiebus hepatis mirifice conferentem: nec non ex cæteris cuiuscunque generis floribus: eadem via varias ad varios affectus educes tincturas.

Decoctum Chinæ.

℞. Rasura rad. chinæ ℥. i.

Aqua fontana ℔. vi.

Succi limonum ℥. iiij.

Macerentur per 24. horas, deinde coquantur ad tertiæ partis consumptionem, ac tandem transcolentur per manicam Hippocratis. Dosis ℥. vi.

Hoc decoctum gustu suavissimum est, & summo opere prodest calidis intemperiebus hepatis, ardoribus urinæ & ulceribus renum: potissimum autem conducit salsis & mucilaginosi humoribus in vesica dissolvendis, qui sæpenumero Stranguriam excitant, & calculi speciem æmuleantur. De eo potandum exhibeatur mane & vesperti in dosi, vt supra, vinumque eodem diluatur.

Potes etiam, si velis, ad eundem usum decoctum parare ex rasura ligni Rhodii: vel adde huius ligni rasuræ ℥. ℞. ad supradictæ chinæ ℥. i.

Decoctum ad Dysenteriam & Lienteriam.

℞. Rad. Tormentillæ

Acetosæ

Santalini rub. ana ℥. i.

Sem. Berberis

Plantaginis

Portulacæ

Et granorum myrthi ana ℥. ℞.

Coriandri præparati

Cinnamomi

Macis ana ℥. ij.

Been albi

Et rubri ana ℥. i.

Flor. Thapsi barbati

Ros. rubrarum

Spica nardi ana p. i.

Aquar. Plantaginis

Acetosæ

Agrimoniæ

Absynthii ana ℔. i. ℞.

Coquatur ad medietatis consumptionem:

nem: dein fiat expressio, & colaturæ adde syrupi de granatis accidis, Citoniorum, & de rosis siccis ana ʒ. ij. fiat apozema in quatuor doses.

CAVTIO.

Antequam hoc decoctum porrigatur ægro, si forte ex dysenteria aut lienteria inueterata ac contumaci laboret, hoc sequens pomum exhibendum est.

ʒ. Pomum curtipendulum, quod excauatum rursus impleatur gummi Arabici, & rasura cera alba ana. ʒ. j. claudatur pomum proprio suo obturamento, coquendumque igni admoueat, donec cera & gummi liquata per totius pomi substantiam confundantur: & sic coctum pomum edendum exhibe ægro, semihora post superbibendo dictam potionem. Iusculis, quibus uelcitur, adde paululum gummi Arabici. Nullus est fluxus dysentericus aut lientericus, qui, aspirante simul diuina gratia, per hanc medendi rationem non feliciter curetur. De purgationibus aliis congruis nihil hic addo, quæ si res forte postulat, præmitti debent.

Decoctum ad calculum comminuendum & expellendum.

ʒ. Rad. Restæ bonis ʒ. j.

Fol. Saxifragiæ

Virgæ pastoris ana m. j.

Fruct. Senelorum

Alkekengi ana par. xx.

Mili solis ʒ. j.

Cinnamomi

Sem. Bardanæ

Saxifragiæ

Anisi

Fœniculi ana ʒ. iij.

Gran. Hederae arborea ʒ. l.

Straminis uel spiritum fabarum exsiccatorum ʒ. l.

Coquantur in aquis partibus aquarum

parietaris, argentaria, & vini albi ad uous tertie consumptionem: exhibe pro dosi ʒ. iij.

VEL

ʒ. Cineris rad. Restæ bonis

Et cineris spiritum uel corticum fabarum ana ʒ. j. l.

Indantur in nodulo lineo & cum

Aquar. Parietaria

Senelorum

Et Betonice ana lib. j.

Coquantur, donec fiat lixiuum satis forte, tranfcoletur bis terue per manicam Hippocratis, & aromatizetur si uelis, Cinnamomo: de hoc decocto cape ʒ. ii. uel tres, addendo, si uelis, syrupi limonum ʒ. vi. & fiat portio gustui grata. Nullum reperitur remedium efficacius & præstantius ad expulsionem calculi, & ad ipsam Ischuriam & suppressionem urinae, hac ipsa decoctione, quæ exhiberi debet, cum æger est in balneo siue semicupio.

NOTA.

Ex enarratis cineribus Ononidis & corticum fabarum, iuxta eam, quam suo loco docebimus, methodum, educes ipsorum sales primo cum aqua communi; deinde eos depurabis, variis dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus cum aquis parietaria, saxifragiæ & similibus calculo idoneis, donec ipsi fiant albissimi & pellucidi. De horum salium vno misce drachmam semis, uel cum superiori decoctione, uel cum iusculo quodam, aut uino albo, & singulare conficietur remedium contra dolores colicos & nephriticos, & contra Ischuriam & suppressionem urinae siue meiendi difficultatem. Sal corticum fabarum in his affectibus omnium est præstantissimum medicamentum.

Q999

De-

Decoctio splenis bouis congrua ad
duritiem & obstructionem lienis;
& specifica ad mensium sup-
pressionem.

℞ Splenem bouis integrum, hunc in
frusta incisum in phialam vitream capa-
cem iniice, ita vt ad medietatem vsque
impleatur, addendo.

Cinnamomi crasso modo contusi ℥j.

Caryophyllorum ℥.℞.

Croci ℥.ij.

*Vini albi Canavia, sive vini maluati-
ic mens. Parisiensis 4 pariem.*

Ad humectandam solummodo materiã,
vas probe clausum ponatur in ahenõ a-
qua repleto, vel in Baln. Mar. feruentissi-
mo, adeo, vt ebulliat per 24. horas, do-
nec dictus splen in particulas minutissi-
mas coctus & cõsumptus fuerit, magna-
que iuris exquisitissime cocti & fragran-
tissimi copia restet; de quo ægra mane
capiat ℥ iij. continuando per quatuor
aut quinque dies tam, cum menses flue-
re debeat.

Nota.

Mirabitur sine dubio hic aliquis ceasor
inquirens, quomodo ea corporis parti-
cula, quæ receptaculum sit bilis atræ, hu-
moris plane crassi & terrei, vt vulgo me-
dētū fert opinio, in medicamentū ape-
riendi & attenuandi virib. insignitū, qua-
li opus est in mensium prouocatione, a-
daptari possit, huiusq. remedii vim & e-
nergiam aromatib. potius & croco, quæ
eiusdẽ compositionẽ ingrediuntur, quã
ipsum lienis proprietatib. tribuet: Cui re-
spondemus, huius decoctionis specifi-
cam facultatem à sola lienis cocti sub-
stantia præsertim dependere; reliqua
vero, vt vinum & aromata solummodo
gustus gratioris causa adhiberi.

Alibi in meis scriptis dudum senten-
tiam meam & de succo melancholico ex-

posui, quem per analogiam quandam a-
ceto vini comparandam esse duxi, ac tã-
tum abest, vt lien eiusdem humoris cras-
si ac tartarei domicilium, durioris idcir-
co sit substantiæ, vt contra ob fermenta-
tionem proprii humoris spongiosus po-
tius, leuis & rarus euadat, succusque in
eo contentus attenuantem aceti facul-
tatem participet, insitraq. sua via aperi-
endi & attenuandi virtutem obtineat. Sed
quia alias fustus & accuratius disputatū
a nobis fuit de eodem subiecto, hic plu-
ra addere superuacaneum puto. Expe-
rientia denique ipsa medicaminis huius
vtilitatem & efficaciam summam ad ci-
endos menses satis abunde demonstra-
bit. Hæc Quercetanus.

Decoctio pectoralis in causa ca-
lida.

℞. rad. fœnic.

polypod. querc. an. ℥j.

liquirit. ℥.i.℞.

ireos ℥.v.℞.

ficus m. r. vij.

ruar. passar. Manip. i.℞.

Sem. 4. frigid. mai. an. ℥i℞.

hord. mund. Man. i.℞.

fol. prassii

capillor. vener.

endir.

ungul. caball.

flor. cordial. an. Manip. j.

fol. polytrich.

lactuc.

scelopendr. an. M.℞.

sem. alex. mund. ℥.v.℞.

sem. fœnic.

anis an. ℥iij. Mi.

f. decoct. in aqua fontana.

Decoctio pectoralis in causa fri-
gida.

℞. rad. fœnic.

polypod. an. ℥j.

ireos ℥.v.℞.

ficum nr. vj.
 passular,
 hordei an. Mj. ℥.
 flor. chamam.
 violar.
 borrag.
 bugloss.
 fol. prasilij
 leyssep.
 meliss.
 melil. an. Mj.
 scolopenar.
 unguil. caballin.
 maioran.
 mentha an. M ℥.
 zinziber. 3 j.
 enul. campan. 3 j.
 liquirit. ras. & incis. 3 j ℥.
 fol. sen. alex. mund. 3 j.
 sem. foenic.
 anis an. 3 iij. Mj. f. decoct.
 in aqua fontana.

De coctio chinae ad tussim. Horatii Augeniij.

℥. rad. chinae prap. 3 j.
 aq. scabios.
 farfar. an. ℥. v. macerentur
 horis 12. sec. art. mox leuiter ebulliant ad cō-
 sumptionem molietatis, & in fine adde ligni
 sassasfras 3 ij. simantur huius decocti 3 v ij.
 aut octo, quia matutina hora ante ci-
 bum, vt & hora septima post prandium.

Decoctum ligni guaiaci ad catar- rhus. Eiusdem.

℥. rasur. ligni indic recentis, & ex ramo,
 non caudice detracti 3 v ij.
 infundo in libris vi. horis 24. deinde fiat de-
 coctio, donec remaneant libra quatuor ad-
 dendo sub finem decoctionis
 rad. liquirit. rec. 3 j ℥.
 passul. 3 i.
 sacchar. fini 3 iij. f. potus cola-
 tus, quo loco vini vtendum.

De coctum ligni guaiaci ad asthma. Eiusdem.

℥. lign. indic. prap. 3 i.
 cortic. eiusdem 3 i ℥.
 macerentur horis 24. in aq. beton ℥. xj.
 deinde fiat decoctio ad libras v. sub finem de-
 coctionis adde fol. ceterach 3 ij.
 rad. polyp. querc.
 passul. an. 3 i.
 sem. cartham.
 bombac. contusor. an. 3 j.
 fol. beton.
 maior.
 fl. stechad. an. M ℥.

f. potio colata, de qua sumantur in aurora
 3 viij. hora quinta ante prandium & 3 vj.
 horis tribus ante cœnam. Et sudor ex-
 pectetur.

Decoctum senae Simonii omnes abs- que molestia humores eua- cuans.

℥. fol. sen. alex. mund. 3 ℥.
 macerentur in vino albo opt. per horā
 vnam: iterum ℥. prunor. damascen. nr. vi.
 rad. polyp. querc. rec nonnihil.
 contusor. 3 i ℥.
 turberb. sel. 3 ℥.
 zinzib. 3 i.
 cinnamom. 3 i.
 sem. anis. 3 ii.

Ebulliant omnia in iusculi carnis detracta
 pinguedine 3 x. donec remaneant 3 viii. tunc
 adde Epithymi 3 ii.

fl. borrag.
 bugloss.
 rorumar. an. p. ℥.
 aurant. condit. ablute
 saccharo 3 iij.

Ebulliant adhuc, donec remaneant 3 viij.
 tunc accipito senam maceratam & imposito
 finitoque adhuc decimam partem hora len-
 te ebullire. Tum aufer omnia igni & os olle
 bene obstruito, finitoque in loco tepido ad ho-
 ras octo vel decem, tandem percolato & adie-
 cto saccharo quant. suff. calidum bibito.

Q999 2 Aliud

Aliud decoctum Senæ.

℞. fol. Senæ ʒvj.
cinnam.

Zinzib. an. ʒj.

Sacchar. Thoman. ʒvj.

Ebulliant parum lento igne in ℞. j. se-
xi lactis: tum auferantur igni, stent omnia in
infusione loco tepido per totam noctem, ma-
ne colentur.

Deque colatura illa patienti dentur
mane ieiuno stomacho & horis aliquot
ante prandium ʒv ii. & hora vna an-
te cœnam similiter calide ʒv, atque ita
vsurpet hæc alternis diebus.

Infusio & decoctio myrobala-
norum.

℞. myrobalan. omnium an. ʒß.

contundantur grosso modo & fricen-
tur manibus cum oleo amygd. dulc.
infundantur per horas 24. in ℞. vj.
agua sumaria & beton. postea

℞. epithym.

thymi.

polypod.

fol. sen.

rad. Glyzyrrh. an. ʒvj.

sem. citr. ʒij.

cortic. rad. elleb. nigr. ʒij.

Ebulliant omnia simul ad consumptionem
medietatis, deinde quiescant, donec refrige-
retur decoctum, postea coletur & fortiter ex-
primatur & addito sacchari quant. suffic. ut
dulcescat, cum albumine oui depuretur, &
leui decoctione facta syrupifetur & seruetur
ad usum.

℞. huius decocti ʒiij. vel v. aut quan-
tum expedire videbitur.

Syrup. de succ. salvia.

beton. an. ʒß. Mi.

pro vna vice & sic pro aliis quin-
que aut sex.

Decoctum farfæ parillæ.

Simonii.

℞. farf. parill. opt. incisa ʒiij.

v. ℞. xij. infunde in ollam nouam, prius
vero in loco tepido maceretur spatio 24. ho-
rarum bene obturato ore ollæ, postea coque vs-
que ad ebullitionem bene aestumando, &
statim claudere: libra vna decoctione absum-
pta adde cinnamomi ʒß. deinde libra vna i-
terum absumpta adde vuar. passar. ʒij. la-
uentur vero hæc prius in vino; bulliant lente,
postea in loco tepido frigesiant paululū & eā-
dem per linteam crassū pannū bis procoletur.
Dosis ʒiij. v. vel vi. habita ratione sum-
mo mane, vt ager dimidia hora in lecto
sudet. Bibatur de reliquo toto die loco
cereuisiæ vel vini. In malignis & difficil-
limis vlcibus moderate exiccat, totum
corpus perspirabile reddit, moderato
suo calore calorem partium fouet, cor-
ruptioni resistit & nutrit.

Decoctum scœnugræci.

℞. sem. scœnugr. lati & conuassat.

urtica an. ʒj.

basilicon. ʒß.

fl. viol.

malv.

puleg.

adianth. veri an. p. j.

ficuum nr. v.

rad. alih.

liquirit. an. ʒj.

v. ℞. ij. fiat decoctum ad consumpt. vnius
tertiae, addendo in fine sacchar. ʒij.

Decoctio solutiua Herculis Saxo-
niæ in morbo gallico.

℞. fol. sen. orient. ℞. j.

epith.

polypod. an. ʒv iij.

ellebor. nigr. nempe cortic. rad. ʒj.

myrobal. omnium an. ʒß.

fol. bugloss.

borrag.

endiv.

sumar.

supulor.

lupulor. an. M. j.
passul. enucleatar. ℥. xv.
prun. dulc. ℔. j.

Ebulliant omnia in suffic. quant. aqua, ut scil. prius coquantur ea, quæ sunt durioris, coctionis, usque ad consumptionem medietatis, factaque expressione huius decocti datur plus minus ℥i. vel ii.

Decoctio communis lenitiua Andernaci, quam vocat decoctam senæ.

℥. *passul. minor.*
rad. polyg. querc. an. ℥. j. ℔.
cichor. excortic.
sem. cartham. an. ℥. ℔.
anis.

fenic. an. ℥. iij.
dactyl. pingv. nr. i.
ficum rec. nr. ii.
prunor. dulc.
zuiubar. an. nr. iiii.
fol. scolopendr.
cichor.

endirv. an. M. ℔.
fl. epith. cretic.
bugloss.
thymi.
violar. an. M. j.

fol. sen. electi. ℥. iiii.

fiat locorum omnium sec. artem decoctio ad remanentiam librarum iiii. colatura aromatizetur cinnam. ℥. iiii.

sacchar. ℥. iiii. Mi.

f. potio clara.

Decoctum ligni guaiaci Herculis Saxonie ad præseruationem à morbo gallico pro ablutione pudendorum, quod sumpsit ex Falloppio.

℥. *rad. gentian.*
aristol. rotund.
long.
calamenth.
dictamn.
scord. cretic.

tormentill.
imperator.
angelic. an. ℥. i.

fol. scabios.

fumar.

beron.

absynth. an. M. j.

lign. aloes ℥. ii.

santalor. omn.

rasur. ebor.

corn. cerv. vsti an. ℥. i. ℔.

flor. acac.

hypocyst.

balauft.

rosar. rubr. an. M. ℔.

lign. indic. ℔. i.

vini maluat. ℔. ii.

aquar. scabios.

fumar.

rosar. an. ℔. i.

plantag. ℔. iiii.

precipitari optimi ℥. ii.

Infundatur lignum, in dictis aquis & vino ebulliant ad consumpt. medietat. in sine vero addantur cetera omnia, quæ ubi parum ebullierint, relinquuntur infusa per 24. horas, deinde iterum ebulliant ad consumptionem tertia partis, facta forti expressione, habeatur linteoli multi preparati ad magnitudinem glandis vel vulus, infundantur in dicto decocto, exiccantur in umbra: Deinde secundo & tertio infundantur: istis linteolis involuatur glans ante usum veneris: indurant membra, exiccant superfluas humiditates, resistunt putredini, ita ut dixerit Falloppius, se ex mille, quibus hanc præbuerit antidotum, ne vnum quidem luc infectum vidisse.

CAP. IX.

De Vinis.

Expositis iis, quæ Aquarum & Decoctorum tam simplicium, quam compositorum differentias, virtutes, pro-

Q999 3 prie-

prietates, descriptionisque modos spectant, æquum est, vt vini etiam, liquorum omnium post aquas communissimi, quod humanæ imprimis inseruit nutritioni, lymphatumque corporis nostri calorem instaurat, roboratque, tractationem secundo loco aggrediamur. Nec vero hic diuersa vinorum genera, quatenus scilicet gustu, virib. proprietatibus, & aliis huiusmodi qualitatibus inter se differunt, exponere statuimus: neque etiam huius loci est, diuersos vina corrigendi, validioremque illis virtutem & excellentiam imprimendi modos explicare. Quæ ratione, inquam, ipsorum emendanda sit cruditas, ex aquosa & excrementitia humiditate contracta, quæ ob caloris vitalis defectum (Sol quippe quibusdam annis imbecilliores radios immittens, terram minus calefacit) digeri consumique non potuit. Vnde fit, vt vina aliquando cruda, viridia, imbecillaque & minus restaurantia existant, diuque conseruari non possint. Quæ sane omnia arte naturam imitante, emendate ac corrigere facillimum est, si superstitas illa aquea & excrementitia coctione artificiali quidem, sed naturalem tamen æmulante à vino separatur & expurgetur. Quæ tunc solummodo separari potest, cum vinum iam expressum in doliis à calore suo naturali & interno concoquitur, & ex suo tartaro solito more expurgatur.

Cuius enim aperte demonstrabit experientia, quod substantia illa, quæ primo à vino separatur, extillatque, nihil aliud, quam pura putaque sit aqua passiva, nulliusque saporis compos, ac instar

fontanæ insipida, quæ nihil vino, præter viriditatem, cruditatem, imbecillitatemque imprimit, ac ipsius corruptionem iuuat & accelerat. Quin etiam aciditatem ipsam prædictæ humiditati ab imbecillo calore minus absumptæ & digestæ tribuit. Quid quidem calor (vt alio loco dictum est) omnia perfecte dulcorare potest, & eius opera prædicta humiditas omnino separatur. Sed eo solum tempore, quo vinum in mustum redigitur, digeriturque. Absolutis enim primis illis digestionibus & fermentationibus, id nequaquam fieri potest. Nam quod primo ex prædicto vino, vel minimo quidem calore admoto extillat, spiritus vini est, qui cum vino coniunctus illud viuificatuum & nutritiuum efficit, quo separato vinum amplius non est vinum, sed acetum & corruptum quid, mortuum atque nutritiuæ facultatis expers respectu superioris vini. Talis, inquam, correctio, vini que rectificatio, vt & aliæ plures, non minus iucundæ, quam vitales inuestigationes in alium locum remittuntur, vbi ex professo de vino vini que natura disputabimus. At in rem præsentem fat esse duximus, plures vinorum tum simplices, tum compositas præparaciones restitutæ nostræ Pharmaciæ inferere, quæ corporis humani conseruandæ sanitati, morbisque conferant depellendis.

Diuidemus vina (sicut & aquas supra) in simplicia & composita, nempe quod ex variis rebus componantur, cum simplicia ex vna tantum constent, vnde & ipsorum orta differentia. Hoc porro ordine eadem recensebimus.

Vina simplicia alterantia seu corroborantia, quæ ad plures affectus curandos apta sunt.

Vinum Acori
 Vinum Angelica
 Vinum Enulatum
 Vinum de Tussilagine
 Vinum Anthosatum
 Vinum Saluiacum
 Vinum Buglossatum
 Vinum Iuniperinum
 Vinum Euphrasia
 Vinum Fœniculatum
 Vinum Hyssopti
 Vinum Anisi
 Vinum Epithymi
 Vinum Absynthii
 Vinum Hypericonis
 Vinum Centaurii minoris
 Vinum Alkekengi
 Vinum Eryngiorum
 Vinum Scylliticum
 Vinum Senæ simplex

Vina simplicia laxantia.

Vinum Hermodactylorum
 Vinum Turbiti
 Vinum Sem. ebuli maturi
 Vin. Sem. ebuli non maturi
 Vinum Sem. Sambuci
 Vinum Sem. hederæ
 Vinum Flor. Persicæ arboris, prunorum
 Flo. Hyperici & prunorum

Vina composita.

Vina varia purgantia composita
 Vina varia Hippocratica, clareta dicta
 Vinum Antepilepticum
 Vinum Antapoplepticum
 Vinum Antiparalyticum
 Vinum Zedoaria
 Vinum Ophthalmicum
 Vinum Chalybeatum
 Vinum Antinephriticum.

Eiusmodi vina conficiuntur duobus modis, primo cum musto tempore vindemiarum: ubi aliquot doliola parua duodecim, quindecim aut plurimum mensuratum comparanda erunt. De-

scribamus autem hic exempli loco Absynthiacum, ad cuius normam cætera omnia facile concinnabuntur.

Accipe igitur Absynthii Romani exsiccati, quantum voles, hoc iniice in vas aliquod idoneum, superaffunde mustum recens, & sine bullire per aliquot dies, nouum perpetuo mustum altero is diebus reaffundendo, quo vas semper repletum maneat, vinumque à facibus suis exquisitius re- purgetur, peracta ebullitione, reple totum doliolum eodemmet musto, & optime claude. Macerentur & digerantur omnia per 24. dies aut mensem, nec priusquam hoc temporis spatio perfecte digestum & clarificatum fuerit, hoc bibendum exhibe, seruari potest ad annum vnum aut amplius. Dosis est dimidium vitrum tempore matutino.

Deinde parantur hæc vina quouis tempore. Exempli gratia: Recipe idem absynthium minutim incisum, immitte in vas vitreum, ita vt tertia pars vasis vel paulo plus eo impleatur, affunde vinum album optimum vase probe obrurato, quod deinde in repositorio vel loco quodam tepido ponatur ad macerandum per decem aut duodecim dies, interea temporis vinum attrahet absynthii virtutem atque saporem, & ita in phiala siue vitro illo relinquatur, & loco eius, quod in vsum quotidianum detrahatur, reaffunde nouum vinum generotum, & sic habebis vinum absynthites, quod diu quoque ad vsum seruari potest.

Quod si magis specificum reddere voles, ita vt efficaciorum vermes expellendi vim acquirat, adde flores Hyperici vel Centaurii minoris, & ita in aliis vinorum compositionibus, prout scopus fuerit, procedatur.

Inter vina simplicia supra enarrata vnum

Vinum artificiale
 Vinum absynthiacum

Alius modus extrahendi

NUM

*vinorum
Medicamentorum
simplicium
virtutes.*

num aconi, angelicę anthofatum, saluia
tum frigidis cerebri affectibus condu-
cunt.

Vinum euphtagie & fœniculi oculo-
rum aciei & corroborationi confert.

Vinum enulatum & de tussilagine,
astmathi & pulmonum vitis medetur,
valetque ad detergendos pulmones, &
iuuand in expectorationem.

Vinum absynthii in germania ad
lumbros, omnemque corporis ar-
cedam putredinem commune est re-
medium: non secus ac vina hypericonis
& centaurei minoris, quę ad liberandas
iecoris obstructions ipsumque robo-
randum maxime etiam profunt.

Vinum buglossatum cordi omnibus-
que melancholicis affectibus accommo-
datum est, fitque vel cum floribus vel
radicibus eiusdem.

Vinum anisi ad colicum dolorem ex
statu prouectum, siue is in stomacho,
siue in vniuerso ventre existat, lauda-
tur.

Vinum epithymi sicut & vinum tama-
ricis lieni confert.

Vinum passulatum admirabile est ad
virium restaurationem in senibus.

Vina alkekengi & tryngiorum ne-
phríticos & calculosos leuant, vt & i-
psam vinum iuniperinum, quod mire
etiam cor, cerebrumque, & reliquas par-
tes nobiles corroborat.

Vinum scylliticum præstantissimum
est ad humorum præparationem &
digestionem: hoc enim ad inciden-
das & attenuandas crassas, pituitosas,
melancholicasque materias assumitur,
hoc etiam nullum est ad attenuan-
dos omnis generis humores mucilagi-
nosos tartareosque excellentius reme-
dium.

Vinum senæ melancholicos, imo et-
iam alios humores purgat. Facillimum
quidem est, nec iniucundum remedium,
quo libenter etiam vtuntur, qui à po-

tionibus medicinalibus abhorrent, cum
benigne & sine perturbatione vlla, vel
commotione purget.

Vina hermodactylorum & turbiti,
serofos & pituitosos humores ex ipsis
iuncturis euacuant: Vnde ad arthriti-
dem vsurpantur.

Vina seminis ebuli & sambuci aquas
potenter ducunt, & ad hydropis cura-
tionem adhibentur, quemadmodum &
vinum hederę.

Hactenus præcipua vina simplicia,
eorumque virtutes & proprietates or-
dine enumerauimus. Ad eorum vero
præparationem quod attinet, alia hic
institutione opus non est, quandoqui-
dem illa per se facilis est, & ex duobus
exemplis supra propositis nullo negotio
addici possit.

At vero vina seminum ebuli & sam-
buci, quod hæc semina vinosa & eo so-
lum tempore, quo vix, matura sint,
paulo aliter, quam dictum est, præpa-
rari debent. Quare prædictorum se-
minum vtrumlibet exprimendum est,
& succus extrahendus, qui cum du-
pla multi optimi vini albi quantitate
admisceantur, & in dolium magnitu-
dinis conuenientis ad solitam dige-
stionem & fermentationem infunda-
tur. Notandum vero, hic melius esse, si
id obrurato dolio peragatur, hoc est,
si dolium penitus non repleatur, & ob-
turerur bene, ne quid exhalet. Quo fa-
cto & fermentatione per mensem inte-
gram absoluta, dolium aperiendum, vi-
noque ad summum vsque adimplen-
dum est. Hęc vina purgant serofos hu-
mores, & conducunt hydropicis.

Vinum præterea scylliticum paulo et-
iam diuersa ratione, quam prædicta
vina, parari debet. Scylla enim cul-
to ligneo aut eburneo vel quouis a-
lio, qui tamen ferreus non sit, mundari,
& in taleolas secari, Solique per 25. aut
30. dies ad exiccandum exponi debet. De
qua

*Vina semi-
num ebuli
& sambuci.*

*Vinum scyl-
liticum.*

qua sic præparata accipe lb. j. & in vas vitreum aptum iniice, superaffundendo vini albi optimi lb. viij. omnia vase bene clauso digerantur in Baln. Mar. calido per 5. aut 6. dies: dein transcolentur per manicam Hippocratis, adiectisque mellis optime depurati lb. iij. parum bulliant & purificentur: & sic vinum habebis scylliticum, quod ad vsum referuabis in vase accuratissime occluso. Remedium est præstantissimum ad omnes humores præparandos, vt iam dictum.

Vt vina artificiali gustui grata reddantur.

Verum vt vina purgantia ingratum suum saporem amittant, & gustui grata fiant, post prædictam illam macerationem, per manicam Hippocratis sæpius transcolanda, & saccharo, paucoque Cinnamomo & Coriandro aromatizanda sunt, ad quam eandem methodum parantur etiam alia vina, tam roborantia, quam purgantia, quæ grata & vtilia erant, nec adeo magno constabunt precio, sed promiscue omnibus, tam infimæ, quam summæ conditionis hominibus commodissime exhibebuntur.

Restat iam, vt de vinorum etiam compositorum præparatione, ducto à vinis purgantibus exordio, verba faciamus.

Vinum purgans sænæ Autumnæ siue vindemiarum tempore parandum.

Comparanda sunt aliquot dolia, ex lignis eiusmodi vaforum facta, quæ vinum maluaticum aut aliud simile, album & generosum prius continuerunt, quorum quodlibet capax sit quindecim aut viginti mensurarum, vel plurium, prout videbitur. Præstat tamen plura dolia, eaque minora in promptu habere, quam solummodo vnum, idque maximum, si magna vini quantitas præparanda veniat. Si igitur vas magnitudo erit viginti mensurarum Parisiensium, in eo pone

Foliculorum sænæ lb. iij.

vel amplius, prout purgandi virtutem plus,

minus augere velis, addendo

Caryophyllorum ℥j.

Cinnamomi,

Macis ana ℥ij.

Sem Fœniculi ℥j. ℔.

Prunorum Damasc. sine nucleis lb. iij.

vel v.

Liquiritia incisa lb. j.

Polypodij

& Sem. carthami contus. ana lb. ij.

Omnibus probe inuicem mixtis indantur in vas & affuso musto generoso bulliant, superaffundendo semper vinum nouum. Post perfectam coctionem vase optime clauso omnia macerentur & fermententur ad viginti, aut viginti quinque dies: & sic habebis vinum purgans, quod integris validis viribus per integrum annum persistabit, cuius dosis est vitrum paruum in aurora. Vel si matutina purgatio non satis suus assecuta fuerit effectum, vnciæ tres vel quatuor adhuc sumendæ erunt circa vesperam, duabus vel tribus ante cenam horis, idque eodem die. In affectibus porro contumacibus altisque radicibus habentibus, quorumque authores existunt impuritates tartaræ siue humores crassi & sæculenti, purgatio eodem remedio continuanda erit ad duodecim vel etiam quindecim dies: ita per epigramm, id est, sensim & paulatim eiusmodi humores euacuabuntur, citra virium defectiorem. Eodem quoque modo febris quartana, melancholia hypochondriaca, catarrhexia, & similes affectus difficilis sanationis curabuntur, & prorsus excidentur.

Vsus eius in contumacibus affectibus.

Melanchol. hypochondriaca.

Ad præseruationem corporis sufficit id semel tantum per octiduum, vel bis per mensem sumpsisse. Potes si velis, id paulo ante cibum, vel etiam in ipso prandio conuare sumere.

Si facultatem eius purgatricem reddere cupis generaliorē, adeo vt in star catholici omnes humores simul trahat & expurget, addere oportet radicem exsiccatorum oxylapathi, siue rhabarbari monachorum, her-

Rrrr

modestly-

moda Hyflorum, mechoaca, turbitib quantum lubet. Et sic medicamen habebis summum aduersus podagram, luem veneream, & similes affectus, addendo *salsa parilla & rasura ligni guaiacini* ad libitum. Ex cuius vsu continuato ad plusculos dies, singulares & eximios percipies effectus.

Quod si nonnulli in eiusmodi remediorum preparationibus acculent nimiam temporis longitudinem, quamuis in tanta copia simul & semel parari possunt, ut sufficiant pro vno atq; altero anno, ut tamen prorsus illis satisfiat, hic purgantia quadam quouis anni tempore paratu facilia, nec minus ceteris vitia proferemus. Primi preparatio est, ut sequitur.

Vinum catholicum purgans facilis preparationis.

℞. Rad. Polypodij quercini

acori ℥. ℞.

Sem. Carthami an. ℥. j.

Foeniculi

Anisi ana ℥iij.

Cort. Myrobalanorum citrim.

& Chebulorum ana ℥. ij.

Cinnamomi ℥. ij. ℞.

Caryophyllorum

Macis ana ℥iij.

Conseru. Flor. genista

Violarum

Malua ana ℥. ℞.

Hermodytylorum alborum ℥. vj.

Turbitib. ℥. ℞.

Foliculorum sene ℥. ij.

Vini albi generosi ℔. ij. vel iij.

Omnibus probe inuicem mixtis in vase vitreo optime lutato & clauso macerentur ad calorem lentum B. M. per quatuor aut quinque dies, ampliusve. Colentur aliquot vicibus per manicam, addendo sacchari ℥. vj. Hoc vinum siue claretum purgans ad aliquot dies referuari potest, ex quo facies sex octove doses. Pro dosi vna vncie duae sufficient: exhibendo id horis matutinis & singulis diebus aut alternis continuando. Purgat enim leniter omnes humores, siue

serosos vel etiam crassos & melancholicos: prodest calculosis & podagricis, & potissimum delicatioribus, nec non imbecilliori ventriculo laborantibus, qui citra vomitum alia purgantia admittere nequeunt. Conducit praeterea histericis affectibus, & albos silit mensium fluores, si addatur facula bryoniae, quae est specifica vteri medicina, cuius preparandi modus docebitur alibi.

Facula bryonia est specifica medicina vteri.

Aliud vinum purgans facillimae preparationis.

℞. Sene ℥. ℞.

Hanc immitte in vas vitreum, addendo

Cinnamomi contusi ℥. ℞.

Caryophyll. N. v. aut vj.

Vini albi q. s.

Claudatur vas charta vel bombace saltem & addatur, si ita videbitur, paululum sacchari. Omnia macerentur in loco frigido per dies tres, quoad vinum sufficienter tinctum sit. Huius vini sumantur cochlearia duo vel tria mane, cum iusculo, si plaue rit: ac tantundem sero, idq; continetur ad dies duos vel tres. Remedium hoc ex vncia semis tantum senae preparatum (quod vel pueris & praegnantibus exhiberi potest) si continuo ad dies tres vel quatuor quis sumperit, blande & vtiliter corpus purgabit.

Vfss.

Vinum purgans ex floribus prunorum

Persica arboris, hyperici

& cat.

Ad huius vini compositionem verno tempore sufficiens colligenda est florum prunorum, tam hortensium, quam agrestium copia: hisque tertia vel media pars doli replenda, quibus adde

Vuarum Corinthiac. ℔. v.

Prunorum dulcium ℔. ij.

Iuiubarum ℔. ij.

Dactylorum absque nucleis ℔. j.

Foeniculi ℥. ij.

Cinnamomi ℥. ij.

Affundatur vinum optimum vsq; ad summum

musu

Ufus.

num vasis, quo accurate clauso, omnia macerentur ad dies viginti aut mensem unum. Hoc vinum nullam plane nauseam exhibet, & potest loco diapruni sumi. Habet enim vim alterandi & purgandi humores biliosos: seruat ad usum per integrum annum. Dosis est dimidium vitrum, quod citra diagridii additionem blande purgabit. Tempore vindemiarum etiam preparari potest idem vinum cum musto vini albi optimi, sicut & reliqua, haecenus à nobis descripta. Flores in umbra exsiccati seruandi sunt usque ad tempus enarratum. Eius vim purgatricem efficaciorē reddes, si *foliculorum sene lib. vnam* atque alteram addideris.

Ad eundem modum parari potest, tempore Veris vinum purgans contra vermes siue lumbricos ex *Persica arboris floribus*.

Vinum contra vermes & impurum sanguinem.

Ex floribus hyperici, summitatibus centaurei minoris & sumiterra, collectis omnibus suo tempore, dum florent, & exsiccat, conficitur etiam vinum purgans aduersus vermes, quod idem sanguinem mundificat, & tam atram, quam sanam bilem purgat. Si addideris *sene* ad libitum, potentiorē purgandi vim acquireret. Hæc vina licet saporis sint paulo amarioris, purissima tamen sunt & clarissima: corrigi potest amaritudo illa *vni Corinthis* & *liquiritia*.

Amaritudo correctio in vinis. Vinum rosarum purgans.

Sic eodem modo purgans vinum preparatur cum rosis pallidis & albis, tam hortensibus, quam syluestribus. Quod purgat humores serosos, ex quo etiam optimum remedium parari potest contra hydrophem, quod etiam addita *vincetoxici radice* per vrinas purgat. Dosis duo cochlearia mane exhibita, idque continenter ad plures dies, si res postulat.

Ad eosdem humores purgandos vinum paratur ex *seminibus obuli* & *hedera*, tam in Autumno, quam quouis alio tempore. Eadem vina conducunt etiam hydro-

picis.

Vinum Helleboratum.

Accipe radices hellebori nigri bene mundatas, & ab omni terrestri impuritate purgatas, quas minutim concisas in B. Marcum sufficienti vini vel aceti quantitate, & semine anisi per 24. horas macerabis: hinc post quatuor aut quinque dies vinum prædictum separabis: eo enim modo omne venenum ex prædicta radice extrahetur, quæ dein exsiccare debet.

℞. Rad. Hellebori ea, qua dictum est, ratione præparatarum ℥. ij. ℞.

Foliculorum sene ℥. ij.

Foeniculi dulcis.

Anisi ana ℥. vj.

Corticis curi ℥. ℞.

Macerentur omnia in duabus vini albi optimi, & iam purificati mensuris per quatuor aut quinque dies in baln. Mar. calido, coleturque vinum absque expressione vlla, dein bis terve per manicam Hippocratis transmittatur, dulcoretur & aromatizetur cum *sacchari* sufficienti quantitate, & paulo *cinnamomo*. Excellens est educendis à cerebro pituitosis & melancholicis humoribus. Optimum igitur est ad maniam, & melancholicos omnes affectus, tum intro assumptum, tum extrinsecus capiti cum linteolis in eo madefactis tepide admotum, vt docebimus fusius alibi.

Mania, melancholia & alii affectus capitis.

Haecenus de vinis compositis purgantibus: sequuntur nunc quædam vina composita corroborantia & certis quibusdam affectibus appropriata.

Vinum Hippocraticum commune.

℞. Vini rubri vel albi optimi ℔. x.

Cinnamomi ℥. j. ℞.

Caryophyllorum ℥. ij.

Cardamomi

Granorum Paradisi ana ℥. iiij.

Zingiberis ℥. iiij.

Omnia crasso modo cōtusa, macerentur in dicto vino per tres aut quatuor horas: addendo *sacchari albillimi ℔. j. ℞.* transcolen-

Rrrr 2 tur

tur per manicam aliquot vicibus, & fiat Hippocraticum.

Aliter.

Nonnulli tantam aromatu copiam exosi, id preparant ex solo *cinnamomo* & *saccharo*, sed alii vim eius calefaciendi paulo plus acuunt *pipere*, *zingibere* & *caryophyllis*. Hyemis fere tempore sumitur cum pane tosto ad corroborandum ventriculum. Porrigitur etiam in quartanis, & aliis affectionibus ex frigida causa profectus.

Hippocraticum extemporaneum ad cuius exemplum omnis generis extracta & remedia etiam iam specifica ad diuersos affectus possunt preparari.

℞. *Cinnamomi* ℥. ij. vel iij.

Caryophyll. ℥. ℞.

Zingiberis

Piperis longi

Cardamomi

Granorum paradysi

Galanga ana ℥. ij.

Nucis moschata ℥. j. ℞.

Omnibus crasse contusis & inuicem mixtis macerentur in spiritu vini, in vitro optime clauso, positoque in Baln. Mar. per tres aut quatuor dies, aut donec spiritus vini colores & virtutes aromatum omnes extraxerit. Frigefactum vas aperti, & separata tincturam per inclinationem, quam in phiala seorsim serua ad usum. Facibus separatis reliquam aromatu partem fortiter exprime per linteum, quam in phialis aliis reseruabis ad usum. Sed prior tinctura post macerationem filtretur & coletur per manicam, idque ob extractionem faciliorem virtutum rerum aromaticarum. Eiusmodi extracta diutissime ad usum seruari possunt.

Quoties igitur libuerit, cum vini optimi mensura vna infundes drachmam vnam atque alteram extracti, & sacchari quantum voles: & sic habebis vinum aromaticum.

Loco sacchari simplicis inseruiet oleum sacchari cum albumine ouorum indurato factum, cuius descriptio habetur in Dietetico nostro polyhistorico.

Claretum excellens.

℞. *Cinnamomi* ℥. ij.

Macis ℥. ℞.

Dactylorum sine nucleis minutim incisorum Nu. xx.

Myrobalanorum Nu. iij. aut iiij.

Sem. Anisi

Feniculiana ℥. j.

Vuarum Damasc. ℥. v. aut vij.

Coriandri preparati ℥. ℞.

Aromatibus & seminibus crasso modo contusis, omnia indantur vitro, affundendo aqua vitæ rectificata, vini Canariæ vel vini albi generosi, singulorum mensuram vnam Parisiensem, qua facit tres libras aut circiter: ocluso vase macerentur in loco frigido per quatuor aut quinque dies, citra separationem liquoris a facibus suis: aut si placet, post macerationem transeola per manicam instar vini Hippocratici, serua in phialis clausis ad usum. Dosis est vnum atque alterum cochleare tempore matutino. Est medicamen optimum ad roborandum ventriculum eiusque cruditates & flatulentiam omnem materiam tollendam: nec non contra colicos dolores & similes affectus. Potest hoc claretum dulcificari cum saccharo.

Ventriculi cruditas, flatus, Colica.

Claretum aliud præstantissimum corroborans omnes facultates.

℞. *Vini maluatici aut vini albi optimi* mens. j. ℞. vel ℥. iij. aut v.

Indatur in vitrum aut pellectanum, addendo

Caryophyllorum

Nucis moschata

Macis ana ℥. j. ℞.

Zingiberis

Cardamomi ana ℥. ℞.

Coriandri

*Coriandri**Anisi**Foeniculi ana ʒ. ij.**Diptamni**Flor. Rosmarini**Buglossa ana p. ij. aut in horum locum recipe illorum Conseruari ana ʒ. j. ʒ.**Tabellarum aromatici rosati ʒ. j.**Sacchari albissimi lib. j.*

Omnibus crasso modo contusis & inuicem mixtis, infundantur cum vino & ad macerandum ponantur in B. M. tepido, vase bene clauso per duos aut tres dies. Postea colentur per manicam aliquot vicibus, vt specierum virtus melius extrahatur. Huius vini, quod diutissime feruatur in lagenis clausis, mane exhibe vnum aut duo cochlearia. Hoc claretum corroborat omnes facultates, & reficit spiritus tam animales, quam vitales & naturales. Conducit igitur vniuersis cerebri affectibus: item cardialgiæ, lypothymia, syncopi, aliisque cordis affectibus. Estque medicina præstans contra omnes imbecillitates, cruditates & flatus, ventriculi corroborat iecur & lienem, & medetur omnibus cachexiis, melancholiis hypochondriacis & ipsis histericis affectionibus. præseruat præterea corpus à peste, vermibus & aliis putrefactionibus, è quibus diuersi morbi excitantur.

Si eo vti voles in quodam affectu curando, addenda erunt ea, quæ huic fuerint appropriata & specifica, quæ pondere suo cæterorum ingredientium quantitatem superent, vt in epilepsia addiendi sunt *radix pæonia cum suo semine, tamenta cranii humani, flores lilia, lilia conuall. calendula & similia*. Ex quibus fiat claretum aut vinum antepilepticum, quod conducet epilepsia, tam ad paroxysmi ferociam tollendam, quam ad præcautionem, si aliquot eius cochlearia exhibueris in qualibet Lunæ quadra.

In epilepsia ex vteri affectibus orta addenda est *radix bryonia exsiccata*.

In apoplexia & paralyti addenda sunt *bacca iuniperi flores lauendula, calendula & salvia*. Et sic pro vario affectuum genere varia quoque claretum siue vina aromatica medicata concinnari possunt.

Vinum antepilepticum.

*℞. Ras Cranii humani rec. ʒ. ij.**Visci querni minutim incisi ʒ. j. ʒ.**Flor. Pæonia.**Lilii conuall.**Tilia ana p. iij. vel iij.**Sem. Pæonia**Sem. Cardui benedicti contus. an. ʒ. vj.**Cinnamomi ʒ. ʒ.**Nucus moschata ʒ. iij.*

Indantur in vas vitreum colli oblongi: affundatur vinum optimum: occluso vase, macerentur omnia in B. M. tepidissimo per quatuor aut quinque dies, colentur bis vel ter, & si velis dulcificare colaturam, adde paululum *sacchari*. Hoc remedium summum est tam ad curationem, quam ad præseruationem epilepsia. Eius dosis sunt aliquot cochlearia tempore matutino, idque in quouis Lunæ septenario.

Vinum antapoplepticum.

*℞. Flor. Lauendula.**Salvia**Anthos ana p. iij. aut v.**Baccarum Iuniperi ʒ. ij.*

In cæteris fac vt *supra*. Vnum vel duo cochlearia huius vini exhibita subito apoplepticum restitunt, & tanti mali tyrannidem arcunt: non tamen omittendæ interim sunt alia euacuationes generales, item reuulsiones, deriuationes, & cæt.

Vinum antiparalyticum à celeberrimis

Medicis ordinariis, Illustriss. Principis

Mauricii Landgrauii Hassia, &c.

mecum communica-

tum.

℞. Florum Calendula, Lauendula, me-

Rxxx ʒ. diocri-

Vfus.

*Corroborat
omnia mem-
bra.*

diocriter exsiccatorem bonam partem, quibus imple lagenam vitream, amplam & robustam, affunde vini maluatici tantum ut tres vel quatuor digitos supereminet: vas probe clausum pone ad Solem per tres septimanas aut in egrum mensem: quo temporis spatio, vinum florum illorum virtutes atque essentias extrahet, & vim acquirere adeo efficacem & potentem, ut si vitrum ponas ad parietem aut murum aliquem, ubi ex radiorum solarium reflexione calor auctus in id fortius operetur, in centum frusta dissiliat. Ponendum igitur est ad fenestram apertam, ubi radiorum non tanta est reflexio. Elapso tempore enarrato, vas refrigerandum in cella per noctem integram est ponendum, ut vis nimia spirituum mitigetur ac sedetur, & postea aperiendum. Confert supradictis affectibus, vno atque altero cochleari in aurora sumpto: quod præstandum est usque ad viginti quinque vel triginta dies: & præmissis purgationibus generalibus admirandos videbis effectus.

Si dictum vinum post sufficientem florum macerationem per alembicum in B. M. vaporoso destilletur cum omnibus istis floribus, usque ad siccitatem, multo efficacius euadet, omnium autem efficacissimum erit remedium, si florum fæces in cineres redigantur, salque extrahatur & cum propria sua aqua permisceatur.

Vinum Zedoariæ compositum.

℞. Zedoaria ℥. ij.
Caryophyllorum
Macis.
Cinnamomi ana ℥. j. ℞.
Zingiberis
Piperis longi ana ℥. j.
Nuci moschata ℥. ℞.

Omnia crassiuscule conquassata, vno pluribusve nodulis lineis includantur & suspendantur, per dolioli foramen, in dolioli musti pleno quadraginta dierum, aut ad minus mensis vnus spatio ad macera-

tionem, quibus postea sublatis, vinum ad cerebri ventriculique corroboracionem tempore necessitatis exhiberi potest. *Cerebri & ventriculi affectus.*

Vinum ophthalmicum.

In vini ophthalmici præparatione eadem plane methodus ut supra in vino Zedoariæ obseruanda est, ut scilicet suspendas per foramen dolioli, quo mustum continetur (loco aromatum)

℞. Rad. Enula campana in taleolas secta
& exsiccata ℥. ij.

Fol. Euphrasia m. j.

Sem. Foeniculi dulcis

& Silerii montani ana ℥. j.

Contundantur crassiuscule & omnia in vnum, vel in plures nodulos conclusa, suspendantur in dolioli, ut dictum est, aut in phiala vitrea, & macerentur per mensem. De quo vna atque altera vncia ad acuendum visum exhibeatur, idque singulis matutinis. *Visus debilis*

Vinum Chalybeatum.

℞. Limatura chalybis ℥. iiii.

Rad. Eryngiorum

Enula campana ana ℥. j. ℞.

Santali citrini ℥. j.

Coralli rubri

Rasura eboris ana ℥. vj.

Caryophyllorum

Macis

Cinnamomi

Zingiberis ana ℥. iij. }

Ceterach.

Flor. Geniæ.

Anthos

Epithymi ana p. ij.

Vini albi generosi lb. vj.

Macerentur per octiduum ad minimum ad ignem baln. Mar. calidum, dein transcolentur per manicam Hippocratis ter quaterue, ut vinum optime clarificetur, quod dulcorari saccharo poterit, ut fiat vinum gustui gratum: doliis vnum aut alterum

rum

rum cochleare in principio, quæ dein-
ceps, si opus sit, augeatur.

Vinum aliud chalybeatum.

℞. Laminas chalybis purissimi vi ignis
scintillantis atque liquefactioni proximi,
mergantur in magdaleones sulphuris, ut li-
queſcat chalybis in ſtar cera Hispanica, reci-
piatur in vaſe ſemipieno vini albi generoſi
vel aceti ſambucini, dein in ſigillo ad ignem
ardentem ſinatur per unam atque alteram
horam ut optime exſiccetur, laugetur quo
tandem ut alkool in porphyrite, huius ſic
preparati chalybis cape ꝑ iij.

Rad. Rubia

Eryngiorum tinctorum ana ꝑ. vi.

Cort. med. fraxini

Rad. Filicis ana ꝑ. ꝑ.

Sem. Fœniculi

Baccar. Iuniperi rec.

Gran. Alkermes ana ꝑ. iij.

Fol. Siccorum chamaedr.

Ceterach.

Flor. Geniſta ana ꝑ. ij.

Caryophyllorum

Macis ana ꝑ. ij.

Cinnamomi interioris ꝑ. ij. ꝑ.

Vini albi generoſiſſimi lb. x.

Indantur omnia in vaſ vitreum & ex-
ponantur ad radios ſolares æſtatis tem-
pore, vel ad ignem lentum per xx. dies,
materiam bis terue baculo agitando, de-
in tranſcolentur per manicam Hippocra-
tis. Ad cachexiam & hydropem ineuntem
ſingulare illud eſt præſidium: doſis primis
diebus ab ꝑ. j. ad ꝑ. ij. dein in dies augenda
conſeatur.

Vinum antinephriticum.

Ut vinum antinephriticum conficias, do-
lium iuſte magnitudinis vino generoſiſ-
ſimo repleatur: quod quidem vinum prius
concoctum, & ab aquea ſua humiditate
depuratum ſit. Super huius vini heminis
oſto dolio incluſis, ut ſupra, addes

Fructum Alkekengi lb. j.

Rad. Reſtae bovis

Et Eryngiorum in Talleolas diſſ. ſta-
rum & exſiccatarum ana

ꝑ. ij.

Sem. Bardana

Mili ſolis

Saxifragia

Bismalua ana ꝑ. ij.

Fol. Herniaria

Flor. Geniſta ana ꝑ. iij.

Macerentur omnia per menſem inte-
grum, deinde ad uſum referuetur vinum.

Si poſt prædictam macerationem illud
tranſcolaueris, mellisque optime depurati
tertiam partem addideris, & ut ſupra, in
vino ſcylitico ebullire ſueris: vinum effi-
cies, quod diu conſeruari poterit, neq; in-
gratum guſtui erit. Cuius vnciæ 2. aut 3.
(præmiſſa tamen primæ corporis regionis
purgatione cum bolo aliquo ex caſſia aut
ſimili) ad calculi expulſionem, & prohi-
bendam eius generationem exhibentur.

Hæc Quercetanus de vinis.

ADDITIO P. V.
DE VINIS.

*Vinum Ludouici Augeni, Horatii patris
ad aſthma.*

℞. vini dulc. tenuis

melicraſi cocti an. lb. ꝑ.

pulu. fol. tabac. exſiccator. in umbra

ꝑ. j. ꝑ.

rad. polyg. querc. rec. & minutiff. con-

ciſe ꝑ. iij.

helenij remoto meditullio & inciſ.

ꝑ. iij.

Macerentur horis 48. poſtea colentur per

manicam Hippocratis, conſeruetur

in loco frigido, denique eius ꝑ. vj. pro

vice ſingulis diebus horis quinque

ante prandium.

Vinum conſtipans, ſanguinemq; ſiſtens.

℞. Plantag. acuti M. ij.

buſa

Cachexia,
Hydrops,
melanch.
hypoch.

bursa pastor.
 equiset. an. M. j.
 pyrola.
 herba Saracenicā an. M. R.
 balauſt.
 nuc. cupreſſ.
 gallar. an. ʒ iij.
 bol. armen. vulgar. ʒ j. R.
 ſuccin. flauī ʒ ij.
 rad. tormentill.
 rhapont.
 angel. an. ʒ ij.
 nucif. ʒ j. R. incifa & contuſa infun-
 dantur vino.

Vinum contra contagioſum aerem.

℞. fol. ſcord. M. vij.
 card. ben.
 ruta.
 veron. an. M. iij.
 anagallid. rubr.

ſ. hyperic.

ſaluſia.
 ſcabiol. an. M. iij.
 rad. zedoar.

cardopat.
 vincedoxic.
 tormentill.
 angelica an. ʒ ij.

rad. gentian.

morſus diabol.
 pimpinell.
 dictamn. alb.
 enula an. ʒ j.
 cinnamomi. ʒ vj.
 ca. yophyllor. ʒ iij. R.
 croc. opt. ʒ ij. incifa & contuſa infun-
 dantur vino.

Claretum.

℞. vini albi odorif. Menſ. ij.
 ſacchar. albiſſ. ʒ ij. ʒ vj.
 ebulliant parum, deinde adde cin-
 nam. ʒ R.
 nucif. ʒ j.
 galang.
 croci an. ʒ j.

caryophyllor.
 macis an. ʒ j.
 ſantal. citrini
 roſ. rubr.
 coriandr. prapar. an. ʒ j.
 manus Chriſti optimar. ʒ j.
 Pulueriſentur groſſo modo & ligentur in
 pecia. infundantur per aliquot horas
 & ſapius colentur abſq. expreſſione.

Claretum refrigerans.

℞. conſeru. cichor. ʒ j. R.
 tabell. man. Chriſti perlatar ʒ j. R.
 cinnam. ſelect. ʒ ij.
 ſacchar. ſni ʒ j.
 aquar. endiu.
 cichor. an. ʒ ij.
 fontana ʒ vj. R. paſſentur per ma-
 nicam Hippocratis abſq. deco-
 ctione aliquoties: fiat claret.

Vinum purgans Eraſti.

℞. fol. abſynib.
 cardui bened.
 centaur. minor.
 verben.
 beton.
 agrimon.
 chamapith.
 aſplenii
 tamaric.
 cort. rad. cappar. an. M. j.
 cinnamom.
 macer.
 galang.
 zinzib. an. ʒ j. R.
 ſem. citr. ʒ j.
 fol. ſen. alex. mundat. ʒ ij.
 turb. alb. & gumm. ac. contuſi.
 agar. alb. leuiſſ. incifa an. ʒ R.
 rhab. ſel. ʒ j. R. incifa & contund. mi-
 ſceanturg. Si in pectore aliquid ſit
 vitii, aut lubricitate inteſtina magis
 volumus, adde caricas & paſſulas;
 hiſco ſuperfunde vini veteris men-
 ſuras tres & vaſe diligentiſſime clau-
 ſo ſerua 24. horis; de hoc v. no bibe
 quoti-

quotidie vel alternis diebus haustum v-
num: ventriculum detergit, purgat, vt &
intestina; referat omnes meatus, lienem-
que & hepar infarctu liberat.

Vinum Elleboratum Gesneri.

℞. vini cretici ℥vi.
ellebor. alb. ℥ij.
cinnam. ℥j.
cortic. citri ℥b.
infunde ad mensuram loco tepido;

colato adde syr. de cortic. citri ℥ij.
Datur vsque ad ℥viij. in robusto corpo-
re vix mouebunt, si ℥vj. exhibeantur. Ex-
hilarat, roborat, phlegmaticos inuat, inge-
nium acuit, crassos humores attenuat,
meatusque referat.

*Vinum Caput seccans & mirifice
roborans.*

℞. myrobalan. chebulor.
citrinor.
belliric.
emblicor.
indor. à lapidib. purgator. an. ℥j.
cinnamom. ℥b.
galang.
caryophyllor.
granor. paradys.
cardamom. an. ℥j.
mat.
sem. fœnic.
anis. an. ℥b.
passul. ℥viij.
rosar. rubr. exiccator. ℥ij.
fl. lavenderul.
anthos an. ℥ij.

Include sacco & iniice vase cum LX.
mensuris Augustanis circiter vini albi. Post
octo dies potes bibere haustum à
prandij initio, nemque
cubitum itu-
rus.

CAP. X.

DE ACETIS.

Non erit ab instituto alienum, variis
vinorum generibus iam enumeratis, ace-
torum etiam medicatorum, quæ passim in
antidotariis describuntur, classem auue-
tere: inter cætera frequentiora sunt,

scylliticum.
rosaceum
flor. calendula
caryophylli
acetum } saluiatum.
 } anthosatum
 } sambucinum.
 } passulatum.
 } caryophyllatum.

quorum præparationis imitatione infinita
alia effingi poterunt, tam ad materię
præparationem, quam ad eiusdem euacua-
tionem.

Acetum scylliticum paratur eo, quo se-
quitur modo. Scylla lamina inter corticem tici præpa-
& cor media, ex parte purgata & in orbicu-
los sive talcolas secta soli aut remisso calori
exponantur per 30. aut 40. dies, dein libra
minutim concisa (cultro è candidiore li-
gno parato aut eburato) in lagenam de-
mittatur optimi aceti lb. vi. vel viij. affusis:
vasculum rite obturatum, ne quid exhalet,
exponetur à siliuo tempore radiis solaribus 30.
aut 40. dies: postea aperto vase totum trans-
colabitur, indeque acetum scyllinum confi-
cies, quod lagenis diligenter occlusis adser-
vabis.

Quidam vnicam vel plures scyllas ac-
cipiunt decorticas, quas maza siue pasta
inuoluunt, vt singule panis figuram vi-
deantur adeptæ, tam demum furno ca-
lido aptoque pani coquendo illas com-
mittunt, & ita tempore multo breuiore
scyllas suas præparant, quam si per
quadraginta dies soli obicerentur. Scylla-
rum ita coctarum in el. bano & postea ad len-
tum calorem desiccatarum seculibram ac-
cipere oportet aceti fortissimi lb. viij. excipian-
tur

ssss

in lagenâ vitrea bene clausa, quæ ad solem aut similem tepidum calorem per 30. aut 40. dierum spatium posita manentur. Quod si furni Athanoris igne ex cineribus strueto usus fueris, cum ille diu noctuque perseveret, dimidii temporis compendium facies, adeo ut duodecim aut ad summum quindecim dies sufficiant fermentationi & digestioni huiusce aceti, si illa hoc perenni calore procurata fuerit. Tandem materia per colum transmissa servabitur vitreis vasculis diligenter obturatis. Hæc præparatio à nobis maxime probatur, nullum enim vomitum ciet, ut prior in plerisque facere solet; breuiore etiam tempore perficitur, tutiusque exhibetur.

Acetum rosatum.

Ut acetum rosatum conficiatur, accipere oportet rosas rubras exiccatas, quibus lagenam implebis, & acetum optimum affundes, donec illud lagenæ cervicem fere pertingat: vasculi osculum arctissime occludes & ad solis calorem expones per spatium temporis iam expositum vel ad hypocaustum transferes, vel igni cineritio committes.

Alia aceta ex variis floribus

Eodem prorsus modo compones acetum passulatum, *florum* resicatorum *salvia, rosmarini, sambuci, calendula, veronica siue florum caryophylli*: imo tot formas & species acetorum licebit tibi parare, quot sunt simplicium vinorum, quæ etiam in variis morbis debellandis propter eosdem scopos usurpabuntur: verum acetum quodlibet semper erit facultate magis attenuante, incidente & magis idonea dissolvendis & liquandis humoribus viscosioribus & tartareis: præterea validius etiam aduersabitur cuilibet putredini & corruptionibus omnibus, quam vina superius enarrata.

Vsus simplicium acetorum. Vsus horum simplicium acetorum præcipui erunt, ut sint bases in compo-

nendis diuersis oxymelitem formulis, tum purgantibus, tum robur concilians, ut quoque satisfaciant scopis & medicationibus, quæ sese offerunt in plurius & magnorum affectuum cura, ut sequenti capite sumus ostensuri. Querc.

Acetum bezoarticum coctum Medicor. Francofurtensium ordinariorum. de Anno

1597.

℞. Rad. chelidon maior. ℥ij.

scorzoner.

diptamn. alb.

zedoar. an. ℥℞.

angelic.

obstrict.

vincetoxic.

gentian.

tormentill.

peresites,

morfus diabol.

arifol. long. & rotund.

pentaphylli

enul. campan.

pimpinell. an. ℥ij.

Fol. scord. cretici,

diptamn. cretici

hyperic. cum flor.

salvia minor.

card. ben.

scabios.

ruta hortens.

tanacetii

baccar. iuniperi

lauri,

Cortis. arantior.

citri an. ℥ij.

Omnia selecta inque umbra exiccata inciduntur & contunduntur, iisque affunduntur aceti de vino albo acerrimi mensura nostratis tres: coquantur lento igne in olla vitro insus obducta & luto probe oblita, ne quicquam expiret, ad consumptionem mediæ dietatis.

diētatis, postea ab igne remota maneat 24. horis. tandemque colentur, colatura in vitro stricti orificii diligenter obturato reſeruetur.

Acetum bezoarticum completum eorundem.

℞. Aceti bezoartici filtrati ℔. ij. miſchrid. optimi ad minimum duorum annorum ℔. ℞.

Extract. ſpec. diamb. ℥. ℞. gr. vj. M.

Et vitrum veſica arctiſſime claudatur, & vſus tempore agitetur.

Acetum ex ruta compositum Dni. D. Io. Hartmanni Beyer. contra pestem.

℞. Fol. ruta.

ſcord.

card. ben.

tanacet. an. M. j.

baccar. iuniper.

rad. angelic. an. ℥. ij.

zedoar.

cortic. citr. an. ℥. ℞. incidantur minutim, infundantur in ℔. vj. aceti acerrimi, optimeque in vitro obturato ad vſum adſeruetur. Et tempore peſtis ſpongiola in eo imbuta pomaque ex ligno iuniperino hinc inde perforato incluſa in manibus geſtetur & frequenter odoretur.

Acetum ſcordii limoniatum Eiuſdem.

℞. aceti vini albi ℔. ij.

Fol. & flor. ſcord. ſiccator. demptis ſtipitibus ℥. ℞.

cortic. limonior. probe maturor. non nimis craſſorū ante triduum à pomis detractorū inciſor. ℥. ij. deſtillantur & inciſiatur corticum ſccor. ℥. j. per ſemihoram, colentur aliquoties, dum clareſcat & ſeruetur in vitro.

Aceti helleborati deſcriptio & vſus.

℞. aceti ℔. ij.

ellebor alb. ſel triti ℥. ij.

cinnam. ℥. j.

granor. iuniper. ℥. ℞.

vafis in cinere poſitus deſtillētur, aqua prima ſeorſim colligatur, qua erit candidior, & ſecunda. Prima aperit viſcerum obſtructiones, datur per ſe ad ℥. ℞. vel cum ſaccharo, vel cum ſyrupo aliquo nulla prorsus moleſtia. Efficax eſt in febris longis à phlegmate vel atra bile ſubortis. Item in vteri & lienis obſtructionibus & morbo capitis & materia craſſa, viſcida frigida. Secunda plus habet virtum aceti, quam ellebori: poteſt etiam dari in morbis calidis à bile, cum aliis conuenientibus: penetrationem enim promouet.

CAP. XI.

De varia oxymeliticum & hydromeliticum medicatorum compoſitione, qua diuerſis affectibus medendis aptiſſima ſunt.

INſtituti noſtri ratio poſtulat, vt diuerſas oxymelitis & hydromelitis compoſitiones, quarum hodie in medicina factitanda magnus eſt vſus, in medium proferamus.

Hæc remedia apud veteres in multo maiore erant commendatione, quam iam apud nos. Nam in noſtris officiis etiam famoſiſſimarum vrbium tantum proſtat oxymel ſimplex & ſcylliticum: rariſſime Elleboratum Iuliani, præſidium tamen à Geſnero magnopere celebratum, aduerſus morbos comitiales, febres quartanas, & alios huiusmodi morbos, qui iam altius radices egerunt, & quorum occulta ſunt ſeminaria. Solummodo etiam reperitur vnica hydromelitis ſimplicis, quemadmodum & compoſiti, deſcriptio, quæ in officiis locū habeat, cum tamen videamus apud Galenū, Aetiū, Trallianum, Oribafiū, deinde etiā apud Nicolā Myreſum & Meſuē, (qui in faſciculos redegerūt, & in ordinem reuocarunt, quæ alii ſine

Duo tantum Oxymelita in noſtris officiis.

Oxymelita & hydrom. apud veteres in frequenti vſu.

methodo in suis libris tanquam scopas dissolutas disperferant) infinita remedia purgantia, præparantia, roborantia, aliisque intentionibus seruientia, quorum bases primaria à supradictis oxymelitis & hydromelitis formulis petuntur, adeo ut quotquot vina simplicia & composita arte descripsimus, possunt etiam parari (imo maiori cum emolumento) oxymelita & hydromelita æque bene ac si vino parata forent.

Arabes oxymelita & hydrom. mutarunt in syrupos.

Arabes, qui primi sacchari usum introduxerunt, in causa sunt, quod norma componendi varia oxymelitis & hydromelitis genera immutata fuerit in eam, quæ syruporum est, quorum magna farrago in officinis adseruatur.

Quod vero adfertur pro stabiliendo & confirmando syruporum usu ab iis, qui tantopere illis additi sunt, nempe huiusmodi remedia diutius conseruari posse, & palato gratiora esse, confirmatione indiget. Sed extra omne dubium est, omnes hydromelitis & præcipue oxymelitis species, maxime vero id, quod melicratum nuncupatur (ubi aqua, mel, atque interdum acerum simul confunduntur & miscentur) longe esse utiliora, commodiora, imo magis idonea omnibus curandi intentionibus, quam sint syrapi.

melicratum quid.

Saccharum quid.

Sacchari calor non exiguus est, obstruens, & glutinans.

Saccharum facile in bilem vertitur.

Cum saccharum sit sal quidam dulcis, non exiguo calore præditus, cui qualitas quædam obstruens & glutinans coniungitur. vnde minus aptum saccharum iudicari potest ad præparationem, alterationem, mitigationem humorum, eorumque excretionem, cuius rei tamen causa commemorati syrapi vtpurimum componuntur & præscribuntur.

His adde, saccharum in corporibus biliosis & natura macilentis, quemadmodum & cætera dulcia, minimo negotio bilefere, & proinde plus damni, quàm utilitatis huiusce texture hominibus adferre. Verum quispiam nobis insultabit, & mel, quo varia oxymelitis & hydromelitis formulæ parantur, dulce forsan esse contendet. Ad-

mitteremus id quidem, at longe mel defecatius & purius est, naturaque prædictum magis aëria, cœlesti & ad quintam essentiam accedente, quam saccharum. Quod licet dulce & candidum sit superficie tenus, intrinsecus tamen acrimonia scætet, & nigrore non mediocri, ut probe norunt & experiuntur illi, qui in rerum interna & vitali anatomicè aliquem progressum fecerunt.

Mel purius saccharo.

Quod animaduersum & diligenter obseruatum fuit à Galeno, & deinde ab Oribasio *Medic. coll. lib. 5. c. 24.* qui dum intendit oxymelitis facultates, quæ acidæ & vitriolatæ sunt, præfert hydromeliti, quod propter dulcedinem temperamentis calidis & naturis feruidioribus minus congruit, propterea quod in bilem facillime conuertatur, in hunc modum scribit: *Cum melicrati facultas cætera omnia habeat, quæ ad acutos morbos valens, in vino tamen duratæ eis est contraria, quod supercalescens in bilem conuertatur: hanc eius mutationem aceti permixtio cohibens præstantissimum medicamentum efficit, tantumque aceti melicrato addendum est, quantum satis sit, ut facultas in bilem conuertendi corrigatur.* Oribasius vero postquam longa verborum serie retulit ingentes utilitates & commoda, quæ ex oxymelitis usu promanant, & postquam recensuit specificam vim & proprietatem, quæ valet aduersus affectus hypochondriacos & thoracicos, cum scilicet opus est materiæ crassæ & lentæ attenuatione & incisione, ut magis palam fiat, in quanta commendatione apud illum sit oxymel, illoque hydromel longe inferius esse, ita pergit: *Cum igitur mel facultate calidum sit, & in bilem cito in calidis corporibus vertatur, idcirco edulium est pituitosioribus naturis, & senioribus, ac morbis frigidis accommodatum, & oxymel omni ætati & nature ad tuendam valetudinem utilissimum est, cum omnes angustos meatus aperiat, sic, ut crassus & glutinosus humor nusquam contineatur. Quam etiam ob causam medicamenta, quæ tuere valetudinem à Medicis dicuntur, attenuante fa-*

re facultate sunt prædita. Ac tibi quoque & ratione & experientia perpendenti ea, qua ad vitium extenuantem faciunt, oxymeli accommodatissimum esse videbitur. Nam neque mali succi est, neque stomacho inferum, neque aliam absurdam facultatem habet. Si vero scylliticum acetum fuerit, ita non modo eorum, qua ad vitium rationem, sed omnium medicamentorum aptissimum est ad incidendum, conuenitq; hoc eos uti, itemq; vino & aceto, qui humores incidere & attenuare morbum cupiunt, qui in corpore sit, quod crassum, glutinosum & pituitosum excrementum contineat. Atque infirmos prope vidi, qui ex aceti scyllitici, atq; etiam vini (scyllitici supple) usu ad vitam usq; sani vixerunt.

Voluimus de industria referre, quid Galenus & alii antiqui sentirent de oxymelite acido & vitriolato, quodque potiores & efficaciores vires illi adscriberent ad sanitatem conseruandam, & morbos curandos, quam hydromeliti dulci, ut hinc colligere liceat, ipsum Oximel Syrupis anteposendum esse, qui tamen hodie pluris sunt, & contra omnem rationem, ut supra demonstratum est, maiorem auctoritatem & usum sibi comparauerunt.

Iam superest, ut nostram pharmaceuticam quibusdam de oxymelitis & hydromelitis descriptionib; velut p̄sidiis vtilissimis locupletemus, quarum imitatione quilibet proprio Marte poterit nouas componere.

Porro oxymelita & hydromelita diuiduntur in simplicia & composita. Oxymel simplex duobus modis parari potest. Prior est, si sumas vnam mellis partem, cui tantundem aquæ pluuiæ aut cisternis adseruata, si haberi possit, primo admiscebitur, miscellam igni lento admovebis, perfecte despumabis, donec mel omnem sordiditiam deposuerit, purumque appareat. Tum melli affunde optimi aceti tantum, quantum gustui gratificando sufficit, sicque regulam & normam certam habebis, nec iusto acidius, aut plus æquo dulcius,

oxymel componatur. Iterum igne lento hæc coquantur, inter coquendum paulatim & per vices instilletur aqua, q. suff. qua secernendis heterogeneis operam supeditabit, & magis defæcatum reddet: proderit etiam ad dulcorem comparandum, id est, ut remedium γλυκύπικρον & dulcoacidum fiat: quo etiam in pastu, portionis loco, uti quis poterit in diuersis corporis affectibus potius, quam hydromelite aut vino ut superius annotauimus. Ut vulgare oxymel componatur ex tempore, hæc serie progredi oportet.

℞ Mellis a sordibus liberi & expurgati sextarios quatuor siue duas pintas Parisenses.

Optimi aceti sextarios duos.

Aquæ octo sextarios siue quatuor pintas.

Imprimis misceas baculo aquam iam tepescitam cum melle, totum feruere sinas, mitiori igne absque magnis bullis & ebullitionibus, tum spumam auferas, & coqui permittas, donec aqua ad medium resoluta & consumpta fuerit, tum demum acetum adiciatur, cui affuso tres aut quatuor ebullitiones satis erunt, facta legitima omnium simul confusorum coctione, per manicam siue pannum densum transmittentur, colatura diligenter asseruetur.

Quod si vice vulgaris aceti, scylliticum, rosaceum, saluiatum, anthosatum, sambucinum, passulatum, & similes aceti simplici compositiones, quarum supra meminimus, admiscuerimus, efficiemus oxymel simplex rosaceum, passulatum, anthosatum &c. quorum singula variis affectibus aptissima existunt. Verbi gratia, quando ea usurpamus, ut humores lenti & visceri incidantur, plurimorum morborum causa, etiam si cum febre complacentur, oxymel paratum cum aceto rosaceo, buglosato, violaceo, & similibus accommodatius erit saluiato, vel anthosato, qua magis idonea sunt melancholicis, hypochondriacis, epilepticis, apoplexiis cachectis, &

huiusmodi affectibus, quarum causa terrestris potius & frigidus humor statuitur quam calidus.

Et quando voles in morbis contumacioribus & peritacioribus humores validius attenuare & incidere, oxymel simplex & scyllinum hoc modo compones,

℞. Mellis depurati lb. iij.

Aceti scyllitici lb. ij.

*Oxymel
scylliticum
simplex.*

Coquantur ad perfectam mixtionem & consistentiam, hoc oxymelite & aliis supra descriptis obseruatis seligendo semper magis accommodata morbis, quos expugnare voles, poteris tot species oxymelitis compositi fabricare, quot decoctorum aut vinorum, quæ diuersis medendi scopis inseruiunt, ut verbi causa oxymel cephalicum hoc modo tibi erit faciendum.

Oxymel Cephalicum.

℞. Rad. Fœniculi

Polypodii

Acori vulg. ana ʒvj.

Fol. Betonica

Melissa ana m. j.

Sem. Sejeleos ʒj.

Flor. Stœchados

Bugloss ana p. ij.

Cin namomi ʒ iij.

Macis

Caryophyll ana ʒ j. s.

Croci ʒ j.

Macerentur per 24. horas in lb. iij. oxymelitis anthropati, dein coquantur ad vnius tertie consumptionem: dosis ʒ iij. vel iij. Cōducit omnibus cerebri affectibus frigidis & melancholicis: spiritus animales fouet & illustrat, prodest ad memoriam, itemq; ad mœstitiam à quavis causa subortam.

Oxymel epilepticum.

Prout particulares cerebri affectus postulant, adicere poteris, quæ specifica proprietate ipsis aduersantur, ut si epilepsia curanda proponatur, addes viscum quernum, rad. peronia, flores tilia, lilium conuall. & similia. Idem iudicium relinquitur, si morbi & symptomata alteri cuidam parti infixæ hæreant.

Oxymel pectorale siue thoracicum.

℞. Rad. Enule campana

Tussilaginis

& Iridis florent. ana ʒ j. s.

Fol. Capill. Veneris

Polytrichi

Scabiosa

Hyssopi ana m. j.

Dactylorum

Iuiubarum ana par. vj.

Sem. Carduibenedicti

Bombacis

Vrtica ana ʒ j.

Flor. Tussilaginis

Violar.

Buglossa

Nymphaea

Papaueris rheadis ana p. ij.

Macerentur in oxymelitis passulati & buglossati ana lb. j. s. & aquarum carduibenedicti & scabiosæ an. lb. j. per 24. horas: dein coquantur ad ignem lentum ad vnius tertie consumptionem, ac tandem transcolentur per manicam Hippocratis, & aromatizentur pauco Cinnamomo. Dosis ʒ iij. vel iij.

Confert orthopnoia, asthma, peripneumonix, tussis inueterata, & diuturnis omnibus pectoris affectibus. Hoc thoracicum oxymel tibi exemplar quoddam erit, ad cuius normam alia infinita stomatica, hepatica, splenica, diuretica, &c. effinges. Si addideris radices, herbas, flores, & semina scopo tuo conuenientia, ut videre est in aquarum nostrarum, decoctorum & vinorum artificialium supra enumeratorum descriptione, quæ ad hos agenda scopos direximus, adeo ut viam tibi sternant, & veluti manu ducant ad varietatem, copiam & delectum remediorum.

Oxymel

Oxymel de peto purgatorium mirabile non solum pituitæ crassæ, sed & bilis flauæ, item que nigræ, anhelosos thoracis & ventriculi affectus iuuans, & deniq; ad omnes morbos iuuetatos laudatissimum remedium.

Petum quid.

*℞. Fol. Nicotiana seu peti exsiccatum ad solem & puluerizatum inditorumque in nodulo li-
neo ℥ j. ℞.*

*Rad. Iridis siccata & in taleolas secta
℥ i.*

Polypodii

Liquiritia

Sem. Carthami contusiana ℥ vj.

℞. Spica nardi

Thymi

Epithymi

fol. Hyssopi

Mentha an. m. j.

Sem. Anisi

Foeniculi

Carduibenedicti ana ℥ iij.

Flor. Tussilaginis

& Buglossa anap j.

Fol. Sena ℥ ij.

*Agarici trochiscati in nodulo conclusi
℥ i.*

Nucis moschata

Caryophyllorum

Cinnamom. an. ℥ ij.

Contundantur & macerentur per triduum in aceti passulati & sambucini ana lb. ij. deinde coquantur, exprimantur & clarificentur, addendo mellis Narbonensis optima despumati lb. j. ℞. de quo coquantur ad bonam consistentiam: vsu postulante, præbe cochlearia aliquot, vel per se, vel cum aliqua aqua pectorali.

Sane medicamentum hoc optime & valide purgat è toto corpore, è thorace, è ventriculo prauorum humorum saburrâ

*& illuuiem exhaurit, detergit & extirpat: remedium est asthmaticis, si quid aliud, accommodatissimum & maxime peculiare. In eius vsu, cautione opus est; augenda enim vel minuenda dosis pro ægrorum ætate & viribus. Aliquando vomitum ci-
et, qui contingit ratione peti, quod in vomitu prouocando pares vires cum Helleboro, vel antimonio habet, si solitarium & per se exhibeatur. Sed alia purgantia, quæ admiscentur cum aceto, (quod primas dotes in corrigendo & demulcendo obtinet) vehementiam eius remittunt, & eorum ope præstantissimum & efficacissimum remedium constituunt.*

Petum per se sumptum vomitoriū est.

*Ad huius oxymelitis imitationem li-
cebit tibi multa alia diuersa phlegmago-
ga, cholagoga, & melanagoga, id est, pi-
tuitæ, bili & melancholico succo excernē-
dis, siue seorsim, siue simul peculiaria cō-
ponere, prout animus dictabit, aut affe-
ctus expugnandus postulabit. Sed memi-
neris semper, esse apponenda, quæ parti-
bus peculiariter amica esse perhibentur:
deinde etiam purgantia humori analogâ
feligenda, non neglectis iis, quæ maligni-
tati medicamentorum obtundendæ o-
peras suas conferunt. Oxymel mox de-
scribendum exempli loco tibi erit, quod
ad omnia hydropis genera singulare est
præsidium. Aquas enim subducit, visce-
rum nutritioni famulantium obstructio-
nes soluit, imo hepar ipsam & lienem ho-
rum malorum prima leminaria, infarctu
& feirrhosa duritie liberat: denique parti-
bus languidis & effectis pristinum robur &
tenorem restituit.*

*Oxymel phlegmago-
gum, Chola-
gog. & Me-
lanagog.*

*Oxymel accommodatum humori-
bus ferosis euacuandis, hydropi &
cachexiæ perquam vtile, hepar, lie-
nem, & totum mesenterium ro-
borans, eorumque obstru-
cta simul referans.*

℞. Rad. Irid. vulg. ℥ j. ℞.

Finco.

Vincetoxici ℥ij.
 Taraxaci
 Valeriana
 Mechoaca
 Rubia tinctorum
 Polypodii ana ℥j.
 Cort. Fraxini
 Tamarisci
 Ebuli ana ℥vj.
 Raf. Ligni rhodii
 Eboris in nodulo lineo indisa ana
 ℥℥.

Herb. Eupatorii Mesua

Fumaria
 Hepatica
 Ceterach. ana m. j.

Sem. Cuscuta

Melonum
 Acetosa ana ℥ij.

Carthami
 Ebuli
 Halicacabi ana ℥v.

Foeniculi
 Anisi ana ℥iij.

Flor. Genista

Ebuli
 Sambuci
 Centaurii minoris ana p. ij.

Flor. Cichorii

Spica nardi ana p. j.

Trochiscorum de rhabarbaro ℥x.
 de capparibus ℥℥.

Agarici trochiscati cum suo nodulo
 ℥vj. Macerentur o-

mnia in aceti sambucini & scyllitici ana
 lb. j. aqua flor. ebuli lb. j. ℥ per tres quatuor-
 ue dies ad ignem Bal. Mar. dein coquantur
 ad unius tertie consumptionem, in colatura
 clarificata adde

Syrup. Ros. solutini.

Flor. Persicae arboris ana ℥iij.

Mellis Narbon. optim. prius despumati
 ℥x.

Vsus.

Et coquito ad ignem materiam optime de-
 spumando. addendo sub finem coctionis ela-
 terii ℥ij. scammones ℥℥. fiat oxymel coctum
 ad legitimam consistentiam. Dosis co-

chlearia duo vel tria pro robustioribus.
 Remedium est ad cachexias, hydropes,
 obstructions & scirrhosos tumores ieco-
 ris & lienis maxime accommodatum, ut
 iam supra diximus. Eius vsus per aliquot
 vices repetendus, prout malum facile aut
 difficile permanferit, per se assumetur, aut
 commixtum vni aut duabus vnciis aquae
 nostrae scorbuticae, quam ante descripsi-
 mus, aut alteri conuenienti.

C A V T I O.

In traditis iam variis aceti multi formu-
 lis coctionis tempus accurate considerari
 debet. Coquetur enim oxymel magis aut
 minus, prout videlicet diutius adseruari,
 vel statim in vsus transferri debet. Quippe
 quod ex tempore componi potest, si mor-
 bis praesentibus destinatur, minorem po-
 stulat coctionis gradum & consistentiae
 symmetriam. Quod si oxymel vi purgan-
 di polleat, vnica eaque leuis ebullitio suf-
 ficiet, aut in totum ea abdicata eius vices
 infusio diuturnior in diplomate siue bal-
 neo Mariae tepido facta supplere poterit.
 Vas autem perfecte obturabitur, ne scili-
 cet nimio contentorum feruore spirituales
 particulae exhalent: hinc enim longe im-
 becillior & retusior agendi potentia red-
 deretur. Quare in similibus maceratio
 etiam in frigido facta multo tutior est, ita
 enim spiritus intus manent & retinentur,
 quamuis longius temporis spatium ad hoc
 ministerium requiratur, id quod diligen-
 ti animaduersione dignum est, ut iam fu-
 sius & dilucide explicatum fuit, dum hy-
 drotica decocta exposuimus. Pro paradig-
 mate purgantis oxymelitis hoc iam iam
 describendum proponemus propter sin-
 gulares eius dotes aduersus luem venere-
 am quantumuis inueteratam, & iam alti-
 us inhaerentem solidis nostri corporis par-
 tibus: valet etiam aduersus alios similes
 contumaces affectus. proindeq; oxymel
 benedictum a nobis appellabitur, cuius
 formula est huiusmodi.

Coctionis
 tempus in
 oxymelite.

Lues vent-
 rea inuete-
 rata.

Oxy-

Oxymel benedictum.

℞. Scobis ligni guaiacini

Corricis eiusdem (qui magis oleagineus
est & natura balsamica) ana ʒ. ij.

Sarsa parilla ʒj. ℞.

Fol. sena orient. ʒij.

Hermodactylorum

Turpethi ana ʒj.

Ras. Eboris

Et cornu cerui

Sem. Fœniculi,

Cinnamomi ana ʒ℞.

Flor. Anthos

Stachados

Hyperici

Epithymi ana p. j.

Flor. Buglossa

Cichorii ana p. j. ℞.

Rasura ligni & Cort. guaiacini, eboris, & cornu ceruini nodulo includantur. & alia, qua supersunt, crassiuscule pistillo frangantur & conquassentur, omnia excipiantur alembico vitreo conuenienti, eoque cæco, id est, cuius os optime occludi possit, assundendo

Aquarum carduibenedicti

Vlmariæ ana ℞. ℞.

Oxymelitis simplicis

aut Buglossati ℞. ij.

Omnia rite commixta macerentur balneo Maria, blandoque calore (imo absque eo, si voles, in frigido horum inf. sio fieri potest) si per quatuor aut quinque dies foueantur. Interea ipsum oxymel alliciet ad sese & imbibet dictorum simplicium facultates: deinde post vnâ aut alteram ebullitionem fiat valida expressio, & colatura per manicam transmittatur, imo etiam depuretur, si ita libuerit, vt exquisitioribus & delicatioribus hominibus facis facias, in quorum gratiam dulcedinem quoque saccharo, si velis, conciliabis, ne vllas gustus molestias persentiant. Dosis erit quatuor aut quinque vnciarum, quandoque etiam plurium pro validioribus. Vtendi modus est, vt constituta dosis mane tribus aut quatuor horis

ante pastum hauriatur. Cibus paucus agrodandus, isque vnus generis & vnus apparatus, assus potius, quam elixus: pro bellariis omnes fructus ablegandi, præter vvas Damascenas: decima hora prædebet, quinta cœnabit, & circa decimam vespertinam ad lectulum se cœponenti æqualis oxymelitis dosis propinabit & porrigetur. Cauendum tamen, ne vi, repugnante & negante natura, seu matutino, seu vespertino tempore sudores eliciantur, nisi sua sponte erupturiant, natureque motu proprio foras protrudantur. Proprius enim huius nobilissimi remedii effectus est, maleficos humores per ventris vias & vrinæ ductus excernere, sanguinisque massam sordibus & fœda illuue inquinatam atque conspurcatam repurgare. Huius vsus sæpe repetendus, & ad quindenam saltem prorogandus, si malum contumacius renitatur, nec facile cedit, propter fomitem penitus insidentem, in longius tempus ager huius oxymelitis vsus producet, hæc via & ratio expugnandorum magnorum affectuum contra naturam optima & tutissima est, non autem primo quoque tempore violento pharmaco ipsos extirpare, vt multi perperam factitare solent: fidem facit hoc oxymel magistrale, cuius ope & dote atque vsu sæpe repetito tum paralysis, tum pernicacissima quæque venerea lues, etiam si nodosa & tophacea sit, aut ulcerationes cariosas & cancrasas comites habeat, sensim & paulatim domatur, & radicitus euellitur. Quod si oxymel displiceat, sume vinum album, quod maiorem cum natura, quam oxymel societatem habet, ceteraque, vt dicta sunt, perlice. Ita enim concinnatum longe vtilius erit hoc remedium obesis hominibus & temperaturis pituitosis, iisque, qui iam vino assueti sunt, quemadmodum oxymel temperamento calido & bilioso donatis, & abstemiis conuenientius iudicatur, si aquarum carduibenedicti & vlmariæ loco aquam fumaricæ & cichorii addideris.

Si visum fuerit, alio præparationis modo, eoque faciliore & breuiore oxymel

T r r t t t compo-

componere poteris, maxime si aceti medicatiam expositæ differentia non vbius locorum paratæ inueniantur. Si itaque nõ fit ad manum acetum rosaceum, buglossarum, sambucinũ, aut aliud quoduis, cuius tamen ope opustibi esset, satis erit, si suo tempore horum medicamentorum flores aut confectæ aceto admisceantur. Quod si etiam passulati aceti aut veronicæ siue floris caryophylli non suppetat copia, adde suo loco vuas Damascenas vel Corynthias sufficienti quantitate, aut veronicas. Igitur vt exerceamus pharmaceuticæ studiosum in extemporaria oxymelitis compositione, in medium proferemus exempli loco oxymelitis diurectici & aperientis nostræ descriptionis formulam, cuius vsus erit, dum viscerum obstructions tollere, dum incidere, attenuare & dissolvere humores viscidos & concretos, vrinasciere, menstruumque fluorem præternaturæ institutum suppressum prouocare, quinetiam tum calculum renũ atterere & comminuere paulatim & sensim voluerimus, descriptio est huiusmodi.

Oxymel diurecticum.

℞. Mellis albi Narboneusis provincialis aut Hispanici (quale optimum iudicatur, & facibus minus abundantis) lb. ij.

Quibus primo addes

Aqua itidem lb. ij.

Blando igni hæc committantur, vt secundum artis præscriptum faculentia deponatur, quæ tamen pauca erit: qua penitus ablata, admiscebis lb. vj. aquæ & duas aceti generosi, siue albi, siue rubri, non refert, vel vnam & semissim, si minus acidum affectes: huic miscellæ fictili vitreato conuenienti contentæ adicies, quæ sequuntur:

℞. Rad. Taraxaci

Valeriana

Vicetoxici

Rubia tinctorum

Asari

Eryngij
Fœniculi
Petroseliniana ʒij.
Ononidis
Raf. Corticis Tamariscis
Fraxini
Capparum an. ʒ. x.
Sem. Raphani
Bardana
Anisi
Coriandri
Fœniculi dulcis
Petroselini
Asparagi
Cinnamomi electi
Cassia lignea ana ʒss.
Flor. Hyperici
Genista
Sambuci ana p. ij.

Omnia simul coquantur ad medietatem consumptionem, post traiciantur semel atque iterum per manicam Hippocratis ad meliorem clarificationem, habebis oxymel ad ea accommodatum, quæ supra commemorauimus, de quo vtendum ad plusculos dies, dosis ʒ. 4. Huius oxymelitis parandi ratio valde facilis est, ad cuius normam infinitas alias formulas componere licebit, quæ non maiorem, quam apozezata difficultatem, si parandi modum spectes, præ se ferent.

Apud Nicolaum Myrepsium, Mesuæum aliosq; veteres auctores, imo etiam recentiores, reperies alias oxymelitis speciem humoribus præparandis, quam expurgandis dicatas, quo in numero est oxymel helleboratum maius Iuliani tantopere à Gesnero celebratum, aduersus morbum comitiale & varios alios morbos, vt iam diximus.

C A P. XII.

De Hydromeliturum componendi ratione & varietate.

PRINCIPEM locum huiusce tractatus dabimus vincto hydromeliti, quãdoquidem

dem potionis genus sit suauissimum, æque alimentarium, ac medicamentosum, iis affectibus maxime peculiare, quibus vinum damnosum est & nocuum, vt sunt paralyser, arthritides, &c.

Hydromel vinosum.

℞. Mellis albi Narbonensis optimi & granulati partē vnā, aqua pluuiā partes quinq; ponantur in cacabum æneum stanno incrustatum, his liquoribus recipiendis satis capacem, mel & aquā simul confunde, hæc tamē plus, quam tepida & calidiuscula esse debet, dum mellis sociatur, fiat horū coctio, sed blando calore procurata, id est, quam minimum fines feruescere, atque interim spumam cochleari solido vel perforato diligenter auferes, ipsumq; decoctū ad vniuertertia consumptionē consumi permittes, ad æquatā coctionis nota tibi erit, si ouum recens iniectū non demergatur, sed supernatet. Totum artificium in coctionis modo consistit, proinde industrium te & accuratum esse oportet, ne in illius defectu aut excessu pecces. In mellis bonitatem etiam attendere debes. Si enim primæ notæ fuerit, minorem exposcit coctionem, si ab illa recedat, maiorem. Porro materiā perfecte coctam adhuc medioeriter calentem per duplicatum pannum transmittes, vel per Hippocratis manicam, sed amplam & huic ministerio tantū dicatam, vt ita exquisitius crassior fæx secernatur. Tū transfundes in doliola vinum maluatium olim recipientia, vel in alia, quæ ex vase, quod vinum album idq; generosissimum cōtinuit, fabricata fuerint. Expones deinde diebus canicularibus ad Solis radios, vel potius in hypocaustum calidū transferes, vel etiā supra furnū collocabis, in quo quotidie panificia coquuntur. Relinques illic mensem vel sex hebdomadās in fermentationis & defæcationis gratiā. Tandem vascula in cellā traduces. Vfus erit nō ante trimestre: interea temporis hydromel vinosum penitus fit, simileque redditur vino maluatico è Creta asportato, atque hic modus vulgaris est.

Qui enim tartari tincturā elicere norūt, illiusque tantum in singula dolia addunt, quantū potest capere putamen oui, & qui artem tenent fermentum adiungendi ipsi hydromeliti, vt augeatur & producat ebullitio, potionem multo præstantiorem efficiūt, quæ nihil mellei saporis gustu re præsentat, nunquam acefcit, & quæ diutissime integra seruatur, imo hydromel ita paratum in dies melius redditur, & quo antiquius, eo generosius euadit.

Huiusmodi hydromel, quem admodum nuper descriptum, vtile est propecta iam ætatis hominibus, pituitosis, asthmaticis, paralyticis, epilepticis, podagricis, calculosis & similibus, quib. vini vsus interdicitur.

Ex cōmemorato maluatico vino nostro artificiali extrahitur præstantissima aqua vitæ, vino longe accommodatior ad elicendas rerum essentias. Idem etiam hydromel vinosum non destillatum optimū organum ad plurimorū medicamentorum extracta conficienda. Ex illo quoq; acetum componitur validum ac vegetum, quod vinolo aceto non cedit, ad diuersa remedia, & diuersis oxymelitis compositionibus æque conueniens ac acetum vulgare.

Hydromel simplex officinarum.

Hydromel simplex, quo communiter pharmacopœi vtuntur, ita fit.

℞. Mellis optimi lb. i.

Aqua lb. viij.

Fiat commissorum coctio ad perfectam mellis despumationem. Tot hydromelitis species præparari possunt, quæ vel morbosum humorem excernunt, vel excretioni idoneum reddunt, quod oxymelitis, eademque etiam medicamenta recipere poterunt, prout agendorum scopi dictitabunt & insinabunt.

Hydromel cum succo ceraforum ad sitim sedandum.

℞. Aqua fontana lb. xij.

Mellis albi lb. ij.

Coquantur simul, donec expurgata sint;

Ttt 2 hoc

*Aqua vitæ
ex hydromel-
ite vino
optima.*

*Acetum hy-
dromelitis.*

hoc est, mel amplius spumam non emittat:
Adiice

Succi cerasorum acidulorum lb. ij.

Rursus bulliant parum, spumam auferendo, quam fieri potest accuratissime, tum hydromel e cerasis habebis saporis iucundissimi. Eodem plane modo conficiet e succo citri aliisque succis acidis & grauiissima, & ad omnes febres ex yfaccharo potiores & aptiores.

Melicratum vinosum cum multis aromatibus paratum mihi ab illustrissimo Principe Friderico pia memoriae electore Palatino communicatum:

℞. Mellis optimi & albissimi partem vnam vel lb. 10.

Aqua pluuia si haberi queat, aut fluuiatilis partes sex vel lb. 60.

Imponito in cacabum respondentem copia hydromelitis, quam componendam suscepisti: utrumque simul confundito, coquito, & crassio rem facem de spumando detrahito, deinde herbas, qua sequuntur, resiccatas imponito, sacculoque concludito, videlicet.

Salvia

Arthemisa

Hyssopi

Origani

Hormini

Betonica ana m. j.

Præterea alio nodulo recipito

Baccarum lauri crassiuscule conuassatarum lb. j.

Flor. Lupuli m. iij.

Hordei integri p. iij.

Omnia simul bulliant, & a spuma expurgentur ad partem tertiam conuersionem, ita ut liquor ouum recens immissum in superficie sine demersione contineat, ut iam antea demonstrauimus. fiat omnium exquisita per annum tractatio. Colatura recondatur uno

aut pluribus delioliis, prout quantitas liquoris postulat. Vasa autem vinum album generosum ante adseruant, qua etiam firmissime ligneis circulis coagmentata sint, ne desiliant aut disrumpanentur spiritum agitarum effervescentia. Elapsis tribus aut quatuor diebus a feruore per vasorum latuscula & superna orificia nodulum suspendito, cuius hæc est materia.

℞. Cinnamomi

Caryophyllorum

Galange

Piperis

Granorum paradisi ana ℥b.

Aliquot dies feruescendo & fermentando liquori concedito: Tandem singula vasa ad eorum capedinem replebis eodem liquore, quæ quibusdam lagenis seruatū oportuit, & arte obturabis appposito operculo, sed memineris aromaticum nodulum relinquendum esse. Post tres menses liquorem habebis plane vinosum, linguam iucundissime afficientem & oblectantē, nec minus vtilem maxime hyemalibus frigoribus, si mane

ieiuno ventre quotidie ad duas aut tres uncias assumatur. Mirifice enim spiritus exhaustos reparat, obtusiores sensus illustrat & acuit, oculos imbecilliores corroborat, hebetiores iuuat, auditus grauitatem & difficultatem sanat, omnibus principibus partibus robur & firmitatem addit, cordi scilicet, cerebro, quinetiam ventriculo maxime languenti & debilitato. Et, ut vno verbo dicam, est languida senectutis refo-

collatio, leuamen, calorisque restauratio: denique ad contracturas paralyses & similes affectus frigidus, quibus senectus obnoxia est, salutare præsidium iudicatur.

CAP. XIII.

De Syrupis.

SYRVI, quorum saccharū basis existit, in nullo vsu erant tempore Hippocratis, Aretæi, Galeni, Aetii, & aliorum his coætaneorū, qui tamen vinum ad certam consistentiā coctum sapam ab illis appellatum vsurpabāt. Galeus multis in locis hu-

Vsus.

Melicratū
Senectutis
vinosum.

ius mea.

ius mentionem facit, vt colligere licet ex cap. 5. lib. 3. de compositione medicamentorum per genera. & ex lib. 12. meth. circa finem. Hoc nomine etiam decoctum quodlibet, succusue melle dulcoratus comprehendebatur, vt patet ex cap. 1. lib. sexti secundum locos. Porro hæ antiquorum remedium formula syruporum nostrorum classe contineri possunt, de quorum nominis etymologia solus Actuarius inter veteres verba facit, quo loco etiam sacchari meminit. recensens enim formulas compositionesque remedium, quibus medicina vitur, tandem cum ventum est ad potiunculæ siue liquidiora remedia hæc scribit: *Aut aquam decoquentes ad tertias. & colantes, eum tantum liquorem iam medicamentosum usurpamus, aut cum altero quoque, puta vino, melle, sapa, vel eiusmodi alio conueniente propinamus, aut quod proportionem eius respondet, & nuncupati: vel mel prout expedire arbitramur: denno cum medicamento, quousque conuenienter ac consisterit, coquimus. & οεγχιου vel ξυδαπιου: nos vero hodie fere Syrupum vel iulepium barbara voce nominamus.*

Hinc patet, syrupum nihil aliud esse, quam medicamentum consistentia liquidioræ præditum. compositum vel stillatitia aqua, vel ex succo, infusione & decocto radicum, foliorum, florum, fructuum & seminum, plantarum, que omnia sint cocta conuenienter & ad amissim, cum saccharo aut melle ad conseruationem longiorem & gustum iucundiorum.

Iam vero syrupi secundum Mesuæum in simplices & compositos diuiduntur.

Simplex syrupus duobus modis dicitur, aut compositionis, aut efficacia ratione.

Qui simplex dicitur propter compositionem, paratur ex succo, maceratione aut decoctione partium rarius tantum plantæ, admiscendo tantum sacchari, quantum satis fuerit, & ad legitimum consistetiam decoquendo. Compositus etiam ex solis aquis stillatis plantarum: huiusmodi autem remissiore & minore coctio-

nem postulat: vtendi tempore etiam plerunque conficitur, & ab Arabibus peculiariter Iulepus nominatur.

Simplex syrupus ratione effectus vocatur, quod quamuis ex plurimis simplicibus concionatus sit, tamen vnico destinatus est tantum operi: aut enim attenuat, aut aperit, aut inspissat, aut calefacit, aut refrigerat, aut simili cuidam indicationis scopo operam & opem suam dedicat.

Compositus syrupus nuncupatur ratione diuersorum medicamentorum ipsum constituentium, siue factus sit ex succis variis simul commissis, quemadmodum syrupus byzantinus Mesuæi paratur ex solis succis endiuia, apii, lupulorum, buglossæ, clarefactis & coctis cum idonea sacchari copia: siue componatur ex iisdem succatiunculis, quibus alia multa incoquantur, siue ex solo radicum, corticum, foliorum, florum, fructuum & seminum plantarum decocto, vt est syrupus byzantinus compositus eiusdem Mesuæi, syrupus acetosus diarrhodonis Mel. Syrupus de arthemisia, de prassio, de hyssopo, &c. qui ex aqua communi fiunt, vel pluuia, vel stillatitia: Aliquando vinum etiam additur, vt in syrupo de absinthio: alias acetum, vt in syrupo byzantino composito Mesuæi: in acetoso diarrhodon ex eiusdem authoris descriptione: quin etiam syrupus acetosus, ex solo aceto & saccharo componitur.

Videtis hic paucis expressam præcipuam diuisionem, quam faciunt Dogmatici suorum syruporum, quorum maxima ex parte apud illos vsus est, in præparandis & mitigandis humoribus, vt attenuati, deteresi, liquati & domiti, facilius cedunt diarrhodonis cathartici medicamentis, quorum vsus præparantia illa præcedere debent, vt testis est Galenus variis in locis: propterea numerosis syrupis præparatoriis, & singulis eorum scopis statim subiungunt syrupostam simplices, quam compositos, purgatoria dote insignitos, quales existunt syrupi ex nouem infus. violarum & rosarum simpl. & compos. cum agarico, &

Tert. 3. Syrup.

Compositus.

Vsus Syruporum.

Comments in Aphor. 14. l. 2. Aphor. 5.

l. 1. cap. 12. method.

Syrupus quid.

Syruporum differentia.

Simplex.

fyrop. de *cichor. cum rheo.* Syrupus Sabor cum *senna* paratus & cæt. Hinc etiam colligere licet fyroporum diuisionem, qua alii dicuntur purgantes, alii non.

Atque hæc generatim dicta sunt in gratiam nouorum & iuuenum Medicorum & pharmacopœorum, quibus præcipue nostros hosce labores dedicamus. Quare hanc rem denuo resumemus, & magis speciatim, vt doceantur, tractabimus. Nefas enim existimarem, duo illa suprema capita tanti in medicina momenti, de humorum vitioforum præparatione, & eorundem purgatione scilicet, perfunctorie, & quasi sicco pede percurrere.

Quid in fyroporum doctrina reformandum.

Proinde vt instituta à nobis methodi vestigiis insistamus, catalogū præparantium fyroporum proponemus, nec quoslibet, sed communiore & magis necessarios ad medicinam faciendam commemorabimus: ordine digeremus calidos, frigidos, mediocres, tum singulos singulis humoribus accommodatos, & peculiariter conuenientes atque etiam pro afflictæ partis conditione apponemus. Aliquot fyropos quoque expungemus, quorum dispensatio inutilis videtur, aut saltem non necessaria: In eorum autem locum substituemus alias nouas fyroporum formulas, easque perquam viles & opportunas, quæ in vulgariū Pharmacopolarum officinis non prostant. Multa castigabimus, quæ perperam in parandi modos irrepunt: tandem hoc caput de fyropis tot facilibus efficacibus & variis compositionum formulis ditabimus & decorabimus, vt lector quilibet, modo humanitatem omnem, & gratum beneuolumque animum non exuerit, aut maligni particeps, vel critico reprehendendi stimulo percitus non extiterit, ansam arrepturus sit, meos labores celebrandi, exhibendique gratæ mentis testimonium.

Syrupi calefacientes hac serie continentur.

Syrupus de

- Abfynthio*
- Arthemisia*
- Betonica simpl.*
- Beton. compos.*
- Calamentha*
- Cor. Citrii*
- Epithymo*
- Hyssopo*
- Mentha minor.*
- Mentha maior.*
- Prassio*
- Quinque radicibus*
- Stæchados simpl.*
- Stæchados compos.*
- Thymo*

Syrupi refrigerantes.

Syrup.

- Acetosus simplex*
- De succo acetosa*
- De agresta*
- Berberorum*
- Acetositat. citri*
- De succo cichorii*
- De Cotoneis*
- De endiu. simpl.*
- De succo cerasorum*
- De granatorum acidorum succo*
- De granatis dulcibus*
- De limonibus*
- De nenuphar simpl.*
- De nenuphar. compos.*
- De papau. simpl.*
- De papau. compos.*
- De pomis simpl.*
- De portulaca*
- Violarum*

Syrupi temperati.

- Acetosus compos.*
- Acetosus diarrhodon*
- De borraginis succo*

Debu-

- Syrup. { De buglossa.
- { Byzantinus simpl.
- { Byzantinus compos.
- { De endiu. compos.
- { Fumar. simpl.
- { Fumar. compos.
- { Deglyzyrrhiza
- Syrup. { Iuinius
- { Lupulorum
- { Myrtinus
- { Ex mercuriali
- { De duabus & quinque radicibus
- { Sabor compos.
- { De scolopendria
- { De scabiosa
- { De veronica succo.

Ex his syrups alii præparant siue concoquunt pituitam, alii bilem atram, alii vero flauam.

Pituitam præparantes in genere sunt.

- { De duabus & quinque radicibus.
- De Mentha { Minor
- { Maior
- De stoechade { Simplex
- De prassio { Compositus
- De pæonia
- Syrup. { De hyssopo
- { De Betonica { Simplex
- { Compos.
- { De calamentha
- { De arthemisia
- { De absynthio
- { De corticibus citrii
- { De eupatorio
- { De rubia tinctorum

Cum aquis.

- { Fœniculi
- { Apii
- { Absynthii
- { Salvia
- { Nepeta
- { Mentha
- { Petroselinii
- { Basiliconis

- { Maiorana
- { & similibus
- Melancholicum succum digerentes fere hi sunt:

- { De fumaria
- { De lupulis
- { De succo borraginis
- { De succo buglossa
- Syrup. { De ceterach siue scolopendria
- { Capill. veneris
- { Byzantinus
- { De thymo
- { De epithymo
- { De pomis

Cum aquis.

- { Pomorum redolentium
- { Buglossa
- { Borraginis
- { Lupulorum
- { Fumaria
- { Melissa
- { Scolopendria
- { Florum sambuci
- { Genista

Bilem flauam concoquentes:

- { Violarum
- { Ex infusione violarum
- { De succo violarum
- Acetosa { Simplex
- { Compositus
- { De succo acetosa
- { Endiua
- { De succo cichorii
- { De succo ceraforum
- { De succo portulaca
- Syrup. { Myrtinus
- { Diuisionibus
- { Acetositas citrii
- { De agresta
- { Berberis
- { De cotoneis
- De nymphea { Simplex
- { Compositus
- Acetosus
- { De granatis
- { De rapanero

Cum

Cum aquis.

Lactuca
Nenupharis
Rosarum
Violarum
Portulaca
Acetosa
Cotoncorum
Endiuia
Cucurbita
Cichorii
Solatri

Syruporum
alii alii
potentiores.

Inter iam enumeratos syrupos alii in preparandis humoribus mitius agunt, alii vehementius, prout videlicet humor alius alio est crassior, viscosior, tenacior, aut preparationi, attenuationi & liquefactioni minus idoneus. Nam ut pituita alia est tenuior, alia vero crassior ac glutinosior, ita humor melancholicus alius aquosus siue ichorosus, ut vult Hippocrates; alius vero iostartartari & fecum aceti, faculentus est, ut atrabilarius. Pro varia igitur humorum natura, alii syrupi, minori vel maiori operandi potestate praediti, usurpandi sunt. Quod Medico imprimis obseruandum & cognitu per necessarium est, ut aptum preparando humori praescribat remedium. Cholerae praeparandae exemplo hoc clarius patefaciemus.

Commen. in
Aphorif. 16.
2. prognost.
lib. de nat.
fac. 2. & 1.
de atra bile.
Digestio siue
preparatio
bilis.

Cum enim bilis adeo interdum effereufcat, ut corpus ipsum erodat, ex sententia Galeni: nonnunquam autem incalescat simul & incrassetur ut in bilem vitellinam conuertatur: alia tenuior fiat, qualis est pallida, ut idem docet Galenus pluribus in locis: boni ac periti Medici partes erunt, aduersus praedictae bilis incommoda syrups uti, nunc refrigerantibus & mitigantibus, nunc attenuantibus & incrassantibus ad eius crassitiam incidendam, & incrassandam contra nimiam ipsius tenuitatem. Ad bilis feruorem temperandum conueniet syrupus de succo violarum, de succo acetosa, de succo portulaca, necrosus simplex, de limonibus, de granatis, cum aqua portu-

laca, lactuca, melonum, fragarum, & id genus alius, cum quibus concinnari poterunt Iulepi.

Si bilis ab excessu caloris, ut in febris ardentibus plerumque accidere solet usque; adeo incrassatur, ut in vitellinam degeneret, & in hepate, mesenterio, & partibus alii nutritioni famulantibus obstructiones pariat; utendum erit syrups attenuantibus. & aperientibus, citra tamen manifestam calefactionem: in quem finem praescribendi sunt syrups endiuia & acetosa compositi, syrupus acetosus diarrhodon à Mesuero descriptus, syrupus byzantinus simplex & compositus, & id genus alii, cum aquis agrimonie, absynthii, lupulorum, fumiterrae, scolopendriae, graminis, valeriana, &c.

Syr. attenuantes bilem.

Sic ad bilem nimis tenuem incrassandam mirifice conferunt syrups papaueris, portulaca, nymphaeae, myrtillorum, agrestis, berberorum, granatorum, cum aquis lactuca, melonum, portulaca, nymphaeae.

Syr. incrassantes bilem.

Hae breuiter de syrups humorum praeparationi aptis monuisse sufficiat.

Notandum est praeterea, syrups illos omnes certis quibusdam corporis partibus esse appropriatos: nonnulli enim dicuntur cephalici, qui cerebri affectibus appropriati sunt, veluti syrups betonicae, stachados, paeoniae, melissa, &c.

Syrups cephalici.

Nonnulli sunt thoracici siue pectorales, uti syrups iuinbarum, papaueris, rheadis, de succo scabiosa, russilaginis, capillorum, venuris, de liquiritia, de prassio, de hyssopo, & similes: quorum alii tenues incrassant humores, alii crassos & viscosos attenuant, & vna eademque opera anacatharsim siue expectorationem promouent.

Pectorales.

Alii sunt cardiaci, uti syrups acetosatis citrii, limonum, de succo arantiorum acidorum, cerasorum & granatorum, de succo buglosae, borraginis, &c.

Cardiaci.

Syrups menthae maior & minor, de absinthio, de succo acetosa, de rosis siccis, de agrestis, myrtinus, &c. sunt stomachici, quorum illi roborant ventriculum à nimia frigiditate languentem & pituitosas, crudas & mucilago-

Stomachici.

gino-

ginofas impuritates, in eius tunicis tenaciter inhaerentes deterguunt & emendant. simulque flatus difcutiunt: hi vero conferunt ad contemperandam bilem, ipsumque stomachum à nimia ipsius acrimonia laeffitum & debilitatum astringendo corroborant.

Hepatici. Hepatici sunt syr. de succo cichorii, de succo endiuiæ, byzantini simplex & compositus, acetosus diarrhodon. Horum alii ardorem hepatis compescunt & restringunt: alii vero eiusdem obstructionem, quæ fomes esse solet plurimorum affectuum, & ipsarum plerumque febrium, referant & tollunt.

Splenici. Siciliani conducunt syr. de castoreo siue scolopendria, luporum, fumarie, de pomis, &c.

Nephritici. Renum affectionibus profunt syr. de althea & fructuum alkekengi.

Histerici. Matrici vero succurrunt syr. de arthemisia, de mercuriali, &c.

Ex tanta syr. multitudine plurimi occurrunt, qui ad enarratos usus, & easdem partes adaptari possunt: plures, qui superuacanei, passim obsoleti ac minus necessarii, ex dispensatoris prorsus eradicandi sunt: nonnulli præterea nondum ibi descripti inueniuntur, quorum tamen dispensationi incumbere debet instruis quibus pharmacopæus, eosque in officinis paratos adseruare, ob magnam illorum utilitatem: siquidem remedia existunt specifica ad plurimos grauissimos morbos. Horum nobis partem communicarunt viri hinc inde doctissimi & rei medicæ experientissimi: plurimam vero partem illorum nostro Marte & arte adinuenimus, quos simul certa experientia à nobis comprobatos animo liberali publici nunc iuris facere placet.

Sequitur catalogus syr. porum, de quibus nobis sermo est.

(Violaceus, tribus modis paratus

Mucharum siue syr. infusionis rosarum.

Citoniorum sine saccharo

De pomis cum sena

Florum calendula

Primula veris

Lauendula

Flor. tilia arboris

Liliorum consuall.

De succo peti seu Nico-

tiana

Simplex

Compositus

De succo hederae terrestris

Florum papaueris rheadis

De succo scordii

Compositus

Centaurei minoris

Florum chamomilla

Florum sambuci

De granis maturis sambuci

Florum ebuli

De granis maturis ebuli

De granis hederae

De succo cucumeris agrestis

De esula

Florum genista

Fructuum senclorum

Simplex

Comp.

De succo foliorum mercurialis

De succo alchimilla

Plantaginis

Sanicula

Simplex

Florum malua

arborescentis

Compositus

De succo radice bryonia

His addemus syr. pos

De corallis

De margaritis

Quorum præparationis imitatione, quilibet peritus Medicus, & qui vel tantillum in philosophia & medicina Hermetica sit versatus (hæc enim Dogmaticæ plurimum adfert ornamentum) poterit infinitos
Vuuu alios

alios syrupos componere, in quibus hyacinthus, granata alique pretiosi lapides, basis vicem subibunt, & plures contumaces affectus edomabunt.

Huiusmodi syrupos, nequaquam triuales, neque plebi notos in publicam lucem nunc producendos usque pharmacopœam nostram restitutam locupletandam censemus, quorum facultas & vis specifica potentissima est & efficacissima ad omnes vniuersi corporis effectus, vt paulo post sumus ostensuri.

Addemus insuper his in maiorem operis nostri gratiam, sicut & supra polliciti sumus, omnis generis syrupos haud vulgares ex aromatibus & simplicibus odoratis, vnde olea elici possunt, paratos, veluti sunt.

Syrupi aromaticorum & rerum odoratarum.

Syrup.

- Cinnamomi
- Caryophyllorum
- Nucis muscatæ
- Carpobalsami
- Cardamomi
- Piperis
- Ligni aloes
- Rad. angelica
- Zedoaria
- Sem. fœniculi
- Anisi
- Pœonia
- Baccarum lauri
- Iuniperi
- Fol. & Flor. salvia
- Rosmarini
- Hyssopi
- Thymi
- Serpilli
- Maiorana
- Crot. Citrii
- Arantiorum, & similium.

Quorum omnium præparatio vna eademque est, eaque facillima, qua syrups cunctæ corporum simplicium dotes ac virtutes longe perfectius imprimuntur, quam euenire solet in vulgari syrupsorum præparacione. Addemus præterea modum eliciendi multorum florum tin-

cturas, easque in syrupos vel iulapia concinnandi.

Præparaciones, proprietates ac vsus syrupsorum nostræ descriptionis, ad quorum normam complures, qui vulgares sunt, reformari possunt.

Non diu hic in describendis syrups. vulgarium formulis, siue ii calidi sint, siue frigidi aut temperati, immorabimur: illa enim trita nimis & vulgaria ac vel minimo pharmacopœæ tyroni notissima sunt, quorum etiam numerosam supellectilem suppetunt dispensatoria, quo lectorem ablegamus.

Syrups. igitur nonnullorum haud vulgar. accessione nunc pharmaciam nostram amplificabimus, eamque ditabimus quibusdam ornamentis à Spagyrica arte mutatis, quæ sola digestionem & putrefactione cruda concoquere, amara dulcorare, acidaque & acria contemperare docet, etiam sine sacchari additione. Hac methodo medicamenta eiusmodi rite præparata, etiam in minori dosi exhibita, utiliora, & gustui gratiora redduntur, suaque munia iuxta tres illas conditiones, tantopere ab Hippocrate commendatas, citotuto & iucunde, perficiunt.

Artis Spagyricæ nobis les operationes.

Syrupsis in vniuersum præparandis inseruiunt potissimum radices, semina, folia & flores vegetabilium. Ex foliis & floribus tanquam partibus plantarum mollioribus exprimitur succus, ex radicibus & seminibus plerumque sunt decoctiones aut infusiones, quæ cum certa sacchari quantitate, postea in syr. decoquantur.

Noua quædam methodus componendorum syrups. referuatis propriis coloribus & odoribus innotescere cœpit, de quibus in pharmacop. antiquorum, vel etiam recentium ne gri quidem, quoartificio hoc nostrum ditabimus opus. Paradigmatis loco sumemus syrups. violarum, eiusq; præparandi aliquot trademus methodos.

Syrupsis retineant saporem & od. rem suorum simplicium, interdum etiam colorum.

methodos, quibus proprium florum illorum & odorem suauem, & pulchrum simul colorem conseruabimus.

Syrupus violatus violaceus.

I. MODVS.

*Syr. viol. a-
lequot modi.*

Accipe flores violarum, suo tempore virentes, quibus foliatim studiose examinatis, quicquid album virideque; ipsis adfuerit, diligenter admodum secernendum, adeo vt nihil aliud præterquam, quod violaceum sit, relinquatur: neque hic in re pulchra & vtili labori parcendum erit, collecta florum optime mundatorum satis bona quantitate in mortario marmoreo, pistillo ligneo contundantur, veluti in conseruarum præparatione vsu venite solet. *Accipe horum florum ita contusorum ℥ iij. sacchari* (instar sacchari rosati perfecte ex arte cocti) ℔ j. infunde saccharum illud ita coctum, & adhuc feruens in mortario, quo dicti flores continentur, & omnia probe inuicem misce, ac ita in infusione sine per 24. horas: dein modice calefacta per torcular exprimantur. Et ita habebis syrupum violatum violaceum.

II. MODVS.

Aut si voles ex floribus illis contusis, præloque suppositis, succum educes: *en-
sus accipe ℥ iij. sacchari albissimi ℥ vj.* mixtis omnibus, & in concurbita vitrea positus, stent in Bal. Mar. feruenti per duas horas, vsque dum saccharum optime solutum, & in consistentiam syrupi decoctum fuerit. Spumam, si qua adsit, spatula separabis, & elegantem eximiumque habebis syrupum.

III. MODVS.

Vel accipe flor. optime, vt supra, mundatorum ℔ j. aqua pluuialis, vel violarum ℔ j. macerentur per 24. horas dein prælo exprimantur: expressioni adde eandem quantitatem, nempe ℔ j. *corummet*

florum recentium, & per idem temporis spatium denuo macerentur, ac tandem exprimantur: reiteretur eadem operatio quater vel quinque, quo pluries, eo melius. Vltimæ expressioni ad ℔. iij. aut quatuor circiter redacta, addi possunt sacchari lib. xij. & inditis omnibus in vas vitreum aut stanneum sinantur in B. M. calido vsque ad iustam syrupi decoctionem.

Huius syrupi vim ac facultatem si redere cupis præstantiorem & efficacioram, adeo, vt elementer & benigne purget, aqua communis vel aq. violarum loco infusio fiat cum duabus libris succi violarum, atque si eundem syrupum in minori quantitate præparare sit animus, de præscriptis dosibus tantum detrahes, quantum videbitur.

En triplices illos modos, iuxta quos non tantum violarum, sed omnes etiam omnium aliorum florum syrupos conficies, qui imprægnati sint ac tincti proprio suo sapore & odore, in quibus qualitatibus rerum omnium virtus ac essentia præcipua consistit.

Cum igitur circa infusiones versetur, inque pharmacia maximus sit vsus syrupi nouem infusionum de rosis pallidis, qui *Mucharum* dicitur: non alienum erit ab instituto, si eiusdem vnâ atque alteram formulam nostræ descriptionis hic addiderimus. Artis enim Spagyricæ beneficio syrupi in tantam virium amplitudinem excrescunt, vt vulgares illos multis post se stadiis facile relinquunt. Ad horum exemplar alios plures componere licebit, neque hæc ipsa in opere hoc nostro amplificando inter minimas recensenda erit reformatio.

*Mucharum siue syrupus infusionis
rosarum Quercetani.*

℞. *Succi rosarum pallidarum, vel succi rosarum rubrarum, (quas vt aptiores magis prebo, ob propriam & natiuam adstringendi dotem, qua laxandi vim in remediis ex rosis pallidis concinnatis corrigunt)*
Vuuu 2

gunt) lib. vj. in his infunde rosarum pallidarum mediocriter contusarum lib. iij. & in B.M. tepido sinantur per 24. horas: dein omnium fiat expressio, addendo nouarum ros. pallidarum contusarum lib. iij. digerantur omnia in Bal. Mar. per 24. horas: dein exprimantur, addendo denuo nouarum ros. pallidarum lib. iij. reiteratis omnibus infusionibus, digestionibus & expressionibus vsque ad nouenam vicem, aut pluries, si vim in eo laxandi efficaciorē reddere voles. Vltima expressio in vno vel pluribus vitris reponatur ad dirigendum in B.M. tepido per 24. horas, aut amplius, donec in fundo vasis appareat hypostasis quaedam siue sedimentum spissum crassumque: reliquum clarescit & rubescere incipiat rubini instar, aut vixi rubicundissimi. Purum ab impuro separabis per inclinationem. hoc est, clarum à turbido seu fœcibus, quas seorsim reseruabis: reposito eo, quod claresfactum depuratumque tibi videbitur, in alio vase nouo & capaci, iterum digeri permittas in B.M. tepido horis 24. & denuo sedimentum in fundo subsidere animaduertes, sed non prorsus idem cum priori. Iterumque separa purum ab impuro, & crassimentum in fundo remanens transfundendo, priori adde: & exquisitius depuratum priori infunde rursus vase mundo & eloto, & iugiter continuabis eandem operationem, donec fœces amplius nullæ in fundo conspiciantur, quod perfectæ depurationis signum est.

*Digestio
Syrup.*

*Aq. rosarū
ex infusione
depurata.*

Ex perfecte depurata hac essentia in alembicum, cui collum cum recipiente suo adaptatum sit, indita, elicies liquorem mercurialem, siue aquam rosarum præstantissimam. Residuum decoctione inspissabitur, & dulcorabitur in syrupum, qui ad ℥ ss. vel drachmas sex ad summum cum propria aqua sumptus, benigne vtiliterque purgabit. Huius generis remedia non sine longiore temporis spacio, neque sine labore & industria elaborantur. Sed quid hic laboriosum videbitur ei, qui ma-

xima illorum commoda spectauerit? Sanitas enim (qua preciosus nihil nihilque nobilius in vita humana dari potest) per illa in mediocritatis statu, sartaque tecta conseruatur. Quinetiam eiusmodi politiores & ingeniosæ præparationes conueniunt principib. viris, ac præcipue iis, qui delicata teneraque sunt naturæ, quique trita illa & gregaria purgantia, magna nimis & fastidiosa dosi exhibitā, vix ferre, ac ne assumere quidem possunt.

Sin vero ex prædicto succo præparare velis syrupum in longius tempus adferuandum, dosique minore, quam communiter in syrupo rosato solutiuo, exhibendum, quiq; nihilominus sine magno negotio felicissime operetur, sicuti huius rei veritatem experientia facile euincat: succi huius summe depurati vncijs xvj. oportebit addere sacchari albilissimi ℥ iij. vel vj. & in digestionem ponere, idq; in B.M. feruenti per 24. horas, & habebis syrupum ad iustam consistentiam decoctum, præclarisq; dotibus (de quibus paulo ante) præditum.

*Syr. vt diu
adseruetur.*

Quod si nimirum subterfugere laborem, tempusque abbreviare malis, post primas nouem infusiones & expressiones, & vnicam saltem aut alteram in B. calido digestionem atque depurationem ad crassiores fœces separandas, quod nulla vquam clarificatio cum oui albumine facta præstabit: huius materię crasso modo solummodo depuratæ vncijs sexdecim adde sacchari ℥ viij. vel x. dein more communi decoque, & excellentem habebis syrupum, qui ad vnciam vnā tantum exhibitus plus operabitur, quam vulgari modo paratus, licet ad ℥ ij. vel tres exhibeatur.

Cōpendium.

*Additio de hæcenus enarratis syrupo,
notatu digna.*

Si syrupo rosarum post primas infusiones, digestiones & expressiones aliquot guttulas spiritus aciduli vel vitrioli, vel sulphuris addideris (vel rum addere pot-

*Spiritus vi-
trioli & sul-
phuris syr-
pi admiscē-
tes,*

di acidita-
tis gratia.

res, cum syrupus iam fuerit absolute & perfecte preparatus) non tantum color syrupi pulchrior ac rubicundior instar rubini apparebit, sed gustum etiam suaviorem, virumque præstantiam longe maiorem vel ad ipsum purgandum corpus acquirere.

Quinetiam syrupi violati violacei ad iustam gratamque aciditatem cum prædictis liquoribus redacti (ponderis hic iudex gustus solus est) in purpureum & elegantissimum simul colorem tinguntur. Sumi possunt, vel per se ex cochleari, vel cum ptisana, vel aqua, quæ rubicundissimi vini colorem induet, & gratissimum saporem repræsentabit. Medicamen hoc extinguit omnes ardores febri-les, & inflammationes internas, arcet omnes corruptiones, sedat sitim ardentissimam, stimulat appetitum, & ut paucis multa complectar, præstantissimum ac vniuersale est remedium, quod hac via methodoque præparatum solum, & quidem cum laudabili effectû absoluet officium omnium syruporum acetosorum, de succo acetosa, de succo limonum, acetosifatis citri, de granatis, de agresta, quos alias cæteris in tota Medicina antefere-dos, magisque necessarios æstimamus.

Tempus nunc instat, ut eadem metho-do, qua insistere hætenus consueuimus, breuiter ac succincte describamus illas sy-ruporum formulas, quibus officinæ vulgo destituuntur, quarum secundo accessu, dignoque ornamento nostram pharma-copœam amplificandam decorandam-que statuimus: ne inani sterilique *Restitu-ta* nomine ac titulo superciliose superbare videatur.

Digestiones, depurationes, & separa-tiones puri ab impuro, quarum conditio-nes iam in variis illis syruporum violato-rum & rosatorum præparationibus plus satis exposuimus: hæ, inquam, operatio-nes nobis iam exemplar constituent, ad cuius normam varias syruporum iam de-scribendorum formulas maiori breuitate perstringemus.

Syrupus Cytoniorum sine saccharo.

Paratur igitur per hanc digestionem, & depurationem, & separationem facum, siue puri ab impuro, syrupus excellens ex succo cytoniorum, cuius virtus mirabi-lis admodum est. Nam præterquam quod corroboret ventriculum, vrinam insuper prouocat, & sudorem & ventrem laxat, estque excellentissimum remedium. To-tius autem magisterii operatio fiat in B. M. ne adustionem redoleat, si addere ve-lis ad ℞ j. sacchari ℥ ij. vel tres, syrupus gra-tior erit gustu, virtute interim eius nequa-quam imminuta.

His syrupis supradictis adiungam sy-rupum de pomis redolentibus cum *se-na* nostræ descripti, qui gustu suauis & ad omnes affectiones atrabiliarias, siue me-lancholicas utilis est, quique omnibus, vel etiam in iis, à quibus medicina æger-rime assumitur, ut prægnantibus & infan-tibus, omni tempore commode exhiberi poterit.

Syrupus de pomis cum sena, Quer-cetani.

℞. Succide pomis redolentibus ℞ j. ℞. huc admisce succorum citri vel limoniorum, recenter extractorum & depuratorum ℥ iij. vel quantum ad aciditatem aquæ dictæ inducendam sufficit: his adde

Fol. Sena elect. ℥ ij. ℞. vel tres

Cinnamomi coquassati ℥ j.

Flor. violarum recentium aut ex-siccatarum & optime munda-tarum p ij.

Flor. Buglossa p. j. vel eiusdem con-serua ℥ vj.

Macerentur omnia in balneo tepido per duos dies continuos, & aqua ista tingetur in elegantissimum colorem purpureum, & imprægnabitur virtutibus simplicium additorum: dein fiat omnium colatura & expressio, addendo

Succi pomorum redolentium rec-
Vuuu 3 extra-

extracti ℥vj.

Sacchari violati ℥x.

Omnia probe agitata cum vno vel duobus albuminibus ouorum clarificentur, dein coquantur ad ignem lentum in consistentiam syrupi, qui & visu iucundissimus, & gustu gratissimus, cætera quæuis purgantia & syrupos huius ordinis, natura & qualitatis præstantia & vtilitate sua facile superabit, ad huius normam plures alios componere licebit.

Nora, quod huiusmodi aciditates admixtæ iuuent attractionem proprietatum & tincturam rerum, quod pro singulari & maximo secreto habendum est. Sed si loco succi cærii, aquam tuam acidulam reddideris cum liquore acidulo salis marini vel sulphuris, aut vitrioli, præstantior multo euadet syrupus.

Syrupus calendulæ.

Vt syrupus fiat calendulæ, eius succi accipienda erit lib. 8. quem in B. M. per 3. vel 4. dies depurabis, separando semper purum ab impuro, sicuti supra præcepimus. Huic succo ita preparato adde sacchari albissimi lib. j. decoque in syrupum in B. M. ut artis est. Aut si eundem conficere velis per infusionis modum, paradigmati loco tibi proponas syrupum violatum, per infusionem paratum, cuius descriptio supra habetur.

Mirari hic subit, quod cum huius floris, qui elegans admodum & prorsus solaris existit, tanta sit excellentia & præstantia, ut etiam vel in media hyeme, qua cæteri languentes & emortui iacent, vigeat & florescat, quod utique signum est insignis virtutis balsamicæ (quæ præ cæteris abundat, & cuius fauore à temporum iniuria præseruatur) & hinc etiam magna virium potestate non possit non excellere: mirari, inquam, subit, quod antiqui eum in usum medicum vocare, aut ex eo syrupos, conseruas, & similia remedia componere non dignati fuerint, quod tamen in aliis quamplurimis floribus, qui non sunt tanti momenti, fa-

citatum constat. Huius floris notitia nihilominus tamen sese prodidit, veluti alibi monuimus, per insignem suam efficaciam & vim in corroborandis facultatibus, animali scilicet & vitali & propter vim quandam specificam, qua paralytibus prodest, & contracturis, non secus ac inter gemmas Hyacinthus, quo etiam nomine syrupum nostrum ad eiusmodi affectus æque, vel etiam magis commendandum iudicamus, quam syrupum florum primule veris, qui tamen simili modo ad enarratum usum reformari potest.

Syrupi florum lasuendula, flor. silia arboris, & liliorum conuall. iuxta eandem methodum præparati, specifica pollutent potestate: prior aduersus apoplexiam, posteriores duo ad omnis generis epilepsias.

Syrupus de peto simplex nostræ descriptionis.

℥. Succi peti lib. iiii.

Hydromelitu simplicis lib. j.

Oxymelitu simplicis ℥ iij.

Omnibus simul mixtis in matracio vitreo capaci, fiat digestio in B. M. per 2. vel 3. dies, interea temporis crassior sedimenti portio in fundo vasis apparebit: tunc per inclinationem magna industria, ne turbida fiat materia, separabis purum ab impuro, hoc est, crassum illud sedimentum à claro & pellucido liquore: quo iterum in noua digestionem posito, in cæteris progrediens, ut supra: donec materia ab omni feculentia depurata fuerit, adde postea sacchari lib. ij. & in syrupi consistentiam decoque.

CAVTIO.

Succus peti opus habet per exquisita & ingeniosa digestionem, qua sola veræ omnium rerum correctiones, dulcorationes, & contemperations perficiuntur, ac omnes acres, malignæ & venenatæ qualitates secernuntur ac tolluntur. Cuius rei cui-

euidens habemus testimonium in *helleboro, tithymalo, & esula minori*, ex quibus per hanc solam rationem varia & saluberrima concinnantur remedia: hoc insuper in peti succo manifeste euincitur. Quilicet potens sit in prouocando vomitu, & in corpore tam superne, quam inferne perturbando: digestionis tamen interuentu in syrupum abit præstantissimum aduersus omnes affectus asthmaticos, in quibus pulmonum bronchi, pituita crassa ac viscosa adeo infarciuntur, vt intercepta respiratione suffocationis periculum imminet, in quo casu syrupus hic rite præparatus & administratus mira præstat. Cerebrum insuper à catarrhis siue fluxionibus serosis & frigidis liberat.

Dosis eius est dimidium cochleare tantum, vbi tamen à principio summa opus est circumspeditione: postea vero dosis augenda erit. Præterquam quod pectus mirifice euacuat per *duas & agra* per inferiora quoque potenter educit.

Syrupus de peto compositus.

℞. Succipeti, vt supra depurati lb. ij. s.
Hydromelitis simplicis lb. j.

In quibus macera per duos trelve dies ad ignem Baln. Mar.

Fol. Hyssopi

Polytrichi

Adianti

Flor. Tussilaginis

Stechados

Violarum

Buglossa ana p. ij.

Sem. Bombacis

Vrticæ

Carduibenedicti ana ʒ. j.

Folicul. Sena ʒ. iij.

Agarici recent. trochisc. ʒ. j.

Cinnamomi

Macis

Caryophyllorum ana ʒ. j.

Dein fortiter exprimantur, digerantur denuo ad perfectam fixam depurationem,

in lib. j. s. colatura adde sacchari lib. j. s. coquantur in syrupum.

Ad anhelosos & asthmaticos, aliosque affectus omnes pulmonum à frigidis & crassis humoribus subortos, qui pulmonum bronchiis inhaerentes, vel tussim antiquam vel ipsam dispnceam pariunt, excellentissimum remedium. Dosis ʒ. j. s. vel ʒ. ij. ad summum.

Syrupus de succo hederæ terrestris.

℞. Succihederæ terrestris lib. ij. s.

Digeratur & purificetur ad ignem Bal. Mar. vt supra, cui succo ita perfecte depurato adde

Sacchari rosar. lib. j.

Penidiorum ʒ. iij.

Coquantur in syrupum. Singulare præsidium ad phtoam seu vlcera pulmonum, de hoc vtendum exhibe ex cochleari.

Syrupus de succo papaueris rheadis.

℞. Succipapaueris rubei, quo mense Iulii in campis segetes rubescere conspiciuntur lb. iij. digeratur & depuretur per se in B. M. vt succus violarum supra, additis postea duabus libris sacchari, & tantundem penidiorum, in syrupum redigantur omnia.

Eundem quoque præparare licet (si libet) per infusionem florum cum ipsorum propria aqua, quæ deinde æquis partibus sacchari candi ac penidiorum in syrupum decoquantur.

Hic syrupus singulare præsidium est in omnibus thoracis inflammationibus, in peripneumoniis, & ipsis etiam pleuritis: detur ex cochleari aliquot vicibus, idque vel per se, vel cum aqua scabiosa & carduibenedicti, & mirandos videbis effectus.

Syrupi simplices succorum scordi, & scorzonera ad eundem modum, vt supra, præparati sunt cordiales, & succurrunt pestilentibus affectibus, lipothymiis, & omnis generis venenis.

Syrupus scordii compositus etiam admiran-

Vsus ad eosdem affectibus.

Vsus in pulmon. inflam. pleuritis, &c.

Syr. scordii, scorzonera cordiales.

miran-

Vsus in pulmonum affectibus.

mirādis est præditus virtutibus, & in hunc modum conficitur:

*℞. Succ. scoræi depurati lib. iij.
limonum depurati lib. i.
scorzoneræ lb. s.*

In quibus macerentur

Rad. Angelica

Zedoaria crassiuscule conquassatarum ana ℥j.

Fol. Diptamni s.

Carduibenedicti ℥j.

Granorum alkermes ℥ s.

Conserua florum Bugloss.

Rosmarini ℥

Enula campana an. ʒvj.

Cinnamomi ʒj.

Croci ʒ s.

Camphora ʒj.

Omnibus in matrachim inditis fiat digestio in Baln. Mar. feruido per 24. horas, aut amplius: dein exprimantur, & cum albumine oui clarificentur. At vt omnia melius depurentur, denuo in digestionem posita eo vsque sinantur, donec a materia nullæ plane faeces amplius secerni aduertantur. Huic succo ita depurato addatur *saccharum* ad pondus quartæ quintæve partis ad lummum, & fiat syrupus, de quo detur vnum atque alterum cochlear per se, vel cum aqua vlmariæ, idq; ad præseruationem & curationem contra omnis generis venenatos & pestiferos affectus, vt supra dictum.

Sudorem modice prouocat, & pellit cuncta venena à corde, eiusque circumuicinis partibus: hinc etiam confert morbillis & variolis infantium, epilepsis, & aliis affectibus, quos maligna comitatur qualitas. Singulos deceret pharmacopœos in officinis suis paratum potius habere talem aliquem syrupum, quam multos alios plane inutiles, & quorum fere pleraque pars non facit, nisi ad ornatum externum & ad friuolam inanemque pompam.

Syrup. flor. Hyperici & minoris quod atrinet, iis nunquam, ca-

rere deberent officinæ, ob summam ipsorum vtilitatem & necessitatem: prior instar balsami omnibus resistit corruptionibus ventriculi, aliorumq; viscerum, & singulare specificumque est medicamentum contra vermes siue lumbricos, & omnium generis affectus vermiculares: posterior febrium ex bile ortarum ferociam compescit, & facillimo negotio edomat, ac biliosum illum succum benigne euacuat & educit: hepar insuper cæteraque viscera ab obstructione liberat, & omnium generis icteritiæ conducit: hic syrupus in se continet proprium suum *rhabarbarum*, ita vt eiusdem additione opus non habeat, sicuti id necessario requiritur in *syrupo cichorii cum rhabarbaro*. *Centauryum* enim, ex quo componitur, nuncupatur etiam *fel terra & febrifuga*. Denique eius præparatio siue per infusionem sit instituenda, eodem se habet modo cum iis, de quibus supra iam mentionem fecimus.

Syrupi florum Chamomilla & sambuci, quorum etiam vsus infrequens & perrarus existit, si per infusionem præparentur (hi enim flores non multo abundant succo) optima sunt anodyna ad omnis generis dolores consopandos, tam à flatibus, quam aliunde profectos, tum in ventriculo, tum in imo ventre.

Syrupi florum & seminum ebuli per infusionem præparati, singularia sunt auxilia in hydrope ad serosos humores purgandos.

Syrupus granorum hederæ sic præparatus ad eisdemmet vsus porrigatur. Dosis est tantum vnicum cochleare.

Syrupus florum genitæ simplex, quem concinnare licet, vel cum succo, vel per infusionem, idque iuxta methodum supra præscriptam, præstat ad ducendum humorem melancholicum, ad tollendam obstructionem, & ad abolendam inflammationem & scirrhum, quibus malis alia si tenentur infestari plerunq; solet.

Compositus vires habet multo efficaciores

Centaury. minoris contra corruptionem ventriculi. Vermes.

Febr. bil.

Obstruã.

Syrup. Ebuli contra hydropem.

Syr. hederæ.

Syr. fl. genitæ simpl.

Lienis obstruct.

Syr. genitæ ciores

Vsus in venenatis affectibus.

compos. ad eadem effici- cior. ciores ad educendum succum atrabilarium, & ad obstructions scirrhusosq; tumores lienis solvendos, componendi eius ratio ea est, quæ sequitur.

℞. Succorum. Flor. genistæ lb. iii.
Summitatum fraaxini
Folior. Fumariz ana lb. j.

His adde

Fol. Hepaticæ
Ceterach. ana m j.

Flor. Borræg.

Buglossæ

Violarum

Epithymi ana p. ij.

Sem. Fœniculi

Anisi

Carduibenedicti ana z vj.

Cinnamomi z ij.

Macerentur ad ignem B. M. feruidum, de in fortiter exprimantur: in qua expressio- ne denuo adde, & macera, vt prius, per tri- dum ad eundemmet ignem Baln.

Polypodii querni confusi z j. lb.

Pulpa tamarindorum z iij.

Fol. sena z iij.

Tandem fortiter exprimantur, & cum oui albumine clarificentur addendo sa- chari albißimi lb. ij. & syrupi de pomæ redo- lentibus simplicis lb. j. fiat syrupus, vt artis est, miræ virtutis ad enarratos vsus. Dosis ab z j. ad z ij. per se ex cochleari, vel cum aqua flor. genistæ.

Melanch.

Hypochond.

Hic syrupus porro ad melancholiam hypochondriacam omnesque morbos ab humore salso vel bile natos conducit, pso- ram, impetiginem, serpiginem, itemque malum mortuum curat.

Syr Senelor. contra cal- culum.

Syrupus senelorum siue fructuum pa- liuri tam ad præcautionem, quam ad cura- tionem calculi confert, renes purgat ab arenulis, & tartareis viscosisq; humoribus, qui per venas emulgentes eo translati ge- nitricem calculi causam fouent: hic fru- ctus saporis est dulcicidi, & coloris rubri, vterq; tam sapor, quam color in eo abunde satis produunt spiritum vitriolatum omni solidæ crassæque substantiæ dissoluendæ

aptum, vnde specificum calculi remedium esse facile colligitur.

Syrupus senelorum simplex Quercetani.

℞. Ag. senelor. autumnæ siue sua matu- ritatis tempore destillatæ lb. iij. vel par- tem maiorem, si velis maiorem eius quantitatem parare, sin minus, quatuor il- lius libras, vt dictum, accipe: in quam a- quam tamen prius infundere oportet aci- dulum liquorem vitrioli vel sulphuris ad gratam aciditatem ipsi conciliandam. Crassus & materiatus aliquis censor, qui eiusmodi æthereorum celestiumque li- quorum proprietates animo concipere neque potest, neque vult, nimis addictus cortice externo, interiorisque rerum me- dullæ minime sollicitus acidulam reddat (modo velit) dictam aquam succis citrii & limoniorum naturam vitrioli parti- cipantium, qui acidi liquores omnes et- iam insignis sunt efficaciz, ad rerum tin- cturas exhibendas, quamuis hoc paucis- simis notum sit. Huic succo iusta grata- que aciditate persuso addantur fructuum senelorum z vj & macerentur in B. M. feruenti per biduum: aqua interea tem- poris colabitur, & tincturis virtutibus- que senelorum imprægnabitur. Dein for- titer exprimantur omnia per linteum, in qua expressioe denuo infundantur, vt antea, eorundem fructuum z vj. idque ter quaterve reiterando. Et ita liquor erit rubicundus ac miris dotibus insigni- tus, qui digeratur & depuretur in B. M. per 24. horas: dein per inclinationem separetur purum ab impuro, sicuti alibi iam satis declaratum est: materiæ depura- tæ viribusque succi sufficienter tinctæ & imprægnatæ adde saccharum albißimum ad pondus mediæ partis: dein decoquantur omnia in syrupum, qui efficax est contra calculum, vt supra.

Calculus.

Circa huius syrupi senelorum descriptionem hic & aliam nostræ descriptionis for- mulam addere placet, iuxta quam si con- ciunatus

N x x x

ciunatus

cinnatus fuerit, maiori vizium potestate, quam priorille, donabitur, tum ad præseruandum, tum ad curandum calculum. Præparationis eius methodus talis est.

Syrupus Senelorum compof. Quercetani.

℞. Diſta aqua ſenelorum, tincturis & proprietatibus proprii fructus iam imprægnata, vt ſupra, lib. ℥ij.

Succorum fructuum Alkekengi & limonum ana lib. ℞.

Sem. Fœniculi dulcis

Saxifragia

Raphani

Bardana ana ℥j.

Milii ſolis ℥ij.

Cinnamomi ℥℞.

Digeantur omnia in B. M. feruenti per biduum aut triduum, dein clarificantur, tandemque cum ſacchari ſuff. q. decoquantur in ſyrupum. Doſis ab ℥ij ad ℥ij. tam ad præſeruationem, quam attritionem & expulſionem calculi plurimum valet.

Syrupi de ſucco alchymilla, de ſucco plantaginis & ſanicula, iuxta ſupradictam methodum parati, curant omnia vlcera interna, præcipue in renibus & veſica.

Denique ſyrupi de ſucco mercurialis, & rad. bryonia, iuxta eundem modum, vt ſupra, concinnati, digeſti, & perfecte depurati & decocti cum debita quantitate mellis vel ſacchari, purgant & mundificant matricem, malignis tetrisque impuritatibus ſcatentem fluoriq; muliebri profunt.

Syrupus helleboratus minor Quercetani.

℞. Fibrarum hellebori nigri ſelectiſſimi ℥ij

Agarici rec. trochiſci ℥ij.

Folicul. ſena mundatorum ℥iij.

Turbith

Hermodactylorum ana ℥j.

Aniſi

Fœniculi

Cort. Citrii ana ℥℞.

Caryophyllorum

Macis

Cinnamomi ana ℥ij.

Macerentur in ſuff. q. & quibus partibus oxymelitis ſimplic. vini maluatici, & aquarum meliſſæ ac ſumaria, vaſe vitro optime clauiſo in B. M. moderate calido per quatruiduum: tandem aucto calore fiat leuis ebullitio & expreſſio: omnia denuo macerentur ad idem: Baln. Mar. tepidum per biduum ad maiorem coctionem & ſacum depurationem: huic depurata & clarificata materia addo ſyrupi de pomis redolentibus ſolutiui, & ſyrupi de ſucco roſ. pallid. ſacchari roſati & violati ana ℥iij. vt fiat ſyrupus lente omnia coagulando.

Omnibus morbis à materia tartarea, craſſa ac tenace, à phlegmate, aduſta bile aut melancholica dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, liene, vtero, ipſiſque articulis mirum in modum confert.

Syrupus helleboratus maior Quercetani.

℞. Rad. Hellebori nigri, veri & electi ℥ij. ℞.

Polypodii querc.

Sem. Carthami ana ℥ij.

Viſci querni

Coryll. ana ℥j.

Turbith gummoſi.

Agarici trochiſcati

Aſari ana ℥vj.

Sem. Pœonia

Aniſi

Citrii

Carduibened.

Acetoſa ana ℥℞.

Diptamni Cretenſis

Flor. Tilia arboris

Calendula

Centaurii minoris

Hyperici ana p. ij.

Violarum

Bugloſſa

Nymphæa ana p. j. ℞.

Macerentur in ſuff. q. oxymelitis ſcylliticæ & aqua

Et aqua fumaris, idq; in vase vitreo optime clauso, ad ignem baln. Mar. per duos dies minimum, dein fortiter exprimantur & clarificentur. In lb. ij. huius colatura macera deinceps, & digere ad eundemmet ignem baln. per 4. dies.

Rad. Hellebori veri & electi ℥ j.

Folicul. sene ℥ ij.

Macis

Caryophyllorum

Cinnamomi ana ℥ j.

Denuo fortiter exprimantur, & per unum aut alterum diem in eodemmet baln. Mar. quam optime purificantur, ut artis est, semel aut bis in die ad minimum faces, quas in fundo vitri subsidere percipies, reiciendo, & quod durius est, denuo purificando, idque reiterando, donec materia nullas amplius faces deponat ad fundum vasis. His peractis adde sacchari viol. q. s. & coquantur in syrupum, addendo sub finem coctionis rhubarbari seorsim in succo ros. pallidarum macerati & expressi ℥ j. h. misce fiat syrupus medicinaliter coctus. Dosis esto ℥ j. vel ℥ ij. Per se exhibeatur, vel cum aqua lili conuall. semper addendo portioni guttulas aliquot spiritus vitrioli ex arte preparati. Atque is vnus est syruporum nostrorum purgantium antepilepticorum, cuius omnibus æque, siue ii sint infantes, aut femina, siue iuuenes aut senes, obesi aut macri, siue cuiusvis temperamenti homines, tutus est vsus, eam dosin exhibendo, quæ pro cuiusvis ærotantis debili aut robusta natura satis esse possit. Idemmet auxilium apoplexiis, paralyti & melancholicis, aliisque id genus morbis, validas etiam, fixasque radices habentibus, summe conducit.

Syrupus cynamomi ex propria aqua.

℥. Cinnamomi crasso modo cortusi ℥ ij. vel iij. iniiciatur in alembicum superassundendo aqua fontana q. suff. & maceretur in loco frigido per biduum vel triduum, dein destilletur. Huius aqua destillata accipe lb. j. Sacchari lb. h.

Et coque in consistentiam syrupi, qui totum cinnamomi odorem & saporem referet.

Adhunc modum fieri possunt syrupi ex qualibet aromatum specie, ex omnib. seminibus, herbis & floribus calefaciendi proprietate præditis, uti supra in capite de aqua iam dictum est.

Syrupus simplex cinnamomi cum vino.

℥. Cinnamomi crasso modo cortusi ℥ ij. maceretur in vini maluatici lib. ij. per triduum, idque in vase vitreo ad lentum ignis calorem coletur, colatura adde sacchari lib. j. h. lente omnia coquantur, & fiat syrupus secundum artem. Si vinum maluaticum forte desideretur, eius loco vinum album optimum substituendum erit. Hic syrupus ob saporis suauitatem ac utilitatem præstat cunctis aquis cinnamomi, quæ cordi sunt appropriata: multisq; aliis affectibus congrua.

Confore. cordiale.

Syrupus nucis moschata confert ventericulo.

Syrupus piperis quartanus prodest febribus.

Syrupus caryophyllorum conducit ad lipothymiam, cordis deliquia, & affectus lethargicos.

Ad tormina ventris & colicam passionem fiat syrupus anisi simplex in hunc modum.

Syrupus anisi simplex cum vino.

℥. Anisi conuassati ℥ iij. maceretur in vini albi generosi lib. ij. per tres dies, coletur: colatura adde sacchari lib. ij. & coque in syrupum.

Syrupus foeniculi eadem via preparatus gustu gratus est: ventos & flatu in corpore quoscunq; discutit ac visum insuper mirifice acuit.

Sic concinnari poterunt syrupi ex aliis Syr. ex seminibus, vel ex semine poconia conminibus. tra epilepsiam, ex bacis lauri & iuniperi contra flatu & calculum, eodem plane modo concinnabis syrupos rad. angelica, zedoaria, hyssopi, thymi & florum calidorum ad varios affectus.

*Syrupus florum rosmarini simplex
cum vino.*

℞. *Florum Rosmarini* ℥ ij. *vini & sacchari dictam quantitatem* : & sequere in cæteris methodum modo præscriptam, & fiat syrupus.

Syr. ex vini medicatis.

Parabuntur etiam syrups & iulepi cum vinis medicatis, multis ægrotudinib. aptis: exempli causa. ℞. *vini absynthiaci* ℥ ij. huic adde *sacchari lib. j. ℔.* & fac syrupum vel iulepum, decoquendo in Bal. Mar. vt de cæteris dictum est. Ea methodo confici poterunt diuersi generis syrups, qui iisdem affectibus, quibus vina, vnde componuntur, accommodabuntur. Quinetiam cum vinis purgantibus, addita iusta *sacchari* quantitate, vt supra, concinnabuntur varii syrups purgantes.

Syr. ex solo vino generoso Villa-novanæ.

Arnoldus de villa noua, quemadmodum id alibi quoque monuimus, solebat iulepi siue syr. quoddam genus conficere cum solo vino albo, eoque omnium optimo & generosissimo, quod offerebat ad recreandos & roborandos spiritus: idem quoque congruum est imbecillo stomacho, cruditatibus & flatibus, quibus malis senectus plerunque obnoxia esse solet. Si addas pauca aromata, præstarijs euadet.

Componuntur etiam syrups purgantes cum vinis & aquis simul: quorum descriptiones in præctica Ioannis Stockeri habentur. Quod syrupsorum genus haud improbo, imo felici cum successu iisdem sæpenumero vti soleo. Vinum enim non tantum gustum amabilem iis conciliat & iucundum, sed efficaciam etiam illorum præstantiorem reddit ac præter corroborandi facultatem, qua excellit, idem quoque vehiculi munus perfungitur, cuius opera ipsi syrups promptius ad venas transferuntur, & ita ipsorum actiones atque operationes accelerantur.

Syrupus ex aquis & vinis simul.

℞. *Aqua communis* (vel cuiusuis alterius, pomorum redolentium, sumistræ, buglossæ, cichorii, &c.)

Vini generosi albi ana lib. ij.

Bulliant simul ad ignem lentissimū, quo melius despumari queant. Peracta despumatione perfecta, adde ℔b. j. mellis optimi Narbonensis vel Hispanici granulati, & adhuc semel decoque omnia & despuma vsque ad perfectam depurationem & medietatis consumptionem. Huic hydromeliti vinoso, ita preparato & in phialam vitream capacem indito, adde

Follie sene mundatorie ℥ iij.

Turbith gummosi

Hermodactylorum an. ℥ j. ℔.

Cort. ras. ligni guaiaci ℥ j.

Cinnamomi ℥ ℔.

Sem. Anise

Caryophyll. ana ℥ ij.

Vas oculi sum. nec ad summum repletū, quo materia commouenda spatium locu- que maneat, stet in hypocausto aut tepido quodam loco, & intrabiduum vel triduum materia bullire incipiet, & sua sponte decoquetur. Cessante ebullitione, quod die sexto vel octauo post accidere solet, omnia trahantur per manicam Hippocratis & reseruentur. Detur ad ℥ ij. vel iij. Hoc syrups genus gustu haud iniucundum est: utilitas quoque eius tanta existit, vt mira præstet in omnibus morbis chronicis, quorum cause in profundo validius inhaerent, quales sunt febres quartana, cachexia, paralysis & lues venerea nondum inueterata.

Sed huiusmodi medicaminum vsus, seruata semper prædicta dosi, ad decimum quintum vel vigesimum vsque diem continuandus erit. Nam, vt & alibi diximus, eiusmodi morbi solent hac via, & continuo horum remediorum vsu, tandem subigi, & funditus extirpari.

Est & adhuc alia methodus, ex iisdem aromatibus & seminibus, calida qualitate exuperantibus, syrups conficiendi, qui affectibus à causa frigida enatis, & vbi illico, siue morbi alicuius, siue ætatis, vt in senectute, ratione languentium & collapsorum spirituum corroboratio-

tionem

tione & instauratione opus est, condu-
cunt. Exempli gratia hic vnam atque alte-
ram tantum eorum, tam simplicium, quā
compositorum, parandorum formulam
prescribemus, non facilem minus, quam
vtilē.

*Syrupus simplex cinnamomi, alio
modo paratus cum aqua
vita.*

℞. Cinnamomi (aut alterius aroma-
tis cuiusdam prout tibi visum fuerit) ℥ ij.
vel tres, vel plus minus pro quantitate
conficienda ratione: crasso modo contusum
indatur in matrarium capax, aut in si-
mile aliquod vitrum aptum, super assun-
dendo spiritum vini fortissimum, ut ma-
teria tres vel quatuor digitos superemi-
neat: vase optime clauso macerentur o-
mnia per triduum aut quadriuum in lo-
co frigido, ne spiritus vini exhalet, & in-
terea temporis aqua dotes atque virtutes
cinnamomi extrahet, isque tingetur &
impragnabitur: tunc id, quod tinctum &
clarefactum fuerit, effunde: & uncias octo
liquoris adde tres vel quatuor uncias sac-
chari candi puluerizati, dein subiecto i-
gne, saccharum in liquore illo dissoluatur:
& accensa charta igni transferatur & ad-
moneatur spiritui vini sive aqua vita, quae
si fuerit bona, & ab omni phlegmate se-
parata, sicut optima eius conditio postu-
lat, in momento flammam concipiet: o-
mnia interim continuo agitentur longio-
ri spatula, donec aqua vita exustione il-
la tota consumpta fuerit, & Syrupus in
fundo remaneat, cuius utique gustus gra-
tissimus est: viresque ac proprietates e-
ius adeo sunt efficaces & praestantes, ut
vel optimas cinnamomi aquas multis
post se stadiis relinquat. Si eius vires fortio-
res reddere velis, aqua vita paulo ante,
quam tota exuratur, suffocanda erit pati-
na argentea: vel euaporatio fieri poterit
orbe aut quadra argentea, & intereluso
aere, aqua vita in momento suffocabitur:
& ita multo fortior erit Syrupus, laporem-
que cinnamomi redolebit.

Sufficit pro dosi femicochleare in o-
mni cordis deliquio, lipothymia, imbecil-
litate, cruditate & flatibus ventricu-
li, quos huiusmodi remedium illico resti-
tuit. Hoc medicamentum singulare quo-
que est ad accelerandum partum in gra-
uidis mulieribus, Si ex simplici hoc sy-
rupus, compositum, & ad certum mor-
bum, ut ad epilepsiam expugnandam,
aptum, reddere velis, cum dicto cinna-
momo simul maceranda, adde semen paeo-
nia, flores tiliis arboris exsiccatos, & simi-
lia, procedendo in ceteris, ut supra. Den-
tur de hoc syrupo duo cochlearia infan-
ti vel adultiori in insultu epileptico, &
mira praestabuntur. Ad apoplexiam &
paralysem macerentur cum cinnamomo,
caryophylli, flores rosmarini, salvia, &
calendula exsiccati, & procedatur, ut su-
pra. Ita consequenter varii syrapi, ad
varii generis affectus componi poterunt.
Coronidis loco hic adiciemus adhuc
vnam formulam syrapi antepileptici iu-
xta dictam methodum compositi, quem
etiam in Tetrade nostra, pag. 309. iam de-
scripsimus.

Syrupus antepilepticus.

℞. Rad. Paeonia
Visci querni ana ℥ R.
Cinnamomi optimi ℥ vj.
Flor. Calendula
Lilii conuall.
Tilia arboris
Lauendula ana p. j.
Ros. rubr. p. ij.

Sicca autem & arida, non recētia, omnia
ista sumantur: radix paeonia in frustula se-
cetur: at reliqua ut se habent, circa coquas-
sationem in matrarium, ut vocat, iuxta ca-
pacitatis iniiciantur, quibus abunde satis a-
qua vita, salvia & iuniperi (si haberi po-
test, ut in Germania) superfundantur. Que
si defiderentur, sumatur aqua vita ex o-
ptimo vino prolecta, qua quatuor digi-
tos materia supermineat. Vas vero optime
clausum, ne quid expiret, in Bal. Mar. col-

locetur, aut radiis solaribus ad tres quatuorve dies exponatur, ubi aqua per leuam inclinationem à facibus erit separanda, ad cuius vncias decem sacchari candidi in puluerem redacti ℥ ij. vel iij. adicienda erunt, omniaque argenteo cochleari agitata, ut soluantur saccharum in patina argentea, deinde ignis ex incensa charta aqua vita imponendus, ut ardeat, versando seu commouendo semper materiam cochleari argenteo, tamdiuque exuretur aqua, dum syrupus satis coctus, aut plus minusve fortis videatur. Tum enim, cum tempus erit, extinguendum erit aqua vita incendium, quadra aut orbe stanneo vel argenteo suffocatum. Atque hic syrupus in modum Hermeticorum paratus antepilepticus præstantissimus futurus est, cuius siue in præcautionem, siue curationem morbi semicochlearis mensura exhibita satis futura est. Ad idem prodest maceratio florum calendula, lauendula, lili conu. in hydromelite maluatico nostro per mensem facta, cuius macerationis exhibentur ℥ j. vel ℥ ij. pro dosi mane.

Ad huius tractatuli de syrupis nostris reformatis conclusionem, obliuione nullo modo præterire possum syrupos de corallis & gemmis, quorum iauentionem mihi iure vendigo, egoque primus expertus sum illorum insignes & admirandos effectus, quos nunc publicæ utilitatis ac emolumentis causa hic describere placet, quo & alii, si quid habeant rari & præclari, meo exemplo imitati, id in medium adducant, semperque publicum bonum priuatis cõmodis præferant.

Syrupus de corallis Quercet.

Oportet perfectæ suæ maturitatis tempore exprimere, filtrare & depurare perquam accuratissime succum berberis aut limonum. Nam acetosi eiusmodi & acidi succi, quo perfectius fuerint depurati, & à crassa sua terrea substantia, qua sca- tent, exquisitius segregati, eo aptiores erunt & efficaciores ad dissoluendum coral-

lium crasso modo puluerizatum, ex cuius genere ad hunc syrupum conficiendum feligas omnium rubicundissimum & elegantissimum. Hoc iniiciatur in matracium vitreum & idoneum, affundatur aliquis prædictorum succorum optime depuratorum, ut materiã quatuor digitos aut paulo plus supernatet: collum subere vel cera Hispanica occludatur, & in balneum vaporosum feruidũ collocetur, hoc est, matracium aquam non attingat, sed vapores ex aqua bulliente ascendentes circumquaque illud feriant, ubi necesse est, ut vas aquam continens ex omnibus partibus probe muniatur atque claudatur, ne vapores exhalent: minimus autem chymistarum nouit, quid sit balneum vaporosum, quod hic seorsim in gratiam eorum, qui in hoc negotio tyrones sunt, explicare volui. Huius balnei calore, quidies noctesque per triduum integrum continuabitur, rotum corallium in illo liquore fere dissolutum apparebit, idque colore subrubro & sapore dulci. Effunde per inclinationem quicquid dissolutum fuerit, facibus, si ita videbitur, nouum succum depuratum rursus affundendo, & in cæteris procedatur, ut supra.

Ad ℥ j. dicti succi, corallina essentia optime imprægnati, sufficet sacchari candidi vncias sex adicere, & ad syrupi consistentiam decoquere, in ipso quidem balneo vaporoso, non tamen clauso, sed aperto: & vasis loco accipere oportet alembicum aut simile vas, cuius collum & orificium sit satis amplum.

Artificio & dexteritate singulari opus est, ad eiusmodi syrupos rite conficiendos, ne corall. essentia à succis illis separetur, qua in re vigilantia & experientia summa requiritur: nec mirum videri debet, si quis prima vice forsã à scopo aberrauerit. Ob quam causam velim, ut quilibet hic præmonitus sciat, me quidem pro viribus fuscæ & perspicue satis in scriptis meis proposuisse omnis generis operandi methodos & vias, sed iustamen

omni-

omnibus ocularem demonstrationem longe præstare. Est quidam Luteria Parisiorum iuuenis & peritus pharmacopæus (Lardier dictus) qui ab informatione nostra manuali verum huius syrupi conficiendi modum assecutus est: apud hunc profant eiusmodi syrupi corallorum omnium diligentissime & accuratissime præparati.

Virtutes.

Hic syrupus præditus est miris proprietatibus ad institutionem facultatum naturalium, & omnium affectuum ab hepatis vitio & imbecillitate scaturientium. Confert præterea omnibus fluxionibus hepaticis, dysentericis & lentericis. Hoc ipso, tanquam præcipue (post Deum) auxilio, illustrissima Domina & Ducissa de Seulli, à fluxu hepatico inueterato, qui que incurabilis iudicabatur, intra paucos dies plane liberata fuit. Eosdem remedii huius effectus iam ante expertus fueram in quadam nobilissima virgine Domini Garrot in supremo senatu Parisi. Consiliarii filia, eidem fluxui hepatico subiecta, quæ à Medicis suis relicta, vitam tenui adhuc filo pendentem trahebat, cum ipsam curandam susciperem, cuius rei ipsamet adhuc in vita superstes vna cum patre testimonium ferre potest. Eodem modo plures alii à nobis curati sunt, inter quos & Regina nostræ ephippiarius, nomine Philipp le Guagneur, qui ultra octo menses dysenteria laborauerat, nec ullis aliis remediis leuari poterat, is tamen hoc ipso præsidio, nec non quibusdam aliis conuenientibus adhibitis, intra trium septimanarum spatium, integram recuperavit sanitatem.

Loco succorum dissoluentium berberorum, & limoniorum, ut quis poterit liquoribus acidis destillatis, iuniperi aut guaiaci, efficacissima pretiosorum lapidum dissoluentium potestate, insignitis. Chymici non vererentur illorum loco uti aceto suo montano, exquisitissime & dexterrime depurato.

Ad eundem modum paratur syrupus

perlarum, qui præstantissimum est remedium in omni cordis deliquio, conducit præterea proprietate sua specifica phtisicis & emaciatis.

Quemadmodum etiam syrupi de hyacintho, smaragdo & saphyro in genere conferunt ad instaurandos spiritus naturales, vitales & animales: in specie vero primus opportunus est contracturis & coarctationi; secundus prodest epileptis: tertius vero opitulatur omnis generis affectionibus melancholicis & attrabilariis. Et hæcenus de syrupis: pergamus ad purgantia.

C A P. XIV.

De Purgantibus.

HACTENVS ordine descriptiones & compositiones aquarum, decoctionum, vinorum, oxymelitum, hydromelitum, & syruporum proposuimus, quibus si purgantia quædam interdum obiter admiscuerimus, in eo methodum aliorum secuti videbimur, qui decoctis & syrupis, seorsim alterationi & præparationi destinatis, sæpe numero etiam ea adiungunt, quæ proprie vacuationi, quæ post humorum demum præparationem instituenda est, inferuiunt, sicut docet Gal. *comment. 14. aphorism. lib. 1.*

Hæc igitur vacuatio fit medicamentis purgantibus, quæ iuxta eundem Gal. duplicis sunt naturæ: alia in genere dicti purgantia, quæ promiscue tantum ac sine delectu hominis excrementa educunt: alia vero proprie sic dicta & *κατ' ἰσχυρὰ* à certa quadam facultate siue proprietate, aut à totius substantiæ, ut volunt, similitudine, vim & efficaciam habent trahendi & vacuandi humores, quorum alia ducunt pituitosos, alia biliosos, alia vero melancholicos & adustos succos, vel per vomitum, vel per secessum, idque; vel blande, aut vehementer, aut me-

diocriter.

Purgantia duplicia. Lib. 56. 29. simpl.

Vnde

Vade enarrata medicamenta
in tres classes diui-
duntur.

1. In benigna seu moderata: sunt

Cassia
Manna
Succus prunorum dulcium
Syrupus violarum
Serum lactis & similia.

Quæ remedia sunt alimentosa, hoc est, quæ facile in alimentum commutantur: ab his tanquam leuioribus Galenus, & alii eius imitatores, omnem morborum curationem inchoandam statuunt.

2. In mediocria: qualia sunt

Rhabarbarum
Agaricus
Sena
Aloe
Turbith
Hermodactylus
Polypodium
Myrobalani

3. In violenta: vt sunt

Colocynthis
Scammonium
Elaterium
Peplium
Helleborus
Thymalea
Chamalea
Thapsia

Catapucia, & alia titymali species.

Ex cunctis enarratis simplicibus, diuersis corporis humani humoribus purgandis, idoneis, parantur medicamenta composita, quæ purgant, vel bilem, vel pituitam, vel melancholiam, vel crassos ac viscosos, & aqueos, siue serosos humores; modo vnum, modo binos seorsim, modo omnes simul, ob quam causam talia remedia nuncupantur *cholagoga*, *phlegmagoga* & *hydragoga*.

Forma pur-
gantium
diuersa.

Differunt eadem remedia ratione consistentiæ, vbi alia mediocritatem inter

molle & durum obtinent, & dicuntur electuaria liquida: alia sunt solida consistentiæ & secæ, ex quibus rursus triplicia efformantur genera, electuaria videlicet solida, pulueres & pilulæ, ita à figura sua rotunda, quasi parua pilæ dictæ, quas Græci à surgendi modo *κυματόρια* appellant.

Hæ sunt præcipua omnium illorum purgantium compositorum formæ, de quibus in posterum sermo nobis futurus est, vt pote de materia, quæ in pharmacia imprimis necessaria est, ac reformatione summe opus habet, vbi quidem largam illam & communem viam, quantum fieri potest, sequemur, quod si vero in aliam forte flexerimus, quæ & citius, & directius, & facilius, & maiori cum emolumento, instituti nostri finem adepti fuerimus, id publici solummodo boni prouehendi causa (hic enim est finis noster, hic scopus, hæc intentio sola) fieri, constanter asseueramus.

Vt igitur ordinem nostram sequamur, inter purgantia primum assignabimus locum electuariis mollibus & liquidis, eaque hic, quæ maxime in vsu esse solent, describemus, quorum alia humoribus acris & biliosis, alia pituitosis, alia melancholicis vacuandis magis conueniant.

Remedia lenientia, bilemque purgantia.

Lenitiua Cholagoga	}	<i>Cassia extracta simplex & composita</i>
		<i>Diaprunum lenitiuum seu diadama/scenum Nicolai.</i>
		<i>Antidotus catholica Nicol. Præpositi.</i>
		<i>Electuarium diasebesten Montagnagna.</i>
		<i>Electuarium lenitiuum cum manna Nicol. Alexand.</i>

Hæc sunt purgantia illa eccoprotica, vt vocant, ad primam corporis regionem purgandam apta: ab omnibus authoribus inter maxime benigna recensentur, vt quæ

quæ humores humectando & leniendo clementer educant: præscribuntur etiam in febribus calidioribus, biliosis & ardentibus, quas comitari solet fitis intolerabilis, ubi humectatio vberior, minor autem rariorque calefactio requiritur.

Vera cholagoga.
 { Diaprunum solutiuum Nicolai
 { Electuarium de succo ros. Nicolai.
 { Electuarium ros. Mesuae, & Montagnanae
 { Elect. de psyll. Mes.

Diaprunum solutiuum, quod paratur ex solo lenitio addendo scammonium præparatū, hoc est, in trochiscos cum succo citoniorum, cortice myrobalanorum, citrinorum & mastiche redactum, singulare est remedium ad omnes affectus ex bile productos. Quidam tamen in febribus tertianis eius vsum reformidant, propter scammonii nimiam & excedentem calefactionem. Sed docebimus infra scammonii præparationem talem, qua ipsius calor immoderatus contemperabitur: nec non descriptionem quandam diapruni solitiui, quod sic præparatum erit summo vsui, & in omnibus febribus biliosis & ardentibus commode & innoxie exhiberi poterit.

Electuarium è succo rosarum Nicolai ad omnes affectus à bile flaua aut biliosis ichoribus redundantibus subortos conducit: idcirco tertiana simplici & duplici: febribus quoque aliis ardentibus, malisq; à bile caloreque subortis confert. Est etiam magis refrigerans & exsiccans, quam diaprunum laxatiuum, vnde maior quoque inest ei laxiorum viscerum adstrictio & roboratio, sicque ad omnes morbos à calida fluxione excitatos magis confert, vt in podagra, chiragra, & doloribus articularum à biliosis & serosis ichoribus subortis: simul enim & semel vitiosos illos succos detrahit, fluxionem deprimit, & astringendo membra roborat.

Electuarium rosarum Mesuae in febribus affectibus, quibus Nicolai, confertur.

lud tamen facilius & cum minori molestia purgat, minusq; corpus conturbat, quam hoc.

Electuarium de psyllo Mes. bilem tum flauam, tum vitellinam euacuat: febribus igitur omnibus ab vtraque bile suscitatis, tum ardentibus, tum diturnis, & curatu difficilibus, quæque tandem ægros ad hydropem perducere solent, summo opere conferre creditur: morbo quinetiam regio & iecori supra modum calefacto, vt & vertigini & doloribus capitis à biliosis euaporationibus procreatis summo opere confert.

Electuarium de psyllio Montagnanae vires in curandis biliosis affectibus, electuarii de psyllio Mesuae æmulatur, sed satis potens est medicamentum ad humores permixtos & varios euacuandos præsertim pituitam crassam cum bile permixtam: idcirco tertianis nothiis & morbis huiusmodi, qui ex humoribus mixtis fiunt, prodest.

Humores crassos, viscidos & pituitosos purgantia, sunt.

Phlegmogoga.
 { Diaphœnicum Mesuae
 { Diacarthamum Arnoldi de villanova.
 { Diaturb. maius Petri de Tussignano.
 { Benedicte laxatiua Nicolai
 { Electuarium Indum maius Mes.
 { Hierapicra Gal. cum agarico.
 { Hiera Pachii

Diaphœnicum viscidam crassamque pituitam, eamque à remotioribus etiam partibus trahit. Febribus compositis & diuturnis, in quibus multi crassi ac viscidos humores permixti sunt, auxiliatur: doloribus ventriculi à cruciatibus subortis, itemque colicis cruciatibus, & aliis affectibus ex crudo humore generatis, mirifice confert.

Diacarthamum Arnoldi in febribus affectibus

El. de psyl. Mesua.

Elect. de psyllio Montagnana.

Diaphœn.

Diacarth. affectibus

Diaprun. Solutio. Præparatio vulgaris scammonii.

Elect. de succo rosarum Nic.

Elect. ros. Mes.

fectibus ex viscida & crassa causa procreatis prodesse iudicatur, ut quotidianis febribus, paralyfi, &c.

Diaturb. Diaturbith maius Petri de Tussignano, cuius descriptio reperitur in dispensatorio Valerii Cordi, crassos aut pituitosos humores attenuat, digerit, simulque deturbat & euacuat.

Bened. Laxat. Benedicta laxativa Nicolai humores pituitosos seu in artictos decumbentes, seu in renibus & vesica contentos, mirifice & per os sumpta, & per clysteres iniecta elicit & euacuat.

*Indum ma-
ius.* Electuarium Indum maius excrementa cruda, pituitosa, putrida & corrupta à ventriculo, hepate, aliisque partibus nutritioni famulantibus educit: idcirco sue venera laborantibus prodest, ut & cachexiis, inflammationibusque ventriculi & colicis doloribus: nam ut pituitosa & cruda excrementa purgat, simul etiam flatu dissolvit & discutit.

*Hiera piera
Gal.* Hiera piera Gal. cum agarico ventriculum corroborat, eumque à mucilaginosi puritatibus ipsis tunicis adherentibus liberat & repurgat, & flatu ipsos discutit.

*Hiera Pac-
chii.* Scribonius Largus de hiera Pacchii, ut in Dietetico nostro iam scripsimus, miranda prædicat: hancq; compositionem propter eius vires & efficaciam ad infinitos & deploratos morbos curandos summis laudibus in cælum effert. Ad omnes enim spasmos neruorumque tensiones, ad spinæ lumborumq; dolores, ad vertiginem, epilepsiam, paralyfim, ad diuturnos capitis dolores, incubum, & subitas omnes præfocaciones mirifice conuenit.

Melancholicum denique succum
retinentia sunt.

Melana-
goga. $\left\{ \begin{array}{l} \text{Confectio maior \& minor} \\ \text{Hamech. Mesua} \\ \text{Diasena Nicolai} \\ \text{Triphara Persica Alexandri.} \end{array} \right.$

*Conf. Ha-
meh.* Confectio Hamech est febribus autumnalibus curandis, quartanis præsertim

arque omnibus aliis morbis, ex tartareis crassis, salis, retorridis & melancholicis humoribus subortis, optimum remedium: elephantiasi, canero, impetigini, scabiei, in summa omni fœditati cutis à salis & adustis humoribus procreatæ, mirifice succurrit.

Diasena, melancholia, mania, quartana vexatis, lienosis etiam & melancholicis omnibus affectibus auxiliatur. *Diasena*

Triphara Persica confert febribus ardentibus, hepatis & ventriculi inflammationibus, ictericis & omnibus affectibus ex atrabile factis medetur: sitim quoque mitigat, morbosque adustos fieri prohibet. *Triphara Persica.*

Hæc sunt præcipua illa electuaria purgantia in forma opiata, vel mediæ interdum & mellæ consistentia, quæ in cõmunifere vsu sunt, & quibus officinæ ad vsu necessarium instructæ esse debent. Inter quæ nonnulla in formam solidam & in tabellas rediguntur, ut commodè sumi possint, & gustui gratiores fiant. Diaphœnicum hoc modo in formam solidam redigatur, quemadmodum & electuarium è succo rosarum, diacarthamum, diaturbith, & species illorum, mellis loco cum sufficienti quantitate sacchari prius dissoluti, miscentur, & in electuaria solida iuxta artem coquantur.

Descriptiones & formulas horum remedium de industria hic prætereo, siquidè eas videre licet in ipsis auctoribus, quos citauimus, nec non in omnib. pharmacopœorum antidotariis ac dispensatoriis, tam veterum, quam recentium: superuacaneum enim foret, toties eandem repetere cantilenam, crambemq; toties coctam reponere.

Multo vero minus in iisdem enarratis compositionibus vel vnicam immutare literam conabor, ne forte audaciæ & temeritatis arguendus videar, quasi ille sim ego, qui tam præstantissimorum virorum, nostrorum maiorum ac patrum, placitis & scriptis doctissimis, com-
munis

munī antiquitatis consensu receptis & approbatis, vt bonis & vtilibus, longaque experientia hactenus stabilitis, mea conscius tenuitatis ausim refragari & contradicere. Nos nihilominus vt humiles pumiliones Gigantum humeris insidentes, & eorundem ope ad altiorem locum euecti longe exactius rem eminus perspicimus, quam veteres ipsi, cum præsertim facile sit inuentis addere, & in dies vel tantillo auctario eadem exornare & locupletare. Quare dignitate & existimatione antiquitatis facta tecta conseruata, me propterea haudquaquam culpandum fore, neque rem ab officio meo alienam facturum arbitror, si in hoc opere nostro ea, quæ decet, reuerentia animique modestia, reformationem purgantium, circa quæ nunc versamur, & quæ præcipue in pluribus reformari mereantur, aggrediamur. Hic ergo quædam huius generis purgantium remediõrum descriptiones atque formulæ, nostro Marte & arte adiuuentæ, & chymico artificio exquisitiores, politiores & auctiores redditæ, tanquam summe necessariæ & vtilis, adiciuntur, & in publicum commodum propalabuntur. Quod tamẽ, quicquid id sit, eruditorum iudicio sponte submitto, de eodem, pro ea, qua pollent, æquanimitate sapienter iudicaturis.

At vero tantum abest, vt medicamentorum præparatio vltimum perfectionis gradum sit adepta, quinimo in Officinis multæ sese offerunt compositiones, quæ variis adhuc erroribus vndiquaque scateant, imo vel illæ ipsæ, quarum maximus & quotidianus fere est vsus, differentem plane & diuersam compositionis sortem experiuntur: adeo vt vix inuenias duos pharmacopœos, qui in iis conficiendis vim eandemque rationem sequantur: huius rei euidentis testimonium habemus in *diaphœnico Mesuasi*. Videas enim hic, quantum hoc eleuarium in Val. Cordi dispensatorio descriptum differat ab eo, quod in antidotario Floren.

tinorum, & pharmacopœa Augustana habetur.

Multi quidem reperiuntur, qui in indicandis & ostendendis huiusmodi erroribus diligentem nauant operam. Sed maius operæpretium ii facerent, si studium suum exquisitiori harum compositionum præparationi abdicarent, & securiores atque vtiliores ipsarum operationes redderent, vt celeriori & commodiori agendi potestate vim suam exercerent, gustuique gratiores existerent. Hoc enim modo miseris ægrotis solatio essent, eosque lege Hippocratea, *tuto, cito & iucunde* percurarent. Huiusmodi igitur præparationibus politioribus laborem nostrum post hæc dicabimus, iisque pharmacopœam nostram exornabimus, simulque purgantia quædam nostræ compositionis & descriptionis diuersis curationum intentionibus congrua addemus, ad quorum imitationem alia complura componere licebit.

Exordium autem nobis est à Catholico siue antidoto vniuersali, quod omnes noxios humores clementer purgat: ad cuius exemplum quoque alia præparabuntur.

Catholicum siue Antidotus vniuersalis.

Catholicum Quercetani.

℞. *Succi Cichorea*

Fumiteræ

Lupulorum an. lb. ss.

Succi ros. pallid. lib. ij.

Limonum lib. j.

Hi omnes succi perfecte depurentur in B. M. donec nulla amplius fæces appareant, vt docuimus in cap. de Syrupis: his adde

Fol. Sena mundatorum ʒ. vij.

Agarici recent. trochiscati ʒ. iij.

Macis

Cinnamomi

Feniculi dulcis an. ʒ. j.

Omnia indantur in matracciũ, vel aliud vas vitreum capax, sicut in infusione in B. M. feruidoper ʒ. dies. Dein exprimantur omnia torculari, quæ expressio rursus in vase idoneo ponatur in B. M. ad denuo digerendum, co-

quendum,

Yyyy 2

quendum, depurandum iuxta artem, prout idem in cap. de Syrupis explicauimus: interim dum hac fiat digestio, cape quoque seorsim

Pulpa cassia

Tamarindorum ana ℥ vj.

Hac dissolve in suff. q. aqua violarum, malua, & citrullorum, vel in decoctione lenitina optime clarificata, omnia in matraceutum vitreum simul iniecta similiter adhuc digerantur per duos vel tres dies, donec materia appareat clarissima. Collige seorsim, quod depuratum fuerit, & misce cum priore infusione depurata: his adde

Manna calabrina lib. ℞.

Sacchari albissimi lib. ij.

Manna & saccharum dissoluantur in sufficienti quantitate aquae, & depurentur antequam cum duabus his infusionibus permisceantur: dein coquantur omnia ad ignem lentum ad mellis spissitudinem & consistentiam, vel ulterius. Remoueantur ab igne, & sub finem addantur

Pulueris sene

Rhabarbari an. ℥ ij.

Spec. Diatragacanthi frigidi

Anisi ana ℥ ℞.

Probe diuque misceantur omnia pistillo ligneo, & fiat electuarium ad iustam consistentiam. Sufficit robustioribus pro dosi exhibere ℥ vj. & cæteris ℥ ℞. Generale hoc & benignum purgatiuum quouis tempore exhiberi potest, tam ad præcautionem, quam ad curationem febrium, aliarumque corporis ægri tudinum. Loco succi limonum substitui potest succus mali punici, huius generis succos data opera addimus, eo, quod aciditate sua vitriolata ad extractionem tincturarum & essentiarum omnium vegetabilium multum conducant, & in omni purgatiuo, quod insigni calefactione præditum sit, veri correctiui vicem sub ministrent: est præterea eiusmodi aciditas ad rerum omnium fermentationem conciliandam efficacissima, quod summopere notandum est.

Chologogum Quercetani.

℥. Succorum perfecto depuratorum

Centaurii minoris

Rosarum pallidarum

Rubrarum ana lib. j.

Succi rad. Oxylapathi

Idem idem depurati lib. ℞.

In quibus macera ad ignem Baln. Mar. per triiduum

Rhabarbari elect. ℥ ij.

Folicul. sene ℥ iiij.

Cinnamomi

Santal rubri

Anisi ana ℥ ℞.

Hac omnia in vas vitreum indita macerentur & digerantur per tres dies: dein fiat expressio & colatur, cui adde

Pulpa prunorum dulc. lib. ℞.

Sacchari lib. j.

Syrupi ex noue infusionib. viol.

& mucag. sem. psyll. ana ℥ iiij.

Coquantur lento igne ad mellitam consistentiam, cui adde

Scammonii præparati, ut docebitur, ℥ j.

Pulueris rhabarbari

& fol. sene ana ℥ j. ℞.

Spec. Diatriasantali

& trochisc. de berber. ana ℥ iiij.

Sem. Scariola

Portulaca

Lactuca ana ℥ ij.

Parabis hoc electuarium (si velis) etiam sine scammonio, quod tamen post veram suam præparationem calore suo priuatum adeo innoxium est, vt potius cæterorum remedium vim & efficaciam ad serolos & biliosos humores vtiliter euacuandos potenter acuat & extimulet. Loco igitur vulgaris præparationis cum succo Citoniorum, cortice myrobalanorum, & mastiche, optima eius & elegantissima præparatio cum aceto montano, vel succo limonum fieri debet, quod fusius docebitur alibi.

Electua-

Electuarium purgans pituitam
Querc.

℞. Rad. Helenii ℥ j.
 Polypodii
 Sem. Carthami an. ℥ ij.
 Fol. Chamadryos
 Chamepityos
 Thymi
 Hyssopi ana m. j.
 Sem. Fœniculi
 Anisi ana ℥ ss.
 Flor. Stoechados
 Betonica
 Calendula
 Hyperici ana p. ij.

Coquantur in aqua betonica: dein fiat expressio & colatura, de qua cape lb. ij.

Succorum depuratorum citiorum
 & rosarum Damascenarum
 ana lb. j.

In quibus mixtis macera ad ignem Bal. M. calidum, ut supra

Agarici recēs trochiscati ℥ ij.
 Turbitū gummosi ℥ ij. ss.
 Foliorum sena ℥ ij.
 Asari ℥ j. ss.
 Scammonii preparati ℥ vj.
 Caryophyll.
 Cinnamomi
 Zinziberis ana ℥ ss.

Dein fiat fortis expressio, defacatio seu depuratio, ut iam docuimus, ac tandem transcolatio: in qua adde māna granata purificata lb. j. penidiorum ℥ iij. coquantur lento igne, donec reducantur ad bonam electuarii consistentiam: dosis ℥ ss. vel ℥ vj. pro robustioribus.

Febribus diuturnis à pituita & bile vitellina mixtis auxiliatur: quin etiam pituitosa, crassa, cruda, & mucilaginosa excrementa, quæ circa ventriculi, intestinorum, renumque regionem, status cruciatulq; excitare solent, discutit & radicitus educit.

Electuarium purgans melancholicam atramque bilem.

℞. Rad. polypodii querni ℥ j. ss.
 Hellebori nigri non adulterini ℥ ij.
 Cort. tamarisci
 Capparum ana ℥ j.
 Summitatum melisse
 Thymi
 Epithymi ana p. j.
 Folicul. sena ℥ iij.
 Turbitū gummosi ℥ ij. ss.
 Myrobalanorum omnium ana ℥ ss.
 Agarici rec. trochiscati ℥ j. ss.

Sem. Ireos.

Carduibened.
 Fœniculi
 Anisi ana ℥ vj.
 Cubebarum
 Cinnamomi
 Macis
 Caryophyllorum ana ℥ ij.
 Conserua flor. Buglossæ
 Violarum
 Nymphaea an. ℥ j.

Hæc omnia confusa & permixta macerentur in suff. quantitate seri lactis, & succorum quam optime depuratorum fumarie, buglossæ, pomorum redolentium, idque in Baln. Mar. vaporoso, vase optime clauso per quadriduum: dein fiat expressio, colatura, itemq; depuratio, ut iam docuimus: hæc adde

Manna granata
 Sacchari violati
 Pulpa tamarindorum
 & pulpa racemorum recentium
 preparata, ut docuimus,
 ana ℥ vj.

Coquantur lento igne ad consistentiam sypupi perfecte cocti, cui subsequentes pulveres paulatim insperge, iudicula omnia semper commouendo.

Pula. Diasena nostra descriptionis ℥ ij.
 Trochisc. de Rhabarb.

De Eupatorio
 De Capparibus ana ℥ ss.

Yyyy 3 scam-

Diabelle-
 borum
 Querceta-
 ni.

Scammones præp. ut iam do-
cuimus, 3 vj.

Misce & fiat electuarium, ut est artis.

Hoc est vnum ex melanagogis nostris, quod minori agendi violentia operatur, quam hiera diacolocynthis Pacchi aut Logadii, mirum in modum etiam vniuersam sanguinis massam mundificat, & ad 3 s. tantummodo exhibitum, vitia ab utraque bile & ipsa pituita salsa enata potentissime tollit. Hinc ad omnes affectiones melancholicas, febres quartanas, cachexias, oppilationes lienis & mesenterii, epilepsiaque auxilium est singulare, nec non aduersus morphæam, impetiginem & cancrum. Specificum præterea & excellens purgatiuum ad diuersas melancholiæ & mania species esse comperitur, addita essentia lapidis lazuli in sufficienti quantitate: sicut eius præparandi methodum suo loco trademus, cum puluam vuarum extrahendi ratione, quod extractum, à Gallis. *Resineo* appellatum, autumnifolium modo tempore præparari potest.

ADMONITIO.

Plures hodie audito *hellebori* nomine statim obstupescere solent, cum tamen certum sit, ipsos suis eccoproticis nihil vnquam effatu dignum sine illius beneficio præstare posse, in morbis præsertim chronicis & difficilibus, qui corporis membris altius & tenacius inhaerescunt: in iis vero helleborata, modo rite præparata fuerint, citra vim & molestiam multo validiores penetrandi vires exerunt, quam *colocynthis*, *thymalea*, *chamalea*, *peplium*, & similia, sicut alibi iam in scriptis nostris palam demonstrauimus, simulque ostendimus, quanti olim antiquitas, nec non ipsemet Hippocrates *helleborum* fecerint, quod ob summam eius virtutem & efficaciam, laudibus maximis in caelum usque extulerunt.

Commenda-
tio hellebori.

Electuarium lenitiuum antinephriticum Quercetani.

℞. Rad. *Althea*
Polypodii querc. an. ʒ. i. s.
Taraxaci
Asparagi
Petrosel.
Feniculi
Eryngiorum an. ʒ. j.
Iuiubarum
Sebesten an. par. vj.

Herb. *Cichori*
Scariola
Agrimon.
Pimpinell.
Saxifrag.
Capillar. ana m. j. l

Sem. *Carthami* ʒ. j. s.
Frigid. maior.
Lactuca
Portulaca
Malua
Papau. alb. an. ʒ. ij.

Anisi
Feniculi
Bardane
Milii solis
Saxifragia an. ʒ. s.

Fruct. *Alkekengi*
Senclorum
Prunorum Damascen. an. p. xij.

Flor. *Genista*
Violarum
Nymphaea an. p. ij.

Coquantur, ut artus est, in suff. aqua. in ʒ. j. s. colatura clarificata adde succi limonum optime depurati ʒ. iij. in quibus macera per 24. horas ad ignem Baln. Mar.

Folic. Sena ʒ. iij.
Macis
Cinnamomi an. ʒ. ij.

Dein fortiter exprimantur, & in hoc expresso denuo macera, & parum decoque *folicul. Sena orient.* ʒ. j. s. in colatura adde

Penidiorum
Sacchari violati an. ʒ. iij.

Pulpa

*Pulpa cassia**Tamarindorum extract. cum aqua
violar. an. ℥. iiij.**Coquantur ad mellis consistentiam
addendo pulueris senae ℥. ij.**Crystall tartari ℥. j. ℞.**Spec. Diatriasani frigidi ℥. ℞.**Omnia simul rite misceantur. Et fiat ele-
ctuarium secundum artem: dosis ℥. ℞. vel
℥. vj.*

Excellent est ad calculi præseruationem, sumptum ad ℥. ℞. luna decrescente, purgat blande & vtiliter: robustioribus sufficit exhibere ℥. vj. in forma boli. Vfus quinetiam eius vtilissimus erit in remediis purgantibus & clysteribus ad dolores nephriticos vsurpandis.

Electuarium hystericum Querc.*℥. Succor. optimo depurat. mercurialis,
Beta**Fumar. an. ℞. j. ℞.**Succor. Idemidem depuratorum**Artemisia**Matricaria**Ebuli**Centaurei min. an. ℞. ℞.**Folicul. Senae ℥. iiij.**Sem. Fœniculi**Pœonia**Anisi an. ℥. j.**Albea ℥. ℞.**Flor. Violar.**Chamomil.**Sambuci**Hyperici ana p. ij.**Fiat decoctio, expressio & colatura, cui
adde**Pulpa prunorum**Pulpa cassia an. ℥. vj.**Manna**Sacchari an. ℥. viij.**Lente coquendo reducantur omnia in elect.
addendo sub finem pulueris subtilissimi fo-
licul. senae ℥. i. ℞.**Fœcula Bryonia ℥. j.**Sem. Anisi**Fœniculi dulcis**Cinnamomi an. ℥. ℞.**Misce, fiat electuarium: dosis ℥. ℞.*

Hoc electuarium est efficax ad suffocationem matricis, epilepsiam, vertiginē, melancholiam hypochondriacam, cardialgiam, & diuersos alios affectus, qui ab his dependent: de quo pro specifica horum malorum purgatione per os exhiberi potest ℥. ℞. in forma boli, vsque ad ℥. vj. in clysteribus.

Ad horum duorum electuaria nor-
mam & formam alia plura conficere poteris: vel cum decoctionibus, vel cum succis depuratis, qui affectibus quos edomare velis, conueniant. Vnde alia plura electuaria mollia purgantia hic describere nunc superfedebimus.

C A P. X V.**De Pilulis seu catapotiiis.**

Remediorum quorundam purgantium, quæ à rotunda sua forma à Latinis vocantur pilulæ, quasi parua pilæ, quæque à Græcis à sumendi modo *καταποτισ* dicuntur, vt iam dictum, maximus vsus esse solet hodie in medicina factitanda. Sunt etiam multi, qui eas sumere malunt, quam bolos & electuaria. Sub hac enim rotunda forma, medicamenta vel ingratiſſima, minori tum molestia, tum doſi deglutuntur, & in ventriculum ingeruntur, vnde paulo diutius in huius generis remediis immorabimur, & sub iisdē postea extracta quoque purgantia comprehendemus, vtpote quæ in pilulas magna ex parte efformari possint.

Hæc per pilulas medendi ratio olim antiquis quoque familiaris & consueta fuit, quemadmodum videre est ex scriptis Gal. l. 9. secundum locos. c. 1. Item c. 14. lib. 5. & c. 8. lib. 14. meth. med.

Porro huiusmodi remedia non purgationis solummodo scopo inseruiunt, sed illorum vsus multo latius extenditur.

Pro

*Pilularum
differentia.*

Pro varia enim morborum causa & natura, variis quoque accommodantur vîsibus: qui tamen omnes ad hos quinque potissimum reduci possunt: ad diuersorum nimium vitiosorum & noxiorum humorum euacuationem; ad dolorum mitigationem, ad somni inductionem, ad fluxionum tussisque prohibitionem, & tandem ad sitis extinctionem.

Vt autem ordinem institutum sequamur, nec longius forte ab eodem digrediamur, hic de pilulis purgantibus tantum nunc agemus, de cæteris suo loco dicturi.

Pilul. cholagogæ.

Ex his itaque nonnullæ purgant bilem, veluti sunt pilulæ aureæ, de hiera cum rhabarbaro, de eupatorio maiores Mef.

Pblegmogogæ.

Aliæ pituitam, vt cochia, fœtida maiores Mef. de agarico, de hiera cum agarico, de sarcocolla, de colocynthide.

Melanogogæ.

Aliæ succum melancholicum atramque bilem, vt pilulæ Indæ Haly ex Mef. de lapide lazuli, de lapide Armeno.

Panchymag.

At earum nonnullæ omnes humores simul deturbant, vt pilulæ Arabica Nicolai, sine quibus esse nolo eiusdem Nicolai, pilulæ aggregatiuæ maiores Mef. & pilulæ de opopanace Mef.

Aliæ duos humores simul euacuant, vt pilulæ aggregatiuæ minores, de hiera cum rhabarbaro & agarico, pilulæ stomachicæ Alkindi ab Auicenna descriptæ.

Quarum omnium pilularum aliæ mitius, aliæ valentius, aliæ vero mediocriter euacuant.

Mitius pilula de rhabarb. de agarico, de hiera.

Vehementius pilula de euphorbia, de opopanace.

Mediocriter aliæ.

Potest etiam alia pilularum fieri diuisio, qua aliæ certis partibus & peculiaribus morbis conueniunt, vbi videlicet.

Aliæ capiti destinantur, vt sunt pilulæ cephalicæ minores Gal.

Aliæ oculis, vt optica seu lucis, quæ visum roborant, conseruant, excrementaque pituitola, tum à cerebro, tum ab oculis educunt.

Aliæ pectoris regionem expurgant, vt bechica, pilula de aloë, & mastiche Nicolai Myrepsii, de hierapicra Galeni, vt & Alephagina sunt stomachicæ, vitisque ventriculi conducunt, ac ex eo pituitam, itemque bilem blande educunt: ipsumque ventriculum simul & semel roborant, concoctionem iuuant & appetentiam excitant.

Pilula de mezeo valent ad aquas hydropticorum educendas.

Pilula de castoreo hysterica sunt & vteri affectibus conducunt.

Pilula pestilenciales Auicennæ & pilula Russi, quæ ex iisdem fere componuntur, pestiferis affectibus auxiliantur.

Pilula arthritica Nicolai, & pilula maiores, de hermodactylis Mef. pituitosos terosofque humores ex partibus remotissimis educunt, & ad podagram alioque articularum dolores mirifice profunt.

Ad vitia, ex humoribus adustis pituitaque falsa procreata, à quibus morphaea, pruritus, scabies, & similia symptomata suboriuntur, conferunt pilula de fumo terre Auicennæ.

En paucis omnium pilularum, quæ hodie in vsu sunt, & in celebrioribus profunt officinis, enumerationem, distincta methodo, iuxta illarum proprietates & vires purgatorias tam generales, quam speciales hic à nobis propositam.

Non hic pharmacopœam meam, tot tamque numerosis pilularum modo enumeratarum formulis onerabimus: alii enim in suis scriptis plus satis de iis commentari sunt, quo lectorem ablegamus, sed ornabimus illam potius & ditabimus quibusdam pilulis non vulgaribus, quæ tamen ad grauissimos & diuersos affectus vtilissimæ sint & specificæ, quæque minori dosi, quam vulgares illæ exhibent, omnes noxios humores è corpore nostro potenter educant, citra tamen vllam eiusdem conturbationem aut molestiam. Hic pilularum minime vulgarium delectus (qua-

[quarum maximam partem nostræ inventioni iure vendicamus : cæteras ex mutua communicatione cum viris hinc inde per totam Europam doctissimis accepimus hic, inquam, pilularum delectus efficiet, vt meo exemplo alii suam quoque pharmaceutricen sele&issimis quibusvis, non tritis aut vulgaribus remediis ditaturi & exornatur. sicut. Sed absit dicto inuidia. Soli enim publicæ utilitari propagandæ incumbō, vanæ & inanis gloriolæ perpetuus contemptor.

At cum inter præcipua harum pilularum ingredientia aloë primas teneat, & rei cardo in eo potissimum versetur, vt ex arte recte repurgetur, ab eius præparationis descriptione hic initium facimus, quæ ita habet.

Vera aloës præparatio.

℞. Aloës succotrina optima & laudatissima ex vesica ʒ. vj. aut lb. s. vel tantum, quantum lubet: quam redactam in pulverem immittas in matraciū seu cucurbitam vitream: affunde aquæ endiuivæ aut acetosæ, vt quatuor vel quinque digitos supereminet: pone in Balneo Mar. calido ac fere bulliēte, vase optime clauso cum subere ac cera hispanica. Stet ita per duos vel tres dies integros, & conflabis aquam ab aloës essentia tinctam & rubicundissimam ubini instar, quam lente per inclinationem à fæcibus separabis, ne quod crassum est, exeat simul, l. quorem effulum seorsim asserva in alembico probe clauso. Materiæ relictæ aliam affunde aquam endiuivæ, sed non tantum, quantum prius. Denuo digere, vt ante, colaturam separa, priorique aduice, ac rursus aliam affunde, donec aqua nullum amplius eliciat colorem, & videbis residuum, quod est in fundo arenæ instar, aut cineris, in magna satis copia. Ex media libra duæ vel tres uncia restabunt: est autem fæx aloës inutilis, nec in aqua dissoluitur. Aquâ omnem tinctam destilla

per alembicum, aut fac exhalare in patina argentea, carbonibus ac cineribus calidis imposta, donec materia restet crassitudine mellis, quæ erit lucidissima rubini instar & maiori artificio atque iudicio præparata, quam solet vulgo simplici illa ablutione, si vel centies abluatur.

Hæc aloë sic præparata & depurata, basis vicem obibit ad plures effingendas pilulas: quæque iam per se ad vnius scrupuli dosin exhibita excellens medicina est.

In pluribus etiam pilulis formandis recipiuntur *gummi ammoniacum, bdellium, opoponax, myrrha, scammonium*, quæ ipsa quoque imprimis præparatione opus habent, vt pote quæ multis adhuc fæcibus crassis & inutilibus scateant.

Antequam igitur *gummi ammoniacum, Gumatum bdellium, opoponax, & similia* in usum veniant, ea in aceto rosato aut vino albo dissoluenda sunt, & per setaceum traicienda.

Myrrha quoque in vino ad ignem Bal. Mar. dissoluta, adhuc calens per linteam transcolanda est.

Vera *scammonææ* præparatio fit cum *succo limonum depurato*, idque in eodem Baln. Mar. calido, in quo dissolvatur, & feruens etiam adhuc per linteam transmittatur, & hoc pacto crassa eius & impura substantia, quæ non nisi noxam parit, ab ea fecernatur.

Chymici, qui certa quadam & infallibili experientia edocti, elegantes illas & singulares vitrioli proprietates occulte in eo delitescentes ertere norunt, haud verebuntur *scammonæam, myrrham, & ipsa etiã gummi* præparare & dissolvere cum phlegmate vitrioli, toto suo spiritu imprægnato. In hoc solo enim spiritu latet vera illorum simplicium præparatio, quæ cum exuperante calefaciendi qualitate insignita sunt, hac via exquisite & perfecte corriguntur: hic etiam spiritus verum *euphorbiæ correctivum* existit, quod alias

tanquam venenum, tum in pilulis euphor-
bii, tum in aliis inde concinnandis reme-
diis (nisi prius vera, ut diximus, & legi-
tima eius accedat præparatio) penitus
abdicandum puto.

Hæc omnia hæcenus dicta sunt, ut si
in posterum de aloë præparata, de gum-
mi, myrrha & scammonæ præparatis
mètio fiat, præmonitus lector veras præ-
parationes modo expositas intelligat.

Temporis ratio postulat, ut nunc ad
pilularum mearum panchymagogarum
descriptionem accedam, in quarum præ-
paratione temporis longitudo forte
quibusdam videbitur, quæ tamen in re
tam ardua & pretiosa ad corporis sani-
tatem inuenta, parum accedit spe-
ctanda.

Pilulæ panchymagogæ Quercet.

℞. Aloë præparata ut supra lb. ℞.
(vel amplius, prout tibi videbitur) hanc
inde in vitrum amplissimum capax (qua-
li plerumque conferuæ solent adserua-
ri) & simul affunde Succum violarum, va-
riis coctionibus & separationibus puri
ab impuro, per solam digestionem in
Baln. Mar. mediocriter calido, adeo de-
purati & cocti, ut tandem ad syrupi con-
sistentiam reduci possit citra mellis sac-
charive additionem: de qua præparatio-
nis methodo abunde satis dictum est su-
pra in capite de syrupis: sic quoque in præ-
parandis cæteris succis procedendum erit.
Hic succus ita præparatus cum præ-
dicta aloë misceatur, & vitrum, in quo
continetur materia, radiis solaribus æsti-
uo tēpore aut simili calori, ut hypocau-
sti, exponatur, & prædictus succus in-
spissabitur atq; paucis diebus, adeo cum
aloe permiscebitur, ut omnia in vnum
corpus & in vnam consistentiam reducta
esse videantur. Nota. Materia singulis die-
bus, tudicula lignea optime agitur, ut o-
mnia probe inuicem misceantur, cui mixtio-
ni suo tempore addæ

Succor. Florum primula veris

Perfica arboris

Rosarum pallidarum

Cichorii

Buglosse

Hyperici, singulorū admodū succo-

Violarum præparatorum ℞. iij.

Et sic intra quatuor vel quinque menses,
quod temporis spatium, huius operis
perfectio requirit, propter flores, qui di-
uerso tempore nascentes, simul colligi
nequeunt, semilibram aloës tuæ ad libram
vnam & semis auctam inuenies: omnes
enim succi perfecte cum illa incorporati
sunt: huius materiæ sesquilibræ, insuper
adde essentia siue extracti

Sennæ ℞. ij.

Extracti Agarici

Rhabarbari ana ℞. ij.

Cinnamomi

Pulueris feniculi dulcis

Anisi ana ℞. j.

Spec. diatriasanti ℞. iij.

Omnia reducantur ad bonam pilula-
rum consistentiam, quæ ad ℞. j. exhibi-
tæ in vniuersum omnes purgant humo-
res, & ipsum etiam sanguinem: vnde hoc
remedium panchymagogum appellan-
dum duxi. Hæc pilulæ citra extractorum
purgantium additionem per se sunt præ-
stantissimæ ad corporis sanitatem con-
seruandam, ex virtute sua balsamica: vn-
de etiam vermium generationem prohibent:
in genere omnes humores corruptos
noxios & superfluos euacuant, totam
sanguinis massam purificant, & ad
alios diuersos affectus curandos conducunt.
Basis præterea vicem subeunt ad
diuersa & specifica remedia concinnan-
da aduersus febrem quartanā, & omnes
lienis obstructions, addendo suff. quan-
tatem gummi ammoniaci, bdellii, ad eum,
quem scripsimus, modum præparato-
rum: vim eorum purgatoriam efficacior-
em reddes, adiuciendo scammonium, ut
supra præparatum.

Qui-

Quilibet pharmacopœus deberet ad modum præscriptum, magnam eiusdem essentia aloes, quæ in plures anaos adseruari potest, quantitatem simul præparare: per se sola enim exhibita purgat ventriculū à mucilaginosi impunitibus, in ipsius tunicis impactis: roborat etiam eundem, coctionemque iuuat. Frequens præterea vnicui huius balsamici remedii vsus, modo id recte præparatum fuerit, vitam diurnam & sanam tuetur à pluribus morbis. Cellus eiusdem aloes laudes mire prædicat, nec immerito, propter eius virtutes summas, quæ multo efficaciores adhuc, enumerata illa digestionē & depurationē euadunt.

Simplicia purgantia cum Aloe.

Si quis voluerit ex ea parare remedium simplex purgans bilem, quatuor vncias aloes, vt supra præparata, addat vnciam vnam essentia siue extracti rhabarbari, vel vnciam vnam extracti agarici aut turbiti, si pituitam purgare velit: vel eandem dosim extracti helleb. nigri & sena, si solam melanchol. educere animus sit: non hic opus habes correctius (quæ potius molem corpoream in plerisque medicamentis augent, quam nimiam illorum vim purgatoriam minuunt) ea tamen addi videbis in capite de extractis, vbi de eorundem simplicium vera præparatione & correctione agetur.

Alia purgantia ex Aloe faciliora.

Si generale quoddam remedium ad omnes humores simul, vt par est, purgandos conficere velis: misce simul omnia illa extracta, augendo dosim aloes ad eorundem proportionem.

Si quis de labore & longiori tempore conqueratur, & crassiori quadam horum remedium præparatione contentus esse velit: is quatuor his vncias aloes præparata admisceat rhabarbari subtilissime puluerizati ℥. j. cinnamomi ℥. ij. croci ℥. j. spec. diatriasantali ℥. ℞. ex his omnibus formentur pilulæ ad purgandam bilem.

Ad pituitam deturbandam eidem aloes Ponderi adice agarici trochiscati, & in puluerem redacti ℥. j. mastici ℥. j. salis gemmae ℥. ℞. vel agarici trochiscati loco adde spec. diacarth. ℥. x.

Vt fiat melanagogum simplex, adde sena subtilissime puluerizata ℥. j. anisi, fœniculi, epithymi ana ℥. ℞.

Temporis ratio postulat, vt formulas nostrorum cholagogorum, phlegmagogorum, melanagogorum, prout supra promissimus, nunc proferamus.

Pilulæ cholagogæ de centaurio Quercet.

℞. Succorum optime depuratorum centaurii minoris

Rosarum pallidarum

Eupatorii Mesua

Et rad. oxylapathi ana ℥. iij.

quibus adde aloes præparata vt supra ℥. vj.

Digerantur ad ignem Baln. Mar. per 12. horas, vt fiat perfecta dissolutio & mixtio, dein omnia coagulentur ad mellis consistentiam: cui adde

Pulueris rhabarbari ℥. j.

Xyloaloes,

Myrrha ana ℥. ij.

Croci

Cinnamomi ana ℥. ℞.

Spec. Diatriasantali

Trochisc. Diarrhodon ana ℥. j.

Misce, fiat pilularum massa: dosis ℥. i. ℞. vel ℥. ii.

Profunt in omnibus febribus biliosis, arquato morbo & cachexia. Iecoris item cæterarumque partium, nutritioni dicatarum, obstructionibus mirifice auxiliantur.

Pilulæ phlegmagogæ de absynthio Quercetani.

℞. Spec. Hieræ simplicis Gal. ℥. j. ℞.

Trochisc. alhandal ℥. vj.

Agarici recenter trochiscati ℥. ij.

℞. zzz 2

Setta

Sem. Carthami
Hermodactylorum
Asari
Turbith gummosi, ana ʒ. j.
Myrrha electa ʒ. vj.
Cinnamomi
Macis
Piperis

Sem. Foeniculi ana ʒ. ij.

Macerentur in lib. j. ʒ. succi absynthii optime depurati, & lib. j. vini albi optimi, idque in vase vitreo optime clauso ad ignem Balm. Mar. satis luculentum per triduum, dein materia adhuc feruida per setaceam traiciatur, his adde aloes vt supra præp. ʒ. iij. tandem omnia ad ignem cinerum coagulentur, donec acquirant bonam pilularum consistentiam. De his pilulis in extracti modum præparatis, sufficiet exhibere pro dosi ʒ. i. vel ʒ. i. ʒ. ad summum. Pituitam à cerebro, pectore, ventriculo, cæterisque partibus nutritioni dicatis, & serosa excrementa à partibus etiam profundioribus & nervosis blande educunt: atque idcirco morbis omnibus à causa frigida genitis conferunt, vt cephalalgia, apoplexia, paralysis, cruditatibus ventriculi, doloribus item arthriticis, tum ad præseruationem, tum ad curationem non paruas afferunt suppetias.

**Pilulæ tartaræ melanagogæ
 Quercetani.**

ʒ. Crystallorū vel cremoris tartari ʒ. iij.
Polypodii querni ʒ. ij.
Passul. Corinthiacarum ʒ. j. ʒ.
Myrobalanorum omnium an. ʒ. ʒ.
Flor. Buglossæ
Borraginis
Nymphæ, ana p. j.

Coquantur in suff. quantitate aquarum fumaris & scolopendriæ ad medietatis consumptionem. De hoc decocto acidulo & gustui grato, optime depurato & clarificato cape lib. ʒ. succi optime depurati pomorum resolentium lib. j. quibus adde

Foliculorum sena mundatorum ʒ. iij.
Turbith
Rad. helleb. nigri veri ana ʒ. j. ʒ.
Myrrha electa ʒ. j.
Macis
Caryophyllorum
Cinnamomi
Epithymi ana ʒ. ʒ.

Macerentur ac digerantur ad ignem Balm. Mar. per quadriduum, idque in vase vitreo optime clauso: dein dum materia adhuc feruet, fiat expressio, vel per setaceum traieccio, cui adde aloes, vt supra præparata ʒ. iij. omnia sufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo sub finem, dum fere refrigerata erit materia

Spec. Lascificantis Gal.

Diarrhod. abb.

Trochisc. dialacca ana ʒ. j.

Salis Absynthii ʒ.

Fraxini ana ʒ. ij.

Essentia croci ʒ. ij.

Olei anisi aliquot guttulas.

Reducantur in bonam pilularum consistentiam.

Dosis harum pilularum est quoque ʒ. i. vel ʒ. i. ʒ. ad summum. Admiranda illarum virtus nunquam satis laudari potest, purgant vtramq; bilem, omnes humores crassos, tartareos, salios & mucilaginosos radicitus eliciunt, vel è partibus etiam profundissimis: succurrunt diversis maniacis & melancholicis affectibus, febribus quartanis: opitulantur & conducunt aduersus pisoram, cancerum, lepram, & lucem veneream, eo quod purificet totam massam sanguinis à variis corruptionibus diversorum affectuum effectricibus causis. Idcirco & sani usdem singulis mensibus, semel purgentur ad multorum morborum præcautionem. Sumi possunt mane vel vesperi post coenam parciolem, & ante somnum: & mirum in modum euacuari animaduertes faeces atras, vel humorem atrabiliarium, qui omnium totius corporis contumacissimus,

ciffimus, ægerime euincitur aut subigitur. Iisdem pilulis interdum adiciantur *essentia aloes & scammonii, essentia rhabarbari ana ℥. j. ℞. essentia sena ℥. j. & essentia trochiscorum albanda ℥. ℞. vel amplius.* His essentiis, vel seorsim vel omnibus simul præparatis, pilularum harum vim purgatoriam longe efficaciorum reddo, quas tunc appello polychrestas à summa illarum utilitate in curandis pluribus affectibus, & à singulari earundem proprietate, qua omnes humores simul educunt. De quibus licet vel vnum solummodo scrupulum, aut minus etiam exhibueris, operationem excellentem & omnino admirandam percipies: sed dum sic à nobis præparantur, & tam exigua dosi exhibentur, quidam coactores in eliciendis purgatiuis rerum essentiis parum versati & balsamica virtutis penetratiua, operatiua & actiua prorsus ignari, inde occasionem arripiunt eas mercuriales & antimoniales vocitandi, quibus duobus lethalibus & pestiferis vocabulis, pilulas meas statim infectas, & suspecta venenositate macula inustas iri opinantur, quasi vero ipsæ ex veneno paratæ essent, & idcirco dignæ iudicandæ, vt in perpetuum exilium ad Anticyras vsq; & Garamantas relegarentur.

Sed friuolæ huius & effectæ suspitionis nebulam facile discutiet veritatis lumen, & ipsa experientia, qua sola fretus de pilulis meis polychrestis accipio partem vnã, & totidem Mercurii mei vitæ, ex quibus probe inuicem mixtis, cum quodã syrupo conficio pilulas meas benedictas, quas sic appellandas puto, ab excellentissimis & plane stupendis effectibus, quos exerunt in cura luis venereæ, quantumuis inueteratæ, & quam cancer, pustula, nodi, dolores, & similia perniciofa & grauissima symptomata comitantur: hæc porro pilulæ blande perficiunt operationes suas citra vomitus prouocationem, aut vllam corporis con-

turbationem, adeo, vt à pueris & grauidis mulieribus tuto deglutiri queant: continuando illarum vsus quindecim, vel etiã viginti diebus alternis, donec eiusmodi affectus radicatus euellantur & perdomentur: nulla prorsus saluatione per os conceitata, sed tantum per vrinam interdum, quæ vera in his affectibus crisis esse solet. Testes hic producere possem infinitos Medicos chirurgos, & plures alios, qui verborum meorum veritatem confirmarent, sed res ipsa per se satis loquitur, ita vt non opus sit verbis, vbi rerum adfuit testimonia. Omnes præterea veri & sapientes Medici, quibus æque, ac mihi de summis & admirandis mercurii virtutibus, quas in occulto continet, constat, his fidem attribuere minime dubitabunt.

Huc me nolentem volentem compulerunt meæ pilulæ benedictæ, vt in quadam verba de mercurio vitæ, me tanquam obiter & extra institutum vagantem effunderem: alias enim hunc locum soli pharmacopœe dogmaticæ, variis remediis ditandæ & ornandæ dicatum volumus. Cætera vero longe mirabiliora (loquor de medicamentorum præparatione) ad amplificandam & decorandam Spagyricam nostram pharmacopœam, quam ante annos fere 30. publico iuri donauimus, reseruamus.

Sed repetamus cursum nostrum, & priusquam huic capiti de pilulis finem imponamus, iis tanquam generalibus quibusdam pilulis *supra* descriptis, huc quasdam alias adiciamus non minus præstantes, quam vtilis, certaque experientia comprobata, & certis quibusdam morbis peculiare: sic febrî quartanæ conferunt *pilula de ammoniaco*, quarum descriptio mox sequitur.

Pilulæ de Ammoniaco.

℞. Aloes vt supra præparata ℥. iij.
L z z z 3 Gummi

*Gummi ammoniaci in aceto sylitico
dissoluti & per setaceum traiecti
Myrrha preparata an. ʒ. ʒ. ss.
Mastiche
Spec. diatriasantali, ana ʒ. j. ss.
Croci ʒ. ij.
Salis fraxini, vel
Absynthii ʒ. iij.
cum syrupo de stœchade,
vel de succo rosarum, fiat pilularum
massa.*

Utilitas.

Excellentes harum pilularum vires atque virtutes pro merito satis prædicari nequeunt, adeo copiose & utiliter purgant tartarum, omnemque sæculentam corporis materiam, idque citra vllum dolorem, molestiam & perturbationem; magnopere etiam conferunt aduersus omnes defluxiones & dolores ventriculi, aduersus cachexias, oppilationes lienis, eiusdemque duritiem & scirrhum, febres quartanas tollunt & quotidianas inueteratas. Præstantissimæ præterea sunt ad homines corpulentos & plethoricos euacuandos: & sufficiet exhibere vnicam aut alteram saltem pilulam iis, qui difficulter vel bolos, vel potiones, vel huius generis alia medicamenta, ob ingratum saporem & nimiam quantitatem nauseabunda, sumere possunt. Poterunt quoque eadem sine extracto scammonii, & trochiscis albandal præparari: sufficienter enim per se purgant, ac ita iis præparatis quilibet citra incommodum aut molestiam vllam feliciter vti poterit.

Obiectio.

Hoc vtrique vnum erat ex numero præcipuorum purgantium D. Riuerii, non ita pridem Regis nostri inuictissimi primatii Medici. Scio tamen, quosdam hic demirari satis non posse, gummi ammoniacum à nobis additum, quod illorum iudicio immoderato & excedente calore præditum sit, & idcirco huiusmodi remedia inter deleteria referri debere, plane sibi persuadent. Ob hanc

ipsam causam ad me venerunt quidam summæ authoritatis viri, sciscitantes, num & ego tales pilulas approbarem: quas illi tanquam noxias & exitiosas à quibusdam, nec infimæ notæ Medicis improbari & plane damnari audiissent. Quibus responsum fuit, quod eadem pariter sententia condemnanda esset tota propemodum reliquarum pilularum familia, quæcunque in dispensatoriis ad communem vsum hodie descriptæ haberentur: siquidem & illarum pletrisque, eadem gummi vel sine vlla præparatione adderentur: addita simul oculati demonstratione, & oblatis dispensatoriis ipsimet viderunt, quam magnus sit pilularum earum numerus, quæ ab eisdem gummosis remediis & nomina & appellationem suam adhuc retinuerunt, vt sunt *pilula de sagapeno, opopanax, bdelio, sarcocolla*, & quod eadem gummi in aliarum plurium compositionem recipiuntur, vt sunt *pilula de agarico Mes. de colocynthide Ioan. Damasceni, ferida, de hermodactylis, de nitro Alex. Tralliani*, quibus etiam additur ipsum *euphorbium* omnium calidissimum, inque venenorum classem relatum. Quibus omnibus euidenter satis demonstratis, sic illi facile colligebant, quod critici isti has pilulas, quæ solummodo *gummi ammoniacum* optime insuper præparatum excipiunt, vel ex inuidia, vel ex cæca ignorantia oppugnassent, vt qui parum acuto oculorum lumine sua inspexissent, dispensatoria.

Responsio.

Ob has virtutes præstantissimas & efficacissimas, quibus huiusmodi gummi eximie dotata sunt, non intermitam & hic in publicum proferre *pilulas de Sagapeno* nuncupatas, quarum participem me fecit in vltima mea peregrinatione Italica D. Camillus à Camillis nobilis patricius, & Medicus celeberrimus Genuensis, quas inter alia sua secreta plurimi faciebat, præsertim autem illas ad febrem

Pil. de Sagapeno.

febrem quartanam propulsandam maxime commendabat.

Pilulæ de sagapeno Camilli.

℞. Sagapeni gummosi præp. ʒ. vij.
Ammoniaci idē idē optime præp. ʒ. iij.
Extracti trochisci albandal ʒ. j.
Scammonii præparati ʒ. ʒ.
Salis gemmæ ʒ. j. ʒ.

Cum syrupo violato acidulo, & tincto fiat massa, ex qua conscriantur pilulæ in pisci vel ciceris formam.

Vnica tantum pilula initio paroxysmi exhibenda est, continuando ad aliquot dies. Sed harum usum præcedat humorum præparatio cum decoctis nostris præparantibus melanagogis, & syrups de pomis redolentibus, & de fumaris.

Paulo ante, vel post harum pilularum deglutitionem, inungi debet ceruix, collum & tota spina dorsi linimento composito ex theriaca, aqua vite, salvia vel iniperi, aut vulgari, & pauco oleo laurino vel de spica.

Hac methodo ad imitationem Camilli instituta per Dei gratiam multas febres quartanas substuli: quæ à facibus gummosis viscidis, & tenaciter corpori nostro adherentibus subortæ, non alia ratione, quam per eadem gummi dissoluantur & liquefunt. Res enim oleaginosas & sulphureas dissoluit sulphur, quod ne summa quidem aquæ fortis vehementia & vis efficiet vnquã. In omni enim actione opus est mixtione, quæ fit per similia, veluti id alibi fufius & clarius demonstrauimus. Et rationi consentaneum est, quod gummi à sui similibus gummi attenuentur, dissoluantur & liquentur, & per consequens ad expulsionem & euacuationem idonea & apta fiant. Id quod à cæteris medicamentis siue præparantibus, siue eccoproticis vellaxatiuis nunquam præstabitur, vnde fit, quod tam infiniti morbi relinquuntur incurabiles.

Huius febris magnitudo, longitudo & frequentia, quæ est tanquam Medicorum opprobrium & tormentum perpetuum, quo se expedire haud possunt, occasionem mihi dedit in hanc pilularum de sagapeno descriptionem digrediendo, quarum effectus sunt admirandi in cura febrium quartanarum, procedendo, vt supra. Quarum vsus similiter continuandus est ad aliquod tempus, ægerq; duabus vel tribus horis post illarum deuorationem sumat quoddam iusculum, humectandi viribus insignitum, in quo ex herbis incocta sit borrago, buglossa, thymus & radices aperitiuæ, cum pomo simul curtipendulo in rotulas dissecto.

Pilulæ hydragogæ Quercet.

℞. Succorum quam optime depuratorum
Summitatum fraxini lib. j.
Valeriana
Centaurii minoris ana lib. ʒ.

In quibus macera & digere ad ignem Baln. Mar.

Folicul. Senæ orientalis ʒ. iij.
Hermodactylorum
Turbiti
Asari ana ʒ. ij.
Cinnamomi
Santali citrini
Spica nardi ana ʒ. ʒ.

Dein fortiter exprimantur & coquantur ad mellitam consistentiam, cui adde

Aloes præp. ʒ. iij.
Fœcul. bryonia
Fœcul. Iridis ana ʒ. j.
Scammonæ præ.
Extracti troch. albandal an. ʒ. iij.
Elaterii præp. vt docebitur ʒ. j.
Salis ceterach
Salis prunelle ana ʒ. j. ʒ.
Trochisc. de eupatorio ʒ. j.

Cum syrupo ros. sol. fiat pilularum massa dosis ʒ. i. ʒ.

Ad pellendam viscerum obstructionem, educendas aquas, denique ad cachexiam

Febris
quartana
Medicorum
opprobrium
& tormentum.

chexiam & omnem hydropis speciem præstantissimum illud est remedium.

Præparationem elaterii vide in cap. de extractis purgantibus: & in capite de salibus, quid per salem prunellæ (qui ex folium familia elicetur) intelligamus.

Pilula de euphorbio, quæ nõ nisi in chronicis & extremis morbis, vbi attenuandum, liquefaciendum & euacuandum est, exhibentur: idque ob materiam quãdam adeo tenacem, viscosam & contumacem, vt reliquorum auxiliorum vim tanquam irritam, & non satis validam respuat: hæc, inquam pilula, quibus *euphorbium* adhuc crudum & sine præparatione additum est, mihi semper fuere suspecta: & si res meo staret arbitrio, illorum vsum vix ac ne vix quidem approbarem: tale enim remedium, quod non artificiosa quadam præparatione prius emendatum fuerit, in corpus ingeri non potest, quin euidentissimam & nimiam eius simul inducat calefactionem, seditionemque moueat. Ac vrinam ii, qui adeo morose damnant & proclamant antimonium, paulo accuratius discrimen maximum inter hæc duo remedia perpendent, aduerterentque, *euphorbium* in venenorum numero, tum a *Dioscoride*, tum ab aliis, non vero antimonium, sicut iam alibi fufius ostendimus, recenseri.

Interim vero ex eodem *Euphorbio*, artis industria correcto & præparato, tam excellentissima parantur remedia, tum purgantia, tum sudorifica aduersus febres quartanas, & similes indomitos & contumaces affectus, & contra ipsam etiam pestem, vt multi hinc Medici, viri grauissimi & doctissimi, postquam eius vires certa experientia comprobassent, idem ad vsum Medicum vocandum iudicauerint, & proprietates eiusdem in scripta retulerint. Sic quoque arrepta occasione, idem *euphorbium* in pharmacopœam meam introducere volui, addi-

ta simul vera & genuina illius correctione & præparatione, qua vim eius deleteriam & perniciosam tollo; ac inde medicinam produco ad multos grauissimos affectus vtilissimam & saluberrimam.

Pilule de Euphorbio mirabiles contra omnis generis febres chronicas intermittentes atque quartanas, necnon contra omnes cachexias, hydrophilim, paralyfim & colicos dolores.

℞. Euphorbii præparati, vt mox docebitur, ʒ. j.

Spica nardi

Mastiche ana ʒ. vj.

Opoponacis

Sagapeni præparati

Edellii ana ʒ. ʒ.

Agarici trochiscati

℞ Trochisc. albandal. ana ʒ. ij.

Syrupi violati aciduli ʒ. tincti

colore purpureo, quantum suff. ʒ.

Fiat pilularum massa: dosis a ʒ. j. ad

ʒ. ij.

Præparatio Euphorbii.

Primo omnium optime mundetur ab omni fæce: postea in exigua redigatur frustula, ex quibus cum limonibus siue citriis, in orbiculos siue rotulas dissectis, vna cum suis corticibus fiat S.S.S. adeo, vt primum & vltimum stratum constet ex limonum orbiculis, & rotum hoc pasta inuolucro includatur in panis formam, qui in furno medio criter calefacto coquatur, idque in modum bisecti, hoc est, panis ille semel coctus remittatur in furnum, & coquatur secunda vice.

Quo facta, aperi panem, & *euphorbium* inde perquam accuratissime separa, simul cum orbiculis limonum, quibus illud adhærebit, & albissimum simul apparebit, separata & abolita omni eius vi venenata.

Huic

Huic euphorbii præparationi, quam aliunde acceptam fero, nondum acquiesco, sed illud ita præparatum in matracium aut vitrum aptum & capax iniicio, super affundendo succi-limonum vel granatorum acidorum optime depuratum, vt supernatet tribus vel quatuor digitis: dein omnia colloco in Baln. Mar. feruentissimum ad digerendum, donec euphorbium dissoluatur à dictis succis, quibus omnibus per lintheum traiectis, succi postea per euaporationem separentur, & euphorbium remanebit in fundo depuratissimum, utpote à quo omnis calor exuperans & qualitas venenata penitus sit separata. Sed vt ad chymicos sermonem nostrum cõuertamus, cum phlegmate vitrioli totali & integro suo spiritu imprægnato, vel cum citoniorum aut pomorum curtispendulorum aquis, acido sulphuris vel ipsius vitrioli spiritu tinctis & acidulis redditis, multo adhuc præstantior fieri eiusdem euphorbii præparatio, quod licet alibi iam dixerimus, non tamen hic piget idem adhuc semel obiter tantum repetere.

Vt igitur ex euphorbio conciantur pilulæ, aduersus pestem efficacissimæ, hoc sequenti modo procedendum erit.

Pilulæ de euphorbio contra pestem Quercetani.

℞. Euphorbii, vt supra præparati ℥. j.
 Extracti nucis vomice
 Extracti croci orientalis an. ℥. ij.
 Extracti rad. angelicæ
 & tormentillæ ana ℥. j. ℞.
 Extracti theriacis ℥. ij.
 Confect. alkermet
 & de hyacinto ana ℥. j.
 Essentia corallorum ℥. j. ℞.
 Terra sigillata vera q. s. vt

reducantur in pilularum consistentiam: dosis ℞. i. ℞. Qui peste correpti sunt, vententur iis mane in dosi præscripta, confestim superbibendo aquæ benedictæ

℥. ii. & stragulis recti multum sudabunt: quo modo venenum à centro ad circumferentiam prouocabitur, & admirandum percipietur remedium.

Pilulæ mirabiles ad tremorem & spasmus.

℞. Castorei
 Pyrethri
 Cassia lignea ana ℥. ij.
 Sagapeni præparati, vt docuimus,
 Extracti trochisc. alhandal
 & hiera picra Gal. ana ℥. ℞.

Misce, fiat pilularum massa: Dosis ℞. i. vel ℞. ii.

Pilulæ pestilentiales Alberti Ducis Bauariæ.

℞. Croci
 Myrrha
 Camphora
 Ossis de corde cerui
 Spodii ana ℥. j.
 Ligni aloes
 Been albi ana ℥. ℞.
 Terra sigillata vera ℥. ij.
 Flor. sulphuris ℥. j.
 Cort. & sem. citrii
 Caryophyllorum
 Zingiberis albi ana ℞. ij.
 Ambra ℞. j.
 Fragmentorum hyacinthi
 Smaragdorū
 Granatorum ana ℞. j. ℞.

Agarici electi
 Rhabarb. optim. an. ℥. ℞.
 Aloes ex vesica ad pondus omnium
 Misc. fiat pilularum massa: dosis ℥. ℞.

Si loco horum ingredientium crasso tantum modo præparatorū recipiantur illorum extracta, remedium euadet multo præstantius & vtilius. Has pilulas instat secreti alicuius magni acceptas fero D. Birkmanno, viro doctissimo & Medico. Colonienfi celeberrimo, quem tum hac præsentī memoria, tum alias semper honorifice & peramanter colo.

De pulueribus purgantibus.

Pulueres purgatorii ita diuiduntur, vt alii, vel simpliciter purgent quemlibet humorem seorsim, bilem videlicet, pituitam, vel succum melancholicum: alii vel duos saltem, vel omnes pariter educant: alii vero apti & appropriati sint certis corporis partibus, veluti capiti, stomacho, ventri, lieni, peculiariter à varia sæcū illuue, putredine & corruptione repurgandis, de quibus solis pulueribus purgatiuis, ne longius ab instituto discedamus, hic agemus. Quibus si accesserint nonnulli pulueres morbis quibusdam peculiare & specifici, eos ideo addimus, quod tranquā selectissimi propriaque experientia diutius à nobis comprobati sint, quibus lucem aspiciendam publici commodi causa nullo modo denegauimus. De cæteris pulueribus, tam alterantibus, quam roborantibus, variisq; aliis medendi scopis accommodatis, amplissima quidem dicendi occasio hic esset: sed illos reiciimus in cap. de confectionibus aromaticis, vbi de maxima illorum parte tractaturi sumus: plures vero alios in scriptis hinc inde nostris sparsim iam tradidimus.

Puluis cholagogus.

*℞. Rhabarbari electi ʒ. iij.
Flor. Violarum ʒ. ij.
Ros. pallidarum,
Hyperici ana ʒ. j.
Spec. Diatriasantali,
Mastiches,
Cinnamomi ana ʒ. ʒ.
Scammonia præp. ʒ. j.
Sacchari violati ʒ. ʒ.*
Miscæ, fiat puluis: dosis ʒ. i. sumatur ex iusculo.

Puluis phlegmagogus.

℞. Spec. Diacarthami ʒ. ij.

Agarici trochiscati ʒ. ʒ.

Turbith

Hermodactyl. ana ʒ. j.

Miscæ: dosis ʒ. ii. cum iusculo vel vino.

Puluis melanagogus Querc.

℞. Sene ʒ. j.

Anisi

Fœniculi dulcis ana ʒ. j.

Cinnamomi ʒ. ij.

Crystallorum tartari ʒ. vj.

Sacchari ʒ. ʒ. Mi.

Dosis ʒ. ii.

Hic puluis non iniucundi saporis est: optime insuper purgat humores acres, salfos, retortidos & melancholicos: ventriculū à viscida & mucilaginosā materia detergit, & sic quoque eundem roborat. Si huic pulueri, Aquilæ nostræ celestis (quæ licet plane insipida sit, nihilominus tamē 17. granorum pondere, cum vino infusa & exhibita omnes corruptos & putridos humores è corpore clementer educit) drachmam vnam atq; alteram adieceris, excellens remedium habebis: vel contra ipsam luem veneream, addendo nimirum commemoratæ dosi gummi guaiacini ʒ. iii. omniaque sic reducendo in puluerem, de quo satis erit pro dosi exhibere ʒ. iii. statim supersorbendo iusculum, & admirandos fortietur effectus. Vfus eiusdem continuandus est 12. vel 15. diebus consequentibus. Prima venereæ luis species hac methodo sine negotio expugnatur: Sed si fuerit inueterata, cancerosa, nodosa, doloribus & aliis infestis symptomatis complicata, sumpto puluere enarraço, æger insuper de decoctione quadam hydrotica nostræ descriptionis, vt supra ʒ. iij. vel v. superbibat, & in lecto vitra horam suder: probeque linteis abstergatur, idq; tam matutinis horis, quam à prandio: & potentes mirificosque effectus percipiet, quos puluis hic exeret, per inferiora vacuando omnes maleficos venenatosque humo-

res, qui alias exteris remediis nunquam edomarentur.

Preparatio nostrorum crystallorum tartari docebitur cap. de salibus: sic Aquilæ nostræ cælestis descriptio habetur in Tetrarde nostra cap. de mercurio.

Puluis panchymagogus.

℥. Crystallorum tartari ℥. j.

Sena ℥. x.

Hermodyctyl.

Turbith ana ℥. ℞.

Rhabarb.

Agarici trochiscati ana ℥. iij.

Scammonea prep. ℥. ij.

Macis

Cinnamomi

Galanga ana ℥. j. ℞.

Sacchari violati ad pondus omnium.

Dosis ℥. i. cum iusculo.

Alius.

℥. Fol. Sena ℥. j. ℞.

Epithymi

Rhabarbari ana ℥. iij.

Ligni aloes,

Macis,

Zingiberis ana ℥. ij.

Salis absinthii ℥. j. ℞.

Spec. Diarriasantali ℥. j. ℞.

Turbith

Hermodyctylorum ana ℥. ℞.

Sacchari ad pondus omnium.

Misce, fiat puluis: dosis semicochleare argenteum superbibendo iusculum.

Puluis purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri.

℥. Crystallorum tartari

Folliculorum sena ana ℥. j.

Hermodyctylorum

Turbith ana ℥. ℞.

Pulueris foliorum peti ℥. ij.

Calami aromatici

Zedoaria ana ℥. j.

Sem. Pæonia

Sileris montani

Fœniculi

Anisi

Ameos

Nardi Indici ana ℥. iij.

Coralli prep.

Margaritarum preparat. ana ℥. j.

Cubebarum

Macis

Caryophyllorum ana ℥. ℞.

Salis euphragis

Salis Betonicæ ana ℥. j. ℞.

Sacchari anthosati ad pondus omnia

Misce, fiat puluis: dosis ℥. i. superbibendo statim iusculum.

Puluis hic mane sumptus, bis terue aluum deicit, caput nebulosis & crassis humoribus, cerebrum turbantibus liberat: acuendo & roborando visui mirifice confert, memoriam iuuat, & specificum est remedium epileptiis, apoplexiis & paralytibus, quo diebus alternis ad horum affectuum & symptomatum præseruationem & curationem diu utendum erit.

Puluis purgans hydropicorum aquas.

℥. Rad. Asari

Mechoaca ana ℥. ij.

Esula preparata

Soldanella ana ℥. j.

Spec. Diacarthami ℥. j. ℞.

Diatrion santal. ℥. j.

Scammonea preparata

Fœcula bryonia & ireos ana ℥. iij.

Trochiscorum de eupatorio

De rhabarbaro ana ℥. ij.

Cinnamomi

Macis ana ℥. j.

Croci martis ℥. ℞.

Sacchari rosati ad pondus omnium.

Misce, fiat puluis: dosis ℥. i. cum iusculo aut vino iuniperino.

Hic puluis accommodatissimum & pecu-

peculiaritate est remedium ad omnis generis hydropifas, & mirifice purgat aquas, & vna eademque opera iecur corroborat.

Pulvis ad expellendos lumbricos, & ad deturbandum eorum seminarium.

℞. Pulv. flor. Hyperici
Centaurii minoris ana ʒ. ij.
Cornu cervi preparati
Coralli
Sem. Portulaca
Citrus ana ʒ. ʒ.
Corallina
Gentiana
Diptami ana ʒ. j.
Rhabarbari
Asari ana ʒ. iij.
Myrrha
Croci
Scammonea præp.
Trochiscorum albandal ana ʒ. j.
Cinnamomi
Coriandri ana ʒ. ij.
Sacchari parum ad gratiam gustus.
Dosis ʒ. i.

Vermes.

Hic pulvis gustui quodammodo ingratus est, sed eius vis tanta est vermes & lumbricos expellendi, vt ne vnum quidem in corpore relinquat: simili modo etiã corruptos & putrefactos humores, generationis illorum auctores & artifices exturbat. Ex eo quoque formabitur cum syrupo quodam pilula parua, scrupuli vnus pondere, addito pauco saccharo, quæ facillimo negotio deglutiatur tam a viris, quã a foeminis prouecta iam ætate huiusmodi affectibus infestis, addèdo loco trochiscorum albandal, scammonea præparata ʒ. i. pulueris Aquilæ nostræ celestis tantundem. Et sic verum erit specificum, quod vel ipsis infantibus exhiberi poterit, miscendo puluerem istum cum pomo. Præcipuum &

omnium facillimum aduersus huiusmodi affectus remedium paratur ex vermibus, quos infantes per anum deiecerunt, vel etiam ex lumbricis terrestribus, qui vino albo prius sunt lauandi, dein in ollam vitreatam indendi, & olla optime lutata, in furno, in quo modo panificia cocta fuerant, adeo exsiccandi, vt ad puluerem redigi queant. De hoc puluere sic parato exhibe ʒ. i. aut aurei vnus pondere ad summum, vel per se, vel cum iu- sculo, vel vino, & mira inde colligentur.

Pulvis ex lumbricis puerorum. Hic pulvis tanquam noxius & plures vermes generas reiecitur à Theodoro Tabernamontano in suo herbario lib. i. cap. 5. circa finem.

Pulvis alius paratur facilis ad eorundemmet vermium infantum expulsionem.

℞. Pulveris lumbricorum, vt supra præp. ʒ. iij.
Rhabarbari
Cornu cervi preparati
Spodii
Corall. rubr.
Sem. Acetosæ ana ʒ. i.
Coriandri preparati ʒ. ij.
Misce: dosis ʒ. i. vel ʒ. i. ʒ.

Pulvis cachecticus Quercet.

℞. Limatura chalybis in tenuissimum alkool per simplicem aquam redacta, vel cum sulphure calcinata, vt artis est ʒ. i.
Facula rad. Aronis ʒ. i. ʒ.
Ambra grisea ʒ. i. ʒ.
Essentia corallorum, margarit. nn. ʒ. ii.
Succini preparati
Cinnamomi ana ʒ. iiii.
Sacchari q. s. vt fiat pulvis gustui gratus.

Dosis semicochleare argenteum mane. Hic pulvis est summum remedium ad omnes pallidos & colore depravatos, vt cachexias tam virginum, mulierum, quam virorum, iuuenum & senum, quicunque tandem his affectibus obnoxii fiant: quod mali genus vltimum est secundum Auicennam & Aurelianum, hydropis.

dropis causa antecedens. Sed ad eius vsum non accedo, quin prius corpus præparauerim & repurgauerim crystallis meis tartari, & pilulis meis polychrestis, tum deinceps continue ad 15. dies vsque hunc puluerem exhibeo: & post tertiam vel quattam dosim purgantur noctu per aluum, materiamque quandam crassam ac nigram instar picis eiciunt, qui atrabilarius humor tanquam seminarium horum malorum vacuabitur continue vsque ad perfectæ sanationis terminum. In curandis omnibus cachexiis, admiranda vidi huius pulueris experimenta, nec eius vsus spem meam de optimo curationis progressu concepitam unquam fellit. Hoc idem inter secretæ meæ medicinalia non vltimum tenet locum, quod tamen publico iure donare nõ intermitto. Omnem vero præcipuamque curam pone in limatura tua chalybis rite præparanda. In hac enim consistit remedii basis & totum fundamentum.

Faculæ rad. Aonis præparationem a sibi docebimus.

ADDITIO P. V.

Puluis senæ Laxatiuus Rulandi.

℞. Fol. Sen.
Tartar. alb. an. ʒ. i.
Sem. anis.
Caryophyllor.
Cinnam. cl.
Galang. an. ʒ. i.

Diagrid. ʒ. ii. pulueriscentur omnia subtilissime. Dosis est ʒ. i. vel ʒ. iii.

Puluis senæ præparat. cum scammonio.

Apollinis Francisci Alexandrini.

℞. Fol. sen. ʒ. iii.
Tartar.
Salis indi an. ʒ. ʒ.

Macis ʒ. iii.
Cinnam. ʒ. i. ʒ.

Scammon. præp. ʒ. ʒ. Mi.
f. pulu. subtiliss. Dosis est ʒ. i. ad ʒ. i. ʒ.

Puluis alius Laxatiuus.

℞. Fol. sen. ʒ. ii.
Turbeth. alb. & gumm.
Glyzr. mund. an. ʒ. i.
Zinzib. ʒ. ii. Mi. f. puluis subtiliss.
Cuius dosis ʒ. iii. purgat absque molestia.

Puluis feliciter purgans Petri Severini Dani Regis Medici quovitur in magnatibus.

℞. Piper. longi.
Cinnam.
Zinzib.
Macis an. ʒ. i.
Rad. irid. ʒ. ʒ.
Fol. sen. elect. ʒ. vj.
Tartar. alb. ʒ. ʒ. pulueriscentur omnia subtilissime & cribrentur.
Dosis est ʒ. i. aut ʒ. ii. suauiter purgat.

Puluis purgans D. Io. Baptistæ Mayheri.

℞. Turbeth. alb. elect. ʒ. ʒ.
Zinzib. ʒ. ii.
Galang.
Mastic.
Caryophyllor.
Cardamom. an. ʒ. ʒ.
Hermodact.
fol. sen. an. ʒ. ʒ.
Diagrid. ʒ. v.
Sacch. alb. ʒ. iii. Mi. f. puluis subtilissimus. Cuius dosis ʒ. i.

Tota compositio est etiam ʒ. v. ʒ. v. in singulis dosibus insunt Turbeth. & fol. sen. an. gr. v. ʒ. & diagridii gr. vi. ʒ.

**Puluis solutiuis D. Io. Hartman-
ni Beyer.**

℞. Fol. fen. diligentissime à stipitibus
mund. ʒ. x.
Crystallor. tartar. ʒ. ʒ.
Salis absynth. ʒ. j.
Cinnam. acutiss. ʒ. ʒ.
Galang. ʒ. j.
Caryophyllor. ʒ. ʒ.

Pulueriscentur singula subtilissime, trita quo
commisceantur, aspergendo paulatim inter
terendum ol. anis. destillati ʒ. j. seruetur in
vitro acurate clauso. In ʒ. i. huius pulue-
ris infund. fena gr. ʒ. 7½. tartari gr. xv. sal.
absynth. gr. ʒ. 3, cinnamomi gr. ʒ. 1½. galanga
gr. ʒ. 1¼. caryophyllor. gr. ʒ.

**Puluis purgans robustissimus in
morbo gallico.**

Herculis Saxonia.

℞. Hermodactyl. ʒ. i.
Turbeth alb. & gumm. ʒ. ij.
Fol. fen. ʒ. ʒ.
Sarsa parill. ʒ. i.

Zinzib. gr. vi. Mi. f. pulv. detur in
iure vel vino per 20. 30. vel plures dies.

Puluis contra vermes.

Eiusdem.

℞. Aloes in aq. gramin. lot. exiccat. &
pulverisate,
Rhabarb. el.
Sem. sanct.
Corallin.
Rad. bistort.
Zedoar.
Medull. oss. persicor.
Scord. cretici,
Agar. troc. an. part. aequal.
Sacch. fini ad pondus omnium Mi. f. pul-
uis subtilissimus. Pro augmento ætatis
dantur ʒ. iii.

**Puluis contra fluxum ven-
tris.**

℞. Rad. tormentill. ʒ. i. ʒ.
Bol. armen.
Santal. rubr.
Nucista,
Zedoar.
Macis. an. ʒ. ʒ.
Mosch. gr. ij. Mi. f. pulu. subtiliss.

**Puluis exiccans aluum, sudorem-
que mouens. Bechtholdi
Rivii.**

℞. Rad. sars. parill. sel. & mundat. ʒ. i.
Cortic. guaiaci,
Rhab. sel. an. ʒ. ij.
Rad. meth. sel. ʒ. i.
Cortic. citri,
Galang.
Cinnam. an. ʒ. ʒ.

Tabell. man. Christi ʒ. x. Mi. f. pul-
uis subtilissimus. Cuius ʒ. i. ʒ. sumatur cum
iuculo aliquo vel vino, stomacho icu-
no, tertio vel quarto quoquo die.

Tragea laxatiua.

℞. Turbeth. ʒ. i. ʒ.
Diagrid. ʒ. i.
Zinzib. ʒ. vi.
Mastic.
Galang.
Sem. anis. an. ʒ. ij.
Cinnam. ʒ. ʒ.
Caryophyllor.
Piper. long.
Cardamom. an. ʒ. ij.
Liquirit. ʒ. iiij.
Fol. fen. selectior. ʒ. i.
Rhab. select. ʒ. ʒ.
Spica ʒ. i.
Squinanth. ʒ. ij.
Sacchar. albiss. ʒ. iiij.

Mi. f. tragea subtil.

Species stomachicæ laxatiuæ.

℥. *Diagrid.* ʒ. i.
Flor. ros. rubr.
Cinnam. acur.
Santal. alb.
Rubri
Citrini
Rad. Liquir.
Mastic. puriss. an. ʒ. ʒ.
 Mi. f. pulu.

Species diacolocynthidos D.
Vlrici Chelii.

℥. *Fl. Stœchad.*
Comar. marrub.
Chamad.
Colocynth.
Agaric. an. ʒ. v.
Piper. alb.
Sem. petrosel.
Rad. arist. rotund.
Sagapeni.
Opopanax. an. ʒ. ii. ʒ.
Cinnam. elect.
Spic. indic.
Myrrh.

Polii an. ʒ. ii. Mi. f. puluis. Potest
 etiam cum mellis despumati lb. ii. redigi
 in electuariam.

Species diasenæ cum diagridio D.
Bechtholdi Rivii.

℥. *Fol. sen. alex. mundat.* ʒ. i.
Tartar. vini albi ʒ. ʒ.
Epithymi ʒ. ii.
Cinnamomi
Caryophyllor.
Galang.
Sem. anis an. ʒ. i.
Diagrid. ʒ. i.
 Mi. f. pulu. subtiliss.

Dosis ʒ. i. vel ʒ. i. ʒ.

Puluis purgans sine omni molestia,
dictus puluis Esulæ laxa-
tiuus.

℥. *Caryoph.*
Cinnamom.
Eign. aloes
Galang.
Rad. polypod.
Nuc. moscb.
Violar.
Zinzib. alb.
Sem. cumm. an. ʒ. i.
Sacchar. alb. ʒ. ʒ.
Rad. esul. mundat. ʒ. ʒ. ʒ. vii.

Mi. f. puluis subtiliss.
 Sumitur de hoc mane stomacho ieiuno
 cum brodio pisorum.

CAP. XVII.

De Vomitoriis.

Ars in omnibus sequi debet naturam.
 Natura vero in corpore humano
 sua sponte molitur omnis generis
 euacuationes, tam generales, quam par-
 ticulares, superne & inferne, videlicet
 per secessum, per urinam, per sudorem &
 per vomitum: & quidem hæ sunt illius
 vacuationes generales: particulares au-
 tem, quibus eadem vititur, sunt, quando
 cerebrum & ventriculum à pluribus re-
 purgat excrementis, quæ homo per nares
 emungendo, & per os saluando & ex-
 spuendo reicit. In his igitur vacuationi-
 bus tam vniuersalibus, quam particula-
 ribus ars illam imitatur & sequitur.

Vniuersales igitur purgationes fiunt
 per secessum & vomitum, vt docet Gal.
 Sed de his, quæ per secessum iam supra in
 cap. de electuariis, pilulis & pulueribus egi-
 mus. Comprehendantur autem sub ist-
 dem etiam clysteres, de quibus quidem
 hic dicendi locus esset: quoniam tamen
 remedia purgantia, quæ per os exhiben-
 tur, prius ordine pericui constituimus,
 vomitoria clysteribus iam præmittemus.

Vacua-

Vacuatio per vomitum in longe maiore frequentioreque olim vsu erat, quam apud nos. Nonnulli inter Medicos recentiores eum idcirco abdicare videntur, quod corpus plus æquo, vti opinantur, commoveat & disturbet, nec non molestissima plura inducat symptomata: adductis præterea his ratiunculis, nostras regiones multo frigidiores esse, quam Græcorum, cuius nationis Hippocrates frequentissime eadem vacuatione utebatur, & infiniti post illum alii Græci auctores ipsius exemplum secuti: addunt etiam, homines nostrarum regionum esse multo pituitosiores, & minus ad vomitum proclives. Sed his rationibus & argumentis parum ponderis inesse, nemo non videt, quæ idcirco tanquam friuola explodentur, cum econtra huius vacuationis vsus utilissimus & summe necessarius sit ad plurimos affectus gravissimos & desperatos profligandos, licet vel iis remediis concitari debeat, quæ timidulis illis & meticulosis Medicis ex auditu tantum horrorem incutiunt. Sed quomodo se naturæ amicos illi iactitant, cum relictis iis, quæ maxima agendi vi & potestate excellunt, quorumque ne periculum quidem facere audent, potius eiusdem sint inimici? Sic enim naturæ adultores tantum sunt, qui imbecillis nimis & inualidis præsidii eam frustra propugnare conantur, nec potentibus satis armis illius hostem ferocissimum adoriri cogitant: qui interim velut inuictus cuncta illorum eccoprotica, imo vomitiua blanda & adulantia ridet & respuit, quibus elisis vix secundo ad eadem auxilia refugere audent.

Quibus vomitus obstit.

At vero non diffitemur, in huiusmodi remediorum vsu summa Medici prudentia & circumspetione opus esse, qui primo omnium explorare debet naturam ægri, num facilis sit ad vomitum, nec ne: Nam à laborioso nimis & difficili vo-

mitu, qualis iis plerumque contingere solet, qui carnosiori corporis habitu sunt, prorsus abstinendum est, iuxta præceptum Hippocratis lib. 4. Aphorif. 7. *Iis quoque, qui collum habent oblongum, pectus angustum, & per consequens qui sunt ad tabem dispositi, vomitus non nisi extrema urgeat necessitas, concedendus est: multo vero minus iis, qui ventriculo sunt nimis imbecillo, & qui obnoxii sunt inflammationibus & abscessibus faucium: aurium item & oculorum doloribus.* Præterea verus Medicus in his facile obtemperabit præceptis & doctrinæ Aetii cap. 100. serm. 11. nec non aliorum Græcorum plurimum: & naturam ægri, nec non medicamenti sui vires & proprietates probe cognitatas habebit & rimabitur: quod deinde medicamentum pro affectus magnitudine ac vehementia, quem expugnare volet, prudenter & caute admodum in vsum transferet.

Remedia igitur, quæ vomitum provocare solent, communi nomine vomitoria nuncupantur. Eorum qualitas ab arte producta, ex iis causis indaganda est, quæ naturaliter vomitum concitant. Quod cum ita sit, vomitus naturalis est o-
pus & beneficium facultatis expultricis ventriculi. dum ea, quæ ob aggrauantem naturalem, aut molestantem qualitatem, aut substantiam venenatam & prorsus alienam illi aduersantur & noxia sunt, per œsophagum vi & impetu expellit, inferioribus suis partibus contractis: superioribus vero dilatatis, vt docet Galenus *pluribus in locis.* Vomitiones arte concitata istorum sunt generum, vt vel ventriculum nimia copia & quantitate pressum molestant, siue sit aqua, siue vinum, siue similis quævis porio, aut eundem qualitate sua acri & mordicante vellicent, lancinent aut dissoluant, & sic ad vomitum excitent: aut tota sua substantia prorsus ipsi contraria sint, qualia sunt quæcunque in venenorum numerum veniunt.

Causa vomitus tam naturalis, quam artificialis.

5. de sympt. causis & l. 3. de fac. nat.

Hinc

Vomitorio-
rum diffe-
rentia.

Hinc tres differentia medicamentorum vomitoriorum æque ac supra purgantium efficiuntur: suntque vel benigna, vel mediocria, vel violenta, hoc est, quæ summa vi vomitum eliciunt.

Quas tres differentias vomitoriorum remediorum vel ex ipsis Galeni scriptis eruere licet lib. 1. de alimentis, cap. de Sefamo. & l. 15. c. 4. de usu partium. quo lectorem aulegamus.

Materia igitur, ex qua tria illa vomitoriorum genera componuntur, necessarii quoque triplex statuarur.

Benigna.

Benignis fabricandis sufficiet aqua tepida cum syrupo acetoso vel oxymelute simplici, vel oleo olivinarum, amygdalarum dulc. quæ in quantitate satis magna sunt exhibenda.

Mediocria.

Mediocria paulo magis prioribus istis stimulant, & irritant expultricem ventriculi facultatem, quibus sola & simplex accidit decoctio cum rad. & sem. raphani, atriplicis, eruca, nasturtii, capæ: quibus addi potest vel syrupus acerosus compositus, vel oxymel scylliticum, aut hydromel quoddam compositum cum rad. asari, prout vomituum tuum plus minus efficacius reddere voles.

Hic notandum est, quod vomitoria enarrata primi & secundi ordinis tum usurpari queant, quando superflui & noxii humores tunica stomachi adhærescentes euacuandi veniunt, qui alias progignunt cruditates: unde ventriculi imbecillitas, flatus, & trophia & similia symptomata, tanquam illarum comites indidui consequuntur: in quibus purgantibus huic scopo destinatis, semper adenda erunt detergentia.

Commemorata vomitoria tam benigna illa, quam mediocria, etiam vtiliter exhiberi possunt, quando ventriculus nimis repletus est vel vino vel cibo, nimiaque horum copia molestat & grauatur, vt diserte monet Hippocr. l. 3. de dia- & alibi.

Quod ad tertiam vomitoriorum speciem attinet, quæ sunt violenta, vt veratrum album, de eorum qualitate, quæ ventriculo potius infensa est, & è diametro ipsi aduersatur, supra satis diximus. Vltus eorumdem non vacat periculo. Nam vt Celsus inquit, illud scire oportet, omne eiusmodi medicamentum (de elleboro verba faciens) quod potui datur, agris non semper prodesse, semper vero nocere sanis. Si igitur ex necessitate quis coactus ea præscribere, & ægrotis propinare cogiter, varias prius circumstantias considerare debet. Nam prima corporis regio semper prius purganda est: humores crassi & viscidii incidendi & attenuandi, & vacuationi per vomitum aptiores reddendi: omnes meatus corporis referandi, corpusque optime nutriendum & humectandum, tam alimentis boni succi, quam balneis & fomentationibus peculiaribus: sicut id dilucide docent Hippocr. & Galen. Aphorif. sect. 56. Epid. aphorif. 9. l. 2. & 13. l. 4. & Celsus l. 2. c. 13.

Parabant autem olim veteres eiusmodi violenta vomitoria plerumque ex vitroque helleboro, & potissimum ex albo, thymelea, chamalea, peplio, & similibus violentis & venenatis purgantibus, quæ penitus improbo, ipsumque etiam helleborum, imo & album, quod excitat conuulsiones, si quis enim eo vsus fuerit sine præparatione, de qua veteribus, nisi eam forte celarint, nihil constitit, non mediocre incurret periculum.

Inuenta sunt nostra ætate, (sicut fecundo temporis progressu noua rerum inuentio indies incrementum sumit,) multo præstantiora vomitiua, multoque

Nota vomitoria à recentioribus inuenta.

tutiora, quorū vsus plurimus hodie existit in diuersis & grauibus affectibus curandis, iis etiam adiectis, quibus plerique vomitum nocuū & infestum existimant, vt verbi gratia in pleuritis, quarū plerisque vomitus valde necessarius est, vt

B b b b b

pesti-

pestilentibus, & in iis, quæ cum lumbricis siue vermibus complicantur, de iis supra in cap. de aquis, ubi descripsimus aquam nostram benedictam purgatiuam vomitiuam, mentionem fecimus.

Quoniam autem tot infinita & egregia experimenta descripta inueniuntur in centuriis M. Rulandi Med. peritissimi & doctissimi, quorum effectum aquæ suæ benedictæ etiam vomitiuæ purgatiuæ adscribit, nec non aliis potionibus vomitoriis, quas ad plurimos profligandos morbos, & ad ipsam etiam pleuritidem soluendam describit: non alienum erit ab instituto, si nostram sententiam ipsius auctoritate stabilierimus, & quanta emergant commoda ex vomitionibus, oculis subiecerimus.

Ex vomitoriis ipsius ordinariis vnum tantum inuenio, quod ex vegetabilium familia depromptum componit ex *drachma semis pulueris rad. asari*, addendo *aquarum hyssopi, prassii, melissa, cardui benedicti ana ʒ. j.* interdum nil præter *aquæ cardui benedicti ʒ. v. vel vi.* adicit: & sic parat vomitium sudorificum: exhibet id cum felicissimo successu in asthma & diarrhœa, & ipsis etiam febribus quotidianis & tertianis, sicuti videre est in *Centur. 6. Curat. siue c. 5. & Centur. 8. c. 95. & 97.*

A sumpta potione iubet ægrum suum in lecto bene tectum decumbere, & plurimum sudare, & tandem vomere: & hoc modo ipsum restituit, & à febre in momento liberat.

Reperiuntur adhuc quinque aut sex alia vomitoria in Centuriis eiusdem Rulandi, quæ ex metallico genere desumpta videntur, quorum præcipuum est *aqua illius benedicta*, cui tribuit plurimos & admirandos effectus, quos in persanandis diuersis affectibus, & præsertim in pleuritis, siue vermibus complicatis, siue aliis expertus est.

Remedium hoc appellat *vomitiorium*

ruptorium: rumpit enim & aperit abscessus & apostemata, in quæ plerumque & prompte degenerant inflammationes. Eodem etiam vitur in cura anginae siue scintillæ. Vide *Cent. 1. Curat. 14. siue cap. 14. Cent. 2. cap. 52. 53. 62. Cent. 3. cap. 18. Cent. 4. cap. 11. & 16. Cent. 9. cap. 14. 35. 36.* Vbi simul inuenies annotata, locum, nomen, sexum & ætatem eorum, quos ab eiusmodi deploratis pleuritis restituit, imò brevissimo tempore ante septimum videlicet diem, & plerumque citra sanguinis missionem. Sic in posterum, ubi vsus huius generis remedia forte exposcunt, ille enarrata sua contentus est aqua vomitiua purgatiua, aut vomitorio suo ruptorio, vt vocat.

Alibi eadem aqua benedicta plurimos grauissimos morbos feliciter percurat, veluti dolores & inflammationes ventriculi, icterum, febres tertianas & quotidianas *Cent. 1. cap. 8. Cent. 2. cap. 31. 34. 65.* Et videre quis potest in *Centuria 9. c. 51.* quam mirifice prædicet eandem suam aquam benedictam, & similia vomitiua purgantia, tam ad præseruationem, quam ad curationem ipsius podagrae.

Vitur præterea alio vomitio, quod ab eo nominatur *Spiritus aureus*, quo felicissime & laudabili cum successu curauit duas fœminas: quarum vna sexaginta annorum aut circiter fuit, altera quinquaginta: illa hydropica, icterica, astmaticaque: hæc vero asthma suffocatio & lethali confictata. Has curas annotat *Cent. c. 25. & 35.*

Apud eundem Rulandum aliud adhuc habetur vomitiui genus, quod sudorificum est, idque nominat *aquam terræ sanctæ*, qua elegantia quoque & singulari percepit experimenta in epileptis, stranguriis & ischuriis. Vide *Cent. 4. c. 31. & 33.*

Ibidem etiam ad curam omnium febrium intermittentium calix quidam chymicus occurrit, paradus (vt arbitror) *Calix vomitiorium*.

cxvi-

Aqua benedicta Rulandi.

Vomit. 111-

proprium eiusdem.

Aqua terræ sanctæ Rulandi.

ex vitro antimonii, vel calce plumbi cū silicibus vitrificata, quæ in typum quendam effusa, in calicem siue vasculum quoddam fingitur, in quo per noctem macerentur vel vinum vel alius quidam liquor ad ʒ. iiii. vel v. quæ postea potio bibēda mane exhibetur: quæ hausta pro-uocatur vomitus multo benignior, quā ab antimonii vitro. Et notandum est, quod huiusmodi vasculum ad eundem vsu semper aptum & idoneum permaneat, citra ponderis sui virumque diminutionem, de qua purgandi ratione iam alibi in scriptis nostris egimus.

Tandem adhuc aliud vomitium in eodem Rulando se offert, quod est ipsius *crocus metallorum*, de quo accipit solummodo ad pisi magnitudinem, quod macerat per 24. horas in 4. aut 5. vnciis vini albi: Omnia colat & exhibet. Hoc nominat *purgatorium vomitium pantagogum*: vitur eo contra anorexiam, apesiam & spasum. Vide *Cent. 5. cap. 13.*

Hic enumeratus metallorum crocus est, nisi fallor, basis aquæ eius benedictæ: Equidem meam inde concinnare soleo, sicut scripsi *supra sub finem c. de aquis.* & modum docui crocum illum fabricandi, quamuis obscurioribus quibusdam verbis, quæ tamen vel minimo chymistæ intellectu facillima sunt.

Aqua ipsius terræ sanctæ vomitiua fundatiua, spiritus item eiusdem aureus vomitius purgatiuus, sunt, opinor, remedia metallica, ex mercurio nimirum & antimonio rite præparata: ex quibus peritus Medicus elicere nouit vomitiua, quæ virtute sua vsque ad radices & mineras mali penetrant, & nihilominus tamen minus noxia & perniciofa sunt helleboris istis antiquis olim tam celebratis & vsitatis remediis. De huius generis medicamentis in Pharmacopœa nostra Spagitica tanquam in loco suo proprio nobis dicendum erit. Elegantes interim præparationes quasdam in *Tetrade nostra*,

c. de mercurio & antimonio proposuimus, quo lectorem ablegamus. Satis mihi sit, hic in nostram pharmacopœam vnum saltem vomitium inserere, quod paratur ex *sale virrioli*, de quo accipias grana 7.8. vel 10. pro ægrotantis viribus, idque dissoluas in vino, iuscule, aut congruo aliquo liquore, & exhibeas iis, qui eo opus habent, & mirandos eliciet effectus.

Porro vt palam fiat, quam potentes & mirabiles effectus huiusmodi purgandi ratio, vomitoriis congruis, & quæ altius mali radices extirpant, concitata exerat, hic historias duas memoratu dignas enarrare placet.

Prior est de D. de Luynes, & de Fourmentieres, qui summa & veneranda auctoritate vir erat, piæ memoriæ, Regiusque Consiliarius Parlamenti Parisiensis: is anno ætatis suæ quadragesimo, vt ipsemet mihi sæpius referebat, graui & diuturno morbo corripiebatur, quem simul febris lenta ac languida comitabatur, ex qua corporis habitus omnino reficcatus, & marasmo consumptus fere videbatur. Ac licet Medicorum Parisiensium consilio, & infinitis eorundem remediis per annum & dimidium continue vsus esset, nihil tamen opis & leuaminis vnquam inde senserat. Derelicto igitur ab iis & tanquam desperato offertur illi à Domina de la Noue, muliere omni virtutum laude ac splendore clarissima, (quæ adhuc superstes harum rerum ipsamet testis erit) tabella ex floribus albis Antimonii & sacharo parata, quam ipsa sumere eum hortatur, simulque huius remedii vim & operationem prædicit. Vnde D. de Loynes ad extremum iam redactus, fortunæ alex se commisit, hancque oblatam tabellam sumpsit. Aliquot horis post tam vehemēti impetu vomitus prorupit, vt inde quasi obstupesceret: altera vero vice euomuit albugineā quandam & viscosam materiam, formæ rotundæ

Sal. virriol. vomitium.

Historia æstabilis.

Vomitium Pantagogi Rulandi. Crocus metallorum.

Bbbbb 2 tunda

tunde & conglobata, pedis fere longitudinem, cannaeque siue arundinis crassitudinem referentis: qua euomita statim se restitutum, vt & erat, exclamabat, & sic paucis post diebus perfecte curatus conualuit, venit & gratias egit commemoratae Dominæ, & secretum remedii ab illa petens obtinuit. Vnde occasione oblata, idem saepenumero in aliis pluribus ægrotis expertus est, & indagandis postmodum subtilioribus naturæ secretis ad mortem vsque deditissimus fuit.

II.
Historia.

Altera mirabilis curæ historia est de nobili quadam Domina ex Prouincia Pictauiensi, de cuius affectu & symptomatis, quibus præterito mense Iunii vehementissime affligebatur, ad me scriptum fuit: erant autem hæc: frequens lipothymia & animi deliquium, capitis dolores, vertigines, conuulsiones, vomitus, ventriculi dolores, diarrhœa, & infinita alia: & quod notatu dignum est, in horum symptomatum exacerbatione & vigore, interdum euomebat pilorum tenuissimorum, siue capillorum per interualla copiam, quorum vnus in epistola conclusus mihi transmissus fuit. De quo malo grauissimo ac deterrimo simul in consilium vocabam D. Turquetum virum doctissimum, Medicum Regium, Collegam & amicum meum charissimum. Ex communi igitur vtriusque nostri consilio ipsi cum scripto remedia aliquot chymica, nec vulgaria remittimus. Frustra enim ac sine villo progressu hæcenus diu vsa fuerat medicamentis aliis, ex præscripto primariorum Medicorum Pictauiensium ipsi exhibitis. Inter enarrata remedia nostra erat etiam Mercurius noster vitæ in tabellis, qui vomitius & purgatiuus est: item pilulæ nostræ polychrestæ, nostrum laudanum siue nepenthes, & similia, qualia apud vulgares pharmacopœos proflare non solent, quæ ipsi cum regimine atque vtendi modo transmittimus. Quorum re-

mediorum felicissimus successus statim sese prodidit: nam sumptis tabellis nostris purgatiuus vomitiuus, tam superne, quam inferne adeo feculentem & putrem eiecit materiam, vt & astantes inde inficerentur.

In secunda & tertia exhibitione eandem tabellarum, à quibus iam magnum persenserat leuamen, tam vehementi symptomatum insultu adhuc exagitata, ac alias nunquam (mali enim radices vi medicamenti cedere & extirpari cœperat) tam magnam capillorum copiam euomuit, vt sese inde suffocata iam iri crederet, idque per duos aut tres integros dies. Tandem sumpto eodem remedio, molem quandam in faucibus hærentem, & vellicando lancinandoque molestem persentiscbat: paulo post vero vomitione prolecta vermibus adhuc viuus miræ crassitudinis & longitudinis prorupit, paulo post illa adhuc vomuit capillos aliquot, qui sua sponte moueri videbantur, & similes erant cristæ aut fasciculo plumeo, ab utroque latere distincte disposito: exhibita posttridie vna adhuc de enarratis tabellis, tres tantum capillos reiecit, & sic extirpata morbi causa perfectam recuperavit valetudinem, quemadmodum de harum rerum circumstantiis, & remediorum successu, pharmacopœus quidam nomine A. Mayaut, qui ipsi toto curationis spatio auxiliatrices præbuerat manus, ad me luculenter perscripsit, idque tunc temporis, cum officinis meis in aduersa valetudine firmanda adessem Excellentiss. & Ampliss. Domino de Villeroy, augustissimi Consistorii Comiti & Primario Reg. Secretario, viro sane non tantum de Franciæ, & toto Galliæ regno, non fecus ac de patria bene merito, sed etiam apud exterâs nationes ob singulare sapientiæ, integritatis & prudentiæ studium, summamque in regniis negotiis obscundis dexteritatem cum

summo

summo animi candore coniunctam celeberrimo: in huius, inquam, magni viri & mœcenatis mei arce splendidissima, Villeroy dicta, cum essem & remotus ab aula vrbisq. Parisiensis tumultu, liberaliori Musarum fruerer orio, noua hæc nuntia de tam mirabili casu & felici eius exitu ad me perlata sunt, quo etiã in loco pharmacopœam meam elucubrandam præ manibus habebã, ac in ipso capite de purgantibus vomitiuis pertractandis versabar: vnde data occasione historiam hanc præcedenti annectere visum fuit, vt stupendi huius vacuationis per vomitum effectus in proparulum producti, omnibus innotescerent, & hoc modo errorẽ suum agnosceret, qui inique eundem purgandi modum, ex nescio qua timiditate, plusquam leporina condemnant.

Docemus præparationem Mercurii nostri vitæ in nostra Tetrade: Breuiter is præparatur ex duabus substantiis metallicis, quarum vna sumitur ex regale Magnesiæ, altera ex mercurio eiusdemmet Magnesiæ in meteoron redactio, æqualiter mixtis: ex quibus extrahatur vniuis per retortam liquor gummosus, qui præcipitatur in aquam frigidam in forma cremoris seu floris lactis, qui oprime à sua aciditate pluribus ablutionibus edulcatus in puluerem niuei coloris conuertitur: hic ad 4. vel 5. grana ad summum exhibetur, idem etiã si velis cum saccharo in tabellas redactus, vel etiã cum quodam liquore, vel secus offerri potest. Est enim omnium vomitiuorum & purgatiuorum præstantissimum, vltra quam dici aut cogitari potest, stupendosque plane effectus prodit in diuersis morbis proffigandis. Præstantia tam insignis remedii vi quasi è manibus nostris extorsit clariorem eiusdem descriptionem, quam clausula loco huic capiti appendere volui, ne alias mancum mutilumque forte videri posset.

ADDITIO P. V.

Folia asari à septem ad nouem minutim concisa cum oleo agita. Et butyro feruenti incoque, semper agitando, ne in massam coeat, postea in patinam effunde & cum pane comede. Prouocat vomitum.

Notandum de asaro.

Ioannes Sarius Lubecensis, Monachus Carthusianus Colonienſis extenuatus ex abusu radicis asari, obiit; & mortem videns præsentem, ad marginem herbarii sui scripsit hæc verba: *caue tibi ab hac herba, nec ea vtaris, nisi periti Medici adhibito consilio.* Liber adhuc asseruatur Colonia in dicto monasterio.

Vomitum prouocans potio.

℞. Sem. atriplic.

Raphani an. ʒ. ʒ. Coquantur in aqua, addaturque oxymel pro potu.

Vel ℞. aq. tepida ʒ. iiij.

Syr. acet. simpl. ʒ. ij.

Ol. communis cochl. j. Mi.

f. potio vomitoria.

Vel ℞. Sem. raphan.

Anethi an. ʒ. ij.

Aqua ʒ. j. f. decoctio.

℞. Colatura ʒ. ʒ.

Oxymel. Seyllit. ʒ. j. ʒ. Mi. pro potu.

His interdum etiã admiscetur *sem. vrtica.*

CAP. XVIII.

De Clysteribus.

Absoluto tractatu nostro de purgantibus generalibus, quæ per os exhibentur, nunc æquum esse videtur, vt iuxta ordinem nostrum inceptum etiam de purgantibus liquidis, quæ per anum immissa corpus ab extremis prauisque humoribus repurgare apta sunt,

Bbbbb 3 sermo

sermonem faciamus. Vocantur autem huiusmodi remedia communi nomine clysteres: nonnullis appellantur enema, hoc est, infusiones & immisiones iu-

Cels. cap. 12. lib. 1. **ita Celsum.**

Est igitur clysteris vocabulum generale, & pro variis remediis exhibendis versusurpandisque accipitur: pro alio enim atque alio partis affectu, cui is, ut remedium adhiberetur, & in usum aptatur, fitu, aliam quoque nominis appellationem sortitur, unde clysteres alii sunt articulares, *otenchita* antiquis dicti; alii sunt clysteres vesicæ, vocati *syphones*, siue *catheteres*, per quos, quicquid volumus, in vesicam iniicimus.

Alii uterini, *metrenchita* nuncupati.

Eiusmodi remedia diuersis affectibus, quibus tres illæ nobiles enumeratæ partes defatigantur, medendis inseruiunt: hos tamen eisdem clysteres in alium locum tractandos reiicimus.

Clysteres unde inueni.

Sufficiet nobis hic de veris tantum clysteribus dicere, quales sunt, qui in genere ita appellantur, & qui in anum infunduntur, quorum usum iuxta Plinium, avis Ibis appellata (quæ longo suo rostro sibi ipsi clysterem quasi per inferiora iniicit) nos primum edocuit.

Differentia. lib. 9. Epidem. plures tradit clysterum differentias & compositiones, quorum alii ventrem nimis siccum emolliunt, & facultatem expultricem consopitam excitant.

Alii emolliunt & purgant simul non tantum communia illa ventris recrementa, ad ipsius naturæ imitationem (quæ felle siue bile in intestinū ieiunum regurgitante expultricem facultatem, ad naturalem excrementorum egestionem irritat & stimulat,) ut Gal. docet *lib. 5. de viti partium*: sed etiam euacuant & reuellunt pituitosos, biliosos, aliosque superfluos & noxios humores, tum in ipsis intestinis, tum in toto mesente-

rio, & circa hepatis sinum stabulantes, ut idem Gal. scribit *comment. aphorif. 17. 6. aphorif.* De his solummodo clysteribus, quorum ope naturalem tantum vacationem expedimus, iam tractabimus, tanquam de re, quæ ad purgationis scopum maxime spectat: simulque iis adiungemus decocta, modo carminatiua, modo lenitiua, modo detergentia, & id genus aliis medendi finibus inseruientia, ubi scilicet vel euacuatione, vel reuulsione, vel deriuatione humorum peccantium opus erit: sed instituti tamen memores non latius æquo hinc diuagabimur.

Clysmata emollientia, quæ aridas & induratas alui fæces humectant, componuntur ex radic. & foliis *bismalua, malua, violarum, branca, ursina, beta*, quibus adduntur olea, butyrum, aut aliæ pinguedines; iura etiam intestinorum vel capitis veruecini sola eidem vsui destinantur.

Emollientia.

Vt vis anodyna augeatur, si forte humor acris, mordax, lallus, siue pituitosus, siue biliosus, intestina oblideat, doloremque inducat, decoctioni adduntur *semina lini, fœnugraci, bismalua, psyllij, flores chamomilla, meliloti, sambuci & similia.*

Anodyna.

Sin vero dolorem comiteretur, vel eundem etiam excitet flatus, & crassus ac pituitosus humor: semina carminatiua adiciuntur, nempe *cumini, anisi, fœniculi, bacca lauri, herba origani, calamenti, ruta, summitatum anethi.*

Carminatiua.

Quoniam autem eiusmodi dolores ut plurimum proueniunt vel ab humore tenui, acri & bilioso, vel etiam à crasso, mucilaginoso & pituitoso, salso & vitreo: biliosus quidem vacuandus est *looch ex cassia, diaprino, catholico, lenitino, elect. de psyllio*, & similibus leuioribus cholagogis: pituitosus vero deturbandus *hiera picra Galeni, diaphanico, diacarthamo, benedicta laxatiua: & interdum*

dum vbi humore existente tenaciore, frigidiore & glutinosiore, validius trahendum purgandumque est, *hiera diacolocynthidos* allumitur: olea congrua ad vtriusque humoris acrimoniam obtundendam admiscenda sunt, minus quidem calida & leuientia humori biliolo conferunt, vt *oleum violarum*, *oleum liliorum*, *lini* & *chamomilla*: *laurinum* vero, *iuniperinum*, *sesaminum*, *anethinum*, *sambucinum*, *rutaceum*, *irinum* ad pituitosum, & vbi maiori attenuatione, resolutione & calefactione opus est.

Si vero dolores huiusmodi, sicut sæpe accidit, oriuntur ab inflammatione quadam intestinorum aut circumuicinarum partium, vesicæ nimirum, vteri, aut renum, Medicus parum versatus curiose & accurate quid faciendum sit, consideret: hæc enim mala semper cum febre coniuncta sunt. Eiectis igitur cum emolliente aliquo clystere prius crassioribus alui excrementis, lenitiuis & refrigerantibus clysmatis vtendum erit; paratis ex lacte, in quo incoherint *semina lactuca*, *psyllii* & *bismalus*, vt mucilaginosum fiat, & magis anodynum. Aliquando paratur enema ex solo *oleo violarum*, in quo incoqui possunt aliquot capita *papaueris*. Sed de his iuniores Medici consulant *Aetium cap. 4. 16. & 26. ferm. 3. lib. 3.* Videndum præterea, quid Galenus scribat de clysteribus ex solo sero lactis paratis, *lib. 10. simp. c. de sero lactis*: quos ad pus detergendum, dolorem sedandum, & acrimoniam humorum obtundendam, summopere commendat.

Hæc obiter dicta sint: scopus enim nostrer est, vti iã protestati sumus, hic de solis purgantibus enematis verba facere.

His enumeratis communibus & vulgaribus emollientibus, lenientibus & anodynis, quosdam alios eiusdem ordinis adiacere possem ad huius operis ornamentum, nisi constitutum esset, *cap. de*

extractis, annotare plura extracta purgatiua simplicia & composita: plura item extracta lenitiua, anodyna, carminatiua, & diuersa alia omnibus intentionibus curatiuis apta, quæ ad quoslibet clysteres conficiendos abunde sufficient.

Nam si exempli gratia componendus sit clyster ad dissipandos ventos, extractum carminatiuum iam paratum in promptu aderit, quod diuturno tempore reseruabitur, omnibus virtutibus & proprietatibus *baccarum lauri*, *iuniperi*, *sem. foeniculi*, *anisi*, *anethi*, *cumini*, *dauci*, *herbarum siccarum*, *ruta*, *calamenti*, *pulegii*, *origani*, *florum sambuci*, *chamomilla*, & similium dotatum, cuius varias compositionum formulas describemus (sicut & extractionum lenitiuarum & anodynarum) & sufficient commemorati extracti tantum drachmæ duæ vel tres, cum iusculo quodam aut aqua calida, aut vino, prout opus est, permixtæ, qua methodo carminatiuum clysteris decoctionem, sine laboriosa operatione statim parabit, in qua extractum purgans affectui, qui edemandus est, congruum dissoluet, sicut ex variis illis formulis, quas *cap. de extractis* describemus, palam fiet. Ita vt adhuc magis superuacaneo labore pharmacopœos subleuemus, varias quoque oleorum formulas dabimus, quæ facultate anodyna, lenitiua, carminatiua & purgatiua simul prædita erunt. Exempli loco hic *oleum nostrum diacolocynthidos carminatiuum* in medium proferemus, quamuis plures eiusdem formulas in *secunda sectione nostra pharmacopœæ cap. de oleis* sumus daturi.

Oleum diacolocynthidos carminatiuum purgatiuum Quercetani.

*℞. Herb. sicc. ruta
Calamenti*

Qri

Origani
Pulegij ana m. j.
Sem. Dauci
Cumini
Foeniculi
Baccar. Lauri ana ʒ. j.
Ol. Oliuarum lb. ij.
Vini rubri lb. j.

Coquantur ad vini consumptionem, cum hoc oleo sic preparato decoque pulpa colocynthidos ʒ. ij. digerantur ad ignem Bal. Mar. cal. per 12. horas, dein bulliant per duas horas, donec oleum vim totam colocynthidos attraxerit, tandemque exprimantur & colentur.

Hoc oleum in officinis parari, diuque adseruari potest: dosis ʒ. i. vel ʒ. ii. prout maiori vel minori operandi efficacia opus fuerit, cum iure pingui permixtum medicamen summum erit ad omnes soporiferos affectus, apoplexiam, lethargum & similes.

Ex commemorata colocynthide, cocta cum oleis lenitiuis lumbricorum, lini, liliorum, visci, pomi & chamomilla, componere licet oleum compositum lenitiuum purgatiuum, in modum olei carminatiui purgatiui, quod cum ausculo capitis veruecini mixtum ad omnes dolores singulare est praesidium. Oleum enim mirifice contemperat acrem & venenatam colocynthidos qualitatem, adeo vt sic preparata, neutiquam noxia aut damnosa sit intestinis, quorum tunicis alias vel subtilissime etiam puluerizata & in trochiscos redacta, semper aliquantum adhærere solet: quod incommodum hac preparatione, & oleorum cum ipsius essentia & proprietate permixtione intercipimus: sicque auxilium euadit minus periculosum ipso diaphœnico, & benedicta laxatiua, cuius vsus utilis erit in variis clysmatis concinnandis, & effectus praestantes felici cum successu ostentabit in sedandis potissimum intolerabilibus doloribus & passionibus coli-

cis, vtpurimum à pituita vitrea in iactis subortis, in quibus purgantia lenitiua sola exhibitae inefficacia prorsus & inualida comperientur.

Coronidis loco hic annexam adhuc aliam olei purgatorii descriptionem, quod ad prohibendam vermium generationem, & ad corruptorum, putridorum, & deprauatorum humorum, vnde illi nascuntur, expulsionem, praestantissimum est: ex quibus alias infinita alia mala progredierentur: Siquidem plures hodie tam inter viros, quam foeminas, iuuenes & adultos videmus his affectibus obnoxios, quibus hoc oleo tam interne in forma clysteris, quam externe applicato auxilium gratum & indubitatum saepenumero tulimus.

ʒ. Rad. Aristolochia rotunda

Gentiana ana ʒ. ʒ.

Tormentilla ʒ. j.

Herb. Centaurii minoris,

Summitatum olea,

Marrubij,

Absinthij pontici,

Pescariae,

Lupulorum,

Diptamni ana m. j.

Sem. Poly montani

Portulacae

Citrii

Cardui benedicti

Lupinorum

& sem. contra vermes an. ʒ. j.

Amygd. amararum ʒ. iiij.

Flor. Persicae arboris

Hyperici

Stoechados ana p. ij.

Myrrha ʒ. ʒ.

Turbit

Hermodactylorum ana ʒ. j.

Pulpa colocynthidos ʒ. ij.

Contundenda contundantur & miscantur cum lb. iiij. olei oliuarum & lb. i. vini albi generosi, dein bulliant ad vini

consumptionem: addendo sub finem duo vel tria bouis fella, prius ad B. M. optime depurata seu defaecata, & fiat oleum. Hoc oleum mixtum cum lacte, aut iure quodam congruo in suff. q. ad fingendum enema, summa erit medela aduersus lumbricos quosuis: infantibus ʒ. 4. aut quinque annorum sufficiet exhibere pro dosi ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. vel ʒ. vj. cum lactis ʒ. iij. aut v. vt fiat clyster, vt *supra*: mediocriter robustis satis erit ʒ. j. robustissimis vero ʒ. j. s. imo & ʒ. ij.

Hoc etiam oleum excellentissimum est ad vermes, & vngendo aliquot eius guttulis orificium stomachi & regionem vmbilici. Admirandi horum duorum modo descriptorum oleorum effectus in dies magis magisque per ipsam experientiam sese prodent & dispalabunt.

Sed vt paulo magis caput hoc amplificemus, vnum atque alterum adhuc remedium ex mineralium classe peritum, eidem inferamus: cuius generis medicamenta cetera purgantia in clysterum compositionem venientia, longissimo intervallo post se relinquunt, siue ad demulcendos & leniendos dolores à causis frigidis, cruditatibus, flatibus ac humoribus mucilaginosi, tartareis & arenosis, siue calculosis suscitatos, siue ad expellendos vermes, educendam fœtidam humorum illuuiem & putredinem, vel ad validius expurgandos omnes humores, citra tamen calefactionem nimiam, qualem inducere solent *Hiera Logadii, vel Parhii diacolocynthid. benedicta laxat*: & huius generis alia, quibus plerique ad ægros excitandos vtuntur in comatosi & soporiferis symptomatis & affectibus, quorum tamen vim excedens istorum medicamentorum calor potius auget cerebrumque maiori vaporum copia replet & fatigat, quam vt eosdem dissipando imminuat. Hoc non contingit in remediis alijs, quæ manifestis illis & noxijs qualitibus prorsus ablati, potius formales & spiritales produnt effectus, quam materiales. Illud medicamentum, de quo loquor, est *crocus metallorum*,

cuius alibi mentionem fecimus, eiusque admirandas operandi actiones, quas etiam per os sumptus perficit, ostendimus.

Si quis timidulus & inexpertus medicaster horum remediorum, quorum nullam habet notitiam, vsus minus approbaue- rit, si per os assumantur, non tamen credo, illum tam stupido fore ingenio, vt eadem clysteribus excepta contemnere audeat, si præsertim eorundem summos effectus, quos benigne quidem, sed efficacissime præstant, agnouerit, qui nihil molestiarum, neque ab oleorum ingrato fœtore, neque à quauisaliare conciliant, sicut in vulgaribus plerunque accidere solet. Pretium quoque eorundem non excedet ʒ. asses, cum quilibet aliorum ad minimum vendatur sedecim vel etiam 20. assibus. Sufficit enim remedi illius enarrati, semidrachma vel drachma vna ad summum, quod macerandum est in 4. vel ʒ. vncis aquæ cuiusdam congruentis, aut vini per noctem integram, aut amplius, & sic maceratio hæc misceatur cum quodam iure in suff. quantitate, vt fiat clyster. Eandem macerationem in aqua vel vino factam, potes, si velis, paratam adseruare, eamque in magna copia aucta singulorum dosi parare, quam diutissime resertabis, & in vsus, vt res postulauerit, adaptabis, seruata semper supradicta dosi.

Loco *crocis metallorum*, licet non tanto cum emolumento, vt poteris *Antimonis vitrificato*, quod tamen infusum, colatum & exhibitum in clysteribus minorem noxam adfert, quam diaphœnicon, hocque ipso vtiores & efficaciores multo effectus demonstrat. Sed dū hæc remedia Dogmaticis propono, liberum iudicium cuiuslibet relinquo, siue iis vti voluerit, siue non. Hoc solum affirmare possum, me in iis describendis solido certoque niti experientia fundamento, quod nullis argutijs machinis à quodam forte Morao subuectis dirui & subuerti poterit.

Vtut sit, vnusquisque tandem fatebitur, modo non fuerit omnium ingratisissimus, hæc Hermeticorum ornamentis & floribus,

Ccccc bus,

Crocus metallorum in clysteribus.

bus, quibus vulgarem pharmaceutricem amplificauimus, sibi satisfactum: quos licet magnificamus, & inter fructus laborum vigiliarumque nostrarum charissimos habeamus, eos tamen omnibus propenso & liberali animo impartimur.

His multas alias diuersorum clysterum calefacientium & refrigerantium, detergentium, consolidantium, cicatrices inducentium, adstringentium, corroborantium & nutrientium, & pluribus aliis medendi scopis inseruentium formulas addere possem, sed quia nimis vulgares sunt, inque antidotariis passim descriptæ, iis hic enodandis iam supersedebimus.

Adderem præterea ad amplificandum hoc opus varios particulares clysteres auriculares, qui ad aurium dolores, inflammationes, abscessus, vlcera, sonitus, tinnitus, & surditatem conferunt: clysteres quinetiam vterinos, qui ad vteri inflammationem, vlcera, tumores, suffocationem, mensium suppressionem, fluorem eorundem immoderatum & album, nimiam vteri humiditatem, siccitatem, febrilium humorum illuuiem & sterilitatem faciunt. Clysmata tandem siue enemata particularia ad vesicæ affectus, ipsiusque ardorem, inflammationem, vlcera, carunculam, gonorrhœam, stranguriam & ischuriam, & ad ipsius calculi comminutionem & attritionem conducentia, non incommodè hic adiungere possem. Sed omnes hos enumeratos clysteres peculiare & specificos, affectibus harum trium enarratarum partium, referuamus in tertiam & vltimam sectionem huius pharmaceuticæ, vbi tractabimus de omnibus corporibus humani affectibus, tam internis, quam externis, ibique vsum præcipuorum & præstantiorum remediorum, quæ in hoc opere continentur, simul docebimus.

ADDITIO P.V.

Oleum è colocynthide compositum. D. Io. Hartmanni Beyeri ad imitationem Rondeletii cap. de tinnitu aurium.

℞. Sem. nigell. roman. ʒij.
baccar. lauri.
rad. ellebor. alb. an. ʒj.
pulpa colocynth. ʒjʒ.

incisa & trusa infunde horis decem loco calido in vini albi generosi & succi caps. rubra ana ʒjʒ. postea addantur
ol. amygd. amar.
rutac. an. ʒjʒ.
irini.

pingued. castorii an. ʒʒ.
stent in loco calido horis 12. inde coquantur leno igne, in diplomate ad vini & succi consumptionem: refrigerata exprimantur & addatur ol. cumin. destillat. ʒi. seruetur ad usum.

Oleum ad vermes.

℞. extract. gentian.
balsami ex aloë an. ʒʒ.
dissoluantur in vini sublimati ʒj. & cū ol. absynth. ʒj. diligenter misceantur.

Clyster Io. Pistorii.

℞. fol. tanacer.
pyrol.
sannicul.
hypogloss. an. M. ʒ.
spermat. ceti ʒʒ.
agaric. albiss. ʒijʒ.
rad. polypod. ʒjʒ.
holenii ʒvj.
succ. glyzyrrh. ʒij.
ficum nr. vj.
alb. graci Mʒ.

coq. in suffic. quant. aqua ad consump. medietatis.

℞. cola.

℞. colatur. ℥ij.
 fl. cass. extr. ℥ij. ℞.
 ol. serebinth. ℥vi.
 irini ℥ij. ℞.
 popul. ℥j.
 extract. gentian. ℥j.
 ex alos cum rhab. ℥ij. M̄i.

Clyster ad strangulationem vteri.

Hieronymi Mercurialis.

℞. fol. artemis.
 centaur. minor.
 maior. an.
 pulegii an. M̄i. fiat decoctio
 sec. art.

℞. colatur. ℔. ℥ij.
 hier. Archigen. ℥ij. ℞.
 ol. rutac. ℥iij.
 mell. de spumat. ℥ij.
 salis comm. ℥ij. M̄i.

Clyster ad lumbricos Herculis
Saxonie.

℞. centaur. utriusque an. M̄i.
 abrotan.
 diptam. albi,
 cretici,
 scordii.
 bistort.
 tormentill.
 absynth. an. M̄j.
 sem. brassic.
 Santon. an. ℥j.
 colocynthid. in pec. ligat. ℥ij.
 f. decoctio sec. art.

℞. dicta decoction. colat. ℔. j.
 hier. diacolocynth. ℥ij.
 mell. ros. ℥iij. M̄i.

Clyster ad icteritiam.
Eiusdem.

℞. fol. centaur. utriusque an. M̄i.
 sem. fœnic.
 lini,
 anis. an. ℥j.
 cartham. ℥ij.
 colocynth. in pecia ligati ℥j. coquant.
 in aq. sec. art.

℞. colatura ℥x.
 ol. de baccis laur.
 bened. laxat. an. ℥ij. ℞.
 ol. rutac.
 mell. ros. an. ℥ij. M̄i.

CAP. XIX.

De Caputpurgis & erxhinis re-
mediis.

Hactenus de omnibus purgationum
 generalium speciebus verba fecimus:
 ordinis ratio postulat, ut nunc dicamus de
 particularibus, quæ illas sequi debent, ut
 Gal. docet lib. 2. c. 2. secundum locos. Exor-
 diamur autem à cerebri vacuatione, utpo-
 te quæ pars corporis suprema omnium
 humidissima existit, & quæ omnium ma-
 xime opus habet non vno euacuationis
 genere.

Nobilis hæc pars præ cæteris obtinuit
 particularia quedam emunctoria, quorum
 ope excrementa superflua deponit, inter
 quæ nares præcipue numerantur, quarum
 vltus à natura non tantum inspirationi &
 respirationi, & odorum attractioni, sed &
 crassiorum excrementorum euacuationi
 destinatus est, veluti monet Galen. lib. 8. de
 vsu partium, cap. 6. & 7.

Ars itaque nature imitatrix noxiorum
 humorum, quibus cerebrum nimis reple-
 tur, expulsionem & educationem per eas-
 dem narium vias siue canales consuetos o-
 peratur, idque congruorum & idoneorum
 remediorum opera.

Huiusmodi remedia in genera à Medi-
 cis nasalia siue caputpurgia: à Galeno vero
 lib. de simp. erxhina dicta sunt, quæ varii ge-
 neris sunt:

Aut enim liquida infunduntur & as-
 trahuntur.
 Aut in oblongam figuram formata na-
 ribus induuntur.
 Aut in forma linimenti naribus ille-
 nuntur.
 Aut per instrumentum, quod in vxoꝝ me
 aicitur, inticiuntur.
 Aut sicca naribus insufflantur.

Ccccc 2

Gale-

Galenus de Caputpurgiis canonem ponit, quo hortatur, *semper à ienioribus inchoandum. & postremo ad fortiora confugiendum esse, si opus fuerit.* Nos obseruato hoc canone, hic formulas quasdam utilissimas & maxime necessarias, pluribusque morbis, quorum sedes potissimum in cerebro stabulatus, peculiare & accommodatas describimus.

Caputpurgium in 1. forma.

Caputpurgia siue errhina formæ liquidæ sunt ex aquis siue succis, aut decoctionibus radicum, herbarum & florum conuenientium.

Huic scopo maxime inseruiunt *aqua maiorana, saluis, rosmarini, betonica, hyssopi, pæonia*, aliæque cephalicæ, quarum vel binæ, vel plures inuicem mixtæ & repæfactæ, in nares infunduntur, quibus quarta vel sexta pars vini promptioris penetrationis ergo additur, hæc & similia errhina omnium sunt mitissima.

Ut validius attrahant, adde enarratis aquis succos depuratos *maiorana, anagallidis, syrupum stæchados, & oxymel scilliticum.*

Si opus fuerit maiori attractione & euacuatione, macera *radices cyclaminie, iridis*, ac vnum atque alterum *folium peti* resiccatum, pulueratum, & in nodulum inditum, & sic habebis insigne medicamentum, quod cerebrum à nubilositate & turbulentis vaporibus expediet: vertiginibus quoque, lethargis & epilepsis idem conueniet, additis horum affectuum specificis, sicut epilepsia: est *viscus quernus, radix pæonia, floristilia, &c.*

Hæc sunt formulæ liquidorum caputpurgiorum siue errhinorum, tam benignorum, quam mediocrium & fortissimorum.

Caputpurgium in 2. forma.

℞. Pulv. herb. absinthii
 Maiorana
 Morsus gallina
 Betonica.

Saluis
 Diptamni ana zj.
 Nigella.
 Ameos
 Ruta ana zj.

Trochise alhandal ℥iij.

Coquantur cum succo beta & mercurialis ad succorum consumptionem, dein incorporantur cum terebinthina, & fiunt nasalium ad longitudinem digiti & cordula ligata naribus indantur.

Caputpurgium 3, in forma liniamenti paratum.

℞. Pulv. flor. calendula:

Lavendula
 Tilia arboris ana zj.

Pulv. Sem. Pæonia

Nigella.

Silex montani ana zss.

Castorei ℥j.

Hellebori ℥j.

Piperis gr. vi.

Ligni aloes ℥ss.

Moschi

Ambra ana gr. vij.

Olei terebinthina

& cera q. s. ad fingendum liniamentum.

De hoc parum digito minimo, inde in profundissimum narium locum, & optatos in purgando cerebro effectus videbis. Est quoque aptissimum remedium ad vertigines, epilepsias, & ad ipsum repurgandum in infantibus ad hæc mala procliuius cerebrum, quod acidis & serosis humoribus plerunque obsidetur, ex quibus commemorata mala originem ducunt.

Caputpurgium aliud ad humores à capite in pectus defluentes reuellendos, & per nares expurgandos.

℞. Gummi ammoniaci zj.

Pyrethri subtilissime pulverizati
 ziiij.

Incor.

Incorporentur optime cum succo radicis iros in unguenti consistentiam. De hac mixtione parum baculi ad id aptati & extremi- tati impone, & in narium profunditatem immitte, & statim destillari videbis mag- nam aqua serosa quantitate.

In quarta forma errhinorum, qua per instrumentum, quod *ims. xviii* dicitur, apparantur, vt *supra*, si remedium liquidu profundius in nares iniici debet, ita vt nulla alia ratione validius attrahi possit. Ad eiusdem compositionem inseruiet aqua & decoctiones radicum, herbarum, seminum & florum huic scopo congruen- tium, vt iam *supra* diximus.

Supereft, vt loquamur de caputpurgis in consistencia sicca, nempe de puluerib. qui in nares penna vel simili instrumento insufflantur.

Huiusmodi remedia, licet in genere quidem inter caputpurgia annumeren- tur: in specie tamen sternutamentis pro- uocandis inseruiunt, idque semper ad ipsi- us natura imitationem.

Sicut enim sternutatio a natura secun- dum Galenum excitatur, siue per rarefa- ctionem aut fusionem humorum seroso- rum & aerium, qui in cerebro continen- tur, siue per vim natura; qua conatur rei- cere & expellere ea, qua naribus noxia & infesta sunt: Sic etiam ars excogitauit ster- nutamenti concitandi rationem, qua ipsi cerebro vacuando subuenit, idque medi- camentis, qua vel cerebrum calefaciunt, humores crassos & pituitosos in eodem sedem figentes incidunt & liquefaciunt, & sic aptiores expulsionioni & euacuationi reddunt: vel mordicant & vellicant nares, vel vtrunque simul efficiunt, & ea ratione sternutationem eliciunt. Vnde materia sternutatorioru plerunque est calida, sic- ca, acris, pungens, & omnino tenuium par- tium: Quorum aliquot formulas hic pro- ponere non abs re fuerit.

Pulu. sternutationem prouocans.

℥. Rad. Ireos

Fol. Maiorana ana ʒj.

Sem. Sinapis

Cubeborum

Caryophyllorum

Piperis albi ana ʒj.

Castorei ʒʒ.

Misce: fiat puluis, ex quo parum insus- flanturibus.

V E L :

℥. Pulueris rad. cyclaminis

Maiorana

Hyssopi ana ʒj.

Sem. Nigella

Pyrethri ana ʒj. ʒ.

Macis ʒj.

Hellebori albi ʒʒ.

Moschi gr. viij.

Misce, fiat puluis.

His addemus sternutatorium quoddam Martini Rulandi Med. peritissimi, in ipsius Centuriis descriptum, cui excellentissi- mos effectus author adscribit.

℥. Sem. Nigella

Hellebori albi ana ʒj.

Maiorana

Rosmarini

Salvia an. ʒʒ.

Moschi gr. ij.

Nos vtimur alia sternutatorii forma, qua non in nares insufflatur, vt puluis, qui possit eo, quod helleborum excipiat, facili- ter alias cerebrum offendere.

℥. Pyrethri ʒʒ.

Hellebori nigri ʒj.

Nasturtii ʒʒ.

Puluerentur & includantur in nodulo: maceretur nodulus in aqua rosarum & na- so admoueat subodorandus. Sternuta- mentum citra molestiam excitat, qua ratio caeteris multo securior est.

Auicennas quoque usurpat sternutato- rium quoddam vaporosum, paratum ex aceto fortissimo, in quo dissoluit parum castorei, cuius vapor in nares immisus sternutationem vehementissime pro- licit.

Ccccc ʒ. Non-

Nonnulli vsum horum remediorum auerfantes putant, per eadem humorum fluxum potius augeri, quam reuelli, nec iisdem nisi extrema urgente necessitate, & præmissis generalibus vacationibus vtuntur. Sed ipsi vt mea quidem fert opinio, grauius falluntur: quando quidem eiusmodi remedia in defluxionibus magnis suffocatiuis, & subito superuenientibus commode admodum & feliciter exhibentur. Natura enim canales siue ductus narium dicauit cerebri vacationi, quam ars ad ipsius imitationem promouet ita, vt aperto & libero transitu cursus serosorum humorum per eandem viam expediatur: & hoc modo reuellantur, ne in partes nobiles inferiores, thoracem nempe & ventriculum illabantur. Eadem remedia vtiliter quoque vsurpantur aduersus epilepsias, lethargos, caros, apoplexias, & similes affectus frigidos, vt scribit Gal. lib. de instrumento odoratus. & deinde Orib. lib. 10. c. 3.

Eorundem quoque vsus felici successu comperitur in vteri suffocatione, partu difficili, & secundæ retentione: sicut testes sunt Hippocr. & Galen. lib. 5. aphorif. aphor. 35. & 31.

Caputpurgia siue errhina enumerata non tantum purgant & euacuant cerebrum, sed sunt nonnulla alia, quæ conducunt etiam ad calidam eiusdem intemperiem tollendam, ad narium hæmorrhagiã siue sanguinis stillicidium sistendum: ad humores acres exulcerationi gignendæ aptos, temperandos: ad narium fetorem, & ipsum etiam polypum ibidem productum absque dolore consumendum. Sed de huius generis cunctis remediis specificis deinceps in tercia huius phamacopæ sectione fusius agemus, quo lectorem amandamus.

Et hæc Quercetanus de Errhinis.

ADDITIO VFFENBACHII.

Errhinum Eyereri.

℞. succor. ruta,

radic. irid.

nicotian.

aquar. maioran.

beta an. ʒ ʒ,

rad. cyclamin. ʒ ʒ,

Bulliant & exprimentur, addanturque ol. de piper gr. vii. Mi.

vel

℞. rad. pyrethr.

Sem. nigell.

agarc. in pecia ligat. an. ʒ i.

succor. anagallid.

nicotiana,

maiorana,

Vini albi an. ʒ i. bulliant & exprimentur.

Sternutamentum Rulandi.

℞. lolii

sem. nigell. nigr.

ellebor. albi an. ʒ i,

maioran.

rorismar.

salvia an. ʒ i. ʒ,

mosch. gran. vii. Mi. f. sternutamentum sec. ars.

Sternutationis prouocatio probata.

℞. piper. longi

euphorb.

castor. an. ʒ ʒ, Mi. f. puluis, cuius portiuncula vicibus pluribus iniciatur.

Sternutamentum infantum proffigat ocymum aridum tritum, cretum inque nares insufflatum.

Errhinum Pistorii.

℞. succor. irid. nostrat.

maioran. an. ʒ iij.

cyclaminis ʒ i.

elaterii gr. vii.

pulu.

pulu. pyrebr. ʒ ʒ,
mellis rosacei parum Mi. ad limentum
consistentiam.

**Errhinum in oris tortura. Horatii
Augenii.**

℞. fol. anagallid. sarulei floris, maioran.
an. M. j. terantur & affundantur vi-
ni albi opt.

aqua salvia an. ʒ j, deinde facta
expressione succus attrahatur in
nares: Eritque validius, si huic mi-
xturæ addiderimus rad. irid. con-
tusæ ʒ j.

Aliud validissimum Eiusdem ad idem.

℞. rad. cyclaminis. ʒ j,
iridis ʒ ij.
macerentur in succ. maioran. ʒ iij,
vini albi ʒ j,

Exprimatursuccus, in quo linteolum
contortum & oblongum intinctum nari-
bus inferatur.

**Aliud Errhinum Eiusdem torturam oris
spatio quinque dierum sa-
nans.**

℞. opopanax. gr. viij. macera in succi a-
nagallid. ʒ ij, cui adde olei irini vel
sambucini ʒ j. ʒ. Mi. f. limin.

CAP. XX.

**De apophlegmatismis & Eccle-
gmatis.**

Ordinis nostri ratio postulat, ut parti-
cularibus cerebri purgationibus,
quæ per nares procurantur, absolutis. nunc
de præfidiis, ad particularem quoque tam
cerebri, quam thoracis vacuationem ac-
commodatis, & per os exhibendis tracte-
mus.

Horum medicamentorum alia dicun-
tur apophlegmatismi, quos priuatim &
breuiter tanrum perstringemus: non e-

nim in iisdem multa explicanda viden-
tur.

Est igitur apophlegmatismus, ut nomi-
nis ratio & etymologia indicat Galenus-
que lib. 2. cap. 2. secundum locos docet, re-
medium, quod trahit & vacuat pituitam
& serosum humorem in cerebro collectum,
idque masticando: Vnde quidam barbaro
vocabulo vocant masticatorium.

Horum porro masticatorium alia mi-
nus, alia magis attrahunt humores.

Suntque vel simplicia, vel composita.

Masticatoria simplicia & minus attra-
hentia sunt mastiche sola, siue folia salvia,
aut lauri mane masticanda, & in ore pro-
be agitanda.

Vel cum mastiche pyrethrum miscetur,
vt sequitur.

℞. Mastiches
Pyrethri ana ʒ ʒ.

Adiecta cera fingantur morsuli auellanæ
magnitudinis, quæ manducantur, semper
expuendo per horam dimidiam: idq; per
quatuor aut plures dies.

**Fortiora & composita sunt, quæ
sequuntur.**

℞. Sem. Staphysagria
Eruca
Sinapis an ʒ ij.
Pulu. Flor. betonica
Hyssopi an. ʒ j.
Salis ammoniaci ʒ ʒ.
Pyrethri ʒ j.
Mastiches
& Cera q. s.

Fiant trochisci forma fabæ similes aut parua
auellana, ex quibus vnus teneatur in ore
leniter masticando, & continuo saliuam
expuendo, idque mane ieiunio ventricu-
lo: mirum in modum spurum prouocat, &
cerebrum à recrementis humidioribus
expurgat, & est ad vertiginem & e-
pilepsiam singulare præ-
fidium.

Mastica-

*Apophle-
gmatismus
quid.*

*Masticato-
rium.*

**Masticatorium diuulforium ad
paralyfim.**

℞. *Diatragacanthi calidi* ʒij.
Mastiches ʒ ss.
Staphysagria
Pyrethri
Granorum Parady
Zingiberis
Coffi ana ʒj.
Piperis longi
Caryophyllorum ana ʒj.
Pulu. rad. ireos
Turbith gummosi ana ʒ ss.

Dissoluantur cum syrupo de stoechade. & fiat masticatorium, de quo vtendum, vt supra.

Si pro delicatis masticatorium, quod os calore suo minus offendat, componere velis, hac via progredi oportet.

℞. *Rad. pyrethri in oxymelite macerata, oxyscanta & puluerata*
Staphysagria
Sacchari candi ana ʒ ss.

Excipiantur mucagine gummi tragacanthi. & fiat masticatorium.

Hæc particularia cerebri purgantia post generalem vacuationem demum administranda sunt: conferunt ad defluxionum reuulsionem, & potissimum iuxta sententiam Gal. ad omnes soporiferos affectus, ad dolorem & grauedinem capitis.

Observandū In horum medicamentorum vsu obseruandum est, ut os vtentis ad saliuam attrahendam semiapertum teneatur, & calidioris acriorisq; materia reliqua, quales ex fortiorum vsu plerumque in ore remanere solent, tollantur lotionem aqua tepida, hydromelitis, acetis rosati, aut lactis. Vide de his Orib. lib. 8. collect. c. 10.

Quibus nocent. Præterea sciendum est, vsum eorundem interdicitum esse iis, quibus inflammatio quædam circa fauces, palatum aut linguam, aut circa quamlibet oris particulam exorta est, vt scribit Galen. lib. 3. meth. c. 11.

Reliquum est, vt dicamus de masticatorii idoneis ad pulmones, & pectoris re-

gionem vacuandam: quæ quoniam non tam valida attrahendi & purgandi facultate pollent vt præcedentes, de quibus modo diximus, in numerum purgantium affatim sumptorum & vsurpatorum referri possunt: quandoquidem incidendo, attenuando, detergendo, vel incrassando irritant naturam, & eidem succurrunt ad reiectandas per sputum multas superfluitates excrementicias, quæ ipsi infestæ sunt & noxiæ: ac quoniam huiusmodi eiectiones superfluitatum thoracis & pulmonum naturaliter à ruffi prouocata Galeno sub particularibus euacuationibus comprehenduntur, remedia etiam arte procurata sub eadem classe comprehendendi posse videntur.

Hæc remedia veteribus dicta sunt *arteriaca*: recentioribus *bechica* & *eclegmata*: Arabibus *loch*, & *looch*, quod sensim lambendo deglutiantur. Distingui possunt in duas classes, vel in calefacientia, attenuantia, incidentia, detergentia humores frigidos, lentos, viscidos & crassos, qui thotacis cauo continentur, vel in refrigerantia, incrassantia & lenientia humores calidos, acres & tenues qui erosionum & exulcerationum auctores existunt. Vtriusque generis exempla petenda sunt ex Gal. lib. 7. secundum loca. Ex his porro duobus remedium generibus componitur vnum tertium, quod inter vtrūq; medium obtinet, attenuando & incrassando simul, quodque confert tam ad causam coniunctam, quam antecedentem, ad humorem nempe crassum, in pulmonibus iam collectum, qui incidendus & detergendus est, & ad tenuem, per asperam arteriam in pulmones influentem: qui incrassandus, quod breuiter exemplis illustrandum erit.

Eclegmata seu Loch incidentia detergentia sunt.

Looch è succo scyllæ simpl. Gal. compos. Mes.

Looch

Looch sanum & expertum Mes.

Looch è pino Mes.

Looch è praffio Pauli

Looch de eruo eiusdem Pauli

Looch de carthamo Mes.

Hæc omnia eclegmata de eorum sunt genere, quæ fortius attenuant deterguntque materiã crassam in thorace & pulmõnibus contentam. Tussientibus, asthmaticis & difficulter spirantibus, ob purulentæ lentæq; pituitæ copiam respirationis riam opprimentem auxiliantur.

Minus incidentia & detergen-
cia sunt.

Looch passulatum

Looch de sarfara seu tussilagine

Looch de canlibus Gerdonii

Looch è pulmone vulpis Mes.

Incrassantia fortiora sunt.

Looch è papauere

Diacodion simplex Gal.

Diacodion Ioan. Bapt. Montani.

Horum usus est in omnibus destillationibus è capite in asperam arteriã, ex perpetua tussi in somniũ parientibus. Tussi quinque etiam & gutturis asperitatiã tenui destillatione seu catarrho excitata auxiliantur: defluentes enim illos humores inspissant, mitigantque, excretioni præparant: febribus etiam ardentibus & pectoris inflammationibus interdum exhibentur.

Incrassantia leniora sunt,

Looch de psyllio

Looch de portulaca

Looch ex tragacantha.

Hęc ipsa ad sputum sanguinis commendantur. Posteriora duo partim ex rebus adstringentibus & stipticis composita, venarum rupturis constringendis & agglutinandis conueniunt.

Enumeratorum remediorum formulæ in ipsis auctoribus à nobis citatis, & in omnibus dispensatoriis siue antidotariis communibus inquirenda sunt. Nobis sufficiat de nostris tantum ea inferere, quæ non vulgaria sunt, & tamen præclate con-

ferunt asthmaticis, phthisicis, & aliis pulmonum grauissimis & pene incurabilibus affectibus.

Looch de Alchea Quercet.

℞. Rad. bismalua optime mundatarum lb. ℥. *℥. ii. aut quantum volueris;* bulliant in hydromelite communi ad sufficientem decoctionem, optime coctæ tundantur, & per setaceum traiciantur, de quarum magine accipe ℥ij.

Spec. Diatragacanthi

Diaireos ana ℥ij.

Sacchari candi

Penidiorum ana ℥℥.

Flor. Sulphuris optime preparatorum. ut infra docebimus ℥ij.

Syrup. capill. veneris

Tussilaginis ana q. s.

Omnia reducantur in formam Looch, de quo sæpius vtendum cum baculo de liquoritia.

Excellens est remedium contra omnẽ tussim inueteratam, siue à frigida, siue à calida orta sit causa; contra asthma, orthopnoeam & dispnoeam. aliosque pulmonum affectus; usus quoque eius est in maruranda pleuritide & sputo proliciendo, sicut horum præcipua curatio per anacathartim instituenda.

Looch passulatum Quercetani.

℞. Rad. Tussilaginis,

Liquiritia an. ℥ij.

Enula campana ℥℥.

Herb. Scabiosa

Capri.

Hyssopi ana m. j.

Flor. Tussilaginis.

Violarum

Buglossæ

Nymphaea ana p. ij.

Sem. Anisi ℥vj.

Coquantur in hydromelite simplici: de colatura clarificata cape lb. iij. in quibus decoque

D d d d Passu-

Passularum purgatar. à vinacis
lb. ss.

Iuiubarum

Sebest. an. ʒij.

Coquantur ad medietatis consumptionem: dein quamoptime pralo exprimantur, & addendo

Sacchari candi

Penidiorum an. ʒiiij.

Coquantur ad mellitam consistentiam: cui addat

Flor. sulphuris ʒb.

Misce, fiat Looch.

Ad enumeratos pulmonū affectus vtraque hæc looch plerumque offerre soleo: de quibus vtendum præcipio mane, à prandio circiter quartam, hora somni, & noctu primis vigiliis. Præstantissima medicamina sunt, ad illa, vt diximus, mala. Nullis enim laudibus satis prædicari possunt *flores sulphuris*, quos addimus, vt pote, qui verum pulmonum balsamum sunt, vt alibi in scriptis nostris iam diximus.

Ex commemoratis *floribus sulphuris* cū solo butyro quadam mucagine semina cisoniorū, bimalua aut lini permixtis, addendo quendam *syrup. capilli veneris, violarum, roris solis, aut iussilaginis*, ad eisdem usus, vt supra, bechicum siue looch parabis excellentissimum.

Ad phtisim & exulceratos siue purulentos pulmonum affectus, looch aliud paratu facillimum confici potest, quod potentissimum & summum esse auxilium sepe numero in pluribus optimo cum successu expertus sum.

ʒ. Syrup. de succo hedera terrestris, nostra descriptionis ʒij.

Flor. sulphuris q. s. ad reducenda omnia in looch.

De quo Empyicis exhibe quater in die, idque ad dies plures, & mira præstabis. Multos profecto desperatos & incurabiles ægrotos iam proclamatos, hoc eodem restitimus remedio.

Ad enarrati hedera terrestris syrupi vniuersas duas admiscere poteris guttulas 4. vel

sex rubini nostri sulphuris, cuius descriptio extat in nostra pharmacopœa spagirica, multis ab hinc annis à nobis edita, ex qua mixtione medicina securior & promptior in agendo aduersus eisdem affectus evadet.

Eodem modo balsamum, butyrum, lac dulce aut cremor sulphuris cum quodam syrupo mixta, aut per se exhibita, iisdem affectibus singulari & specifica proprietate profunt: quorum omnium preparationem paulo post docebimus. *Sulphur* enim vite præparatum verum est pulmonum balsamum, verum bechicum, verum looch sanum & expertum omnibus pulmonum affectibus aptum & salutare, quod admirandis suis virtutibus & effectibus looch illi sano, & ceteris omnibus, quotquot sunt bechica vulgaria, longe præferendum est.

C A P. XXI.

De Confectionibus aromaticis seu speciebus & pulueribus roborantibus tabellis & trochiscis.

Satis abunde hæctenus tractatum est de præparantibus, purgantibus seu vacuantibus, nec nō de reuellentibus & deriuantibus remediis: ordinis ratio exposcit, vt nūc dicamus de iis, quæ facultatibus partium nobilium, animalibus nempe, vitalibus, & nutritioni dicatis, roborandis siue confortandis apta & idonea sunt: nec non de iis, quæ afflictorum partium malignam qualitatem siue intemperiem corrigunt, & variis earundem symptomatis siue accidentibus præter naturam succurrunt ac opitulantur. His autem curationum indicationibus diuersa inferuiunt medicamentorum genera, veluti sunt

1. *Confectiones aromaticæ, species siue pulueres cordiales.*
2. *Trochisci*
3. *Tabella*

4. *Con-*

Flores sulphuris verū pulmonum balsamum.

Ad phtisim & ulcera pulmonum.

- 4. *Opiata*
- 5. *Condita*
- 6. *Conferua*
- 7. *Omni generis antidoti.*

Ut igitur primæ sectioni nostræ pharmacopœæ colophonem siue finem imponamus: de his tantum enarratis remediis generibus, quæque ex iis maxime necessaria videntur, siue ad vulgarem normam, siue per chymicum artificium sint præparata, adhuc nobis dicendum restat: exordio sumpto à confectionibus aromaticis, quarum alia calida sunt, alia frigida, alia temperata.

- | | | |
|--------------------------|---|---|
| Calida sunt | } | <i>Aromaticum Caryophyll. Mes.</i> |
| | | <i>Aromaticum rosatum Gabrielis</i> |
| | | <i>Diamargarit. cal. Auicenna</i> |
| | | <i>Lætificans Rhasis</i> |
| | | <i>Diambra Mes.</i> |
| | | <i>Diamoschum dulce Mes.</i> |
| | | <i>Confectio cordialis Alexandr. Bened.</i> |
| | | <i>Conf. cor. descripta à Fusch. 2. compos. med. sect. 4.</i> |
| | | <i>Diacalamentum Gal.</i> |
| | | <i>Diacinnamomum Mes.</i> |
| | | <i>Dianthos Nicol.</i> |
| | | <i>Diagalanga Mes.</i> |
| | | <i>Diahyssopum Mes.</i> |
| | | <i>Diaris Nicol.</i> |
| | | <i>Diatriopipereon Mes.</i> |
| <i>Diacuminum Nicol.</i> | | |
| <i>Diaprasium Nicol.</i> | | |
| <i>Diaxyloaloes Mes.</i> | | |
| Frigida | } | <i>Rosata Nouella</i> |
| | | <i>Diamargarit. frigid.</i> |
| | | <i>Diatragacant. frigid.</i> |
| Temperata | } | <i>Diapenidium</i> |
| | | <i>Diatriasantalum</i> |
| | | <i>Diarrhodon Abbatis</i> |
| | | <i>Diacurcuma</i> |
| | | <i>Dialacca maior.</i> |

Hæ sunt confectiones aromaticæ, quæ maxime in usu esse solent, quarum compositionum formulæ adeo sunt communes, ut in omnibus dispensatoriis descriptæ repe-

riantur. Nobis hic satis erit, singularum tantum proprietates & facultates ordine explicare: ubi videre licebit, alias peculiariter conuenire capitibus affectibus: alias pulmonum & thoracis, ventriculi, hepatis, lienis, renum, vteri, aliarumque corporis humani partium morbis.

Aromaticum caryophyllatum præcipuum & singulare roborans est cordis & ventriculi: confert & nauseam & vomitum: partes nutritioni famulantes à putredine præseruat, & ventos flatusque mirifice dissipat.

Aromatici caryophyllati vires.

Aromaticum rosatum auxiliatur imbecillitati ventriculi, iuuat concoctionem, stimulat appetitum, & imprimis iis aptum est, quibus ex longo quodam morbo calor naturalis labefactatus etiamnum post morbum euictum languescit.

Aromatici rosati.

Diamargaritum calidum Auicennæ vitale perhibetur aduersus omnes lipothymias, syncopes & cordis deliquia, & breuiter omnes vires collapsas reparat & instaurat: prodest suffocationi matricis, asthmaticis, tabidus; ad cruditates item & imbecillitates ventriculi conducit.

Diamargaritici calidi.

Electuarium lætificans Rhasis valet ad palpitationem cordis: ad omnes melancholice hypochondriacæ species, & quia lætitiæ & hilaritatem adfert, lætificans appellatum est. Falluntur autem ii, qui huius descriptionis auctorem Galenum fuisse opinantur, & idcirco id nominant lætificans Galeni, sicut alibi quoque monuimus.

Electuarij lætificantis.

Diambra & *diamoschum dulce*, vtrique à Mesuæo descripta, item conf. cordiales tum Alexandr. Bened. tum Fuschii inter pulueres & confectiones, cordi sunt omnium maxime amicæ & salutare, & iisdem fere effectibus ac energiis præditæ, laudantur aduersus pestilentes omnes affectus, frigidosque cerebri morbos, paralyses, vertigines, epilepsias, conuulsiones, melancholias: recreant insuper & instaurant facultatem maxime vitalem, roborantque ventriculum, aliasque partes nutritioni ancillantes.

Diambra & diamoschi dulcis.

Diacalamenti.

Diacalamentum Galeni conducit omnibus thoracis & ventriculi affectibus à cruditatibus & causa frigida ortis: mirum in modum attenuat omnes crassos & tartareos humores: dissipat omnes ventos: succurrit febre quartana laborantibus: tandemque menses & urinam mouet.

Diacinnamomi & Dianthi & diagalanga.

Diacinnamomum Mesuai, Dianthos Nicol. & *Diagalanga* Mesuai sunt compositiones, quæ ob singularem consensum iisdem vsibus adaptantur, omnibus nempe frigidis inseruiunt affectionibus, intemperiei cerebri, ventriculi, & cæterarum nutritionis partium: concoctionem iuuant: cardiacis item & cordis deliquis subueniunt, & vires exhaustas mirifice reficiunt.

Diabyssopi, Diatragacanthi & diatris.

Diabyssopum Mesuai, Diatragacanthum calidum Nicol. & *Diatris Salomonis Nicolai*, magna quoque compositionis societate inuicem cõueniunt: omnibus etiam pulmonum affectibus, ab humoribus frigidis & viscosis subortis opem ferunt, qualis asthmatum & tussium inueteratarum conditio plerumque esse solet.

Diazingib. & Diatriopipereon.

Diazingiber Nicolai & Diatriopipereon Mesuai, cruditatibus, ventis & imbecillitatibus ventriculi opitulantur, attenuant & incidunt humores mucilaginosos tunicis ventriculis adhærescentes, aliusque radices agentes. Vnde feliciter in febre quartana post generales euacuationes præscribuntur.

Diacumini & Dianisi.

Diacuminum & Dianisum Nicolai & Mesuai eiusdem ambo compositionis ferre, flatibus ventriculi, à crassis & pituitosis humoribus procreatis discutiendis aptissima sunt.

Diatthamari.

Diatthamarum Nicolai, asthmaticis, tussibus & anhelosis, renumque porro imbecillitati optime conuenit.

Diaprasii.

Diaprasium Nicolai peculiariter inseruit ad omnes defluxiones tussim excitantes; ad omnia item asthmata & dispnceas.

Diaxyloaloes.

Diaxyloaloes Mesuai exhibetur ad queuis ventriculi incommoda à crudita-

te prouata: quin etiam illud idoneum est ad vermes & corruptos humores ex eodem expellendos, digestionem iuuat, & hominis animum exhilarat.

Rosata nouella Nicolai facultatem habet vomitum inhibendi: confert etiam ad imbecillitates ventriculi, & lipothymias siue cordis deliquia, & vires debiles à diuturno morbo contractas in solidum instaurat.

Rosata nouella.

Diamargaritum frigidum Nicolai in omnibus febribus ardentibus & pestilentibus ad cor & facultatem vitalem recreandam summopere commendatur.

Diamargariti frigidum.

Diapenidium & diatragacanthum à Nicolao descripta ad omnes calidos & acres pulmonum affectus ad tussim ab humore falso & seroso prouocatam, ad anacathartism & expectorationem pleuriticis & peripneumoniacis promouendam commode offeruntur.

Diapenidium & Diatragacanthi.

Diatriasantalum & diarrhodon Abbatum idonea sunt ad omnes viscerum nutritioni inseruientium, intemperies calidas contemperandas, conducunt ictero, oppilationi hepatis & lienis, aliisque calidis eorundem viscerum affectibus, quæ simul etiam vna eademque opera corroborant.

Diatriasantalum & diarrhodon.

Dialacca maior & diacurcuma siue *diacrocum Mesuai* similes habent proprietates, sicut & eorundem descriptiones parum à se inuicem differunt: in frigidis partium nutritioni dicatarum intemperiebus ad eorundem obstructiones & durities referendas exhibentur, ubi eadem opera simul roborant hepar & lienem, & idcirco omnibus cachexiis & hydropisibus prosunt: non parum etiam ad urinam proliciendam apta sunt.

Dialacca maioris & diacurcuma.

Hactenus de viribus & proprietatibus enumeratorum puluerum sat dictum, quorum descriptionum formulæ petendæ sunt ex antidotariis, in quibus omnes

ex ve-

ex veterum scriptis translata & congesta
reperiuntur. Non enim opera pretium
me fecisse arbitror, si in illis denuo huc
transcribendis desudaro. Veruntamen
sicut supra pulueres quosdam purgantes,
qui non sunt vulgares, descripsimus, ita
hic opus nostrum decorare placet confe-
ctionibus, siue pulueribus quibusdam
cordialibus specificis ad plures affectus,
qui vel nostrae sunt descriptionis, vel ali-
unde nobis à doctis viris communicati,
multaque experientia comprobati, digni
sunt, qui in lucem publicam prodeant.

**Tragea ad frigidos omnes capitis
affectus.**

℥. Pulu. Rad. acori ʒ vi.
Coralli preparati ʒ ij.
Pulu. Flor. Calendula
Betonica
Stachados
Anthos ana ʒ ij.
Coriandri preparati
Nucis moschata
Cinnamomi ana ʒ h.
Sem. Anisi
Foeniculi dulcis
Poenia
Sileris montani ana ʒ iij.

Cardamomi

Caryophyllorum ana ʒ j.

Sacchar. anthosati q. suff.

Vt fiat puluis gustui gratus: dosis semi-
cochleare argeoteum, mane.

Qui ob cerebrum plus a quo humidum
& uabilosum plerumque existunt torpi-
pidi, legnes & obliuiosi: qui porro apople-
xia, paralyti & sopiferis aliis affectibus
sunt obnoxii, praemissa purgatione cum
pilulis cephalicis & congruis, singulis ma-
tutinis vtantur praedicto puluere, id-
que ad dies plures, & non exi-
guum mali leuamen per-
cipient.

**Tragea capitale Langii contra
vertiginem & apople-
xiam.**

℥. Maiorana
Betonica
Salvia
Rosmarini
Lauendula
Melissa
Stachados ana ʒ j.
Nucis moschata
Cinnamomi
Coriandri prep. an. ʒ iij.
Cubeborum
Cardamomi
Galanga
Piperis longi
Sem. Gallitrichi
Gram. Poenia an. ʒ j.
Caryophyllorum
Macis
Zedoaria
Zingiberis
Foeniculi
Carpobalsami
Xyloaloes ana ʒ h.
Sacchari lb. j. misce, fiat puluis.

**Tragea ad vertiginem exper-
tum, Cratonis.**

℥. Cinabri non factitii, sed mineralis
veri ʒ h.
Coralli rubri preparati
Margaritarum preparatarum ana
ʒ ij.
Croci ʒ j.
Fol. aurinum. xv.

Omnia terantur subtilissime supra mar-
more, & misceantur: dosis gran. x. xij. vel
xvj. cum aqua lili conual. prouocat sudo-
res. Excellens est, & multo vsu comproba-
tum remedium contra vertiginem.

Ad eundem affectum remedium para-
tum.

Dddd 3 tusa

tu facillimum occurrit, cuius usu vir quidam magnæ auctoritatis, & de tota Gallia perquam optime meritus, à graui quadã vertigine scotomaria feliciter restitutus fuit. Paratur autem ex *stercore pannonis masculi, pro maribus, quod sic candum & puluerizandum, dein maceretur de eo drachma una per noctem integram in vino albo: omnia per linteam traiecta* exhibeantur vertiginoso, idque continenter à nouilunio usque ad plenilunium, aut etiam amplius, si opus fuerit. Huius remedii auctor est quidam rusticus, qui ex hac cura singularem laudem & honorem præ multis alius clarissimis Medicis reportauit. Vnde colligere licet, *medicina perfectionem tam exquisitam non esse, quin in ea in dies quid addiscere, vel à minimo & abiectissimo quouis homine opus habeamus.*

Tragea antepileptica Querc.

℞. *Essentia Corallorum*
Margaritarum ana ℥ iij.
Vngula Alcu vera
Vnicornu an. ʒ ℥.
Salis cranii humani ʒ. i. ℥.
Pulu. Flor. liliorum conuall.
Calendula
Tilia arboris
Anthos ana ℥. j. ℥.
Sem. Pœonia,
Ruta,
Visci querni an. ℥. ij.
Lapidis bezoardici veri
Ambra grisea ana ℥. j.
Cinnamomi
Cardamomi
Ligni aloes an. ʒ. j.
Cassiphora ℥. ℥.
Sacchari anthosati q. suff.

Epilepticus post generalem & congruentem vacationem huius trageæ capiat semicochlear, continuando per integrum mensem: qua sumpta, statim vnam atq; al-

teram vnciam nostræ aquæ antepilepticæ supra capite Decoctorum descriptæ, superbibat: moxque sudet, & in cæteris bona victus ratione vtatur.

Tragea ad omnes pectoris affectus.

℞. *Spec. Diatireos*
Diatragacanthi frigidi an. ʒ. j. ℥.
Pulu. Rad. vngula caballina
Summitatum hyssopi
Sem. Vrtica an. ℥. iij.
Pulmonis vulpis preparati ʒ. ℥.
Flor. Sulphuris optime preparatorum ʒ. j. ℥.
Essentia margaritarum
Coralli an. ʒ. j.
Sacchari violati q. s. misce, fiat puluis, vel si uelis, elect. uel tab. concinnabis.

Excellentissimus est puluis aduersus omnes pulmonum affectus, & ipsum etiam asthma, & spirandi difficultatem: efficax est præterea ad tussim inueteratam, & ipsam etiam phthysim ac ulcera pulmonum.

Tragea antipleuritica.

℞. *Salis prunella (quem anodynum minerale vocant veri Chymici)*
ʒ. ij.
Pulu. Flor. papaueris rheadis
Coralli rubri ana ʒ. j.
Sacchari violati ʒ. ℥.

Reducantur in puluerem: dosis ʒ. ij. superbibendo parum aquæ papaueris rheadis vel cardui benedicti. Singulare remedium ad pleurisin, cuius eximios effectus ipsis oculis multoties vidi.

* * *

Pul-

Puluis ad omnes ventriculi affe-
ctus mirabilis.℞. Pulv. Rad. Aronis preparata, ut do-
cebitur ʒ ij.Rad. Acori vulgi
Pimpinella ana ʒ ij.

Oculorum cancri ʒ. ℞.

Cinnamomi ʒ iij.

Salis Absynthii ʒ.

Iuniperi an. ʒ. j.

Sacchari rosati q. suff.

Conficiatur puluis gustui gratus.

C A V T I O.

Tanta est ventriculi affinitas & conspi-
ratio cum reliquis totius corporis parti-
bus, ut ex eius vel minimo errore ceteræ
particulæ statim in consensum trahantur,
& ita infinita propemodum mala procre-
entur: hinc vitiorum ventriculi mædela
complectitur simul plurium aliorum affe-
ctuum medicationem. Occasionem ho-
rum, quæ dico, mihi præbet admiranda
huius pulueris efficacia, qui licet paratu
sit facillimus, nec ex numerosa ingredi-
entium aut aromatum multitudine præ-
paretur; exhibetur tamen non tantum ad
ventriculum corroborandum, cui proprie
conuenit, sed etiam ad capitis affectus, ad
hemieranias acutissimas, vertiginem, me-
lancholiam hypochondriacam, cachexi-
am & similes. Ad calculum quoque & fe-
brem quartanam porrigitur: habet enim
facultatem deoppilandi hepar, lienem
& totum mesenterium, & dissoluendi ac
liquefaciendi tartarum glutinosum, qui
plurimorum morborum causa existit, cui
negotio peculiariter inferuit sal pungens
& piperinum, quem Aronis radix, quæ
huius medicamenti basis est & funda-
mentum, ac redine & mordacitate sua sa-
tis repræsentat. Id mihi communicatum
fuit à D. Birckmanno Medico excellen-

tissimo, cuius iam honorificam alibi men-
tionem fecimus. Is singulis annis parabat
huius pulueris plusquam sexaginta aut o-
ctuaginta libras: tanti eum faciebat ad
medicinæ usum, ut & eidem locum daret
inter secreta sua medica, quorum summa
abundantia is tanquam vnus primario-
rum Medicorum sui seculi diffuebat.

Preparatio radice Aronis.

Colligenda est hæc radix, dum vix inter
dumeta germinare incipit, ac antequam e-
ius virtus in folia se dispergat, mundanda
optime & lauanda: postea in orbiculos disse-
ctâ infundatur cum vino albo, & macere-
tur in loco frigido per 24. horas, vino duobus
digitis transversis supernatante: enumera-
tis horis elapsis, effundatur vinum & sepa-
retur per inclinationem: & rursus affun-
ditur nouum vinum album, repetita adhuc
maceratione eadem per 12. horas, ut nimis
acrimonia & vis pungens eiusdem salis aro-
nici mitigetur, qua alias tangere manus
bullas sive pustulas inducit easq; exulcerat.
Sed in eo tamen acri sale latet visilla dis-
soluens, quæ vero artificio inde eruenda
est, hoc est, adeo dulcanda est, ut amplius
linguam non pungat, acrius ac ipsum pi-
per, citra vllam exulcerationem, idque ex
gusto facile percipitur. Radix itaque post
macerationem resiccatetur ad ignem lentum,
in furno videlicet, in quo panificia modo co-
ctâ fuerint, dein reeducatur in puluerem ad
eundem usum, ut supra.

Ut eximie huius radice virtutes clari-
us patefiant obiter tantum hic addo, ex
ea mundata & in rotulas, citra cultrum ta-
men ferreum, dissecta, & in vmbra resic-
cata, ne quid de sale eiusdem pereat, pul-
uerem confici, qui verus domitor & ex-
pulsor est veneni arsenicalis cancri, si præ-
sertim ipsi parum arsenici fixi admiscea-
tur. De quo fusius dicitur in secunda
sektione huius operis, vbi de ex-
ternis remediis tracta-
bimus.

Tragea

Melanchol.
Hypochond.

Pulv. D.

Tragea ad effectus hepatis.

℞. Coralli rubri præp.

Spodii

Spec Diatragacanthi ana ʒij

Pulueris hepatica

Sem. Acetosa

Porulaca

Berberis an. ʒj.

Croci martis optime præparati ʒij ʒ.

Croci ex oleo sulphuris parati, ut docebitur ʒij.

Conserua ros. è succis, vel sacchari rosati q̄ libuerit.

Misce fiat puluis: dosis ʒj.

Hic puluis est admirabilis contra omnes obstructiones, imbecillitates & intemperies hepatis, cui pristinum robur reparat: singularis porro aduersus omnes fluxus hepaticos & dysentericos, nec vix vllum prætereā contra cachexias, hydro-pises, icteros, præstantius reperitur remedium: sumpto puluere, post horam bibendum est iusculum.

Nos infra capite de Extractis, docebimus quoque chymicas aliquot præparaciones, inter quas dabimus, tum croci martis, tum croci olei acidi sulphuris, præparandis modum, nempe dictum oleum in puluerem & crocum conuertendi, qui verum crocum martis repræsenta-bit: at illius vires multo superabit interuallo.

Puluis ex stercore pa-nonis ad vertiginem.

Quemadmodum supra contra vertiginem facillimam puluis ex stercore pauonis præparacionem tradidimus: eodem modo quoque alios pulueres ex aliorum animalium excrementis præparandos hic in medium proferemus, qui pluribus diuersis affectibus erunt idonei & aptissimi. Hæc quidem remedia quantumuis facili & simplici artificio, vel à quouis idiota parari queunt: multo tamen certio-

ribus & præstantioribus effectis sese prædunt, in pluribus curandis morbis, quam varii illi pulueres aromatici, qui iuxta longas & tædiofas receptarum, vt vocant descriptiones, scrupulose nimis fabrefacti, in theculis deauratis ad pompam potius, quam ad verum aliquem vsum adseruantur.

Tragea ad icterum, ex stercore anserculi.

Horum remedium vnum paratur ex anserculi, qui veris tempore herbis pacitur, stercore seu excremento: hoc collectum, & in sole vel alio loco moderate calido exsiccatum, puluerizandum est, de quo puluere exhibeatur ʒ. ʒ. vel ʒ. j. si malum inueteratum fuerit, vel per se, vel cum vino albo. Non est morbus aurignolus, quin hoc medicamine perfecte eradiceretur & euellatur, idque in tertia vel quarta eiusdem exhibitio: huic pulueri addere poteris cinnamomi, & sacchari ad libitum.

Ad idem.

Summum & certissimum ad eandem icteritiam medicamentum est pullorum gallinaceorum, vel gallinarum excrementum album, seorsim collectum, de cuius puluere mane exhibe ʒ. ʒ. & continuando 4. vel 5. matutinis mira percipies. Idem puluis sumitur ad calculi contritionem & expulsionem, & vrinæ suppressionem.

C A V T I O.

Nullus hic miretur summos nec incertos effectus, quos eiusmodi auium aliorumque animalium excrementa in prædictis morbis edomandis ostendant. Excrementa enim horum aereorum animalium, quorum natura est calidissima, tota sunt

Cur excre-
menta harū
& aliarum
avium talia
praesent.

sunt nitrosulphurea, cuiusmodi quoque est columbarum stercus, è quo copiosa nitri quantitas educitur, sicuti alibi enotauimus. Vnde enarrata hæc excrementa mirificam habent incidendi, attenuandi & dissoluendi facultatem, viresque simplicium, quibus animalia illa nutriuntur, præseruant, quæ in quintas quasi essentias, per digestionem & concoctionem, in horum aereorum animalium ventribus conuertuntur, hinc tam efficaci operandi energia, ad plures & diuersos morbos excindendos excellit. Camillus à Camillis, Medicus Genuensis celeberrimus, cuius antea à nobis facta fuit mentio, asserbat, coturnicum helleboro vescentium, (quod ipsis, vt quidam scribunt, in alimentum cedit) excrementa singulari proprietate quadam conferre epileptis, quod tamen ipse non expertus sum, sed hæc in medium allatis, tantum aliis politiori & exquisitiori ingenio præditis occasionem præbere volo, vt natura & conditione singulorum alimentorum, quibus & Pauones, & Anserculi, & Gallinæ pascuntur & nutriuntur, philosophica & acuta meditatione penitus examinatis & cognititis, tantorum effectuum ab his excrementis productorum causam & rationem facilius comprehendant.

Tragea splenitica.

℞. Pulueris rad. aronis, vt supra præparata ʒss.
Carpobalsami
Xylobalsami
Zedoaria an. ʒj.
Pulv. Florum geniste,
Sem. Nasturtij
Eruca,
Cardui benedicti,
Fœniculi,
Anisi an. ʒjss.
Caryophyllorum
Zingiberis

Cubearum an. ʒss.

Cinnamomi ʒj.

Salis Tamarisci

Fraxini

Ceterach an. ʒiij.

Sacchari anthosati ad pondus omnium.

Misce, fiat puluis. Dosis duo cochlearia argentea, conducit ad obstructions & scirrhosas durities lienis, & cæteros affectus inde promanantes.

Tragea antinephritica & ad colicam passionem.

℞. Tunica interioris ventriculi gallinae,
& stercoris albi eiusdem ana
ʒ. ss.

Pulueris pelliculae interioris, qua in
putaminibus ouorum reperitur
ʒ. ij. ss.

Herniaria

Cinnamomi an. ʒiij.

Nucleorum mespillorum ʒj.

Sem. Fœniculi

Anisi an. ʒj.

Reducantur in puluerem tenuissimum & misceantur: dosis ʒss. vel ʒj. ad summum cum vino albo.

Certiores & multo efficaciore huius pulueris effectus percipies, in atterendo & expellendo calculo, iis, quos alii plures de milio solis simpl. speciebus electuarii lithontribon Iustini, de cicadis, de lepore combusto & similes vulgares ad calculum comminuendum usurpati prodere solent. Nos descripsimus quidem alibi, in consilio nostro de calculo, varios pulueres antinephriticos, sed præcedenti huic præ aliis tribuimus præstantiæ palmam.

Tragea histerica.

℞. Cassia lignea
Calami aromatici an. ʒss.
Sem. Agni casti

Ecce Pastina-

*Pastinaca**Ruta**Paeonia**Anisi**Feniculi an. ʒij.**Cardamomi**Macis**Cinnamomi**Caryophyllorum an. ʒj.**Facula bryonia ʒʒʒ.**Sacchari anthosati ad pondus omnium.*

Misce, fiat pulvis. Dosis ʒ. j. ʒ. Prodest albo mulierum fluori & vteri suffocationi.

Solum semen pastinacae domesticae exsiccatum pulverizatum, ad ʒ. ʒ. cum paucio vino, vel quadam aqua congrua hysterica, exhibitum, peculiare quoque est & specificum medicamentum ad eandem vteri suffocationem.

Tragea granorum aëtes ad dysenteriam.

Exprimatur succus baccarum sambuci maturarum, tempore videlicet autumnii. Ex quo succo & farina secalina conficiatur pasta siue massa optime elaborata, ex qua fermentur exigui panes, qui in furno ad biscotti duritiem coquantur, adeo, ut in pulverem tenuissimum redigi queant: qui pulvis cum eodem succo iterum imbibatur, omnia quo denuo reducantur in pastam, qua in biscotti forma coquatur in furno: itaque tertio repetatur. Postremo omnibus probe coctis & ressecatis, fiat pulvis subtilissimus, qui longissimo tempore adseruabitur: Specificum est arcanum aduersus dysenterias. De eo accipe ʒ. j. & nucis moschatæ tantundem, mixtis simul omnibus cum ouo parum cocto incorporentur: & sic omnia sorbenda exhibeantur, vel misceantur cum aqua nostræ dysentericæ supra descriptæ suffic. quantitate, & propinentur.

Hoc remedium appellamus *trageam granorum aëtes*, quo nomine vocabatur is, qui id nobis communicauit, nempe D. VVolfius vir doctissimus, inclytæ academix Marpurgensis professor celeberrimus, & illustrissimi principis Landgraviæ Hassiæ Medicus ordinarius, cui & alii duobus eiusdem collegis, D. mirum Mosano, & D. Hartmanno, viris celeberrimis & Medicis quoque ordinariis eiusdem illustrissimi Principis, adhuc alia plura medica secreta, rara & præclara accepta ferimus: quorum auctoritate huic operi nostro maiorem gratiam & ornamentum conciliare volumus, idque ob summam illorum erga me beneuolentiam, & singularem fraternumque vicissim meum erga eosdem affectum.

Tragea ad bronchoceleum.

℞. Spongiarum vel excrescentiarum spongiosarum, quales in cynosbatis nasci solent ʒ. ij.

Spongia marina tantundem.

Ha spongia simul reducantur in cineres, vt artis est.

℞. Cinerum harum spongiarum ʒj.

Cinerum charta leucophea combusta ʒj.

Cinnamomi ʒʒʒ.

Coralli rubri pulverizati ʒʒʒ.

Misce omnia inuicem, & fiat pulvis. Certissimum & præstantissimum est remedium ad bronchoceleum. Et licet hoc malum commune sit tantum certorum locorum incolis, vt Morianis in montibus Sabaudia inhabitantibus: nihilominus tamen & plures alibi reperiuntur, puella præfertim, quas molestus ille gutturis tumor plane deformes reddit: subus hoc solo remedio, tanquam optime comprobato, indubie subueniri potest: vnde illud nolui publicæ utilitatis ergo reticere.

Modus vtendi est, vt enarratum puluerem ad ʒ. j. ʒ. vel ʒ. ij. vel amplius, si velis, iniicias.

Gutturis tumor.

v. s. s.

inicias in lagenam, vino albo repletam, & ad dies duos vel tres maceres, antequam eo utaris. Eligat autem æger tempus plenilunii, & quando luna decrefcere incipit, de dicto vino bibat ʒ. ij. vel iij. fingulis matutinis continuando, donec luna amplius decrefcatur, sed crefcere incipiat. Vbi delistendum, vsque ad alterum plenilunium, & luna decrefcente, vini istius vsus iterum per 15. dies repetendus est, si forte prima vice non integre curatus esset. Et sicut luna decrefcit, ita tumor paulatim de die in diem imminuetur & absumetur.

Sed prius vtendum erit aliquo purgante eadem affectui congruo, cui instituto medicamenta ex Mercurio parata omnium sunt accommodatissima.

Puluis ad omnes herniæ species, & ipsam enterocelelem.

℥. Pulv. rad. consolidæ maioris ʒss.
herniaria ʒj.
Spongiarum, cynosbatis adnascen-
tium ʒij.
Essentia coralli
Essentia perlarum an. ʒij.
Magisterii lapidum hamatiis ʒiij.
Spodij
Terra sigillata an. ʒij.
Cinnamomi
Fœniculi dulcis an. ʒj.
Sacchari rosati ad lubitum, fiat
puluis

De quo vtatur herniosus mane ad pluresculos dies: non neglectis interim perperuis & commodis ligamentis, ac præsertim balsamo diakibric. nostro, summe igneo exsiccante, ac partes membranofas præhumidas & relaxatas contrahente.

C A V T I O.

Hoc pulvere multis experimentis comprobato, graues admodum herniæ sæpe numero sanatæ sunt. Communicatus est mihi à D. Genandio viro celeberrimo &

Medico Ducis Sabaudia primario. Herniaria, quæ præcipuis huius pulueris ingredientibus annumeratur, non citra rationem ita appellata fuit: eximios enim & singulares effectus in hisce abigendis malis prodit. Idem Genandius cum cibo quoque offerebat eiusdem herniariæ puluerem, ipsi que pani admiscebat. Eadem herba conducit etiam ad calculum.

Possemus quidem in pharmacopœæ nostræ decorationem huius generis pluram hic introducere remedia: sed benevolus lector contentus erit his hæctenus enarratis trageis, siue pulueribus roborantibus, & ad plures affectus comparatis, quos prisco-rum confectio-num aromaticarum catalogo annexos æqui bonique consulat.

Vt enumerati pulueres aromatici, nec non alii, gustui fiant gratiores, in electuaria solida vel tabellas, vt vocant, effinguntur, idque cum saccharo in aqua aliqua conueniente prius dissoluto & perfecte cocto, cuius octo vel decem vnciis additur vncia vna pulueris, omnes simul decoquendo & commiscendo, vt artis est. Eodem modo parantur tabellæ diatriasantali, aromatici rosati, & reliquæ huius generis omnes, quæ iisdem medendis scopis, quibus earundem confectio-nes siue pulueres inseruiunt.

Ex iisdem pulueribus formantur quoque varii generis trochisci, vt appellantur, diuersis curationum indicationibus apti.

Ex pulueribus purgatiuis, de quibus supra nobis sermo fuit, finguntur trochisci albandal, de rhabarbaro, de agarico, & similes alii.

Ex confectio-nibus roborantibus etiam varii trochisci, pro variis intentionibus curatiuis, quibus illæ inseruiunt, componuntur.

Horum alii dicuntur *incoagulati*, id est, adstringentes, vt sunt trochisci

De spodio
De terra sigillata
De Karabe
Ramich

Alii corroborant partes nobiles, vt caput roborant trochisci de gallia moschata.

¶¶¶¶ 2 Pectus

Quomodo
dicti pulue-
res gustui
fiant gra-
tiores.

Quomodo
ex pulueri-
bus confici-
antur ta-
bella.

Pe&us, trochisci bechici albi, nigri.

Ventriculum plus equo calidum, trochisci de camphora & diarrhodon.

Fiunt præterea ex iis confectionibus, quas visceribus deoppilandis aptas diximus, trochisci, qui iisdem visibus adaptantur, quique Græcis appellantur *επιφλοισμα*.

Ad hepatis obstructionem idonei sunt trochisci.

De Rhabarbaro

De Absinthio

De Eupatorio

De Lacca.

Ad lineis trochisci de caparibus.

Ad renum vero oppilationem conferunt trochisci de haliacabo.

Vterum peculiariter spectant trochisci de myrrha.

Horum alii plures occurrunt, sed præcipuos, qui maxime in usu sunt, hic enumerasse sufficit, qui plures volet, videat *sect. 8. Antidotarii Mesuæi.*

CAP. XXII.

De conditis, opiatis & conferuis.

Conditi duplex significatio.

VOCABULVM conditi duplici significatione in medicina accipitur, angusta videlicet & lata. In prima significatione denotat compositionem quandam, ex speciebus siue pulueribus roborantibus & conferuis, affectibus, quos edomare volles, congruis paratam, idque in forma pulueris gummosi, qui cochleari argenteo potrigitur, huncque Medici moderni proprie dicunt conditum.

In altera vero lata & generali significatione sumitur pro quouis remedio, quod saccharo vel melle conditur, siue sint fructus, siue radices aut flores, ut gustum acquirant suauiore, & conseruationi diuturniori aptiores fiant. Vnde & ipsæ conseruæ hæc ratio ne inter condita annu-

rantur. De his vide Mesuzum *sect. prima, sui Antidotarii.*

Opiatæ eodem modo componuntur ex dictis conseruis, & diuersis pulueribus, qui variis indicationum scopis Medico propositis accommodantur: sed illarum consistentia quodammodo mollior est: ad quam causam ipsis aliquot adduntur *τυρπι*. Cum autem horum amborum reinediorum bases existant pulueres & conseruæ, & iam *supra* de omnis generis speciebus seu confectionibus abunde fatis à nobis tractatum sit: superest, vt tantum de conseruis dicamus, quas, quia pauca in iis reformanda nobis desiderari videntur, breuissime perstringemus.

Inter conseruas igitur ad partes corroborandas & tollendas morbi malas qualitates, aliæ sunt cephalicæ seu capitales, ad cerebrum, aliæ thoracicæ siue pectorales, aliæ ad cor, ventriculum, iecur, & alias partes nobiles destinata.

Capitales sunt, conseruæ *rosmarini, lauendula, calendula, maiorana, melisse, primula variis, pœonia, lilij conuall. tilia arboris, euphrasie, betonica, saluia.*

Harum aliæ specificæ sunt ad apoplexiam, vt conseruæ *lauendula, saluia, rosmarini*, aliæ ad paralytum, vt conseru. *florum calendula*, & aliæ ad epilepsiam, vt conseru. *flor. tilia arboris, lilij conuall. pœonia, euphrasie* peculiariter prodest oculorum affectibus.

Thoracicæ sunt, *côser. rad. & flor. iussilaginis, voris solis, enula campana, hyssopi, flor. violar. capillorum veneris, papaueris rheadis*, quarum aliæ conueniunt calidis pectoris affectibus aliæ frigidis.

Cordiales sunt, conseruæ *florum borraginis, buglossa, acetosa, rad. angelica, & corticum citri.*

Stomachicæ sunt, conseruæ *rad. acori, arantiorum, mentha, diacydoniū siue citonia condita*, quarum aliæ corroborant eundem ventriculum à cruditatibus aut causis frigidis debilitatū, aliæ eius tollunt intemperiem calidam, vel minimus pharmacopœæ tyroharum.

harum nouit differentias, ita vt non opus sit diutius in iisdem immorari.

Hepatica. Conferua *florum cichorii, berberis, ribes, rosarum rubrarum* hepati imprimis succurrunt.

Splenetica. Conferua *de ceterach* lieni conferunt.

Renales. Conferua *lymphiti maioris* singulari proprietate renum vlcibus prodest: in genere vero omnis generis immoderatas fluxiones siue sanguinis, siue aliorum humorum sistit & cohibet.

Enarratarum conferuarum preparationes non vsque adeo magni momenti sunt, vt de iis plura dicere necesse sit.

In capitis huius decorationem aliquot tantum conferuarum preparandarum formulas adiuicemus, quae non tam trita & vulgares sunt, ac describemus insuper compositiones quasdam, ad praecipuos & grauissimos corporis affectus accommodandas, quibus benignus lector iucunde & vtiliter perfruetur.

Paradigmatis loco proponemus conferuas quorundam florum, radicum & fructuum, ad quarum normam alias plures licebit componere.

Modus faciendi conferuas. Prima conferuarum preparatio in Germania quibusdam locis tantum, nec vbiq; visitata est. Comparandum primo est vitrum conferuis adseruandis aptum, capax & amplum, in quo fiat stratum ex *saccharo* pulverizato ad digiti transversi altitudinem: huic superspergantur flores, qualescunque condire volueris, ad eiusdem mensurae quantitatem: oportet autem flores colligere tunc, cum a Solis radiis illuminati omni rore & superflua humiditate vacent, dein huic florum strato superiniiciatur nouum saccharum, & adhuc alii flores: & ita fiat S. S. vltimumq; stratum ex saccharo conficiatur. Vitrum corio vel membrana crassiuscula optime clausum, exponatur in aestate feruentissimo Solis ardori per tres septimanas, vel vnum mensem, quo temporis spatio materia duriuscula reddetur, & optime condietur diuque reseruetur.

Sic quoque conferuae parantur ex omnibus floribus purgantibus, ex *rosis pallidis, violis, floribus Persicae arboris, floribus centaurei & hyperici, & prunorum sylvestrium*, quae purgabunt, & infantibus, aliisque, qui a potionibus Medicis plerumque abhorrent commode exhibebuntur.

Altera conferuarum preparatio, quae non gregaria est aut communis, & quae flores non solum integri permanent, sed suos insuper colores, odores & sapores totos conferuant, (res sane perquam eximia & elegans) fit vt sequitur.

Accipe florum (quoscunque ad conferuas parandas volueris) *optime mundatorum & exsiccatorum* ℥. iiii. *misce cum sacchari calidi, & ad perfectionem decocti* (sicut decoqui solet saccharum rosarum) *lib. j. idem saccharum cum admixtis floribus denuo bulliat ad ignem, donec perfecte coctum apparuerit, cuius perfectionis signum est, dum eiectum cum spatula, bracteas quasdam & veluti folia facit: tunc vas aeneum, quo materia continetur, ab igne remoueatur, rotula continuo commouendo, donec in puluerem reducatur saccharum, & additi flores ab eo separabiles, & nihilominus in conferuam conditi existant, integros adhuc conferuantes suos colores, odores & sapores. Haec est altera conferuarum omnium florum preparatio, quae prout ex saporis, qua fruuntur, bonitate facile colligitur, ceteris vulgaribus longe praestantior est, ex simplici contusione & mixtione preparatis, fit autem hoc modo:*

℥. Florum selectorum, mundatorum & contusorum ℔ j.

Sacchari triti ℔ ij.

Omnibus simul contusis & mixtis, fiat conferua.

Vsurpamus ad condiendos fructus & radices aliam viam & methodum: Sed ex elegantioribus & ad medicum usum praestantioribus, vnam atque alteram tantum in medium proferemus formulam, ne gulae potius gratificandae, quam medicinae amplificandae gratia, huiusmodi cupedia-

Ecccc 3 rum

Alius modus melior.

rum delicias hic introduxisse videamur, quæ magis mulierculis, quam pharmacopœis tractandæ conveniunt, nec quicquid nisi vulgatius & commune suscipiunt.

Proponemus exempli gratia ex fructibus, citria, limonia & arantia, & ex radicibus, radicem angelicæ, idq; ob singularē horum omnium virtutem & præstantiā, qua ad varios vsus excellunt: ad medicinā quippe summopere laudantur, cum ex iis pharmaca ad cordis, aliarumque partium corroboracionem, & pestis præservacionem componantur.

Accipiatur igitur vnum atq; alterū malum citriū summe flauum, de cuius cortice, qui omniū maxime sulphureus, odoratus, & cordialis existit, scalpulo apto deradatur omne flauū in eius superficie, quātitas rasuræ ex quolibet malo citrio (etiam fatis magno) collectæ, erit ad summū 3. ℞.

Hæc rasura vt subtilior & delicatior euadat, optime cõtundenda est in mortario marmoreo, adeo, vt plane fiat impalpabilis, imo si ita videbitur, instar ipsius cassiæ per cribrum transmittatur.

Sacchari lib. vna pauca aqua rosarū dissoluti instar sacchari rosati, hoc est, ad perfectionem coquatur, in quo sic bene cocto misce rasuræ prædictæ citri 3. j. saccharum adhuc parum bulliat, rasuram cum eo de optime permiscendo, dein effundantur omnia, vt in conserua rosar. è siccis fieri solet, & sic erit conserua citri, suauissimi & iucundissimi saporis.

Hæc est prima illa methodus conficiendi conseruas ex citriis, limoniis & arantiis, hoc est, ex eorundem corticum rasuris. Rasura arantium amarior quodammodo est cæteris, vnde per diem vnum atque alterum maceranda est in vino albo, dein linteolis optime extergenda, ad cuius vnciam vnam adiciatur sacchari perfecte decocti, vt supra, libra vna.

Reliqua corticum pars carnosior, succis siue medullis interioribus separatis, (separantur a. facili momento) bulliat in aqua vel sola, vel pauco vino albo permixta, per

horam vnam, atq; alteram, donec ex tacta mollissima & probe cocta iudicetur, dein separata aqua, cortices hi, quorum superflua humiditas linteolis exquisite extersa fuerit, in mortario marmoreo contundantur, & per setaceum traiciantur. Ad libram vnam sacchari ad perfectionē decocti, adice quatuor vncias pastæ horū corticum: omnibus simul optime mixtis & contusis, coquantur ad ignem lentum, donec pasta vasculo æneo nō amplius adhareat, dein supra chartam madidam effundatur, ad formandas inde, si velis, tabellas aut rotulas in forma biscocli. Hoc conditum est singulare cordiale, nec tanto calore præditum est, ac illud alterum de rasura eorundem fructuum.

Vt eiusmodi conseruæ gustui gratiores, magis cordiales & medicamentosæ fiant, ad enumeratæ vtriusq; pastæ vnciam vnā addatur *cinnamomi optime puluerizati 3. j. moschi gr. xij. ambræ gr. viij.* pastæ insuper ab igne remotæ, & iam effundendæ adiciantur adhuc olei *anisii guttula decem vel duodecim, olei caryophyllorum guttula quatuor.* Et sic habebis conseruam, & palato gratissimam, & ad cor, aliasque nobiles partes corroborandas vtilissimam. Eadem quoque contra pestem est optimum præseruatium, si singulis matutinis, antequam domo exeas, paruum de ea sumas.

Ad radicum condituram eadem fere *Rad. condit.* methodo progrediendum est. Verbi gratia; Accipe *rad. Angelicæ*, quantū voles, coquantur in aqua, donec optime contundi & in pastam redigi possit, huius pastæ per setaceum traictæ vncias duabus adde

Confectiones alkermes 3. ij.

Confect. de hyacyntho 3. j.

Corallorum præparatorum

Margaritarum præparat. an. 3. ℞.

Pulueris lapidis bezoardici veri 3. j.

Ambræ gr. xij.

Omnia simul mista, & in sacchari cū pauca aqua cinnamomi dissoluti, & ad perfectionē cocti 3. x. vel xij. iniecta denuo coquantur, donec pasta nō amplius adhareat vasculo

Conser. ex citriis, limoniis, &c.

Præseruatium contra pestem singulare.

vasculo æneo, quam supra chartam humectatam, aut lapidem marmoreum, effundes, redigelq; in eam quã volueris formã. Ad pestem excellens præseruatium, de quo singulis matutinis vnius drachmæ pōdere intro assumendū est. Sed hæc medicina diuitib. assignatur. Solam etiã, si velis, & simplicem radicē angelicam coques, & in pastam reductã condies eadem sacchari proportionem, quæ supra in conferuis fructuū seruata. Ad eundem quoq; modū Zedoaria sola condiri potest. Et huiusmodi condita ad pestem pauperib. inferuient.

Ad enarratarum conferuarum normã multas alias componere licebit, ad diuersos corporis affectus pro vario puluerū & cordialium rerum additarum discrimine.

Quoniam a. conferuas bases & fundamenta esse diximus remediorum, quæ vulgo dicuntur opiata & condita: ad finem huius capituli singulorum opiata ad cerebrum, & condita ad cordis roborationem aptissimorum formulam annectemus.

Opiata capitalis.

℞. Conferu. flor. anthos
Salvia
Betonica
Calendula ana ℥. j.
Confect. anacardina
Diacastorei
Diacori ana ℥. ℞.
Spec. Diamoschi dulcis
Diambra an. ℥. j.

Cum syrupo conferuæ citrii fiat opiata: de qua capiendum ad molem nucis auellane.

Ad epilepsiam addenda sunt conferua pæonia, viscum quernum, vngula alces, sal cranii humani, & similia, huic malo specifica. Sic ad varias indicationes curatiuas varianda sunt ea, quæ adduntur. Ad corroborandas enim partes nobiles, veluti ad cor adiicienda cordialia, ad stomachum stomachica, ad hepar hepatica, & sic de cæteris idem esto iudicium: addendo simul parum syrapi, vt remedium, formam electuarii liquidi, opiata dicti acquirat. Eodem modo conditum parabitur, mi-

scendo nimirum & crasso modo contundendo conferuas cum pulueribus & cofectionibus cordialibus, sicut ex sequenti formula patebit.

Conditum ad cordis roborationem.

℞. Conferu. sorticis citrii, vt supra conditi ℥. j.
Conferu. Flor. buglossa
Violarum ana ℥. ℞.
Confect. Alkermes, ℥. j. ℞.
Confect. Liberantis
Cordialis
Elect. De gemmis ana ℥. ℞.
Spec. Aromat. ros.
Dianthos an. ℥. j.
Coralli preparati
Margavitarum preparat. an. ℥. j.
Ossis de corde cervi ℥. ℞.
Vnicornu ℥. j.
Lapidis bezoardici ℥. ℞.
Ambr. gr. x.
Aliquot auri folia.

Contundantur omnia, misceantur, & fiat conditum. Exhibeatur ex cochleari. Conducit ad omnes lipothymias, cordis deliquia, febres pestilentes, & ipsam pestem. Ad eundemmodum poterunt infinita alia ad plurimas medendi intentiones concinnari.

CAP. XXIII

De antidotis liquidis roborantibus, & ad multos morbos curandos, nec non ad pestem conducen-
tibus.

Antidoti vocabulum Græcum est, & Al præsertim per quam generale, idemque significat, quod apud Latinos Electuaria, quasi remedia cōdicas selectiora & præstantiora remedia, quibus conferuatur valetudo prospera, & depellitur aduersa.

Hoc remediorum genere comprehenduntur electuaria mollia purgantia & cōfectio-

editions sine tragea aromatica, ac cordiales, de quibus iam egimus; nunc ergo dicendum tantum restat de iis, quae in consistentia molli ad diuersos vsus sunt accommodata.

Differentia. Huiusmodi antidotorum in genere sic dictarum numero continentur

Aurea Alexandrina

Confectio anacardina

Diamoschum dulce & amarum.

Diacorum

Elect. Diapnoia.

Quas generatim frigidis tantum cereb. affectibus conuenire dicimus. Nimis enim longum foret, ac nullius fere commodi omnium proprietates, quae ipsis attribuantur, sigillatim enumerare, quandoquidem earundem vsus non sit adeo frequens in plerisque officinis.

Ad pectus confert electuarium resumptiuum.

Ad cordis corroboracionem summe commendatur

Confectio de hyacintho

Confectio Alkermes

quae ubique maxime in vlu esse solent.

Ad ventriculum

Electuarium ex citro Mes.

quod calefacit stomachum. Ad eundem refrigerandum conducit

Diacitonium, itemq;

Mina citoniorum

Ad hepatis oppilationem, frigidamque eius intemperiem, & ad icterum praedicantur

Diacostum

Diamorusia

Confectio raueteni

Ad obstructionem & duritiem lienis, aliaq; eiusdem vitia valent

Elect. de scoria ferri

Diacapparis

Triophyllon Nicolai

Ad hystericas affectiones, & ad calefaciendum praesertim vterum, efficacia sunt

Elect. Ducis

& exasa

Ad partes genitales, & copiosi seminis foecunditatem, valde laudantur

Diasatyriion Nicolai

& Diasatyriion Mesuasi.

Ad omnes quarumlibet corporis partium affectiones frigidas & melancholicas prodest *Tryphera magna*, specifica imprimis malis muliebribus a frigiditate nazis: colorem praeterea corporis floridum elegantem, & delicatum efficit; vnde etiam nomen *Trypherae*, hoc est, delicatae, obtinuit. Alui quoque & mensium fluores immodicos sistit.

*Tryphera
utilitas.*

Tryphera maior Phenonis Mesuzi ventriculum; hepar, caeterasque partes nutritioni dicatas corroborat.

Tryphera Saracenic Mes. coctionem ventriculi suo calore iuuat, humores in ventriculo putres & erudos absumit, flatulq; dissipat.

Omnibus inflammationib. opitulatur *Tryphera Persica* Io. Damasceni: valet ad omnes febres acutas, ad omnem hepatis & ventriculi intemperiem, & morbis omnibus ex humorum vstione factis auxiliatur.

Omnis capitis catarrhos sistit *Diacodion* Mesuzi.

Dysentericis & lientericis fluxibus succurrunt & medentur *Mychleta Nicolai*, & *Diacodion* Actuarii.

Ad flatus omnes discutiendos & colicos dolores sedandos prodest *electuarium de baccis lauri*.

Ad renum calculos comminuendos & atterendos, & ad nephriticos dolores confert *Elect. Instini*, *Ducis*, *lithontribon*, *elect. de cicadis Manilii*, *de lepore combusto Montani*, *Nephrocatharticum Nicolai*.

Elect. Guidonis quod alii *electuarium contra pestem* vocant.

Elect. contra pestem Ferdinandi Imperatoris.

Elect. de ouo Maxim. Imperatoris.

Diascordium Hier. Fracastorei.

Haec quatuor enumerata remedia sunt singularia contra pestem tam praeseruatua,

tiua, quam curatiua, eademque ab infantibus & prægnantibus, quæ alias à theriacæ vsu arcetur, tuto extraque periculi aleam intus assumi possunt.

Sed satis erit nobis, in capitis huius ornamentum qualisdam duntaxat antidotos adiungere, quæ principalibus & nobilibus corporis partibus roborandis apta, & gratissimis earundem affectibus, quibus infestari solent, specificæ sint.

Cum autem inter cætera mala, quæ corpus humanum exagitant, nullum existat grauius peste, humano generi tanquam in singularem pœnâ à Deo immissa, cuius horrenda scæuitia hæc ipso anno, (dum in manibus elaborandum hoc præsens opus aggrediebar,) nec pepercit & amplissimæ & populosissimæ vrbi nostræ Parisiensi, ad antidota quædam huc inferenda me accingam, ad huius tam immanissimi mali tum præcautionem, tum sanationem vtilissima, quæ partim nostro labore inuenta, partim nobis aliunde à doctissimis quibusdam viris communicata certissimis experimentis comprobauimus.

Antidotus cephalica maior.

℞ *Extracti cephalici maioris* ℥ij.
Magisterii crani humani ℥ss.
Salis crani ℥ij.
Essentia castorei ℥iij.
Spec. Diambra
Diamoschi dulcis an. ℥j.

Ol. Caryophyllorum

Nucis moschata chymise extractio-
rum ana gutt. x.

Syr. Conserua citrii q. s.

Vt fiat antidotus vel electuarium mollis consistens: dosis ℥j. Formabis inde, si voles, exiguam pilulam, aut de ea parum dissolues in aqua cephalica, morbo, qui expugnandus est, congruente. Hæc antidotus iuuat imprimis ad omnes cerebri affectiones, eiusque substantiam, facultatem animalem mirifice corroborat: prodest apoplexiis, paralytibus, epilepsis, vertiginibus, fumosisque vaporosis, qui in sublimi cerebri regione suspensi, somnolentiam, torporem, & stu-

piditatem plerumque inducunt, dissipat & discutit: memoriâ roborat: oculorum hebetudinem acuit, ad aurium tinnitum & surditatem confert: & humores lentos ac crassos, tanquam horum malorum causas antecedentes extenuat & dissipat: sed generallium tamen vsus semper præmitti debet.

CAVTIO.

Ad nouam hanc formularum præscriptionem, quæ ab extracto maiori cephalico, & à magisteriis & essentiis sumit initium, forte quis mirabitur, & in eruendo horum verborum sensu OEdipo opus esse contendet. Cui vt satis fiat, paulo post dabimus eorundem remediorum amplas & perspicuas descriptiones: & describemus *cap. de extractis* magisterium crani humani, & essentiam castorei, & *cap. de salibus* præparationem crani. Ne tamen quenquam fors offendant quantulacumque laboris molestia, hic compositionem extracti huius maioris delineare, æquum esse duximus, vt postquam sicut hic præcipua capitalia, & ea, quæ cerebri affectibus grauissimis sunt specifica & appropriata, non omissa esse constiterit, simile fiat iudicium de cæteris extractis, paulo post describendis, quæ pariter reliquis nobilibus partibus confirmandis, earum intemperiebus corrigendis, morbisque & symptomatis inde contractis edomandis, accommodabimus.

Extractum igitur cephalicum maius præparatur.

Cum rad. acori

Pæonia

Visco quærna

Ligno aloes

Baccis iuniperi

Sem. pæonia.

Ex quibus omnibus contusis & inuicem mixtis fit extractum, vt docebimus: Item extractum ex aromatibus elicatur, nempe ex

Cinnamomo

Caryophyllis

Fffff

Mace

*Mace**Nuce moschata**Cardamomo &**Fructibus anacardorum.*

Nec non ex floribus.

*Anthos**Salvia**Primula veris**Pœonia**Calendula**Betonica**Lauendula**Stechados Arab.**Flor. lily conuall.**Eupragia**Tilia arboris.*

Ex triplici horum extractorum seorsim præparatorum genere fit (per mixtionem) extractum vnum maius, hoc est, ex his omnibus elicitur vna vera & essentialis agendi operandique virtus, quæ tanquam nucleus, cortice suo longe præstantior & nobilior existit: sicut quilibet, nisi forte ingenii stupiditas & crassities obstet, facile colligere potest, ex quo maiore extracto, additis magisteriis, essentiis, & aliis remediis commemoratis, componitur prædicta maior antidotus. Antidotus cephalica minor in sui compositionem recipit tantum extracta herbarum & florum *melissa, betonica, pœonia, salvia, rosmarini*, & extracta quorundam seminum & aromatum cephalicorum: quæ præparatio nec tam exacti, difficilis, & laboriosa est artificii: nec ad tot tantosque cerebri affectus est efficax, ac altera illa antidotus maior, velut statim ex diuersa vtriusque compositione elucescet. Hinc in illis idem æque statuimus discrimen obseruandum, ac in cæteris minoribus, quas, vt videre licebit, reliquis corporis partibus nobilibus adaptabimus: vbi non tam exquisitis artis ritibus, nec tot impensis, nec etiam tam longo temporis spatio opus est, ac in maioribus istis, quas ditioribus tantum dicatas volumus: sunt minores, tenuioris fortunæ hominibus præscripte, quod tantum obiter monere placuit.

Præparationes extractorum, essentialium, magisteriorum & salium, ex quibus antidota nostra componimus, ad calcem huius pharmacopœæ nostræ, vti modo dictum est, facili methodo & ordine edocebimus. Hoc etiam obiter notandum est, antidotos eiusmodi diurnæ adseruationi præ reliquis vulgaribus longe aptiores esse. Sequitur nunc descriptio siue formula antidoti nostræ Cephalicæ minoris.

Antidotus hepatica minor pro gregariis.

℞. Extracti minoris cephalici ℥ij.

Diacori

Confecti anacardina an. ʒij.

Ol. de nuce moschata ℥j.

Misce: dosis ʒss. vel ℥j. mane.

Cerebrum nubilum serenat, omnibusque frigidis ipsius affectibus conducit: totam massam sanguinis spiritusque, præsertim animales reddit puriores & tenuiores; inde ad restaurandos omnes sensus tam internos, quam externos, ad memoriam præsertim mirifice confert.

Antidotus thoracica maior pro ditioribus.

℞. Extracti minoris thoracici ℥ij.

Extracti pulmonum vulpis &

Leporis inuicem preparati ℥j.

Butyri seu lactis sulphuris ℥ss.

Rubini sulphuris terebinthinati ℥j.

Syrupi hederæ terrestris q. suff.

Fiat antidotus: dosis ℥j.

Præparationem extracti nostri maioris thoracici, nec non extracti pulmonum vulpis & leporis: butyri ite siue lactis sulphuris, eiusdemque balsami siue rubini *infra* descriptam reperies: præparantur enim diuersis operationum methodis: omnia tamen & singula maxime oportuna & specifica sunt deploratis pulmonum affectibus, vt sunt phthisis, empyema, asthma, dispncea & orthopncea: in quibus desperatis & fere incurabilibus morbis extirpandis mira præstabit antidotus nostra maior.

Anti-

Antidotus thoracica minor
pro gregariis.

℞. Extracti minoris thoracici ℥ij.
 Flor. Sulphuris optime preparatorum
 ℥ij.
 Spec. Diatereos simpl. ℥j.
 Spec. Diatragacanthi frig. ℥j ℞.
 Pulmonis vulpis vulgari modo pra-
 parati
 Elect. resumptiui ℞.
 Diapapaueris an. ℥iij.
 cum syrupo violato fiat Antidotus.

Dosis ℥i. ℞. vel ℥ij.

Valet etiam aduersus omnem thoracis
 noxam: lenit, humectat & confortat pul-
 mones, ad anacatharsin conciliandam,
 semper prodest; tussiculosis, & purulenta
 extussientibus mirifice succurrit, itemque
 extenuatis & hecticis: defluxiones etiam
 sistit, & somnum conciliat.

Antidotus cardiaca maior pro
ditiioribus.

℞. Extracti cardiaca maioris ℥ij.
 Magisterii corallorum
 Magisterii hyacinthorum an. ℥ij.
 Essentia fructuum anacard. ℥℞.
 Essentia croci ℥ij.
 Essentia camphora ℥j.
 Lapidis bezoardici veri
 Unicornu an. ℥j.
 Ambra grisea ℥℞.
 Ol. corticis citrij
 ℞. Cinnamomi chymice extracto-
 rum, ana gutt. xij.
 Aqua theriacalis cardiaca, vel eli-
 xiru vita q. suff. ut fiat antidotus:
 dosis ℥j.

Admirabilis est huius antidoti efficacia
 aduersus omnes cordis affectus, syncopes,
 lipothymias, cardialgias. Tuetur cor ab o-
 mni veneno: estque praestantissima medi-
 cina tam ad praeseruationem, quam ad cu-
 rationem pestis, siue interius assumpta, si-
 ue exterius in forma epithematis cordi

apposita, dissoluendo vnam atque alteram
 drachmam huius antidoti in quadam aqua
 theriacali aut cordiali.

Antidotus cardiaca minor pro
gregariis.

℞. Extracti minoris cardiaca ℥ij.
 Confect. de Hyacintho
 Confect. alkermes an. ℥ij.
 Elect. de gemmis
 ℞. Dianthos an. ℥ij.
 Diambra
 Diamoschi dulcis an. ℥j.
 Margaritarum preparatarum
 Corallorum preparatarum
 Ossis de corde cerui an. ℥j ℞.
 Trochiscorum diarrhodon, ℞. de
 Camphora an. ℥℞.
 Syrupi conserua citrii q. s.

Et fiat antidotus: dosis ℥j ℞. vel ℥ij.

Vtilis est ad eosdem cordis affectus, sed
 virtutem tam potentem & efficacem non
 habet, vt prior.

Antidotus stomachica minor
pro ditiioribus.

℞. Extracti stomachici maioris ℥ij.
 Extracti tunicarū interiorum ven-
 triculi gallina
 Extracti baccarum iuniperi
 ℞. myrobalanorum omn. an. ℥℞.
 Rosata nouella ℥j.
 Olei de nuce moschata chymice extra-
 cti ℥℞.
 Oleorum Caryophyllorum
 ℞. corticum citri chymice etiam ex-
 tractorum an. ℥j.

Cum syrupo corallorum fiat antidotus:
 dosis ℥℞.

Omnibus stomachi vitis & imbecillita-
 tibus opitulatur, eumque corroborat aduer-
 sus vomitū, & omnem intemperiem frigi-
 dam, a pituitosis & mucilaginosi humori-
 bus tunicis eius inhaerentibus ortam: inde

cruditates tollit, flatus & ventos dissipat, & vna eademque opera ciborum concoctionem mirifice iuuat.

Antidotus stomachica minor pro gregariis.

℞. *Extracti stomachici minoris* ℥ij.

Spec. Aromatici rosati ℥ij.

Elect. Dialanga

Dianisi

Diacinnamomi an. ℥ij℥.

Ambra grisea ℥j.

Cum syrupo conf. citrii, vel de mentha fiat antidotus.

Dosis ℥j. vel ℥ij℥.

Præstans quoque est ad omnes ventriculi affectus, à frigida causa productos.

Si roboratione & adstrictione simul opus est, sicut vsus in diarrhœis postulat: adiciet *miua cotoneorum, electuarii de sorbis, & de baccis myrti*, quantum voles.

Antidotus hepatica maior pro ditioribus.

℞. *Extracti hepatici maioris* ℥iij.

santalorum omnium ℥vi.

chelidonia ℥℥.

hepatis vituli ℥j.

Arcani tartari ℥ij℥.

Magisterii corallorum ℥ij.

Olei sulphuris in crocum conuersi, ut docebitur ℥j.

Olei martis ℥j.

Syrupi corallorum q. s.

Ut fiat antidotus: *dosis* ℥j. per se, vel eum iusculo, vino, aut liquore aliquo conuenienti.

Hermetici nobis veniam dabant, quod ipsorum arcanis & magisteriis ad Dogmaticorum Pharmacopœam expoliendam & illustrandam utamur, huc me impellit aliorum remediorum inopia: quandoquidem hoc non præstantius occurrat medicamentum ad corroborandum hepar & facultatē naturalem, quam instaurat & confirmat adeo, ut ii, qui ex hepatis imbecillitate

procliuēs sunt ad hydrophim, (vtpote dum sanguifica eius vis vitata serosos tantum generat humores, vnde istius mali scaturigo & fons promanat) præsentissimum inde auxilium & leuamen percipiant, sicut & omnes cachectici & icterici. Idem remedium specifica sua proprietate iecur quoque liberat ab humorum infarctu, omnibusque prodest dysenteris, & lienteris, & fluxibus hepaticis: eius quoque efficacia summa nullo satis encomio potest prædicari, vti abunde id testabuntur suspicendi eiusdem effectus. De præparatione omnium enarratorum extractorum, vt *magisterii corallorum*, aliorumque similium remediorum specificorum, in prædictam antidotum ingredientium, & neutiquam vulgarium, *infra* ad finem huius libri dicetur, vt iam *supra* promissimus.

Antidotus hepatica minor pro gregariis.

℞. *Extracti hepatici minoris* ℥iij.

Trochisc. Diarrhodon

Coralli præparati an. ℥℥.

Trochiscorum de eupatorio

Trochiscorum de rhabbarbo ana. ℥j.

Spec. Dialacca maioris

Diacurcuma minoris an. ℥iij.

Croci martis optime præparati ℥ij.

Tinctura rosarum q. suff.

Ut fiat antidotus: *dosis* ℥j℥. vel ℥ij.

Excellent etiam est ad omnem debilitatem & obstructionem hepatis: vnde prouenire solent hydropes, cachexia, fluxus hepaticus, & similia plura mala: sed tamen vi & præstantia non accedit ad priorem antidotum maiorem. Communi enim plebeculæ & vulgo tantummodo debentur communia & vulgaria remedia.

Antidotus splenitica maior.

℞. *Extracti splenitici maioris* ℥ij.

Extracti licis bouis ℥ij℥.

EXTRACTI

Extracti seu facula rad. Aronis ℥ ij.

Salis ceterach

Salis fraxini ana ℥ j. ℞.

Croci martis cum sulphure preparati, ut artis est ℥. iiii.

Vini chalybeati q. suff.

Ut fiat electuarium: dosi ℥. ℞. vel ℥. j.

Nobilis est & bona ad omnes durities & oppilationes lienis, & totius mesenterii: & ad quavis viria ac symptomata, quae inde promanare queunt: veluti sunt cachexia, febres quartanae, icterus niger, suppressiones mensum & similia.

Antidotus splenitica minor.

℥. *Extracti splenitici minoris* ℥. iiii.

Elect. Diacappari ℥. ℞.

Elect. & scoria ferri ℥. vj.

Diacosti ℥ ij.

Diatrion piperion ℥. iiii.

Syrupi de pomis redolentibus q. suff.

Ut fiat antidotus.

Conducit quoque ad splenis durities & obstructions, & imprimis ad febrem quartanam.

Antidotus nephritica maior.

℥. *Extracti maioris nephritici* ℥ ij.

Oculorum cancri

Testarum ouorum ana ℥ ij.

Magisterii lapidis Iudaici

Magisterii lapidis lyncis ana ℥. j.

Olei terebinthina guttulas xx.

Misce, fiat antidotus: dosi ℥. ℞. vel ℥. j. ad summum cum aqua antinephritica, vel cum vino albo.

Admirandum remedium ad attritionem, comminutionem & expulsionem calculi renum, & ad omnem datur urinæ retentionem, prouocando statim urinam. Parum tantum de ea antidoto capiendum est. In fortissima enim urinæ suppressione sufficiunt duo vel tria grana ad summum folius magisterii lapidis Iudaici, vel lapidis lyncis: tanta penetrandi vi & potestate

huiusmodi pollent medicamina. Nulla enim ischuria aut urinæ suppressio tam fortis erit, quin praedicta antidoto solui & euinci queat. Methodus autem horum extractorum & magisteriorum preparandorum inferius suo tradetur loco.

Antidotus nephritica minor.

℥. *Extr. Nephritici minoris* ℥. iiii.

Pulu. pellicula interna testarum ouorum

Pellicula interna ventriculi gallinarum ana ℥. ij.

Salis resta bouis

Salis prunella ana ℥. j. ℞.

Succi limonum q. s.

Ut fiat antidotus: dosi ℥. ℞. vel ℥. j.

Antidotus haec excellentissima quoque est ad eisdem affectus, ut prior, nisi quod operandi effectus ostendet paulo debiliores & tardiores: cuius vsus quoque est in extremis malis, hoc est, quando à calculo, arenulis, & simili materia tartarea vitrorumque renum facta est obstructio, adeo, ut urina penitus suppressa, æger præ angore & dolore perpetuum emittat clamorem, & in summo vitæ discrimine versetur. Huius nihilominus antidoti nephriticae minoris experimentum fieri potest, utpote quæ ad supra enumeratos affectus longe profecto efficacior existit, quam electuarium Iustini, lishontribon, de cicadis, & similia nephritica remedia vulgaria, quorum supra mentio facta est. Quid per sal prunella intelligatur, etiam supra declaratum est.

Antidotus hysterica.

℥. *Extracti hysterici maioris & minoris ana* ℥. iiii.

Extracti vulua seu matricis leporis ℥. j.

Extracti seu facula bryonia ℥. ℞.

Extracti castorei ℥. ij.

Olei gagaris cum coelestare redistillati & rectificati ℥. ℞.

FFFF 3 Oles

Olei succini flauis ʒ. j.
Nepenthes nostri hysterici ʒ. j. ʒ.
Syrupi cinnamomi q. suff.

Vt fiat antidotus: dosis ʒ. i. vel ʒ. ʒ. cum iusculo vel liquore aliquo conuenienti.

Mirabilis est in genere ad quæuis matricis vitia: in specie vero medetur omni vteri præfocationi, siue epilepticæ, siue alterius generis: albis item mensium fluoribus, cruditatibus, flatibus & doloribus inde excitatis confert: sterilibus etiam prodest ad conceptionem & prolis fecunditatem: si nimirum extractum secundinæ de foecunda quadam muliere addideris: de cuius præparatione, sicut & de matricis leporinæ præparatione modo suo loco agetur.

Posteaquam igitur de antidotis, quæ principibus corporis partibus, roborandis, morbisq; & symptomatis, quibus eadem defatigantur, expellendis aptæ sunt & idoneæ, hæctenus diximus: superest, vt antequam huic capiti finem imponamus, promissi nostri memores simus, & nunc de antidotis tam ad præcautionem, quam ad curationem pestis (si inter nos forte tam horrendum malum diuina permissione grassetur) aptis & accommodis dicamus. Et quamuis ad eandem intentionem remedia alia, vt aquas theriacales, syrupos, confectiones, & electuaria sicca iam descripserimus, visum tamen fuit eorundem catalogo quædam adhuc antidota annumerare: siquidem antidoti vocabulum proprie sumptū nihil aliud significat, quā medicamentū venena pellens & abigeus.

Antidotus maior contra pestem.

℞. *Rad. Angelica*
Zedoaria
Scorzonera
Tormentilla
Pesastidis
Santali rubei
Ligni aloes an. ʒ. iij. vel quatuor.

Ex his omnibus crasso modo contusis,

fiat cum succo limonum extractum, vt artis est, & cap de extractis docebitur.

ITEM.

℞. *Corticis citri* ʒ. iij.
Sem. Carduibenedicti
Ruta
Acetosa
Baccarum iuniperi
Fol. Diſtami
Cinnamomi
Macis an. ʒ. ij.
Flor. Rosmarini
Buglossa
Hyperici an. ʒ. ij.
Spec. De gemmis
Diambra
Dianthos an. ʒ. ij.

Omnibus contusis & inuicem mixtis, in vase quodam apto, fiat extractum, cum aqua vitæ iuniperi, aut aqua vitæ communi iuxta artem, & vt inferius enodabitur.

Hæc duo extracta fortiter exprimantur prælo, quæ ob dissoluentium in ipsis contentorum naturam liquidissima erūt: ex ambobus fiat mistura, & abstrahatur liquor siue aqua per alembicum, ad ignem Baln. vaporosi, donec materia in fundo consistentiam electuarii, mediam inter durum & molle formam obtinentis acquirat: aqua exinde destillata seorsim seruetur, cuius vsus erit in aliis extractis componendis, & per se iam est summum cardiacum. Ad vncias quatuor prædicti extracti adice

Magisterii perlarum
Magist. corallorum
Essentia croci an. ʒ. iij.
Essentia camphora ʒ. j.
Sulphuris aurati diaphoretici
Balsami lactei sulphuris
Salis prunella an. ʒ. ʒ.

Ex quibus omnibus fiat antidotus admirandæ virtutis, ad præseruationem pestis, de ea singulis matutinis ex cultri cuspidē

spide pisi magnitudinem capias. Sed pestem correptus de eodem sumat ℥. ℔. vel ℥. j. dissoluendo in ℥. ij. suæ propriæ aquæ destillatæ, & vt supra seorsim adseruatæ: vel cuiusdam aquæ theriacalis, carduibenedicti vel vlmariæ: sudorē mirifice prouocat, & cor corroborat aduersus quoduis venenum, id à centro euocans ad circumferentiam. Inter antidota præstantiora, huic pestiferæ lui dicata, hoc facile principem obtinet locum: cuius summa virtus & præstantia, laboris & temporis iacturam, quam forte quis in eius præparatione prætereundum possit, vberrimo compensat fœnore & lucro. Sulphuris aurati descriptionem suo loco dabimus. Sic quoque alibi tractandum reseruamus modum parandi magisterium gemmarum, magist. corallorum, balsamum, & lac sulphuris, nec nõ essentiam croci & camphoræ. In huiusmodi remedium apparatus, quæ ditionibus ad vitæ & sanitatis suæ tutelâ præscribuntur, nullis parcendum est sumptibus: pauperes & tenuioris fortunæ homines contenti erunt antidoto minori, cuius descriptio proxime sequitur, quæ pari modo excellentissima est, tam ad præseruationem, quam ad curationem pestis.

Antidotus minor contra pestem pro gregariis.

℥. Succi scordii
Rutæ
Carduibenedicti
Vlmariæ
Menthæ crispæ
Saluiæ anæ ℥. iij. vel plus minus.

Omnes hi succi in alembicum vel matrarium vitreum & capax inditi, digerantur in Baln. & depurentur, separando multoties terrenum crassamentum & feces, quæ in fundo residunt, vt alibi cap. de syrups iam perspicue docuimus.

Ad uncias decem horum succorum optime depuratorum adde
Rad. Angelicæ

Zedoaria an. ℥. j.
Dictamni
Sem. Carduibenedicti
Cor. Citri an. ℥. ℔.
Cinnamomi ℥. vj.
Myrrha ℥. ij.
Croci ℥. iij.
Camphora ℥. j.

Omnia contusa & simul cum prædictis succis mixtis, fiat digestio in Baln. per biduum vel triduum, dein omnia adhuc calentia per torcular fortiter exprimantur. In qua expressione denuo adde

Theriace optimæ ℥. j. ℔.
Confect. hyacinthi
Ælkermes an. ℥. j.
Pislarum præparatarum
Corallorum præparator.
Cornu cerui præparati
Spec. Diambra
De gemmis an. ℥. ij.
Vnicornu ℥. ℔.
Lapidis bezoardici ℥. j.

Omnia adhuc semel digerantur in Baln. Mar. per duos vel tres dies, dein per alembicum ad ignem Baln. vaporosi destilletur omnis liquor, donec in fundo remaneat consistentia inter durum & mollem media, sicque antidotus erit præstantissima, de qua capiendum mane vnus parua auellana instar: ad curationem vero pondus vnus drachmæ, vel drachmæ vnus & semis: diffoluendo in duabus vnciis suæ propriæ aquæ inde destillatæ & adseruatæ, quæ per se iam efficax est & præstans ad idem malum, & ad omnes putredines & venena, quæ in corpore prognerantur. Intret communia huius generis pharmaca, nullum paratu facilius, nullumque virtute præstantius, hoc ipso datur, cuius dispensationem vel quouis pharmacopola facile imitabitur.

Antidotus alia de granis maturis Iuniperi, dicta Theriaca Germanica pro gregariis.

Accipe granorum iuniperi maturorum magnarum

magnam quantitatem, nempe lb. vj. vij. viij. vel x. hæc infusa & macerata in vino albo generoso, vel hydromelite vinoso, ad ignem parum bulliant, deia conuascentur & per setaceum in modum castiæ traiciantur, & fiat extractum: Aut alia quoque via ac methodo idem paretur extractum, sicut cap. de extractis ostenditur.

Ad libram vnam commemorati extracti iuniperi adde

Pulu. Rad. Angelica ʒ. vj.

Diſtanni

Cinnamomi ana ʒ. ʒ.

Terra sigillata

Corallorum præparatarum

Perlarum præparatarum

• *Cornu cerui etiam præp. an. ʒ. ij.*

Sp. Elect. de gemmis

Diambre ana ʒ. ʒ.

Croci ʒ. j.

Campora ʒ. ij.

Reducendo omnia cum aqua quadam theriacali in formulam electuarii mollis siue antidoti, quod erit summum præseruatiuum & curatiuum contra pestem: exhibetur vsque ad ʒ. ij. Solū extractum iuniperi citra alterius ingredientis additionem, eidem quoque scopo peropportunitatem est. Præter cætera additamenta supra enarrata quidam adiciunt theriaca vel mithridatis, quantum lubet.

Electuarium de ouo.

Quoniam hoc electuarium siue antidotus de ouo, contra pestem magnopere celebrata, in nullis fere pharmacopœis, præsertim in Gallia nostra descripta reperitur: huc eius descriptionem in medium producam, qualis illa in Augustano habetur dispensatorio, in quo elaborando sedulam ac felicem nauauit, operam Adolphus Occo per celebris admodum Medicus, idque opera & consensu suorum collegarum, virorum quoque celeberrimorum, sicut Germania hanc gloriæ prærogatiuam sibi iure vendicat, quod sit vera doctorum & celebrium virorum nutritrix, & infinito-

*Commenda-
tio Germa-
nia propter
viros doctos,
quos alit.*

rum egregiorum medicamentorum, tanquam nouorum ingenii fœtuum excludendorum parens fœcundissima & felicissima. Describamus itaque dictam antidotum de ouo, quæ modo, qui sequitur, paratur.

Electuarium de ouo Maximiliani I.

Imperatoris.

℞. Ouum gallinæ recens, & ducto per apicem albumine, id quod vacuū est, croco oriētali nō puluerisato impleatur: postea cum alio putamine iterum occlude, ne quid trāspiret, & lēto igne vel post fornacē tam diu assa in ollula, donec tota ouitesta nigrescere incipiat, diligenter cauēdo, ne crocus cōburatur. Exempta à testa materia, exsicceetur, vt in mortario exquisitissime contundi, & in puluerem redigi queat: addendo pulueris erucæ seu sinapis, quantum reliqua duo ponderant: postea

℞. *Pulu. Rad. Diſtanni albi*

Tormentilla ana ʒ. ij.

Pulu. Myrrha

Cornu cerui

Nucis vomica ana ʒ. j.

Pulu. Radic. Angelica

Pimpinella

Granorum iuniperi

Zedoaria

Campora ana ʒ. ʒ.

Misce omnia simul in mortario, & tandem appone Theriaca ad pondus omnium, & iterum pistillo fortiter contunde & commisce per tres integras horas agitando, fiat electuarium, vt artis est.

Eius vsus maximus est in peste, & præseruatione à venenis deleteriis.

In antidotario VVeckeri viri doctissimi, & de re medica, prout hoc perelegans & eruditum opus vberime testatur, optime meriti, aliæ occurrunt descriptionum formulæ, eiusdem electuarii de ouo Anton. Chalmerei præclaræ eruditionis viri, tum etiam aliorum.

Sed vt libere dicam, quid sentiam, vix credibile esse puto, quod vsque adeo singulares

gulares inde effectus produci possint: si albuminis abiectione loco ouum solo croco repleatur, & dein eodem probe obrurato omnia simul coquantur, usque dum in puluerem redigi queant.

Vis totius secreti in eo consistere videtur, ut crocus & vitellus oui in puluere redigantur: hac tamen conditione, ut plane nihil expiret. Neque enim adeo magnum id esset mysterium, rationem istius pulueris vitelli oui & croci consociendi cognita habere. Nam miscellanea reliqua puluerum quorundam & theriacæ, non nisi merum vulgare quid sapiunt, ut & reuera sunt.

Non tamen diffiteor possibile esse, ut medicamen summum & efficacissimum ex ouo parari possit, contra ipsammet pestem: idque ea, quam mor trademus, methodo. Essentiæ namque in ouum inditæ, cum eiusdem vitello perfecte miscentur, qui alias sua natura sulphureus, summam penetrandi, nec non nutriendi vim obtinet, qua facultate reliquorum ingredientium virtutem adeo intendit, ut multo citius penetrent, & in venas transferantur. Adde, quod per eandem coquendirationem spirituales rerum essentiæ vim & virtutem suam longe perfectius conferuent. Quæ tamen verba in bonam partem accipiantur, velim: nec quis existimet, me plus æquo iactabundam, forte hic inanem aucupari gloriolam: à qua tamen animus penitus abhorret, nec nisi in publico commodo fideliter iuuando totus est.

Electuarium de ouo maius pro ditioribus Quercetani.

Accipe vnum vel plura oua recentia gallinæ: de quorum vno, apicem testæ tam subtili artificio aufer, ut postquam educta fuerit illa testæ, rursus in pristinum locum commode reponi, & glutino seu luto quodam tam industrie agglutinari possit, ut nihil expiret. Abiectione itaque albumine, vitello oui residuo admisce

Lactis sine butyri sulphuris ʒij.
Sulphuris auri diaphoretici

Essentia croci an. ʒj.

Pulueris anodynæ mineralis, hoc est, salis prunellæ ʒb.

Ambra grisea ʒj.

Lapidis Bezoardici ʒb.

Omnia cum dicto vitello oui simul misce, ut optime incorporentur, dein apex putaminis perquam aptissime suo apponatur loco, cum tenuissimo ligamento lineo superposito vel glutino ex oui albumine & polline facto, superinducto, adeo, ut ouo exquisitissime clauso nil transpirare possit.

Ad eundem modum plura oua apparari & accommodari queunt: prout magnam huius electuarii quantitatem simul componere volueris.

Alias vel vno, vel pluribus ouis, à quibus eodem artificio apertis, albumen separatim est, adde *theriacæ, confect. alkermes, & hyacinthi ana*: vel ex his omnibus simul fiat mixtura, de qua adde ouo vel ouis, quantum capere possunt: probe clauso foraminulo cum sua propria testa, superinducto glutine, ut ante, ita ut nihil expiret.

Enarrata hæc oua ita præparata apte simul imponantur, vasi terreo capaci, quod operculo clausum in furnum mittatur, in quo panificia modo cocta, & ex eodem recens exempta fuerint, & secunda aut tertia vice in eodem reponantur, donec omnia in vnam massam, quæ puluerari queat, redacta sint.

Accipiatur ouum vnum iuxta primam methodum præparatum, & vnum iuxta alteram: vel oua duo aut tria vtriusque præparationis, prout animus est maiorem, vel minorem electuarii quantitatem simul conficere: omnia, quæ in dictis ouis continentur, terantur, & optime inuicem misceantur in mortario marmoreo, eadem paulo post humectando pauca aqua theriacali contra pestem, aut elixire quodam vitæ, cuius plures descriptionum formulas supra dedimus, ita, ut omnia reducantur in formam electuarii, quod multorum anno-

G G G G G rum

*Quercetani
modus.*

rum spatio reseruabitur, pro dosi sufficit
 ℞. j. tum ad præseruationem, tum ad cura-
 tionem pestis.

**Electuarium de ouo minus pro
 gregariis.**

℞. Rad. Angelica
 Zedoaria
 Cinnamomi an. ℥j. ℥.
 Caryophyllorum
 Macis an. ℥j. ℥.
 Myrrha
 Nucis vomica
 Carlina an. ℥iij.
 Granorum iuniperi ℥j.
 Croci
 Camphora.
 Spec. Diambra
 De gemmis an. ℥iij.
 Theriaces Alexandrina ℥iij.

Contundēda contundātur, & omnia simul
 mixta, indantur in matrarium vitreum, su-
 peraffundendo fortissimum spiritum vini:
 vase clauso, ne quid euaporare possit, dige-
 rātur in baln. Mar. per 4. vel 7. dies. Dein o-
 mnia adhuc calētia fortiter exprimantur.
 Hæc expressio denuo indatur in alembicū
 cum suo capitello & recipiente, & inde ad
 ignē baln. Mar. destilletur liquor, qui seor-
 sim seruetur, & cū extracto, quod in fundo
 remanet in mellis consistentia, impleatur
 ouum vnum, vel plura, si velis, & optime
 misceatur cum vitello ouī; dein occludan-
 tur singula oua cū suo proprio putamine,
 vt *supra* diximus: Postea coquantur in fur-
 no, post exempta scilicet panificia, idque
 continuando & repetendo, sine calore in-
 tenso, donec materia ita exsiccata fuerit, vt
 puluerisari fere possit, quæ dein irrorāda est
 sua propria aqua, vt *supra* reseruata, & sic
 perficiatur elect. molle, siue antidotū pre-
 tiosum ad præseruationem & curationem
 pestis. Exhibendum de eo est, pestifero vsq;
 ad ℞ij. vel 3j. dissoluēdo cum ℥ij. vel tribus
 aquæ theriacalis, cardui benedicti, vlmarię.
 Præstantissimum sudatiuum est, quod o-
 mne venenū ab internis & profundis par-

ribus in exteriorem corporis superficiem
 propellit: corroborat, ipsumque ab omni
 veneno vindicat ac tuetur.

De his igitur electuariis de ouo, alii nūc
 suum interponant iudicium, vtra harum
 preparandi methodorum sit laudabilior ac
 præstantior: nostrane, an vero communis,
 quam tamen, vt verum fateamur, non
 contemnimus. Sed primam inuentionis
 gloriam ipsi libenter assignamus, eamque
 addidicisse nequaquam erubescimus.

C A P. XXIV.

**De Antidotis, Alexipharmacis, & Ale-
 xiteri: seu de Theriacis.**

RESTAT nunc, vt dicamus de antidotis
 siue alexipharmacis, quæ aduersus o-
 mnis generis venena, & ipsas bestias virus
 eiaculantes conferunt, vt pote quibus iux-
 ta modernos proprie competit antidoti
 nomen, nec interim silentio aut obliuione
 suo loco prætermittemus antidota anody-
 na, narcotica & opiatica.

Hæc duo antidotorū genera, quæ tam a-
 pud antiquos, quā adhuc hodie apud nos in
 magno fuerunt vsu & æstimatione ad di-
 uertos & deploratos affectus depellendos,
 nos quasi adigunt atq; compellunt, vt sin-
 gula in istis tractādīs paulo minutius & ex-
 quisitius peruestigemus, quam in nonnullis
 aliis hætenus à nobis factitatū est. Oculis
 n. manifeste contemplandū subiciemus,
 hæc ipsa tanti hætenus vbiuis gentium æ-
 stimata mendis scaterere quā plurimis, præ-
 que cæteris maxima reformatione opus
 habere: ita vt miser, multos auctores, licet
 doctrina & autoritate conspicuos, quorū
 me discipulum non puderet profiteri, illud
 ipsum segnius obseruasse, ne dicam æterno
 silentio obruisse. Verum id vnum depono,
 ne beneuolus lector, me ex temeraria qua-
 dam laudis glorię cupiditate in hæc pro-
 rupisse verba, existimet. Sed deposito affe-
 ctu rectæ rationis bilance rem liberet, ex-
 peadat & consideret. lampridem enim a-
 libi protestari sumus, & adhuc protesta-
 mur, omnia à nobis ita proponi, vt non ve-
 reamur

reamur ea doctorum virorum censura submittere, quod si in iisdem forte quid occurrat ab Asclepiadea doctrina, veraque disciplina alienum, id quasi non dictum, aut literis consignatum habeatur.

Inter enumerata antidota alexiteria merito primus locus theriacis debetur.

*Theriaca-
rum duo ge-
nera.*

Theriacas ideo dico, quod tam apud veteres, quam apud recentiores, duo earundem genera statuuntur, quarum vnum in compositione recipiat carnes viperæ: reliqua vero sine iis componantur. Illi, quæ vulgo theriaca magna, prisca autem gloriosa & liberatrix appellatur, totantæque laudes & proprietates tribuuntur, ad infinitos & deploratissimos affectus propulsandos, vt nihil supra commendationis valeat asciscere.

Cæteræ autem, quæ nihilominus contra venena specificæ sunt antidoti, sine trochiscis de vipera parantur, suntque huiusmodi.

- (Democriti
- Oribasi
- Theriaca { Esdra
- { Diatessaron
- { Ex Pœonia
- { Ex terra sigillata

Quarum descriptiones reperiuntur apud Oribasium, Eginetam, Actuarium, filium Serapionis, Rhafin, Auicennam, Celsum, pluresque alios tam Græcos, quam Arabes, & Latinos authores.

*Mithrida-
sium.*

Inter hæc antidota alexiteria non mediocri existimationis erat Mithridatium, quod antecessit theriacam, quam Andromachus sua ætate medicæ rei peritissimus, parabat ex carnibus viperæ, tanquam singulare aduersus lepras, & quæuis alia venena pharmacum & experimentum, quod solum, & per se omnibus venenis tanquam summum antidotum conferre noverat.

Mithridatium ex infinitis simplicium generibus compositum, authoris sui, Mithridatis nempe regis Ponti nomen obti-

nuit, qui ex diuturniori eius vsu adeo laudabilem corporis habitum sibi comparauerat, vt sicut historiæ narrant, & mox dicturi sumus, nullo veneno assumpto sibi vitam adimere posset. De qua antidoto Auicenna ita loquens, nostram confirmat sententiam: *Confessio*, inquit, *Mithridatis nobilis est confessio, quam fecit Mithridates & nominauit suo nomine.* Et Act. *te-tr. 4. serm. 1. cap. 96.* ita scribit. *De Mithridate sane magno illo belli duce referunt, quod theriacem quidem non biberit: neque enim adhuc in vsu erat: verum ex alterius antidoti, quæ postea mithridatica ab illo appellata est, vsu ita corpus apparauit, vt nulla veneni vis laedi posset: Et cum etiam lethale pharmacum accepisset, mori non posset: cum enim ab hostibus deuictus seipsum interficere meditaretur, nullo veneni haustu mortem sibi consciscere praualuit: sed vocato euidam ex amicis se iugulandum prauit.* Plinius fusiorem huius historiæ enarrationem tradit *lib. 23. cap. 9.* & militis quin etiam nomen exprimit, cuius opera ad mortem sibi conciliandam vsus fuerat: cum omnium venenorum sumptorum vim aduersus tam insignem antidoti efficaciam, inuadendam nimis & irritam prorsus expertus fuisset.

*Mithridas:
veneno pe-
rire non po-
tuit.*

Notandum porro est, olim non tantum compositis istis remediis, (e quorum numero supra 5. aut 6. recensuimus, paulo post eorundem descriptiones in medium allaturi) theriaca nomen impositum, sed eodem quoque nomine sola quædam simplicia insignita fuisse. Quod vtiq; Auicennæ autoritate comprobare licet, qui *quibusdam squillam* appellat theriacam contra venena, & *gummi opopanax*, & *aristolochiam* olim comtheriacam ad puncturas.

*Theriaci
nomen est:
iam solis
simplicibus
petebat.*

Vnde complures tam Philosophos, quæ Medicos, imò & eos, qui eruditiorû & celebriorû ordini annumerantur, non parum lapsos esse constat: dum theriacæ vocabulû à serpente quodam (quæ *chirum* vocari, & eiusdem compositionem ingredi putarût)

Ggggg 2 deriua-

deriuatum & ab eodem quoque trochiscos theriacos appellatos crediderunt.

Lib. de animalibus.

Albertus Magnus vnus ex illorū numero, Aristotelis textum, qui habet echin vel echidnam, quæ verba nihil aliud, quam viperā significant, perperam de thiro serpente interpretatus est: quem distinxit à vipera, & peculiare de eodem caput cōscripsit.

Hanc falsam opinionem secutus est Aggregator Parauus, qui thirum tanquam animal à vipera diuersum constituit: illudque basim trochiscorum, quos excipit theriaca, esse putat.

Lib. concil. differ. 177. de ther.

Petrus de Abano eodem errore irretitus, ita scriptum reliquit. *Dicitur autem theriaca à thiro serpente, quia eiusdem excipit carnes, quæ sunt veluti radix & basis istius medicina: Et differ. 179. Sciendum, inquit, quod theriaca est multiplex secundum diuersitatem componentium, cui tamen nomen illud proprius conuenit, theriaca est magna Andromachi & Galeni, in qua caro ingreditur Thiri serpentis, vnde nominationem est sortita, quæ autem hanc non suscipit, theriaca metaphorice dicitur, vt Diatesarum, ideo, quod ad illius similitudinem venenorum depellat nocumenta.*

Imo & ipse Nicol. à sinistra hac opinione non immunis videtur, dum ita in capite de trochiscis scribit: *Trochisci, inquit, de thiro, qui in magna Galeni theriaca recipiuntur sic fiunt. Inuenias, inquit, Thiros longitudinis vnus palmi, &c.*

Trochisci Theriacales.

Huic errori occasionem dedit nomen, ab antiquis olim trochiscis istis, tanquam præcipua theriacæ basi inditum. Galenus enim illos appellat theriacales, & post illū idem nomen retinuerunt Aetius, Oribafius, alique Græci. Plinius eos vocat trochiscos theriacos: Et Auicenna quibusdā in locis eosdem nominat trochiscos thiros, hoc est, ferales. Sed si quis penitus veterum scripta perpendat, facile perspiciet, eos nunquam aliud serpentum genus hoc vocabulo, præter ipsam viperam intellexisse. *Gal. in lib. de Antidotis, & de Theriaca ad Pisonem & alibi discrete viperarum facit*

mentionem. Vide quid post illum Aetius scribat *lib. Ter. 4. form. 1. c. 87.*

Hoc caput primo ita inscribit: *De theriaca ex viperis Andromachi: Postea idem in hūc modum incipit. Ordinemur à Theriaca Andromachi ex viperis, cuius admiratione ductus Galenus hac de ea scribit: Cum multa discordia sit circa theriacos descriptiones, nos Andromachi descriptione, vt longe optima vtemur, quæ etiam in regum visus apparatur. Et c. 9. eiusdem lib. vbi de trochiscorum siue pastillorum præparatione agit, ita exorditur: Ceterum pastillos theriacos hoc modo apparatus: Viperas foeminas accipito, non quocunq; tempore captas, sed desinente Vere, &c. Et Auicenna lib. 4. fen. 6. tract. 3. c. 33. vbi loquitur de curatione morsus viperæ, his verbis sermonem inchoat: Considera, inquit, radices communes in curatione, deinde fortior curatio est properare ad theriacam viperarum. Inde apparet discrimen inter theriacam, quæ viperas recipit, & eas, quarum mentionem facit lib. 5. summa 1. tract. 12. videlicet theriaca Esdræ & Diatesarum, quas contra grauissimos totius corporis affectus laudat. Idem Auicenna lib. 5. summa 1. tract. 1. vbi de theriaca agit, eius descriptionis tale facit exordium. *Trochiscorum squilla, trochiscorum viperæ, &c.* ex quibus manifeste liquet, quod et si alibi eosdem trochiscos nominet thiri seu thiros non tamen alios intelligat, quam viperinos.*

Hinc concludimus, Theriacam non à serpente quodam Thiro, qui eius compositionē ingrediatur, sed à Græco vocabulo, quod est *Theros*, siue *Thig*, id est, fera, denominationem suam accepisse: neque id propterea, quod eiusdem compositio ferā vel viperam excipiat, vt quidam falso opinantur, sed quod eadem theriaca, siue cum vipera, siue absque vipera parata sit, omnibus moribus venenatis, à quacunque fera siue animali illatis succurrat. Sic & ab antiquis & à neotericis (vt iā diximus) trochisci dicuntur theriacales, nō ratione ingrediētis, sed ab eorundē effectu, quē in pellendo lethaliū animalium veneno manifesto ostendunt.

Theriaca à Græco Thig vel Theron.

dunt: alias enim non theriacales, sed viperini nominandi essent. Eadem ratione quaedam remedia vocamus nephritica & histerica, non quod eadem componantur ex renum vel vteri additione, sed quod tanquam medicamenta specifica iisdem partibus morbo exagitatis opem & medelam afferant.

Præter dictas rationes, etiam orthographia & scriptio huius nominis nostram sententiam confirmat. Nam à Thiro scribendum esset *Thiriaca* cum I. non *Theriaca*. Sed quia scribitur *Theriaca* cum e longo, verisimile est, quod à dictione deriuetur, quæ parem dictionem longam habeat in eadem syllaba, qualis sane est *Sig* vel *Sipi*, hoc est, *fera*. H enim Græcum in Latinis dictionibus à deriuari, vertitur in e longum, quasi diceret theriacam antidotum contra ferarum tam minorum, quam maiorum ictus & venena.

Hæc de Theriacæ differentiis, eiusdemque nominis etymologia, hic enodanda duximus.

Non diu hic immorabimur in enarrandis diuersis horum theriacalium medicamentorum compositionibus; siue inuicem differant ratione ingredientium, quæ modo ab hoc modo ab illo vel imminuantur vel adduntur, siue ratione ponderis, quod diuersum quoque in diuersis descriptionibus esseprehenditur. Hæc enim non sunt tam magni momenti, neque hic querendus est nodus ille Gordius, circa quem rei cardo verteretur: ita ut non possim hic opinionem Auicennæ subscribere, qui *libr. & tract. de Theriacis supra iam citatis*, selecta præ cæteris Andromachi descriptione tanquam longe optima in hæc fere verba scribit: *Et iam nisi sunt plures Medicorum, sicut Galen. & alii addere & minuire aliquid in ea, non propter necessitatem necessariam, neque propter aliquid forte, quod eos ad illud commoneret, sed querentes, ut rememorantur. & remaneret ad eis in ipsa vestigium, sicut remansit Andromacho: Et visum quidem est, ut non remoueretur ali-*

quid, quod experimentum iuuatiuum inuenit: fortasse enim illa complexio cum illis pondere exigit illud, cuius iuuamentum inuenit experientiam, quam quidem dum res ipsa mouetur à suo pondere, non sequitur illa proprietatem, &c. Fecunda hodie est artium inuentrix, eaque in dies magis magisque incrementum sumit: hæc duce & auspice plurimorum remediorum vsum, quem veteres tanquam vtilem comprobauerant, abdicauimus, & in illorum locum alia nostro artificio inuenta introduximus, quæ ipsis inaudita & incognita prorsus erant. Sic hodie infinitæ præparationes, vel plerisque etiam antiquorum tam elegantia, quam saporis suauitate & utilitate longe præferenda sunt. Neque enim vlla erroris suspicio hinc oriri potest; si rei, quam per se bonam iudicamus, aliâ super addimus bonitate multo præstantiorem: hoc enim pacto rei bonitas vires sumit, & magis magisque accumulatur. Eodem plane modo in diminutione eorum, quæ vel inutilia, vel superflua, vel noxia sunt, nemo erroris redarguendus vnquam videbitur, si industrius fuerit: frustra enim fit per plura, quod fieri potest per pauciora. Suo itaque loco circa eandem de Theriacis tractationem demonstrabimus, ob quam causam Arabis huius, alias doctissimi & celeberrimi authoris, opinionem minus recipiendam statuamus.

Redibimus nunc ad Theriacas illas antiquorum, earumque aliquot in medium proferemus descriptiones, ut ex illarum comparatione facta cum iis, quas ex nostra officina in formatiori producturi sumus, eo melius de vtriusque generis bonitate & præstantia iudicari possit. Si quis prouocet ad experientiam: sciat is, nos nihil magis in votis habere, quam ut per eandem, tanquam per ignem & aquam fortem, perfectum hoc & splendidum operis nostri aurum examinetur ac probeatur: quamuis nemo adeo stupido crassoque sit ingenio, modo in eo vel exigua tantum

candoris, rectæque rationis scintillula superfit, qui non ex solo Lydiolapide, hoc est, ex prima statim earum descriptionū, compositionum & præparationum inspectione, de earandem præstantia summa, rectum sanumque laturus sit iudicium.

Theriaca Diatesaron Mesuæi.

℞. *Gentiana*
Baccarum lauri
Myrrha
Aristolochia rotunda an. ʒ. ij.
Mellis lb. ij. Misce.

Theriaca Democratis.

℞. *Iridis illyrica*
Zingiberis
Opopanacis
Opii
Herb. Rosmarini
Myrrha
Sem. trifolii bitumen olentis an. ʒ. j.
Aristolochia ʒ. xj.
Sem. Ruta sylvestris ʒ. j. ʒ. ʒ.
Rad. Bryonia arida albiss. ʒ. ij.
Serpilli
Castorei
Rad. Eryngii.
Sem. Apii
Cumini Æthiopici recentis an. ʒ. vj.
Farina erui rufi ʒ. iiij.

Omnia hac contundito & cribrato, opopanaca vero cum vino dissoluito, eique arida inspergito, & in pastillos reducito, & ex iis ʒ. j. cum vino veteri meraco bibendum præbeto.

Theriaca ex bryonia Oribasilii.

℞. *Rad. bryonia*
Opopanacis
Iridis
Rosmarini
Opii
Myrrha an. ʒ. ʒ.
Aristolochia ʒ. v.

Thuris

Sem. Ruta sylvestris an. ʒ. vj.

Cumini ʒ. ij.

Farina erui ʒ. ij.

cum vino pastillos informato, atque ter cum vino præbeto.

Sat sit nobis harum trium tantum Theriacarum descriptiones hic proposuisse. Quod ad compositionem Theriacæ Elidæ atque, eius ingredientium series nimis numerosa est, & longa, in opium, euphorbium, sulphur viuum, semen hyoscyami citra ullam præparationem recipiuntur: nec prætermittitur in eadem est venter mergi, & stercus in eo repertum, ad suauioresem scilicet gustum confectioni induendum. Nihilominus interim videre licet, quam admirandos & incredibiles effectus illi adscribit Aetius *tetr. 4. ferm. l. c. 101. 107. 111.* vbi eandem descriptam reperies.

De duobus huius farinae præcipuis alexiteris adhuc nobis dicendum restat: de Mithridatio nimirum, & de Theriaca magna. Mithridatii descriptio tam varia est, tamque variis auctoribus, Andromacho, Democrati, Antipatri, aliisque asseritur, ut, ne forte in eam, quæ non vera & genuina sit, incidam, nullam prorsus ex iis hic describendam agrediar. Adde quod, ut supra iam dictum, non vsque adeo magnum discrimen sit inter compositionem Mithridatii & Theriacæ: si vnicos excipias trochiscos ex viperis, sicut iam diximus, quodque insuper confirmat Auicennas *lib. 5. summa 1. tract. 1.* vbi de nobili loquitur Mithridatica confectione, & statim eiusdem descriptionem ex Galeno, ex Paulo, Aetio, & ex ipso Nicolao expromptam adiungit.

Mithridatii descriptio facile elucescet ex ipsius Theriacæ Andromachi descriptione, cuius vnicam formulam pharmacopœæ nostræ inferendam iudicauimus: sed præ cæteris, quæ varia hinc inde reperiuntur, sel gemus eam, quam Galenus *lib. de Antidotis, & Theriaca ad Pisonem.* in hunc, qui sequitur, modum, habet descriptam.

The-

Theriaca magna Andromachi
descriptio vulgari-
s.

℥ Trochiscorum scylliticorum ℥. vj.
Trochiscorum de vipera
Opii Thebaici
Magmati hedychoi an. ℥. iij.
Piperis longi
Ros. rubrarum exsiccatarum
Iridis Illyrica aut Florentina
Succi glycyrrhiza
Sem. Napi agrestis
& sativi
Comarum scordii cretici
Opobalsami seu olei ex nucemosecha-
ta expressi.
Cinnamomi.
Agarici an. ℥. j. s.
Myrrha
Costi odorati seu Zedoaria
Croci orientalis
Cassia lignea vera
Nardi Indica
Schoenantos seu iunci odorati.
Thuris masculi pellucidi.
Piperis nigri
& albi
Fol. Dictamni cretici
Comarum Marubii
Rhabarbari seu rhei
Stachados Arab.
Sem. Petroselinii Macedonici
Nepeta seu calamintha montana o-
dorata
Terebinthina
Zingiberis
Rad. Pentaphylli an. ℥. vj.
Polii cretici
Ramorum chamapityos.
Styracis calamita
Mau.
Angelica
Amomi racemosi seu calami aroma-
Nardi celtica (tici)
Terra Lemnia vera
Phu pontici seu valeriana nostra

Comarum chamadryos cretis.
Fol. Malobathri
Macu
Caryophyllorum an. ℥. s.
Chalcitidis tosta
Rad. Gentiana
Anisi torrefacti vel fricti
Succi hypocistidis
Carpobalsami
Cubeba.
Gumi Arabici splēdidi vermiculati
Sem. Fœniculi dulcis
Cardamomi maioris
Sesēleos.
Acacia
Thlaspios
Comarum hyperici cretici
Ameos
Sagapeni an. ℥. s.
Castorei
Aristolochia longa
Sem. Dauci Cretici
Bituminis Iudaei seu asphaltis
Opopanacis
Comarum centaurii minoris
Galbani recentis ana ℥. ij.
Mellu despumati triplum, id est, ℥b.
quatuor, uncias quinq; & drachmas duas.
Hæc sunt varia illa huius tam magni
magisterii ingredientia variis diuersisque
proprietatibus dotata atque ditata, quod
ab omni antiquitate pro miraculo & re-
medio maximo & incomparabili fuit exi-
stimatum: & adhuc hodie in summo ha-
betur pretio & æstimatione, quod vel ex
eiusdem dispensatione, quæ solemni qua-
dam pompa & apparatu celebratur, facile
colligitur.
Sed eius conficiendi artificium ingenio-
sum scilicet & subtile, vel secundum ipsū Ga-
lenū tale est: Trochisci, radices, folia, flo-
res, semina & fructus, terra Lemnia, chalcitis,
bitumen, in mortario aeneo cum pistillo fer-
reo in subtilissimū puluerē rediguntur, a-
mniaque tenuissima redduntur, hoc est, cri-
bro subtilissime traiciuntur, semina thia-
spios, napi syluestris & croco exceptis, que
seore-

Componendi
ratio secun-
dum Galenū

seorsim teruntur, & paucio vino irrorantur, ne mortario facile adhærescant.

Gummi succi, & castoreum seorsim etiam contunduntur, & paucio vino irrorantur, ut facilius pulveriscentur. His omnibus ita probe apparatus, paulo antequam compositio & mixtio fiat, terebinthina in duplici vase cum paucio melle liquefit, in qua gummi liquefcunt, & omnia dein coquantur ad iustam consistentiam, addita sensim pulveris in vino dissoluti parte, donec mellitam acquirant consistentiam. Dein omnia in mortarium magnum & capax, vel in ahenum magnum iniiciuntur, sensimq; vel ad solem, vel ad lentum calorem simul optime commiscuntur, tunicula agitando, idq; ad plures dies, donec omnia probe vnita sint. Post septem aut octo dies repetenda est eadem agitatio, & continuanda ad duos menses, ut materia melius fermentetur; quo tempore elapso hoc mirabile pharmacum referuandum includitur in vasis elegantissime perpolitissimis, argenteis, stanneis, terreis vitreatis, & vitreis: cuius virtus integra conseruatur ad mediam vsq; hominis ætatem. Theriaca enim est validum pharmacum vsque ad 30. annum in his affectibus, in quibus non tanta est nocentis causa, ut vult Gal.

Theriaca ætates.

Auicenna adhuc vterius progreditur lib. 5. tract. 1. de Theriacis, ipsi tribuens singularum ætatum, imo vitæ mortisq; conditiones. Theriaca quidem, inquit, adsunt infantia & pubertas, & adolescentia, & senectus & mors. Et fit insans post 6. menses: deinde incipit in pubertate & augmento vsq; ad tempus, in quo statim per 10. permanet annos in regionibus calidis, & per 20. annos in regionibus frigidis: deinde statim 10. annis aut 20. deinde declinat aut post 20. aut post 40. annos: deinde spoliatur virtute Theriaca: aut post 60. & fit vna confectio declinata à gradu Theriaca.

Nimis longum foret hic virtutes & varias alias qualitates, quas ipsi attribuunt, articulatim enarrare. Non bonas horas in eo

perderas, sed vtilius collocaras consensum.

Sunt quidam præclari Medici, qui legem illam duriorē ab Auicenna prolata, ut *Neoterici re-formarunt theriacam.* supra diximus, suscipere ferentes, in enumerata illa Theriacæ compositione ausi fuerunt uti diminutione, additione & correctione. Et in eiusdem dispensationis methodo alium ordinem, quā Galenus, de quo paulo ante locuti sumus, obseruarunt.

Romani & Bononienses Medici addiderunt trochiscos camphoræ, & loco rosarum substituerunt earundem extractum: ipsimet etiam adiecerunt insuper *baccas lauri, omnia myrobalanorum genera rad. angelicam, zedoariam, imperatoriam, vincetoxicum, asari, serpentariam, emulsam campanam, pimpinellam, scabiosam, cornu cerui vstum, & eiusmodi simplicia, quæ hodie tanquā specificæ remedia præscribuntur contra pestem & venena, quæ nos ipsi ad aquarum nostrarum Theriacalium antidotorum contra eandem luem pestiferam iuxta compositiones supra nobis descriptas adhibuimus.*

Bartholomæus Marantha, vir doctissimus eodem iure, ut cæteri, in præparatione & mixtione commemoratæ Theriacæ alium ordinem, quā Gal. sequitur, & vult, ut simplicia humida, ut succi, gummi, & lachrymæ dissoluantur in vino generoso, quale est maluaticum, cuius ad eundem usum accipit 3. xxx. quæ faciunt duas pintas siue mensuras Parisienses, aut circiter.

Interim tamen illi mihi parum vel omnino nihil solliciti videntur fuisse de cortice externo & materiali & separando & abiiciendo, neq; eo animū appulerunt, ut nucleum internum ac formale, in quo tanquam parte efficaciori, & virtutibus longe præstantioribus prædita, vnicum correctionis fundamentum consistit, eruerent. Eo tamen petuenerunt, ut contra Auicennam demonstrarint, remedium hoc adeo perfectum non esse, quin tam in compositione, quam in præparatione eius aliquid desiderari possit. Potissimum autem aliis, suo exemplo, amplissimam aperuerunt viam & occasionem; non tantum eorum

Pinta seu mensura Parisiensis habet 3. xxx.

rum vestigiis inhaerendi, sed etiam ulterius progrediendi: interea tamen id, quantumcumque fuerit, quod Deus apud illos deposuerat, publici emolumentis causa largiter erogarunt.

Eundem scopum sibi praefixum tenere debet quilibet verus Medicus; haecque unica fuit causa, quae mihi meae conditionis minimo animum addidit, ut correctioni & reformationi huius remedii laudatissimi, vstitatissimi, & comprobatissimi, & à tota antiquitate ad miraculum usque commendari manus admouere haud dubitarem, inrerim tamen obnixè rogamus, ne beneuolus lector id forte tribuat inanis gloriae concupiscentiae, aut temerariae leuitati, sed honestae huic & laudabili ambitioni, pioque instituto, cuius ductu omnes haecenus labores & vigilias nostras soli utilitati publicae iuuandae consecrauimus, & in posterum semper consecrabimus.

Vt igitur palam fiat, propositum nostrum non eo spectare, ut pharmaceutici aedificii structuram veterem funditus evertamus, sed ut eandem potius ex eodem fundamento magis magisque exaedificemus & extruamus, in prima Theriacae reformatione, cuius compositionis formulam nunc describendam aggrediemur, eadem simplicia & ingredientia, imò & eandem dosim, idem pondus & mensuram, quae à Galeno, aliisque in Theriacae magnae, Andromacho adscriptae, descriptione fuerunt adhibita, reseruaui; eandemque, quam nunc publicandam praesumimus, correctionem, correctioni censorum aliorum, modo deposito omni affectu adhibeatur rectae rationis iudicium, libenter subiicimus.

Ne itaque in confusum quoddam chaos, aut labyrinthum inextricabilem beneuolum lectorem forte praecipitemus: nostram Theriacae compositionem & dispensationem, nunc ordine facili, & in certas classes distincto proponemus.

In prima autem classe collocabimus Pastillos.

De scylla.

Hedychroi

Et potissimum Theriacales, utpote, qui praecipuae basis & fundamenti vicem subministrant in magna huius Alexiterii compositione.

2. Secundae classis locum merito obtinebunt praecipua haec & principalia duo anodyna, nempe

Opium

& Crocus.

Quae à singulari sua vi & virtute anodyna, quam dictae compositioni impertunt, nec non ab insigni sua dolores & cruciatus intolerabiles sedandi, & summam corporis ac spirituum tranquillitatem inducendi efficaciam, occasionem dederunt antiquis, eam *ῥαλδίου* appellandi. Ut autem haec enarrata duo anodyna conuenienti inuicem glutine associantur & colligantur, & illorum proprietas in sistendis & coercendis omnis generis impetuosis defluxionibus & haemorrhagiis, magis inualeat; iis sub hac eadem classe adiungere placet

Terram sigillatam

Acaciam

Hypocistida

& gummi Arabicum.

In tertiam classem veniunt, radices, folia, flores, & fructus, quae contra omnia venena & corruptiones conferunt, suntque cardiaca, & corroborandis partibus nutritioni dicatis apta, quas proprietates huic magnae compositioni contribuunt, eaque sunt

Rad. Zedoaria

Gentiana

Pentaphylli

Iridis Florentinae

Valeriana

Iunci odorati

Aristolochia

Cassia lignea vera

Folia Dictamni

H h h h

Cal-

Calamentha montana odorata

Malobathri

Coma Scordii Cretici

Hyperici

Centaurii minoris

Marrubii

Chamadrios Cretic.

Chamapityos

Nardi celtica

Nardi Indica

Flores Ros. rubrarum

Stachados Arabica.

Sem. Seseleos

Thlaspios

Anisi correpti

Foeniculi dulcis

Dauci

Napi agrestis

& sativi.

In quarta classe ponenda erant aromata sanguinem & spiritus calefacientia, & naturam nostram instaurantia & corroborantia: quorum alia balsami perfunguntur officio, corpus nostrum à corruptione præservando: alia hanc antidotum elegantissimis aliis dicant qualitatibus. Huiusmodi sunt

Cinnamomum

Caryophylli

Macis

Carpobalsamum sine cubeba

Zingiber

Piper album

Piper nigrum

Piper longum

Opobalsamum seu oleum nucis moschata.

5. Statim post aromata, in quinta nempe classe, castra metabuntur lachryne sulphureæ pretiosissimæ & excellentissimæ: aromatum istorum sorores germanæ, quæque tanquam balsamum ad radicale corporis nostri balsamum ab omni putredinis & corruptionis infectione tuendum & præservandum inferunt: sunt autem

Myrrha

Thus masculum

& styrax calamita.

Huic eidem ordini siue classi (sed quasi vno gradu inferius) inferemus terebinthinam, quæ similiter sulphurea siue balsamica, tribus istis lachrymis loco veri & idonei dissoluentis erit, illarumque proprietates multo efficiet validiores & efficaciores.

Sextæ & ultimæ classis sedem occupandam sibi reseruarunt gummi attenuantia, dissoluentia, deoppilantia, cephalica, hysterica, quæ ideo addita sunt huic antidoto, ne quid in ea desideretur, quod ad eius perfectionem pertinere videatur, ita ut non tantum fiat alexipharmacum, sed universale quoddam medicamentum contra gravissimos quosvis totius corporis affectus & symptomata. Huius generis sunt gummi

Opopanax

Sagapenum

Galbanum

Castoreum

Bitumen Iudaicum.

Singulorum horum enumeratorum simplicium dosis præcedenda est ex Galeni Theriacæ formula, quam ex Andernaco depromptam supra iam descripsimus.

Videntur itaque omnia huius tam longæ & magnæ compositionis simplicia, quæ antea tam confusa & inordinata serie dislocata erant, ordine satis perspicuo & distincto tradidisse.

Non satis nobis constat, cui ordini vel classi annumerare debeamus tria, quæ restant, simplicia, adeo parum compendii ac utilitatis illa conferunt, vnde minus apposite à nobis videtur apponi, nempe *rhabarbarum, agaricum, & chalcidii*. Agarici namque ʒ. j. s. & rhabarbari ʒ. vj. quæ dosi parvi, ne dicam nullius fere momenti sunt ad tantam huius antidoti molem & quantitatem, si ad euacuandi scopum referantur, cui minus prædicta antidotus dicatur. Sin vero quis *rhabarbarum* pro hepate roborando, & *agaricum*, pro cerebro additum esse inferat, nihil adhuc promouet, adeo ut ratum firmumque maneat, nullum digniorem & aptiorem hic ipsis locum, quam patet præforibus, relinqui: ut *chalcidii*, cuius pharmac

maci

maci loco nuperi *vitriolum* capiunt: quod mea quidem sententia non meretur, ut in hac recipiatur compositione, quamuis sint, qui id tanquam totius antiquitatis calculo comprobatum, nullo modo expungendum propugnent, non tantum eo, quod fucum & colorem nigrum medicamento inducat, sed etiam quod facultatem exsiccantem & adstringentem exhibeat. Vt sit, pluris inde detrimenti, quam boni proficisci mihi ipsi persuadeo. Est enim omnino crudum remediū, quamuis vel medicriter calcinatum afflatumque fuerit, veluti id præparandum esse aiunt, semper tamen perniciosum est, vomitumque vehementer prouocat, ad 8. vel 10 tantum grana exhibitum. Sed verum quidem est, quod dimidia tantum vncia, quæ huius antidoti compositionem ingreditur, non possit adeo magnum inducere vel commodum vel incommodum.

Interim tamen per nos licebit cuius illa admittere, & in eo, quo voluerit, loco collocare. Nos autem sex istis constitutis modo classibus contenti, singularum nunc paulo specialius & exquisitius instituemus examen, idque clare & ad amussim, adeo, ut efficacia tam admirandi antidoti, tantique ab omnibus hæcenus æstimati, præstantior, mirabilior, multoque reddatur commendatior.

Exordiemur autem examen nostrum à primo ordine siue classe, quæ continet triplicia *supra* commemoratorum trochiscorum genera, & propoſitis primum illorum formulis, prout vulgo componuntur, nostram superaddemus correctionem & reformationem: quam tamen, ut *supra*, sub exacti iudicii censuram reuocare poterit quilibet æquus ac eruditus lector. Faciemus autem initium à trochiscis scylliticis.

Hi describuntur à Galen. *lib. de antidotis*, & de *Theriaca ad Pisonem*: & post illum ab Aetio *tetr. 4. serm. 1. c. 88.* & ab Ægineta de *re med. lib. 7. cap. 11.* & inter Arabes ab Aui-cenna *lib. 5. tract. 1.* Hæc trochiscorum de scylla præparatio nihil præ se fert, quod po-

litum aut industriosum sit. Ægineta eam duobus fere verbis delinquit: *Scyllam, inquit, luto aut farinæ massa oblitâ, moderate affato, & acceptis internæ partibus ipsius partibus duabus, & farinæ erui parte una terito, & similiter pastillos efformato.* Aliqui adiiciunt æquas farinæ partes. Sed priusquàm ulterius progrediamur, paulo minutius discutiamus singula, quæ in scyllæ præparatione consideranda sunt, vbi simul deprehendemus scrupulos aliquot, quos veteres circa eandem præparationem nobis in animaduersionibus suis reliquerunt.

Prima consideratio in *scyllarum* electione consistit. Aliæ enim aliis sunt perniciosiores, vnde & idcirco à Mefuæo & Arabibus inter ipsa venena relatæ. Huiusmodi sunt, quæ non cum aliis confixæ, sed solæ in locis stagnantibus, fœdis ac fœtidis nascuntur. Scyllæ Hispanicæ foliis suis, aloes foliis respondentes, utpote crassiores, & melius ob calidiorem illam regionem coctæ, bonitate sua superant vulgares nostras, quæ istis inefficaciores sunt & impares tam quoad materialem crassitiem, quam ad formalem qualitatem.

Secundo tempus, quo colliguntur, obseruandum. Antiqui autem omnes eas colligi iubent in perfecta sua maturitate, foliisque & caulibus siccoribus, quod plerumque accidit circa messis tempora in æstate: non autem referuatas, sed recentes, hoc est, simul ac collectæ sint, in usum transferendas præcipiunt. Sunt nonnulli, qui vesicio quos scrupulos, qui hic iniici possint, præterdant: quorum tamen opinio tanquam friuola nihili nauicque est faciendæ: inferunt autem illi, quod posita hac lege corruant cæteræ, in quibus plus momēti situm sit. Trochisci enim viperarum auctoritate & sententia antiquorum celebriorum auctorum præparari debent tempore vernali, simul ac animalia illa è latebris suis prorepsierint, & parati statim in usum transferri. Ex quibus clare patet, theriacæ compositionem procurari debere sub finem veris: trochiscos autem de scyllis esse adhuc imparatos, hoc est, eos non

Hhhhh 2 dum,

Scyllarum selectus.

Tempus colligendi.

Trochisci scyllitici.

dum, ut res postulat, exsiccatos esse circa finem videlicet aestatis, sed quomodo scrupulus iste facile eximatur, non praeuideo. Ut autem libere dicam, quod rationi magis consentaneum sit, mihi illorum opinio erronea & absurda videtur, qui trochiscorum de scyllis compositionem in instanti simul ac collecte sint, aggrediendam enunciant. Saluis enim & integris illarum succis & substancia per totam hyemem adseruari queunt. Temporis praeterea interuentu magis coquantur, edulcantur, & meliores euadunt, & ita nimiam suam amaritudinem & acrimoniam exuunt: quae ratio ad trochiscos hos conficiendos longe commodior in medio vere habenda est: quo ipso tempore & trochisci de vipera commodissime praeparari possunt, utpote qui magnae huius compositionis primarii ingredientis & fundamenti vicem obeunt, in quorum praeparatione imprimis temporis ratio spectanda est. Accedit insuper veterum auctoritas, qui theriacam sub veris finem tanquam tempus accommodatissimum, componendam indicant, ut aestatis infrequentis calore melius fermentari possit, quod hic, si quid aliud, omnium maxime notari debet. Iam vero, si contrariae opinioni locus daretur, tempus istud iam praeterlapsum esset, siquidem iuxta eandem trochisci circa Augusti finem praeparandi essent.

Qua in scyllarum coctione obseruanda.

Tertio in scyllarum coctione quaedam obseruanda veniunt. Interdum enim coquantur inter carbones aut in clibano, vel argilla, vel quod melius, pasta inuoluuntur, donec probe cocta sint. Alias enim plurimum noxae adferrent iuxta Dioscoridem, qui ad incommoda eiusmodi propulsanda eas coquit in pluribus & diuersis aquis, donec iudice gustu, deponant suam amaritudinem & acrimoniam.

Qua in mixtione.

Ultimo & quarto expendenda est illarum mixtio & compositio: quae fit cum cepae huius parte interiore, molli, & optime cocta, trita, & cum erui vel orebi, ut pharmacopoei vocant, farina permixta. Hic tamen auctorum quaedam occurrit dissensio in quantitate farinae addendae: cuius alii aequas partes:

alii tertiam tantum sumendam statuunt.

Sed ut de his, quae haecenus enarrata sunt, meam libere exponam sententiam, huius secreti componendi ratio nimis crassa mihi videtur ac materialis: adeo ut mirandum sit, quod tot labores in re tanta & exili describenda, multi haecenus egregie notae auctores insumpserint, nempe in cepae diutaxat praeparatione, cui insuper in magno theriacae compositione primum ingredientis locum vindicare non veriti sunt. Non tamen interim abnuo, cepas eiusmodi, quae in maritimis locis iisdem falsis nascuntur, singulari vi ac virtute incidendi, attenuandi, penetrandi, deoppilandi, & detergendi praeditae esse. Sed opus habet exquisita praeparatione, alias, ut ait Auicenna, omnes scyllae vel etiam selestissimae sunt venena. Vltus enim illarum diuturnior exulcerat viscera. Et ut scribit Dioscorides, *Scylla habet virtutem acrem & exurentem*. Ut igitur recte praeparentur, sola haec illarum coctio in igne vel aqua bulliente, non mihi sufficere videtur. Non equidem ignoro, omnia igne dulcescere, sic in cepae communes in quotidianum ciborum usum dulcorantur. Sed hoc pacto vel imperfectius cocta, noxiam qualitatem, de qua supra, non deponunt, vel nimium cocta & edulcata, omni virtute attenuandi, incidendi, & detergendi priuatur, inutilesque & prorsus inefficaces redduntur, ita ut difficillimum sit, huius coctionis mediocritatem adeo exacte seruari posse, quin alicubi vel in defectu, vel in excessu delinquatur. Alias ad scyllam exurentem & exulcerantem vim & acrimoniam corrigendam, additur farinae erui, & orebi media vel tertia pars, quae insignis est amaritudinis, & sanguinis fluorem insuper tam per vesicam, quam per acum, non sine maximis torsionibus prolicet, ut scribit Dioscorides. Id ipsum Galenus confirmat, dum in lib. 8. simpl. & lib. 1. alim. subiungit, eiusmodi farinam non hominum usui deberi, tum propter tetrum eius saporem, tum quod sanguinem generet vitiosum. Vnde merito & optimo iure hanc mixtionem in trochisco-

Scylla praeparatio. Lib. 4. sect. 17. Lib. 2. c. 167.

Lib. 2. c. 112.

trochiscorum scylliticorum præparatione crassam nimis & agrestem esse censimus, ita vt mirum sit, eam hæcenus excultam, nec ex codicibus proscriptam & reiegitam fuisse, sicut alia plurima iam pridem exularunt, licet vitiores & præstantiores: imò hodie adeo exploduntur, vt ex omni fere hominum memoria deletæ videantur, sed trochiscos hos superstites adhuc eam ob causam videmus, quod principem teneant locum in admiranda huius theriacæ compositione, quam antiquitas miraculose excoluit, sicut & eadem hodierno adhuc seculo multo maiori in pretio habetur, quam cætera quauis alexiteria.

In horum trochiscorum correctione sequenti hac progrediar methodo. Primo præparatione omnem scyllæ tollere acrimoniam & adurentem facultatem, cõseruatis interim eius viribus integre valentibus, Hispanicæque præ cæteris tota adseruatas hyeme deligerem: iam supra cap. de uinis & oxym. vbi de aceto & melle scyllitico egimus, præparationem quidæ scyllæ, sed communem tantum edocuimus. Suaderem deinde iis, qui istis in regionibus commorantur, vbi recentes haberi possunt, vt è locis maritimis eas in hortos transferrent & in terram bonam & excultam transplantarent, ibique per tempus aliquod sedula adhibita cultura & industria finerent, donec vim suam venenatam omnem exuerent. Ea dem methodo saepenumero vsi fuimus in *balleboro nigro*, aliisque simplicibus venenatis emendandis, cum adhuc vicini essemus montibus, & sic omne venenum illorū sustulimus. Magni & admirandi sunt transplantationis effectus, cuius beneficio innumerorum simplicium acris, amara & infesta qualitas cū dulci & suauis commutatur, prout in carduo siue herba cinare, in cichorio, & similibus pluribus euidenter innotescit. Quibus autem occasio ista & commoditas denegata est, hanc sequantur praxim.

Accipienda est scyllæ pars media, optima & reuerenna, quam cor vocant, ea

minutim incidenda Solique exponenda est, donec mollescere, & fere in liquorem redigi incipiat: ea videlicet ratione, qua Galenus scyllas præparare, & viribus ipsarum integris seruatis, ad solem æstiualem coquere solebat. Quibus vero tantum otii non superest, vt æstatis tempus huic cõctioni ob intensissimum solis ardorem dicatum expectent, hanc sequantur formulam.

¶ Eandem scyllæ partem optimam, *Facula scyllæ* cor vocatam, hanc minutim incisam intice in matrarium aut vas vitreum cum collo longo, ita vt ad mediam impleatur partem.

Hoc vas minime vel leuiter tantum, si velis, clausum, nullo affuso alio liquore ponatur in Baln. Mar. feruens per vnum aut duos dies tantum, aut donec scylla redigatur in pulvis formam, aut liquorẽ spissum, edulcatum, omnibusque suis viribus insignitum, qui solus sine quauis alia admixtione idoneus est, vt recipiatur in theriacæ compositionem, vel si placet, post temporis aliquot spatium eundem adhuc calentem transcola per setaceum, & exsicca, aut ad solem, aut ad ignem lentum cinerum, & erit instar faculæ, aut amyli sicci, quod seruabitur diu omnibus suis virtutibus dotatum. Adde, si velis, tantillum *gummi tragacanthi, aut amyli*, & inde forma trochiscos: tantillum, inquam, *gummi & amyli* additum, incidendi, detergendi scyllæ vires minime obrundet: hæcque eadem magis familiaria & amica sunt naturæ nostræ, quam farina erui. Sed hanc de industria addi quidam cõtendunt, ad scyllæ nimirum vim incidentem & detergentem actuosiore reddendam: sed hoc simpliciter negatur. Farina n. in tanta quantitate addita potius obstruendi & oppilandi vim exeret. Adhæc cum eiusdem vi detergendi, vt & supra notauimus, perniciofa simul atque adeo noxia coniuncta est facultas, vt sanguinis fluxum prouocet, tam per ventrem, quam per vesicam.

Quod si velis scyllam pasta inuolutam,

H h h h h 3 iuxta

Malignitas in scylla artificiosa correctiones.

Transplantationis effectus.

Facula scyllæ in trochiscos redigi potest, qui dicuntur trochisci faculæ scyllæ.

*Saccharum
scylliticum.*

iuxta crassam communemque viam, in furno quodam coquere, ita, vt nullæ in ipsa nocendi vires remaneant, licet minus cocta sit, & incidendi vi acrique qualitate abunde adhuc vigeat: Scylla probe trita per setaceum traicienda est, cuius *vincias quatuor iniice in octo vel decem ꝑ. sacchari, in tantillo aceri scyllitici dissoluti & ad perfectionem cocti*: recoquendo totum adhuc supra ignem, agitando & probe miscendo cum spatula, donec amplius non adhæreat vasculi fundo: ita facies *saccharum scylliticum* excellentissimum, ex quo formare poteris trochiscos, rotulas, seu cuiuscunque formæ aliæ: tum ad theriacæ, tum ad quosuis alios vsus, quibus scylla destinata est, cuius venenum per hanc vltimam coctionem, & sacchari admixtionem penitus secernitur.

Optima, emendatior, certior & securior præparatio scyllæ est, si ea in extracti formam redigatur, vt sequitur.

Extr. scyll.

℞. Optimam eius partem siue cor, vt supra, hanc crasso modo incisam iniice in vas vitreum aptum, superaffundendo acetum rosarum, vt duos digitos materiam supernatet: omnia in infusione stent in loco frigido per 24. horas: deinde effunde acetum per inclinationem, quo cepa fermentata, omne venenum deponet: dein adde lac vaccinum vel ouinum optimum, & recens multum: omnia sinantur in Baln. Mar. bulliente, donec liquefacta sint, colentur per linteam: dein ad ignem lentum cinerum fiat euaporatio & reductio in extractum siccum, cuius vsus erit, si velis, loco trochiscorum in dicta theriaca, & in dosi debita.

Videbimur forte vltra modum hoc argumentum de vnus cepæ præparatione pertractasse. Sed multa in ea fuerunt consideratione dignissima quæ nullo modo intacta prætereire volumus, nec quicquam à nobis dictum putamus, quod non sit proprium huius loci, & ex quo non percipi possit magnum emolumentum.

Nunc sequuntur trochisci hedychoi

dicti, qui huic magnæ Andromachi Theriacæ admiscendi quoque sunt: eos describit Gal. lib. de Antid. Aet. & Ægin. lib. & cap. supra citatis. Eorundem quoque descriptio ab Auic. lib. 5. traç. 1. traditur, qui eos vocat alindaracos: horum tres differentes describit formulas, sicut & omnes authores in iis describendis à se inuicem discrepant. Non video tamen, quænam necessitas horum trochiscorum præparationem introduxerit: quandoquidem maxima pars illorum ingredientium siue simplicium, in longa illa simplicium serie, quæ theriaca recipit, continetur, nihilominus tamen ex Galeni lib. præcitato, formulam huc transcribere non grauabimur: si enim multum haud proficiunt, nocere tamen non possunt.

℞. *Mari*

Asari

Amaraci

Aspalathi cũ santalo citrino an. 3 ꝑ. Trochisci hedychoi.

Schœnantihi

Calami aromati.

Phu pontici

Xylobalsami vel ligni aloes

Opobalsami

Cinnamomi

Coffi an. 3 iij.

Myrrha

Folii

Nardi Indica

Croci

Mastiche an. 3 ℞.

Omnia optime trita, & in puluerem tenuissimum reducta excipiantur vino albo odorifero, & pastillos efforma digitis, opobalsamo vel oleo caryophyllorum tinctis, dein in vmbra exsiccantur.

Restat tertium trochiscorum genus, qui præcipui sunt inter reliquos, & in hoc magno & admirando remedio basis & fundamenti partes subeunt, in quibus minutius discutiendis, paulo diutius immorabimur. Eorum descriptio habetur apud Galen. in libris supra citatis, sed nos eam huc inferemus, quæ scripto protulit Ægineta: quæque ex eodem Gal. depromptam fuisse magna ytriusque

utriusque similitudo & affinitas facile cogit.

Viperas quatuor aut quinque fulviores ac recēs captas sumito, & de ipsis ad caput & ad caudam quatuor digitorū magnitudinem abscindito. & tora pelle interaneisque ipsarum ablatis: reliqua in olla noua vitreata cum sale & anetho coquito, donec spina de carne discedat, deinde ablatis ac diligenter à spinis purgatis carnibus puri panis triticeī æqualem portionem ipsis admisceto, & bene simul trita in pastillos efformato, digitis opobalsamo unctis, & in umbra ficcato.

C A V T I O.

Præcipuum horum trochiscorum fundamentum sunt viperæ, sicut iam alibi diximus, simulque clare ostendimus, quam turpiter lapsi sint ii, qui pro iis aliud serpentum genus, quos falso nomine Thiros appellarunt, introduxerunt.

Constat itaq; totius antiquitatis suffragio & auctoritate, & in hunc vsque diem constans manet sententia, viperas esse illud ingrediens primarium, ex quo conficiantur trochisci theriacales: non vero alias quasuis serpentum species.

Inter viperas a. femina potius deligitur, quam mares: noscuntur autem illæ ex dentium numero, quorū quatuor habent, masculi vero duos tantum. Sed utro gerentes accipiendas esse negant. De ceteris signis vide Aetiū, iuxta quæ instituedus est delectus harum viperarum feminarū potius, quam mariū aut aliorū serpentiū, quæ formæ similitudine ad eas accedunt. *Sunt autem alia animalia, (inquit Aet. de viperis feminis loquens) subflaua, ingētia & agilia: oculos subrubros habent, collū angustum, latius caput, & caudam acernatim in tenuitatem abeuntem, ac carne penitus nudam: v. ètrem autē sinuosiorē habent, &c.*

Sunt adhuc plura alia signa & indicia ab authore notata, ex quib. a. pritudo viperarum ad trochiscorum compositionem iudicanda est. *Nam si abscissis capite & cauda tanquam immobiles iacent, ad vsum in-*

opta sunt: si vero prædictis partibus amputatis, (ubi iungit Aetius) motum quendam videris in reliquo corpore superstitem, & animalia ipsa cruorem aliquandiu in se conseruant: hæc ipsa, ut optima in Antidoti compositionem sunt admiscenda. Et sicut Auicenna circa idem propositum his scribit verbis, licet non ita disertis: quod si cucurverit ex ea sanguis plurimus (loquens de viperæ, capite & cauda truncata) & fuerit motus eius in illa dispositione plurimus, & mors ipsius tarda, tuus erit electus.

Temporis præterea cōsideratio in prædictis viperis ad trochiscorum præparationem capiendis admodum est necessaria. Quous enim tempore captæ non sunt bonæ: quæ in re tam inter præcos, quam modernos discrepantiam deprehendo. Nonnulli in ea sunt opinione, viperas non statim, simul ac latebris suis prodierint, accipiendas: hæcque fuit opinio Galeni *lib. de Antidotis*: alii vero contrarium statuunt, & volunt, ut in instanti statim tempore, simul ac captæ sint, si fieri possit, aut ad summum per vnum aut duos dies reseruata in trochiscorum compositionem recipiantur: idque sine mora ex Auicenna: & *Egin. lib. 1. de re med. c. 11.* ubi loquitur de salis theriacalis præparatione: *Viperas inquit sumito recēs captas quatuor, &c.* Cui vltimæ sententiæ & nos subscribimus, idque ob rationem, quam mox reddemus, ubi de causis, ob quas veteres moti in tam venenatissimo animali, tam præclaram & excellentem venati fuerint antidotum, accurata disquisitione differemus. Digna quippe est materia, ut in altam & diligentem vocetur contemplationem.

Longe ante Theriacæ inuentionē, cuius author fuit Andromachus, in viperarum aliorūq; serpētū vsus in medicina existerat, ut colligere licet ex Dioscoride, qui vixit fere circa tēpora Mithridatis Regis Pōti, qui antidoto à se cōpositæ suū propriū indidit nomen, eiq; magnā conciliauit estimationē. Dioscorides enim *lib. 2. cap. 16.*

loquens

Lib. 5. summa 1. tra. 1.

Tempus capiendi viperæ.

Lib. 5. tra. 1.

Viperarum
femellarum
ad theriacā
aptarum si-
gna.

loquens de viperis docet, quomodo sint excoriandæ, capite & cauda truncandæ, reliqua illarum caro in frustra disseccandæ, & in oleo, vino, sale & anetho coquenda. Ita coctas viperas comedendas præbebat ad visus claritatem, ad roborandos nervos debilitatos, ad serophularum generationem inhibendam: ad hæc se ex auditu nouisse ait, quod ii, qui hisce vescuntur carnibus, diurnam traducant vitam: vbi præterea videre est, quomodo eodem auctore sal ex iis eliciatur, qui enarratos modo præstat effectus.

Hæc præparatio & coctio nihil fere differt ab hodierna, imo ex vini oleique superadditione præstantior multo est, quam quæ cum sola aqua fieri solet. Hinc recentiores, & qui eos secuti sunt, panem ad diurniorem conseruationem addiderunt, inque pastillos efformarunt.

Ac licet Dioscorides suo tempore plenior nondum assecutus esset notitiam de viperinarum carniū præstantia & utilitate, eius tamen successores, vt facili coniectura præsumitur (progressu namq; temporis magis magisque accrescunt inuenta & experimenta) vterius processerunt, periculumq; fecerunt, num caro viperarum adeo sit efficax, vt proprium venenum, quadam similitudine & familiaritate, à cætro ad superficiem attrahat, edomet & expellat. Sicut nihil noui est, rerūque experientia abunde confirmat, plura animalia venenata reperiri, quæ suo proprio veneno veræ existant antidoti. *Scorpio sibi ipsi pulcherrimum medicamentum est, inquit Celsus, l. 6. c. 27. quidam cū vino contritum bibunt: quidam similiter contritum super vulnus imponunt: quidam super prunam eo imposto vulnus suffumigant. &c.*

De pluribus tantum animalibus venenatis locuti sumus. Nam ex omnibus in vniuersum non extrahuntur Alexipharmaca, sed contra, quæ ex ipsis remedia educta pures lethalia sūt venena. Hinc Aristoteles 8. lib. hist. anim. ait. *Aspis anguis, ex quo medicamentum illud purificum componunt,*

in Aphrica gignitur, ad cuius iæum nullum inuenitur remedium.

Sed hic nobis notanda & excutienda venit nobilis illa quæstio, quibus nimirum causis, & argumentis patres antiqui compulsi huic se immiserint indagatiōi, vt ex animali tam venenato, quale viperam esse constat, tam insigne medicamentum & antidotum eruerent.

Cum vero in re tam ardua ac difficili, omnia paulo longius sim repetiturus, philosophandique rationem, non triuialem, aut omnibus obuiam adhibiturus, beneuolus lector forte grauius & anxie tulerit, si de tanta procius tacuissim quæstione, aut pisce taciturnior factus, ne verbulum quidē de eadem protulissim. Aduersarios autem meos, ex tam innumeris maledicentiæ ac inuidiæ telis, quibus me quotidie impetunt, contracto quasi callo, amplius non moror: quo fortius enim insurgunt in honores meos deprimentos, eo aupticatius & splendidius eosdem indies emergere, vel inuiti intuentur. Propugnaculo loco nunc istis oppono solas antidotos meas, quarum solus aspectus & odor gratissimus, virus illud viperinum, quod in me expuunt, procul hinc fugabit, & in auras dissipabit.

Aristoteles lib. 8. hist. animal. cap. 17. scribit, quod serpentes suas veteres depōnant exuuias tempore verno, quo è terræ latebris rursus proreptare solent, & autumnali: similiter id faciunt viperæ, veris & autumnali tempore.

Per serpentis vocabulum non intelligit quoslibet serpentes, quorum genus multiplex est, sed in specie colubros, vt pote qui sunt cæteris communiore, notiores, & numero multo plures: vnde vulgo serpentes vocantur, quorum exuuiæ etiam plerunque in campis inter saxa & dumeta reperiuntur, idque passim tam in Francia, quam alibi.

Si serpētis nomē generaliter sumpssisset Aristoteles, eius speciale nomē, vt de viperis facit, nō expressisset. Sed patet fieri posterum

Alterum ex continuata huius tractationis ferie, nihil hic à nobis dici sine causa.

Nullum est dubium, quin multi olim sublimi ingenio præditi, viri doctissimi, ac naturalium arcanorum peruestigandorum cupidissimi, causam, cur exuias detrahant sibi serpentes & viperæ, timati sint, nec non alias circumstantias probe expendierint, & imprimis tempus veris & autumnus considerarint, quo ista animalia à lacubus suis subterraneis egrediuntur. Vnde meridiana luce clarius patet, quod hoc nempe tempore tam copioso, & per totam tuam naturam disperso abundant balsamo, tamque validissime vigeant spiritalibus essentiis, & vero necesse est vitæ siue balsamo naturæ pretioso & radicali, in amplissimo terræ sinu, tanquam in proprio suo loco, matrice & seminario contento & incluso, ut prædicta animalia, tum vetere abiecta pelle, se noua induere & renouare queant.

Sed quia inter reliquos serpentes non sunt, nisi hi duo enumerati, coluber nēpe (vulgo serpens dictus) & vipera, qui exuias statis deponant temporibus; præsumendum hinc est, atque credendum, his duobus animalibus non tantum ad sui conseruationem, sed in aliorum quoque usum concessum esse naturalem quendam instinctum, quo deligunt, exugunt, & in alimentum attrahunt, non materiali aut crasso modo cibum corporeum, visibilem & palpabilem (siquidem auctore Aristotele, & recte quotidiana experientia eiusmodi animalia, citra cibum aut porum vitam multo tempore siue subter terram, siue supra transigunt terram) sed mere formalem & spiritualem, hunc nempe salem sulphureum & pretiosum naturæ balsamum, quo omnia animantur & vegetantur, idque potissimum, dum circa æquinoctium vernale, calore siue igne Athanoris, magnæ lampadis cœlestis, potenter operante & attrahente, sublimatur &

elevatur, quod naturæ sulphur per mirabilem hanc sublimationem, totam terræ superficie irrorat spiritibus balsamicis, eiusque interiorem sinum irrigat præ iosa & viuificæ aquæ vitæ, & nectaris naturalis saluberrimo & vtilissimo liquore. Vnde omnia reuiuiscunt & florescunt, & quæ mortis speciem referebant, vitam recipiunt & reuiuiscunt. Eadem sublimatio fit etiam sub æquinoctio autumnali, sed decrecente paulatim calore, sydereoque igne longius regresso, magnū terræ sublimatorium refrigeratur, omnesque spiritus vegetales & balsamici reuertuntur in suum chaos siue matricem. Serpentes & viperæ, quæ in terræ sinu & domicilio commorantur, naturali quodam instinctu, ut diximus, exugunt, & in alimentum alliciunt cibum æthereum, qui tam insigni, viuica & specifica facultate pollet aduersus venenatam & deleteriam illorum naturam, ut si eo satis reficiantur & instaurantur, non solum vim acquirant & virtutem, spolia suo utroque tempore statim exuendi, sed renouandi, sed ob exuberans illud balsamum, quo abunde vident, instar medicinæ insuper vniuersalis sunt, ad omnem cutem leprosam scabiosam, vlcerosam, & quauis alia labe foedatam, tollendam & renouandam, & ad corpus quauis ex parte vitiosum, putidum, & in frustra mox collapsurum, ita emundandum, ut in purum floridum & sanum euadat: ita quoque sunt, eiusdemmet balsami virtute, qua abundant, alexiterium summum contra omnia lethifera & præsentissima venena. Et hæc quidem de hoc subiecto philosophari placuit.

Si quis forte scire desideret, ex quibusnam scriptorum ac monumentorum codicibus didicerimus, animalia hæc subter terram hoc radicali naturæ balsamo nutiri posse? is ad admirandos eorum respiciat effectus, quos arguit propria exuiarum detractio: facultatē insuper, quam habent, lepram nullis aliis

remediis medicabilem, sanandi rimetur: nec non præclara, quæ ex eis eliciuntur antidota contra omnis generis venena, expendat. Quæ quidem summa & admiranda effectuum præstantia aliunde proficisci nequit, quam ex radicibus & principis magnæ istius & vniuersalis medicinæ, cum qua serpentes illi participare necessatio colliguntur. Sequitur igitur, ut vel eam scientia innata & naturali peculiariter deligant ac alliciât in profundis terræ latibulis, vbi acerrimè congregati, variisq; inuicem nexibus implicati, in longum tempus degunt citra alterius alimentum fructione: vel necesse est, ut tunc temporis, quando spiritus sulphurei & vegetales, qui rebus omnibus animam & vitam, mediante hoc pretioso naturæ balsamo, infundunt, eleuati & sublimati penetrant durissimas etiam arborum radices, truncos & cortices, ipsiq; vigorem & virorem impartiuntur, florescereq; faciunt, imo & reuiuiscere: necesse est, inquam, ut hi spiritus balsamici simili ratione per serpentum corpora tanquam multo molliora penetrant, eaque in medicinam efficacissimam, tam pro seipsis, quam pro aliis abunde & largiter condire queant. Hinc ipsis facultas illa, deponendi cutem, tempore videlicet, ut iam diximus, vernali & autumnali, quando spiritus isti sulphurei sunt in sua exaltatione quibus temporibus. (ac in ipso præsertim Vere) videmus etiam arborum cortices, balsamicis succis tum maxime abundantes, truncis suis, & ligno solidiori non adhaerescere, sed facillimo momento ab ipsis auelli & separati: non secus ac serpentes, qui circa idem tempus, & ab iisdem causis veterem dimittunt cutem.

Uterius si quis querat, cur cæteri serpentes & animantia, in interioribus terræ domiciliis habitantia, careant hoc naturali instinctu, ut cum delectu in alimentum sibi ætrahant hoc radicale naturæ balsamum, & cur non æque eo-

dem perfundantur, & in medicinam cõdiantur ac colubri & viperæ? Respondetur, quod hæc proprietas peculiariter his solis natura indita sit animalibus, non secus ac in Tora, quæ herba est venenosa, accidere videmus, iuxta quam proxime conuascitur Antitora, quæ ut alteri sit in alexipharmacum, eodè spiritus ex eadè terra exugit. Prætereareflektamus paulo oculos nostros ad fucos, vespas, & huius generis infinitas alias multas, quæ licet dulcissimum omnis generis fosculorum, herbarum ac fructuum succum in alimentum exugant, inter illas tamen omnes vnica tantum apis, ut inquit Riplæus, naturalè illam scientiam obtinuit, cœlestem eiusmodi manuum in ceram & mel eouertendi. Res certe summæ admirationis & mysterii plena. An non idè in serpentibus cõtingere posse existimandum?

Si quis interrogando acrius urgeat, quare cum tanta sit huius balsami efficacia, non eadem opera tollatur omne simul venenum in serpentibus & viperis, cuius scintillas ipsis adhuc inhaerere produnt venenati eorundem ictus? huic eadè contèplandas opponimus apes, quæ nihilominus aculeum suum retinent pungentem ac venenatum, licet totum illarum corpus abunde distillat cœlesti, dulci & balsamico liquore, qui proprii veneni aptissimum est remedium. Idem de serpentibus esto iudicium.

Hic Hermeticos philosophos vno tantum verbo admonitos velim, ut accuratè mētis attentione perpèdant, cur poætæ, qui sub fabulis suis semper occultarunt summa naturæ secreta, velleri aureo, & pretiosis in Horto Hesperidum fructibus custodiendis, terribiles & venenosos Dracones præesse sinxerint. Ex hoc enim si mentis oculis rem intètius inspexerint, facile agnoscent, in rebus etiam extrinsecus venenatis, opus suum magnum, medicinamq; suam catholicam vniuersalem inquirendam esse: non videlicet in primo

primo statim operis limine, quod plerūque tactu asperum, visu horribile, odoratu foetidum, gustu ingratum, qualitate venenatū apparet, hoc est, non ab exteriori cortice, sed ab interiore nucleo, arcanum erendum, non secus ac in externis serpentis & viperæ partibus, nempe in eorum dentibus, perniciosum delitescit venenum, ex quorum tamen interiori corpore summum & admirandum educitur alexipharmacum.

Possent in hanc rem, pluribus aliis meditationibus, haud iniucundis, & penitus in arcanorum adyta deducantibus, animos omnium in summā protrahere admirationem, meque in aliorum gratiam & utilitatem iisdem magis oblectare, sed satis sit philosophico & Christiano Medico hic ruminandum, considerandumque relinquere, *Deum nempe & naturam nihil facere sine admiranda & incomprehensibili prouidentia.* Qui itaque omnes omnium effectuum causas peruestigandas recipiet, magnum subibit onus, nec habebit vnquam, quod dederum obiectarum penuria conqueratur, præsertim illarum, quas Natura in penetralibus suis clam abscondit. Sexcenta enim sunt alia animalia, quorum certis solummodo partibus, venenum insidet, quæ tamen in cæteris ad varios vsus profūt. Draco marinus, Gallis, *lacvius*, piscis habet spinam in dorso plane venenatam: Hic in partibus tamē cæteris cibus est delicatissimus. Eodē modo serpens & vipera, licet dentibus suis venenatis lethalia infligant vulnera, cætera tamen eorundem pars salubris & salutifera existit.

Sed de his hæcenus. Nunc autem fufius oculis subiiciemus, num trochiscorum horum præparatio, quæ adhuc hodie in vsu est, talis sit, vt neque additionem, neque diminutionem vllius rei patiatur, an vero correctione & reformatione quadam opus habeat.

Supra in trochiscorum de viperis de-

scriptione declaratum fuit, quod à sola vera & legitima carniū istarum coctione totius magisterii fundamentum dependeat. Hæc coctio, sicuti videre est ex correctione Bartholomæi Marantæ, viri celeberrimi, tanti momenti est, vt in ea omnis consistat bonitas aut imperfectio Antidoti. In summa singulari cura & industria opus est in carne ista perfecte coquenda, quæ ab osse spinæ separata diligenter tundēda est in mortario, adiecto pane ex pura & recenti farina triticea coacto, & optime cocto atq; fermentato: inde postea formādi trochisci. Quidā prædictum panem seorsim exsiccant, eumque in puluerem redactum per cribrum traieciunt, & admixta carne optime quoque seorsim trita, inde efformant trochiscos, quæ mixtio longe est facilior & præstantior.

De quantitate panis cum dicta carne cōmiscendi, diuersa est authorum opinio: alii enim addendas censent & quas partes, alii mediam, alii tertiam, & alii tandem quintam solummodo partem.

Norandum præterea, quod veterum nonnulli inter tundendum & miscendū panem cum carne viperarum, parum earundem iusculi adiciant, vt omnia melius misceantur & subigantur: inter quos est Aetius. Alii vero de prædicto iusculo nihil prorsus addunt, vt Aegineta & Auicenna solius carnis vsu contenti, quæ ratio præ cæteris communissima fuit: iuris enim admixtione citius corrumpuntur, & acidi fiunt trochisci. Prænomina- tus Maranta in correctione enumeratorum trochiscorum viperarum, in hanc abit sententiam, *vt scilicet fermentur, si, vt ipsemet scribit, fieri possit, sine iusculo, aut saltem ipsius exigua quantitate: hoc enim modo celerius exsiccantur: contra (ad- dit) si panis in iusculo viperarum mace- retur, & postea simul cum carne tun- datur, tales trochisci difficulter exsic- cantur*

cantur, & sunt in causa, ut postea caro putrescat & panis fiat acidus.

Formatis ita trochiscis, dicti antiqui, ut & adhuc hodie moderni summam adhibent curam in iis probe exsiccandis, eos subinde vertendo, mox in vnum, mox in alterum latus: idque in loco à vëtis & pluuiis tuto ac securo, ut iuxta nō nullos spectent vel plagam septentrionalem, vel iuxta alios, meridionalem, quam Sol maxima diei parte collustrat, sed singulari adhibita cautione, ne Solis radii feriant dictos trochiscos. Sol namque, ut Auic. scribit, destruit & spoliat eos virtute appropriata carnibus viperarum opposita venenis, quæ sunt ex morisione, & venenis ebibitis.

Lib. 5. summa 1. tra. 1.

Hæc sunt omnia illa, tam antiquorum, quam modernorum mysteria, quæ tanquam notatu dignissima circa horum trochiscorū cōpositionem tradiderunt, quos præcipuum huius magnæ antidoti, huius, inquit, magnæ Theriacæ adeo ab omnib. hæctenus commendata & celebrata: fundamentum esse diximus.

Cogor equidem fateri, me non satis admirari posse, quod ii, qui hæctenus in Theriaca hac vtunque corrigenda operam & laborem impenderunt, errores & defectus istos non deprehenderint in enarratis viperarum trochiscis, in quorum tamen correctione (tanquam in re maximi momenti) omnes porius ingenii nervos, necessario intendere debuissent, quam aliis se quæstiunculis de *cinnamomo vero, de opobalsamo, de chalcitide, & similibus* huius antidoti ingredientibus inuoluissent.

Hic enim est præcipuus rei status, de quo in posterum nobis agendum erit, vt hoc fundamento, quod imminentem minatur ruinam, restabillito, pristinus medicamenti splendor ac virtus, quæ multum defecerunt, minusq; antiquorum elogiis respondent, postliminio reuocentur, Quod propositum nostrum

ad publicum iuuandum solummodo dirigatur, vt nuper ante professi sumus, ne quis nobis inanis gloriæ aut temeritatis labem impingat.

Sola vipera, magnæ huius antidoti basis sunt, sicut communis fert opinio, omnium calculo comprobata.

Viperas esse basin Theriacæ.

Circa has viperas veteres nihil aliud meditabantur, quam vt inde conficerent trochiscos, ea, qua diximus, methodo, qui in hoc magno arcano fundamenti seu basis obtinebant locum, sicut aliquoties iam à nobis satis abunde dictum est.

De his tres mouebimus quæstiones, quas iam in publici commodum, ea, qua possumus, diligentia & fide, soluemus & euentilabimus.

Prima est, num lex sit quædam Lesbia, quæ inuitabili necessitate nos adstringat huic vulgari trochiscorum præparationi?

Quæstiones de trochiscis viperinis.

Secunda, an nil addendum, nil detrahendum, aut immutandum sit in hodierna trochiscorum illorum præparatione: num vero in meliorem statum corrigi & reformari possint?

Tertia, num salua antiquitatis auctoritate, dictæ viperæ debeant, aut possint, in præstantiores alias remediorum formulas, velut in essentias, balsama, confectioes & sales præparari, quæ sua vi & energia communes illos trochiscos de vipera in omnibus illis curatiuis scopis, quibus alias appropriati perhibentur, longe lateque superent.

Illis dubiis, vt supra, exacte & fideliter discussis, spes nobis certa & indubitata atridet omnib. aperiendi viam, non ad vnam tantummodo, sed ad varia & diuersa Theriacarum genera componenda, quarum effectus admirandi admodum cum optatissimo successu sese prodant aduersus omnis generis venena, vel in corporib. nostris nata, vel exhibitæ & assumpta, vel animalium venenatorum ictibus ac.

bus ac moribus in nobis excitata.

*Responso
ad primam.*

Ad primam quaestiois solutionem quod attinet, absurdum est existimare, nobis in compositione theriacae, necessario confugiendum esse ad consuetam & vulgarem huiusmodi trochiscorum preparationem, quasi verò viperam in nullum alium remedium usum aptandam sint, neque vim & efficaciam suam aliter exercere possint quam si in trochiscos redigantur. Cum tamen res longe secus se habeat, vel ipso Galeno teste, qui *lib. simpl. II. & lib. de antid.* memorabilem refert historiam de duobus leprosis, quos ipsemet opera viperarum, non in trochiscos redactarum, sed vino impositarum, pristinae valetudini restitutos fuisse, testis vidit oculatus. Cum enim dictis leprosis, vitam miseram & arduosam diu agentibus, ex commiseratione ad mortem ipsis accelerandam, vinum, in quo vipera casu immersa & mortua fuerat, bibendum offerretur: accidit contra, ut hausto potu oblato, non tandem cutem vlcerosam, squamosam & foetidam, cum sana & florida permutarent, sed integram insuper, perfectamque inde sanitatem recuperarent.

*Historia de
duobus le-
prosis ope vi-
perarum re-
stitutis.*

Curatio haec, quae à Galeno citatur, mirabilis admodum, & breuissimo temporis spatio, absoluta, solis viperis vino immersis & emortuis, accepta ferenda est, quod vinum veri menstrui & vehiculi vicem gerebat, ad elicendam ex vipera alexiterii vim & virtutem. Nec refert, utrum ipsae integro manserint corpore, quia virtus illarum praecipua vino fuit communicata, ex cuius potu vsuq; commemorati leprosi à lepra, quae nullis aliis cedit remediis, perfecte liberati remanserunt. Ex quo manifesto euincitur, vipers nihilominus potenter suos demonstrare effectus, licet neque coctae, neque in trochiscos sint redactae, hincq; facile concluditur, legem de iisdem parandis non esse perpetuo necessariam,

quandoquidem insignis earundem virtus & alexiterium aliis modis ostendatur.

Antiquitati porro illiusque sequacibus, ut aarratam carnem viperinam in trochiscos effingerent, causa fuit maior (ni fallor) difficultas olim, quam hodie, colligendi eiusmodi animalia. Vnde hoc remedium in magna copia ad aliquot annos reseruandum praeparare voluerunt ne toties repetere cogerentur eiusdem praeparationem. Hinc Galen. summam requirebat industriam, in iis recte praeparandis & exsiccandis, ut integris valentibusque viribus adseruari possent ad duos vel tres annos. Sic nostro quoque seculo accidisse legimus, ut loco viperarum, quae ob inopiam aegre tum haberi poterant, vsurparentur radices tormentilla & dictamnii. Ante paucos annos, inquit Barth. Marantha, vix cognoscantur vipera, colligique poterant: propterea maiores nostri barbaros Medicos secuti, pro illa sumebant tormentillam & dictamnium. Nunc autem adhibito rectae rationis iudicio, perpendite quales, quam egregia & praestans ista foret theriaca, & quam apte hoc ipsi nomen conueniret.

*Quid in de-
fectu vipe-
rarum sub-
stitutum o-
lim fuerit.*

De secunda quaestione sciendum est, vulgarem illam parandi methodum multa opus habere correctione, aliasque insuper formulas multo praestantiores & vtiliores, quam vulgaris illa est, posse dari. Quod perspicue admodum declarabimus omnibus iis, qui remora crassa & nubilosa ignorantiae cataracta, mentis oculis acutius intuentur, quique ingenio minus stupido praenimio contradicendi studio, antiquis suis somniis mordicus propugnandis non inhaerent: quod vitium hodie adeo commune est, ut multi, qui haecenus in cineribus & umbra contenerunt, eo contaminati videantur. Sed missis verbis, ad rem ipsam accedamus.

Ostensum est *supra*, praeparationem

liiii 3. tro-

trochiscorum viperinorum consistere in recta carniū illarum coctione, quæ sit cum aqua communi, addito pauco anetho & sale: donec os spinæ prompte auellatur à carne: per quam coctionem virtus illarum prima & substantia penitus, ni fallor, cum iusculo confunditur, carnisque vix dimidia pars vel tantillum solummodo restat. Interim tamen non nisi caro sumitur ad trochiscorum illorum compositionem. cum cocta fuerit, inquit Paulus, *ollam ab igne depones, & carnes diligenter à spinis exemptas per se contundes, nulla iusculi addita parte.* Sunt quidam, vt diximus, qui de eodem partem addunt, quod tamen nullius momenti æstimandum. Nam posita eius additione, necessario quoque panis quantitas ad trochiscos efformandos augenda erit, & sic imminuetur trochiscorum virtus, manebuntque illi nihilominus corruptioni & aciditati contrahenda multo magis obnoxii, quam si ex sola carne siue iusculo confecti essent, vt id iam supra auctoritate antiquissimorum Medicorum comprobauimus.

Dic amabo, qualenam præseruatium, conseruatium aut alexiterium erit id, quod seipsum à corruptione præseruare nequeat? Ad condiendum cadauer, & ad id præseruandum à vermibus & facili corruptione, nonne adhibetur sal, aloë, myrrha, & similia, quæ balsamica virtute prædita, sibi ipsis ad diurnam conseruationem inseruiunt, nec facile corrumpuntur? At trochisci viperæ, nisi alterna & frequens illa de vao latere in alterum accederet versio, & desiccatio, momentaneam facile incurrerent alterationem & destructionem: vel post ipsam etiam opobalsami iniunctionem, quod ipsis pro solempni quasi corollario, ad diurniorem conseruationem additur. Hoc confirmat Aetius in hæc verba scribens: *Postquam vero siccio-*

res fuerint facti, eos opobalsamo optime oblinio & in vitreo vase asseruato ac quicquid puluerulenti & albi ex eis per situm productum est, post dies aliquot linteo extergito: præforantur enim, si id ipsum eis diutius adhareseat.

Vides ergo, quam imperfecta mutilaque sit trochiscorum viperarum præparatio: cuius correctionem tribus modis aggrediemur, in quibus singulis liquido patebit, virtutem & proprietatem viperarum integram conseruari, imo & accrescere augerique: cum in vulgari illa compositione potius inaminiatur & dissipetur, vt paulo ante dictum.

Non ideo tamen confuse, sed distincto quodam ordine, tres enumeratas correctiones & reformationes proponamus: primam appellare libet confectionem viperinam aromaticam. Alteram confectionem viperinam saccharinam: tertiam confectionem viperinam iuniperinam. Ex quibus confectionibus tribus tria quoque, si ita videbitur, trochiscorum genera efformari poterunt, iidem seruatim non omnibus: singulorum autem præparationis & compositionis formulæ horum nominum rationem plus satis indicabunt.

I. Confectio viperina aromatica.

¶ Carnem de quatuor viperis recens captis, gregaria via præparatam, hoc est, capitibus, caudis & visceribus internis abiectis, optime lotam cum vino, & in frustra incisam: hanc indes in matracium vitreum capax, super assundendo aqua cinnamomi excellentis, & vini canaria vel hydromelitis vinosi ana ℥. v. vel vi. vel tantum, quantum ad irrigandam solummodo dictam carnem sufficere: his adde

*Cinnamomi
Caryophyllorum
Macis*

Piperis

*Tetr. 4. ser.
1. c. 90.*

*Piperis nigri**Zingiberis.**Cubeba.**Cardamomi ana ʒ ʒ.**Summit. Anethi**Hyssoi**Thymi ana p. j.**Salis communis p. ʒ.**Sp. Elect. de gemmis.**Pulueris aromatici rosati.**Diambræ ana ʒ. j.*

Dein vase clauso, vt nihil expirare possit, pone in Bal. Mar. ad bulliendum, & omnia decoque ad ignem luculentissimum per 7 vel 8. horarum spatium, aut donec viperarum carnes in liquorem redactæ videantur. Aperto vase omnia effundantur in patinam argenteam, aut vas terreum vitreatum & mundum, ac inde separatim omnibus ossibus, colentur & exprimantur omnia perquam optime, quæ cum iusculo siue liquore fere omnia per seraceum transmittuntur. Et hoc modo habebis essentiam, seu integram ac substantificam viperarum virtutem: quæ odoris erit fragrantissimi, vt pote virtutibus rerum aromaticarum imprægnata, quæ balsami siue opobalsami (ab antiquis additi) locum tenent. Materia excipiat in alembico apto & capaci cum suo capitello & recipiente, vt ad ignem baln. vaporosi exquisitè separetur omnis liquor, quem seorsim serua-bis, & erit summum alexiteriũ, & aqua theriacalis præstantissima: in fundo remanebit gelatina pretiosissima: in forma essentia siue extracti viperarum, & in consistentiâ inter molle & durum media: quæ iam, vel nulla, accedente alia præparatiõne, vsui apta erit. Hæc statim cum cæteris theriacæ ingredientibus, vt paulo post dicturi sumus, permisceatur: vel etiam (ne omnino communem præparandi formulam fastidire videamur) inde formabuntur trochisci, addendo tantum quintam partem amyli probe pul-

uerizati. Et siccando dictos trochiscos ad ignem lentum hypocausti, sic trochiscos habebis excellentissimos, qui viperarum virtutem substantificam in se perfecte continebunt, & longissimo tempore, si opus sit, adseruabuntur: siquidem spirituum aromatum balsamicorum viribus & armis inducti sunt, locoq; communis theriacæ vsurpabuntur. Imo vsus illorũ erit quoq; ad alias nouas theriacarum formulas fabricandas, prout malit, quod expugnandum est, natura & conditio postulat. Nunquam exarbit, quicunq; in præparandis eius generis remediis, hoc tam præclaro & certo innitetur fundamento: quemadmodum & hæc viperarum præparatiõ, quam modo docuimus, reuera supra eodem extructa est. In hac enim, nec non in aliis carniū harum veris ac legitimis præparatiõibus, præcipua ac prima huius magni alexiterii basis existit.

Si loco aquæ cinnamomi, vini canariæ, siue hydromelitis vinosi ad enarratam carniū viperarum coctionem accipies, elixir magnum vitæ à nobis cap. de aquis descriptum, adhuc longe efficacius & præstantius reddes alexiterium, ita vt opus non sit addere aromata materialia, eo quod dictum elixir, satis ditatum sit ipsorum essentis: imo & omnib. aliis alexitericis & bezoardicis rebus, veluti ex eiusdem compositionis formula clare constabit.

II. Confectio viperina saccharina.

Accipe carnem de quatuor viperis, frustatim incisam, vt supra: hanc impone patinæ magnæ argenteæ, superaffundendo aquam vitæ fortissimam, & perfecte dephlegmatam, vt supernatet 4. aut 5. digitos: admoto igne cum charta accensa, aqua vitæ flammam concipiet, sicque ardendo viperas coquet. affunde deinceps nouam aquam vitæ, quoties

ptiorem

priorem flamma absumptam perspexeris: affusio vero hæc fiat per ampullam superius oclusam cum collo perquam angusto: alias hæc aqua vitæ ignis flamma apprehensa ardere incipiet. Hæc coctio continuanda est, donec carnes illæ sufficienter coctæ appareant: aquæ vitæ quantitas pro vnus auti pretio huic viperarum decoctioni satis erit. Tandem fac, vt tota aqua vitæ substantia inardescat, & consumatur, ceu in ea, quæ optimæ notæ est, probeque reëtificata, accidere solet. Si quid incöbustibilis superfit liquoris, is viperarum adscribendus est carni, quam (separatis spinæ ossibus) tundas in mortario marmoreo, admiscendo sensim proprium liquorem, donec huius opera redigatur in pulrem tenuem, & fiat apta, vt per cribrum simul transmitti queat, eamque post ad ignem lentum reducas in extractum. Hæc caro ita præparata, omniq; sua substantifica virtute dotata, iam idonea est, vt recipiatur in theriacæ compositionem: neque opus est, iam prius transformare in trochiscos, aut aliud quid addere. Sin vero libeat forte trochiscos inde effingere, qui longiori temporis spatio citra corruptionis merum adseruandi sint, eos parabis cum duab. drachmis gummi diatragacanthi, in mucaginem redacti cum sufficiente quantitate aquæ cinnamomi, mucilagini dictæ adicies carnis huius ita præparatæ ℥. iij. & ℥. ij. vel tres sacchari candi puluerisati: omnib. simul mixtis, confice inde trochiscos siue tabellas, quæ ad lentum calorem exsiccata diutissime adseruari poterunt. Cömiscabis etiam cū dicta massa ante trochiscorum confectioem, oleorum nucis muscatæ & caryophyllorum ana ℥. j. siue singulorum guttas xxx,

III. Confectio viperina iuniperina.

Tertia præparatio carniū viperarum, quæ sit nulla prorsus vitium aboli-

tione, sed potius earundem conseruatione & augmentatione, se habet eo, qui sequitur, modo.

Commemorata caro viperina sufficienter imbibatur spiritu salis balsamici, & rerum omnium conseruatoris, idque vel materiali & crasso tantum modo, carnem dictam sale aspergendo marino, vt vulgo solent: vel formaliter & philosophice eandem imbibendo veto illo nitro sulphureo siue spiritu acido solis philosophis cognito, quæ vltima methodus omnium præstantissima priori illi longe præferenda est.

Hæc caro summo & principali naturæ balsamo sic condita, apposite locetur in cibrum ex serico factum, & quodam instrumento, siue ex ferro albo, siue ex ligno, siue ex panno cerato inclusum, ita vt facta suffumigatione, per prædictum cibrum penetrare possit fumus: sique idem cibrum vndiquaque prope munitum, ad prohibendam vel quantulacumque euaporationem, & ad fumum transuersim idferentem excipiendum. Hoc autem suffumigatio ita parato.

℥. Bac. iuniperi ℥. i. ℞.

Bacc. lauri ℥. iij.

Myrrha ℥. ij.

Caryophyllorum ℥. i.

Granorum alkermes

Succini aut Karabes

Benioini ana ℥. ℞.

Omnibus crasso modo conuassatis & ignitis carbonib. iniectis, fiat suffusus in loco conuenienti, & carnib. ter vel quater in die suffumigandis apto, ipsumque continua ad 4. vel 5. dies, donec suffumigationis perfectione odor approbauerit.

Quo facto, carnes prædictas inter duas ollulas terreas vitreas, exquisitissime lutatas, ne quid expiret, inclusas mitte in furnum, è quo recens exempta sint panificia, aut qui simili moderato regatur calore: ibiq; siue continenter stare, donec tota harum carniū substantia simul

simul cum ossiculis suis in puluerem redigi possit tenuissimū & subtilissimū, qui substantificā carnū virtute nequaquam spoliatus erit, vt in cōmuni decoctione vsu venire solet, sed multo auctior & potentior euadet, spirituum balsamicorum, salis, prædicti suffitus ingredientium accessione.

Hic pretiosissimus puluis ex tam venenatissimo animali eductus superat quouis alia alexiteria & alexipharmaca, siue eo vtaris ad cōpositionem Theriacā, citra trochiscorum confectionem cū pane, quod opus nullius est pretii, (hic enim puluis potest perpetuo conseruari) siue exhibebas eundem cōtra omnis generis venena, vel in nobis progenita, vel ex quodā ictu aut morfu animalis, vel secus excitata, siue per se ad *℞.j.* porrigas, siue inde varia alexipharmaca, quorū is præcipuum & primarium fundamentum semper erit, componere velis.

Sed queris, cur de re mihi inexperta audeā tamen tā fideater & audacter verba facere? Respondeo, quod propositū nostrum triplici nitatur fundamento, ratione videlicet, experientia, & auctoritate.

Supra adiuitis rationem, cur viperæ & serpentes non tantum in propriis, sed & in aliorum exuuuis detrahendis renouandisque vim atque virtutem suam exerceant, qua de causa pro tam insignibus ac præclaris alexipharmacis hæctenus vsurpari fuerunt.

Si igitur trochisci communes ex carnib. viperarū parari, virtute sua substantifica per coctionē illā fere orbatī, nihilominus adhuc eximios produunt effectus: non possū mihi nō persuadere, quin eorundem effectus beneficio nostræ præparationis, quæ viribus & proprietatibus istis non solum conseruandis, sed & augendis, maxime incumbit, longe præstantiores nobilioresque sint futuri.

Porro vt id confirmemus experientia, eam vidit illustrissimus ille ac vere Prin-

ceps Anhaltinis Domin. meus, clementissimus, cui hoc dicatum est opus, cuius verba tam dignā amplamq; merentur fidem, vt nefas sit, ea in dubium reuocare, qui ex solo serpente communi, colubro dicta, puluerem eduxit sine alterius rei additione, sineq; magno apparatu solenni aut laborioso, contra omnia venena, vel nocentissima & lethifera, certaq; & incredibilia huius experimenta, fecit ac vidit. Horum insuper fidem confirmauit (vel presentibus ipsis DD. Laurentio & Lormio, illo primario Regis Medico, hoc vero Reginae, amobus viris excellentissimis & clarissimis seculi nostri luminib.) illustrissimus Dux de Buouillon, heros fortissimus ac vnus è præcipuis Franciæ nostræ Ducib. qui audiuisse aiebat, ex illustri & generosiss. Comite D. Othone de Solms, in rei veritate ita se habere omnia, quæ modo de hoc serpētū puluere diximus. Idem Comes pulueris huius conficiendi artificium tanquam maximum & incōparabile secretum impertiuit prædicto Duci de Bouillon, i deque magnam ab eo gratiam se in futurum sperauit. Hicq; haud dubie est ille idem puluis, de quo Ioan. Hartmannus Mathematicus in clyta Marburgensium Academia Professor celeberrimus, ac vir doctissimus, frater & amicus meus intimus, paucos ante menses his ad me scripsit verbis: Pollicebor, inquit, tibi forsā breuē nonnulla de puluere etiam aliquo magno certe alexipharmaco, contra omnia cuiuscunque generis venena: vidi (addit) oculis meis duxuac suo eius contra grauissima venena sublimati, arsenici, & napelli tribus diebus continue ab experito Medico assumptorum intra corpus, sed paulo post sine omni noxa ab exhibito puluere expulorum, cum magna & admirabili admiratione astantiū. Nullum certe venenum tam graue est, quin eo statim abigatur: dignum me hercle omnium Regum & principum desiderio artificium: est enim prorsus mirabile & prope diuinum. Et nescio sane,

sane, an forsan simile unquam audieris. Sed de eo & cæteris omnibus paulo post plura.

Quod si serpens, uti supra enodauimus, singulis annis, non secus ac viperæ, exuias deponens, tot tantisque polleat virtutibus, minimum erit dubium, quin iisdem, vel etiam præstantioribus viperæ sint præditæ: de quatum admirandis effectibus omnis antiquitas hæcenus mira scripsisse, palam constat.

Supereft, ut adducta veterum auctoritate, eximium nostrarum confectionum viperinarum splendorem & præstantiam stabiliamus, ostendamusque, quantum illæ conueniant cum antiquorum formulis, qui non perperuo trochiscorum, ut supra præparatorum, sed iusculorum etiam, salium & puluerum viperinorum vsum interdum admiserunt, ut in sequentibus, amplius declarabitur.

Tetr. 4. fet.
L. 6. 123.

Mirabile, (inquit Aetius ex Archigene) elephantiasis remedium viperarum eius existit. Eas vero hoc modo apparatus edere oportet: primum quidem amputato capite & cauda, & detracta pelle, exemisque interioribus visceribus omnibus, carnem aqua purabis aut ter lotam in olla instar anguillarum coquito, aqua quidem sufficiente affusa & oleo medico cum anetho & porro. Post sufficientem deinde cocturam iusculum moderato sale condicatur, atque ita agro in Sole desidenti exhibeatur, capite tamen probe velato.

Si iusculum carniū viperarum simplex, cui ex omnibus cardiacis roborantibus & bezoardicis simplicibus non nisi anethum & porrum additur, quodque plus continet sterilis & rerollacæ aquæ, quam utilis & efficacis essentia, nihilo minus tanti æstimatum fuit ab antiquis, ut aduersus lepram affectum grauissimū & incurabilem, id conducere omnes vno ore affirmarint. Quid dicemus de primis duabus nostris confectionibus

viperinis quæ aliud nihil sunt, quam vera quinta essentia, siue extractum totius virtutis substantiæ viperarum?

Cæcus igitur is erit, quisquis non primo statim intuitu videbit, quantum hæc duo inter se distent remedia: mentis insuper caligine, iudicioque deprauato laborabit, quicumque pari efficienæ virtutisque gradu moduloque eadem metietur. Idem enim esset, ac si vellet iusculum insipidum, quod non nisi puram putam aquam redoleret, æqua nutriendi lance librare cum optimo quodam restaurante & consummato, aut quadam gelatina delicatissima, & summa nutriendi vi prædita.

Quid etiam video ipsum momum, hic pisce taciturniorem, ad priores duas confectiones meas profus obmutescere easque vel propria victus confessione efficaciores & excellentiores iudicare, quam simplex eiusmodi iusculum crasso modo, iuxta Aetii descriptionem coctum. Contra vero nonnullos dispicio, insulso risu ludibrioque excipere tertiam meam confectionem iuniperinam appellatam, quasi ea nihil aliud sit, quam caro viperarum salita, infumata, exsiccata, & velut calcinata, & in puluerem vel cineres redacta, idque vi ignis, qui res humore suo primigenio spoliet, & sic omnem agendi potentiam ac facultatem in ipsis corrumpat aut aboleat. Quibus obiectionibus nec non aliis similibus a libi iam copiose à nobis fuit satisfactum.

Sed ut omisiss longis ambagibus, intra præparationis viperarum cancellos nos contineamus, ipsis interim respondeamus, & ad confirmationem illorum, quæ diximus, tam auctoritates, quam exempla ab antiquis, qui iisdem remedium præparationibus vsi sunt, sumpra, in medium proferamus. De quorum vtrorumque præstantia & utilitate ipsi met iudicium ferre poterunt.

Antiqui vsurpabant viperæ sales, qui
Dico.

Dioscoridis tempore iam in usu erant, ut per ea, quæ *lib. 2. cap. scripsit*, demonstrauimus.

Inter Græcos longo tempore post Dioscoridem fuisse admodum de ratione eiusmodi sales præparandi tractat Galenus, & post illum Aegineta *lib. 7. de re med. c. 11.* omnium autem exactissime de iisdem scribit Aetius.

In pauca verba contraham modum, quem tradunt sales eiusmodi præparandi, qui tot fere recipiunt ingredientia ac ipsamet theriaca.

Accipiebant autem quatuor vipers, recens captas, hoc est, reseruatæ tantum ad vnum, vel ad summum duos dies, quas viuas imponebant ollæ magnæ mūdæ ac ex optima terra factæ: super has in momento iniiciebant salis ammoniaci, aut salis albi communis lb. xx. hancque primam perficiebant operationem tempore matutino, quo dictæ viperæ tardiores esse solent ad motum: Dein viperis hoc salis pondere oppressis, adiciebant pastillos, quos parabant ex seqq. in magna dosi, hoc est, aliquod librarum pondo. Sunt autem ea:

Gentiana
Aristolochia rotunda
Centaurium minus
Cardamomum
Marrubium
Scordium
Apium
Chamaedrys
Semen vitis domestica.

Et addito melle ex eis quinque vel sex pastillos concinnabant, & vna cū sale superiniiciebāt: his insuper addebāt: quinque scyllas prægrandes recenter in minuta frustula dissectas: & post enumeratos pastillos & scyllas adhuc superindebant salis communis albi lb. xx. Quo facta ollam optime occludebant operculo, in quo tria erant spiracula, eamque forinsecus probe vndiquaque lutatam,

ut ignem fortius sustinere possent furno imponebant: & succenso igne materiam gradatim fouebant, tandemque flammis vehementissime vrgebant. Fumus, qui multus, caliginosus & turbatus, primum per spiracula operculi exibat, signum ipsius erat, quod ignis iam ageret in vipers: & tunc summa diligentia cauebant, ne ab eodem, quem venenatum iudicabant, inficerentur. Tandem cum obseruassent, per eadem operculi foramina flammam lucidam & claram exire, perfectæ viperarum vstionis indicium augurabantur. Hoc peracto, igneque paulatim extincto valeq; per 24. horas refrigerato, materiam illam in cineres redactam, & tenuissime tritam per cribrum trans mittebant, denuo addendo

Semen vitis

Grana iuniperi

Sem. feniculi

Coriandrum

Mentham

Piper longum etiam in magna copia.

Et similia alia simplicia, quorum plurima pars ingreditur Theriacæ compositionem. Omnibus probe inuicem mixtis & cibratis, fiebat puluis vel potius cinis aut sal, & sicut eum nominabant sale theriacalem: nec certe immerito: salis enim ammoniaci, vel salis communis quadraginta addebant libras, ut ex descriptione illa videre licet.

Et totum salum theriacalium mysterium antiquorum, in quibus tamen parandis Galenus peculiare sibi reseruabat secretum: vipers enim viuas non exurebat (fortassis ex meru, ne inde malignum quædam vaporem attraheret) sed pastillos ex eis factos, quales theriaca excipit, cum reliquis, quæ calcinari debebant, admiscebat.

Ego vero, inquit Galenus, bestias ipsas non exuro, sed pastillos ex ipsis, quorum confectionem in theriaca docui, reliquis, quæ cum bestiis vruntur, admisceo, & semel

Kkkkk 2 exuro,

Tetr. 4. ser. 1. c. 97.

Salium theriacalium preparatio secundum Antiquos.

exuro, quo eam, quam in se habent amaritudinem, per exustionem abiciant: tantam autem pastillorum mensuram adicio, quantum coniectura assequi possum, quatuor numero viperas excipere, & sane sales vere optimi auaserunt, utpote qui neque exustione cinerum retulerint saporem, neque nigrum calorem, sed & ob qualitatem vsui gratissimi fuerint facti & assecuti efficaciorum virtutem & praestantiam.

His verbis vltimis manifeste Galenus probat calcinationis beneficio, viperarum trochiscos & gustu gratiores, & efficaciam praestantiores euadere, ita ut opinionem illorum, qui incognita causa adeo acriter impugnant calcinationem, & innatam rei temperiem ac proprietatem eadem corrumpi obstinate nimis contendunt, funditus euertat. Sed videamus, quae circa hanc tractat. de viperarum sale ac calcinatione, quae aperte quorundam censorum opinioni Aetius non solum aduersetur, sed eandem etiam tanquam friuolam expungendam prorsus repudiandamque censet, dum capite de salibus theriacalibus in hac verba scribit: *Quaquam sint, qui eorum auxiliarem potentiam penitus negent, per exustionem dissipari affirmantes ferarum facultatem. Ego vero dicere ausim (Addit Aetius) eandem quidem potentiam cum theriaca sales non habere, non tamen eorum vim per ignem perire, cum multa sint, quae per ignis familiaritatem meliora reddita conspiciuntur, velut est aurum, calx & similia. Vipera enim integra vltima intensiorem & malignam vim per exustionem deponunt: temperamentum vero auxiliare & symmetriam ab igne sumunt.*

Aetius igitur hac sua sententia de calcinatione & salibus theriacalibus prolata, confirmat confectioem meam viperinam iuniperinam, in qua viperas calicino, & in puluerem redigo, qui deinde puluis siue cinis à me aegris praebetur pro summo alexiterio, non secus, ac sa-

les theriacaes, qui à veteribus ad eundem vsu exhibeantur. Sed consideret, amabo, æquus lector, & accuratori paulo mentis agitatione secum peruoluat differentiam inter vtramque viperarum praeparationem, inter vtriusque ingredientium mixtionem, compositionis progressum, ignis gradus, & quascumque alias operationum circumstantias. Probe, inquam, & diligenter consideret hæc omnia beneuolus lector, & sano incorruptoque prolato iudicio, tandem decernat, vtra sit praestantior & vtilior, antiquorumne, an vero nostra? At, ut totum negotium penitus intelligatur, omnia minutius examinentur.

Antiqui accipiebant numero quatuor viperas viuas, abiectis neque capite neque cauda, (in quibus tamen partibus latere aiunt venenatam illarum vim maximam) nos non tantum has partes, sed cutem & viscera interna insuper secerimus: reliqua in frustula discindimus, cum vino exquisitè lauamus, qua praeparatione prima (quæ non multum abest à trochiscorum de viperis confectio) nos horrida & incouenienti illa bestiarum viuarum exustione superfedemus, nec in periculo illo, quod ab ipsarum venenata infectione erat timendum, versamur, sicut veteres qui cogebantur obturare nares, & sibi à malignis vaporibus, qui inter calcinandum exhalabant, & venenata sua qualitate infectionis periculum minabantur, praecauere: veluti ipsi in suis scriptis palam profitentur.

Ad quatuor numero viperas antiqui adiciebant salis ammoniaci, aut salis marini albi, & praeparati libras quadraginta. Monstruosa hæc salis quantitas & additio ad tam exiguum viperarum numerum, quæ ad summum ad tres vel quatuor uncias tantum cineris aut salis viperini reducuntur, (in quo tamen sale omnis fundamenti cardo vertitur) hæc immensa, inquam, salis communis quantitas.

Aet. tetr. 4.
serm. l.c. 97.

ritas, quæ non nisi confusam & ineptam misturam redolet, me cogit, vt antequam ad instituti examinis calcem perueniam, confestim nunc & clare ostendam, huius mixtionis atque compositionis modum adeo mancum ac mutilum esse, vt in eo vix vlla methodus, mensura ac ratio appareat.

Nos contra vipersas condimus spiritu salis, aut tanta salis quantitate easdem aspergimus, quantam ipsemet ad condituram suam & conseruationem capere possunt. Et loco gentianæ, aristolochiæ, centaureæ, cardamomi, rutæ & aliorum simplicium in magna dosi addendorum, & cum viperis simul incinerandorum, nec non eorum, quæ neque incinerata, neque calcinata in magna insuper dosi adduntur: veluti sunt bacca lauri, piper, zingiber, &c. Locorum horum omnium iniqua, quæ ob materialem nimis & crassam suam substantiam & efficaciam perquam exiguam nulli alteri vsui esse possunt, quam vt paucissimi huius cineris è quatuor tantum viperis educti, vim & virtutem obrundant & reprimant: nos eas infumamus, & condimus solo spiritu quorundam simplicium balsamica virtute abundantium, & ita non solum in suo statu conseruamus pristinam illarum viperarum virtutem sed illam insuper hoc spirituali ac formali artificio, non vero crassa quadam corporali & materialiter mixtura augemus.

Quod ad ignis gradus attinet, illi peccant in excessu, partesque mercuriales & sulphureas ignis violentia dissipant, ita vt sub magna cinerum confusa mole paucissima tantum salis quantitas, in quo tamen præcipua agendi vis & facultas inest, remaneat. Ego vero contra adhibeo ignem lentissimum qui actiua illa substantia illæsa, humorem tantum passuum, excrementitium & corruptilem exsiccat & consumit, adeo, vt viperæ hac ratione in puluerem redactæ integris va-

lentibusque viribus diutius ac rectius conseruari queant.

Videamus interim, quam insignes & admirandas virtutes antiqui enumeratis suis salibus theriacalibus crasso hoc modo præparatis tribuant.

Proprie autem, scribit Aetius, in affectionibus cutis curandis sales theriacales commendantur, cuius generis sunt leuce, lepra, imperigo, elephantiæsis, alphas, scabies, defluuium capillorum. Huiusmodi enim cutis vitia confestim delent, & acria recementa subter cutem redundantia optime discutunt.

Suffusiones incipientes & nondum congelatas egregie dissolunt.

Purgationes item lunares propter obturationem aliquam, aut sanguinis coctionem suppressas cient, iidem etiam largum & impetuosum mensium defluxum sistunt.

Quisquis eos sales præsumpserit, omnes venenorum & virus iaculantium bestiarum insidias euincet: neque etiam cum insectus fuerit, & postea statim sales acceperit, periculum incurret.

Præstat & pestilenti constitutione instante, ad auxiliare hoc, & mali depulsorium pharmacum confugere. Morborum præterea omnium medici sales existunt, maxime tamen eorum, qui in renibus existunt: lapides enim in eis atterunt, & plane renes marcidos restitunt.

Vertigini, dolori capitis inueterato, morboque comitiali, nulla alia consimilita medela exhiberi potest.

Arguato morbo diuturno laborantes, colici, splenitici, hyatropici per eos sanantur.

Tabidos idem mirifice ad bonam corporis habitudinem reducant.

Exolutos à languore perfecte reuiuiscere faciunt: scio namque (addit Aetius) plurimos membris resolutos per ipsos sanatos.

Ad podagram maxime incipientem, & ad omnes articulari morbo affectos, vnicum hoc edulium contractum esse videtur.

Kkkkk 3 Quarta-

Proprietas salium theriacalium secundum Antiquos. tetr. 4. ser. l.c. 97.

*Quartanis diuturnis & atrabilaris affe-
ctibus omnibus conducunt.*

Enecant omne lumbricorum genus.

(In summa, nullus fere est morbus, quantumvis deploratissimus, qui non edometur his salibus: tot tamque mirabiles illis adscribuntur effectus: miror, quod tam præclari remedii vsus iam quasi è memoria hominum deletus & profusus sepultus euauerit.

Si præterea scire desideras dosim, ac horum idem remedium exhibendi, quæ saporis suauitate præditum sit, vide, quid subiungat idem Aëtius: *Licet autem (inquit) tum in prandio, tum in cœna eis salibus uti, cum quibuscunque edulis eos accipere velis, neque vltra ad eorum accepti-
onem prouocare oportet: tanta enim ipsis in-
sita suauitas est, ut magis voluptatis gratia eos confectos quis dicere possit. Licet igitur usque ad tria cochlearia per diem ex eis sumere, maxime si cibus prius, in vêtro sit bene coctus. Qui enim eos accipiunt, concoquunt melius, & cibi appetentiores fiunt, floridius etiã corpus habet, & sensus omnes vegetiores.*

Huiusmodi insignes & admirandi effectus istorum salium antiquorum, neq; à sale marino, vel ammoniaco torrefacto, neq; à cinerib. aliorum simplicium, ex quib. cõponuntur, proficisci possunt, restat itaq; vt accepti ferendi sint solis viperarum cinerib. Quod si igitur in tam exigua quantitate, respectu aliorum ingredientium, quæ illam millecuplo fere exuperant, enarrari cineres tam eximios nihilominus effectus ostentant, quid de nostro dicemus solo & simplici viperarum puluere, qui antiquorum sales millecuplo virtutum dono, longe lateque post se relinquet? Sed dicer aliquis, vsu iam comprobatos esse veterum sales, de meo aut simplici puluere id affirmari non posse. Cui obiectioni solum oppo-
no serpentum puluerem, qui sine alterius rei commixtione tam mirabiles edit effectus aduersus maxima cuiuscun-

que generis venena: neque res caret auctoritate & exemplis. Veteres enim ipsi, in curatione grauissimorum morborum, vsi sunt viperis exsiccatis, & in puluerem citra admixtionem alterius rei redactis. *Quidam scribit Aëtius, præcit. lib. & cap. viperas totas extendunt & siccant, posteaque terunt, ac eas in potu contra morbum articulare exhibent, &c.*

Hac auctoritatum & exemplorum serie, vt nihil dicam de argumentis & rationibus insuper allatis, plus satis demonstratum esse existimo, cõfectionem nostram Lunipetinam, in formam pulueris redactam, esse maximum & excellentissimum alexiterium, quod virtute sua cæteris omnibus, ipsisque salibus theriacalibus antiquorum, multis præcurrat parafangis: sicut per examen & comparationem, inter vtriusque compositionis operationes præcipuas factam, manifeste dilucet. Reformabimus etiam paulo post suo loco sales theriacales, ipsosque ex languenti & sterili cinere in medicamentum efficax & viuificum resuscitabimus, pristinoque antiquitatis splendori & honori restitueamus.

At essentia viperarum cum spiritu terrebintinæ parata, & à nobis in Sclopetario nostro ante 30. fere annos descripta. Item arcanum viperarum cum solo spiritu balsamico sulphuris, vegetatiuo naturæ paratum, sunt duo remedia, quæ cæteris omnibus multiplici nomine supererminent.

His vero cunctis longæ præluceat viperarum tinctura, quæ inter cætera opera mirabilia, quæ ex viperis educuntur, facile primum occupat locum, sed longissimo tempore opus est ad eius præparationem.

Possem quidem affirmare, me illam vidisse, præparasse vero minime: *Quidam enim vir doctus, & Medicus cruditus ciuitatis Solodurenfis in Heluetia, vbi Gallia legatus commorari solet, me primura*

*Viperarum
essentia. ar-
canum tin-
ctura.*

primum in huius notitiam introduxit, hoc est, mihi tincturam hanc videndam obculit, quæ rubicunda erat, clara & pellucida, rubini instar, odorifq; suauissimi. Sed de his plura alibi me dicendum fore confido.

Hæc tinctura tamen, quasi accenso quodam lumine, viam mihi præmonstravit ad veram & legitimam viperarum præparationem eruendam, quamvis alias ratio & methodus eandem in essentias reducendi, mihi iam à triginta quinque fere annis impertita sit à Guinterio Andernaco, Medico tum temporis Argentinensi celeberrimo, quæ pro mirabili & singulari hoc alexiterio, vicissim arcani tartari, & Laudani mei participè reddidi.

Hanc viperarum essentiam, ut iam supra diximus, descriptam inuenies in Scolopetario meo, ex quo eandem transcriptam habet VVeckerus in suo Antidor. Gen. lib. 2. sect. 18. fol. 694.

Hic reprehensione quadam haud immerito digni videri possumus, quod in primo ordine huius Theriacæ, in trochiscis videlicet examinâdis paulo diutius immorati sumus, sed quia iidem primariæ basis vicem subministrant in hac magna antidoto, singula in eorundem correctione minutius discutienda, atque enucleanda necessario fuisse statuimus. Quod, quicquid sit, benevolus lector æqui boniq; consulat. In examinandis corrigendisque cæteris breuiores erimus. Pergamus igitur nunc ad secundum.

In secundo itaq; ordine solû opium examinandum venit, quod in Theriacæ compositione primû, post viperarum trochiscos, obtinet locum. A sola sua energia, *παλινδ*, hoc est, tranquillû vocat: Ex eius n. vsu partib. conciliatur quies, proinde in summis & præcipuis antiquorum antidotis, quæ ad diuersos affectus summe laudatur, opium inter prima ingredientia semper relatû reperitur. Pauci enim sunt morbi, qui non simul complicantur

vel ardorib. vel inflammationib. vel inquietudinibus, commotionib. languoribus, oppressionib. vigiliis, deflexionibus, vel varii generis doloribus capitis, pectoris, ventriculi, ventris, vel cuiuscunque alterius partis ad quorum omnium symptomatum ferociam compescendam opium specificam & peculiarem quandam habet proprietatè, qua vel vnum ex his symptomatis seorsim, vel plura cum malo coniuncta, simul, cum admirabili altantium & ipsorum ægrorum admiratione euincit ac subigit. Vnde sæpenumero in eiusmodi casibus, tam mirandos sanationum effectus proderè videmus theriacam, mithridatium, antidotos Eledræ, Adriani & similes, quæ opium excipiunt. Aetius verba faciens de viribus ac proprietatibus confectionis de pœonia, quam nonnulli, ut diximus, theriacis annumerant, & in qua opium non præmittitur, hæc subiungit. *Verrum somnum tamdiu detinet, quousque pharmacum penetrarit, & causas dolorum dissoluerit. Et sane multi ex agris à somno surrexerunt, adeo coquendi facultate præstantes, ut oblici sint, an unquam aliquid à principio doluerint.*

Sed vltèrius aduertere licet, idem opium basis & fundamenti locum obire vel in selectissimis ac præstantissimis quibusuis antidotis, quibus nomina superiora & significantiora, quæ singulares & stupendos in grauissimis depellendis morbis, illarum velut indices, effectus proderent, imposuerunt.

Huiusmodi est antidotus *ἀχάειρος* ab ipsis dicta, eo, quod ipsi digna gratia referri non possit.

Antidotus *θεοδότης*, quasi diuinum munus conferens.

Antidotus *ἀθανάσια*, sic appellata ob immensam eius efficaciam, quod videatur propemodum suo vsu homines reddere immortales.

Antida-

Opium castigatio & reformatio.

Opium basis plurimarum antidotorum.

Antidotus *παρρητικός*, hoc est, ad multos affectus accommodata.

Antidotus *συμφωνός* à concordi & conuenienti efficacia ad affectus, quibus est destinata, curandos.

Antidotus *επιλογής* quasi selecta.

Antidotus *σώτηριος*, id est, salutaris.

Antidotus *πανακεία*, sic nuncupata ab omni medelæ efficacia.

Antidotus, *ἀρρογοφόρος*, ita dicta ob eius præstantiam, quod scilicet sit sumptuosa, nec mediocrem pecuniæ collectionem exigat.

Antidotus sanitas, & antidotus mysterium, ita nominata ab admirabili utriusque effectu in sanitate perditâ restituenta, & integra conseruanda.

Illi etiam huc vsque progressi sunt, vt vnâ ex antidotis suis *ισότιος*, quasi parem Deo vim obtineat, appellare non erubuerint, quod sane non caret summa blasphemia.

Si hic omnes antidotos, in quibus opium principale est fundamentum, enumerarem, nunquam daretur finis. In Myrepso vltra octuaginta eiusmodi habentur, è quarum numero selectiores tantum & nominum supercilio splendidiores excerptimus. Si illarum compositiones inspexeris, maximam earundem parrem, tantum theriacas esse intelliges, hoc est, compositas ex variis simplicibus calefaciendi facultate præditis, & ex quarum pleraque parte sulphur, euphorbiû, & similia ingredientia non excluduntur, ita vt facile appareat, præcipuos illorum antidotorum effectus in sedandis illis vehementissimis motibus & tempestatibus naturæ, quales sunt omnis generis inquietudines, catarathi, dolores, languores, vigiliæ, & similia grauissima symptomata, versari & consistere, nec huiusmodi vim & proprietatem enarratarum antidotorum aliunde dependere, quam ab opi virtute soporifera & narcotica, & specifica ad omnem spirituum

exagitationem, magnamque humorum commotionem & seditionem compefcendam atque sedandam. Vnde præclari illi & eximii Theriacæ effectus, quam à quietis inductione tranquillam appellatur (vt iam diximus) nullam aliam, quam ab eodem opio mutuatur originem atque virtutem. Quod ita esse vel ex ipsius Theriacæ examinatione colligitur. Nam si bona est, purgantium medicamentorum effectum & actionem impedit: si inefficax, contra. *Si valida, & vigore efficax fuerit*, inquit Aetius, *purgationem minime fieri permitti, sua vi exuperans pharmaci purgatiui facultatem. Si vero aque purgetur homo, veluti si antidotum non accepisset, manifestum sit, eam Theriacam inualidam & exilem esse, ut qua rocinere non potuit purgatiui medicamenti fluxum.*

Nota præstantis theriacæ.

Quemadmodum enim videmus, pleraque remedia opiatia, & præcipue quodlibet laudanum (vt appellant) cum opio rite paratum, ab eodem vim habere, & virtutem sistendi & inhibendi quamcunque superpurgationem, siue arte, siue natura irritatam: sic quoque eadem vim & energiam in Theriaca eidem soli opio acceptam ferendam esse, merito iudicamus. E quibus sane cuiuslibet considerandam relinquo huius ingredientis excellentiam & præstantiam summam.

Sed notandum est, opium hic in quintam essentiam reductum longe aliam meliorem præparationem in laudano, quâ in Theriaca assequi & obtinere: ob quâ causam non opus habet longiore fermentatione, aut tēporis prorogatione. Laudani enim vsus statim post præparationem citra vllum periculum conceditur: contra vero Theriaca ad sui fermentationem non aliquot septimanarum, sed plurium mensium, imo annorum spatium requirit, antequam tuta & vsui apta euadat. Cuius rei causa soli opio tribuenda est, quod crudum solummodo,

Cur theriaca recens nō possit tuto vsurpari.

modo, & absque vilo præparationis artificio addatur. Si enim cætera totius compositionis simplicia, vel quodlibet per se, vel plurimè inter se inuicem mixta consideres: non occurreret vllum, quod non statim quouis tempore vsurpari possit, excepto vnicò opio, quod solum indigestum in causa est, cur Theriaca vsus in tam longum tempus protrahendus sit, & eousque expectandum, donec idem opium rite fermentatum, decoctum, depuratum, & noxio suo, & pernicioso sulphure spoliatum fuerit, quod temporis spatium satis longum est. Nam, (vt scribit Aetius de Theriaca vsu loquens) *tempore ad concoctionem non modico vsus opus habet, quo matura vsui antidotus fiat, & iuste concoquatur, vt plurimum verò per duodecim mensum tempus coadunatur & concoquitur*: Et Ægineta circa idem propositum sic ait: *Vsus ipsius est, si res vrget in morsu à bestis venenatis, & iis, qui venenum acceperunt, post septimum à præparatione annum.*

Tetr. 4. ser. 1. cap. 92.

Lib 7. de re med. cap. 11.

Opium itaque indiget reformatione, quæ non in sola temporis illa longitudine & vsus dilatione, sed in vera & legitima eius præparatione consistit. Deplorandus enim error est, nobili huius Alexipharmaci compositioni in tam magna, trium seu vnciarum dosi admiscere tantum venenum, quale opium, crudum & minus præparatum esse constat, quod paucorum granorum pondere, vitæ spiritum suffocet & extinguit, & letheum æternumque somnum, hoc est, mortem ipsam inducit, sicut id sæpenumero contingere solet. At contra, si illud rectè præparatum fuerit, quod paucis horis & facillimo negotio fieri potest, ex noxio innoxium, & ex pernicioso & lethifero, soporiferoque veneno, vtile & viuificum anodynum reddetur, quod instaurabit & sedabit spiritus perturbatos & nimium à natura exagitatatos, ipsisque suauem & dulcem inducet quietem. Præparatio huius essentia opii tanquam summe neces-

saria docebitur *cap. sequenti*, vbi de antidotis opiacis tractabimus: neque adeo leuis hæc in theriaca censenda erit correctio & reformatio, sicuti quiuus facile colligere poterit.

Cætera huius secundi ordinis ingredientia, qualia sunt crocus, terra sigillata, acacia, hypocistis, & gummi Arabicum intacta relinquimus, quia noxia non sunt, licet vel sine præparatione adiecta fuerint. Sed vt obiter tantum dicam, in croci essentia longe efficacior inest anodyna facultas, quam in tota eius corporea mole. Ad theriaca vero compositionem eundem vel præparare, vel non præparare, perinde erit cuius liberum.

De tertia ingredientium classe, quæ sub se complectitur radices, folia, comas, flores, & semina diuersorum simplicium, quæ omnia propemodum calida, bezoardica & corroborantia, vulgo in puluerem solummodo rediguntur, & citra aliam præparationem inuicem miscentur, constitui (propter Auicennistas quosdam) nihil in iis omnibus immutare vel diminuere. Nam si eiusmodi simplicia crasso & vulgari modo adhibita minoris sunt efficacitæ, quam eorundem extracta, minus etiam nocebunt, etsi in crassa sua substantia, in theriaca compositionem recepta fuerint.

Eandem sententiam ferre licet de ingredientibus & simplicibus, quæ sub quarta continentur classe, de aromatis videlicet: necnon de iis, quæ sub quinta, nempe de lachrymis sulphureis, quæ in oleo terebinthina dissolutæ adhuc multo efficaciores redduntur, sicuti id à quibusdam iam animaduersum obseruatumque ante me fuit.

De quintæ classis prioribus tribus gummi, opoponace nimirum, sagapeno & galbano, sciendum est, ea esse naturæ aqueæ, & plerumque in se continere impuram, terrestremque substantiam. Vt autem exactè depurentur, & validiorem attenuandi ac dissoluedi vim acquirant,

Tertii ordinis ingredientia author incorrecta (certis de causis) prætergreditur. Necnon ea quæ quarto quintoque continentur ordine.

rant, imprimis expediet, illa modo vulgari, qui pene omnibus hodie vsitatus, præparare, hoc est, in aceto forti dissoluere, & per cribrum transmittere, & ita dissoluta, traiecta & præparata theriacæ admiscere.

Obiter dicemus, præ cæteris correctivis, quorum opera gummi calefacientia, & ipsi etiam succi venenati corriguntur, acerum (quod inter omnia vegetabilia proxime ad vitrioli naturam accedit) facile primas tenet, quod sæpius iam monuimus, nec temperare nobis possumus, quin idem iterum atque iterum moneamus. *Acetum per se ipsum, singulare est remedium aduersus ictus serpentum, etiam ipsorum venenatissimorum, quales sunt aspides, vt testatur Celsus lib. 6. cap. 27. qui de variis præstantibus remediis contra omnes serpentum ictus in genere differens, tandem hæc in specie subiungit verba: Hac aduersus omnes ictus communia sunt: Vt tamen ipse docuit, eum, quem aspis percussit, acetum potius bibere debere, quod demonstrasse dicitur casus cuiusdam pueri, qui cum ab hac ictus esset, & partim ob ipsum vulnus, partim ob immodicos astus sit premeretur, ac locis sicis alium humorem non reperiret, acetum, quod forte secum habebat, ebibat & liberatus est. Credo (addit) licet id refrigerandi vim habeat, tamen habet etiam dissipandi, quo fit, vt terra respersa eo spumat. Eadem ergo vi verisimile est quoque humorem hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem.*

Tantum examinanda adhuc restat chalcitis. Hic autem non adeo multas perdemus horas in scrupulosa illa inquisitione, quam antiquorum fuerit chalcitis. Qualis, qualis fuerit, manifeste constat, illam numeratam fuisse in remediis crustam inducentibus, & vrentibus cum magna adstrictione. Quod cum ita sit, clare patet, magnam admodum similitudinis familiaritatem esse inter chalcitidem,

De Chalcitide notanda,

myfin & Sorix. Galenus ipsemet fatetur,

se mutuam horum transmutationem sæpius obseruasse. Nonnulli recentiorum nihil fere discriminis statuunt inter chalcitidem & calcanthum, seu vitriolum, & hinc improprie appellant emplastrum diachalciteos, quod verius diachalcatum nuncupandum erat. In theriacæ descriptione quidam hodie loco chalcitidis recipiunt calcanthum album igne calcinatum, & in colchotar redactum, ex quo partem rubicundiore colore tinctam seltigunt. Si potius illi studiosius peruestigaret selectissimum quoddam vitriolum Hungaricum, Romanum aut Cyprium, quo præstabilius nihil est ad hoc opus, indeque elicere sulphur dulce, quod verum anodynum & narcoticum, cæteris quibuscunque, ipsique adeo opio longe præcellit, non ex ingredientium numero tanquam magis nocuum excluderemus, sed secundæ potius classis annumeratum, vel ipsi etiam opio præferre non extimesceremus. Huius sulphuris extrahendi modus perspectus est plerisque Hermeticis: cum vero id basim sustineat in meo Nepenthe, secretorum meorum facile primo, id mihi referuo, neque vero propterea mihi succenseas velim: quandoquidem in pluribus aliis iam abunde tibi satisfacimus: adeo, vt vel hoc nomine plurimam nobis debeas gratiam, nisi omnium ingratus haberi velis.

Si compositioni (loco vitrioli calcinati) spiritus aciduli & excellentis ab eodemeducti ℥ ℥. addideris, res multo melius procedet: & ipsam prædicta antidoti fermentationem, tanquam maxime necessariam, plurimum promouebis.

Quod ad rhabarbarum & agaricum attinet, parum refert, siue addantur, siue non: non enim adeo operosus hic est eorundem vsus, vt iam supra enodauimus.

Vt igitur utilitas quædam emergat ex fusiori & exquisitori nostro examine, superest, vt nunc describamus quasdam theriacarum formulas diuersorum generum, tam pro infimæ mediocriisque conditionis

Theriacarum formularum

la secundum
antheorem.

ditionis hominibus, quam pro summis principibus ac monarchis, quorum salus ac vitæ conseruatio longe carior ac pretiosior habenda est, quam cæterorum omnium. Vt autem constet, nos antiquitatem, ea, qua decet, obseruancia, reuerenter percolere, eiusdem vestigia in prima hac descriptione sequemur in omnibus, nisi forte ab eadem paulo discedendum nobis fuerit, ob paucula quedam, quæ vel omnium iudicio necessariam sibi exposcant reformationem.

1. Reformatio Theriacæ, vulgari proxime respondens, & eadem paratu facilior.

℞. Trochisc. fecula scyllæ
Trochisc. confect. viperina aromat.
Trochisc. hedychroi ana ʒij.
Essentia opii ʒij.
Croci
Terra Lemnia ana ʒvj.
Hypocistidis
Acacia
Gummi Arabici an. ʒj. ʒ.
Succi liquiritia ʒj. ʒ.
Myrrha
Thuris masculi
Styracis calamita
Terebinthina veneta ana ʒvj.

Hæc sunt ingredientia trium primarum classium cum eadem dosi, quam Andromachus in communi illa descriptione adhibuit. Præparationes tam trochiscorum, quos fæculam scyllæ appellamus, quam confect. viperinæ aromaticæ iam docuimus. Modum autem essentia opii præparandæ capite sequenti edocebimus.

Puluerisanda subtilissime puluerisentur, & per cribrum traiciantur, hique pulueres omnes inuicem probe mixti iniiciantur in mortarium marmoreum, ad-

Essentiam opii, in mellitam consisten-
tiam redactam
Terebinthinam

Hypocist.
& Acaciam.

quæ omnia cum pulueribus permixta in vnum corpus redigantur, & paulatim perfundantur hydromelite vinoso, aut vino maluatico: optime terendo in mortario cum pistillo ligneo, donec omnia in liquidiores sinapi consistentiam redacta fuerint. His in matraciam siue vas aliud capax impositis, inq; mortario perquam exacte cum eodem hydromelite vinoso eloto, ne quid materiae in eo remaneat, contusis adde simplicium sexui ordinis, videlicet

Sagapeni ʒ ʒ.
Opopanacis
Galbani ana ʒij.

quæ dissoluta prius in aceto rosato, transfundenda sunt per setaceum iuxta communem ritum. Quia vero separata terrestri impuritate, pondus imminuitur, paulo plus de iis addes, donec eundem ponderis gradum atigeris. Castoreum & bitumen Iudaicum dissoluenda sunt in vino albo, & traicienda per setaceum, de quibus singulis accipiendæ erunt duæ drachmæ. Hæc omnia in vas vitreum, quo cætera continentur, indantur, & loco drachmarum 4. chalcitidis, adde olei vel spiritus vitrioli semiunciam: quo promptius procedat omnium fermentatio: & loco opobalsami, olei moschata ʒj. ʒ. Vase clauso cum subere vel cera hispanica. omnia digerantur in baln. Mar. calido per 3. aut 4. dies. Interea hæc, quæ sequuntur, seorsim in puluerem redigenda sunt, nempe

Iridis Florentina ʒj. ʒ.
Zedoaria
Cassia lignea vera
Iunci odorati
Pentaphylli
Calami aromatici
Valeriana an. ʒvj.
Gentiana ʒ ʒ.
Aristolochia rotunda ʒij.

Puluerisentur radices seorsim, & seorsim quoque

quoque fiat puluerisatio foliorum, comarum, & florum: veluti

Dictampi
Calametha montana
Marrubii
Polii Cretici ana ʒ vj.
Comarum scordii ʒ j. ʒ.
Comarum marrubii
Chamapityos
Chamadryos ana ʒ vj.
Comarum hyperici ʒ ʒ.
Comarum centaurii minoris ʒ ij.
Flor. stachados Arab.
Nardi Indica ana ʒ vj.
Ros. rubrarum ʒ j. ʒ.

Ex his omnibus in prædicta dosi simul mixtis fiat puluis subtilissimus. Sic etiam seorsim puluerisabis

Sem. Buniadis dulcis, seu napi agrestis
 ʒ. j. ʒ.
Sem. Petroselinii Macedonici
Anisi torrefacti
Foeniculi dulcis,
Seseleos,
Ameos ana ʒ ʒ.
Dauci Cretici ʒ ij.

Et, ut satisfaciat cuidam Auicennista, nimis forte curioso & scrupuloso, nihilque prorsus omittatur, adde, si velis

Agarici ʒ j. ʒ.
Rhabarbari ʒ vj.

Omnes enumeratos pulueres, ex radicibus, foliis, comis, seminibus factos, optime inuicem misce & per cribrum trans mitte. Ecce omnes tuas præparaciones, quæ iuxta methodum modo præscriptam facillime dispensari poterunt. Quinimo omnia illa parata seruari possunt, priusquam prima fiat mixtio, de qua iam diximus, & digestio in bal. Mar. & altera illa, de qua mox dicemus, & omnia simul cum melle permiscebimus, ne longius forte ab antiquorum præparacione deflectamus.

*De mellis
 additione
 & eius de-
 lectu.*

Est quædam opinionum diuersitas de mellis toti compositioni admiscendi quantitate. Alii enim communiori viæ infi-

stentes, triplum accipiendum contendunt, & ex ponderum omnium specierum materialium supputatione inuenerunt lib. iij. & ʒ x. vel circiter: & sic per consequens mellis lib. xiiij. & aliquot uncias admiscendas esse censent. Alii, qui & ipsi inter antiquorum celebriores numerantur, decem tantum libras adiciendas esse statuunt. Sed ut mea fert sententia, leuicula plane & ridicula res est, adeo exacte tum puluerum, tum mellis doses supputare. Illi vero qui minori dosi subscribunt, mihi videntur ingredientium medicamentorum efficaciam validiorem conseruare. Vnde in minori illa quantitate mel sumendum esse euincitur: cum eius vsus nullus sit alius, quam ut pulueres eodem excepti commodius inuicem commisceantur, & in electuarii mollis formam reducantur. Cum autem ex dissolutione non adeo magna puluerum moles, sed media tantum totius compositionis pars, in liquidiorem iam consistentiam redacta, nobis redundet, tanta idcirco mellis quantitate opus non habemus, sed sufficiet tantum sex accipere libras mellis Hispanici, vel Narbonensis albi & granulati, quodque productum & elaboratum fuerit & apibus, quæ solummodo pascuntur manna cælesti & ex floribus odoriferis, suauissimis ac delicatissimis fructibus, succisque alimentum exungunt. Hoc infundendum & liquefaciendum est in suff. quantitate hydromelitis vinosi vel vini Cretici, ut optime despumetur & depuretur. Post perfectam eius decoctionem, ea omnia, quæ in dissolutione stant in vase vitreo, sensim adicies, probe inuicem omnia commiscendo cum spatula, vasque semper igni moderato adhibendo, qua mixtione prima peracta, paulatim miscebis omnes prædictos pulueres (vas tuum nunquam ab igne demouendo) donec perfecte mixta sint omnia, & materia spatulæ adherescere incipiat: tunc vas ab igne remouendum est, continuo tamen agitando, vsq; dum refrige-

rata

rata fuerit, tum enim facile agnosces, num electuarii iustam adeptam sit consistentiam, nec ne. Quibus autem veri balsami orientalis habendi datur copia, illius ꝑ. b. aditient, materia iam ab igne remota, & refrigerare incipiente. Vel eius loco addi possunt aliquot drachmæ oleorum aromaticorum, *cinnamomi*, *nucis moschata* chymice extractorum. Ad materiam, ex vale nondum exemptam, fermentationem 7. vel 8. dierum spacium sufficit: opium enim recte iam præparatum longiori tempore opus non habet. Quo temporis spatio materia tua instar pastæ eleuabitur, quam bene commouere oportet bis vel ter in die, & postea in eam adseruandam ponere in vasis mundis argenteis vel terreis expolitis, & vitreatis: Et sic citra omne dubium theriacam habebis excellentissimam. Vulgaris illa theriaca pro dosi, ad auellane nucis magnitudinem præscribitur: at vero nostram pistantium magnitudine exhibere sufficit. Diligentem nauabis operam in materiam tuam decoctione, ne postquam refrigerit, plus a quo dura aut mollis appareat, quod peritus & solers artifex facile præcauebit.

Dosis.

Obiectio.

Excipiet forte hic aliquis, me hanc materiam tam exacte & articulate tractare, ac si ipsa manuum operatione rem sapius tentassem, & ad præscriptum modum multoties theriacas confecissem.

Responsio.

Cui primum respondeo, nihil tale de me visum vnquam fuisse, neq; in publico, neq; inter priuatos parietes illam confessionem aggressum.

Deinde libere quidem fatebor, hanc descriptionis sceturam nunc primo & recens à me editam, & in hanc lucem productam esse, sed in eius formatione præfixum me habuisse typum infinitorum laudanorum, quæ manibus propriis, diuersis temporum ætatibus, vsque in hunc diem strenue elaborauim & præparauim, modo cum pulueribus bezoardicis, & cum omnibus fere theriacæ ingredientibus mo-

do cum extractis quintis essentiis & magisteriis, ab iisdem eductis.

Posito itaque tam certo fundamento in omnibus meis laudanis, opio videlicet recte præparato, reliquum compositionis ædificium facile mihi fuit ad felicem perducere finem, neque spes mea me vnquam fefellit, quin medicamentum inde tantis virtutibus præditum extruerem, vt si non equaret, tamen superaret omnes illas theriacæ magnas & varias proprietates, quæ ipsi ad diuersorum morborum curationem, & præcipue, vbi spirituum nimia commotio & seditio à variis causis orta, cohibenda est, vt iam supra diximus, attribuantur, quæq; à solo opio potissimum proficiscuntur.

Neque in dubium vocandum est, quin laudana nostra æque ac ipsemet theriaca, specifica & appropriata sint remedia aduersus omnis generis venena, tam interna, quam externa, additis saltem quibusdam remediis è viperis extractis: indubia itaque summorum & admirandorum effectuum certitudo, quos laudana nostra, in quacunque forma exhibita, præcreant, & exacta illa præparationis similitudo, quam eadem habent, cum theriaca modo descripta, mihi occasionem præbeat, vt nulli non ausim persuadere, de summa huius antidoti præstantia minime dubitandum.

In hac theriacæ descriptione vim ac methodum veterum, quantum potuimus, secuti sumus, nec ab illa, nisi iubente necessitate, declinauimus. Non tamen opinor, semper communi illa, & regia via, vt vocant, incedendum esse: siquidem ea non perpetuo coniunctam habet gratam breuitatem & facilitatem, sed trita ab omnibus vix caret corruptionis suspicione & vitio. Aliam igitur nobis faciliorem & commodiorem seligemus, quæque cum maiore voluptate & emolumento nos ad propositi metam deducat: & sic omnem calumniandi conuitiandiq; ansam aduersariis nostris facile præcidemus.

II. Theriaca benedicta appellata.

In hac secunda theriacæ præparatione pro virili quoque conabimur veteris compositionis vestigiis insistere, hoc est, eadē seruabimus ingredientia, ex quibus tantum virtutem eliciemus magis essentialē, abiecta & separata omni fæculenta & materiali crassitie.

*Vulgaris
theriaca
proprietates
secundum
antiquos.*

Facultatem vtiq; theriaca habere dicitur sanandi, & e medio tollendi grauissimos quosque vere astrales, sydereos aut occultos corporis nostri morbos, in quorum numero censetur epilepsia, lepra, & contagiosus quilibet affectus: domitrix item perhibetur venenorum, quæ vel intus assumpta, vel icu cuiusdam venenatæ bestię in nos translata sunt: antidotus insuper esse iudicatur præstantissima, ad spirituum nostrorum roborationem & conseruationem, & primarium quasi vitæ nostræ fulcrum ac sustentaculum. Quo igitur spiritualior ei accesserit præparatio, eo efficacior multo euadet eiusdem vis & potestas, longeque mirabiliores & laudabiliores proferet effectus.

Cum itaque longa hæc compositio in eum ordinem iam a nobis redacta sit, qua quidem confusam inordinatamque illam ingredientium congeriem in sex distinctas classes reduximus: quaque oculis prompte subiicitur omnium illorum simplicium proprietates atque natura: eandem nunc ordinis rationem facilioris doctrinæ causâ in hac descriptione sequemur, quo omnis pharmacopœus tam laborioso variæ illius præparationis, dispensationis & mixtionis onere in veteri illa præparatione requisito subleuetur.

Præparationes scyllarum & viperarum, quæ præcipua primi ordinis ingredientia sunt, supra iam a nobis traditæ sunt.

Docuimus præterea, loco opii crudi & nullo artificio præparati, essentiam eiusdem extrahendam, & venenatam eius naturam in salutarem commutandam esse.

In hoc enim vno principalis rei cardo vertitur: totumque arcanum & mysterium huius magnæ antidoti consistit in recta viperarum & opii præparatione.

Accipies itaque essentia opii rite præparatæ, ℥ iij. vt mox specialius docebimus: hæc essentia in mellitam consistentiam redacta dissoluatur in succi limoniorum optime depurati ℔ j. omniaque post dissolutionem imponantur vasi aneo, vel pollubro argenteo capaci: opium ita dissolutum initar basis erit ad faciliorem omnium mixtionem procurandam.

Huic dissolutioni in vase aneo indita adde in locum trochiscorum theriacalium confectionis viperinæ præparatæ, vt supra edocuimus, ℥ iij.

Parari quoque posset ex trochiscis hedychroi extractum, & superioribus istis addi: sed omitti facile possunt.

Adiice quoque

Essentia croci præparata, vt mox dicemus
℥ j.

Terra sigillata ℥ vi.

Acacia

Hypocistida

Gummi Arabici, singulorum nulla arte præparatorum ℥ ℔.

Chalcidius loco cape liquoris aciduli vitrioli ℥ ℔.

Myrrha, thus, & storax calamita in oleo terebinthina dissoluantur, & omnia reliquis, qua vase aneo continentur, adiciantur.

Interea paratum habebis extractum ex omnibus radicibus, herbis, seminibus & floribus ingredientium quarti ordinis factum, cum aqua vitæ, vini, vel vino maluatico aut canariæ. Quæ tota extractio ex omnibus istis ingredientibus iuxta singulorum doses supra præscriptas præparata, addatur in eodem vase aneo.

His quoque adde extractum, quod cōficies ex omnibus aromatis quinti ordinis: hoc vero extractum paretur cum aqua cinnamomi, aut hydromelite optimo vino, idque cum reliquis admisce.

Adiice

Adiice tandem gummi opopanax, & galbanum in aceto dissoluta, & per setaceum more communi traiecta: item essentiam castorei & bituminis Iudaici paratam iuxta eum, quem trademus, modum *cap. de extractis*. Et sic omnes omnium ingredientium virtutes substantificas siue essentielles cum suis liquoribus & propriis dissoluentibus pariter mixtas habebis in vase isto aëneo. Quæ omnia simul vno eodemque tempore fieri possunt, ac tanta cum facilitate, vt plane crasso & stupido sit cerebro, qui hæc capere non possit.

Ex fecibus horum enarratorum bezoardicorum simplicium & aromatum omnium calcinatis, & in cineres redactis, extrahatur sal, qui in aqua communi aliquoties dissolutus, filtratus, & coagulatus, tandem dissoluatur aqua cardui benedicti aut vlmariæ: hæcque postea aqua commemorati salis viribus sufficienter imprægnata, addatur compositioni in prædicto vase aëneo.

Tota hæc mixtura ex magna ista diuersorum liquorum dissoluetium quantitate concinnata, & in vnum vel plura Alembica cum suis recipiētibus indita, ponatur in Baln. vaporosum, vt liquor exhalet, & materia in mellis consistentia aut paulo duriori in fundo subsideat. Hanc aquam diligenter adseruabis. Est enim vera aqua theriacalis tam pretiosa, vt satis celebrari nequeat. Extractum autem siue mellita consistentia, quæ in fundo remanet, in vase aliquo minus profundo, ad ignem moderatum ponatur, vt in iustam electuarii liquidi consistentiam redigatur: neque opus est hic triplæ illius mellis quantitatis additione, quæ frustranea plane & nullius momenti. Et sic theriacam habebis, quam propter mirabiles eius effectus benedictam appellamus: de qua pro dosi exigui pisi magnitudine tantum exhibebis, & mira percipies.

Patebit autem cuius ex effectis huius

theriacæ, non sine causa factum, cur benedicta nomine eandem insigniri voluerimus: facileque proinde videre erit, quantum hæc ipsa à vulgari differat, tum bonitatis, tum maioris efficaciarum ratione: quæ tamen efficaciam & vim in ea amplificare & intendere nitimur: quemadmodum cætera quæuis remedia virtutis & actionis potestatem validiorem & potentioris sortiri, & in quintam cælestemque essentiam exaltari possunt: quorum effectus postea euadunt prorsus admirandi & diuini, idque beneficio & opera solius artis Spagiriæ, siue veræ & legitimæ Chymicæ.

3. Theriaca in cælestem & sublimiorem redacta essentiam.

Accipe igitur huius theriacæ benedictæ ad perfectionem iam iuxta præscriptam modo compositionis formulam adductæ lb. j. huic in matracium vitreum inditæ affunde aquæ vitæ iuniperinæ, cuius usus admodum frequens existit in Germania, vel aquæ destillatæ ex cornibus ceruorum mollibus adhuc & teneris (quæ magnates sibi in magna copia ad hunc usum comparabunt) ex his itaque aquis alterutram affunde, vel etiam elixir nostrum vitæ magnum, vel quamcumque aliam ex nostris aquis theriacalibus, summe bezoardicis & cardiacis, vt materiam quatuor quinqueve digitos supereminet, vase accuratissime clauso, ne quid expiret, fiat digestio omnium in B. M. vaporoso (hic enim digestionis modus est omnium tutissimus & vtilissimus) per 6. aut 7. dies, donec enumerata aqua colore claro, diaphano & rubicundissimo tincta, & cunctis prædictæ theriacæ virtutibus ac proprietatibus imprægnata fuerit.

Hanc aquam ita tinctam, & imprægnatam effunde per inclinationem, & caue, ne quid sæculenti aut turbidi, cum ipsa simul mixti effluat. Hunc liquorẽ depuratum serua, & materiæ in fundo remanenti adhuc nouas affunde aquas, ad virtutes:

tutes & proprietates penitus inde extrahendas, procedendo, vt *supra*, idque toties reiterando, donec aqua, quam affundis, nō amplius tingatur, quod certum signum erit, materiam illam omni essentiali & substantifica virtute spoliatam esse.

Materiam in fundo vasis residuam crassam nec in essentiam redactam, seorsim serua, & in patinam vitream, optime lutatam, impositam, in reuerberio athanoris calcina: vbi continuo exigua flamma in gyrum se circumagens tam diu apparebit, donec dicta materia in cineres prorsus conuersa fuerit: ex qua elicies sale pretiosum cum aqua carduibenedicti, aut quadam alia cardiaca, in qua hunc sale solues, filtrabis & coagulabis toties, donec in summam albedinem & diaphanitatem depuretur. Hic sal seorsim feruetur.

Interim dum circa hanc salis confectionem versaris, omnes tuos liquores tinctos cum sale hoc vno eodemque tempore in alembicum iniicies, & applicatis alembici capitello & recipiente, inde per baln. Mar. vaporosum, omnem destillabilis liquorem, qui aquæ theriacalis & bezoardicæ longe præstantiss. vicem subministrabit. Et in fundo residet vera theriacæ essentia, (quæ antea solummodo extracti gradum adepta fuerat) in consistentiâ mellis, miræque & stupendæ virtutis ac energiæ, cui addere poteris ad lentum ignem, vt reducantur in bonum opiatae consistentiam.

Essentia coralliorum

Et Perlaxum ana ʒij.

Pulueris bezoardici veri

Terra sigillata

Vnicornu

Ossis de corde cerui ana ʒj. ʒ.

Ambra ʒj.

CAVTIO.

Quamuis vix fieri possit, vt rem apertius clariusque declarem, non tamen dubito, quin nonnulli sint tam inter Medi-

cos, quam pharmacopœos crasso nimis ac obtuso ingenio præditi, qui huius rei raritatem & insuetudinem accusabunt, & se tam elegantibus & exactis præparationibus elaborandis nunquam operam dedisse, multoque minus manum iisdem vniquam admouisse, prætendent. Sed Philosophi & filii artis me satis intelligent, quibus satis fecisse sufficit: iis enim solis offerre cōuenit pretiosas has raritatis margaritas: ne ab indignis forte profanentur, pedibusq; proculcentur. Ob quam causam theriacæ nostræ cœlestis compositioni, quam nunc describendam aggredimur, quædam inferemus magisteria, quæ non nisi ab iis, qui artem ex professione colunt, & manuales operationem crebro exercuerunt, intelligi ac capi poterunt. Hi soli, inquam, dicta mea percipient, & theriacam cœlestem talem, qualem iam in sequentibus describemus, rite ex arte præparabunt.

IV. Theriaca cœlestis dicta.

Accipe itaque quintæ essentiæ prædictæ theriacæ ʒ iij. vel plus, minus, prout primæ quantitatis ratio exigit.

His quatuor vnciis in mellitæ consistentiæ forma adde

Magisterii coralliorum

Mag. Perlaxum ana ʒ ʒ.

Mag. Hyacinthorum

Mag. Rubinorum

Mag. Smaragdorum an. ʒ iij.

Mag. Bezoardici animalis

Mag. Bezoardici mineralis ana ʒ ij.

Supradicta theriaca in quintam essentiam redacta, patineque argenteæ imposita, & cineribus calidis admota, statim liquecet: huic ita liquefactæ, postea prædicta illa magisteria & essentias pederentim adde, continuo agitando omnia cum spatula argentea, omnia ad continuum ignem relinquendo: donec materia eam affecuta sit consistentiam, vt inde pilulæ, si vsus requirat, formari possint. Hæc theriaca conferuabitur longissimo tempore,

pore, ita vt durationis diuturnitate excedat ternam, vel cuiuslibet viuacissimi hominis ætatem, hoc est, sine corruptione aut alteratione vlla, perpetuo integris valentibusq; viribus vigeat.

*Tempus
exhibendi
& dosis.*

Exhiberi potest statim à primo præparationis die, & sufficient pro dosi duo vel tria grana ad plurimum, & habebis theriacam admirabilem, cuius effectus sunt cœlestes ac diuini, contra omnia cuiuscunque generis venena, & affectus pestiferos contagiosos, deploratos & incurabiles. In summa hæc sunt veræ illæ theriacæ & alexiteria pretiosa & inestimabilia, digna profecto, vt Regibus & potentibus offerantur: quorum vtrique præparatio longa est ac difficilis: nec magisteriorum horum, quæ huic vltimæ adduntur, præparandorum ratio omnibus obuia est, sed magno ingenio, & solida eruditione præditis viris, verisque philosophis, & chymicomedicis, quibus hæc arcana potissimum dedicare ac consecrare volui, referuatur. Cæteræ vero turbæ & plebeculæ communi abunde iam alias satisfactum est.

Porro ne Philosophis forte ansam præbeamus nobiscum expostulandi, quod horum magisteriorum præparationes inexplicatas relinquamus: eas in illorum gratiam, quanta possumus perspicuitate, sub philosophicâ tamen loquendi ratione & consuetudine in medium profereamus.

*Præparatio
septem magisteriorum.*

Ad septem horum magisteriorum ingredientia calcinanda & dissoluenda, nulla aliare vtimur, quam solo menstruo, extracto ex spiritibus balsamicis salis & sulphuris naturæ, quod in terræ chaos omnibus obiuo & paucis noto delitescit: ex quo chaos verus philosophus æque facili artificio extrahit salem illum balsamicum & pretiosum, quam vulgaris artifex nitrarius salem suum petræ ex terra pingui & communi. At differentia non exigua est inter hos duos sales, licet in pluribus magnam inuicem habeant similitu-

dinem: siquidem ex eadem matre & radice producti sunt ambo. Sed horum vnus est frigidus & humidus, volatilis, fœminæque naturam referens: alter vero calidus, siccus, fixus, hermaphroditus, tam masculi, quam fœminæ naturam participans, simulque est mercurius, sulphur & sal: cuius mater est virgo quædam, virtutibus tamen primi entis rerum bezoardicarum ditata & imprægnata: hanc in primis quærunt & seligunt Philosophi, suumque inde sulphur Philosophorum eliciunt. Crede mihi verissime loquenti: hanc rem tam occultam nullo modo posse dilucidius aut apertius explicari.

Cum balsamico vtrique huius materiæ pretiosæ spiritu calcinabis, & solues vna eademq; opera, corallia, gemmas, hyacinthos, rubinos & smaragdos, quibus philosophica solutione solutis, idem inde sperabis menstruum cœleste, opera cuiusdam salis vegetabilis, & statim videbis, magisteria illa pretiosorum illorum lapidum, vasis fundum petere, quæ postea cû nostra theriaca cœlesti, vt iam supra diximus, admiscenda sunt.

Per magisterium bezoardicum animale intelligimus magisterium ex puluere viperarum extractum, idque opera eiusdem menstrui siue sulphuris, aut ignis naturæ: quo philosophice calcinantur & soluuntur enarratæ viperæ, quæ iam in terræ latibulis à sola balsamica illa virtute, eiusdem salis & ignis naturæ, summam alexiterii vim acquisuerunt, vt iam supra fuse & clare satis exposuimus. Operum enim horum spirituum Balsamicorum prædicti ignis naturæ, viperinæ carnis virtus alexiterica & bezoardica in infinitam virium potestatem excrefcit. Vnde ei basis principalis locum designauimus in nostra theriaca cœlesti: non secus ac crassa & materialis earundem caro basis locum tenet in communi illa & materiali theriaca.

Septimum magisterium, quod addimus, & bezoardicum minerale, quod per se so-

M m m m m

se so-

*Magisterium
bezoardicum
animale
quid.*

*Bezoardicum
minerale*

*proprietates
& eiusdem
methapho-
rica descri-
ptio.*

se solum magnum est alexiterium, cui vix aliud æquiparari potest, per sudores, quos in dosi quatuor tantum granorum potenter euocat, omnis generis venena & pestilentes corruptiones è corpore nostro abigit & expellit. Cuius vtiq; composito mirabilis; mirabilis item eius mixtio, & stupendi plane, imo diuini eiusdem sunt effectus.

Compositio fit per spumam venenosam, quam euomunt duo dracones, simul coniuncti, agitati, & tandem calefacti manu Artista. Hæc spuma venenata ad temperiem adducitur, & bezoardica redditur sola admixtione illius ignis balsamici naturæ; quæ mixtio non fit sine magnarum turbarum, ebullitionum & seditionum excitatione: tandem imbecilliori & fortiori superato, belloque confecto, amica & salutaris inducitur pax, adeo ut venenum tantum, quodque vel ipso viperino longe deterius & nocentius est, conuertatur in summam theriacam, summum alexiterium, summumque saluberrimum remedium bezoardicum, quod tantum sudores prouocando effectus demonstrat suspiciendos in omnibus pestilentibus & venenatis affectionibus, vt supra.

Hic quidem censor auditis eiusmodi locutionibus metaphoricis, more suo cynico vix risum tenebit. Sed Hartmannus, vt ille doctissimus & celeberrimus, cui hoc vltimum elegans sane & admirandum magisterium acceptum fero, huius instituti nostri rationem collaudabit, & plurimi faciet, nec non cum illo alii viri grauissimi, veri Philosophi, qui proprium & genuinum dictorum meorum sensum percipient. Quinimo, vt vere loquar, opus hoc, licet prima fronte plurimum difficultatis habere videatur, tamen opus tantum est mulierum, hoc est, leui tantum mulierculæ alicuius ope & opera perfici facillime poterit.

Vt autem nihil, quod ad reformationem, restaurationem & decorationem

theriacarum facere videtur, omittamus, superest adhuc, antequam finem huic tractationi imponamus, vt ad antiquorum imitationem theriacam aliquam diatessaron, salisq; theriacales describamus. Quod vtiq; fieri vix potest, nisi vtrorumque horum remediorum quandam instituat reformationem, quandoquidem eorumdem præparatio alias adeo crassa est, vt nihil supra.

Theriaca diatessaron antiquorum ex quinque ingredientibus conficiebatur, cuius compositionis formulam memoriæ causa paulo altius repetemus, quæ fit ex radice gentiane, baccarum lauri, myrrha, aristolochia rotunda an. ζ ij. cum mellis lb. ij. Totum vero præparationis artificium consistit in eo, vt puluerentur omnia, & cum melle inuicem permisceantur. Hanc quæso compositionem vnusquisque paulo altius mecum expendat & iudicet, num ei tam splendidum & augustum theriacæ nomen competat. Nos huiusmodi diatessaron idcirco relinquemus communi & imperitæ plebeculæ, aliamque eius loco describendam aggrediemur, quæ solos deceat magnates & Principes, eamq; à singulari sua præstantia diatessaron regiam vocabimus.

*Theriaca
diatessaron
antiquorū.*

5. Theriaca diatessaron regia Quercet.

℥. Tinctura auri

Tinctura coralliorum

Tinctura omnium lapidum pretiosorum

Tinctura viperarum ana ζ j.

Nepenthes nostri maioris ζ ij.

Enumeratum modo nepenthes adhuc manens in molli consistentia imponatur in patina argentea, vt igne lento liquecat: huic ita soluto admisce primum: tincturam auri: dein tincturam coralliorum: tum tincturam lapidum pretiosorum: & tandem tincturam viperarum, modice agitando & incorporando continuo materiam ad ignem lentissimum, donec in iustam consisten-

*Theriaca
diatessaron
regia Quercet.*

Dosis.

sistentiam redigatur, ex qua formare possis pilulam grani piperis magnitudine, aut paulo maiori: cuius admirandi effectus se prodent in omni peste, & venenis, aliisque morbis deploratis: potissimum autem in proliciendis sudoribus: præterea reparat ac reficit collapsas & prostratas vires, & duplo robustius efficit balsamum nostrum radicale, cui soli vis medicatrix morborum debetur. Vnde sæpenumero contingit, ut idem remedium totamque admirabiles effectus etiam per insensibile transpiratione exercere conspiciatur.

Proprietates.

Hæ quatuor tincturæ vna eademque via ac methodo extrahuntur, cum vnico videlicet & solo sulphure bezoardico ex re vegetabili elicito.

Calcinatio auri philosophica.

Aurum vero philosophice tantum calcinandum est, cui calci optime ablute & eclipsin patienti, nigricanti que, adde prædicti sulphuris bezoardici tantum, ut supernatet tres vel quatuor digitos, idque in matraccio Hermetice sigillato, ad ignem cinerum in Athanore, & ad minimum in octo dierum spatio tinctura tua apparebit omni rubino rubicundior & splendidior: quam postea separabis, & in perfectam tincturam Solarem decoques, ut artis est.

Tinctura coralliorum

Tinctura coralliorum fit ex eorum magisterio parato ut supra: ex hoc enim corallio antea in magisterium exquisitissime redacto, ut docuimus, extrahes tincturam eum eodem menstruo aut sulphure bezoardico, eodemque ignis gradu adhibito: in cæteris auri operationem sequeris, & ita conficies veram tincturam coralliorum.

Tinctura lapidum pretiosorum.

Similis est processus in fabricanda tinctura lapidum pretiosorum cum eorundem videlicet magisterio, eo ut paulo supra modo parato.

Tinctura de magisterio viperarum.

Sic ad eundem modum ex magisterio viperarum, de quo etiam antea dictum est, cum eodem sulphure bezoardico vegetabili, ut supernatet 3. vel 4. digitos, tincturam instar rubini rubicundissimam eli-

cies, idque eadem methodo, qua vsus es in auri præparatione.

Minima harum tincturarum dosis potentissimos & admirandos eliciet effectus contra omnia venena, pestem, morbos contagiosos & deploratos. Ex mixtione enim illa peracta & Nepenthes mei additione vis illarum in infinitum multiplicabitur. Nullum enim est cordiale corroborans, & bezoardicum alexiterium, quod non sub his comprehendatur, & simul includatur: siquidem Nepenthes meum in se continet essentias omnium simplicium vere bezoardicorum, omnium aromatum, lachrymarum, gummi, & lapidum pretiosorum, itemque essentias ambre & moschi: essentias croci & camphoræ: essentias lunæ, extractum sulphuris dulcis vitrioli, & (ne forte vnum ex ingredientibus magnæ huius theriacæ vulgaris negligamus) ipsius etiam opii essentia non obliuiscemur in hac Diatessaron regali compositione: remedium certe vere regium, dignumque Regibus ac summis, potentissimisque Principibus ob singularem eius efficaciam & admirabiles effectus, tum ad deploratissimorum morborum curationem, tum ad sanitatis conseruationem. Horum elegantissimorum effectuum vel ex solo meo Nepenthe permanantium, testes erunt tres totius Franciæ facile primi & celeberrimi Medici, nec non doctus & expertus quidam chirurgus regius, qui vna interfuimus curationi matronæ cuiusdam amplissimæ, nec infimo loco natæ, quæ graui quodam affectu hysterico correpta, intolerabilibus continenter affligebatur doloribus conuulsivis, qui neque Philonio, neque pilulis Cynoglossæ, neque aliis remediis suis internis siue externis mitigari poterant. Tandem nobis confugiendum fuit ad Nepenthes nostrum, ex cuius vsu continuo prædicta matrona per quinque sexue menses singulis noctibus semel & interdum bis nullum vnquam in

Singulares affectus Nepenthes Quercet.

capite stuporem perſentiebat, neque etiam ſpe ſua fruſtrabatur vnquam in doloribus ſubito ſedandis, & quiete corpori concilianda. Interdum quidem ipſi fallendi cauſa pilulam aliam vtrunque animi cauſa formatam, & magnitudine ac colore veris Nephthes pilulis reſpondentem exhibebamus: ſed ſeq. totam noctem inde lamentando & eiulando miſere tranſigebat. Vnde altero die poſt certa grauique obiurgatione, verbis que ſatis aſperis ac duris nos excipiebat, ſeque immerito à nobis deluſam, & noſtra culpa & permiſſione per totam noctem tantis doloribus & cruciatibus exagitatam conquererebat. Quæ omnia à nobis in eum finem dicuntur, vt oculis omnium obiciamus tam præclaros & infallibiles Nephthes noſtri effectus, quod vnus tantum piperis grani magnitudine exhibetur, contra omnes dolores à quacunque cauſa ortos. Non minori etiam pollerſa cultate idem Nephthes in ſubito cohibendis omnis generis deſluxionibus.

*Salium
theriacalium
reformatio.*

Tranſeamus nunc ad ſales theriacales, quorum mendofam præparationem plus ſatis ſup. excuſſimus, ita vt non opus ſit plura de ea dicere. Nam quilibet adhuc recenti tenebit memoria immenſam illam ſalis quantitatem, 40. videlicet librarum, 4. tantum viperis additam: nec non reliqua ingredientia tam ante, quam poſt calcinationem adiecta, omniaque tam craſſe parata, vt mirum ſit, tot admirandas & ſingulares virtutes ab antiquis hiſce ſalibus adeo ruſtice conſectis adſcriptas fuiſſe.

Horum igitur reformatio & recta præparandi ratio eſt, vt ſequitur.

*℞. Rad. Angelica
Gentiana
Imperatoria
Zedoaria
Tormentilla rec. ana ꝑ. ij.
Herb. Diptamni
Scordii
Scorzoneræ*

Scabioſa

Ruta

Meliſſa recent. ana p. ij.

Gran. iuniperi recent ꝑ. iij.

Sem. Ruta

Carduibenedicti

Coriandri

Feniculi dulcis ana ꝑ. j. ſ.

Flor. Centaurii minoris

Hyperici ana p. ij.

Cardamomi

Piperis longi

et albi ana ꝑ. j.

Contuſis & ſimul mixtis omnibus, adde

Succ. Limonum lb. j.

Succ. Scordii

Vimaris ana lb. j. ſ.

Vini Canaria ꝑ. viij.

Macerentur omnia per 24. horas in magno Alembico cupreo, cum ſuo refrigerio, quo deſtillari ſolent olea: deinde deſtilletur, aqua ſiue totus liquor ad ſiccitatem uſque, caue tamen, ne ex nimia ignis violentia materia aduratur: quod periculum facile præcauetur deſtillatione in balneo vaporoſo facta. Nam, ſicut & alibi diximus, ea tutiſſima eſt & optima deſtillandi ratio: liquor inde deſtillatus accurate ſeruetur ſeorſim: fæces ſiccæ redigantur in puluerem & ſeorſim etiam ad uſum ſeruentur, vt *infra* dicemus.

Interim dum hæc deſtillatio fit, accipe ſalis marini, puri & pellucidi lb. iij. ad ſummum: Si forte impurus ſit, aqua lauandus & repurgandus eſt, dein ad ignem probe exſiccandus: cui poſtea puluerizato adice

Coralliorum rubr. pulueriſatorum ꝑ. iij.

Perlarum: tantundem.

Omnia cum ſale permixta iniiciantur in cruſibulum capax, (quod eſt artis vocabulum vrgendo ignem fuſionis, ita, vt prædictus ſal ignis violentia fundatur, qui inſtar metalli fluat. Vbi hic obiter monebimus, non proſus veritati conſentaneum videri Axioma iſtud Ariſtotelis, quod quic-

quicquid coagulatur in calido, dissoluatur in frigido & humido, cum contra sal, qui Solis calore coagulatur, igne violento dissoluatur, fundaturque, instar metalli, vel ipsa experientia teste.

Sed redeamus ad salium nostrorum theriacalium preparationem. His quatuor libris salis fusi, simul cum corallis & gemmis in dicta proportione calcinatis & puluerifatis, adice libras duas facum siccarum simplicium bezoardicorum & aromaticum, ex quibus extraxisti aquam, ut supra, reseruatam: ex media parte horum omnium inuicem mixtorum fac stratum in olla terrea apta, in qua apposite collocabis carnes quatuor viperarum in frusta incisarum: his superiniice residuum omnium materialium partem, manu omnia bene premendo, & claudendo dictam ollam cum suo operculo, tamque exquisite lutando, ut nihil transpirare possit. Dicta olla ponatur ad ignem calcinationis siue reuerberii per 24. horas, donec materia reducatur in cinerem album: quo iam uti poteris multo cum maiori emolumento, quam cineribus siue salibus istis theriacalibus vulgari modo paratis.

Sed huic operi hucusque elaborato nondum acquiescendum erit, adhuc enim materiale nimis est crassum & imperfectum. Vterius igitur pergendum, totusque ille cinis in manicam Hippocratis iniciendus, & cum aqua simplicium destillata, & ut supra, reseruata, & ad ignem rursus calefacta, inde eliciendus est sal secundum artem: reiteratis toties dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus, donec salem elicias exactissime repurgatum & vere theriacalem, qui imprægnatus erit virtutibus salium viperarum, & rerum bezoardicarum & aromaticarum, ut & salium gemmarum & coralliorum, quorum copiam etiam augebit additio librarum 4. salis marini, qui iam per se spiritu suo balsamico contra morsum serpentum, tum

aliarum bestiarum venenatarum conditas salitasque omnes carnes aptissimas reddit. *Taxi* id est, balsamentorum caro (inquit *Egineta l. 7. de re med. c. 3. initio literæ γ.*) acrem & siccantem vim habet. *A praestere itaque vipera morsus datur, ut quamplurimum edant, & vinum bibant copiose & reuomant: conuenit etiam ad acrium esum: utiliterque quoque in canis morsu imponitur, itemque in aliorum reptilium morsibus.* Fieri igitur non potest, qui enumerati sales theriacales nostræ descriptionis sint magnæ efficaciarum & virtutis, longeque alterius conditionis, quam communes isti, idque ob varias causas, quas vnusquisque ipsemet secum paulo diligentius ruminabit & expendet. Loco trium cochlearium, quæ pro dosi de vulgaribus dantur, nos de nostris exhibemus tantum 10. vel 12. grana, siue scrupulum vnum ad summum, & mirabiles exerunt effectus.

Vt centuplo adhuc efficaciores redantur, verus philosophus loco salis communis accipiet salem sulphureum & balsamicum naturæ, cum quo fundet & calcinabit philosophice, non tantum corallia & gemmas, sed etiam fragmenta hyacinthorum, rubinorum, smaragdorum, & aliorum lapidum pretiosorum in quantâ copia libuerit, quæ virtutes suas spirituales, quæ potentissimæ & efficacissimæ sunt, impertient dictis salibus, ope sulphuris naturæ, quod est illorum proprium & verum dissoluens.

Et sic tandem fluctibus omnibus in hoc magno Theriacarum mari superatis, tempus nunc est, ut ad tranquillum portum nos conferamus, & deinceps nauiculæ nostræ cursum conuertamus ad remedia siue antidota opiatica, quæ lima & reformatione nostra summopere indigere dignoscuntur.

De Antidotis Narcoticis, quæ & Opiata
appellantur.

EXPOSIVIMVS *supra*, quanta sit opii dignitas, atque præstantia, & quam multa ac præclaræ reperiuntur antidoti, quæ magnificis & superbis nominibus, ob egregios & mirandos effectus, quos in grauibus & deploratis morbis propulsandis exerunt, insignita sint, quæque opium, quamuis nulla arte præparatum, probati tamen & fundamento primario recipiant.

Opium itaque, cum in tot remedium compositionibus fulcri vicem obeat, plurimum utique in eo situm esse videtur, ut probe & exacte cognoscatur, quid sit, antequam in usum recipiatur.

Ex papauere nigro elicitor duplex liquor concretus; alter ex eiusdem papaueris capitibus, herbis, foliis & caulibus contusis, præloque subiectis fortiter exprimitur, idque circa finem mensis Maii aut Iunii, huncque extractum liquorem in trochiscos, redigunt, & nominant *Meconium* iuxta *Actuar. meth. cap. 6. de Antidotis*. Quod extracti genus vnum est de extractis antiquorum, ubi in nostris hodie conficiendis longe exquisitius & ingeniosius adhibetur artificium, ad tollendam omnem impuritatem, & purum ab impuro separandum.

Alter liquor, proprie opium dictus, est sola lachryma, quæ effluens ex capitibus tantum papaueris incisis, mense quoque Maio aut Iunio colligitur.

Veri opii signa & indicia sunt secundum *Oribasium* fere hæc: *Probatissimus autem liquor est densus, ponderosus, odore soporiferus, gustu amarus, qui facile aqua diluitur, leuis, albus, non asper, non grumosus, quique inter colandum non coeat veluti cera, & in Sole diffunditur, & ad lucernam, non atra tamen flamma ardet, qui que, ubi restinctus sit, odoris vim conseruat.* (Sed addit *Oribasius* præ-

citato loco.) Hunc adulterant miscendo *glaucium, aut gummi, aut agrestis lactuce succum.*

Idem *Oribasius*, in sequentibus quoque ostendit modum colligendi liquorem papaueris ad conficiendum opium, quem locum de industria huc transferre placet. Nos enim iuxta eandem normam & rationem docebimus ex nostro quoque papauere opium educere, quod sua præstantia ac viribus veterum opio longe lateque anteferendum erit. Sed ornamentum hoc accessorium soli veræ Chymicæ debetur. *Aliqui igitur* (addit *Oribasius*) *capita & folia contundunt & prælo expriment, tum in mortario terunt, & in pestillos redigunt, idque Meconium nominatur, potestate multo ignauius, quam liquor sit. In liquore autem colligendo oportet, cum vos exaruerit cultello asterisco circumdante, ne ad interiora descendat, ex obliquo in rectum summam capitum superficiem incidere, & lachrymam exeuntem in conchulam digito detergere, & non ita multo post redire, siquidem contra inuenitur, &c.* Hæc igitur est ratio & methodus verum opium more veterum concinnandi.

Præter cætera veri opii signa ab *Oribasio*, ut *supra*, declarata (inter quæ & albedo non vltimum est) hoc vnicum imprimis considerandum venit, quod facile inflammari possit, tanquam lachryma sulphurea, ex papaueris capitibus seminum plenis extillata, & tota oleaginosa, quæ lampadi aut igni admota flammæ concipiendæ causam præbet, non secus ac res quælibet pinguis, sulphurea & oleaginosa.

In *Meconio* autem siue opio vulgari idem animaduerti difficillimum erit: siquidem in eius preparatione partes sulphureæ ab aqueis siue mercurialibus obtunduntur, simulque tam herbæ, siue folia, quam capita recipiuntur, ex quibus omnibus contusis exprimitur succus (in *Nostrum opium nigrum* postea, siue maui, *Meconium*,

Meconium
quid.

Opium est
lachryma
papaueris.

Veri opii
signa.
Orib. lib. II.
med. collect.
à litera M.
incipientiū.

Signa veri
opii.

Nostrum
opium.

num, quod hodie in officinis habemus) concretus, quod tamen vulgare opium quodammodo flammam etiam concipere posse percipies, si lampadi admoueris. Hoc autem, mea quidem sententia, tam theriacarum, quam laudanorum compositioni æque, vel etiam rectius destinari posse existimo, quam verum opium ex sola lachryma suo tempore in ea, qua fieri potest, quantitate collecta, factum. Nam cum id adeo sulphureum sit, ut, sicut videre est, ex eius descriptionis historia flammam facillime concipiat & ardeat, & odorem suum narcoticum, post ignis examen, adhuc integrum retineat, fieri non potest, nisi interueniente alia præparatione, quin cerebro mirum in modum infensum sit, idque hostiliter lædat, & perniciosa & lethifera inducat symptomata, qualia ipsi tribuit Scribonius lib. de compos. medic. cap. 48. *Facit autem (de opio loquens) grauedinem, gelationē, & linorem artuum frigidumque sudores manare, præterea spirationem impedit, mentem soporat, sensus, alienat, &c.* Quod si ignis ab eo nequeat separare fœtidum istud & narcoticum sulphur, multo minus id præstabit, vel calor quidam lentus cinerum, vel coctio quædam ac digestio B. M. nihilominus tamen, ut mox patet, nos hoc imprimis tentabimus, ut in præparatione opii nostri ordinarii, sulphur istud narcoticum flammam concipiens, odore fœtens & abominabile penitus arte secernamus. Et sic ipsum opium, quod tam ab antiquis, quam recentioribus, pro summo & nocentissimo veneno æstimatur, in dosi etiam paucorum tantum granorum exhibitum, facillimo artificio transformabimus in vtilissimum & saluberrimum remedium.

Ut ea, quæ diximus, confirmemus, scire primum conuenit, vereres solum hoc papauer, quod vtrunque incultis & syluetribus camporum locis natum & repertum fuerit, in vsum recepisse, ex quo suum opium pararunt, quod vel hoc sal-

tem nomine crudius, indigestius, & per consequens inde perniciosius iudicandum est, quam id, quod nos temporis progressu edocti è papauere satiuo & transplantato educimus: Hortos enim nostros hodie videmus infinito papaueris genere confitos, cuius flores colorum varietate & elegantia pulchre depicti, & nobiscum quasi ridentes, animum mirifice oblectant, quod soli transplantationi acceptum ferendum est, cuius laus satis extolli nequit: tanta est illius energia & proprietates in rebus amaris edulcandis, & noxiis corrigendis, sicut & id paucis supra delibauimus, adductis quibusdam exemplis, cynaræ nempe, cichoreæ & hellebori. Huius nimirum transplantationis & coctionis, Solis ardore & æstu proritata, beneficio, in Natolia & Asia minori (vbi Turci papauer in magna copia & singulari diligentia plantant, transplantant & extolunt) ex succo eius extracto præparatur ab incolis opium, quod vernacula sua lingua appellant Maslac, quo plerunque vtuntur ad pisi magnitudinem, non pro somnolentia, sed animositate comparanda, idem quoque aucta dosi accipiunt in ipso certaminis prociuctu: vnde veluti insani & furibundi, disturbato nimirum cerebro in obuia quæque pericula feruntur, neque ipsam etiam mortem expauescunt.

Vnde constat, opium hodierno seculo in terram meliorem, diligenti & accurata cultura transplantatum & educatum, minus venenosum esse, quam illud antiquorum. Nobis autem idem transplantationis auxilium concessum esse æque ac Asiaticis istis populis, minime dubitandum. Ac licet radiorum Solarium tanta apud nos vis & impressio non sit, præsto tamen nobis sunt coctiones & digestiones, vario ignis regimine excitata: habemus quin etiam ignem lampadis, fimi, baln. Mar. vaporos. &c. Sic ars imitando naturam eandem superat, longeque vtilioria & exquisitiori coctione materiale à formali,

Quanta transplantationis & cultura vtilitas.

Maslac Turcorum opium.

Natura de se factus arte corrigitur.

Opium à sulphure suo inflammabile est.

Opium non præparati incommoda.

formali, terreſtre à cœleſti, purum ab impuro ſeparat, quod ignis naturalis per ſe, ſine artis adminiculo vix ac ne vix quidem efficere poſſet, ſicut id omnibus plus ſatis compertum cognitumque eſt, noſque paulo poſt clarius oſtendi ſumus, vbi ex papauere noſtro domeſtico & tranſplantato, opium quoddam parabimus, quod proprietatibus & effectibus ſuis vulgari iſto, quantumuis longiſſime aduecto reſpondeat. Quod tanquam ſcitu dignum monere volumus, priuſquam accederemus ad tractionem remediorum ſiue antidotorum narcoticorum. Horum autem omnium cum præcipuum ſit fundamentum ipſum opium, ſuper eo firmum ac conſtans extruere ædificium vix licebit, niſi prius, quid ſit, probe cognouerimus.

Inter cætera igitur remedia narcotica, in maiori æſtimatione & frequenti vſu, ad ſedandos dolores & cohibendas hæmorrhagias ac deſuxiones ſunt:

Diacodion
Pilula cynogloſſa
Requies Nicolai
Philonium

Huius vltimi quatuor ſunt genera ſiue deſcriptiones, veluti

Philonium Tharſenſe Galeni
Philonium Romanum Nicolai
Philonium Perſicum
Philonium Meſuai

Diacodion.

Inter hæc enumerata remedia minus noxium eſt Diacodion, & benigniſtutiuſque exhibetur. Componitur autem ex capitibus papaueris albi mediocriſ magnitudinis, quæ neque immatura, neque matura nimis ſunt, neque nimis humida aut ſicca.

Quidam pro doſi accipiunt viginti eiuſmodi capita, quæ macerant per 24. horas in duabus vel tribus libris aquæ, & poſtea coquant, donec contabuerint, expreſſis & colatis omnibus, cum ſufficienti quantitate ſacchari, mellis vel ſapæ, aut vini dulcis, ſit electuarium ſolidum ſiue

molle. Galenus hoc modo parat Diacodion ſuum ſimplex.

Actuarius componit Diacodion ſuum ſolidæ conſiſtentix, coquendo capita papaueris, vt ſupra, ſed iis adiicit

Rofarum rubrarum ʒij.
Croci orientalis
Acacia
Liquiritie ana ʒj.
Boli armeni ʒ. ſ.
Cinnamomi electi
Rad. conſolid. maioris
Hypociſtidis
Balauiſtorum ana ʒj.
Myrti
Dauci ana ʒj.
Coralli vtriuſque
Sumach
Sanguinis draconis
Flor. Althea ana ʒij.
Sem. Portulacæ ʒ. ſ.

Ex his omnibus redactis in puluerem, conficit electuarium ſolidum ad ʒj. pulueris accipiendo lib. j. ſacchari diſſoluti, & ad perfectionem decocti, idque cum decoctione prædicta papaueris.

Montagnana præparat diacodion, accipiendo

Capitum papaueris N. xx.
Siliquarū dulcium à granis ſuis ſpoliat. ʒ. iiij.

Rad. Althea
Liquiritia ana ʒ. ſ.

Omnia coquit in decem vel duodecim libris aquæ fontanæ vel pluuiæ vſque ad duas tertias. Expreſſioni & colaturæ addit

Sacchari roſati
Opemidorum ana lib. j.

Coquendo omnia in conſiſtentiam mollem.

Huiusmodi diacodion proprie confert ad cohibendas deſuxiones acres, ſeroſas, tenues, & biliofas, à cerebro in pectus irruentes, conducit quoque ad omnem tuſſim, ſomnum & quietem interrumptentem. Hoc ipſum Montagnanæ diacodion

codion primas tenet inter arteriacas compositiones, estque remedium inter vulgaria eius generis præstantissimum.

Diacodion Actuarii ex pluribus adstringentibus compositum præcipue prodest celiacis, dysentericis & omnibus ventris fluoribus immoderatis, hæmorrhagiis, & spuitioni siue vomitioni sanguinis.

Pilula cynoglossæ.

Pilulæ cynoglossæ à Nicolao Præposito descriptæ, in frequenti admodum usu quoque sunt: vnum quoque sunt ex remediis opiativis, quæ securius præbentur ad luadendum somnum, & mitigandos maximos quosque dolores, à quacunque causa genitos: Conferunt etiam ad sistendas tenues destillationes, illarum descriptio est talis.

℞. Rad. Cynoglossæ arida
Sem. Hyosciami albi
Opii, ana ʒ. ʒ.
Myrrha ʒ. ʒj.
Thuris ʒ. ʒv.
Caryophyllorum
Cinnamomi
Stryacis calamitæ ana ʒ. ʒj.

cum aqua rosarum formetur massa.

Requies Nicolai.

Requies Nicolai, quod nomen habet à singulari sua vi & proprietate, qua quietem & tranquillitatem inducit iis, qui infestantur quodam dolore, inquietudine aut ardore febrili, vnum quoque est ex moderatioribus narcoticis, & quod inter reliqua tutius offerri potest: Eius compositio hæc est:

℞. Rosarum rubrarum
Violarum ana ʒ. ʒj.
Opii
Sem. Papaveris albi
Hyosciami
Pyllyi
Scariola
Lactuca
Portulaca
Corticis rad. mandragora

Nucis moschata
Cinnamomi
Zingiberis ana ʒ. ʒ. ʒ.
Sacchari candi ʒ. ʒ.
Santalæ albi, rubri
Spodii
Tragacanthæ an. ʒ. ʒj.
Sacchar. in aqua ros. dissoluti ad triplum omnium. Mi.

Philonium est omnium validissimum narcoticum, maiorem enim præ cæteris opii partem recipit. Ob quam causam, ad corrigendam scilicet nimiam eius frigiditatem, ei adduntur summe calefacientia, nempe pyrethrum, piper album, neque ibidem omittuntur ea, quæ vehementer vrunt & incendium extremum excitant, & in venenorum classe numerantur, velut euphorbium, &c.

Descriptio Philonii Tharsensis Gal. est, vt sequitur.

℞. Croci
Pyrethri
Euphorbii
Nardi Indica ana ʒ. ʒ.
Piperis albi
Sem. hyosciami ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ.
Opii ʒ. ʒ. ʒ.
Mellis q. suffic.

Cum hac convenit fere descriptio Mesuzi: Eadem quoque est utrobique opii dosis: hoc tantum interest, quod in alterutra loco euphorbii castoreum substituat.

Descriptiones à Myrepto traditæ Philonii Romani, & Philonii Persici, differunt à præcedentibus duabus, tum in opii dosi, tum in cæteris ingredientibus. Interim tamen euphorbium, pyrethrum, piper album, & alia calidissima simplicia, correctionis causa omissa non sunt, quæ tamen tam excessivæ calida sunt, vt vix ori admota (sicut illorum usus frequens esse solet in colicis passionibus & aliis extremis cruciatibus) faucium & vicinâ

Nnnn

vicinarum partium calamitosum excitent incendium. Has autem hactenus cum enumeratorum remedium narcoticorum descriptiones de industria in hunc librum introducere placuit, ut ex illorum collatione cum nostris, quae laudana appellant, facta, cuiuslibet de utrorumque discrimine in preparatione & praestantia liquido constet.

*Laudana
unde dicta.*

Nepenthes.

Laudani nomine insigniuntur remedia nostra anodyna opiatia, quasi dicas laudatum remedium. Theodorus Zvinguerus, vir summus, & insignis Medicus, primus eadem appellare censuit Nepenthes nomine, quod remedium Helena fuisse dicitur, quo omnes e corde languores & aegritudines sustulit, & hilaritatem laetitiaque induxit, ut legitur apud Homerum. Quod utique nomen, ob summos & admirabiles effectus, quos exert laudanum, ei aptissime & summo iure competit. Superest, ut eius aliquot formulas atque descriptiones in medium proferamus, simulque ostendamus, quanto errore veteres opium, citra omne preparationis artificium, additis insuper correctionis loco aliis ingredientibus adeo calefacientibus narcoticis suis adhibuerint.

Opii proprietates unde.

Iam alibi in scriptis nostris ampliter de proprietatibus opii disseruimus, & perspicue demonstrauius, qualitatem eius narcoticam & soporiferam dependere potius a sulphure quodam inflammabili foerente & indigesto, quo plurimum abundat, quam a causa quadam frigida. Nam & fumus sulphureus carbonum, & vapor sulphureus, tam vini, quam croci multo citius hominem in somnum praecipitabunt profundum & lethum, quam aqua niuis aut glaciei montium, quantumvis in summo excessu frigidissima. Haec enim frigiditas caret spiritibus vaporosis & sulphureis, qui cerebri ventriculos opplentes, eiusmodi soporiferas inducunt affectiones, quique

aeque in vino, carbonibus, & croco reperiantur, ac in ipso opio, licet non tam noxii ac lethales. Odor praeterea opii foetidus certissimus index est eius, qui in eo inest, copiosi sulphuris & olei. Sic ex ceteris signis, quibus veteres verum opium discernebant, hoc quoque unum erat, quod flammam conciperet. Sed cum de his omnibus copiose alibi disputatum sit, satis nobis est, haec pauca tantum obiter attigisse, ut proprietate enumerati opii probe cognita, eo magis id rectius corrigere, & de noxio innoxium reddere queamus, sicut paulo post videre licebit.

Sulphur itaque narcoticum istud & stupefactivum, eo, quo sequitur, modo inde separandum est.

Verapreparatio opii.

Primum accipe opii ℥. iii. vel iij. aut quantum voles, habita ratione quantitatis laudani conficiendi. Hoc opium cultro quodam in exigua incidatur frustula, quae apposite, in patina aut orbe quadratae quadam collocentur, ne se invicem attingant, ut melius in ea operari queat calor moderatus, cuius ope & virtute sensim exhalabit enarratum sulphur vaporosum, foetidum & narcoticum, fiat autem haec operatio sub camino quodam, ubi cauendum, ne fumus forte naribus exceptus damnum inferat, hincque ignis eoque continuabitur, donec opium omnem fere amittat odorem, & omnino sicum reddatur instar aloes, & facile in pulverem redigi possit. Haec est prima ratio & methodus verae preparationis opii, quod vix tunc temporis concipiet flammam.

Pulverizatum iniiciatur in mattacium vitreum capax, & inde extrahatur essentia siue extractum, & loco aquae vitae, qua alias plerique utuntur ad hanc extractionem, accipiatur acetum fortissimum album, vel succus limonum: hi enim liquores vitriolati sola verissima opii.

opii correctiua existunt. Modus huius extracti siue essentiae educendae idem est ac caeterorum, hoc est, oportet opio puluerisato alterutrum ex his liquoribus affundere, vt tres quatuorve digitos superemineat, & omnia digerere in Baln. Mar. mediocriter calido, donec liquor tinctus sit, & clarus rubicundusque instar granati appareat. Separa id, quod clarum est, per inclinationem, & rursus affunde nouum liquorem acidulum, iterumque omnium fiat digestio, donec tinctus sit liquor, non tamen tam intense, vt prius: haec ita continuabis, donec aqua non amplius tingatur, nisi colore ad flauedinem tendente, quam non misceas cum caetero liquore, quia inutilis plane est: Tincturam rubicundam & claram in Alembicum indas, & per Baln. vaporosum liquorem separa, & remanebit in fundo opii essentia.

Faeces, quae post tincturam extractam remaneant, seruentur. Vfus enim illarum erit vel cataplasmata anodyna, & dolorificis affectibus, qualis est podagra, apta, paranda, vel aquas hypnoticas, & similia alia remedia inde concinnanda.

Ex quatuor vncijs opii veri extracti siue essentiae vncia duae, aut circiter remanebunt, quod extractum praecipuum laudani tui fundamentum erit, cuius compositio se habet, vt sequitur.

Laudanum praestantissimum, & praeceteris cunctis opiatidis (puta quae opium excipiunt) paratu facillimum.

℞. Essentia opij à suo dissolvente per B. vaporosum vt supra separata ℥. ij.

Essentia croci, cum aqua limonum extracta ℥. j.

Haec duae essentiae confundantur inui-

cem in paruo quodam vasculo argenteo: his adde

Gemmarum

Hyacinthorum

Et corallorum ana ℥. j. ℞.

Terra sigillata vera ℥. j.

Pulueris bezoardici veri

Vnicornu

Ambra grisea ana ℥. ij.

Hi pulueres sufficient ad bohā consistentiam laudano inducendam, miscendo & agitando omnia continuo ad ignem lentum, donec ex materia frigefacta pilulae formari possint, sufficit exhiberi de hoc laudano, magnitudine piperis grani: & insignes ac suspiciendos percipies huius anodyni effectus, quod te spe tua nunquam frustrabit: Nam confert citra molestiam & cerebri vllam perturbationem, aduersus omnis generis dolores à quacunque causa subortos, contra omnes haemorrhagias siue fluxus sanguinis in quacunque corporis parte fuerint, contra omnes defluxiones & fluores ventris, dysentericos, hepaticos, lientericos, & similes, & ad inducendam gratam tranquillitatem in febribus ardentissimis, in quibus ipsis rationis sensus laeditur, & in phrenesim aeger plerumque delabitur.

Non ignoro, quosdam ex viris doctissimis opii essentiam elicere cum spiritu vini, in quo prius macerans puluerem Diambrae, & compositioni insuper adiaciunt extracta aromatica & bezoardica, vt & olea anisi, fœniculi, & similia. Sed vt verum fatear, ego hic exhibui laudani opiatidis descriptionem, qua nulla esse possit inter opiatidas compendiosior, nulla facilior aut praestantior.

Nec, vt obiter & hoc addam, vera opii correctiua in pyrethro, piperibus, euphorbio, & igneis aut summe calidis illis rebus indaganda sunt, sed in aceto potius, tam montano, quam vul-

Nanna 2 gari,

Proprietates laudani opiatidis.

Vera opii correctiua qua.

gari, in succo acidulo limonum & similibus, quæ vim & proprietatem vitriolatam participant. Philosophus, qui mentem meam percipiet, poterit etiam sine opio plura alia laudana multo efficaciora & præstantiora componere.

Alius modus laudani nostræ descriptionis.

℞. Mense Mart. vel Septembr. quando radices sunt in vigore, copiam rad. hyosciami in veris principio, simul cum germinibus suis tenellis adhuc, & vix è terra protuberantibus accipiendæ sunt: Omnibus rite contrusis, succus prælo perquam exquisitissime exprimatur, ita ut ad minimum libram vnam & dimidiam, vel duas libras succi habeas, qui depuretur in Baln. Mariæ mediocriter calido: Separando inde fæces, ut iam supra docuimus modum depurandi omnes succos tam radicum, quam herbarum & florum. *Nota: succus hic, qui antea colore albus existebat, per digestionem hanc vertitur in summam rubedinem, instar vini rubicundissimi.* Et hæc est eius perfecta depuratio, quam accurate seorsim ferues: Dum interim præparas extractum hyosciami iuxta modum præscriptum, circa idem tempus, si voles, præparabis opium vulgare, illud nempe in exigua incidens frustula, quæ ad ignem lentum collocabis, ut vi caloris sulphur eius narcoticum exhalet, & puluerisari facile queat, ut supra docuimus.

Primus modus mixtionis duorum inter se narcoticorum.

℞. Itaque commemorati succi hyosciami depurati & perfecte rubicundi, ut supra §. x.

Opii præparati, & in puluerem redacti, ut supra §. v. vel §. vi.

Omnibus simul coniunctis, & in partem parvam terream vitreatam inditis, videbis horum duorum narcoticorum

tam firmam & indissolubilem fieri copulationem, ut in vnum corpus & consistentiam vnam duriusculam coiuisse videantur. Quibus omnibus Soli aut lenito calori cinerum per 3. aut 4. dies expositis, opium attrahet tantum succi hyosciami, quantum sufficiet, quod residuum erit, seorsim separabitur per inclinationem, ut vocant, vel exhalabitur, quicquid coagulatum fuerit, frustulatum in matrarium vitreum capax iniiciendum est: superaffundendo succum limonum perfecte depuratum, ut quatuor vel quinque digitos supernaret, isque tingetur in Baln. Mar. in rubini colorem, quem separabis per inclinationem quam pores studiosissime, ne quid crassi aut impuri simul misceatur, affundendo iterum nouum succum limonum, & digerendo in Baln. Mar. donec denuo tingatur colore rubini, & ita progredietis, donec adueras, succum non amplius colorari rubini colore, sed subpallidum manere, qui tum inutilis erit ad hanc operationem. Omnis tuus liquor in rubini colorem tinctus reponatur in digestionem Baln. Mar. ut denuo digeratur, omnisque substantia crassa fundum petens inde seceratur. Et ita summam & perfectam depurationem ei conciliabis, veramque essentiam opii & hyosciami coniunctim præparabis, quam curiose adseruabis, huius essentia habebis circiter §. vi.

Interim dum circa hanc depurandi operationem versaris, extractum hoc, siue essentiam, ut sequitur, parabis.

Præparatio extracti bezoardici.

℞. Rad. Angelica

Zedoaria

Galanga

Tormentilla

Corticum Citrii

Ligni aloes

Santalum rubri & citrini an. §. j.

Græ-

*Appetitus
Natura in
opio non ex-
cedit attra-
hendi men-
suram.*

Granorum alkermes
 Diptamni
 Cinnamomi
 Spica nardi
 Caryophyllorum
 Nucis Moschata
 Macis
 Cardamomi
 Beem albi & rubei ana ℥. ℞.
 Camphora ℥. j.

Omnibus conuassatis in matraccio vitreo cum aqua vitæ Juniperi fiat extractum iuxta modum, quem capite de extractis docemus.

I T E M.

Extractum
 Mumia &
 Myrrha.

℥. Myrrha
 Mumia ℥. ℞.

Dissolue in patina ad ignem cum hydromelite vinolo, aut cum quodam alio vino, & quoniam ipsa sunt viscosa, calentia adhuc per linteum traicienda, & cum supra dicto extracto bezoardico coniungenda sunt.

Croci essentia.

Item ℥. Croci ℥. iiii. ex quo extrahe essentiam cum aqua destillata ex succo limoniorum, vel cum aqua pomorum redolentium, (quam prius acidulam reddideris cum spiritu vitrioli, vel liquore sulphuris) omnia colabis iterum atque iterum per chartam leucopharam: Et ex his tribus croci vaciis restabit ℥. i. essentia, quam ipsam quoque miscebis cum extracto illo bezoardico.

Ambra preparatio.

Item ℥. Ambra flaua selectissima ℥. ℞. hanc impone patinae argenteae, affundendo spiritum vini optimum, & praedicto ambrae puluere rite miscendo: Postea charta accensa admoue ignem, agitando semper omnia spatula: Spiritu vini consumpto, alium novum affunde, admoto igne, vt prius, idque continuando quater. Tandem omnem humiditatem igne separa, & enarratam ambrae siue succinum conterere in puluerem siccum

bene preparatum, quem seruabis ad vsum, vt mox dicitur.

Item extrahe salem corallorum, & Sales corallorum cum succo limonum siue berberorum optime depurato, vt docemus cap. de extractis.

Et haec sunt omnes illae preparationes, quas ad hoc institutum in promptu habere conuenit.

Processus secunda ac vniuersalis mixtionis est, vt sequitur.

Extractum totum bezoardicum, vna cum extractis myrrhae, mumiae, coniungatur & misceatur cum tota essentia opii, & hyosciami referuata, vt supra, & omnibus in Alembicum positis, fiat exhalatio siue destillatio ad ignem lentum, donec materia in syrupi consistentiam redigatur, quam adhuc calentem eximes ex Alembico, & effundes in patinam argenteam, vt eo melius & perfectius fieri possit omnium mixtio & coctio.

Quando materia redacta fuerit in bonam mellis vel saepe consistentiam, ei admiscebis & incorporabis hunc sequentem puluerem.

℥. Succini preparati, vt supra, ℥. iiii.

Salis perlarum

Salis corallorum ana ℥. ij.

Terra sigillata optima ℥. j. ℞.

Pulueris bezoardici veri

Ossis de corde cerui

Vnicorni ana ℥. j.

Ambra grisea ℥. ℞.

Omnia puluerata subtilissime inuicem misceantur, haecque mixtura sensim admisceatur materiae in formam mellitam redactae, quam semper igni lento admotam tenebis, agitando & probe miscendo omnia diu cum spatula eburnea vel argentea, donec percipies omnia in bonam consistentiam redacta esse, & ex materia refrigerata pilulas formare possis: adde rursus (materia videli-

Nnnn 3 cet ab

(cet ab igne dimota) oleorum anisi & feniculi dulcis chymice extractorum ana gutt. ʒ. ʒ. vel ʒ. ʒ. omnia optime commiscendo, & sexua hanc compositionem, in vasculis eburneis vel argenteis. Dosis est magnitudo grani piperis, & eisdem, quos primum laudanum, effectus demonstrabit, quorum virtus non minuitur temporis longitudine, sed potius augetur, tanquam res in præstantiorem commutata substantiam.

Ad normam & exemplar horum duorum laudanorum, quæ modo descripsimus, poterit Philosophus & Medicus tot alia, quot voluerit, parare, & præclara ipse alexiteria & veras theriacas componere, aliaque remedia aduersus omnis generis venena, vbi tantum opus erit additione pulueris salium theriacalium, siue extractorum viperarum, præparatorum eo, quo supra edocimus, modo.

Vt specifica fiant, ad certum quandam morbum, grauem & deploratum, qualis est epilepsia, adde parum extracti cuiusdam epileptici & essentia castorei.

In vteri suffocatione adiace parti vini dimidiam extracti cuiusdam hysterici, cuius descriptio seq. capite dabitur. Laudana enim sunt generalia remedia, & pluribus grauissimis affectibus quibuscunque corporis nostri partibus inhærentibus accommodata.

Nepenthes nostrum maius sine opio descriptum est in consilio quodam nostro, quod habetur sub finem tractatus de priscorum Philosophorum medicinæ materia &c. Cuius descriptio si forte obscurior quibusdam videatur, quam vtriusque huius laudani modo à nobis expositi declaratio, id propterea molestius aut stomachosius non ferat, cum alias variis laboribus atque vigiliis meis omnibus plus abunde satisfactum esse, vniuersisque, nisi forte grauisimo infi-

pietia aut liuoris vitio teneatur, facile deprehendat.

Quoniam autem opium omnium prædictorum remediorum ac laudanorum præcipuum fundamentum existit: nos hic opii consociendi modum ex nostro papauere hortensi subnectemus, qui fit, vt sequitur.

Elegans methodus consociendi opium ex papauere nostro domestico & transplantato in hortis nascente.

¶ *Capitulum selectissimorum papaueris transplantati & satiuus* (quod in hortis Franciæ plurimum hodie conspicitur) numero centum aut plus minus pro opii, quod consociet, quantitatis ratione. Colligenda sunt tum, cum flores erumpunt quo tempore succo maxime abundant. Id accidit in quibusdam regionibus sub finem Maii: in aliis sub finem Iunii pro ut regiones aliæ aliis sunt calidiores: In summa colligenda sunt in æquæ prima, siue cum primi flores iam explicati appareant: Inter diuersa autem papaueris genera eligendum est id, quod flores ferat rubicundos, quorum inopia alia sufficiantur.

Papaueris electio ad consociendum opium.

Enarrata capita optime contunde in mortario marmoreo cum pistillo ligneo: Materiam hanc pone in matraccio vitreo capaci, superaffundendo hydromel vinosum vel vinum Canariæ, donec materia optime irrigata & humectata sit: vinumque vno atque altero digito transfuerso superemineat.

Omnia stent in digestionem Baln. Mariæ, per 12. vel 15. dies, quo temporis spatium liquor intensissime rubescere incipiet. Tum exime hanc materiam è matraccio, & sacco lineo inclusam cola, & fortiter exprime, vt omnis virtus eius substantifica, gummosa & resinosa inde eliciatur. Hæc expressio, quæ propter admixtum hydromel liquidior adhuc erit.

202

*Nepenthes
maius
Querc.*

Tota iniicitur in alembicum siue cornu-
ram, ad separandum inde omnem liquo-
rem per balneum vaporosum, qui mo-
dus omnium tutissimus est, & in fundo
remanebit gummosa quædam & resino-
sa materia: quam, si voles, adhuc calen-
tem, liquidam, & quasi fusam immittes
in patinam terream vitreatam, aqua fri-
gida plenam & subito coagulabitur in o-
pium, quod manu exime & humidita-
tem omnem absterge. Hoc est verum
probatumque opium, ac nullo modo
sophisticum.

Nota: qui neglecto labore cupiet mul-
to elegantius & præstantius quid inde e-
ducere, is iterato digeret primam illam
papauerum expressionem, adhuc liqui-
dam, & cum liquore coniunctam, in B.
M. calido ad separandum inde purum ab
impuro, & de simplici extracto eliciet
veram & excellentem essentiam, quæ
restabit in fundo, post euaporationem
liquoris per B. vaporosum. Et ita habe-
bis opium exquisitissime præparatum,
cuius vsus exit tam ad theriacas, quam a-
lias antidotos narcoticas, quæ omni ca-
rebunt noxa & offensa.

ADDITIO P. V.

Notanda de laudano opiato.

Laudanum Theophrasti fuit duplex:
vnum reficiens & instaurans; alte-
rum opiatum & narcoticum; in hoc
vitanda stuporem inducentia, id est, fri-
gida in quarto ordine, vel etiam quæ su-
perant medium tertii gradus, vt est
tinctura hyoscyami, quæ nocentior est
philonio: hoc enim crassum & semen-
tantum inest, non ita potest penetrare:
illa ἄχνηα habet, nimirum spiritum vi-
ni tenuissimum, & impedimenta per
solutionem ablata sunt. Nam hyo-
scyamus narcoticus valde est, & deleteri-
us; insaniam causat, apros etiam re-

soluit, teste Aliano, vnde etiam faba
suilla nuncupatur. Oleum ex eius se-
mine auribus instillatum tentat men-
tem. Clysmus & foliis hyoscyami in-
saniam infert, secundum Dioscori-
dem.

Licet vero & opium ad quartum
gradum frigoris accedat, ita tamen de-
leterium non est. Nam Ianniceri apud
Turcas Asiaticos opio (maslac dicto)
vtuntur ad animositatem, vt etiam
apud Querceranum nostrum videre
est.

Anodyna adhibemus, vt cessante do-
lore vires respirent. Vitanda igitur fri-
gidissima narcotica, præsertim si calor
imbecillis & corpus cacochymum.

Nec enim extracta calidiora, quæ
in laudano concurrunt, frigidi noxam
emendant, nisi profus obtundere ve-
limus eius naturam nimia corrigenti-
um mistione, quod in laudano locum
non habet.

In laudano igitur tinctura Opii the-
baici principatum obtineat sine succo
& semine hyoscyami, quæ etiam Theo-
phrastus in suo specifico anodyno lib. 7.
archidox: omittit, quod paratur ex opio,
succis malorum aurantium & cytonio-
rum, etimamomo, caryophyllis, moscho, am-
bra, croco, succo corallorum, magisterio per-
larum & quinta essentia auri.

Tinctura opii extrahitur à tinctu-
ra specierum diambra. Andernaci er-
ror est, cum à speciebus tantum diam-
bra & non ab ipso opio (quod vel ma-
xime desiderabatur) sit puri impurique
separatio. Hæ tincturæ corriguntur
rubedine corallorum, magisterio margari-
tarum, tinctura croci & moschi, vmicornu,
quod plerumque adulteratur, vel lapide
bezoar orientali potius, quam osse de corde
cerui. Vis eiusdem intenditur, si auri ad-
datur tinctura aut liquor cum oleis de-
stillatis & extractis, morbo partique
affectæ:

affectæ analogis. Commendatur & à Theophrasto ad morsus bestiarum venenatarum lib. 1. *Chirurg. magn. Tract. 3. in præfatione.* Vfus etiam eius est in colica, lumbagine, vigiliis, deliriis, cardialgia, febrium inquietudine, vomitu, pleuritide, arthritide, dysenteria, calculo, yteri suffocatione, epilepsia & aliis morbis.

Nepenthes seu laudanum opiatum Zvvingeri.

Quia Quercetanus noster mentionem fecit Nepenthes Zvvingeri, ponamus hic eius descriptionem, quæ ita habet:

℞. Opii ʒ. ʒ.

Succ. hyoscyami ʒ. ʒ.

Vini extractionis spec. diambri, quantum sufficit ad eminentiam trium digitorum, macerentur per mensem, colentur per crassum filtrum:

Colatura adde magisterii corallor.

Perlarum an. ʒ. ʒ.

De succino ʒ. iij.

Mumia balsami ʒ. j. ʒ.

Tinctura croci ʒ. j.

Ol. caryophyllor.

Cinnamomi an. ʒ. ʒ.

Anisi ʒ. ʒ. Digere, donec incorporentur consistentia Electuarij.

Laudanum opiatum Paracelsi, qualiter in officina Phorcensi fuit in vsu.

℞. Opii optime purgati,

Succ. hyoscyami purgati an. ʒ. ʒ.

Extract. mumie ʒ. j.

Corallor. resolutor.

Margarit. resolutar.

Carab. alb. an. ʒ. ʒ.

Essentia croci ʒ. j.

Ambr. grisea.

Mosch. opt. alexandrini an. ʒ. ʒ.

Spir. vini ʒ. spec. diambri ʒ. j. ʒ. extracti quant. suffic. Mi. f. massa sec. art.

Laudanum opiatum Adami Keckii pharmacopœi olim Mœnofrancofurtensis, quo etiam D. Zvvingergerus fuit vsus.

℞. Spec. diambri ʒ. ʒ. infundantur spir. vini opt. ad tres digitos, quo facto vas cera & vernice claudatur, triduo maceretur: postea

℞. Opii ʒ. ʒ.

Mumia concisa ʒ. ʒ.

Succi hyoscyami inspissati ʒ. j.

in alio vitro congesta ad teporem vel solem biduo ponantur, sæpiusque agitentur. His ita mistis affundatur de priore infusione ad digitum unum & agitentur: donec crassescant, loco calido macerentur, & indies ter diligenter misceantur. Vbi imbibitus liquor est, plus eius affundatur, & ut ante imbibere permittatur, quod mense fieri solet: affusiones repetantur, donec opium foetore sit spoliatum, quod sequimense erit.

Huic deinde mixtura adde corall. rubr.

Succin. alb. an. ʒ. ʒ.

Croc. ʒ. j. adiecto pauco

vini spiritu misce & in vase ad calorem digere dum crassescat: hoc facto adde moschi & ambr. an. gr. xij. cum pauco vini spiritu, digere denuo ad spissum vase clauso. Dosis ʒ. i. sed caute.

Alia eiusdem Descriptio Andernaci.

℞. Opii thebaici minutim incisi ʒ. ʒ.

Mumia gr. iij.

Succ. rad. hyoscyami, qua sunt collecta, cum succo surgent, ʒ. ʒ. mista in vitro per dies 14. insolentur. Interim ℞. confectio. diambri ʒ. j. ʒ.

Vini ardent. quintæ distillationis ʒ. j. mista insolentur per dies 8. indies mouendo; vinum fiet rubicundum: Effunde modice inclinato vase funde eius parum super primores pulueres & fac pulviculam; digere hanc per triduum vase clauso ad solem; idq. ter repete, tandem exicca, contere, deque vino illo iterum affunde.

affunde, ut fiat pulvicula; hoc facto adde essent. corall. rubr.

Succin. citrin. an. ℥. j.

Vnucorn. gr. iiij.

Mosch. gr. ij.

Croci orient. ℥. j. Misce probe & finge catapotia granorum trium. Mane & a cœna detur ad colicam.

Vulgaris eiusdem descriptio.

Est hoc in-
pistolis etiã
Caroli Oste-
vii ad Schol-
tzium lib.
3. fol. 411.
Addunt alii
essentiam
castorii,
myrrh. ca-
ryophyl.
macis.

℥. Spec. diamb. ℥. ij. infunde in vini spiri-
ritu per dies 14. agitando aliquoties. Expres-
so adde opij ℥. vi.

Mumia ℥. ij.

Sacc. hyosc. inspiss. ℥. j.

Essent. corallor. rubr.

Succin. alb. an. ℥. ij.

Croci ℥. j.

Mosch. gr. xv.

Ambr. gr. xij.

affunde iterum spiritus vini quant. suffic. &
ad fornacem j. mensem digere.

Laudanum opiatum Wilhelmi
Antonii Guerthei.

℥. Opii thebaici ℥. j.

Succ. aurantior.

Citrior. an. ℥. vj.

Cinnam.

Caryophyllor. an. ℥. ℞.

Tusa insolentur in alembico torto vel bal-
neo, persent ita horis 12. expresso succo adde

Mosch. ℥. ℞.

Ambr. ℥. iiij.

Croci electi ℥. ℞.

Liquor. corallor. rubr.

Magist. perlar. an. ℥. ℞.

digere ut ante, tandem adde quinta essentia
auri. ℥. ℞. Dosis gr. ii. vel iiij. liquore con-
uenienti soluta.

D. Zvingero etiam ascribitur hac
sequens compositio.

℥. Extract. opii ℥. j.

Croci ℥. j.

Essentia corallor. ℥. ij. ℞.

Ol. nuc. moscat.

Maiorana,

Anis. an. ℥. ij.

Succin. ℥. j. Mi. digerantur per tri-
mestre.

Laudanum opiatum generosi Do-
mini Matthiæ à Kainach, Baronis
in Leonrad, Styriæ proce-
rum primarii.

℥. Spec. diamb. complet. ℥. j. ℞.

Succi torius alterci fl. albo inspiss. ℥. iiij.

Mumia vera gr. xxiii. Misce & cum

spiritu vini fiat sec. art. extractum.

Huic adde extract. opii ℥. i. ℞.

Essent. corall. rubr.

Succin. albi an. ℥. ℞.

Margaritar.

Auri an. gr. xv.

Croci,

Castor.

Lapid. bezoar. orient. an. gr. viii. Lapis bezoar

Mosch.

Ambra aq. cinnami solutor. & per- sumitur pro

purgatorium an. gr. viij. unucornu,

quia illud

Accuratissime mixta omnia in Baln. Mar. plerumque
alembico cæco digerantur in massam iusta adulteratur.
consistentia, qua aliquot guttis olei succini
subigatur.

Laudanum Paracelsi.

℥. Opii thebaici incisi & leuiter tusi ℥.
iii. vel quantum vis, pone in cucurbita parua
vitrea, affunde spiritus vini opt. quant. suff.
obtura vitrum & sine in loco calido horis 24.
tum effunde spiritum vini relictiis facibus,
hisq. alium spiritum vini effunde bis, ter vel
sapius, donec non tingatur amplius vini spi-
ritus: hinc abice facies & spiritum vini per
vices collectum fac evaporare super cineres in
fornace vel alio loco calido, ut relinquatur
essentia opii.

Laudani opiatu vera compositio.

℥. Spec. diamb. ℥. ii.

Succ. hyosc. albi (ex herba & radicib.) ℥. ℞.

O o o o o

Mu-

Sequentes
materias
minus eua-
porare volu-
mus, ideo
iam demum
addimus.

Mumia transmarina opt. ʒ. ʒ. affunde spi-
ritum vini, vt supra, donec non amplius tin-
gatur, abijce faeces & maximam partem spiri-
tus vini fac euaporare in loco calido super ci-
neres vt supra: adde extract. opij, vt modo do-
cui, preparati ʒ. ij. moschi & ambræ, (subtilis-
sime puluerisatorum in syndone inclusorum &
aqua rosacea persusorum, donec in syndone
præter sordes nihil relinquatur) an. ʒ. ʒ. pul-
uer. subtilissimi corallor. rubr. prepar. succin.
alb. prepar. an. ʒ. ij. margarit. prepar. ʒ. j. cro-
ci orient. ʒ. ʒ. omnia in mortario vitreo pi-
stillo vitreo accuratissime misceantur, tan-
demq; adde unicornu veri ʒ. ʒ. auri unga-
rici puluerisati ʒ. j. Euaporet porro leniter re-
liquus spiritus vini in Bani Mar. donec mas-
sa fiat ex omnibus, ad pilulas formandas a-
pta, qua massa cum formata subigatur guttis
aliquot olei anisi destillati.

Huius laudani inuentor prædicatur
Paracelsus, qui etiam veram cõpositio-
nem studiosissime dicitur occultasse, do-
nec in Carinthia prodierit, estq; Docto-
ri Andree Libavio à D. Io. Hartmanno
Beyero olim missa & eiusdem *libr. 2. Al-
chimia Tract. 3.* inserta.

C A P. XXVI.

De variis Chymicis operationibus, extra-
ctis, essentiis, magisteriis, Salibus,
& oleis.

DE variis istis differentiis, quas Chy-
mici constituunt inter extracta, ef-
sentias, magisteria, arcana & tinctu-
ras, dicturi sumus alibi, nempe in phar-
macopœa nostra Spagitica. Hoc autem
in loco tantum de quibusdam extractio-
nibus tractare consilium est, quorū spar-
sim in præsentis hoc opere & pharmaco-
pœa nostra mentionem fecimus: ne forte
vmbra tantum remedium quorundam
descriptionem proposuisse, eamque man-
cam adhuc mutilamq; reli-
quisse videamur. Itaque fidem nostram
à promissis, quibus nos supra pluribus in
locis obstrinximus, nunc re & opere ma-

nifesto, in publici boni gratiam exoluen-
dam esse statuimus.

Vt autem nostro ordini consueti infi-
stamus, enumeratas has operationes,
quibus iam pharmacopœam nostram di-
tare & exornare consulimus, qua lice-
bit facilitate & perspicuitate declarata
elucidabimus.

Diuidemus igitur huiusmodi chymi-
cas operationes (siue sint extracta, siue
essentiæ, siue magisteria, &c.) in simpli-
ces & compositas: qualicumque tandem
opera, scopo medico inseruiant, siue
prima, siue secunda qualitate, siue alte-
ratione, euacuatione, roboratione, de-
tiatione, siue aliis diuersis curatio-
nis intentionibus particularibus, tam
ad morborum curationem, quam sym-
ptomatum, quæ morbos indiuidua so-
cietate comitantur, correctionem ap-
tentur. Quilibet poterit facile ex se-
quenti horum extractorum, essentia-
rum, aliarumque Chymicarum opera-
tionum serie atque tractatu perspicere,
quam facilem docendi viam atque me-
thodum studiosis sequendam expona-
mus.

Loco menstruorum siue dissoluen-
tium, ad has operationes necessariorum,
non tantum vtetur aquis vitæ vini &
iuniperi, quamuis hæc in præcipuis &
maxime necessariis dissoluentibus nu-
merantur, de quibus multi quidem ine-
pre satis garrunt, sed etiam ad hoc in-
stitutum nobis inseruiunt hydromel vi-
nosum, vinum Ganariæ, serum lactis,
aqua lactis, aquæ pomorum redolen-
tium, vlmariæ, cardui benedicti, fumi-
terræ, agrimonie, filicis & similibus:
vel aquæ ex simplicibus iisdem, ex qui-
bus extracta siue essentias præparare a-
nimus est, destillatæ: vel aliæ qualita-
tibus & proprietatibus extracti confi-
ciendi congruæ & appropriatæ. Quæ om-
nia iudicio periti & experti Medici
consignantur.

Diuisio ope-
rationum
chymicarum.

Menstrua
siue dissol-
uentia.

Exor-

Extracta
lignis.

Exordiemur itaque, à lignis, corticibus, & radicibus, & ex his seligemus præstabiliora, & pluribus ac diuersis morbis accommodatiora: initium facientes à ligno guaiaco, quod non sine causa à quibusdam appellatur lignum sanctum. Singulares enim & admirandas proprietates ac dotes possidet, quæ tamen in intima eius cognitione & exacta illius versantur præparatione.

Extractum siue gummi guaiaci vt appellant.

℞. Ligni guaiaci, & eiusdem corticis: quæ partes ballamica & oleaginosa sua substantia cæteras vincunt: ligni, inquam, partes duas, & corticis partem vnam: quorum quantitas non minor sit 7. vel 8. librarum pondere. Omnia in rasuram redacta, indantur in plura alembica siue vasa vitrea magna, capacia & oblongi colli: affundendo aquam optimam vitæ vel vini, vel hydromelitis vinosi. Clausis vasis, ne quid expiret, fiat digestio in Baln. vaporoso calidiori per 12. vel 15. dies: quo tanto temporis spatio aqua vitæ melius rubescat & imprægnetur ligni tincturis: omnem liquorem calentem adhuc cola: feces autem prælo fortissime exprime: tum egredietur liquor spissus, rubicundus & oleaginosus: quem cum priore coniunge: Omnibus simul in alembicum, vel cornutam cum suo recipiente inditis fiat destillatio, donec materia in fundo maneat in consistentia mellis, & bulliendo bullas emittat, non secus ac mel ipsum. Tunc calentem materiam effunde in patinam terream vitreatam, aquam frigidam continentem, & statim coagulabitur instar aloes aut gummi rubei: quam manu exemptam absterges & seruabis tanquam remedium pretiosissimum, utpote quod præcipuis guaiaci viribus tam sulphureis, quam salinis abunde dotatum est. Ex eo fingas duas pilulas exiguas, & habebis præstantissimum sudatiuum & remedium bezoardicum, quod nullas corruptiones relinquit in corpore, sudores

Vires extracti siue gummi guaiaci.

& vrinam mirifice prouocat, ipsamque simul aluum deicit.

Nota: Præstat, in conficiendis huiusmodi extractis, loco aquæ vitæ, accipere hydromel quoddam vinosum: aut aquas vltimaria, cardui benedicti & fumiterra, acidulæ factas cum succo limonum aut aceto montano. De hac aqua, quam post extractionem distillando separabis, & studiose tanquam rem ingentis pretii seruabis, exhibe duo vel tria cochlearia statim post assumptam pilulam, & singulare remedium aduersus luem veneream, quantumuis inueteratam comperies: eius vsus, præmissis tamen remediis vniuersalibus, & imperata ægro victus ratione siue diætâ, qualem huiusmodi affectus sibi exposcit, ad plures dies continuabis.

Pro varia ægri natura & temperamento variari quoque potest dissolvens in extracto guaiacino parando. Nam qui corpore sunt macilentio, & hepate feruidiore, eligant aquas fumiterre, & agrimonie acidulas redditas, vt supra, quæ aquæ destillatæ post extractionem iam perse, vt supra, exhibitæ ad vnciam vnam aut duas plurimum conferunt ad sudores potentèr prouocandos, cæterisque vulgaribus decoctionibus longe antecellunt.

Gummi è ligno safafra ad eundem *Gummi 2* modum extractum conueit quoque *ligno safafra.* cidem malo; Elici potest vel seorsim perse, vel cum guaiaco simul iunctum.

Sic educes gummi ex ligno buxi: unde *Extract. ligni buxi.* insignis parabis sudorificum & specificum contra omnes epilepsias, vermes & putredines, de quo tantum exiguam pilulam, vt de guaiacino pro dosi præbebis.

Gummi tam ex ligno, quam cortice *Gummi ex ligno & cortice iuniperi.* iuniperi, consimili methodo ac via educitum, excellens quoque est sudorificum, & bezoardicum aduersus eandem *peri.*

Ooooo 2 epile-

epilepsias, pestes, & affectus contagiolos & venenatos.

Gummi ex ligno aloes, ligno rhodio & santalo.

Eadem via elicies gummi ex ligno aloes, ligno rhodio & santalo, quæ summe sunt cardiaca & bezoardica. His menstrua siue dissoluentia adhibebis adeo commoda & conuenientia, vt simplicia ea, quibus vti voles, scopo tuo accommodentur. Verbi causa, *gummi è ligno aloes* peculiariter prodest vermibus & putredinibus arcendis, illius extractioni congruæ erunt aquæ stillatiuæ hyperici & centaureæ. Sic *gummi è santalo*, quod hepaticum est, extrahi potest ex aqua agrimonix.

Extracta è corticibus.

Eodem modo *gummi è cortice fraxini*, quod est diureticum, dissolvens, & contra ipsius lienis durities specificum singulare extrahes, vel cum sua propria aqua destillata ex tenerioribus eiusdem arboris foliis, aut simili quadam aqua splenetica, & idonea ad aperiendum, & ad tenacissimum corporis nostri tartarum gummi que dissoluendum.

Gummi è cortice fraxini.

Gummi è cortice Tamariſci & capparum.

Extracta è radicibus arborum.

Gummi ex radicibus arboris pomi.

Ita etiam parabis *gummi è cortice tamariſci*, & *capparum* contra eosdem effectus cum aqua florum genistæ, scolopendriæ, &c.

Gummi ex radicibus arboris pomi, fructus acidus gustui & vehementer adstringentes proferentis, extractum cum aqua ex iisdem pomis acidis destillata, summum est medicamen contra omnia ventris profuua, dysenteriam, lienteriam, diarrhoeam, fluxum hepaticum, & similes.

Quæ hæcenus dicta sunt, exemplaris loco imposterum erunt, ad varia & infinita *gummi* extrahenda ex omnis generis arboribus, quas vel ex librorum lectone, vel propria experientia diuersorum morborum curationi conuenire noueris. Si huiusmodi extractorum, argumentum fufius tractandum nobis proponeretur, nunquam daretur finis.

Notandum est, extracta, quæ magis gummosa & sulphurea existunt, quæque ex ligno plus oleaginoso, veluti è guaiacino, laurino, iuniperino & similibus educuntur, post menstruum suorum separationem, separantur autem vel destillatione, vel euaporatione in aquam iniicienda esse, vbi statim coagulabuntur, vt iam diximus de guaiacino. Sed plura alia extracta, quæ non adeo oleaginoso sunt, non coagulabuntur: vnde hæc tantum coquenda sunt ad sapæ consistentiam, aut paulo amplius, vt inde, si velis, pilulas formare possis. Et quo perfectius & diutius coques extractum, humiditatem suam inde magis magisque separando (ab ipsis etiam, quæ sine aqua vitæ præparasti,) eo aptius diuturnæ conseruationi conſicies.

In radicum extractionibus multa consideranda sunt: num videlicet eadem recentè collectæ sint, nec ne: num virides, an siccæ & marcidæ; num abunde succulentæ, nec ne: Videndum præterea, num succus sit liquidior, faciliorsque expressionis, an vero viscosior, tenacior & difficilius expressionis? Quibus probè consideratis omnibus, extracta componenda sunt, vel cum dissoluentibus, vel sine eisdem: in his vltimis parandis sufficiet radices tantum coquere & digerere cum suo proprio & simplici succo, si liquidior sit, & sic deinceps post perfectam huius præparationem, inde extractum efficere.

Extracta è radicibus.

Hæc igitur omnia in primis obseruanda sunt. Dabimus autem horum quædam exempla, quibus artificem operarium ad practicum opus quasi manu deducemus, idque tam facili via, vt vel minimus tyro in eo errare non possit. Exordium autem sumemus a radice angelicæ, quæ præ cæteris commendatior, & magis bezoardica est: cuius recentis copiam non quouis tempore & loco habere.

bere licet. Fingamus igitur eam exsiccatam ad extracti compositionem sumendam, vbi iuxta sequentem methodum sic progredietur.

Extractum
rad. Ange-
licæ.

℞. Radicis angelica crasso modo con-
quassata lib. 1. affunde aquam vitæ iuniperi-
nam, vel aquam vitæ vini, vel hydromel-
inosum, aut vinum ipsum, ut tres qua-
tuorve digitos supereminet: colloca vas
tuum probe clausum in Baln. Mar. calido
per 4. aut 5. dies: dein materiam cola, &
faces prælo quam fortissime exprime, & ex-
pressionem coniunge cum colatura: facesque
iterum iniice in vas vitreum, assunden-
do novam aquam vitæ, ut tres vel quatuor
digitos supernetet, digere ut antea, cola &
exprime, & succum hunc expressum priori-
bus adde. Omnibus simul in alembicum in-
ditis, liquor inde destilletur, quem servabis
seorsim, quod autem in fundo instat sapa re-
manserit, tuum erit extractum: cui ad vir-
tutes suas augendas adicias suum salem. cal-
cinando videlicet faces post secundam ex-
pressionem in furno reverteri, ut artis est,
indeque eliciendo salem cum aqua vltima-
ria & petasitidis: quæ aqua addatur extra-
cto, omniaque inuicem probe miscantur &
digerantur in B. M. per unam atque alte-
rum diem. Postea liquor inde destilletur per
alembicum in Baln. vaporoso ad siccitatem
vsque. Seruabis hanc aquam, quæ be-
zoardica & sudorifica est, seorsim. & in
fundo restabit extractum talis consisten-
tiæ, ut facile in pilulas efformari possit:
ex quo vna formata in pisi magnitudi-
ne, aut xv. vel xx. granorum pondere,
singulare & potentissimum erit sudati-
uum bezoardicum: superbibendo statim
propriæ aquæ vltimo reseruatæ ʒ. i. vel
duas: illud remediū est aduersus pestem
potissimum, & contra omnis generis af-
fectus contagiosos, cum maligna & ve-
nenata qualitate coniunctos. Si huic pi-
lulæ addideris ʒ. vel 8. grana sulphuris
nostri aurati diaphoretici, quod infra
describemus, sudatiuum parabis profusum

Sal radicis
angelicæ.

admirabile, eiusque virtutes longe effi-
caciore & validioresque ad prædicta mala
contagiosa & venenata facilius subigen-
da & extirpanda præstabis.

Eodem modo conficies extracta ex
radicibus imperialis, zedoaria, tormentil-
la, gentiana, aristologia, enula campana, quæ
iisdem fere intentionibus medendi in-
seruiunt. Efficaciter autem omnes cor-
poris corruptiones & putredines aufe-
runt & corrigunt: vermesque siue lum-
bricos in corpore nascentes, variosque
morbos excitantes euecant & à medio
tollunt.

Similiter quoque admirandum erit
sudatiuum ad febres quartanas, & omnes
morbos ex crasso & fæculento humo-
rum tartaro progressos, extractum zin-
giberis, quod spiritu vini elicies: cuius
dosis est pilula pisi magnitudine, & mi-
rabiles animaduertes effectus. Sic etiam
extracta fient ex radicibus pæonia, visco-
querno & visco coryli ad epilepsiam. Sed
loco aquæ vitæ substituantur aquæ pæo-
nia, florum tilia, aut lili conuall. ad extra-
cta conficienda. Et sic parabis varia ex-
tracta ex omni generis radicibus, pro
diuersa nempe ac varia earundem natu-
ra & proprietate qua variis morbis expu-
gnandis accommodatur. Si enim omnia
sigillatim describere animus esset, opus
excreceret in infinitum, nullusque dare-
tur finis. Ut igitur supra, ita & hic exem-
plaris vicem sustinebunt hæc, quæ mo-
do exposuimus, iuxta quæ omnis gene-
ris extracta alia fabricare & componere
concedetur.

Si radices, ex quibus extracta concin-
nare voles, fuerint succulentæ, plurimo-
que liquore abundauerint, solummodo
ex iis optime mundatis & contusis prælo
succus exprimentus erit: qui succus ci-
tra additionem alterius liquoris immit-
tatur in vas vitreum cum collo oblongo,
& quantitatis conficiendæ capax, omnia
digerantur in Baln. Mar. calido per ali-

Extracta
imperialis
zedoaria,
Tormentil-
la, &c.

Extractum
zingiberis
sudatiuum.

Extr. rad.
pæonia, vi-
sci coryli.

Cautio de
rad. succu-
lentis.

Omnis suc-

O o o o ; quot

eos per digestionem fieri rubros.

quor dies, donec succus tuus, quantumuis albus, in rubeum conuertatur colorem, instar vini rubicundissimi aut sanguinis, quod citra dubium per solam digestionem accidit, non fecus, ac vinum album, & panis albus, aliaque poculenta & esculenta coloris albi, nec non lac amygdalarum, hordeatum mundum, & similia, è quibus alimenta haurimus, opera digestionis in Baln. Mar. caloris animalis factæ, conuertuntur in succum rubicundum, nempe in sanguinem. Qui sic vt optime temperatus, dulcisque gustu est, ita omnia extracta artificio nostro educta cum rubedine sua, quæ illorum perfectionis signum est, coniunctam simul habent insignem dulcedinem, cuius ope ipsa diutissime sine saccharo & melle conseruantur, cum videlicet perfecte depurata fuerint, sicut fufius & dilucidius capite de Syrupis declarauimus. Materia igitur in rubedinem conuersa, omnique hypostasi siue crassamento separato liquor separandus est, qui colore albo inde destillabitur: extractum autem in fundo remanebit in forma sapæ rubicundæ. Vt longissimo conseruetur tempore, euaporatio fiat in Baln. vaporoso ad omnem siccitatem, donec materia in pilulas reduci possit.

Extr. rad.
hyoscyami.
Extr. rad.
esula.

Sic extractum compones ex radice hyoscyami, cuius vsus erit ad anodyni cuiusdam & laudani compositionem. Sic etiam extractum purgans è radicibus esulæ, vt mox dicemus, & ex infinitis aliis radicibus succulentis, diuersis scopis curatiuis accommodatis elicies.

Alia quoque ratio est extractum conficiendi ex radicibus multo succo abundantibus. Hoc extracti genus sæculæ nomine insignitum est, ac si exiguam siue minimam sæcem separandam & vsui adaptandam pronuncietur.

Facula bryonia.

Vt igitur fiat sæcula bryoniæ, quæ, vt ante diximus, singulare est mundati-

um matricis, & verum hystericum medicamentum contra quacunque vteri suffocationes, processus operationis in eum, qui sequitur, modum, instituat.

℞. Rasuram radiceis bryonis, quam minutim concisam & contusam indas in saccum linteum, è quo sub pralo extrahas ac exprimas quam fortissime succum, qui succus in vitro conseruis adseruandis destinato detineatur in loco frigido, non calido, & paucodierum spatio videbis in fundo colligi faces albissimas instar amyli, quibus superuadat aqua turbida, & alba instar seri lactis, quam separabis per inclinationem: amyllum autem in fundo residens, in pluribus vasis paruis vitreis aut terreis vitreatis pones, vt optime desiccetur in umbra, non in loco calido, & paucis horis materia exsiccat in forma amyli, quod sæculam bryoniæ appellant, ex qua fingitur pilula 10. vel 12. granorum pondere, admiscendo paucum castoreum, vel asam fetidam, summum & præcipuum remedium est contra omnes matricis suffocationes.

Sic sæcula ex radice Iridis præparatur, Facula rad. Iridis. quæ singulare remedium est aduersus Iridis hydrophium.

Ita etiam fit sæcula ex radice Aronis, quæ efficax est ad humores corporis nostri tartareos, gummosos ac renacissimos dissoluendos, qui alias durities & obstructions viscerum progignunt, & seminaria, radices & fontes existunt plurimorum diuturnorum & deploratorum morborum, quales sunt febres quartanæ, cachexiæ, & similes: sed huic sæculæ iam exsiccatæ affunde aqua silicis vel scolopendriæ, q. suff. digerantur ad ignem Baln. Mar. per vnum aut alterum diem, aqua dein per inclinationem separetur, & materia tandem denuo in umbra exsicquetur, vt fiat sæcula.

Notandum est autem, præter enarrata radicum extracta quædam esse, in quibus præparandi ratio à priori longe differt, hæcque ipsa sunt, quæ vires natura-

tura-

turales instaurant, & corroborant aut insigniter consolidant, ubi vini panisque additione opus est, quæ duo naturam maxime nutriunt ac sustentant, & reliquis simplicibus, cum quibus miscentur, vehiculi instar sunt, ut eorum virtutes promptius in venas & profundissima quæque loca transferantur. Exempli causa, ad herniam quantumvis completam compendiosius citiusque curandam, extractum educes ex symphyto, sigillo Salomonis, quale mox describendum aggrediemur, & ad naturam debilem & enervatam calefaciendam, suoque vigori restituendam, vterique fecunditatem excitandam, parabis extractum Satyrionis.

Extractum siue sanguis Symphyti.

℞. Radicum Symphyti maioris & minoris simul optime mundatar. hanc in mortario marmoreo probe contunde cum pistillo ligneo, donec formam pulpa sortiatur. Ad iiij. libras huius pulpa adijce medulla panis secalini, & panis siliginei siue triticeei ana lib. i. Omnia inuicem probe mixta, & tantillo vini albi irrigata injiciantur in matracium vitreum cum collo longo, subere vel cera Hispanica optime obturatum, ut nihil transpiret. Hoc matracium collocetur in fimo calido, quem chymici ventrem equinum vocant, siue in balneo vaporoso, donec materia in chyli sanguinei ac rubicundi colorem conuertatur. Tunc illam fortiter pralo exprime, & expressionem hanc chylosam & sanguineam pone in balneo vaporoso, illud in hac secunda digestionem maiorem acquireret rubellinam, & faces aliquot in fundo relinquet, quas separabis, continuando hanc digestionem & depurationem, donec materia clarissima & rubicundissima apparuerit. Separa ab illa tunc liquorem clariorem per alembicum ad ignem Balnei vaporosi, & remanebit in fun-

do extractum rubicundissimum, quod nominant sanguinem symphyti, ad hernias & omnia vlcera interna præstantissimum: Dosis est ℞. i. mane; dissolendum est in sua propria aqua destillata, vel in vino albo, vel alio liquore congruo, continuando ad plusculos dies, & egregios mirosque effectus inde produci comperies.

Eodem modo extractum siue sanguinem ex satyrione extrahes, quod singulare matricis corroborans, & specificum est remedium ad conceptionem, proliques generationem iuuandam, sterilissimisque quantumlibet mulieribus fecunditatis donum impertit, virique potentiam ad pristinum vigorem reducit, cuius imitatione alia plura effingere licebit. Sed verus philosophus vterius adhuc progredietur, & per eandem viam tum ex frumento, tum ex vino educet substantiam quandam sanguineam, აღendi ac viuificantem facultate potentem: qua causam generationis carnis in corpore nostro indagabit.

Sequuntur nunc extracta baccarum, granorum & seminum.

De bacis siue grauis iuniperi nigris & probe maturis fit extractum, quod vocant Theriacam Germanicam, de qua supra iam locuti sumus, eiusque præparationem tradidimus, ita ut de eadem plura verba facere sit superuacaneum.

Ex iisdem baccis alia quadam methodo præparatur extractum cum sua propria, scilicet aqua vitæ, de qua antea diximus, modumque eam præparandi declarauimus, vel in magna etiam quantitate, sicut nihil ea communius est in Germania. Accipiendæ igitur sunt 4. vel 5. libræ baccarum iuniperi selectissimarum, & modice conuassatarum: his imple ad medium vsque matracium vitreum capax, superaffundendo suam propriam aquam vitæ, vel aquam earundem destillatam, (cum scilicet oleum ex iisdem de-

Extr. siue sanguis satyrionis. Contra sterilitatem.

Extracta baccarum, granorum & seminum. Extractum baccarum iuniperi.

Idem extr. aliter præparatum.

Sanguis symphyti ad herniam.

Stillaueris per Alembicum magnum cupreum, in modum aliorum oleorum) ut una ex alterutra harum aquarum 4. aut 5. digitos supernatet licet aqua vitæ alteri præster, vase rite clauso stent in digestionem Baln. Mar. per 5. aut 6. dies, donec dicta aqua intense coloretur, & virtutibus baccarum illarum impræguetur. Effunde aquam hanc tinctam per inclinationem, & fæces adhuc calentes fortiter exprime per torcular: hanc expressionem adde eidem aquæ coloratæ: omnibus in Alembicum vitreum inditis, liquor inde ad siccitatem usque destilletur in B. vaporoso, in quo materia tua ab omni adustione immunis erit: aquam inde destillatam serua seorsim, & extractum etiam seorsim, quod instat sapa erit, longoque conseruabitur tempore. De hoc extracto exhibe ꝑ. i. vel duos, vel aquæ propriæ destillatæ cochlearia tria, & habebis summum sudorificum bezoardicum contra omnes pestes & venena.

*Extractum
bacca lauri.*

Eadem via procedes in extractione baccarum lauri cum sua propria aqua vitæ, aut aqua ab iisdem destillata, vbi semel illarum oleum paraueris per magnum Alembicum: quod fit iniiciendo lib. i. baccarum conuassatarum in quinque aut sex libris aquæ communis, cuius ope oleum istud ascendit, facileque ab aqua separatur: Nam ipsi aquæ innatant. Aqua vero interim attrahit & conseruat adeo exacte & perfecte odorem, saporem, aliasque virtutes prædictarum baccarum, ut longe sit præstantior & melior, ad compositionem sui proprii extracti, quam quiuis alius liquor extraneus & peregrinus.

*Extr. purgans
hedera.*

Eodem artificio, conficies extracta ex omnibus aliis baccis, granis, & seminibus velut extractum purgans ex hedera, extractum antepilepticum ex seminibus pæonia: extractum carminatiuum & flatibus dissipandis aptum, ex seminibus

fæniculi, anisi, cumini, dauci, & similibus. In eundem modum fieri poterunt infinita alia extracta diuersis iisdemque morbis appropriata, quibus simplicia, è quibus educuntur, conferunt.

Sunt ex granis quædam succulentiora & magis viscosa, quorum extracta aliter componuntur: veluti est succus vuarum, qui expressus reducitur in saram: quæ vna ratio est extracta concinnandi: estque sapa hæc apta ad varia intinctuum genera componenda.

Sic quoque ex granis maturis sambuci & ebuli fit extracti genus, siue sapa quædam hydropisi congrua & salutaris.

Ex iisdem granis sambuci probe maturis, & ad umbram per aliquod temporis spacium exsiccatis, aliud extracti genus efformabis, quod est specificum hyffericum, idque chymici vocant extractum granorum actes, cuius præparatio sequentibus verbis continetur.

Collige magnam copiam granorum sambuci optime ad umbram exsiccatorum, ut diximus: ceterisque omnibus abiectis, sola grana accipe, quibus ad mediam partem imple matracium magnum cum longo collo, superaffundendo fortissimum spiritum vini, acidulum redditum cum liquore acido, vel vitrioli, vel sulphuris, ut materiam tres quatuorve digitos supernatet. Vase clauso, ut nihil expiret fiat digestio in Baln. Mar. per 5. aut 6. dies: donec spiritus vini in colorem rubini tinctus apparuerit, quem separabis per inclinationem, cauendo, ne quid ex fæcibus aut turbulenta materia simul transeat. De qua tinctura iam, non etiam separato prius menstruo, hoc est, aqua vitæ, quæ sine corruptione aut alteratione vlla diutissime adseruabitur (& cui, si voles, addes parum sacchari, gratioris gustus causa) exhibebis semicochlear argenteum, aut cochlear plenum mulieribus, quæ ex vteri profocatione miseris modis excruciantur, & subire

*Sapa siue
Extractum
vuarum.*

*Extr. grano-
rum matu-
rorum sam-
buci & ebu-
li.*

*Extractum
granorum
actes.*

subito effectus sequetur exoptatissimus. Ex improviso enim, & quasi miraculose expergent pristinaeque valetudinis integritati restituentur.

Rursus si velis, separa inde aquam vitae per Alembicum in balneo vaporoso, donec in fundo remaneat extractum rubicundissimum, de quo exhibebis ℞. j. pro dosi, idque dissolues in sua propria aqua destillata, aut in quibusdam aliis convenientibus, aut vino albo, quod inderubescere incipiet.

Ad eundem modum parabis electuarium ex granis ebuli maturis, & ad vmbriam exsiccatis, hocque extractum specificum est remedium contra hydropem & cachexiam.

Sic quoque extracta conficiuntur ex pluribus aliis fructibus, veluti ex cerasis nigris agreitibus, & exsiccatis contra epilepsiam, in cuius extracti compositione potest loco aquae vitae substitui quaedam aqua antiepileptica, de ponia, &c.

Ex floribus pœoniae rubeis & exsiccatis eodem modo elicies tincturam cum sua propria aqua, quae aciditate vitrioli acidula reddetur.

Cum aqua alkekengi acidula quoque facta, ut supra, extractum est fructibus eius rubicundis, & modice exsiccatis contra calculum comparabis.

Cum aqua fenelorum quoque acidula, elicies ex fenelorum eorundem fructibus exsiccatis extractum accommodatissimum, ad praeservationem & curacionem calculi.

Sic & ex floribus papaueris rubei exsiccatis, cum sua propria aqua, eodem modo acidula reddita, cum liquore acido sulphuris educes extractum praestantissimum & specificum ad omnes pleurises, quod vnius scrupuli pondere dissolurum exhibebis in vncia vna suae propriae aquae, destillatae post rincture impregnationem. Aut si voles omnia separacione eisdem aquas tinctas seruabis, & de iis praebabis ℞. ss. vel ℞. j. vesperi circa horam somni, & miros producet effectus.

Ad hanc normam extractorum, diuersorum lignorum, corticum, radicum, baccarum, granorum, seminum, fructuum & florum, verus & peritus Medicus infinita alia ad diuersos & plurimos affectus effinget remedia.

Restat, ut breuiter exponamus extracta herbarum, quae fiunt tribus modis, ut sequitur.

Primus modus est, ut contundatur herba, & praelo eius exprimatur succus, dum adhuc viridis est & succulenta: postea succus hic depuretur in Baln. Mar. calido tam diu separando purum ab impuro, donec nullae amplius faeces in fundo resideant. Ab hoc succo perfecte ita depurato, abstrahet aequum liquorem per Balneum vaporosum, donec in consistentiam saepe, aut paulo sicciozem, si diu conseruari debeat, redigatur.

Secundus est, ut incidatur herba, cum florescit, qua impleatur Alembicum magnum terreum vel cupreum, stanno interius obductum, quale est illud, quo plerumque olea destillari solent, depressa optime materia hydromelite vino imbuatur: clauso postea vase cum quodam operculo, omnia macerentur in calore Solis, si aestas sit, aut in quodam hypocausto per 4. aut quinq; dies: post exprimantur omnia praelo, & faecibus affunde nouum hydromel, vel aquam vitae, digerendo & exprimendo omnia, ac denuo idem repetendo, donec faeces omni virtute spoliatae videantur. Omnes haec expressiones simul collectae indantur in Alembicum, ut liquor inde destilletur, & in fundo remaneat extractum in forma mellis vel saepe.

Tertius & vltimus modus educendi extracta ex praedictis herbis est, ut earum magna copia simul colligatur, quae minutim incidantur aut contendantur: his impleatur magnum aliquod, aut plura minora Alembica terrea aut vitrea, per quae aqua illarum ad siccitatem destilletur, idque in balneo vaporoso, faecibus omnino siccis, nihil tamen adustionis redolentibus, & in

Ppppp pulue-

Extr. granorū ebuli.

Extractum cerasorum nigrorum.

Extractum florum pœoniae.

Extract. fruct. alkekengi.

Extract. fenelorum.

Extract. papaueris rubeorum.

Extracta herbarum.

1. Modus parandi extracta ex herbis, radicibus & ceteris omnibus suis partibus.

2. Modus.

3. Modus.

pulverem crasso modo redactis, affunde aquam suam propriam destillatam, & dum fit omnium in balneo digestio, aqua alluciet omnem herbarum tincturam, illarumque qualitatibus essentialibus substantificis impragnabitur: continenter affundendo novam aquam, & omnia digerendo, separandoque aquam tinctam per inclinationem, ac singula denuo repetendo, donec aqua amplius non tingatur, dein omnes hæc aquæ tinctæ, simul mixtæ ac in vnum aut plura Alembica apta inditæ, destillentur usque ad consistentiam saporis siue extracti. Aquas destillatas seorsim servabis, ut in eius 3. j. vel ij. dissolvatur 3. ℞. vel 3. j. Et sic hoc extractum præbebitur in iisdem affectibus, quibus ipsa simplicia, unde compositum est, conveniunt. Sic ex fecibus illarum calcinatis extraxeris salem, cum earundem proprio liquore, & hunc liquorem cum suo sale addideris tuis extractis, & adhuc omnia simul & semel destillaveris, ut sal enumeratus cum extractionibus istis exquisitius misceatur, multo efficaciorum reddes facultatem extractorum multiplicem, quam habent, nempe purgatoriam, sudorificam, diureticam, aperitivam & deopilativam.

*Extractum
chelidonia.*

Ex præscriptis itaque his tribus modis elige quemcunque volueris, & sic ex herba, radice, & tota reliqua substantia *chelidonia* extractum, quod præstantissimum & specificum est medicamentum contra febres tertianas, icterum, cachexias, colores palidos, & obstructions viscerum, estque præterea remedium vniuersale, pluribusque expugnandis affectibus prodest: item diureticum & sudorificum simul existit, si eius scrupulum vnum in propria aqua cochlearivno, aut duobus infusum exhibueris.

*Extract.
melisse.*

*Extract.
cardui be-
nedicti &
ulmaria.*

Sic extractum è melissa paratum est summum cardiacum.

Extractum cardui benedicti, & extractum ulmaria sunt sudorifica, & singularia remedia aduersus pestem.

Ex omnibus præterea herbis iuxta hanc

methodum simplicia efformabis extracta, ita ut mihi satis sit, in quinque aut sex simplicibus selectioribus aut præstantioribus dotibus, tantum præparationis normam & rationem ostendisse.

Ad eandem normam compones etiam *Extracta* extracta composita, Cephalica, Thoracica, *composita.* Cordialia, & alia, tam maiora, quam minora, de quibus *supra capite de Antidotis* mentionem fecimus, Et quamuis iam vtrumque cephalicum exempli causa à nobis descriptum sit, non tamen absurdum videri debet, si illud huc, tanquam suo proprio loco rursus inferamus.

Extractum Cephalicum maius.

℞. Rad. Acori.

Pæonia

Visci querni

Ligni aloes

Sem. Pæonia

Cinnamomi

Caryophyllorum

Macis

Nucis moschata

Fructuum anacardorum.

Flor. Anthis

Salvia

Primula veris

Pæonia

Calendula

Betonica

Lauendula

Stoechados Arabica

Lil. conuall.

Euphrasia

Tilia arboris.

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur, & indantur in matracium vitreum, superaffundendo *aquarum vita, salvia, & granorum iuniperi* q. suff. ut aqua quatuor digitos supernatet materiam. Digerantur omnia ad ignem Baln. Mar. per vj. octoue dies, fiat colatura & expressio per torcular, indeque separetur liquor aqueus per euaporationem, donec materia in sa-
pæ siue

pe siue extracti forma restet in fundo.
Dosis est ʒ. ʒ. in omnibus frigidis affectibus cerebri.

Extractum cephalicum minus.

℞. Herb. & Flor. melissa
Betonica
Paeonia
Salvia
Rosmarini

Omnibus recenter collectis, (quod facile suo tempore fieri potest) & rite contusis, inuicem que mixtis, liquor inde separetur, per balneum vaporosum, rursusque idem liquor facibus affundatur, vt tinctura inde eliciatur, fiatque omnium multoties reiteratio, procedaturque vterius, vt in cæteris extractis.

Extractum thoracicum maius.

℞. Rad. Enula campana
Iridis
Tussilaginis
Polypodii
Liquiritia in caleolas sectarum ana ʒ. iij.
Iuinbarum
Sebesten
Vuarum Corinthiac. an. ʒ. iij.
Herb. Scabiosa
Prassii
Hyssopi
Capillor. veneris, siccarum & crasso modo contusarum.
Sem. Cardui benedicti
Bombacis
Vrtica
Anisi
Fœniculi
Papaueris albi an. ʒ. iij.
Cinnamomi ʒ. i.
Flor. sicc. Boraginis
Buglossa
Tussilaginis
Papaueris rubei ana p. iij.

Omnia contusa & probe inuicem mixta, in vas aptum indantur, affundendo aceti scyllitici lib. i. ʒ.

Aquar. Scabiosa

Cardui benedicti
Hyssopi
Tussilaginis an. lib. i.

Digerantur omnia ad lentum ignem per dies aliquot, postea fiat expressio & euaporatio substantiæ aqueæ: donec materia in sapæ consistentiam reducat, sicut de cæteris docuimus, & habebis extractum thoracicum maius, quod ad duas drachmas exhibitum, vel solum in forma pilulæ, vel dissolutum in aqua propria, conducit omni asthmati, orthopnœæ, difficili respirationi, & similibus thoracis affectibus.

Extractum thoracicum minus.

℞. Herb. Tussilaginis
Scabiosa cum toto
Prassii
Calamenti
Hyssopi recenter collectarum
4. sem. frigidorum
Sem. Vrtica
& Cardui benedicti.

Omnia subtilissime contusa destillentur in balneo vaporoso vsque ad siccitatem, cum propria aqua destillata & siccis facibus iterum affusa extrahere tincturâ, in cæteris eandem obserua methodum, vt hætenus abunde declarauimus, & habebis extractum pectorale minus.

Extractum maius Cardiacum siue Cordiale.

℞. Rasura ligni aloes
Ligni rhodii an. ʒ. ij. ʒ.
Rad. Angelica
Scorzonera
Zedoaria an. ʒ. iij.
Cort. Citrii sicca ʒ. ij.
Diſſamni
Been vtriusque
Doronici
Sem. Ocymi
Citrii
Melissa

Ppppp 2

Acetosa

Acetosa
 Granorum alkermes an. ℥. j. ℞.
 Caryophyllorum
 Cinnamomi
 Croci an. ℥. ℞.
 Ros. rubrarum p. iij.
 Omnibus conuassatis superaffundantur
 Succu limonum lib. i. ℞.
 Aquar. Scordii
 Melissa
 Flor. rosmarini an. lib. i.
 Vel quantum sufficit ad materiam bene irrigandā. Omnia digerantur ad ignem lentum, exprimatur, hantq; reliquæ operationes, ut in supradictis extractis capitalibus & pectoralibus iam explicatum fuit.

Extractum minus cordiale.

℥. Herb. Scordii
 Tormentilla
 Melissa cum toto
 Scorzonera, recenter collectarum
 an. M. iij.

Citriorum in orbiculos dissectorum cum cortice N. v. aut vj.

Omnibus, tam herbis, quam citriis, rite contusis in mortario marmoreo, & probe simul mixtis adiuice

Cinnamomi ℥. j.
 Croci ℥. ℞.
 Gallia moschata.
 Elect. de gemmis an. ℥. ij.
 Camphora ℥. j.

Ex his omnibus liquor abstrahatur ad siccitatem per balneum vaporosum, eumque facibus residuis rursus affundas ad tincturam elicendam, pergendo in cæteris, ut in extracto minori pectorali methodus iam præscripta commonstrat. Et sic habebis extractum minus Cordiale.

Extractum maius stomachicum.

℥. Rad. Calami aromatici siue galanga
 Cypri
 Ligni aloes an. ℥. iij.
 Cort. Arantiorum
 Et Cytoniorum exsiccat. an. ℥. j.

Cinnamomi
 Macie
 Nucis moschata an. ℥. ij.
 Mencha sicca
 Ambrosiana sicca an. M. ij.
 Sem. Anisi
 Feniculi
 Ligustici
 Granorum myrti an. ℥. j.
 Omnium mirobalarum an. ℥. ℞.
 Ros. rubr. p. iij.

Contundenda contundantur, & incidenda incidantur, misceantur, & indantur in magnum Matracium capax, superaffundendo

Succu Granatorum acidorum ℞. j. ℞.
 Aqua Cinnamomi ℞. ℞.
 Aqua Mentha &
 Absynthii an. ℞. j.

Vel quantum sufficit ad materiam irrigandam: cum his enumeratis liquoribus fiat tandem digestio in B. Et in reliquis imitare progressum superiorum extractorum maiorum.

Extractum stomachicum minus.

℥. Mentha
 Ambrosiana ana M. iij. vel v.
 Cytoniorum decorticatarum & in orbiculos tenues dissectorum N. iij.

Herba & Cytonia simul contundantur, & in pulpæ formam redigantur: huic pulpæ adde

Macie
 Nucis moschata an. ℥. j. ℞.
 Spec. Aromatici rosati ℥. j.

Mixtis inuicem omnibus, & in Alembicum iniectis, fiat destillatio per balneum vaporosum ad siccitatem: Aquam inde elicitam iterum affunde facibus, & in cæteris ad proliciendum extractum sequere rationem reliquorum extractorum minorum, iam supra à nobis traditorum.

Extractum hepaticum maius.

℥. Ligni Cassia
 & omnium sanzalarum, an. ℥. ij.
 Rad. Rubia tinctorum

Filicis

Filicis utriusque
Acetosa
Oxylapathi
Rhabarbari an. ʒ. i.
Eupatorii Mes.
Comarum ablynthii pontici.
Hepatici ana Mʒ.
Sem. Apii
Petroselinii
Schoenantos ana ʒ. ʒ.
Spica nardi
Flor. Cichorii
Centaurii minoris
Chelidonia
Ros. rubr. an. p. iij.
 Contundantur & indantur in vas vitreum:
 his adde
Aceti passulati lb. i. ʒ.
Aquar. Agrimonie
Acetosa
Cichorii an. lb. j.
 Macerentur, destillentur & aqua rursus
 affundatur materix, & sic educatur extra-
 ctum iuxta methodum aliorum extracto-
 rum maiorum.

Extractum hepaticum minus.

ʒ. Rad. oxylapathi
Vincetoxicii
Acetosa
Filicis
Cichorea sylvestris cu toto an. ʒ. iij.
Herbar. Agrimonie
Hepatica
Centaurii minoris
Chelidonia an. m. iij. vel amplius
Fructuum berberorum maturorum
lb. ʒ.

Omnia contundantur optime seorsim, &
 probe simul misceantur, quibus dein adii-
 ciantur

Spec. Diarrhodon
Diatrisantali an. ʒ. ʒ.

Omibus rite inuicem mixtis & in Alembi-
 bicum inditis, liquor inde ad siccitatem
 destilletur, qui iterum affundatur facibus

ad extractum eliciendum, veluti in aliis
 haftenus factitatum est.

Extractum splenicum maius.

ʒ. Rad. *Serpentaria maioris*
Filicis
Valeriana an. ʒ. ij.
Cort. Fraxini
Capparum
Tamaricis an. ʒ. iij.
Fol. Ceterach m. ii.
Sem. Cardui benedicti
Cumini
Costi ana ʒ. j.
Piperis
Cubeborum an. ʒ. vj.
Flor. Genista
Hyperici
Buglossa an. p. ij.
Rasura eboris
Cinnamomi ana ʒ. ʒ.
Limatura chalybis cum
Sulphure calcinata ʒ. x.

Indantur in Matracium vitreum, superaf-
 fundendo

Aceti scyllitici lb. j.
Aceti buglossati
& Sambucini an. lb. ʒ.
Aquar. Florum ebuli
Et scolopendria an. q. suff.

ad materiam rite macerandam: in reli-
 quis sequere modum aliorum extracto-
 rum maiorum.

Extractum splenicum minus.

ʒ. fol. *Scolopendria*
Fumaria
Pimpinella
Summitatum fraxini an. m. iij.
Flor. Genista recetium p. vj. vel amplius.

Contundantur in mortario marmoreo:
 his adde

Spec. Latifcantis Gal.
Mirobalanorum omnium
Zingiberis an. ʒ. ʒ.
Succi Pomorum redolentium lb. j.

Indantur in Alembicum, & destilletur: de-
 P P P P P ʒ incept

inceptus fiat processus, ut in aliis extractis minoribus.

Extractum nephriticum maius.

℞. Radic. Bardana
 Resta bouis
 Eryngiorum ana ℥. iij.
 Herniaria sicca m. ij.
 Sem. Cypa
 Vrtica
 Raphani
 Saxifragia
 Fœniculi
 Anisi
 Petroselini an. ℥. ij.
 Bacc. Iuniperi
 Mili Solis
 Nucleorum mespillorum ana ℥. j. ℞.
 Lapillorum (quos oculos cancri vocant)
 Calcis testarum ouorum an. ℥. j.
 Contusis & mixtis omnibus adde
 Succum limonum ℞. j. ℞.
 Aquar. Stillatitiarum raphani
 Argentaria
 & Alkekengi an. q. suff.
 Ut omnia rite macerari possint, ac tandem exprimi, & in extractum ad modum cæterorum concinnari.

Extractum nephriticum minus.

℞. fol. Argentaria
 Saxifragia an. m. iij.
 Fructuum alkekengi maturorum & Senelorum an. ℞. j. ℞.
 Gran. Iuniperi maturorum ℥. iij.
 Limoniorum in orbiculos dissectorum n. iij.
 Contundantur omnia & indantur in matracium: his affunde
 Vini albi ℞. j.
 Destillentur omnia in Baln. vaporoso ad siccitatem: dein eadem aqua extrahes tincturam ex dicta materia, quam tandem exprimes, & reduces in extracta, ut reliqua.

Extractum hystericum maius.

℞. Rad. Bryonia ℥. iij.
 Asari ℥. j. ℞.
 Fol. Matricaria
 Arthemisia
 Nepetha siccorum an. m. iij.
 Bacc. Iuniperi
 Sem. Sejeleos
 Ameos
 Ruta
 Carui
 Anethi an. ℥. ij.
 Nucis moschata
 Cardamomi an. ℥. ℞.
 Karabes ℥. j.
 Castorei ℥. vj.

Contundantur & misceantur, addendo
 Hydromelitus vinosi ℞. j.
 Aquar. matricaria
 Ruta an. q. suff.

Ut macerari possint: dein fiat expressio & extractum, ut artis est. Singulare est mundificatium matricis, eiusque omnibus affectionibus, à causa præsertim frigida subortis, opitulatur.

Extractum hystericum minus.

℞. Matricaria
 Arthemisia
 Melissa
 Ruta an. m. iij. vel amplius
 Sabina m. j.

His herbis adhuc recentibus rite contusis adde

Castorei
 Myrrha
 Croci an. ℥. j.
 Cardomomi ℥. j. ℞.

His porro pro omnibus affunde
 Aqua cinnamomi ℞. ℞.

Et inde destilla omnem liquorē ad siccitatem per Alembicū in B. vaporoso: quæ destillandi ratio cæteris omnibus præstantia & securitate præcellit, quod sæpius inculcare non desistimus. Dein cum hoc eodem liquore fœcibus siccis iterum affuso, omnes tincturas elicies: quo effuso per inclinationem

nem faeces exprimes, hancque expressio-
nem iunges cum liquore siue aqua tincta.
Omnibus denuo iniectis in Alembicum,
inde destillabis omnem liquorem, quem
studiose seruabis seorsim, & extractum re-
sidebit in fundo in forma sapæ, aut paulo
sicciore: quod ad ℥j. offeres vel in forma
pilulæ, vel dissolutum in sua propria aqua.
Admirabile erit in prouocandis mensibus
& roborando vtero: cuius descriptionem
paulo futius declarauimus, quam reliquo-
rum, vt sit tanquam exemplar & norma,
ad quam reliqua efformentur: quorum
dosis non excedit scrupulum vnum; quæ-
quæque præbebis vel in forma pilularum,
vel dissoluta in suis propriis aquis quas ad
hos vsus semper adseruabis. Hac itaque
methodo confici poterunt, infinita alia
extracta, quæ pharmacopœus in tempore
parabit ad varios effectus, semperque pa-
rata habebit huiusmodi remedia, eaque
ex Medici præscripto in vsum transferet,
cum necessitas exiget: sicq; non opus ha-
bebit, vt toties recentia colligat simplicia,
aut ad decoctiones, expressionesq; toties
cum tanto tædio reiterandas confugiat.
Nam in promptu sibi erit extractum, quod
statim in congruenti quodam liquore dis-
soluat, indeque effingat vel bolum, vel pi-
lulas, vel potiunculam, vel clysterem. Nos
hic adicimus extractum carminatiuum,
cuius imitatione facillimum erit præpa-
rare etiam dysentericum, diureticum vul-
nerarium, & huius generis alia.

Extractum carminatiuum.

℞. *Baccar. lauri* lb. i.
Baccarum iuniperi lb. s.
Sem. Dauci
Cumini
Fœniculi
Anisana ℥ iiii.
Herb. sic. Calamenti
Origani
Pulegii
Summitatum Anethi an. m. iij.
Flor. Camomilla vera

Flor. Nucum
Et Sambuci an. p. iij.
Cinnamomi
Nucis Moschata
Piperis
Cardamomi an. ℥ j.

Omnia crasso modo cõtusa, & simul mi-
xta, indantur in Alembicum siue vitreum,
siue terreum aut cupreum capax superaffu-
dendo hydromel vinosum, aut vinum al-
bum generosum, donec materia bene ir-
rigitur. Vase obturato suo operculo fiat
digestio in Baln. mediocriter calido per 4.
aut 5. dies: quib. elapsis exprimes materiã,
vel per torcular tandem omnemq; liquo-
rem fude expressum reseruabis. Fæcibus
affunde nouum vinum album genero-
sum, vel aquam vitæ, vel denuo fiat dige-
stio & expressio, vt hoc modo omnis vir-
tus substantifica prædictæ materiæ exqui-
sitius extrahatur. Omnibus expressionib.
inuicem mixtis, & in Alembicum inditis,
inde totus separetur liquor, quem accura-
te seruabis seorsim: sicut & extractum
Carminatiuum, quod in fundo remane-
bit in consistentia inter durum & molle
media: quodq; ad 20. vsq; grana exhibebis
iis, qui colicis torquenter cruciatibus, vel
vitium habent in ventriculo, aut intesti-
nis, vel in forma pilularum, vel dissolutum
cum sua propria aqua, vt Clysterem com-
ponas, de eo accipere oportet ℥ j. s. vel
duas, idq; prompte dissoluere vel in quo-
dam iusculo vel in lacte, vel in vino, & sic
dicto citius paratum habebis enema car-
minatiuum, cum quo extracto si voles, ad-
dere poteris extracta laxatiua ad detur-
bandam & euacuandam sentinam.

Haftenus tractatum à nobis est de extra-
ctis simplicibus & compositis, quæ altera-
tioni, corroborationi, aliisq; plurib. mede-
di indicationibus inseruiūt: nunc nobis di-
cendum restat de extractionib. simplicib.
& compositis purgantibus. Quamuis a. an-
te annos plusquam triginta in tractatu no-
stro de spagirica pparatione, de huius ge-
neris extractis egerim, ita vt VVeckerus
maxi-

maximam illorum partem in Antidotarium suum generale transtulerit. mihiq; hic occasio esset in nostram hanc Pharmacopœam eadem introducere: nos tamen in iisdem describendis nunc alia plane vtemur methodo ac via, facili nimirum & perspicua: publicoque perfruendos alios elargiemur fructus, quos fauente Minerva ex Vulcani interim officina exhaustimus, prætermisissis, quæ vel in nostris, vel aliorum voluminibus descripta iam reperiuntur.

Iam *supra* fuscæ & dilucidæ satis docuimus rationem eliciendi essentiam Aloës: essentiam dicimus, quia ab extracto, quale aloës iâ est, præparata fuit. Quo pacto elicere quoque licet essentiam elaterii aliorumque succorum expressorum, concretorum, & crasso modo in extracta reductorum.

Extractum siue essentia rhabarbari fit hoc modo:

Extractum rhabarbari. ℞. Rhabarbari electi lb. s. vel quantum voles: huic crasso modo conquassato affunde aquam endiuia, succo limoniorum vel citriorum acidulam redditam, ut rhabarbaro supernatet ad lb. s. His correctiui loco aduice

Cinnamomi ʒ. s.
Santali rubri ʒ. j.

Omnia sicut in digestionem Baln. Mar. donec aqua cichorea in rubini tingatur colorem. Hanc aquam tinctam separa per inclinationem: sapius affundendo nouam aquam, continuandoq; hanc operationem, donec aqua amplius non coloretur: tandem expressis fortiter omnibus, & cum priori aqua tincta permixtis, inde separabis aquenim liquoris per baln. vaporosum: & extractum subsidebit in fundo in forma gummi vel sapa perfecte coctæ & rubicundissima.

Eodem modo extractum parabis ex omnibus radicibus modica purgandi facultate præditis, quales sunt geniana, mechoaca, sawicula Dodonæ, &c.

Sic quoque extractum senæ fiet: sed loco aquæ cichoreæ accipienda erit aqua po-

morum redolentium, quæ acidula sit facta, (loco succi limoniorum) liquoribus acidulis, vel salis petræ, vel sulphuris, vel vitrioli, qui tincturis foliorum & florû quantumuis iam emarcidorum, exsiccatorem, diuq; in arculis reseruatorum, extrahendis aptissime conueniunt: Correctiui vicè subibit anisum aut caryophylli in pauca quantitate addita.

Sic eadem methode extracta conficies ex omnibus floribus purgantibus, ex rosis pallidis, violis, floribus Persicæ arboris, floribus prunorum, tam syluestrium, quam hortensium, floribus centaurei, sumiterre, & hyperici.

Sic ex agarico, ex seminibus ebuli, sileris montani, & similibus, præclara quoque extracta educes purgantia.

Proponamus modum extracta parandi ex simplicibus violentioribus, initium sumentes ab illorum radicibus, ex quibus alio modo, quâ in præcedentibus, extracta concinnantur. Exordiemur a ab extracto esulæ omni hydropisi, aliisque morbis, in quibus serosorum humorum expurgatione opus est, apto & congruo.

℞ Radices & folia, hoc est, rotam substantiâ esulæ minoris, ex hu exquisitissime contusis exprimatursuccus per sorcular: hoc succo in matrarium vitreum cum collo longo indito fiat digestio in Baln. Mar. Facibus, in quibus adhuc plurimum virtutis purgantis inest, affunde serum lactis clarum, aut aquam lactis destillatam, ad facies rite & exquisite irrigandas, quæ in aliud vas iniecta digerantur per idem Bal. M. tribus quatuorue diebus: dein omnia prælo fortiter exprime: hæcque vltima expressio addatur alteri priori omnia digerendo in eodem B. M. semperque separando facies à clavo, siue purum ab impuro, donec materia tua nihil amplius crassamenti deponat, sed clarissima, colore rubicundissima, gustuque dulcissima in fundo subsideat, quæ veræ perfectæque digestionis signa sunt, sicut iam alibi diximus.

Hæc materia transfundatur in aliud Ale-

lem bicum, ut liquor omnis inde destilletur ad siccitatem per B. M. vaporosum, & in fundo remanebit extractum (sola in forma sapa rubicundissima, & gustu dulcissima: de quo extracto exhibe ʒ ʒ. idq; vel in forma pilularum, vel dissolutum in sua propria aqua, quam reserasti. Summum & excellens purgans est, & omnibus hydropisibus, cachexiis & vermibus aptissimum remedium.

Idem extractum parabis etiā alia methodo, contundendo ut *supra* elusā, & destillando aquam suam usque ad siccitatem, rursumque affundendo aquam suam propriis suis facibus siccis, sed nequam tamen exustis. Nam *balzeum vaporosum impedit omnem visionem.* Hęc aqua alliciet & extrahet tincturā elusā, & impense colorabitur: quā destillabis & extractum siue sapa remanebit in fundo Alembici: Et eandem aquā destillatam affundes denuo facibus prioribus, ex quibus parasti extractum, idq; toties reiterando, donec aqua non amplius tingatur, & ultimo post macerationem exprimendo dictas faeces per torcular, & addendo enarratam expressionem tincturis reliquis, ut ex omnibus fiat vnum extractum. Si ex facibus vtriusque præparationis combustis, saltem cum sua propria aqua, eamq; extracto proprio addideris, eius purgandi vim & efficaciam validiorem reddes. Sunt multi, qui in præparandis huiusmodi extractis, tum elusā, tum aliorum quorumvis purgantium sola aqua vitæ vtuntur, quod nobis non adeo displicet: est enim ignis naturæ ille, qui digerit & concoquit horum simplicium cruditates, in quo plurimum situm est. Præterea eadem tam tenuium & acrearum existit partium, ut hoc nomine promptius, quam cætera quævis dissoluentia alliciat rerum essentias, quibus extractis facile inde separatur. Sed plus mihi arridet ratio illa, quam modo declarauimus; de quibus tamen omnibus liberum cuius relinquo iudicium.

Ad huncigitur *supra* commemoratum

modum extracta præparabis ex *thymelea, mezereo,* & reliquis omnibus tithymali speciebus, & ex ipso quoque *helleboro nigro,* si in loco eo habitaueris, vbi recens colligi potest.

Sed cum non omnes montibus simul vicini, quibus hęc herba copiose crescere solet, neque eius copia, nisi cum iam exsiccata sit, facile detur, eiusdem extractum in hunc sequentem modum præparandum docebimus.

℞. Radicum & fibrarū hellebori nigri Extractum veri, (caue ne adulterinum accipias) lib. j. ellebori, omnem sorditiem prius aqua ablue: dein ea nigri, macera per integrum diem in aceto rosato: hoc enim tollet nimiam illorum acrimoniā & venenatam qualitatem; effunde acetum: radices autem mediocriter ad ignem lentum exsiccate & crasso modo contusa, indantur in matrarium capax, superaffundendo succi limoniorum partem vnam, & succi pomorum redolentium partes duas (succis his prius optime depuratis & clarificatis) ut materiā duos tresve digitos supernatent: omnia sicut in digestionem B. M. donec succi in colorem rubicundum tingantur, & exacte impregnentur tota hellebori substantia. Cola postea omnia, & faeces prælo exprime, ultimam hanc expressionem commisce cum prima colatura: & iterum affunde facibus nouum succum rosarum pallidarum optime clarificatum, indeque denuo extrahere omnem substantificam virtutem in B. M. colando & exprimendo iterum omnia, & misce hanc colaturam & expressionem cum prioribus illis: omnibus in matrarium capax iniectis, fiat digestio in Balneo, parumque ab impuro separetur. Tandem separa, ad calorem lentum humiditatem, donec in fundo maneat extractum in spissiori paulo forma, quam sapa est: de quo miscbis ʒ j. cum ʒ ʒ. extracti confect. Hamoch, cuius descriptio habetur in Diætetico nostro: ex qua mixtione formabis duas pilulas, & habebis excellentissimum remedium purgans, contra emænes manias, epilepsias, melancholias, febres quartanas, & alios

morbos, qui altiores radices agunt, & occulta habent seminaria: effectus præterea demonstrabit eximios, citra ullam tamen molestiam aut perturbationem.

NOTA.

Quomodo vis purgans allebori per vomitum, cohibeatur. Postquam enumerato *helleboro* addideris, *extractum confect. Hamech* purgas, iis insuper adde *extractum trochiscorum albandal* vel *diagridii* rite præparatum, aut simile aliquod purgans, quod purgatione per inferna promoueat, & vomitiuâ *hellebori* vim cohibeat: quod imprimis notandum est in cæteris omnibus violentis purgantibus, & vomitoria facultate simul polentibus: hæc enim vomitoria vis per additionem remedii purgantis, quod facultatem habet per inferiora trahendi, ac educendi, omni retunditur & inhihetur.

Hactenus haud dubie animaduertisti in variis eiusmodi purgantibus extractis, varia quoque menstrua & dissoluentia, apta tamen & congrua à nobis vsurpari: & quorum magni & egregii effectus abunde satis patebunt. Sed verus & peritus chymicus, qui ingeniosa quadam arte & industria sciuerit præparare aquam vite tartarifatam, huiusque perfectam cognitionem adeptus fuerit, is poterit inde eruere dissolvens quoddam siue menstruum generale, quo extrahet essentias omnium rerum purgantium, radicum, foliorum, herbarum, seminum, fructuum & florum: is, inquam, vere gloriari poterit de summo & elegantissimo Nature mysterio: de quo non licet plura addere, ne iustam Doctorum iram & reprehensionem incurram: hienim vitio mihi vertent, si prætiosas margaritas nimis aperta & clara verborum oratione profiteuerem, easque porcis proiicerem, hoc est, in commune & rude vulgus tam rara & præclara arcana spargerem ac disseminarem: quod tantis arcanis indignum, cæteris tamen, quæ in scriptis nostris liberali impertiuimus manu, merito acquiescet.

Iuxta has descriptas simplicium extractorum formulas conficiet expertus & in-

dustrius Medicus tot, quot voluerit, extracta: quibus ea addet correctiua, quæ scopo suo satisfacient.

Superest, ut in pharmacopœe nostræ decorationem adiungamus extracta quadam composita, tam Catholica siue vniuersalia, quam cholagoga, phlegmagoga & melanagoga: iuxta eam videlicet methodum, quam in purgantium vulgarium tractatione supra secuti sumus.

Extractum Catholicum.

℞. *Fibrarum hellebori nigri cum aceto præparatarum* (hæc enim est prima *hellebori* præparatio, ut iam supra diximus) ℥j. ℞.

Turkish albi & gummosi Hermodactylorum ana ℥ij.

Asari

Gratiola ana ℥j.

Trochiscorum Albandal ℥vj.

Omnia conuassata indantur in matracium, addendo

Spec. latificantis Gal.

Diarrhodon ana ℥ij.

Superaffundendo

Aquar. Fumiterræ

Pomorum redolentium an. ℔j.

Succi Limoniorum optime depurati

Succi Granatorum acidorum siue berberorum ana ℔. ℞.

Ut liquores materiam duos digitos supernarent: stent omnia in digestionem Balnei calidi per 6 aut 7. dies: Postea colentur & exprimantur omnia per torcular fortissime, & seruetur hæc expressio.

Seorsim autem fac hoc sequens extractum.

℞. *Rhabarbari* ℥ij.

Agarici trochiscati ℥x

Folicul. senæ ℥ij.

His correctiui loco adde

Cinnamomi ℥ij.

Caryophyllorum

Anisi ana ℥j.

Superaffundendo

Aquar.

*Aquar. Agrimonie
Cichorii.*

Acidularum redditarum succo limoniorum quantum sufficit, vel potius liquoribus acidulis sulphuris aut vitrioli imbuantur, qui promptissime allicient tinturas & virtutes purgatiuas: fiat extractum digerendum curando & exprimendo omnia, ut supra. Hac expressio addatur priori, liquor omnis inde elicatur ad siccitatem per Baln. vaporosum, & in fundo residet extractum Catholicum, de quo exhibebis ℥ ℥, vel ad summum ℥ j. illumque in suo proprio liquore dissolues, quem ad hos usus seruabis, vel in forma pilularum exhibitum purgans vniuersale habebis prestantissimum.

Extractum cholagogum solutiuum.

- ℥. Rhabarbari ℥ vj.
Folicul. Sena ℥ iij.
Scammonia preparata ℥ j.
Spica nardi
Santal. citrini
Cinnamomi ana ℥ ℥.
Trochiscorum berbera ℥ ij.

His affunde succi ros. pallidarum optime depurati q. suff. digere, cola, & exprime omnia calide per torcular, & fac extractum in consistencia sapa: cui addes aequali pondere extractum siue essentiam aloes seorsim paratam, ut iam docuimus supra capite de pilulis: misce & decoque omnia ad ignem lentum usque ad eam consistentiam, ut pilulam vnā magnam, vel duas minores inde formare possis. Purgant benigne & sufficienter omnes humores serofos, calidos & biliosos. Dosis est ℥ j. ℥. Vel si uoles, addes huic extracto loco aloes extracti, casta tamarindorum & prunorum dulcium ana aquale pondus extracti ponderi respondens, coquantur omnia in forma opiata. Sufficiet de eo exhibere pro dosi ℥ ij. vel iij. ad summum, in forma boli, quem prebebis cum syrupo violato violaceo. Et excellens & benignum parabis remediū ad febres tertianas simplices & duplicatas: ad febres item continuas ardentes & biliosas, & ad queuis mala, a causa calida in capite, siue in alijs partibus, suborta.

Extractum ex Cassia docuimus in nostro Dietetico.

Phlegmagogon.

- ℥. Agarici trochiscati ℥ iij.
Hermodactylorum
Turbit
Sena
Medulla cartibami ana ℥ ij.
Rad. Esula preparata ℥ j.
Trochiscorum alhandal ℥ ℥.
Salis gemma
Macis ana ℥ j. ℥.
Spec. Aromatici rosati ℥ ij.

Cum aqua cinnamoni fiat extractum. Sufficit de eo offerre ℥ j. ℥. in forma pilule, Morbis omnib. pituitosis, & ex causa frigida subortis mirifice cofert, morbo preteritū articulari. Humores enim pituitosos & serofos in articulos decumbentes mirum in modum educit.

Radice esula preparatio vna eademq; Preparatio est cum hellebori preparatione: macerando nempe eam per 24. horas in aceto rosala. to optimo, & deis exsiccando.

Melanagogon.

- ℥. Rad. folicul. sena ℥ vi.
seu Fibrarum hellebori preparatarum ℥ ij.
Turbit
Myrobalanorum omnium ana ℥ j. ℥.
Trochiscorum alhandal ℥ vj.
Flor. Violarum
Rosarum rubrarum
Epithymi ana ℥ ij.
Spec. Latificanti Gal. ℥ ij.
Succ. Optimo depuratorum sumiterra
Pemorū redolentium
Et seri lactis ana q. suff.

Fiat enumeratorum simplicium omnium, crasso modo conuassatorum, maceratio & digestio in balneo per 8. dies: Postea colentur, exprimantur & depurentur & reducantur in extractum, sicut cetera.

Eodem modo extractum coficies ex spe. Extract. ciebus hiera Piera Galeni, hiera colocy. Spec. hiera

℞℞℞℞ 2 thidos,

picra Gal. *thidos, diaurbitib, diacarthami, diaphanici*
 & *hiera col-* ac fere ex omnib. pilulis aliisq; purganti-
locynthi- bus, cum menstrib. congruis: nimirum
dos, & reli- cum *aquis fumiterre, filicis, agrimonis, po-*
quorū vul- *morum redolentium, sero lactis, & similibus,*
gariū pur- acidulis redditis cum succo limoniorum,
gantium. aut cum quodam aceto seillitico, vel alio
 in cæteris procedendo, vt *supra.*

Aqua vitæ Sed propriū dissoluens omnium purgā-
tartarisata tium in genere, radicū nēpe, herbarum,
est verum feminum, & florū est aqua vitæ tartarisata,
dissoluens o- omnibus veris philosophis ad vnguem cog-
mnium pur- gnita & perspecta. Sed præstat tātum arca-
gantium. num silentio inuoluerit, quam promiscue
 omnibus patefacere, & temere efitire.

Extracta Præter omnia enarrata extracta simpli-
ex anima- cia & cōposita, alterantia, corroborantia,
lium fami- & purgantia, quæq; omnia è vegetabilium
lia deprom- ordine desumpta sunt: quædā adhuc super-
pta. sunt tractanda, quæ ex animalium partib.
 educuntur. Huiusmodi igitur, quorum et-
 iam *supra* mentionem fecimus, nunc de-
 scribenda aggrediemur.

Exordiemur autem ab iis, quæ ab ho-
 mine sumuntur. Sed non est instituti no-
 stri, cuncta illa magisteria & arcana, quæ ab
 eodem erui possunt, hic enumerare aut
 introducere, veluti sunt admirandæ illæ
 præparaciones mumie tam recentis cor-
 poreæ, quam liquidæ spiritualis: variæ itē
 & elegantissimæ illæ præparaciones cra-
 nii tam recentis, quam è sepulchro extra-
 cti: hæc omnia, inquam, si hic inferenda es-
 sent, finis nunquam daretur: peti igitur
 possunt aliunde ex aliis scriptis nostris.
 Sufficit mihi nunc vnicam tantum descri-
 ptionem extracti cranii humani in medi-
 um proferre.

Extr. cranii *U.* Igitur duo vel tria crania recentia,
humani. hæc in mortario marmoreo crasso modo
 rerantur, materia hoc modo trita indatur
 in matracium capax cum collo longo, su-
 peraffundendo aquam vitæ iuniperi, siue
 saluæ, vt 4. vel 5. digitos supernatet, vase
 accuratissime clauso, ne quid trāspiret, fiat
 digestio in Baln. vaporoso per 12. dies ad
 minimum, post coletur & exprimatur ma-

teria per torcular perquam fortissime, ex
 qua liquor exsibit rubicūdus instar sangui-
 nis, qui oleosus & resinosus erit: iterum af-
 fundatur facieb. nouum menstruum, dige-
 rendo per 4. vel 5. dies, colando & exprimē-
 do adhuc omnia per torcular, ita vt omnis
 essentia substantifica exactissime extraha-
 tur Omnes hæc expressiones & liquores in-
 uicem cōmixti & in Alembicum inditi, de-
 stillentur per B. vaporeosum, donec rema-
 neat extractum in forma sapor, imprægna-
 tum tum sulphure, tum sale, quo potissimū
 cranium abundat, imo *totum fere salinum* *Cranium*
existit, hoc extractum digestum & perfecte *humanum*
esse fere totū
 depuratum tanquam thelat rum pretiosis-
 simum aduersus epilepsiam diligenter ad-
 serua, dosis est ℥ ℥ ss. vel ℥ j. cum sua propria
 aqua destillata, quæ per se præstans epilep-
 tica est.

Descripsimus *supra sub finem capitis de*
Decoctis, extractum splenis bouis, efficacæ &
 vtile ad prouocandos mensēs: ad cuius imi-
 tationem quoq; parabitur extractum he-
 patis vituli: quod omnibus hepatis affecti-
 bus, ipsiusq; imbecillitatibus conducet. in
 fluxu præsertim hepatico, & hydropisii. Sed
 hepatis istius virulino addenda erunt,

Santalii rubri
Cinnamomi ana ℥ ss.
Spice nardi
Rosarum rubrarum ana p. j.
Conseru. flor. cichorii ℥ j.
Trochiscorum Rhabarbari
Et Eupatorii ana ℥ vi.

Tandemque omnia coquenda in ma-
 gna phiala capaci, & bene occlusa, in Baln.
 feruenti per 7. vel 8. horas: donec hepar fe-
 re totum in liquorem redactum fuerit:
 quem ad perfectionem decoques, adden-
 do si velis saccharum: agro ex hepatis im-
 becillitate laboranti exhibebis huiusmo-
 di extractum vesperi & mane, & eximios
 percipies effectus.

Extractum pulmonum non solum vul-
 pis, sed & vituli, & agni, fit contumili plane
 methodo, addendo pectoralia affectibus
 pulmonum congrua.

Eodem

Extract. d. cornib. ceruorum, tan te uoris quā induratis.

Eodem modo ex teneris ceruorum cornibus, vel ex eorundem etiam cornibus induratis, sed adhuc recentibus, admirabile conficies extractum, contra pestem, uenena, vermes, corruptiones & diuersa alia mala & symptomata, quæ inde suboriri solent: sed loco aquæ vitæ iuniperinæ dissoluentis perfunderetur officio sua propria aqua, si fieri possit, vel quædam aqua bezoardica aut theriacalis, cuius varias descriptiones supra dedimus, quæ aquæ prius acidulæ reddantur cum liquore sulphuris acidulo.

Extractum castorei.

Extractum castorei fit eadem ratione, in cuius præparatione dissoluentis vicem administrabunt aqua melissæ, calendula, pæonia, aut similia antepilepticarum aut cephalicarum. Et sufficit hæc omnia macerare in B per 4. aut 5. dies, & postea colare, exprimere, & liquorem euaporatione inde separare, vt omnia reducantur in extractum, quod conferet omnibus epilepsii, paralysibus, apoplexiis, & similibus cerebri affectibus.

Extr. oculorum cancrorum, testarum ouorum, limacum, &c.

Extracta siue magisteria oculorum cancrorum, vt appellant, testarum ouorum, limacum & similia, quæ omnia salis naturam participant, fiant cum menstruo acido, cum aceto nempe vini, vel hydromelitis vinosi, vel cum succo limonum, berberorum & similibus. Si igitur ab eiusmodi testis & membranulis siue pelliculis ouorum gallinaceorum, & similia rerū dissolutis, statim eorundem dissolvens inde separare velis, (quod elegans & magnum vtiq; mysterium haud contemnendum est) aliquot guttula liquoris siue salis tartari dissoluti superimicienda sunt, & sic magisterium parabis excellentissimum ad calculos dissoluedos, strangurias, dysurias, ischurias, difficultates & suppressiones vrinæ, pro dosi offerantur paucula tantum grana: tantum enim efficacia & energia pollent eiusmodi remedia in his affectibus medendis.

Extr. matricis leporina.

Vt extractum fiat e matrice leporina, & secundina mulieris fecunda, oportet has

partes probe prius lauare & abluere vino albo, postea desiccare, & in puluerem reducere, & dissolvente vt aqua quadam vitæ alkalisata, quæ ipsas subito dissoluet & in essentiam reducet, quæ essentia, separato suo dissolvente, efficacissima & præstantissima est ad matrices steriles fecundandas, & conceptioni idoneas reddendas.

ADDITIO. P. V.

Extractiones secretæ officinarum Augustanarum.

Rhabarbari.

℞. rhab. selectiss. frustatim incis. lb. ʒ. succ. vel aq. cichor. endiv. an. lb. j. vini maluat. ʒ. j. infunde horis 24. deinde coque igne lento in duplici vase, figulino vitreato fortiter sub pralo exprimatur & cum sacch. ʒ. ʒ. expressum percoquatur ad mellis consistentiam.

Extractum aloes earundem.

℞. aloes succotrin. ʒ. v. vel quantum vis, cui infunde aq. beton. vt duobus digitis superemineat, & cum colorem nata fuerit purpureum, effundatur, & alta recens affundatur ad colorem, idq; roties reperendo, donec aqua nullum colorem amplius acquirat, & pura aqua remaneat: tum liquor effusus in Baln. Mar. extrahatur, & remanentis infunde aequale pondus syr. ros. sol. simplicis, permisce & in vase vitreo referua pro aloes extractione.

Extractum calami aromatici earundem.

℞. calami aromatici quantum vis, incidatur & infundatur per aliquot dies in vini rhenani vel falerni quantum sufficit. Deinde ebulliat vna & altera ebullitione & fortiter exprimatur. Expressum decoque lentissimo igne ad consistentiam quam volueris.

Extractum D. Bechtholdi
Rivii.

℞. vini generosi saporis destillati, vini mal-
uatici generosissimi an. ℥b. ij. ℞.
cinnam. integri ℥iij,
caryophyllor.
macris,
nucista,
rad. garyophyllata debito tempore col-
lectar an. ℥j,
zinzib. alb.
zedoar.
galang. an. ℥j. ℞,
cubebar.
granor. paradysi an. ℥ ℞,
rad. irid. florentin. ℥j,
fol. hyssopi,
salvia an. ℥ ℞,
satureia ℥j,
meliss.
card. ben.
mentha an. Mj,
fl. calendul.
anthos. an. ℥ ℞,
ros. rubr.
albar. an. ℥j,

pulueris entur puluerisanda, reliqua in-
cidantur & conquassentur, coniectuque
in vitrum idoneum adde

sacchar. albiss. ℥vj,

candi ℥iij,

passul. mundatar. ℥b. ℞,

Maior. ab acinis mundata-
rum,

caricar. pingu. an. quart. j,

camphor. ℥ij,

aq. rosac.

endiv.

fl. sambuc. an. ℥b. j,

meliss. ℥b. ℞.

insolentur per mensem orificio vitri
accurate clauso: postea reiectis faci-
bus extractum reseruetur in vitro
idoneo. manent circiter ℥lxvij.

Extractum D. Theodori Zvvin-
geri.

℞. cortic. ligni guaiaci ℥ij, purgetur a-
qua fontanea à sordibus, maceretur
in phiala vitrea in iuris gallinacei
℥b. ij. vel iij per noctem, coquatur ad
consumptionem tertie partis vel ad
medietatem, coletur, loco frigido ser-
uetur. ubi refrigerit, ℥ij. vel iij. in-
fundatur fol. sen. ℥ ℞. mane coletur
& exprimatur, deinde addatur
lyr. ros. sol. ℥ ℞,
aq. becon.
iua arthetie.
salvia vel similis ℥ ℞. vel ℥j,
cinnam. ℥j,

Vel

℞. cortic. lign. guaiac. ℥ij,

sars parill.

rad. liquirit. an. ℥ ℞,

pulueris entur minutissimi. ℞. huius
pulueris ℥j. ℞. maceretur primo, deinde
bulliat in iuris pulli vel aqua communis,
vel (si morbus sit chronicus, malignus
aut gallicus) vini mensura ad dimidium,
seruetur.

Hinc ℞. fol. sen. ℥ij,

meliss. vel fl. rosar.

paallidar. vel cinnam. ℥ij,

sacchar. ℥ ℞. redigantur quoque in
puluerem, singulis noctibus in ℥v. de-
cocti superioris frigidi, macerentur pul-
ueris posterioris ℥vj, mane per pannum
laneum rectū colato & syrupi rosati quid
addito.

Vt vero integra seruetur vis decocti, ma-
neat super faeces.

Ulus eius est in podagra, catarrhis, ar-
thritide, ischiade, lue venerea, in scorbu-
to vere & autumno per 20. 30. vel 40.
dies mane continuetur, præmissa purga-
tione vniuersali & venæ sectione: ve-
l iperi vero tribus ante cœnam horis solius
decocti ℥iij. absque sena cum ℥ ℞. syrupi
de po-

de pomis, aut fumaris, aut de succo borraginis & aqua fumar. vel agrimon. ℥j. exhibe. Frigidum vero decoctum gratius erit, quam calidum.

Extractum panchymagogum.

℥. pulp. colocynth. vel troc. alband.
 ℥vj,
 turbeth. ℥j,
 agar. tros. ℥ij,
 elleb. nigr. prap. ℥ij,
 fol. sen. ℥j,
 diagrid.
 elaterii an. ℥v,

Omnibus exacte tritis spiritu vini essentia tam diu eliciatur, donec spiritus amplius non tingatur. vel aqua vita infusa macerentur balnei calori vel in cineribus cribellatis cum igne mediocri per dies 18. frequenter agitando quotidie, diligenterque occlusa ampulla. Hinc exempta omnia exprimantur per pannum lineum grossum sub prato stanneo. In expresso solue aloes optima loza ℥x. (præstat balsamus aloes) post in alembico adiecto igne humiditas aqua abstrahatur, donec quod in fundo cucurbita remanet, mellis instar sit spissum. Si in eo quædam adhuc sit humiditas, ponatur super carbones ardentis in vase aliquo, quandiu videbitur, ut ea à calore euaporet. Sin perceperimus gustu vel odoratu reliquias nidorosas spiritus vini; massæ affuso liquore borraginis vel betonicæ, facile illas euocabimus. Dosis ℥j. vel ℥℥. cum guttula vnica olei cinnamomi.

Extractum Catholicum officinarum Mœnofrancofurtensium.

℥. aloes succoirim. el. ℥j,
 turbeth. ℥℥,
 colocynth. ℥vj,
 agaric. albiss.
 diagrid.
 rad. elleb. nigr. veri styriaci ana
 ℥℥,

spec. diarrhod. abbat.
 mac.

stoechad. arab.

galang.

schœnanth.

cardamomi,

zedoar.

caryophyllor.

cinnam.

fl. anth.

lign aloes,

visc. querc. an. ℥℥,

ambra grisea ℥j.

infunde omnia in spiritu vini per 8. dies, exceptis speciebus diarrhodon & ambra. species infunde seorsim per 4. dies & f. extractum secundum artem.

Extractio Margaritarum.

Margarita cum aequali pondere nitri in furno antitypo calcinantur, salisugine abstracta extrahitur subtilior pars cum aceto destillato, quo euaporante subsidet calx purissima, aqua rosacea crebris affusionibus abluenda.

Aliter. In aceto destillato & spiritu vini generosissimo an. in fimo tontusa dissoluatur. De fusione facta nouum mēstruum affundatur, donec penitus sint dissoluta. In fundo subsidet essentia, abstracto phlegmate. Et hoc rectius atque cautiùs.

Extractum Rhabarbari compositum.

℥. pulp. colocynth. ℥j. ℥.
 turpeth. opt.
 fl. stoechad. arab. an. ℥x.
 diagrid. opt. ℥v.
 rhab. opt.
 rad. elleb. nigr.
 fol. sen. elect.
 agar. albiss.
 cinnam. acutiss. an. ℥℥,
 styrac. liquid.
 rad. asari,
 spic. nard.
 flor. rosar. rubr.

massis.

masfic. an. ʒj.
vini sublimat. quant. suffic. Mi.
f. extractum sec. art.

Extractum holagogon.

℞. colocynth. ʒj. ʒ.
turbeth. opt. ʒ. xiiij.
agaric. fini ʒj.
Veratri nigri ʒvj.
gratiola
fol. sen. an. ʒ. iij. ʒ. ij.
scammon. ʒ. x.
aloes optima ʒ. ij. ʒ.
vini sublimati quantum sufficit.
f. sec. art. extractum.

Extractū catholicum Theophrasti.

℞. aloes optima ʒ. iij.
agaric. fini.
scammon. an. ʒ. x.
colocynth. ʒ. ij. ʒ. ij.
veratri nigri ʒ. ij.
spec. diarrh. abbat.
diamb. an. ʒ. j. Mi.
Et cum vino sublimato f. extractum.

Extractum tabellarum.

℞. conseru. bugloss.
borrag.
violar.
cortic. citri. condit. an. ʒ. ʒ.
spec. diatrag. frig. ʒ. ʒ.
zinzib. ʒ. ij.
turbeth. ʒ. ij.
fol. sen. ʒ. ij. ʒ.
diagrid. ʒ. j. ʒ. Misce cum vino
sublimato f. extractum sec. art.

Extractum Pistorii ad promouendos menses.

℞. myrrh. elect. ʒ. j.
croci ʒ. ij.
caryophyllor. ʒ. j.
piper. longi.
galang. an. ʒ. ʒ.
baccar. lauri ʒ. ij.
rad. asari ʒ. j.

Omnia puluerisata excipiantur vino sublimato, relinquuntur aliquandiu, donec vinum coloretur, commuta vinum sublimatum idque tam diu, quousque non amplius coloretur, sicut fieri solet, cum extracta parantur, tandem commisce omnia vina sublimata, qua collegisti, destilla in balneo Maria usque ad siccitatem, & hoc, quod transit, serua peculiariter in vitro, deinde extractum in fundo collige, & in pyxide re-serua.

Qua sequuntur, sunt ipsius Quercetani.

Reliquum est, ut nunc dicamus de extractis, essentiis, magisteriis, & tincturis rerum metallicarum, quibus cōplectimur gemmas, margaritas seu perlas, videlicet corallia, hyacinthos, & alios lapides pretiosos & non pretiosos: loquor tantum de his rebus metallicis, quibus pharmacopœa nostram exornare decreuimus, & quarum preparandarum formulas ante polliciti sumus: hæc enim & similia alias tempestiuus tractabuntur in pharmacopœa nostra pagyrica, tanquam in suo proprio loco.

Essentia & magisteria coralliorum & perlarum vno eodemque artificio preparantur.

Corallia crasso modo conterantur, perlæ vero nigre manentes & ignitæ extinguantur in aquâ vitæ fortissima, idque sæpius, & hæc est ipsarum calcinatio. Postea rite dissoluantur in succo limoniorum vel berberorum, qui succus post illarum dissolutionem rursus separetur, & quod in fundo remanet (quodque postea pluries cum aquis cordialibus dissolui & coagulari potest, ad aciditatem dissoluentis acidi tollendam) dicitur sal siue essentia perlarum.

Vt magisterium ex iisdem fiat, dissoluentæ sunt in fortissimo dissolvente, quale est acetum alkalifatum, aut acetum mellitum, & ut perlæ post perfectam suam dissolutionem rursus separentur, citra dissoluentis tamen

Extr. metallicæ.

Essentia seu sales coralliorum & perlarum.

Magisteriū perlarum & corall.

tamen exhalationem, (quod alias salem armoniacum acidum & vitriolatum hoc modo coniunctū relinqueret cum re dissoluta, à qua difficulter separaretur) dissolutioni huic superiniicienda sunt aliquot guttæ olei tartari, cuius opera perlæ dissoluta in ictu oculi fundū petent, summe albicantes instar niuis, à quibus postea prædictum dissolvens facillime separabitur per inclinationē, & materia aliquoties abluetur aqua, & perfecte edulcabitur, quod sane opus citra magisterii opem non perficitur: vnde etiam res in hunc modum præparatæ nomen suum obtinuerunt. Hoc perlarum magisterium, in quolibet liquore tum dissolutum, admirandum est naturæ nostræ corroboratiuum, non secus ac magisterium coralliorum, cuius præparatio consimili penitus fit ratione.

Magist. hyacinthi, smaragdi, & rubini. Magisteria hyacinthi, smaragdi, & rubini eadem quoque methodo & artificio præparantur, sed calcinatio illorum fit cum floribus sulphuris.

Magisterium hyacinthi est singulare & specificum remedium contra spasmus & contracturas.

Magisterium rubini venenis, pesti, & omnib. corporis corruptionibus aduersatur.

Magisterium smaragdi succurrit peculiariter epilepsii.

Magist. lapidis iudaici & lapidis lyncis. Eodem modo parantur lapides iudaicus nempe, & lyncis, qui reducuntur in magisterium, de quibus pro dosi tantum duo vel tria grana ad summum offerantur cum quodam liquore congruente. Summum præstat remedium aduersus ischuriam, siue suppressionem vrinæ, & attritionem & expulsionem calculi.

Magist. lapidis lazuli. Sic quoque conficitur magisterium lapidis lazuli, singulare purgatiuum humoris atrabilarii, & præstans medicamen contra omnes manias & melancholias.

Res sulphureæ requirunt aliam præparationis methodum. Nos ordiemur à sulphure vulgari, & quidem ab ipsis floribus.

Flores sulphuris. Flores sulphuris parantur, miscendo æquales partes sulphuris & colchotarisiue

vitrioli perfecte rubificati & desiccati, omniaque sublimando, postea adhuc semel sublimentur cum solofaccharo candi, vt maius ad asthma, & alias affectiones pulmonum conferant auxilium.

Ex his floribus opera liquoris terebinthinæ conficitur rubinus sulphuris, qui excellentissimus est contra phthisim, & vlcera pulmonum, exhibitus cum quodam liquore congruo, tunc, cum separatus est à suo dissolvente.

Ex iisdem floribus rite præparatis & dissolutis in oleo tartari (parati per salem suum resolutum, qui est oleagineus, & per consequens proprium & idoneum dissolvens ipsius quoque sulphuris) educes magisterium aliquod, nempe lac, cremorem seu butyrum, cui dissolutioni si affundas acetum album, materia ebullire & vehementer efferuescere incipiet, citra etiam ignis additionem, & cremor lacteus sulphuris subito peret fundum, & à dissolvente suo separabitur.

Separabis itaque dissolvens per inclinationem, & variis reiteratis ablutionibus cum aquis cordialibus edulcabis exacte materiam, & sic habebis lac siue cremorem sulphuris albisissimi. Hoc medicamento curantur omnes pulmonum & thoracis affectus.

Essentia camphoræ elicetur cum aqua vitæ tartarifata.

Extractum bituminis Iudaici conficitur cum aqua clara terebinthinæ.

Pergamus ad metallicas essentias.

Crocus metallorum præparatur cum æquis partibus Magnesiæ Saturninæ, & nitri inuicem mixtis & inflammatis in quodam crucibulo, vt vtar artis vocabulis, & remanet materia quedam calcinata in forma hepatis, quæ puluerisata rubicunda apparet instar croci martis, quæque dulcoranda est. Cum autem dicta Magnesia sit prima radix omnium metallorum, deinceps generali nomine crocus metallorum nuncupatur, qui potens medicamen est tam vomitiuum, quam purgatiuum simul variisque affectibus

Rubinus sulphuris.

Lac, cremor siue butyrum sulphuris.

Essentia camphoræ.

Extr. bituminis Iudaici.

Crocus metallorum.

etibus accommodum, ut *supra* ostendimus, dosis grana 10. vel 12. cum vino aut alio liquore.

Sulphur auratum diaphoreticum.

Sulphur auratum diaphoreticum paratum cum facibus reguli in aqua dissoluti, & in lixiuum redacti, in quod si cochlear argenteum immiseris, vero aureo colore id tingi animaduertes. Huic lixiuio adde parum aceti, & videbis crocum auratum statim fundū petere: separa dein lixiuum per inclinationem, & prædictum crocum optime ablutum, dulcoratum, & desiccatum, collige seorsim, qui admirabile erit sudorificum, & sanguinis mundiciatum, multis morbis depellendis aptissimum, dosis ℥℥.

Crocus martis.

Crocus martis educitur è ferri siue chalybis limatura, quæ in furno reuerberii ab ignis flamma, & vi in crocum eleuatur leuissimum & rubicundissimum. Eiusmodi crocus confert dysenteris, lienteris, gonorrhææ & similibus affectibus, in quibus adstrictione & fluxus inhibitione opus est.

Sed crocus paratus è laminis ferri candentibus, & in magdaleones sulphuris immisissis, quarum vi sulphur liquefit & funditur, ut cera Hispanica, virtutem habet attenuandi, aperiendi, & deoppilandi, sicut & is, qui per longiorem moram solius aque conuenientis inhibitione elicitur, qui non tantum attenuat, sed & à tartareis & melancholicis humoribus tum lienem totumque mesenterium repurgat. Hæc duo croci genera valent aduersus quasuis hydrophilces & cachexias.

Olei sulphuris in crocū conuersio.

Crocus cum liquore acidulo siue oleo sulphuris fit, infundendo prædicti liquoris partem vnam, & tantundem spiritus vini, in cochlear ferreum: vbi omnia bulliant ad ignem lentum vsq; ad consumptionem; postea resideant per aliquot dies, & omnia in puluerem croceum subtilissimum conuersa conspicias, quem adseruabis in paruis phialis optime clausis, ne aer intret; resoluitur enim ab aere. De eo aliquot grana exhibebis in iusculo siue liquore congruo,

in quo dictus crocus resoluitur, qui è martis naturam, quam participat, verum hepatis instauratiuum est, eiusque conducit imbecillitatibus, & omnibus aliis morbis, qui inde oriuntur, quales sunt cachexia, fluxus hepatici, hydropises, & similes. Magnum vtrique secretum, & admirandis virtutibus præditum.

Hæc sunt omnes illæ præparationes metallica, quibus pharmacopœam nostram decorandam statuimus: & quarum descriptiones huc afferre & explicare *supra* promissimus.

Perstringendæ adhuc restant præparationes aliquot salium & oleorum, quorum mentio hoc in opere quoque facta fuit.

Sal igitur prunellæ, quem Chymici Anodynum minerale appellant, ob singularem illam vim mitigandi dolores, quantumuis à causa calida & inflammatione quadam excitatos, paratur cum nitro optimo, quod funditur in crucibulo, paulatim superiniiciendo flores sulphuris, qui eius pinguedinem tollunt, idque adeo pellucidum purumque reddunt, ut si super lapidem marmoreum eum effundas, omnino clarū & diaphanum appareat instar vitri, quod deinde sal siue lapis prunellæ dicitur. Salutare est remedium ad ardentissimam illam febrem, Hungaris familiarem, extinguendam & edomandam, cuius ferocia tanta est, ut egrotantium linguas profus nigras, & prunis ardentibus similes efficiat: cum autem tanti symptomatis leuicia ex salis huius vsu leniatur & opprimatur, inde Sal prunellæ appellatus est. Est præterea idem remedium magnum diureticum & diaphoreticum, sicut *supra* videre licet, quando nos in eo præscribendo eiusmodi curandi indicationes nunquam non perstringimus.

Sal prunella.

Vnde habeat nomen.

Cremor siue sal tartari etiã sub salibus comprehenditur, qui conficitur ex tartaro albo, crasso modo puluerizato, & multiplici aquarū ablutione repurgato, donec clarissimuseuadat: huiusmodi tartari in partem terream vitream inditi lib. 5. vel 6. digitos

Cremor siue sal tartari.

digitos supernatet, bulliāt omnia per horā vnā atq; alteram: posito dein vase in loco frigido, in superficie cōrescet cremor crystallinus, quē separabis cū cochleari perforato, reiterata sēpius eadē ebullitione post materiæ refrigerationem, semper cremor adimatur, qui in frigido coagulabitur, & fac, vt exsicet in aere, de eo iusculis admisce zsi. & acidula ea reddes, gustuiq; gratissima, & vtilissima etiā ad disseccandos & incidendos humores crassos & tartareos in visceribus nutritioni dicatis: Eadem iuscula apozematum loco offerri possunt in pluribus affectibus, quæ agrotantes cum voluptate assument, nec vllam ipsis nauseam, vt reliqua solent, excitabunt, iisdem iusculis addere potes radices & herbas cōgruentes, qualescunque volueris. Hi crystalli ad zj. exhibiti purgant clementer, licet per se & sine iusculo sumantur.

Sales cranij humani, rad. resta bouis, cort. fabarum, absynthij, fraxini, ceterach, &c.

Sales cranij humani, rad. resta bouis, cort. fabarum, absynthij, fraxini, ceterach, &c. Sales cranij humani, rad. resta bouis, corticum fabarum, & absynthij, fraxini, ceterach, & similes vno eodemque artificio præparantur, per calcinationem enim omnia, siue singula seorsim in cineres rediguntur, ex quibus postea sal iuxta communem ritum cum liquoribus vel aquis congruis extrahitur: sic sal cranij humani educitur cum aquis pœonia, florum lilia, lili conuall. & simili antepileptica, hic enim sal fere epilepticæ curæ peculiariter destinatur.

Sal corticij fabarum.

Sal corticum fabarum elicitur cum sua propria aqua, ab ipsis adhuc viridibus destillata. Exsiccati enim cortices calcinantur, & fit inde salis extractio cum sua aqua, vt diximus. Et sic idem præparationis iudicium esto de cæteris. Postquam sales præparati fuerint, hoc est, variis dissolutionibus, filtrationibus & coagulationibus ad perfectam vsque puritatem adducti, adhuc vltima hæc ipsis accedit operatio, vt in crucibulum iniecti ad rubedinem vsque calcinentur, ad ignem, ea tamen cautione, ne fundantur aut fluant, & sic perfecte dealbantur: Hæc solummodo de salibus nobis tractanda restabant in pharmacopœa nostra,

Salis vltima & perfecta præparatio.

Quomodo enim iidem sales in olea transmutentur, & è fixis volatiles per solam propriam aquæ mercurialis additionem reddantur, quomodo item ex iisdem ad varios vsus potentissima educantur remedia, hæc omnia, inquam, non sunt huius loci, sed sublimiorem requirunt considerationem, & propterea in pharmacopœam nostram spagyricam reseruanda, quo etiam reuicimus tractatum de admirandis viribus salium metallicorum, è quibus aquæ vitæ ardentes eliciuntur, nec non tractatum de sulphuribus & oleis præstantissimis, quæ aque in mineralibus, ac in vegetabilibus delitescunt, vbi simul demonstrabimus, spiritum vegetantem in mineralium corporum interiori potentissime vigere, eaque nusquam vegetatiua tanta virtute, prout quidam externo illarum aspectu decepti falso opinantur, orbari aut destitui.

Quod ad olea attinet, de quibus supra locuti sumus, illa omnia communia admodum sunt, eorumque præparatio omnibus fere, imo ipsis tyronibus, nota & perspecta est, siue sint olea aromatum, veluti cinnamomi, caryophyllorum, macis, nucis moschata, piperis, & similibus: siue seminum, baccarum ac granorum, vt lauri, iuniperi, faeniculi, anisi pœonia, &c. siue corticum & fructuum, vt arantiorum & citriorum; siue omnium etiam herbarum calidarum, vt saluie, rosmarini, mentha, betonica, maiorana, thymi, hyssopi, & infinitarum aliarum, quæ omnia vna eademque via ac methodo conficiuntur, nempe ea conuassando & macerando in 5. aut 6. aquæ tepidæ partibus, per 24. horas; & postea destillando per magnum Alembicum cupreum cum suo refrigerio, iam supra modum edocimus, cum de aquis cinnamomi aliorumque aromatum ageremus: simulque ostendimus, huiusmodi aquis destillatis post oleorum suorum ipsis innatastiu separationem, multos ac varios syrnpos præstantissimos concinnari posse.

Omnium horum oleorum vires ac proprietates

Rrrr 2

prieta-

prietates patebunt satis ex supradictis, ita ut superuacuum sit hic eadem repetere.

*Oleorum
incommoda.*

Huiusmodi olea licet summis & elegantissimis virtutibus prædita sint, non tamen carent incommodis, cum enim tenuium sint partium, facile in auras dissipantur, quantumvis in phialis obturatissimis conferentur. Accedit, quod non usurpari possint, nisi mixta cum aliis, conferuis nimirum, tabellis, aut liquoribus, si alias inconsiderate exhibeantur, plus obesse, quam prodesse solent.

Eximia semper quedam singulis regionibus sua laus est & præstantia, ut Germanorum fortitudinem nullis unquam seculis intermorituram prætermittam, illis hæc modo potissimum gloria asseruatur, ut tanto politiorum quorumvis secretorum indagandorum studio flagrent & cupiditate, ut non immerito id elogium quadantenus aptari possit Virgiliani instar:

6. Æneid.

*Excudent alij spirantia mollius ara
Credo equidem viues ducent de marmore vultus.*

*Orabûs causas melius, cœliq; meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent:*

Naturam penetrare magis Germane memento.

In illa enim regione artificium nuper inuentum est olea illa reducendi in essentias gratissimas ac utilissimas, quæ propriis suis coloribus, odoribus saporibusque nobilitantur: nulla accedente alia mixtione, quàm manna cœlesti optime depurato, quod harum rerum vires atque virtutes allicit, easque sua admixtione exquisitissime corrigit. Secreti huius me participem reddidit Germanus quidam doctus Medicus, eiusque præparandi modum mihi reipsa reuelauit, is forsitan ægre ferret, si clarius arcantum illud manifestarem: Nihil tamen eorum, quæ dicere conueniunt, reticui: nec dubito, quin experti chymici paucis meadicta comprehendant.

Eiusmodi essentia conservantur in paruis theculis rotundis, quarum singulæ ca-

piunt 15. vel 20. diuersa essentiarum genera, quæ cum vsus postulat, cum dentiscapio, hoc est, in minima quantitate exhibebuntur, & effectus nihilominus proferent optatissimos.

Hactenus de extractis, essentiis, magistris, salibus & similibus præparationibus chymicis, quæ hinc inde in pharmacopœa nostra exornata occurrunt, satis abunde tractauimus, præter hæc nulla alia addituri. Iampridem enim de iis, & similibus multa in scriptis nostris commentati sumus: nec cessabimus in posterum, si Deus vitam nobis concesserit, in pharmacopœa nostra spagyrica pluribus eadem pertractare.

Huiusmodi elegantia, rara & præclara remedia, officinas pharmacopœorum hodie potius deceret, quam tanta deauratarum pyxidum multitudo, quæ tamen plerumque pluribus in locis aliud nihil, præter inanem ventum complectuntur inter ornatissimas instructissimasque officinas, tam publicas, quam priuatas, quæ passim in Italia, Germania aliisque regionibus habentur, nullam adhuc vidi, quæ æquaret, ne dicam, superaret eam, quæ Castellis est in arce Principis.

Ad hanc expoliendam & exornandam, nõ tantum Principis Medici, viri summi ac celeberrimi, assiduam suam conferunt operam & laborem, sed ipse etiam Princeps, Mauritius nempe, Hassiæ Landgravius magnus ille & potentissimus Princeps, manum non veretur ad mouere; libenter me in hac totius Europæ politissima & exquisitissima officina affirmare possum tot vidisse extractorum, magistrorum, essentiarum, aliarumque præparationum chymicarum genera, ut illorum numerus facile millenarium excedat, exceptis vulgaribus, quorum nullus est defectus, nulla inopia. Eiusmodi remedia à munificentissimo Principe largissime erogantur in commodum & salutem suorum subditorum, qua munificentia ac liberalitate etiam perfruuntur alii circumuicini. Officina hæc mihi typus primus fuit, ad cuius imitationem meam pharmacopœam conatus sum, variis usque raris & elegant-

*Laudes illustissimi
Landgraviij
Mauritij.*

elegantibus remedijs chymicis ditare & illustrare.

A cuius enim nomine lumen & splendorem magis his meis lucubrationibus mutuaret, quā potentissimi huiusce Principis, qui tot ingenitis & excultis virtutibus palam ab omnibus celebratur? Generis equidem illius, quod ab antiquis Germania proceribus longa stemmatum deducit serie, nobilitati commemoranda, aut luculentis, quibus mirum in modum abundat, fortunæ muneribus explicandis aliquandiu incumberem, nisi propriis, quam alienis dotibus mallet potius exornari. His igitur prætermittis ceteras serenitatis eiusdem partes amplissimas in medium producā: summam in rebus diuinis & humanis temperandis, sapientiam, clementiam erga bonos singularem, iustitiam improbis formidabilem, robur animi inuictum, in omnibus humanis actionibus moderationem, & incredibilem erga omnes, meque potissimum beneficentiam, quæ tantis me gratitudinis compedibus præsentem nuper, nunc vero etiam absentem quotidie obstringit & obstrinxerunt, ut nullum non officij genus optimo iure, per me tam liberali mæcenati rependatur. Quapropter ut aliquam saltē grati animi ob tot continua beneficia notam præsentibus & futuris seculis significarem, hoc meum opus, tū alteri magnanimo Principi de re literaria æque benemerito, ipsi mutuo necessitudinis amicitiaque vinculo coniunctissimo consecrauitum sacram utriusque memoriam meis scriptis inserendam, & in omnem hominum posteritatem, quantum per me licet, iampridem constitui decreuique propagandam.

ADDITIO P. V.

Sal siue saccharum Saturni.

℞. aq. fortis lb. ij.

sal. ammoniac. contriti p. ij. vel iij.

Huic aqua iniice tenuissimas laminas Saturni: hora spatij fiet sal albissimum, dulcissimum. Effunde aquam de cucurbita, sal resolue in aqua calida, euapora, reitera, donec exiit acredo. Hoc sal tritum in mortario vitreo vel porphyreo cucurbita immissum solue in fimo vel Baln. Mar.

Ad ulcera cacoethæ, caneros, carcinomata, & fistulas summum est arcanum. Quod si è luc venerea prouenerint, nil præstat, imò obest plurimum. Experto crede.

Sal Sacerdotale.

℞. sal. commun. ℥ xxvj,

cinnam.

cumin. an. ℥ iij,

zinzib.

amomi,

stiv.

piperis,

satureia,

hyssop.

origani,

puleg. an. ℥ j.

Hæc omnia tere, in puluerem redige, eoq; in cibo omni utere.

Hoc utebantur Sacerdotes tempore Elix ad dolorem capitis & caliginem oculorum. Mundificat etiam dentes, aufert eorundem dolorem, sedat tussim, anhelitum commendat, os odoriferum reddit, corpusq; hominis incolu-me conseruat.

F I N I S.


Rrrrr 3

INDEX



I N D E X

RERVM ET VERBORVM
PRÆCIPVE MEMORABILIVM
IN TOTO HOC OPERE
contentorum.

A.				
	Bacus supputatorius.	349	Acetum rosatum.	690
	Abalzem.	172	Aceta ex variis floribus.	690
	Abelban.	182	Acetorum simplicium vsus.	690
	Abellina.	257	Acetum bezoardicum Medicorum Fran-	690
	Abiga.	216	cofurtensium.	690
	Ablutio quid efficiat.	34	Acetum ex ruta compositum Io. Hartmanni	691
	Abfynthium. 209. Eius species. ibid. vires.		Beyeri.	691
	210		Acetum scordii limoniatum Io. Hartman-	691
	Abfynthium romanum esse vulgare.	209	ni Beyeri.	691
	Abrotanum camphoratum.	219	Aceti scyllitici preparatio.	689
	Abfynthium marinum.	209	Achates.	300
	Abfynthium seriphium.	209	Achillea.	244
	Acacia.	50	Acines.	207
	Acacia species.	263	Aconitum pardalianche.	219
	Acacia germanica.	263	Acorus quid, qua eius species. 181. quomodo	ibid.
	gummi sua.	ibid.	differat a calamo aromatico.	ibid.
	succosa.	ibid.	Acorus conditus.	404
	Acanthus.	156	Acrium multa genera.	23
	Acetabulum.	38	Acria cur per vsionem acrimoniam amit-	43
	Acetosa. 235. Eius species.	ibid.	tant non acria vero eandem acquirant.	43
	Acetosa veruecina.	235	Acria exacta esse pessima.	25
	Acetum.	24	Acria & amara simul.	25
	Aceti qualitates.	150	Acutella.	200
	Acetum esse calidum & frigidum.	151	Adar.	87
	Acetum esse calidum & frigidum.	64	Adiantum cur dictum. 158. Eius vires. ib.	ibid.
	Acetum quodnam optimum.	64	Adiantum verum. 158. Eius vires. ibid.	ibid.
	Aceti mira virtutes.	818	Adiantum vulgare.	157
	Acetum hydromelitis.	696	Adianti folia condita.	401
	Acetum mulsum.	384	Adipfas.	281
			Adipum ablutio.	34
			Adipum purgatio.	35
			Adipus	

ET VERBORVM.

<i>Adipis & seui discrimen.</i>	319	<i>Alimentum medicamentosum.</i>	4
<i>Adonis Flos.</i>	204	<i>Alimentum quo modo differat à medica-</i>	611
<i>Aegyptios omnes fuisse medicos.</i>	552	<i>mento.</i>	8
<i>Aegyptii cur corpora condierunt.</i>	317	<i>Alimentorum qualitas inexplicabilis.</i>	38
<i>Aluropus.</i>	241	<i>Alimentorum nimiam quantitatem esse pe-</i>	220
<i>Aromeli.</i>	153	<i>riculosam.</i>	183
<i>Erugo quid, eius species & vires.</i>	308	<i>Alisma.</i>	570
<i>Eruginis vstio.</i>	44	<i>Alibimum.</i>	570
<i>Es quid. 308. Eius vires.</i>	ibid.	<i>Alkam.</i>	325
<i>Es vnde fiat.</i>	ibid.	<i>Alkanach.</i>	bid.
<i>Es vstum.</i>	ib.	<i>Alkamna.</i>	235
<i>Æris flores.</i>	ibid.	<i>Alkekengi. 231. Eius vires.</i>	18.72
<i>Æris squama seu battitura.</i>	ibid.	<i>Alleluja.</i>	ibi.
<i>Æris praprandi modus.</i>	ib.	<i>Alliatica.</i>	ibi.
<i>Æschilum non scripsisse carmina nisi vino</i>		<i>Aloe. 171. Eius descriptio. ibid. vires.</i>	ibi.
<i>fuevit madidus.</i>	149	<i>Aloe vbi plurimum nascatur.</i>	ibi.
<i>Ethiopicis herba mira vis.</i>	5	<i>Aloe caballina.</i>	ibi.
<i>Ethiopicum frutex.</i>	198	<i>succotrina.</i>	ib.
<i>Ethiopicum herba.</i>	198	<i>Aloe quanam optima.</i>	26
<i>Etites.</i>	301	<i>Aloes facultas.</i>	6
<i>Agallochum. 190. Cur rarissimum. ibid. E-</i>		<i>Aloes vera praparatio.</i>	719
<i>ius vires.</i>	ibid.	<i>Aloe cur abluatur.</i>	34
<i>Agalugen.</i>	190	<i>Aloen occludere venas.</i>	25
<i>Agaricum. 172. 173. Eius vires. 173. vbi na-</i>		<i>Aloen ab aizoza spectare.</i>	232
<i>scatur.</i>	ib.	<i>Alphenicum.</i>	360.477
<i>Agaricum optimum quod.</i>	ibid.	<i>Alsatil.</i>	87
<i>Agaryllis.</i>	264	<i>Alsebran.</i>	174
<i>Ageratum.</i>	236	<i>Alrosboh.</i>	280
<i>Agnus castus.</i>	226	<i>Alterantium doses.</i>	90.107
<i>Agrimonia.</i>	236	<i>Altorcum.</i>	23
<i>Agripalma.</i>	220	<i>Althea. 155. Eius varietates. 156. vires.</i>	
<i>Ahenum quid.</i>	345	<i>ibid.</i>	
<i>Aiuga.</i>	216	<i>Althea transmarina.</i>	156
<i>Aizoon.</i>	232	<i>Altit.</i>	266
<i>Alabastrites.</i>	302	<i>Alum.</i>	234
<i>Alana.</i>	286	<i>Alumen quid, qua eius species & vires.</i>	
<i>Albemesuch.</i>	179	<i>288</i>	
<i>Alcea.</i>	156	<i>Alumen carinum.</i>	288
<i>Alchi.</i>	87	<i>facum.</i>	ibid.
<i>Alcohol.</i>	68	<i>liquidum.</i>	ibid.
<i>Alembicus.</i>	57.348	<i>plumum.</i>	ibid.
<i>Alembicus caecus.</i>	348	<i>rotundum.</i>	ibid.
<i>rostratus.</i>	ibid.	<i>rupem.</i>	ibid.
<i>Alembici multiplex acceptio.</i>	348	<i>faccharinum.</i>	ibid.
<i>Specialior vsurpatio.</i>	ib.	<i>scissile.</i>	ibid.
<i>Alimentum quid.</i>	4	<i>squamosum.</i>	ibid.
		<i>Aluminis vstio.</i>	44
			44

INDEX RERVM

<i>Alumen scissum.</i> 332. quomodo differat à plumeo.	ibid.	<i>Androsamum</i> unde dictum. 217. Eius vires.	218
<i>Alui fluxus.</i>	626	<i>Anemone.</i> 204. Eius vires.	ibid.
<i>Abyssum.</i>	467	<i>Anethum.</i> 224. Eius vires.	ibid.
<i>Amara dulcis.</i>	230	<i>Anethum sylvestre.</i>	223
<i>Amara & styptica.</i>	25	<i>Angelica.</i> Eius species & vires.	197
<i>Amaracus.</i>	206	<i>Angelica minor.</i>	197
<i>Ambarum griseum.</i>	290	<i>sylvestris.</i>	ibid.
<i>Ambarum fuluum.</i>	291	<i>Anguium senecta.</i>	11
<i>Ambili.</i>	170	<i>Anicetum.</i>	164
<i>Ambra citrina.</i>	291	<i>Animalia animalibus mederi.</i>	315
<i>Ambra flaua preparatio.</i>	837	<i>Animalium excrementa.</i>	11
<i>Ambra grisea.</i> 290. quid sit. 291. qua optima & qua eius vires.	ibid.	<i>Animalium partes ad multa commendari.</i>	6
<i>Ambra subalbida.</i>	290	<i>Animalia gratum odorem spirantia.</i>	324
<i>Ambubeia.</i>	164	<i>Animalia aut eorum partes in officina asseruanda qua.</i>	353
<i>Amentum.</i>	332	<i>Animalia quanam habeant seum & qua adipem.</i>	319
<i>Amentus dulcis.</i>	575	<i>Animalia omnia venenata per Thirion significari.</i>	489
<i>Ametystus.</i>	391	<i>Animalia tricornia.</i>	328
<i>Amiantus.</i>	332	<i>unicornia.</i>	ibid.
<i>Ammi.</i> 165. Eius differentia & vires.	166	<i>Anisum.</i> 164. Eius vires.	ibid.
<i>Amomum.</i>	166	<i>Anodyna qua.</i>	72
<i>Amomum chyna.</i>	184	<i>Anodynum cataplasma.</i>	136
<i>Amomum creticum.</i>	166	<i>Anodyna adhibentur, ut cessante dolore vires respirent.</i>	839
<i>Dioscorideum.</i>	ibid.	<i>Anostomatica.</i>	18
<i>Plinii.</i>	ibid.	<i>Anseris axungia.</i> Eius vires. 310. De anseribus superstitiosa romanorum opinio.	311
<i>Eius vires.</i>	ibid.	<i>Antalium quid.</i>	331
<i>Ammoniacum.</i> 164. unde habeat nomen. 264. Eius vires.	ibid.	<i>Antera quid.</i>	167
<i>Ampelitis.</i>	286	<i>Anteram duobus modis usurpari.</i>	578
<i>Ampeloprosum.</i>	203	<i>Anthrax.</i>	293
<i>Amphora.</i>	88	<i>Antidotus analeptica Vernelii.</i>	481
<i>Amuleta duplicia.</i>	13	<i>Antidotum asyncritum Aethuarii.</i> 482. Eius vires mirabiles.	ibid.
<i>Amuleta ex simplicibus medicamentis.</i>	15	<i>Antid. cardiaca maior pro ditioribus.</i>	779
<i>Amyntes.</i>	575	<i>minor pro gregariis.</i>	ibid.
<i>Amygdala.</i> Earum species.	258	<i>Antidotus cephalica maior.</i>	777
<i>Amygdalarum preparatio.</i>	35	<i>Antid. hepatica maior pro ditioribus.</i>	780
<i>Amygdulatum quomodo parandum.</i>	114	<i>minor pro gregariis.</i>	ibid.
<i>Amygdalata esse Lutetis usitatissima.</i>	114	<i>Antidotus hepatica minor pro gregariis.</i>	778
<i>Amylum quomodo fiat.</i>	406	<i>Antid. hysterica.</i>	781
<i>Amylum unde habeat nomen, & qua eius vires.</i>	407	<i>Antid. de granis maturis iuniperi, dicta theriaca Germanica pro gregariis.</i>	783
<i>Ana quid significet.</i>	87	<i>Antid.</i>	
<i>Anacardinum mel quomodo fiat.</i>	50		
<i>Anachartasis quomodo mouenda.</i>	47		
<i>Andromachus quis fuerit. Et illius laus.</i>	488		

ET VERBORVM.

<i>Antid. nephritica maior.</i>	781	<i>Aquarum destillatio per balneum vaporo-</i>	
<i>minor</i>	<i>ibid.</i>	<i>sum.</i>	627
<i>Antid. contra pestem maior.</i>	782	<i>Aguas quoq; extrahi per digestionis & fer-</i>	
<i>minor.</i>	783	<i>mentationis viam.</i>	627
<i>Antidotus diasatyron.</i>	480	<i>Aquam ex stirpibus extrahendi modus.</i>	628
<i>Antid. splenetica maior.</i>	780	<i>Aquarum destillatio ex aromatibus, her-</i>	
<i>minor.</i>	781	<i>bis, floribus & seminibus calidis.</i>	613
<i>Antid. stomachica maior pro ditioribus.</i>	779	<i>Aqua quomodo educantur per descensum.</i>	58
<i>minor pro gregariis.</i>	780	<i>Aguas & olea simul & vna elici ex omni-</i>	
<i>Antidotus thoracica maior pro ditioribus.</i>	778	<i>bis herbis & floribus calidis virtute ca-</i>	
<i>Antid. thoracica minor pro gregariis.</i>	779	<i>loris balnei vaporoſi.</i>	650
<i>Antidota contra venena.</i>	776	<i>Aqua calida.</i>	623
<i>Antidotus vniuersalis.</i>	723	<i>frigida.</i>	624
<i>Antimonium esse alterum chymistarū ido-</i>		<i>Aqua artificiosè composita.</i>	629
<i>lum.</i>	310	<i>Aqua destillata quomodo sint insolanda.</i>	58
<i>Antimonii flores.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Aqua acetosa.</i>	625
<i>Antimonii vsum non omnino esse respuen-</i>		<i>Aqua alui fluorem sistentes</i>	616
<i>dum.</i>	108	<i>Aqua ad ambusta.</i>	649
<i>Antispodium.</i>	313	<i>Aqua apoplectica.</i>	625
<i>Aparine.</i>	140	<i>Aqua Imperatoris Maximiliani contra apo-</i>	
<i>Apium.</i>	160	<i>plexiam & venena.</i>	592
<i>Apium hortense.</i>	214	<i>Aqua apoplectica Angelbergeri</i>	599
<i>Aphronitrum.</i>	289	<i>Aqua apoplectica Pistorii.</i>	592
<i>Apomeli.</i>	63, 387	<i>Aqua apoplectica maior Quercetani.</i>	
<i>Apocrustica.</i>	18	<i>minor eiusdem.</i>	616
<i>Apophlegmasismi 116. 759 Eorum utilitas.</i>		<i>Aqua eiusdem ad apoplexiam, epilepsiam &</i>	
<i>ibid. materia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>paralyſin.</i>	636
<i>Apoplexia.</i>	142	<i>Aqua asthmatica.</i>	603
<i>Apothecarius.</i>	3	<i>Aqua apostematice maior venenatorum.</i>	604
<i>Apozemata quomodo fiant.</i>	42	<i>Aqua extinctionis auri</i>	45
<i>Aqua optima qua.</i>	62, 148	<i>Aqua aurea incerti auctori.</i>	592
<i>Aqua bonitas quomodo cognoscatur.</i>	64	<i>Aqua aurea pectoralis & antipleuritica.</i>	603
<i>Aqua leuitas quid.</i>	148	<i>Aqua balsamica excellentissima ad apo-</i>	
<i>Aque animam esse motum.</i>	<i>ib.</i>	<i>stemata, vel cetera interna & externa, fi-</i>	
<i>Aquam & ignem esse vitæ principia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>stulas praesertim, & vlcera phagedonica</i>	
<i>Aqua differentia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ac maligna.</i>	648
<i>Aquam diuersa ratione alimentum & ele-</i>		<i>Aqua barbae hirci seu candelariae.</i>	625
<i>mentum dici.</i>	147	<i>Aqua benedicta ex croco metallorum.</i>	651
<i>Aquam fontanam esse meliorem.</i>	148	<i>Aqua benedicta Rulandi aduersus pleurisi.</i>	651, 746
<i>Aque cisternarum cur insalubres.</i>	<i>ib.</i>		
<i>Aqua aluminosa facultates. 134 quibus cõ-</i>			
<i>stent.</i>	649		
<i>Aqua aluminosa magistrali.</i>	<i>ibid.</i>		
<i>Aqua spadenſes.</i>	287		
<i>Aquarum destillandarum noua methodus</i>			
<i>& utilitas.</i>	626		

INDEX RERVM

<i>Aqua anodyna & aduersus flatus.</i>	646	<i>Aqua ad epiphoram & rubedinem oculo-</i>	
<i>Aqua calca.</i>	304.590	<i>rum.</i>	590
<i>Aqua ad calculum.</i>	589.616	<i>Aqua antifebricitica</i>	642.643
<i>Aqua ad calculum renum & vesicae Herc.</i>		<i>Aqua ad febres pestilentes & ardentissimas.</i>	
<i>Saxonia.</i>	607		643
<i>Aq diurtica Vecbtholdi Rivii.</i>	606	<i>Aqua frigida Gesneri</i>	601
<i>Brebachii.</i>	ib.	<i>Aqua fortis.</i>	590
<i>Aqua calida minor Gesneri.</i>	601	<i>Aqua comptoria seu fucatoria.</i>	595
<i>Aqua vulgo maior. 600. clareta dicta.</i>		<i>Aqua genista Flocky.</i>	606
589		<i>ad gonorrhoeam.</i>	590
<i>Aqua cancrorum.</i>	650	<i>ad gonorrhoeam fetidam & viru-</i>	
<i>Aqua caponis ad defectum virium.</i>	643	<i>lentam ac inueteratam.</i>	647
<i>Aqua caponis cum speciebus.</i>	602	<i>ad hamoptoisin seu sanguinis spu-</i>	
<i>Aqua cephalica.</i>	625	<i>tum.</i>	639
<i>Aqua cephalica quatuor.</i>	97	<i>Aqua hepatica.</i>	616
<i>Aqua cephalica Io. Hartmanni Feyeri.</i>		<i>Aqua hermerica Horatii Augenii.</i>	603
591		<i>hirundinum.</i>	600
<i>Aqua antinephritica.</i>	643.644	<i>hypnotica.</i>	647
<i>Aqua ad praeseruationem calculi</i>	645	<i>hydrargyri.</i>	601
<i>Aqua in vesicam immittenda.</i>	644.645	<i>Aqua hisperica.</i>	616.645
<i>Aqua corasorum syluestrium.</i>	607	<i>Aqua imperialis communis & paratu faci-</i>	
<i>Aqua caryophyllorum cum aqua communi.</i>		<i>lis.</i>	630
654		<i>Aqua melissa.</i>	625
<i>Aqua cinnamomi.</i>	588	<i>Aqua ad confortandum memoriam donum</i>	
<i>Aqua cinnamomi cum vino & aqua rosa-</i>		<i>gratia dicta.</i>	601
<i>rum.</i>	654	<i>Aqua ad mouendos menses Pistorii.</i>	605
<i>Aqua contra colicam.</i>	645	<i>Aqua napha.</i>	248
<i>Aqua communitatis.</i>	590	<i>Aqua odorifera.</i>	598
<i>Aqua cordiales.</i>	626	<i>Aqua ophthalmica.</i>	590.625
<i>Aqua cordiales duodecim.</i>	97	<i>Aqua ophthalmica ex croco metallorum.</i>	
<i>Aqua cordialis Herc. Saxonia.</i>	599		652
<i>Aqua ad cordis roborationem contra vene-</i>		<i>Aqua ad ophthalmiam antiquam Gesneri.</i>	
<i>na & pestilentes omnes affectus.</i>	641		602
<i>Aqua dysenteriaci.</i>	646	<i>Aqua ophthalmica Quercetani.</i>	638
<i>Aqua granorum ebuli.</i>	625	<i>Aqua aciem oculorum acuens, cacitatemq.</i>	
<i>Aqua antepileptica.</i>	ib.	<i>in senibus incipientem prohibens.</i>	639
<i>Aqua antepileptica Saxonia:</i>	597.598	<i>Aqua viridis & plane caelestis ad oculorum</i>	
<i>Augenii.</i>	597	<i>& aliorum membrorum affectus.</i>	602
<i>Aqua hirundinum antepileptica.</i>	637.638	<i>Aqua ex albuminibus ouorum. Augenii.</i>	
<i>Aqua epileptica Quercetani.</i>	634		607
<i>Aqua epileptica & apoplectica Thoma Era-</i>		<i>Aqua papaueris ad pleuritim.</i>	652
<i>sti à Francofurtensibus Aqua cephalica</i>		<i>papaueris rubri.</i>	625
<i>dicta.</i>	597	<i>Aqua contra paralysin.</i>	625
<i>Aqua picarum composita ad epilepsiam spe-</i>		<i>contra paralysin composita. Hercules</i>	
<i>cifica.</i>	638	<i>Saxonia.</i>	597
<i>Aqua antepileptica ex magnesia dicta &</i>		<i>pectorales.</i>	625
<i>crusta panis.</i>	653	<i>pectoralis Pistorii.</i>	603
		<i>Aqua</i>	

ET VERBORVM.

Aqua ad praeservationem & curationem pestis.	642	vermium terrestrium.	625
coelestis contra pestem & venena.	605	mirabilis ad collapsas vires restaurandas	641
petri.	625	communitatis ad acuendum visum.	133
Ad phthisim & ulcera pulmonum praestantissima.	640	Aquam vitam ex omnibus rebus alimentosis extrahi posse.	627
antipleuriticam	640	vita Bernardi Rorbachii conseruans totum corpus in sanitate, & est supra aurum & topasium.	598
antipleuriticam auream minor.	604	vita ex rosis.	628
Aqua podagrica.	649	vita ex tritico, granis, &c.	628
Aqua purgans simplex.	650	vita composita minor. Bechtoldi Rij.	598
composita.	ib.	Aquam vitam tartarizatam esse verum dissolvens omnium purgantium.	860
Aqua ad eliciendam vim purgantium.	660	Aqua vita ex hydromelite vinoso optima.	699
Aqua pucenses medicata.	148	Aqua vomitiua & purgatiua simul.	650
Aqua rhizotica Theodori Zvingeri.	600	Aqua vulneraria.	626
Aqua rosarum cum speciebus.	603	Araotica.	19
Aqua granorum sambuci.	625	Arantiorum corticis conditi.	400
scabiosa.	ib.	Arbor balsami.	188
adictus sclopetorum.	648	Arbor nucis moschata.	185
scorbatica & dydropica.	646	Arboris sanguinis draconis fructus. 166. Eius descriptio.	ib.
soporifera Horatii Augenti.	607.	Archangelica.	197
608		Arcula.	350
contra spasmodum.	598	Argemone.	301
spermatum ranarum ad ambusta.	649	Argentum quid. 306. Eius vires.	ibid.
splenetica.	626	Argentum esse animam & sanguinem mortalibus.	306
Aqua stomachica.	226	Argenti aqua.	294
Aqua stomachica Bernardi Rorbachii.	604	Argentum viuum. vide Mercurius.	
Aqua sudorifera.	626	Argenti viui extinctio.	517
sudorifera Sebaldi.	600.	Argyritus.	314
Aqua contra surditatem.	625	Ariet unde dictus.	326
Aqua rasi barbati.	625	Aristolochia. 215. Eius varietates & vires.	ib. vnde dicatur. ib. cur dicatur malum terra.
Aqua temperata.	624	Arme.	87
Aqua theriacalis.	588	Armenius lapis quomodo à lazulo differat.	299
Aqua terra sancta Rulandi.	746	Armoniacum	264
Aqua theriacalis, cordialis & bezoardica.	633		
theriacalis communis pro gregariis.	ibid.		
theriacalis, cephalica, epilepsia, paralyssi & apoplexia specifica.	634		
ad dolores antiquos luis venerea Antonii Galli	607		
Mirabilis vel ad extra ventrem lahaus.	652		

INDEX RERVM

Arnobo quid.	180	Atriplex. 157. Eius Vires.	ib.
Arnoglossum.	234	Attenuantia.	19
Aromata quomodo reseruanda	95	Atrobolor.	278
Aromatum humectatio.	36	Attractylidis species.	220
Aromata quam hanc vel illam partem respiciant.	54	Attrahentia quatuoruplicia.	19
Aromata omnia esse cardiaca.	23	Attritio.	40
Aromata recreare vterum.	123	Auellans. earum species & vires.	257
Aromatizatio quid.	54	Aues cornuta.	328
Aron.	241	Augites.	300
Arenis radice preparatio.	767	Auricula cypria.	143. 144
Arrenicum.	292	Aurantia.	95. 247
Arsen.	229	Aurichalcum unde fiat.	308
Arsenicum. 292. Eius species. ibid. Vires. ibid.		Auricula Asini.	234
Arsenicum croceum.	261	Auripigmentum. 292. eius species. ib. vires. 293. 262	
Arsenicum rubrum.	44	Auripigmentum. vstio.	44
Arsenicum croceum.	44	Aurum quid.	305
Artemisia. 210. Eius species. ibid. Vires. ibid.		Aurum esse bonum & malum.	ib.
Arthanita.	201	Aurum esse metallorum regem.	305
Artis arcana non esse detegenda.	85	Auriphilosophica calcinatio.	817
Asa quomodo differat ab assa.	266	Aurum non alere nec substantiam nostri corporis reparare.	306
Asa species.	267	Auri vires.	ib.
Asa foetida quid.	266. 267	Auricapistrum.	286
Asarum. 213. Eius vires.	216	Auricolla.	286
Asbetus.	339	Aurigluten.	286
Ascolacus.	312	Axungia unde dicta	320
Aselli domestici.	158	Axungia anatu. eius vires.	311
Asellorum seu millipedu preparatio ex Au- genio.	473	Axungia gallinarum. 321. eius vires. 322	
Asparagus unde habeat nomen. 161 quatuor- plex sit ib. Vires.	ib.	Axungia vrsi.	320
Aspersio.	131	Azfar.	171
Asperula.	240		
Asperugo.	240	B.	
Asperium.	23	B ARRA.	5
Asphaltos quid.	189. 128	Bacca lauri. 260. earum vires.	
Assario quid. 42. Eius modi. ib. Varii vsus. ib. 622		ibid.	
Assathis.	87	Baccharis.	215
Assis.	86	Baccinia.	244
Astaci.	334	Balsius.	297
Aster Samius.	285	Balauflia.	248
Asuar.	171	Balnea. 127. eorum vsus.	ib.
Astramentum sutorium. eius species. 286 Vi- res. 287 Factitium.	287	Balnearum superba structura	127
		Balnearum magna vilitas.	127
		Balnea Romani fuisse in deliciis.	ib.
		Balneum ex decoctione herbarum.	127
		Bal-	

ET VERBORVM.

Balneum ad morpheam & alias cutis foeditates.	127	Belzoinum, Benzoinum.	266
Balnei varias esse formas.	57	Beniuinum 273. eius species. ib. optimum quod. ib. eius vires.	ib.
Balneum Mariae	56	Benzoin adulterium.	103
Balneum roris.	57	Berberis.	257
Balneum siccum.	57	Berberes conditi.	398
Balsamelaon.	187	Beryllus.	301
Balsami arbor.	187	Besafan.	214
Balsamum optimum quod.	187	Beta. 157. Eius differentia.	ib.
Balsamum.	527	Beta rapa.	157
Balsami adulterium.	103	Beta romana.	42
Balsami succedanea.	188	Betonica. Eius vires.	211
Balsami.	536	Betonica alba.	236
Balsimum Mes. falso Guidoni tributum.	537	Bezoar lapis unde habeat nomen. 329. ubi generetur. ib. Eius veri & non adulterati signa.	ib.
Bals. Eponymi.	538	Bezoar praestantissimus qui. ibid. Eius vires ib. nominis interpretatio.	330
Balsamum paratu facillimum & optimum.	537	Bezoar sudatiua omnia ex vegetabilium familia desumpta longe superare.	667
Bals. Medicorum Florentinorum.	538	Bezoardicum minerale.	826
Balsam. Hollerii.	537	Bezoar lapis sumitur pro unicornu, quia illud plerumq. adulteratur.	481
Bals. mirabile.	539	Biliofi quomodo purgandi.	29
Balsamum peruuiianum.	188	Bilem euacuantia.	108
Balsamum de Tolu.	188	Bistacia.	278
Balsam. vulgare.	539	Bistoria. 238. unde dicta. ibid. Eius vires.	239
Bals. vulnerarium.	538	Bitumen.	528. 189
Bals. Fallopij vulnerarium.	538	Bitumen Sodomeum	528
Barba Iouis.	232	Bituminis adulterium.	103
Barbitonorum stultitia.	417	Blatta Bizantia.	332
Baryococcalon.	230	Boli quid. 117. Eorum materia.	ib.
Barinus.	253	Bolus purgatorius.	116
Bdellium. 277. quodnam optimum. 278. quod potissimum. 278. eius vires. ibi.		Bolus eccoproticus & refrigerans.	117
Bdellium Baetrianum.	278	Bolos non semper habere cassiam pro bals.	117
Parthicum.	ib.	Bolus armena. 284. vires.	ib.
Saracenicum.	ib.	Bolus orientalis. 284. eius vires.	ib.
Scythicum.	ib.	Bombax.	240
Bechion.	238	Bombyces qualis animalcula.	339
Been album & rubrum. 182 eorum vires. 183 substitutum. 183. Auicenna opinio de been. 182. Serapionis.	183	Borax. 286. Eius species. ibid. vires. ibid.	
Been unde ad nos aduehantur.	183	Borrage semper virens.	155
Bellericus marinus	331	Bothormarien.	574
Belliculus marinus.	331	Botrytis.	312
Boloacon.	212		
Belorocon	212		

INDEX RERVM

Bones sine cornibus.	323	Calamita.	333
Brabyla.	237	Calamus aromaticus quid & quomodo ab acoro differat. 181. Eius Vires.	182
Brachula cuculi.	236	Calamus officinarum.	182
Branca vrsina.	156	Calchantum quid & qua eius vires. ibid. vires. 287. factitiuum. ibid. incommoda.	288
Braſauola liber ridiculus.	447	Calculos in multis partibus generari.	330
Brassica hortensis. 237. Eius species & vires. ibid.	ib.	Calculosus conueniens fomentum.	130
Brassica cur germanis grata.	ib.	Calculi attritio.	43.47
Brassica marina. 179. Eius species & vires. ibid.	ib.	Calfactio quid.	45
Brisa.	243	Calida loco calido nata qualia.	28
Britannica.	238	Calidum tertio aut quarto gradu quomodo substituat pro minus calido.	98
Brochon.	278	Calidorum in quarto gradu dosis.	99
Brunella.	235	Caliga Hippocratis.	347
Bryonia quomodo differat à radice Mechoacana.	172	Callais.	300
Bryonia faculam esse specificam medicinam vteri.	682	Callum absumentia.	20
Bryonia syluestris varia nomina.	574	Calx.	303
Buceras.	242	Calx cruda.	303
Buglossi flores.	154	Calx optima qua.	304
Bugula.	234. 235	Calcis aqua.	304
Bulbus quid. 202. Bulbi vires.	203	Calcis ablutio.	35
Bulla cadmica.	313	Cambiniones.	172
Bunias.	204	Camelorum pastus.	189
Butyrum.	322	Campana.	348
Butyrum normanicum.	322	Camphora adulterium.	103
vanueum.	322	Camphura quomodo facile terenda.	39
Byssus quid.	338	Cancamum quid.	264
		Cancvi.	313
		Cancrorum puluis.	467
		Cancrorum vstio.	549
		Cancrorum vsterum puluis quosnam affectus sanat.	43
		Cancrorum cineru proprietates.	8
		Cancrorum marinorum genera.	333
		Canchrys.	216
		Canalla.	184
		Canella arbor.	184
		Canis dens.	201
		Caninum stercus.	325
		Canis testiculus.	203
		Cantharides quid & quomodo à cantharo differant.	337
			337
			CAE-

C.

Acodamones cur à viris perditu inuocentur.	13
Cacolaia.	186
Cadegi indis.	189
Cadmia species. 311. Vires.	312
Cadmia optima qua.	312
Cadmia factitia.	311
fossilis.	ib.
Cadmia lotio & preparatio.	34.44
Cadmiam lotam oculorum vlcibus esse conuenientissimam.	34
Cadus.	88
Capamarina. 102. Vires.	ib.
Carussa lotio.	34
Cais mais.	184
Cacabus.	345
Calamintha. 209. Eius species.	ibid.

ET VERBORVM.

Cantharides quam ad usum medicum maxime probentur & quomodo ad eundem preparantur.	338	camenorum, quam natura esse opti-	
Cantharides an & quomodo moueant urinam.	92	79	
Cantherius.	326	Carnem superfluam absumentia.	20
Caphur.	276	Carnium ius.	346
Caphura chynaa.	274	Carpentaria.	245
Caphura de Burneo.	276	Carpesium. 187. Eius vires.	16.
Caphura seu camphora quid. 275. Eius vires. 276. qua optima	276	Carpobalsamum.	187
Capillos denigrans lotio.	131	Carthami descriptio. 172. species & vires.	174
Capillus veneris verus.	157. 158	Carum, caron careum. 165. Eius vires.	ibid.
Capistrum auri.	286	Caryon aromaticum.	184
Capitella.	348	Caryophylli eorum vires.	186
Capitis.	311	Caryophyllorum adulterium.	103
Capones. 321 capones caenotani.	321	Caryota.	255
Capparis. Eius vires.	225	Cassia optima qua.	410
Capreolus moschi.	324	Cassia Brasiliiana.	410
Caprifolium.	225	Cassia quotuplex. 170. Eius vires.	ib.
Caprucula.	350	Cassia odorata.	170
Capur.	276	Cassia lignea.	170. 464
Caputurgia.	755. 756	Cassia nigra.	170
Caputurgium ad humores à capite ad pedes defluentes renouendos & per nares expurgandos.	756	Cassia fistula.	170
Caput mortuum.	59	Cassoleta.	143
Caranna.	274	Castonada.	152
Carpo lapideus.	528	Castor.	323
Carbo petra.	289	Castoris morsus.	323
Carcax.	278	Castoris testiculi quinam eligendi.	
Cardamine.	208	καταρυγαριον.	10
Cardamomum. 186. Eius species.	ibid.	Cataplasma quid. 135. Eius usus & materia.	ib.
Cardiaca. Eius vires.	12. 220. 121	Cataplasma anodynum & malacticum.	136
Cardiaci pulueres quomodo cribrandi.	52	Cataplasma flatus discutiens.	136
Cardiobotanium. 220. vires.	221	Cataplasma syncomistum.	136
Carduus benedictus. 220. Eius vires.	ibid.	Cataplasma quid.	136
Carduus niger.	221	Catapota quid.	727
Caritamon.	176	Catharticum quid proprie.	7
Carminatiua vna dicta.	165	Catharticorum dosi varia.	108
Carmos.	165	Catharticum liquidum citius ducere.	108
Carnabadium.	219	Catharticorum infusio.	36
Carnalina.	298	Catholicum polychreste.	109
Carnis restaurationem non tam medi-		Catholicum Quercetani.	723
		Catenarum aurearum decoctionem non esse vtilem.	110
		Catsi	

INDEX RERVM

<i>Catti oculus.</i>	301	<i>Cerops.</i>	317
<i>Catus Zibethi.</i>	314	<i>Cerusa quid.</i>	310
<i>Caucalis.</i>	277	<i>Cerusam conficiendi modi.</i>	310
<i>Cauda muris.</i>	233	<i>Cerusa optima qua & qua eius preparatio.</i>	ib.
<i>Cauteria.</i>	139	311. <i>Eius vires.</i>	ib.
<i>Cauterium ad herniam.</i>	139	<i>Cerusa lotio.</i>	376
<i>Celauritis.</i>	314	<i>Cerussa preparatio.</i>	44
<i>Centaureum maius. 223. vires.</i>	ib.	<i>Cerusa vsta.</i>	293
<i>Centaureum minus. 222. vires.</i>	213	<i>Ceruscipra quid.</i>	329
<i>Centinodia. Eius vires.</i>	234	<i>Ceruis crux.</i>	327
<i>Cephalica.</i>	12	<i>Ceruorum genitalia. 319. Lachryma.</i>	319
<i>Cephaloton.</i>	205	319	
<i>Cera optima qua. 281. Eius vires. 281. Lo-</i>		<i>Ceruorum lachryma in oculis</i>	317
<i>tio & dealbatio.</i>		<i>Ceruis praestantia ad medicinam.</i>	316
<i>Cera virginea.</i>	281	<i>Chalcitis.</i>	318
<i>Cera virginea.</i>	580	<i>Chalciteos vstio.</i>	44
<i>Cerasa. Eorum species & vires.</i>	252	<i>Chalybs quid 309. Eius species</i>	ib.
<i>Cerasa condita.</i>	398	<i>Chalybs unde dicatur & quis optimus.</i>	ibid.
<i>Cerasa quanquam ad condituram eligenda.</i>	398	<i>Chalybis lotio vulgaris.</i>	34
<i>Cerasa hyemalia</i>	231	<i>Chalybis Spagyrica preparatio.</i>	475
<i>Cerasum.</i>	400	<i>Chamaeae.</i>	174
<i>Cerastices.</i>	232	<i>Chamadrys unde dicatur, qua eius vires.</i>	216
<i>Ceraton.</i>	86		
<i>Ceratium quid.</i>	564. 78	<i>Chamelan. 178. Eius vires.</i>	ib.
<i>Cerata unde dicantur.</i>	564	<i>Chamelan oliuella.</i>	ib.
<i>Cerata non semper eandem requirere quan-</i>		<i>Chamelan quomodo differat à Thymelan.</i>	178
<i>titatem olei.</i>	78		
<i>Cerata pro ratione partis affecta efforma-</i>		<i>Chamaleonis varietates.</i>	211
<i>ri.</i>	78	<i>Chamaleon albus.</i>	211
<i>Ceratorum & unguentorum affinitas &</i>		<i>Chamapytis. Eius species. 216. vires.</i>	217
<i>differentia.</i>	541		
<i>Ceratium refrigerans Galeni.</i>	565	<i>Chanquo.</i>	330
<i>Ceratium santalinum Mesue.</i>	565	<i>Charabe. 291. Eius species. ibid. vires.</i>	ibid.
<i>Ceratium stomachicum Galeno adscriptum.</i>	566	<i>Glesum</i>	291
<i>Mes.</i>	566	<i>Characteres esse medicinas demonum.</i>	111
<i>Ceratium asyptatum Galeno tributum Mes.</i>			
	566	<i>Cherbachen.</i>	177
<i>Ceratium contra pestem Leonardi Fiora-</i>		<i>Cheripo.</i>	330
<i>nanti.</i>	585	<i>Chine radicis maceratio.</i>	38
<i>Cerebrum corroborans & exiccans suffitus.</i>	144.	<i>Chincha.</i>	170
	78	<i>Chirurgus quis dicatur & quid pra-</i>	
<i>Cerelei conficiendi modus.</i>	78	<i>ster.</i>	3
<i>Ceterach. 159. Eius vires.</i>	ib.	<i>Chirurgis pulueres in frequenti esse usu.</i>	67
<i>Cereuisia.</i>	238		
<i>Ceroneum.</i>	572		
<i>Ceronea unde dicta.</i>	78		

ET VERBORVM.

Chœnix.	88	Cistus fœmina.	280
Cholagoga.	18	mas.	ibid.
Chonadrilla.	164	Cisti ladanigera descriptio.	280
Chrysis.	314	Citonia condita.	400
Chrysocola quid, quæ optima. 286. quæ eius species. ibid. natiua. ibid. factitia. ibid. Vires.	ibid.	Citoniorum mi vs.	400
Chrysocola rustio.	44	Citoniorum gelatina.	400
Chrysolapis.	302	Citoniarum.	400
Chrysolitus.	299	Citria.	95
Chrysoprasius.	301	Citrulli.	162
Chyliophilum.	244	Citrum.	246.247
Chymistarum opinio de facultate purgatoria.	9	Citrus.	247
Chymica operationes quæ quot.	616	Citriorum cortices conditi.	400
Chymica operationes nobiles.	706	Citroniatum.	247
Chymicas operationes tam Medico, quam pharmacopœo esse necessarias.	620	Civetta.	324
Chymicorum extracta.	51	Clareta.	589
Chymicorum mensis philosophicus.	46	Claretum excellens.	684.688
Chymica remedia non esse negligenda.	33	Claretum roborans omnes facultates.	684
Chymicis remediis quinam debeant uti.	33	Claretum refrigerans.	688
Chymica suppellectilia fallacia esse instrumenta.	343	Cloacarum foetorem ac putredinem plantas reddere insalubres.	28
Chyna amonium.	184	Clarificatio quid. 54. quot modis fiat. ibid.	ibid.
Chynaradix. 192. Eius vires.	ibid.	Chynopodium.	206
Cibi prima omnium ætatis.	342	Clysteres unde inuenti. Et eorum differentia.	750
Cicerbita.	164	Clysterium magnus usus.	125
Cicera. Eorum differentia & vires.	242	Clysteris communis decoctio.	125
Cichorium. 163. Eius varia nomina.	164	Clysteriorum decoctio quamdiu possint incorrupta seruari.	125
Cici.	179	Clysteris inuentionem auis dedisse fertur.	126
Cineritium.	348	Clyster carminatiuus.	126.750
Cinis extartaro.	281	Clysteres validius purgare, qui pinguis non admittunt.	126
Cinnabaris quatuor varietates.	293	Clysteres quousque pertingant.	126
Cinnabaris artificialis.	ibid.	Clysteres emollientes.	750
Dioscoridis.	ibid.	Clyster ad apoplexiam.	126
Mineralis & eius species.	ibid.	Clyster ad dysenteriam.	126
Cinnamomum. 183. Eius species. 184. Vires.	ibid.	Clyster Io. Pistorij.	754
ibid.		Clyster ad strangulationem uteri Hieronymi Mercurialis.	755
Cinnamomum & cassiam esse idem.	184	Clyst. ad lumbricos Herc. Saxonie.	755
Cinnamomum quomodo differat à cassia.	ibid.	Clyst. ad iæterum. Herc. Saxonie.	755
Cinnamomi adulterium.	103	Cneoron.	178
Circulatio.	59.620	Cnestron.	178
Cissanthemos.	574	Cnicus.	174
Cissophyllon.	201	Cocymela.	251
		Cochlearium.	88

INDEX RERVM

<i>Cochlearium materia.</i>	345	<i>Confectiones colica.</i>	72
<i>Coccum enydium.</i>	178	<i>Confectio de datylis.</i>	414
<i>Colctio quid. 41. Eius differentia. ibid. tempus.</i>	41	<i>Confectio hamech.</i>	722
<i>Cocula.</i>	143	<i>Confectio de hyacinto.</i>	416
<i>Cohobatio quid.</i>	33.59.620	<i>Confectio de baccis lauri.</i>	480
<i>Colatoria.</i>	347	<i>Confectio de Rebecha.</i>	477
<i>Colchicum quomodo ab Hermodactylis differat.</i>	175	<i>Confectio viperina aromatica, iuniperina & saccharina.</i>	807.808
<i>Colicam sedans sacculus.</i>	141	<i>Confricatio.</i>	40
<i>Collyriorum differentia. 133. materia. ibid.</i>	133	<i>Congitus.</i>	88
<i>Collyria sicca.</i>	133	<i>Conitorium.</i>	348
<i>Collyrium ad scabiam palpebrarum.</i>	133	<i>Consolida maior.</i>	234
<i>Collyrium roborans & refrigerans.</i>	133	<i> media.</i>	235
<i>Collyrium roborans, exiccans & refrigerans. 133</i>	133	<i>Consolida regia. Eius vires.</i>	165
<i>Collyrium ad dolorem oculorum.</i>	133	<i>Conserua.</i>	395
<i>Collyrium eleisir.</i>	133	<i>Conseruas faciendi modi.</i>	773
<i>Collyrium de plumbo.</i>	133	<i>Conseruarum differentia.</i>	66.772
<i>Collyrium Lanfranci.</i>	134	<i>Conf. anthos.</i>	369
<i>Colocyntbis 177. eius vires. ibid. quomodo facile terenda.</i>	39	<i>Conf. betonica.</i>	369
<i>Colophonia.</i>	270	<i>Conf. borraginis.</i>	396
<i>Coloratio quid. 55. quot modis acquiratur. ibid.</i>	270	<i>Conf. buglossi.</i>	396
<i>Cominhan.</i>	273	<i>Conserua cephalica.</i>	772
<i>Concha.</i>	88	<i>Conserua ex citriis, limoniis. &c.</i>	774
<i>Conceptaculorum varietas.</i>	348	<i>Conf. cordiales.</i>	772
<i>Concoctionis differentia.</i>	622	<i>Conf. esula. Io. Hartmanni Beyer.</i>	398
<i>Concoctione omnia dulcescere.</i>	623	<i>Conf. hepatica.</i>	773
<i>Concoquentia.</i>	19	<i>Conf. lathyridis D. Io. Hartmanni Beyer.</i>	398
<i>Conditi duplex significatio.</i>	772	<i>Conf. melissa.</i>	396
<i>Conditorum materia.</i>	118	<i>Conf. nenupharis.</i>	396
<i>Conditum cordiale.</i>	118.775	<i>Conf. pectorales.</i>	772
<i>Conditum contra euomitionem assumptorum.</i>	118	<i>Conf. renales.</i>	773
<i>Condita liquida.</i>	67	<i>Conserua rosarum.</i>	64.395
<i>Conditura.</i>	55	<i>Conserua rosarum quomodo fiat.</i>	66
<i>Conditura cur fiat.</i>	67	<i>Conserua quomodo fiat rubra.</i>	66
<i>Conditura foliorum.</i>	401	<i>Conserua ex rosis siccis.</i>	67.395
<i>Confectura sicca.</i>	67	<i>Conserua salua.</i>	396
<i>Confectura sicca quomodo fiant.</i>	400	<i>Conserua splenetica.</i>	773
<i>Confectio alkermeis. Mes. 478. vires.</i>	479	<i>Conf. stæchados.</i>	396
		<i>Conf. stomachica.</i>	772
		<i>Conf. violarum.</i>	395
		<i>Contrario contrarium Deus opponit.</i>	5
		<i>Copperos.</i>	287
		<i>Coquus quid quos Medico præferatur.</i>	84
		<i>Cor corroborans puluis.</i>	144
			<i>Cordis</i>

ET VERBORVM.

Cordis affectus sedans sacculus.	142	Crocus. 168. eius vires.	ibid.
Corallochades.	301	species.	ibid.
Corallium. 291. Eius species. 292. vires. ibid.		Crocus praestantissimus ubi nascatur.	168
Cordumeni.	186. 518.	Crocus sylvestris.	174
Coriandri preparatio.	42	Crocus martis. 309. 866. unde dicatur.	474
Cormas.	249	Croci martis preparationes.	ibid. 475
Corna quid. 250. vires.	ibid.	Crocus metallorum.	865. 747
Cornuti unde dicantur.	318	Crocus metallorum in clysteribus.	755
Cornu monocerotis. 328. varia de eo opinio- nes.	ibid.	Croton.	179
Cornu unucornis laridum.	328	Cruciata.	199
Cornu musa.	349	Crustifica.	20
Cornus thelycronia.	250	CrySTALLUS quid. unde oriatur. 301. eius u- sus.	303
Corona regia.	241	Cubab fini.	186
Coronopus.	241	Cubeba. 186. 463. earum vires.	187
Corporis materia.	316	Cucufus capiti esse peculiare. 141. earum materia.	ibid.
Corpora quibus melle fuerint condita.	62	Cucumer anguinus.	177
Corrigiola.	234	asininus.	ibid.
Corrua.	161	Cucumer agrestis.	279
Cortices quoniam asseruandi.	352	Cucumeres.	162
Corylus.	257	Cucurbita destillatoria.	56
Cortices quomodo siccandi.	49	Cucurbitarum varietates.	162
Cosmeticorum studium.	68	Culcal.	183
Costus quid, qua eius species & vires. 182		Culeus.	88
Costus amarus & dulcis.	ibid.	Cultorum varietas.	343
vulgaris.	ibid.	Cuminum.	165
Cotonea unde dicantur, qua eorum species & vires.	249	Cuminum sylvestre.	165
Cotum.	240	Cumuc.	186
Crambe.	237	Cuprum unde dicatur.	308
Cranellofa.	233	Cuscuta. 160. quomodo differat ab Epithy- mo. ibid. vires.	ibid.
Cranij humani facultas.	326	Cyanetus.	299
Cranij humani preparationes.	860	Cyanus.	299
Cranium humanum esse fere totum salinum. 860		Cyathus.	88
Crassula minor.	233	Cyclamen. 201. species. vires.	102
Crassum.	29	Cynamomum.	184
Crassorum colatura quid requirat.	53	Cynara. 221. eius species & vires.	ibid.
Cremor seu sal tartari.	866	Cynara caules conditi.	402
Creta.	285	Cynosorchie.	203
Cribratio. 52. Eius usus.	52	Cyperus. 197. eius vires.	ibid.
Cribrandi varius modus.	ibid.	Cyperus indicus.	197
Cribrum quid.	346	rotundus.	ibid.
Crocodilum perpetuo crescere.	336	Cyperus Babylonicus.	182
Crocodili atas.	ibid.	Cystus ledon seu ladanigera.	280

INDEX RERVM

D

D actyli. 254. Eorum species & vires. 255. 331.	
Dactyli optimi qui.	255
Damones cur à viris perditis inuocentur.	13
Dama.	318
Damaſonum. 219. 220. Eius vires.	220
Darchamet.	87
Darchimi.	184. 464
Darius quanti medicamenta duxerit.	2
Daucus. 166. Eius species. ibid. Vires.	167
Decoquenda quamam multum & qua parum.	106
Decoſta perperam fieri in vaſe aperto.	655
Decoſtio in pelicano aut alio vaſe deſtillatorio.	656
Decoſtio lenitiua aperitiua refrigerans.	656
Decoſta.	655
Decoſtorum digeſtio & fermentatio poſt elarificationem vulgarem.	655
Decoſtionum quarum vſus frequens.	106
Decoſtionem poculentorum non eſſe ex valde ingratis parandam.	106
Decoſtum ligni guaiaci ad aſthma.	675
Decoſtum preparans bilem nimis aduſtione ineraſſatam & ſoluens obſtructionem in viſceribus.	657
Decoſtum bilis tenuitatem emendans.	658
Decoſtum ad calculum comminuendum & expellendum.	673
Decoſtio carminatiua ſeu ſtutus diſcutiens.	657
Decoſtum ligni guaiaci ad catarrhus Augeni.	675
Decoſtum catholicum.	659
Decoſtum china.	672
Decoſtio pro delicatis.	660
Decoſtio diuretica.	657
Decoſtum ad diſſenteriam & lienteriam.	672.
Decoſt. ad febres chronicas.	670
Decoſt. ad febres intermittentes.	670
Decoſtio hydrotica aduerſus febres intermittentes. D. Ambroſii.	666
Decoſtum purgans ad quartanam exper-	
tum.	689
Decoſtum ſœnugraci.	676
Decoſt. galli vateris ad oppilationem epa-	
tus, lienis, meſenterii, dolorem colicum, calculum & quartanam.	671
Decoſta ſudorifera.	673. 674. &c.
Decoſta hydrotica.	661. 662
Decoſtum ſudoriſicum contra liem vene-	
ream catarrhoſam & ſimiles affectus in-	
ueteratos. Henrici von Stran Empirici.	664
Decoſt. ad hydropem ad purgandas aquas.	671
Decoſt. ad icterum.	671
Decoſtio communis lenitiua Andernaci,	
quam vocat decoſtum ſena.	677
Decoſtio lenitiua, aperitiua, calefaciens.	657
Decoſtio ſeri lactis.	675
Decoſtum ad menſes prouocandos mirabile.	669
Decoſt. ad ſiſtendos menſes.	669
Decoſtum ligni guaiaci ad præſeruationem à	
morbo gallico.	677
Decoſtio myrobalanorum.	676
Decoſtum peſtorale.	107
Decoſtio peſtoralis in cauſa calida.	674
Decoſtio peſtoralis in cauſa frigida.	674
Decoſtum piſuitam preparans.	658
Decoſtum ſarſa parilla Simonii.	676
Decoſtum ſena Simonij omnes humores abſq;	
moleſtia euacuans.	675. 676
Decoſtum ad præcipitationem vteri.	670
Decoſtio ſolutiua in morbo Gallico. Herc.	
Saxonia.	676
Decoſt. ad duritiem ſplenis.	671
Decoſtio ſplenis bouis congrua ad duritiem	
& obſtructionem lienis & ſpecifica ad ob-	
ſtructionem menſum.	674
Decoſtio China ad tuſſim Horatii Augeni.	675.
Decoſt. ad morſum venenatum ſerpentis &	
canis rabidi.	670
Decoſta vulneraria.	667
Deſrutum quid. 66. quomodo fiat.	393
Delectus quid.	20
Delectus in odore.	25

ET VERBORVM.

Defectus in secundis qualitatibus.	23	Diachylon album siue simplex. Mes.	568
Delegi.	171	Diachylum ireatum.	569
Denarius.	86	Diachylum magnum. Mes.	569
Dendropteris.	173	Diacodium.	832
Dentes albificans puluis.	142	Diacodium Actuarii & eius vires.	833
Dentifriciorum varia formula.	142	Diacodium veterum.	360
Dentifricium in forma opiatæ. 142. in forma linimenti.	ibid.	Diacodium exoleuisse.	360
Dentes roborantia & mundificantia.	12	Diacydoniatum purgans pituitam.	427
Dentiscalpia ex ligno lentiscino.	275	Diacydium laxatiuum Mœnofrancofurtensium.	428
Dens canis.	201	Diacydonium optimum Simonij.	433
Dens leonis.	264	Diacrydium quid.	176
Densum.	22	Diadamasenum simplex Nic. Myrepsi.	412
Dentalij nomen unde.	331	Διαμασεν.	47
Destillatio quid. 56. 617. quomodo differat à sublimatione.	617	Dialoe Galeni.	420
Destillatio in genere.	616	Diapalma.	574
Destillationem esse Spagyricorum inuentum.	616	Diapenidion sine speciebus.	477
Destillata cur dicta.	110	Diaphoretica.	19
Destillationis noua & utilior methodus.	626	Διαπυρετικά.	19
Destillata restauratiua.	110	Diaprunum simplex. Nic. Myrepsi.	412
Destillationis ratio per balneum vaporosum.	627	Diaptyetica.	19
Destillationum differentia.	610	Diastomoma.	475
Destillandi forma varia.	58	Diaturbith.	415
Destillari quæ possint & quæ non.	617	Distannus unde dictus. 212. Eius vires. ibi.	
Destillationis ignis qualis.	57	Digestio.	37. 38. 59
Destillatio ex aromatibus, herbis, floribus & seminibus calidis.	653	Digestionis necessitas & utilitas.	622
Destillatio quando requirat retortam.	59	Dionysia.	301
Destillatio per balneum vaporosum.	627	Diopetis.	333
Destillandi per descensum modi varij.	58	Diphryges quid.	314
Destillationem fieri interdum sine calore.	58	Dissolutio quid. 47. Eius usus multiplex. 47	
Destillatio in fimo.	58	Dissolutionem non nisi cum humore fieri. 48	
Destillatio in calore solis.	58	Diuisio operationum chymicarum.	842
Destillatio per inclinationem.	59	Dogmaticos esse veros medicos.	306
Destillatio per transudationem.		Dolor quid. 72. Eius effectus. ibid.	
Destillatio plantarum.	57	Doloris vehementiam esse interdum desperationis parentem.	72
Destillatum cardiacum.	111	Dolorem ex humore calido mitigans litus.	132
Destillatum restauratiuum optimum.	111	Dolorem ex intemperie frigida mitigans litus.	ibid.
Detergentia & mundificantia.	19	Dorcidion.	212
Diabalzemer.	418	Doronicum. 219. Species et vires.	220
Diaboli stercus. 267. Eius vires. ibid.		Doronicum Romanum vulgare.	219
Diacaſſia. Nic. Prapofiti.	410	Dorycimon.	230
		Doryon.	230
		Dofes.	107

INDEX RERVM

<i>Draconem maritimum esse alimentum & venenum.</i>	17	<i>Ecclegma Pistorij.</i>	408
<i>Dragaganthum.</i>	264	<i>Ecclegma ad asthma. Horatij Augeni.</i>	408
<i>Dragma.</i>	86	<i>Ecclegma de pulmone vulpis. Mesuei.</i>	405
<i>Dropax quid. 137. eius differentia.</i>	ibid.	<i>Ecclegma sanum & expertum Mesuei.</i>	406
<i>Dropax quibus morbis conueniat.</i>	ibid.	<i>Ecclegma scylliticum Mesuei.</i>	405
<i>Dropax magis compositus.</i>	ibid.	<i>Ecclegma de caulibus Gordonij.</i>	405
<i>Dropacis effectus.</i>	ibid.	<i>Echis.</i>	334
<i>Dryophites.</i>	333	<i>Εκίς.</i>	489
<i>Dulcamara.</i>	230	<i>Εκτιδιτινά.</i>	20
<i>Dulcia esse saluberrima.</i>	26	<i>Εκφρακτινα.</i>	19
<i>Dulcia omnia fieri concoctione.</i>	623	<i>Edulia esse à Medicis inuenta.</i>	31
<i>Duratio. 48. quot modis fiat.</i>	ibid.	<i>Elaphoboscum.</i>	162
<i>Durum.</i>	23	<i>Elaterium quid, & qua eius virt.</i>	279
E			
<i>Ebulus quid. Et qua eius vires.</i>	174	<i>Elaterium quomodo parandum.</i>	50
<i>Ebur quid. Eius vires.</i>	327	<i>Elatine.</i>	211
<i>Ebur vsum non recte pro spodio vsurpari.</i>	327	<i>Electrum. 291 eius species.</i>	ibid.
<i>Ebur vsum non esse spodium. 424 sed antispodium.</i>	312	<i>Electuaria.</i>	69
<i>Ecclegmata. 68. eorum vsus. 69. 115. 404</i>		<i>Electuaria sicca ac tabulata.</i>	69
<i>Ecclegma catarrhum sistens.</i>	116	<i>Electuarium siccum faciendi modus.</i>	70
<i>Ecclegma concoquens & expectorans.</i>	116	<i>Electuaria quantum requirant mellis aut sacchari.</i>	70
<i>Ecclegma ad fluxiones erodentes & vitia pulmonum.</i>	116	<i>Electuaria liquida. 69. eorum faciendi modus.</i>	70
<i>Ecclegmata incidentia & detergentia. 760. 115</i>		<i>El. Alexandrinum Alexandri Petronij Romani.</i>	427
<i>Ecclegmata minus incidentia & detergentia.</i>	761	<i>El. aureum regale Medici principis Alberti Saxonici.</i>	429
<i>Ecclegmata incrassantia leniora.</i>	761	<i>El. benedicta laxatiua. 416. 722. vnde habeat nomen.</i>	ibid.
<i>Ecclegma de althea Quercetani.</i>	761	<i>Elect. hamech. Fernelij.</i>	416
<i>Ecclegma passulatum Quercetani.</i>	761	<i>El. bezoardicum D. Sebastiani Kienlini.</i>	493
<i>Ecclegmata quam conueniant asthmaticis.</i>	69	<i>El. Catholicum. 411. eius autor incertus.</i>	ibid. cur catholicum dictum. 412
<i>Ecclegma pro clysteribus.</i>	69	<i>El. Catholicum simplex.</i>	412
<i>Ecclegma de cassia.</i>		<i>El. Catholicum pro clysteribus.</i>	412
<i>Ecclegma de pineis.</i>	407	<i>El. Catholicum valde purgatorium.</i>	412
<i>Ecclegma de mucilagibus. D. Io. Hartmanni Beyeri.</i>	407	<i>El. Catholiconis Fernelij. 411. Quercetani.</i>	723
<i>Ecclegma enulatum Baronis à Polbeim.</i>	407	<i>Catholicum. vide El. Catholicum.</i>	
<i>Ecclegma è passulis contra tussim puerorum, Pontani.</i>	408	<i>El. diacarthamum.</i>	721
		<i>El. diacarthamum seu diacnien Arnoliti Villanovani.</i>	423
		<i>El. caryocostinum. Horatij Augeni contra</i>	

ET VERBORVM.

<i>tra podagram & omnes dolores articula-</i> <i>res.</i>	427	<i>El. lenitium antinephriticum Quercetani.</i>	726
<i>El. de chalybe ad scirrhus linis Herc. Saxo-</i> <i>nia.</i>	432	<i>El. ad ophthalmiam. Herculis, Saxonia.</i>	431
<i>El. de chalybe in intemperie frigida mulie-</i> <i>rum maxime vrile. Horatii Augeny.</i>	432	<i>El. de ouo.</i>	784.786.785
<i>El. cholagogum Quercetani.</i>	724	<i>El. de ouo Imperatoris Maximiliani.</i>	784
<i>El. de cineribus ad calculum. Horatii Auge-</i> <i>ny.</i>	430	<i>Electuarium de ouo maius pro ditioribus</i> <i>Quercetani.</i>	785
<i>El. confortatiuum nobile. Physici Regis Fer-</i> <i>dinandi.</i>	434	<i>Elect. de ouo minus pro gregariis.</i>	786
<i>El. mirabile, quo insignis quidam Medicus</i> <i>vsus est ad finem vita.</i>	434	<i>El. passularum.</i>	429
<i>Elect. diacydonium laxatiuum Mænofran-</i> <i>cofurtensium.</i>	428	<i>El. cum passulis.</i>	427
<i>El. diacydonium optimum. Simonij.</i>	433	<i>El. de speciebus diapenidij.</i>	476.477
<i>El. diacydoniatum purgans pituitam.</i>	427	<i>El. præseruans contra pestem.</i>	491
<i>El. diadamasenum simplex Nic. Myrepsi.</i>	412	<i>El. rubrum contra pestem.</i>	492
<i>El. donum Dei vocatum. Horatii Augeny.</i>	427	<i>El. contra pestem Francisci de Luca.</i>	492
<i>El. ex fructibus ebuli ad morbum gallicum.</i> <i>D. Herculis Saxonia.</i>	430	<i>El. contra pestem. Leonardi Fioravanti.</i>	492
<i>El. antepilepticum. Herculis Saxonia.</i>	430	<i>El. de zedoaria contra pestem.</i>	493
<i>El. ad imbecillitatem epatis Herculis Saxo-</i> <i>nia.</i>	431	<i>Elect. phlegmagoga.</i>	721
<i>El. ad fluxum epaticum Herculis Saxonia.</i>	431	<i>El. phlegmagogum Quercetani.</i>	725
<i>El. bamech.</i>	722	<i>El. diaphœnicum.</i>	721
<i>El. diabelleboratum.</i>	725	<i>El. diaphœnicum. Mes.</i>	414
<i>El. hiera picra Galeni.</i>	722	<i>El. præseruans Comitibus Philippi Ludouici ab</i> <i>Hanarv. &c. p.m.</i>	491
<i>Pacchij.</i>	ibid.	<i>El. diaprimum simplex. Nicol. Myrepsi.</i>	412
<i>El. Hydragogum eximium.</i>	419	<i>El. diaprimum. solutiuum.</i>	721
<i>El. hystericum. Quercetani.</i>	727	<i>El. diaprimum magistrale. D. Ottonis Flösse-</i> <i>ri.</i>	427
<i>El. indum maius.</i>	722	<i>El. diaprimum compositum seu laxatiuum.</i> <i>Nic. Myrepsi.</i>	412
<i>El. de iuiubis. Christophori Herici Eyveri.</i>	427	<i>Elect. de psyllio. Mes. 415. 721. Montagna-</i> <i>na.</i>	721
<i>Electuarium iustinum ad quid utile.</i>	92	<i>El. purgans in thermis vsurpandum. Pi-</i> <i>stori.</i>	
<i>El. lenitium.</i>	410	<i>Electuarium regium.</i>	119
<i>El. de macere.</i>	433	<i>El. de succo rosarum.</i>	424
<i>El. melanagogum Quercetani.</i>	725	<i>El. de succo rosarum Nicol.</i>	721
<i>El. ad melancholiam hypochondriacam cum</i> <i>palpitatione cordis Herculis Saxonia.</i>	431	<i>El. rosatum Mesue.</i>	721
<i>D. Prechtelij.</i>	430	<i>El. diasatyrium. 480. vires.</i>	481
<i>El. ex ligno guaiaco ad morbum Gallicum.</i>		<i>El. diasatyrium correctum.</i>	433
		<i>El. fennatum.</i>	418.722
		<i>El. de soldanella.</i>	433
		<i>El. de citro solutiuum.</i>	425
		<i>El. sua-</i>	

INDEX RERUM

El. suauiter purgans pro salubribus.	426	Empl. ad carunculam colli vesicae Horatii	
El. solutiuum. D. Prechtelij.	426	Augenij.	585
El. diasturbith.	415. 722	Empl. de castia officinae Pborcensis magni vsus	
El. ad vertiginem. Hercules Saxonia.	430	ad pleuritides.	587
Elephantis descriptio.	327	Empl. catagmaticum seu ad fracturas ossium.	
Elephantum ingenium admirandum.	327	579	
Elephantiasis per viperarum usum curata.		Empl. de cerusa.	576
335		Empl. diachalciteos.	574
Eleliphacus.	215	Emplastrum diachylon album siue simplex.	
Elixatio quid.	41. 622	Mef.	568
Elixationis multiplex utilitas.	ibid.	Empl. diachylum compositum.	570
Elixio vita paratu facillimum.	632	Emplastr. diachylon ireatum.	569
Elixir vita maius.	630	Empl. diachylum magnum.	569
Elixir vita minus facillimum.	632	Empl. consolidatiuum. Angelbergeri.	586
Elixir vita paratu facillimum.	632	Emplastrum diuinum.	2. 575
Elleborine.	177	Empl. de gratia Dei.	574
Elleborus. 177. eius species.	ibid.	Empl. ad dorsum.	584
Ellebori albi species.	177	Empl. contra flatum.	583
Ellebori nigri species.	177	Empl. contra fluxum ventris.	583
Elleborus niger verus. 177. eius vires.	ibid.	Empl. hepaticum.	583
Ellebori vis purgans per vomitum quomodo		Empl. homo dictum.	575
cohibeatur.	857	Empl. ad hydropem. Hercules Saxonia.	585
Embelgi.	171	Emplastr. de ianua.	572
Emetica.	18	Empl. ad dolores ischiadicos. Bechiholdi Ri-	
Emollientia.	19	vij.	584
Emplastica.	19	Empl. ad ischuriam cum febre. Herc. Saxo-	
Embroche quid.	131	nia.	585
Embroche ad lethargum.	131	Empl. de baccis lauri. Mef.	573
Emplastrorum conficiendorum scopi. 79. mo-		Empl. ad lumbricos.	584
dus.	80	Empl. de mastiche.	577. 584
Emplastris conficiendis humiditatem esse ad-		Empl. pro matrice. Nic. Prapofiti.	577
uersam.	80	Empl. de meliloro. Mef.	570
Emplastrum quantum requirant olei.	80	Empl. ad immoderatum fluxum menstru-	
Emplastrum eccathartica seu sacru liberan-		rum. Herc. Saxonia.	585
tia.	79	Empl. de mucaginibus.	570
Emplastrum perfecte cocti signa.	569	Empl. ad dolores oculorum.	584
Empl. arthriticum Medicarum Francofur-		Empl. oxycroceum.	571
tensium.	586	Empl. palmeum.	574
Empl. maturans, resoluens, malam carnem		Empl. pectorale Pistorii.	583
putrificans, bonam dissipando crescere non		Empl. de pello arietina.	579
permittens, doloresq; mirabiliter sanat.		Empl. pentapharmacum.	569
586		Empl. ad pestem. Leonard. Figrananti.	585
Empl. de betonica. Andernaci.	572	Empl. ad podagram Pistorij.	584
Empl. de cancribus ad calculum.	586	Empl. de ranis.	580
Empl. ad calculum vesicae post balneum ap-		Empl. contra rupturam. Nic. Prapofiti.	578.
plicandum.	585	584	

Empl.

ET VERBORVM.

Empl. de sapon. Angelbergeri.	586	Errhinum in oris tortura. Horatij Augeni.	
Empl. spleneticum Pistorij.	583	759	
Empl. de stercore columbino.	586	Errhinum Pistorij.	758
Empl. pro stomacho.	576. 582	Errorem paruum in dosi medicamentorum non esse pertimiscendum.	89
Empl. de Galbano ad suffocationem uteri.		Eruca. 194. vires.	195
Caspari Peuceri.	587	Eruca sylvestris.	195
Empl. Tonoris Aetij.	573	Eruum. Eius species & vires.	242
Empl. triapharmacum.	571	Eryngium. Eius species. 200. vires.	201
Empl. wigonium.	580	Eryngiorum radices condita.	402
Empirici cuiusdam mendacissimi historia.		Eryngium.	403
331		Erythrodanum.	200
Εμφρακτικα.	79	Ερυθρωτικα.	20
Emulsiones. 113. Earum usum esse multum.		Essentia camphora.	865
113		Essentia corallorum.	864
Emulsio ad vitia pectoris & pulmonum.		Essentia perlarum.	864
114		Essentia quinta vitrioli.	533
Emulsio ad venum ardorem.	114	Esula quid, qua eius species. 174. vires.	175
Emulsio ad gonorrhoeam virulentam.	114	Esula radice preparatio.	859
Emyda.	332	Esula rotunda.	174
Εμυδα.	19	Esheocriton.	243
Endiua. 163. hortensis.	ibid.	Euaporatio.	59
Encmata, vide chyleres.	125	Eupatorium.	236
Encoron.	170	Eupetalon.	178
Ennium non scripsisse carmina, nisi fuerit e-		Euphorbium unde habeat nomen.	273
bruius.	149	Euphorbium quid sit. Et qua eius vires.	
Enula campana.	196	274	
Enula radices condita.	404	Euphorbium unde & quomodo colligatur.	
Ephemerum quomodo differat ab hermoda-		50	
ctylis.	175	Euphrasia. Eius vires.	222
Ephemerum quocuplex.	ibid.	Euzomos.	194
Ephemerum nostras.	ibid.	Exaltatio.	59. 619
Epiceras.	242	Exhalatio.	59. 619
Epicureis animam esse pro sale.	56	Excrementa animalium.	11. 324
Epistastica.	18	Experimentum mirabile Rulandi.	558
Epithemata quomodo differant à foru.	130	Experimentum contra calculum vesicae. Ho-	
Epithymus. 160. quomodo differat à cuscuta.		ratii Augeni.	473
ta. ibid. eius vires.	ibid.	Expressio.	49
Επιθυμις.	20	Extinctio quid.	45
Eranus.	296. 300	Extractum quomodo parandum.	51
Errhina. 122. eorum materia.	ibid. 755.	Extractorum preparandorum rationem etiam mulierculis non esse ignotam.	621
Errhinum liquidum.	122	Extracta ex animalium familia depropta.	860
Errhinum solidum.	122	Extractum siue gummi guaiaci. 843. vires.	
Errhinum in forma unguenti.	122	eiusdem.	ibid.
Errhinum Eyereri.	758	Extracta è lignis.	ibid.
Errhinum ad sistendum hamorrhagiam nar-			
rium.	123		

V u u u u

Ex-

INDEX RERVM

Extract. ligni buxi.	ibid.	Extr. hepatis vituli.	860
Extractum Mumia & Myrrha.	837	Extr. specierum hiera picra Galeni, hiera colocyntidos & reliquorum vulgarium purgantium.	860
Extract. rad. Angelica.	845	Extr. holagogon.	864
Extract. è radicibus arborum.	844	Extr. hystericum maius.	854
Extract. rad. esula.	846	minus.	ibid.
Extract. rad. hyosciami.	ibid.	Extractio margaritarum.	863
Extract. rad. pœonia, visci coryli.	845	Extr. matricis leporina, & secundina multis fœcundâ.	861
Extracta è radicibus.	844	Extr. melanagogon.	859
Extract. siue sanguis satyrionis.	847	Extr. melissa.	850
Contra sterilitatem.	ibid.	Extr. Pistorij ad promouendos menses.	864
Extracta composita.	850	Extr. nephriticum maius.	854
Extracta è corticibus.	844	minus.	ibid.
Extracta metallica.	864	Extr. oculorum canerorum, testarum ouorum, limacum &c.	861
Extractiones secreta officinarum Augustanarum.	861	Extr. panchymagogum.	863
Extracta herbarum.	849	Extr. florum papaueris rubeorum.	849
Extractu radicum.	849	Extractum passularum.	429
Extr. fructuum alkekengi.	849	Extr. phlegmagogum.	858
Extr. aloes Augustanorum.	861	Extr. florum pœonia.	849
Extr. bituminis iudaici.	865	Extractum pilularum.	51
Extr. Bechtholdi Rivij.	861	Extr. pulmonum vulpis.	860
Extr. calami aromatici Augustanorum.	861	Extract. purgans hedera.	848
Extr. cardiacum siue cordiale maius.	851	Extr. rhabarbari.	51. 856
minus.	852	Extr. rhabarbari compositum.	863
Extr. cardus benedicti.	850	Extract. scylla.	798
Extr. carminatiuum.	855	Extr. fenelorum.	849
Extr. castorij.	861	Extr. spleneticum maius.	853
Extr. Catholicum.	858	minus.	ibid.
Extr. Catholicum Francofurtensium.	863	Extr. stomachicum maius.	852
Extr. Catholicum Theophrasti.	864	minus.	ibid.
Extr. cephalicum maius.	850. 777	Extr. tabellarum.	864
minus.	851	Extr. Theodori Zwvingeri.	862
Extr. cerasorum nigrorum.	849	Extract. thoracicum maius.	851
Extractum chelidonia.	850	minus.	ibid.
Extr. cholagogum solutiuum.	858	Extr. ulmaria.	850
Extr. è cornibus ceruorum tam teneris, quam induratis.	861		
Extr. cranij humani.	860		
Extractum granorum ebulli.	849		
Extr. ellebori nigri.	857		
Extr. epaticum maius.	852		
minus.	853		
Extr. esula.	856		
Extractum granorum actes.	848		
Extr. granorum maturorum sambuci & ebulli.	ibid.		
		F	
		Facultas inexplicabilis.	8
		Farfara, farfarilla.	238
		Fertura.	56
		Febrim quartanam esse Medicorum opprobrium & tormentum.	738
		Fœcis	

ET VERBORVM.

<i>Fecis vini vstio.</i>	43	<i>Folia quando colligenda.</i>	26
<i>Fel terra.</i>	177.223	<i>Foliorum conditura.</i>	401
<i>Ferri species, necessitas, nocumenta.</i>	309	<i>Folium. Eius vires.</i>	189
<i>Ferrum ex se non esse malum.</i>	309	<i>Fomentum roborans ventriculum.</i>	130
<i>Ferri scoria & vires.</i>	310	<i>Fomentum spleneticum.</i>	130
<i>Ferrum esse Magnetis alimentum.</i>	95	<i>Fomentum ad pleuritidem.</i>	130
<i>Ferrugo.</i>	309	<i>Fomentum pro calculosis.</i>	130
<i>Fermentatio.</i>	46	<i>Fomenta sicca.</i>	141
<i>Fermentationis cognitionem esse omnino necessariam.</i>	621	<i>Formica.</i>	338
<i>Feruzegi.</i>	296	<i>Formicarum oleum.</i>	338
<i>Ficaria herba.</i>	5	<i>Formica magnitudinis vulpibus pares.</i>	ibid.
<i>Ficus.</i>	254	<i>Fornacis structura ad destillandum.</i>	57
<i>Ficus indica plantafolia.</i>	254	<i>Fornacum usus multiplex.</i>	47
<i> pumila.</i>	ibid.	<i>Fornax tripes ac metallica vulgaris officinarum.</i>	347
<i> sylvestris.</i>	ibid.	<i>Fornaces turrita.</i>	348
<i>Filius ante patrem.</i>	238	<i>Fotus quomodo differat ab epithemate.</i>	130
<i>Filtratio.</i>	53	<i>Fotuum magna utilitas.</i>	129
<i>Fissio.</i>	40	<i>Fouina.</i>	324
<i>Fistici.</i>	258	<i>Fractio.</i>	40
<i>Forda quid.</i>	322	<i>Fragaria. Eius vires.</i>	239
<i>Flatus discutiens remedium.</i>	646	<i>Fraxinus. Eius vires.</i>	227
<i>Flatus dissipans cataplasma.</i>	136	<i>Friabile.</i>	22
<i>Flores quando colligendi.</i>	26	<i>Frixio.</i>	42
<i>Flores quomodo asseruandi.</i>	351	<i>Frontalia.</i>	134
<i>Florum infusio.</i>	36	<i>Frontale somnum prouocans.</i>	134
<i>Flores quomodo siccandi.</i>	49	<i>Frontalia quibus bene vel male conueniant.</i>	135
<i>Flores cordiales tres.</i>	97.153	<i>Frontalium forma varia.</i>	ibid.
<i>Florum quantitas in medicamento componendo.</i>	93	<i>Frontale feruorem mitigans.</i>	135
<i>Flos Adonis.</i>	204	<i>Fructus in officina necessarij qui.</i>	352
<i>Flos maris.</i>	290	<i>Fructuum repositio.</i>	94
<i>Flos nitri.</i>	289	<i>Fructus numero & pondere mensurari.</i>	93
<i>Flos sulis.</i>	289	<i>Fructus conditi.</i>	398
<i>Flores sulphuris.</i>	865	<i>Frutex marinus.</i>	292
<i>Flores sulphuris verum esse pulmonum balsamum.</i>	762	<i>Fulica.</i>	322
<i>Fluor alui.</i>	626	<i>Fumaria vnde dicta. 222. eius species & vires.</i>	222
<i>Facula rad. Aronis.</i>	846	<i>Fungus marinus.</i>	304
<i>Facula bryonia.</i>	ibid.	<i>Furnus Atheris digestioni commodior.</i>	690
<i>Facula rad. irid.</i>	ibid.		
<i>Focus.</i>	348		
<i>Fœminicornus.</i>	250		
<i>Fœniculum. 161. eius vires.</i>	ibid.		
<i>Fœniculum torsuosum.</i>	223	G <i>Abi.</i>	277
<i>Fœnum græcum.</i>	242	<i>Gagates.</i>	528
		<i>Vuuuu 2</i>	Gal-

INDEX RERVM

<i>Galanga</i> quid. <i>Eius species & vires.</i>	181	<i>Glycyrrhiza.</i> 201. <i>eius succus & vires.</i>	
<i>Galbanum.</i> 267. <i>optimum quod.</i> 268. <i>eius vires.</i>	ibid.	<i>Glycyrrhiza succus quomodo extrahendus.</i>	
<i>Galla, earum species & vires.</i>	261	<i>ibid.</i> 281.	
<i>Gallenabin.</i>	39	<i>Glycyrrhiza cur non diu coquenda.</i>	363
<i>Gallarum axungia.</i> 321. <i>differentia.</i> <i>ibid.</i>		<i>Gnaphalium.</i>	241
<i>Gallina medica.</i>	ibid.	<i>Gonorrhœa differentia.</i>	503
<i>Gallinarum stercus album ad icterum, calculum & vrina suppressionem esse utile.</i>		<i>Gormin.</i>	87
768. & <i>cur.</i>	769	<i>Gonzylon.</i>	204
<i>Gallina aquatica.</i>	322	<i>Gossipium.</i>	240
<i>Gallina syluatica.</i>	322	<i>Gradatio.</i>	59
<i>Gallion.</i>	240	<i>Gradus cuiuscunque tres esse partes.</i>	99
<i>Gallitrichum.</i>	213	<i>Gramen vulgare.</i> 201. <i>eius species.</i> <i>ibid.</i> <i>vi-</i>	
<i>Garenfa.</i>	200	<i>res.</i>	ibid.
<i>Gargarismata.</i>	112	<i>Gramen acuminatum.</i>	201
<i>Gargarisma ad educendam de cerebro pituitam.</i>	113	<i>Gramen canarium seu caninum.</i>	201
<i>Gargarisma roborans & detergens.</i>	113	<i>Reguua.</i>	86
<i>Gargarisma ad ulcera pharyngis venerea.</i>	113	<i>Granum esse omnium ponderum initium.</i>	86
<i>Gazella.</i>	314	<i>Grana paradysi.</i>	186
<i>Gelatina citoniorum.</i>	400	<i>Granati unde habeant nomen.</i> 197. <i>eius species.</i>	ibid.
<i>Gelenabin.</i>	64	<i>Granatus suspensus.</i>	298
<i>Gelinotta.</i>	322	<i>Granata: eorumque species & vires.</i>	248
<i>Gemmarum tritura.</i>	38	<i>Graue.</i>	11
<i>Gemma marina.</i>	331	<i>Grauellata.</i>	281
<i>Genista.</i> 225. <i>vires.</i>	226	<i>Guaiacum.</i> 191. <i>eius descriptio.</i>	ibid.
<i>Genistella.</i>	226	<i>Vires.</i>	ibid.
<i>Genitalia cerui.</i>	319	<i>Guaiaci maceratio.</i>	38
<i>Gentiana.</i> 199. <i>eius vires.</i>	ibid.	<i>Guanthus.</i>	87
<i>Gentianella.</i>	ibid.	<i>Gummi quid.</i>	261. 262. 263
<i>Geranij species.</i> 218. <i>vires.</i>	219	<i>Gummi quamam asseruanda.</i>	352
<i>Geranium moschatum.</i>	ibid.	<i>Gummi quomodo extrahantur.</i>	50
<i>tuberosum.</i>	ibid.	<i>Gummorum infusio.</i>	36
<i>Germania commendatio propter viros doctos.</i>		<i>Gummatum preparatio.</i>	729
784		<i>Gummi Arabicum.</i>	263
<i>Gersa preparatio.</i>	556	<i>Gummi iuniperinum.</i>	260
<i>Gingiber. vide Zinziber.</i>		<i>Gummi elemi.</i> 274. <i>eius vires.</i>	ibid.
<i>Girasola.</i>	301	<i>Gummi hedera.</i>	269
<i>Gith.</i>	218	<i>Gummi resina.</i>	274. 277
<i>Gladiolus.</i>	196	<i>Gummi de cortice fraxini.</i> 844. <i>eius vires.</i>	
<i>Glans subdititia.</i>	124	<i>ibid.</i>	
<i>Globuli masticatorij.</i>	116	<i>Gummi de cortice Tamarisci & capparum.</i>	ibid.
<i>Gluten auri.</i>	286	<i>ibid. eius vires.</i>	ibid.
<i>Glutinantia.</i>	19. 20	<i>Gummi de ligno aloes, ligno rhodio & santalo.</i> <i>ibid. eius vires.</i>	ibid.

ET VERBORVM.

Gummi è ligno & cortice iuniperi. 843. eius vires.	843. ibid.	Herba muralis.	157
Gummi ex radicibus arboris pomi.	844	Herba ocularis.	222
Gummi è ligno sasafras.	843	Herba paralyfis.	236
Gypsum quid. 303. eius species & vires. ibid.	333	Herba S. Perri.	236
Gyrini.	333	Herba Roberti.	219
		Herba sacra.	235
		Herba salax.	194
		Herba purgans sanguinem.	30
		Herba sailla.	231
		Herba terribilis.	175
		Herba venti.	204
		Hermec.	87
		Hermesiorum philosophorum sententia de rebus destillandis.	618
		Hermodaçtily.	175
		Hermodaçtylorum officinarum vires.	ibid.
		Hermodaçtily quomodo ab ephemero & colchico differant.	ibid.
		Herniam curans cauterium.	139
		Hexagon.	87
		Hiera.	420
		Hiera picra Galeni.	420
		Hiera picra Galeni unde sic dicatur. 71. eius efficacia. ibid. quibus conueniat & quibus non.	ibid.
		Hiera varia descripta. 71. earum utilitas.	71
		Hiera picra unde habeat nomen.	7
		Hiera picra cum agavico.	421
		Hiera pachii D. Scribonii.	421
		Hiera diacolocynthidos magistralis.	422
		Hieracia.	164
		Hieracium.	87
		Hippocraticum extemporaneum.	684
		Hippolapathum.	236
		Hippomarathrum.	161
		Hirculus.	189
		Hircos in rebus venereis facile admittere socios.	318
		Hircorum peregrinorum varietas.	318
		Hircus creticus.	318
		Hircorum sanguis.	318
		Hircini sanguinis preparatio.	465
		Hispidula. 241. eius vires.	ibid.
		Homo cur animal sapientissimum.	87
		Hominem esse infirmitis morbis obnoxium.	4
			VUUUU 3 Homo

INDEX RERVM

<i>Homo cornutus.</i>	328	<i>Hydromel vinosum simplex.</i> 386. <i>Eius vi-</i>	
<i>Horala quid.</i>	322	<i>res.</i>	387
<i>Hordeum. Eius species & vires.</i>	243	<i>Hyemem Ann. 1608. fuisse sauisissimam.</i>	94
<i>Hordei qualitas.</i>	115	<i>Hyoscyamus. 231. vires ibid. species.</i>	ibid.
<i>Hordeum distichon.</i>	243	<i>Hyoscyamus Peruvianus.</i>	230
<i>galaticum.</i>	243	<i>Hypercatartica.</i>	18
<i>nudum.</i>	ibid.	<i>Hypericon. 117. Eius vires.</i>	ibid.
<i>Hordeatum. 114. 115. optimum.</i>	115	<i>Hypocaustum quid.</i>	129
<i>Horminum. Eius species, & vires. 213. vnde</i>		<i>Hypocausti ingressum qua pracedere debe-</i>	
<i>dicatur.</i>	ibid.	<i>ant.</i>	129
<i>Horrorum urbanorum olera esse insalubria.</i>		<i>Hypocistis quid. 280. eius vires.</i>	ibid.
28		<i>Hypoglossum.</i>	162
<i>Humorem frigidum & crassum tardius pur-</i>		<i>Hypoglossides.</i>	454. 110
<i>gari.</i>	91	<i>Hypoplomon.</i>	129
<i>Humores plantarum.</i>	262	<i>Hyssobrium.</i>	206
<i>Hyacinthus quid. Eius vires, quis optimus,</i>		<i>Hyssopus. Eius vires.</i>	218
<i>& quis pessimus.</i>	298		
<i>Hydrargyrum.</i>	294		
<i>Hydrargyrum non esse metallorum princi-</i>			
<i>pium.</i>	ibid.		
<i>Hydrargyrum esse monstrum natura.</i>			
<i>ibid.</i>			
<i>Hydragogum eximium.</i>	419		
<i>Hydrargyri extinctio.</i>	557		
<i>Hydrargyri inuectio.</i>	294		
<i>Hydrargyrum esse luis venerea alexiterium.</i>			
<i>ibid.</i>			
<i>Hydrargyri vis pernitiosa.</i>	ibid.		
<i>Hydrargyrosus.</i>	ibid.		
<i>Hydrolapathum.</i>	236		
<i>Hydromel.</i>	63		
<i>Hydromelitis nomine quid intelligendum.</i>			
63			
<i>Hydromel quantum requirat mellis &</i>			
<i>quantum aqua.</i>	ibid.		
<i>Hydromel vinosum.</i>	63		
<i>Hydromel rusticorum.</i>	63		
<i>Hydromelium compositio & variatio.</i>	698		
<i>Hydromel vinosum.</i>	699		
<i>Hydromelita apud veteres in frequenti fuis-</i>			
<i>se vsu.</i>	691		
<i>Hydromelita ab Arabibus in syrupos fuisse</i>			
<i>mutata.</i>	692		
<i>Hydromel cum succo cerasorum ad sitim se-</i>			
<i>dandam.</i>	699		
<i>Hydromel vinosum quomodo fiat.</i>	46		
		<i>I</i>	
		<i>I Aspis.</i>	300
		<i>Ibices.</i>	318
		<i>Icteri curatio miranda.</i>	15
		<i>Ichthyocolla. 325. eius conficiendi modus.</i>	
		<i>ibid.</i>	
		<i>Idai species & vires.</i>	253
		<i>Iecoraria.</i>	18
		<i>Iecoris lupi preparatio.</i>	34
		<i>Ignem & aquam esse vita principia.</i>	148
		<i>Ignis distillationis qualis.</i>	57
		<i>Ignis gradus qui & quot.</i>	619
		<i>Illitus purgans.</i>	558
		<i>Imbutio quid.</i>	34
		<i>Incarnatina.</i>	20
		<i>Incernicula.</i>	346
		<i>Infarctu liberantia.</i>	19
		<i>Infectio.</i>	37. 38
		<i>Inflammationem sistens mucilago.</i>	132
		<i>Infusio quid. 36. eius vsus.</i>	ibid.
		<i>Infusio myrobalarum.</i>	676
		<i>Ingrassantia.</i>	19
		<i>Insessus vsus.</i>	128
		<i>Insessus ad dolorem nephriticum.</i>	128
		<i>Insessus ad colicam flatuosam.</i>	128
		<i>Insipida.</i>	26
		<i>Insolatio quid.</i>	40
		<i>Intestini lupi preparatio.</i>	35
		<i>Intestina terra.</i>	337
		<i>Intin-</i>	

ET VERBORVM.

<i>Intinctus viridis.</i>	49	<i>Lachryma cervi.</i>	313
<i>Intybotachnum.</i>	164	<i>Lachryma oculorum in cervis seniorum.</i>	
<i>Intybum.</i>	163	327	
<i>Iouis barba.</i>	232	<i>Lachryma oles. 274. eius vires.</i>	ibid.
<i>Iringium.</i>	201	<i>Lachryma plantarum.</i>	262. 263
<i>Iris. 196. Eius species & vires.</i>	ibid.	<i>Laconicum unde dicatur. 129. eius usus.</i>	
<i>Irim ab iride multum differre.</i>	98	ibid.	
<i>Iris gemma.</i>	311	<i>Lactuca unde dicta 162. eius vires.</i>	163
<i>Irrigatio.</i>	131	<i>Lactucam medicamentum, alimentum &</i>	
<i>Irrigatio somnum prouocans.</i>	132	<i>venenum esse posse.</i>	3
<i>Isopus humida.</i>	326	<i>Lactuca folia condita.</i>	401
<i>Iua arthritica.</i>	216	<i>Lactuca pomata. 163. eius differentia. vires.</i>	
<i>Iuiuba. 253. vires.</i>	254	ibid.	
<i>Iulepus quid. 109. eius dosis.</i>	110	<i>Lactula syluestris.</i>	164
<i>Iulepus Alexandrinus.</i>	110	<i>Lacus Sodomens.</i>	289
<i>Iulepus rosatus quomodo fiat.</i>	110	<i>Ladanigeræ cisti descriptio.</i>	280
<i>Iulepus zizyphorum.</i>	110	<i>Ladanum quid. 279. quodnam optimum.</i>	
<i>Iulepus ad prouocandum somnum.</i>	110	280. eius vires.	ibid.
<i>Iuniperi descriptio. 260. bacca.</i>	ibid.	<i>Lame.</i>	23
<i>Ius carniū.</i>	346	<i>Lauigari quanam facile ac cito queant.</i>	
		39	
		<i>Lauiganda quanam tenuissime.</i>	39
		<i>Lageia.</i>	349
		<i>Lagopus.</i>	241
		<i>Lanium.</i>	196
		<i>Lampas.</i>	192
		<i>Lanceolata.</i>	234
		<i>Landhel.</i>	177
		<i>Landgraviij Mauritiij laudes.</i>	268
		<i>Lapathum.</i>	236
		<i>Lapathum sanguineum.</i>	236
		<i>Lapides in multis partibus generari.</i>	
		330	
		<i>Lapidum vstio.</i>	43
		<i>Lapides medicati & preciosi.</i>	295
		<i>Lapidum quinq; preciosorum fragmenta.</i>	97
		<i>Lapis bezoar.</i>	329
		<i>Lapis calaminaris.</i>	311
		<i>Lapis coeruleus.</i>	299
		<i>Lapis Heraclius.</i>	299. 575
		<i>Lapis Iudaicus.</i>	301
		<i>Lapis lazulus quid, quomodo ab armenio</i>	
		<i>differat, que eius vires.</i>	299
		<i>Lapidis lazuli preparatio.</i>	419. 479
		<i>Lapis Molibdoides.</i>	307
		<i>Lapis nauticus.</i>	299
			Lapis

K

Kermes seu Karmas quid. 188. eius vires.

189

Καρκινία.

18

Καθμυρική.

20

Keiri. Eius species & vires.

205

Kermec.

87

Kerua.

179

Kilkil.

183

Kivat.

86

Κοκκυμήλα.

251

Κοκκική.

20

L

Labdana.

279

Lac. 264. eius vires.

323

Lactis partes & earum facultates.

11

Lac virginis cur ita dictum.

134

Lac virginis quomodo fiat. ibid. eius vires.

ibid.

Lacca quid.

264

Lacca vulgaris. 265. eius vires.

ibid.

Lachryma quando elicienda.

26

Lachryma quomodo extrahantur.

50

Lachryma Æthiopica.

274

INDEX RERVM

Lapis nephriticus.	301	Lentiscus.	275
Lapis obsidianus.	289	Lentum.	22
Lapis radius.	299	Leontopodium.	241
Lapis solaris.	301	Lepnotica.	19
Lapides spongiarum. 304. vires.	ibid.	λεπτιν.	86
Lapis stellans.	299	Leporis vsti puluis ad calculos atterendos.	
Lasfer.	266	43	
Laserpitium quid.	266	Leporis sanguis.	318
Laserpitium esse cultura impatientissimum.	266	Leporini sanguinis preparatio.	465
Lassulata.	208	Lepores albos non inueniri.	318
Lateres.	304	Lepus cornutus.	318
Laudanum.	453-454	Lepus marinus.	319
Laudana vnde dicta.	834	Lethargum curans embroche.	131
Laudanum Theodorus Zwvingerus primus		Lethargum curans sacculus.	141
Nepenthes nomine appellare censuit. ibid.		Leucion luteum.	205
840		Leucopetalos.	301
Laudanum opiatum Paracelsi, qualiter in		Leue.	22
officina Phorcensi fuit in vfu. ibid. 841		Leuisticum. 198. vires.	ibid.
Laudanum opiatum Adami Keckij pharma-		Libanotis fecunda.	216
copae olim Manofrancofurt. quo etiam		Libisticum. 197. eius vires.	198
D. Zwvingerus fuit vsus. ibid.		Libra Medicorum.	86
Alia eiusdem descriptio Andernaci. ibid.		Libri improbata lectionis qui.	13
Vulgaris eiusdem descriptio. 841		Lichimum.	183
Laudanum opiatum Wilhelmi Antony		Lienis indurati signa.	156
Guerthei. ibid.		Lignum aloes.	190
Laudanum opiatum generosi Domini Mat-		Ligni indici maceratio.	38
thia à Kamach, &c. ibid.		Lignum sanctum.	191
Laudani opiati vera compositio. ibid.		Ligula.	82
Laudanum praestantissimum, & pra caeteris		Ligusticum. 197. 198. vires.	198
cunctis opiaticis (pura quae opium excipi-		Lilium. 168. eius species. ibid. vires.	ibid.
sunt) paratu facillimum. 835		Lilium caeleste.	196
Laudani opiatici proprietates. ibid.		Lilium inter spinas.	225
Laudani huius alius modus descriptionis. 836		Lima.	247
de Laudano opiato notanda. 839		Limonium.	247
Lauendula maior. 189. maior alba. 190		Limatio.	41
Lauendula Virgily.	170	Limniflon.	213
Laurentina.	235	Limonum cortices conditi.	400
Laureola. 178. eius vires.	179	Linimentum quid.	132
Laureola apparatus.	36	Linoxostis.	146
Laurus.	260	Linum. 241. eius vires.	242
Laurus Alexandrina. 262. eius vires. ibid.		Liquatio quid.	47
Lebes.	345	Liquidambar.	528
Lecethi.	350	Lingua auis.	127
Ledon.	279-280	Liquiritia. 281. quomodo eius succus extra-	
Leuitia remedia.	720	hendus. 201. 281	263
		Liquor.	Liquor

ET VERBORVM.

Liquorum repositio.	94	Magisterium corallorum.	864
Liquore quolibet non qualibet dilui.	47	Magisterium hyacinthi.	865
Literarum figura.	13	Magist. lapidis iudaei.	865
Lithargyrus quid & unde fiat 313. ubi fiat.		Magist. lapidis lazuli.	865
314. qua eius vires.	314	Magist. lapid. lyncei.	865
Lithodendron.	291	Magisterium perlarum.	864
Lithentriptica.	47	Magist. rubini.	865
Lithospermum unde dicatur, qua eius species		Magister. smaragdi.	865
& vires.	214	Magnes quid, unde habeat nomen, unde di-	
Nitro.	87	catur heraclius, eius species.	299
Litrum.	289	Magnetis virtus cui primo innotuerit. 299.	
Litus ad pleuritidem.	132	quinam meliores. 300. Magnetis vim at-	
Litus ad dolorem ex humore calido.	132	trahendi quidnam impediatur. 300. Magnes	
Litus ad dolorem ex intemperie frigida. ibid.		quomodo trahat ferrum. ibid. eius vires.	
Loc.	264	ibid.	
Lochachium.	183	Magnetis alimentum esse ferrum.	95
Loboch. vide Eclegma.		Magnesia Saturni.	651
Lotio quid. 33. quotuplex.	ibid.	Maiorana. Eius vires.	206
Lotionem esse primum preparationis modum		Mala armeniaca.	251
& cur.	33	Mala aurea.	247
Lotio in quibus liquoribus fiat.	34	Mala citria, eorumq; species & vires. 92. 247	
Lotio quid efficiat.	34	Malum cotoneum unde dicatur 248. Eius	
Lotio ad phthiriasin.	131	species & vires.	249
Lotio denigrans capillos.	131	Malum granatum. 248. Eius species. ibid.	
Lotio pedum concilians somnum.	131	vires.	ibid.
Lovaniaoy.	273	Mala insana.	229
Luom gallicam suffitu nonnunquam curari.		Malum medicum.	35
144		Malum terra.	201
Luis venerea medicamenta peculiaria.	191	Malabathrum. Eius vires.	189
Lumbrici terra. 337. vires.	ibid.	Malacocissos.	574
Lupa.	179	Malagera.	186
Lupinus. Eius vires.	243	Malathra.	278
Lupini iecoris preparatio.	34	Maldacon.	278
Lupini intestini preparatio.	35	Malicorium.	248
Lupulus.	238	Malua unde sic dicta.	155
Luyula.	235	Maluarum differentis multa.	155
Lycopersium.	231	Malua arborescens.	155
Lygos.	226	Mamiras.	219
		Mandragora. Eius species & vires. 229. un-	
		de dicta.	ibid.
		Manhu.	133
		Manica Hippocratis	347
		Manipulus quid.	87
		Manna quid	153
		calabrina.	153
		Manna de folio.	153
		Briansonensis.	154
		Xxxxx	larigna. 153

M.

Macer quid. 185
Maceratio. 37
Macis quid. 185
Macropiper. 185
Ma. 334
Magisteriorum septem preparatio. 825
Magisterium bezoardicum animale. 825

INDEX RERVM

larigna.	153	Medicamentum apud Galenum quid.	611
maslichina.	154	Medicamenti essentia.	21
qualitates.	154	Medicamenti facultas quid.	21
Manna thuris.	153. 273	Medicamentorum substantia.	21
Manna thuris adulterium.	103	Medicamentum esse medicum inter alimen- tum & venenum.	4
Manus Christi perlata.	418	Medicamentum quomodo differat ab ali- mento.	611
Marathrum.	161	Medicamenti omnibus, ut alimentis ali- quam deberi preparationem.	31
Marcipanis quibus consist.	119	Medicamentum esse vel simplex vel compo- situm.	612
Marcipanis optimus.	119	Medicam materiam esse amplissimam.	1
Marcipanis status discutiens.	119	Medicamentorum materia unde sumenda & quibus modis in medicum usum sit a- ptaunda.	612. 146
Mare mortuum.	289	Medicamentorum electio.	96
Margarita.	234. 302	Medicamentorum selectio à dispositione ex- trinseca.	22
Margaritarum selectarum nota.	418	Medicamentorum describendorum leges.	84
Margarita & unioes quomodo differant.	330	Medicamenta quanam probanda.	33
Maris flos.	190	Medicamentorum reformatio cur à Querce- tano sit instituta.	614
Marinella.	222	Medicamentorum repositio.	93
Marmelata.	120	Medicamenta quo tempore colligenda.	26
Marmoris species. 302. quis nobilissimus.	302	Medicamenta quando mutanda.	95
Marmor parvium.	301	Medicamentum idem quomodo varios pre- mat effectus.	90
Marmor pleugisicum.	ibid.	Medicamenta quanam magna religione ponderanda.	90
Marmor porphyrites.	ibid.	Medicamentorum virtutis quamdiu du- rent.	26
Marmor serpentinum seu ophites. 302. rebli- cum.	ibid.	Medicamentorum vires quando sint pra- stantiores.	27
Marrubium. 211. Eius species & vires.	ibid.	Medicamenta recentia quando sint meliora.	27
Martes.	324	Medicamenta vetusta quando sint meliora.	27
Marturella.	324	Medicamenta quanam media etate melio- ra.	27
Masum.	206	Medicamenti facultas quid.	6
Maslac Turcarum opium.	331	Medicamentorum alterantiu tria genera.	6
Maspetum.	266	Medicamentorum singulorum qualitates quot.	7
Massa odorata.	143	Medicamentorum qualitates prima.	7
Massiche quid, qua optima qua deterior & qua eius vires.	275	Medicamentorum qualitates secunda.	8
Masticatorium.	759		
Masticatorium renulsorium ad paralyfin.	760		
Masticatoria quibus nocent.	760		
Mater perlarum.	330		
Mater sylua.	225		
Matricaria.	217		
Matri sylua.	225		
Mechoacan radix. 172. Eius vires.	ibid.		
Mechoacana quanam improbetur.	ibid.		
Mechoacana quomodo differat à bryonia. 172			
Meconium quid.	278. 830		
Medicamentum quid.	4		

ET VERBORVM.

Medicamentum idem non eadem semper pre- stare. 88	Medicamēta purgātia vsu lōgo probata. 409
Medicamenti odor cur ventrem aliquando ducat. 89	Medicamēta quis primus composuerit & qua sit compositionis ratio. 82
Medicamentorum iustam quantitatem vi- sse definirī. 89	Medicamentorum compositio quas requirat leges. 82
Medicamentorū tertie facultatis laticudo. 8	Medicamentorum compositio cur sit inuenta atque introducta. 613. 60
Medicamentorum coctionis ordo. 42	Medicamentorum compositio cur à Galeno sit instituta. 614
Medicamēta adulterata. 103	Medicamentorum compositionis finis. 86
Medicamēta cur aromatizentur. 55	Medicamēta composita in officina asseruan- da qua. 353
Medicamēta quanam egeant humectatio- ne. 36	Medicamēta quadam composita quomodo dicantur simplicia. ibid.
Medicamēta cur siccentur. 49	Medicamēta simplicia qua quantitate compositionibus permiscenda. 92
Medicamēta quot modis indurentur. 48	Medicamentum compositum facile admitte- re substitutionem. 98
Medicamentis validis quinam egeant. Et qui benignis. 90	Medicamentorum confecturam nimis sum- ptuosam interdum esse vanam. 85
Medicamēta à veteribus non publice in of- ficinis, sed domi priuatim fuisse prepara- ta. 615	Medicamentorum crudorum & sine artifi- ficio digestorū quanta sint incōmoda. 622
Medicamentum ingratum quale. 91	Medicamēta topica seu externa. 509
Medicamentorum quantitas. 88	Medicos esse Deos tutelares. 2
Medicamentorum dosis varia. 107	Medicos esse Deorum filios. ibid.
Medicamenti dosim pro cæcis & soli natura ef- se immutandam. 91	Medicorum error. 70
Medicamēta quanam simul a quo potidere possint misceri. 92	Medicorum mensura. 87
Medicamentum vnicum multas aliquando bases habere. 83	Medullarum ablutio. 34
Medicamēta parua quantitate prescriben- da qua. 91. 92 (du dosis. 99)	Medullarum ix genere vires. 319
Medicamentorum calidorum in quarto gra- Medicamentum benignum quid. 20	Mel quid. 153. vnde fiat. ibid.
Medicamentum blandum quale. 91	Mel prastantissimum quod. 64. 152. 153
Medicamentum malignum quid. 20	Mel prolongare vitam. 152
Medicamentum malignum quocuplex. ibid.	Mel venenatum. 153
Medicamēta partibus affinia. 30	Mel esse purius saccharo. 693
Medicamēta ex animalibus venenatis sumpta. 17	Mel à patre Galeni, amarū esse habitum. 63
Medicamēta ex mineribus sumpta. 5	Mellis primis inuentor. 63
Medicamēta ex plantis. ibid.	Mel quando per se despuandam. 54
Medicamentum substantiam corrumpens. 6	Melle qui corpora condiebant. 62
Medicamentorum formule quem requirant ordinem in suis descriptionibus. 83	Mel anacardium quomodo fiat. 50
Medicamentorum bases. 83	Mellis anacardini varia preparatio. 393
Medicamentorum forma quid praestet. 85	Mel anthosatum. 392
Medicamēta emphrædica. 79	Mel ex fructibus quomodo parandum. 65
Medicamentorum purgatio. 35	Mel mercuriale. 392. quando debeat prepa- rari. ibid.

Xxxxx 2

Melaxipg.

INDEX RERVM

Melancholia.	19	Mercurius vita fixus sudativa omnia ex vegetabilium familia desumpta longe su- perans. 667. (res. 157)
Melampyllum.	156	Mercurialis. 156. Eius differentia. ibid. vi-
Melanteria.	218	Mespila eorum species & vires. 249
Melancholiam evacuantia.	109	Metalla unde dicta. Et de eorum materia varia opinio. 305
Melanthium. Eius species & vires.	218	Metallorum quot & qua eorum nomina se- cundum Spagyricos. ibid.
Melanthium citrinum.	218	Metalla quot 6. (qua. 352.)
Melanthia sylvestria.	218	Metalla & mineralia in officina asseruanda 34
Meleagrides.	322	Metalla quomodo facile liquentur. 43
Melia.	277. 286	Metallorum purgatio. 36
Melicratum, mulsam & hydromel esse vi- num. 63		Metallorum puluis. 651
Melicratum vinosum cum multis aromatis. 700		Metallum seprimum quod. 310
Melicratum senectutis vinosum. 700		Metasyncreticum. 19
Melilotus. 241. Eius species & vires. ibid.		Meteglin. 387
Melissa. Eius species, vires. 210		Metel. 230
Melissa Molucca. 210		Metopium. 267
Melissophyllum. 210		Metretes. 88
Meliterium quid. 202		Meum. Eius species. 223. vires. ibid.
Mellugo. 240		Meum athamaticum. 223
Melones. 162		Mezereon. 178. Eius vires. ibid.
Melongoena. 229		Mezerei apparatus. 36
Mensis philosophicus chymicorum. 46		Microcosmus. 146
Menses prouocans sufficiens. 144		Mithia. 227
Menses commouens vaporarium. 128		Milium solis unde dicatur, que eius species & vires. 214
Mensura Parisiensis. 792		Millefolium. 244
Mentha. eius species & vires. 208		Millefora. 217
Mentha sylvestris species. 208		Mineralia. 283
Menthastrum. 208. Eius vires. ibid.		Minium. 293
Mentha graeca. 208		Minium secundum. 293
Mentha saracenicum. 208		Mithridate antidotus quibus constat. 214
Mercurius. 294		Mithridatem & Theriaca & Mithridatij esse autorem. 488
Mercurium non esse metallorum principium sive semen. ibid.		Mithridatium. 787
Mercurium esse monstrum natura. 294		Mithridatem veneno non potuisse perire. 787
Mercurium esse luis venerea alexiterium. 294.		Mithridatium sanis non esse curum. 466
quum primus talis eius usum inuenerit. ib.		Mithridatium Andromachi. 486
Mercurij perniosa vis ibid. Eius species & qualitates. 295		Mithridatium Damocratis ex Galeno. 485
Mercurio inesse vim attractiuam & impul- siuam. ibid.		Mithridatium Nicolai Prapostei. 486
Mercurium esse potentia potius, quam actu metallum. 353		Miua citoniorum. 400
Mercurij extinctio. 557		Mochlica. 279
Mercurij puluis. 452		Modius. 2
Mercurium esse lumbricorum hostem. 651		Molle. 23
Mercurius vita. 749		Mollitia-

ET VERBORVM.

Mollitionem fieri duobus modis.	48	obesse, atque aliis omnibus.	ibid.
Molua.	325	Mumia preparatio.	860
Molybditis ubi & quando fuit, & qua eius vires.	314	Muralis herba.	157
Mompessulani Medici celebres.	67	Muria.	289
Monocerotem non esse figmentum.	318	Muscarda.	325
Menspelicentium agros multis luxuriare simplicibus.	67	Mustum quid.	152
Mocabati.	253	Mydion.	261
Morandula.	235	Myrasola.	179
Morbi verbis curati.	14	Myrelaum.	517
Morbus gallicus unde primo venerit.	557	Myriophyllum.	245
Morbum gallicum ab Italis esse aduectum.	447	Myrobalani quid. 170. qua eorum species.	171
Cur ab Italis ita vocetur.	ibid.	Myrobalanorum nutritio.	37
Morbi gallici medicamenta peculiaria.	191	Myrrha quid. 277. qua optima. ibid.	Eius
Morbum gallicum suffitu nonnunquam curari.	144	vires.	ibid.
Morbo gallico conuenientia suffimenta.	145	Myrrha ergasina.	ibid.
Morella.	230	Mynaa.	ib.
Morion.	229	Troglodytica.	ibid.
Moriendi necessitas.	146	Myrrha arbor.	277
Morsus venenati curatio per muscam.	15	Myrrha preparatio.	719
Mori species & vires.	252	Myrtidanium.	244
Mori syluestris species & vires.	253	Myrtus. Eius species & vires.	244
Mortuariarum materia.	344	Myrtus syluatica.	ibid.
Morua.	325	Mystrum.	85
Moscardini.	121	Myxa, myxaria.	253
Moschocaryon.	184		N.
Moschocarydion.	184	NAbach.	87
Moschus quid. 324. quis optimus. ibid. vires.	ibid.	Nacra perlarum.	330
Moschi reseruatio.	95	Napha.	289. 290
Moschi adulterium.	103	Napha babylonica.	518
Mucharum infusionis rosarum.	707	Napus.	204
Mucharum rosarum.	358	Narcotica.	72
Mucilaginum vsus.	132	Nardi celtica species.	189
Mucilago ad inflammationem.	132	Nardus cretica.	222
Mucilago ad dolorem oculorum ex causa calida.	132	Nardus syluestris.	221
Mulsa quid.	386	Nasalia.	122
Mulsa & melicratum esse idem.	386	Natura defectus arte corrigi.	831
Mumia.	290. 317. 528	Necoproticum.	18
de Mumia inepta quorundam opinio.	ibid.	Nepeta.	209
Mumiam antiquorum non amplius haberi.	ibid.	Nepenthes.	827
Mumiam non prodesse ad casum, sed potius		Nepenthes maius Quercetani.	838
		Nephriticus lapis.	301
		Nesegil.	510
		Nervalia.	12
		Nex plantarum.	517
		Nicolaum Prapositum esse ineptum Scriptorem & imperitum pharmacopœum.	578

INDEX RERVM

Nicolaï Praprosiri multiplex firtum.	522	Olea.	255
Nigella. eius species & vires.	218	Olea lachryma. 274. Eius vires.	ibid.
Nil & nihil.	313	Olenia male esse ingrata & facultatibus	
Niris.	189	noxia.	143
Nitrum. 289. Eius flos.	ibid.	Olera hortorum suburbanorum esse insala-	
Noduli.	124	bria.	28
Noli me tangere quid.	279	Oleum esse alimentum & medicamentū.	75
Nuces plantis esse inimicas.	259	Oleorum differentia.	75
Nucum preparatio.	35	Olea quatuorplex.	509
Nuces condita.	399	Olei vires. 75. inuentrix.	ib.
Nuces græca.	258	Olea à veteribus esse ungueta nominata.	76
Nux iuglans. 258. unde dicatur. ibid.	Eius	Olea & aquas simul & unã sicuti ex omnib.	
vires.	259	herbis & floribus calidus virtute caloris	
Nux moschata.	184	balnei vaporosi.	650
Nucis moschata arbor. 185. optima nota.	ibi.	Oleum ab aqua infundibulo esse separan-	
vires.	ibid.	dum.	654
Nux myristica.	154	Oleorum incommoda.	868
Nuces pinæ. 259. Earum vires. ibid.	260	Olea quaedam raro parari solita & eorum	
Nuces pontica.	257	vires.	525
Nuces pranestine.	257	Olea seminum, baccarum, granorum, corti-	
Nuces Thasia.	258	cum, fructuum & herbarum.	867
Nux unguentaria.	184	Oleorum repositio.	94
Nutritio quid.	37	Olea in quibus vasis sint seruanda.	76
Nutritioem esse humectationi affinem.	37	Olea sine vino, aqua aut alio decocto non esse	
Nymphaea. 167. Eius species. ibid. vires.	168	coquenda.	522
		Olei lotio.	35. 511
		Oleum per ascensum extracta.	531
		Oleorum destillatio per descensum.	58. 529
		Olea educta per ascensum & descensum.	76
		Olei exprimendi modos.	76
		Olea expressione educta.	523
		Olea composita.	76
		Ol. de absinthio.	513
		Oleum acopum.	37
		Ol. amygdalarum amararum.	524
		Ol. amygdalarum dulcium.	524
		Olei amygdalini facultas.	76
		Ol. anethinum.	514
		Olea ex animalibus.	520
		Oleum anisi.	535
		Olea aromatatum.	867
		Ol. auellanarum.	526
		Ol. balsami.	527
		Oleum benedictum.	518. 532
		Oleum cadinum seu cakinum.	271
		Ol. de capparibus.	519
		Ol. de castorhamo.	515
		Oleum	

O.

Oestruentia.	19
Obulus.	86
Ocellus.	162
Ochra. 285. qua optima.	ibid.
Ocosolt.	528
Oculorum dolorem ex causa calida sistens	
mucilago. 137. Collyrium.	133
Oculorum ulceribus cadmiam lotam esse	
conuenientissimam.	34
Oculus catti.	301
Ocyrrum. 207. Eius species & vires.	207
Odor quid.	21
Odores grati qui.	143
Oesypus. eius vires & modus conficiendi.	326
Oesypi eductio & apparatus.	586
Officina pharmaceutica Castellana encomia.	
868	
Oinomelis.	63. 386
Oinone.	200

ET VERBORUM.

Oleum caryophyllorum.	535	Ol. nardinum simplex Mes.	518
Ol. de castorio.	522	Olei nardini & olei de spica differentia.	581
Oleum cere.	534	Oleum nenupharinum.	513
Ol. Chamomelinum.	514	Ol. nucum.	525
Ol. Chrysomilinum.	626	Ol. de nuce moschata.	526. 535
Oleum cinnamomi.	535	Oleum omotribes.	75
Ol. de cnico.	526	Ol. de oua. D. Vrici Chelii.	491
Oleum diacolocynthidos carminatiuum		Oleum ouorum.	76. 526
purgatiuum Quercetani.	751	Oleum perlaram.	536
Oleum de colocythide ad tinnitum aurium.		Ol. persicorum.	525. 526
Io. Hartm. Beyer.	754	Oleum petre.	290. 527
Oleum ad vermes.	754	Ol. pigmentatum.	517
Oleum croci. Mes.	518	Ol. pistaciorum.	556
Oleum cumini.	535	Ol. de pomis mandragora. Mes.	515
Ol. cydoniorum. Mes.	516	Ol. punicum.	520
Ol. cyprinum.	515	Ol. riciniuum.	526
Oleum gummi elemi.	534	Ol. rosatum completum. Mes.	511
Ol. de enula.	515	omphacinum vulgo incompletum.	
Ol. de euphorbio. Mes.	519	512	
Oleum formicarum.	338. 523	Oleum rosatum simplex ac vulgare.	512
Oleum guaiaci.	529	Ol. ruta.	514
Ol. hypericonis simplex.	514	Ol. de santalo citrino.	515
compositum.	515	Ol. de scorpionibus compositum Mes.	521
Ol. irinum.	510	simplex. Mes.	ibid.
Oleum iuniperi.	530	Ol. sambuchinum.	514
Oleum Keirinum.	510	Ol. sambucinum.	514
Ol. de Kerua.	526	Olea simplicium aquis innata.	654
Oleum de lazeribus.	532	Oleum de spica.	535
Ol. laurinum.	527	Ol. strobilorum.	526
Oleum liliorum simplex. Mes.	512	Oleum sulphuris.	290. 287. 533
Ol. liquidambar.	527	Olei sulphuris in crocum conuersio.	866
Oleum lumbricorum.	521	Oleum Tamarisci.	530
Oleum macis.	535	Oleum tartari.	280. 530
Ol. mastichinum. Mes.	517	Oleum terebinthina.	534
Olea medicata ex infusione.	509	Oleum thymi.	536
Ol. de meliloto.	515	Oleum vitrioli. 532. Eius educendi modus.	533
Ol. melinum.	516	Oleum vitrioli dulce.	533
Oleum mellis.	534	Oleum vitrioli esse calidissimum, & cuius	
Ol. de mentha.	513	qua permistum potumque refrigeret.	533
Olea metallorum.	536	Oleum vulpinum.	523
Ol. Meschellinum seu moschatellinum.	520	Oleum violatum.	509
Oleum muscillinum.	182	Olibanum quid.	273
Oleum myrrhe.	531	Oliua, earum vires.	255
Ol. myrtillorum. 516. quomodo differat ab o-		Olla.	350
leo myrtino.	ibid.	Ologinat.	87
Ol. myrtinum Mes.	516	Olyra.	243
		Ove.	

INDEX RERVM

Dinotribes.	512	Oryges.	318
Omphacitis.	261	Oryza.	243
Omphacium quid. 151. quibus proficit. 151.	256	Os aurum trahens.	10
Onichitis.	312	Ossa medicata.	326
Onix quid.	298	Ossa consolidantia.	20
Onolos.	87	Ostracitis.	311
Onolosat.	77	Osyris.	244
Ononis. 200. Eius vires.	200	Oua. 322. Eorum vires.	ibid.
Opatus.	301	Oxalis. 235. Eius species.	ibid.
Ophiogenes.	16	Oxyacantha.	257
Ophthalmica.	11. 222	Oxybaphum.	88
Operationes chymicas tam Medico, quam pharmacopæo esse necessarias.	620	Oxycedrus.	260
Opium quid. 278. Eius varietates, qualitates. 232. quodnam optimum. ibi. qualitates. 279. Eius immodice sumpti incommoda.	ibid.	Oxylapathum.	236
Opium quid. 830. Eius veri signa.	ibid.	Oxymelita ab Arabibus in Syrupos fuisse mutata.	672
Opium Quercetani.	830	Oxymelita apud veteres in magno fuisse usu.	691
Opii castigatio & reformatio.	815	Oxymellis qualitas. 62. preparatio.	ibid.
Opii non preparati incommoda.	831	Oxymelita quam diu sint coquenda.	696
Opium esse basim plurimarum auditorum.	815	Oxymelitis simplicis preparatio.	695
Opium à sulphure inflammabile esse.	831	Oxymel benedictum.	697
Opii adulterinum.	103	Oxymel cephalicum.	694
Opiata.	772	Oxymel compositum.	385
Opiata unde dicta. 71. Eorum appellatio amplissima.	ibid.	Oxymel diureticum.	698
Opiata cur inuenta.	71	Oxymel elleboratum minus Gesneri.	388
Opiatorum usus & materia.	117	Oxymel elleboratum Gesneri ad frangendum calculum.	389
Opiata cephalica.	118. 775	Oxymel elleboratum Cratonis.	390
Opiata multum cordiales.	117	Oxymel elleboratum maius Iuliani.	387
Opiata Neapolitana. 489. Cur ita dicta ibi. Eius vires.	490	Oxymel epilepticum.	694
Opiat a pro pauperibus.	118	Oxymel pectorale seu thoracicam.	694
Opii proprietas unde.	834	Oxymel pectorale. Bechtoldi Riuij.	390
Opiata Salomonis. Laurentij Iouberti.	483.	Oxymel de peto purgatorium mirabile.	695
vires.	484	Oxymel accommodatum humoribus serosis euacuandis.	695
Opii vera correctiua qua.	835	Oxymel phlegmagogum, cholagogum & melanagogum.	695
Opiata stomachica.	118	Oxymel scilliticum.	385
Opobalsamum.	187. 527	Oxymel scilliticum Marcelli.	ibid.
Opopanax quid. 268. 282. Eius species.	ibid.	Oxymel scylliticum simplex.	604
vires.	ibid.	Oxymel Secaniabin Arabibus dictum.	384
Opuntia Plinii.	254	Oxymel vinosum Bechtoldi Riuij.	386
Origanum. Eius species & vires.	208	Oxytriphillum.	255
Ornithoglossum.	227		
Orobis. 242. Eius species & vires.	ibid.	P Accame.	191
Orualla.	213	παχυρινδι.	19
		Paderos.	301
		Pade-	

ET VERBORVM.

<i>Paderota.</i>	156	<i>Penicillus desiccans.</i>	124
<i>Paguri.</i>	334	<i>Penicillus detergens.</i>	124
<i>Palea de Mecha.</i>	189	<i>Penidia.</i>	360.477
<i>Palma Christi.</i>	179	<i>Pentapharmacum.</i>	569
<i>Palma Sancta.</i>	191	<i>Pentaphyllon. 239. Eius vires.</i>	ibid.
<i>Palpebrarum scabiem corrigens collyriū. 131</i>		<i>Πενταφυλλον.</i>	612
<i>Palus Sanctus.</i>	191	<i>Πενταφυλλον.</i>	19
<i>Panacea.</i>	198	<i>Peplis. peplium. peplus.</i>	174
<i>Panaces quadruplex. 198. Eius vires. ibid.</i>		<i>Perforata.</i>	217
<i>Pandalea quomodo differant ab eclegmatis & electuariis solidis.</i>	120	<i>Periammata.</i>	13
<i>Panificium esse à Medicis inuentum.</i>	31	<i>Periclymenon. 225. Eius vires.</i>	ibid.
<i>Panificii preparatio qualis.</i>	610	<i>Perisson.</i>	230
<i>Panis bis coctus.</i>	119	<i>Perla.</i>	302
<i>Panis cuculi.</i>	235	<i>Perlaryum nacra.</i>	330
<i>Panes dulciarii.</i>	119	<i>Perpenja.</i>	215
<i>Panis porcinus.</i>	201	<i>Persea arbor.</i>	251
<i>Panthera.</i>	301	<i>Persica. 251. Eorum vires.</i>	ibid.
<i>Papauer. 231. Eius species. ibid. vires.</i>	232	<i>Persilium.</i>	224
<i>Papauer corniculatum.</i>	232	<i>Peruzaa.</i>	300
<i>erraticum.</i>	ibid.	<i>Peruzegi.</i>	296
<i>nativum.</i>	231	<i>Pes alexandrinus.</i>	192
<i>spumeum.</i>	232	<i>Pescati.</i>	241
<i>Papauerapolyanthea.</i>	232	<i>Pescolumbinus.</i>	219
<i>Pardigonia.</i>	250	<i>Pes vituli.</i>	241
<i>Paragorica qua.</i>	72	<i>Pessi, eorum forma, differentia.</i>	123
<i>Parietaria. 157. Eius vires.</i>	ib.	<i>Pessus ad mensium accelerationem.</i>	123
<i>Parthenium non esse artemisiā. 217. Eius species & vires.</i>	ibid.	<i>Pessus ad menses sistendos.</i>	123
<i>Passerum cerebella venerem excitare.</i>	42	<i>Petra carbo.</i>	289
<i>Passula. 256. unde dicantur ibi. Earum species. ibid. vires.</i>	ibid.	<i>Petrapium.</i>	224
<i>Pasta pomorum.</i>	399	<i>Petra vini.</i>	531
<i>Pasta regia. 118. quomodo ab opiatīs differat. 118</i>		<i>Petroleum.</i>	190. 527. 518
<i>Pasta regia ad sputum mouendum.</i>	119	<i>Petroselinum. 160. Eius vires.</i>	161
<i>Pastilli masticatorii.</i>	116	<i>Petroselinum macadonicum. 224. Eius vires.</i>	ibid.
<i>Pastus Camelorum.</i>	189	<i>Petum quid.</i>	695
<i>Pastilli nera.</i>	497	<i>Petum per se sumptum esse vomitiuum.</i>	ibid.
<i>Patella.</i>	345	<i>Pharmacopœus & pharmacopola.</i>	3
<i>Patimpissa.</i>	270. 271	<i>Pharmacopœus qualis esse debeat.</i>	ibid.
<i>Patina.</i>	345	<i>Pharmacopœi vita.</i>	ibid.
<i>Pazan.</i>	318	<i>Pharmacopœi indigni qui.</i>	ibid.
<i>Pecten veneris.</i>	419	<i>Pharmacopœi perichiatōres qui.</i>	ibid.
<i>Pediasmos.</i>	277	<i>Pharmacopœi improbandi qui.</i>	ibid.
<i>Penicilli.</i>	124	<i>Pharmacopœi officinum.</i>	ibid.
<i>Penicillus anodynus.</i>	124	<i>Pharmacopœum esse Medici manum.</i>	33
		<i>Pharmacopœi veri & legitimi quomodo à spuris</i>	

INDEX RERVM

<i>spiritus distinguantur.</i>	622	<i>benigna.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Pharmacopœi domus & officina.</i>	342	<i>Pilularum dosis.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Pharmacopœi domus ubi sit construenda. ib.</i>		<i>Pilularum differentia.</i>	728
<i>quanta debeat esse. ibid. qualis.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pilula quam in officina pharmaceutica</i>	
<i>Pharmacopœi instrumenta necessaria que.</i>		<i>non sint necessaria.</i>	451
343. <i>quæ utilia.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pilularum multarum suppressio.</i>	452
<i>Pharmacopœorum operationes vulgares.</i>	615	<i>Pilularum extractum.</i>	51
<i>Pharmacie dignitas & antiquitas.</i>	2	<i>Pil. de agarico. Auicenna.</i>	440
<i>Pharmaciam medicina inseruire.</i>	3	<i>Pil. aggregativa. 443. Mes. unde dicta.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Pharmaciam subiectum.</i>	3	<i>Pil. alephangina.</i>	444
<i>Pharmaceutica officina quibus pilulis care-</i>		<i>Pil. de aloë lota.</i>	438
<i>re possit.</i>	451	<i>Pil. de ammoniaco.</i>	735
<i>Pharmacorum crudorum & sine artificio di-</i>		<i>Pil. de argento viuo. Horatij Auguj.</i>	450
<i>gestorum quanta sint incommoda.</i>	622	<i>Pil. de aromatibus.</i>	444
<i>Philadelphos.</i>	240	<i>Pil. assacareth. Auicen.</i>	443
<i>Philanthropon.</i>	240	<i>Pil. aurea. Nic. Myrepsi.</i>	440
<i>Philonium magnum seu romanum. 482. vi-</i>		<i>Pilula bechica.</i>	74
<i>res.</i>	483	<i>Pil. bechica alba.</i>	455
<i>Philonium.</i>	833	<i>Pil. bechica nigra. Mes.</i>	454
<i>Philonium Romanum & Philonium Persi-</i>		<i>Pil. benedicta.</i>	444
<i>cum.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pil. benedicta Io. Hartmanni Beyer.</i>	448
<i>Philonij Tharsensis descriptio Gal. descriptio.</i>		<i>Pil. de bryonia.</i>	449
<i>ibid.</i>		<i>Pilula catholica. Fernelij.</i>	438
<i>Phyllitis.</i>	159	<i>Pil. ad distillationes capitia.</i>	450
<i>Phistacia.</i>	258	<i>Pil. aucis Brunsvicensis contra dolores capi-</i>	
<i>Phlomis.</i>	236	<i>tis veteres & recentes. purgantes cerebrū,</i>	
<i>Phœnicobalani.</i>	255	<i>clarificantes oculos, augentes memoriam,</i>	
<i>Phœnigmus.</i>	137	<i>&c. 450</i>	
<i>Phrynoi.</i>	333	<i>Pil. D. Bernardi Rorbachij ad dyscrasiam</i>	
<i>Phthiriasin curans lotio.</i>	131	<i>frigidam & humidam cerebri ac ventri-</i>	
<i>Phris. cura.</i>	672	<i>culi.</i>	450
<i>Phu. 221. Eius vires.</i>	222	<i>Pilula cholagoga.</i>	728
<i>Phyrama.</i>	264	<i>Pilula cholagoga de centauro Quercetani.</i>	
<i>Piger Henricus.</i>	239	711	
<i>Pilosella.</i>	241	<i>Pil. cochia Rhasis. 441. unde habeant nomen.</i>	
<i>Pilula.</i>	436	<i>ibid.</i>	
<i>Pilula cur ita dicta.</i>	72	<i>Pil. de cynoglossa.</i>	455
<i>Pilula cynoglossa à Nicol. Proposito descripta</i>		<i>Pil. epileptica Horatij Auguj.</i>	455
<i>in frequenti admodum usu sunt.</i>	833	<i>Pil. de pseudoelleboro Helidai.</i>	449
<i>eius vires.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pil. de eupatorio maiores.</i>	439
<i>Pilularum forma quid præset.</i>	73	<i>Pil. de euporbio mirabiles contra febres</i>	
<i>Pilularum ingratus sapor.</i>	73	<i>chronicas. &c. 736</i>	(737)
<i>Pilularum magna varietas.</i>	73	<i>Pil. de euporbio contra pestem. Quercetani.</i>	
<i>Pilularum compositio ut recte fiat.</i>	73	<i>Pil. fetida. Mes.</i>	446
<i>Pilula unde dicantur catapotia.</i>	73	<i>Pil. de fumaria Auicen.</i>	443
<i>Pilularum crassities qualis esse debeat.</i>	74	<i>Pil. de lapide lazuli. Mes.</i>	443
<i>Pilula validiores quādo sumenda. ibi. quādo</i>		<i>Pil. de hermodactylis minores. Mes.</i>	444
		<i>Pil. de</i>	<i>Pil. de</i>

ET VERBORVM.

<i>Pil. de hiera.</i>	444	<i>Pil. contratuffim. Herculis Saxonis.</i>	455
<i>Pil. hydragoga Quercetani.</i>	735	<i>Pimpinella. 216. Eius vires.</i>	ibid.
<i>Pil. de hydrargyro.</i>	447	<i>Pineolatum optimum.</i>	120
<i>Pil. hypoglottides.</i>	454	<i>Pingue & unctuosum quomodo differant.</i>	617
<i>Pil. imperiales Fernelii.</i>	438	<i>Pinnophylaces.</i>	334
<i>Pil. laudani Paracelsi.</i>	448	<i>Pini sylvestres.</i>	259
<i>Pil. mastichina.</i>	437	<i>Pinta.</i>	792
<i>Pil. Mechoacana.</i>	445	<i>Pingitis.</i>	286
<i>Pil. melanagoga.</i>	718	<i>Piper. eius species. 185. vires.</i>	ibid.
<i>Pil. secreta ad memoriam.</i>	450	<i>Piperis longi descriptio.</i>	185
<i>Pil. ad fluxum immodicum menstruorum.</i>	456.	<i>Pipinella.</i>	216
<i>Herc. Saxonis.</i>	455	<i>Pisces cornuti.</i>	328
<i>Pil. ad obstructionem menstruorum.</i>	456.	<i>Piscis exossis.</i>	325
<i>Herc. Saxonis.</i>	456.	<i>Pissa.</i>	270. 271
<i>Pil. mercuriales. Herc. Saxonis.</i>	451	<i>Pissiphaltos.</i>	270. 271. 512. 290
<i>Pil. de nitro.</i>	445	<i>Pisselaon.</i>	271
<i>Pil. panchymagoga.</i>	728. 730	<i>Pistacia.</i>	257
<i>Pil. pestilentialis Alberti Ducis Bavaria.</i>	737	<i>Pistillo quamvis vix queant pulverari.</i>	39
<i>Pil. ad pestem Leonardi Fiorauanti.</i>	456	<i>Pituitam evacuavtia.</i>	109
<i>Pil. pestilentialis D. Pontani.</i>	449	<i>Pix quid. 270. 271. quomodo differat à resina.</i>	271
<i>Pil. phlegmagoga.</i>	728	<i>Picis facienda modus.</i>	ibid.
<i>Pil. phlegmagoga de absinthio Quercetani.</i>	737	<i>Pix cur sit nigra.</i>	ibid.
<i>Pil. polychresta. Mes. 442. unde dicta.</i>	ibid.	<i>Pix cadria.</i>	ibid.
<i>Pil. Prachtely.</i>	448	<i>Pix liquida.</i>	ibid.
<i>Pil. purgantes per superna & inferna.</i>	448	<i>Piscis vires.</i>	ibid.
<i>Pilula Ruffi. vulgo pestilentialis seu communes.</i>	437	<i>Piscis lotio.</i>	35
<i>Pil. Ruffi cum rhabarbara. D. Vlrici Chelij.</i>	451	<i>Picatio quomodo fiat.</i>	137
<i>Pil. de sagapeno.</i>	734. 735	<i>Picatio quibus affectibus conueniat.</i>	ibid.
<i>Pil. de sagapeno validiores.</i>	449	<i>Pic naualis.</i>	270. 271
<i>Pil. Paracelsi ad conseruandam sanitatem.</i>	449	<i>Placitis.</i>	312
<i>Pil. sine quibus esse nolo. Nic. Prepositi.</i>	439	<i>Plantas quasdam contrarias habere facultates.</i>	11
<i>Pil. solutiva de elleboro.</i>	449	<i>Plantarum mira natura.</i>	5
<i>Pilula non solutiva.</i>	452	<i>Plantarum destillatio.</i>	57
<i>Pil. de tribus solutivis.</i>	438	<i>Plantarum lachryma.</i>	262
<i>Pil. mirabiles contra tremorem & spasmodum.</i>	737	<i>Plantarum succi.</i>	262
<i>Pilula stomachica. vulgo ante cibum. Mes.</i>	436	<i>Plantarum humores.</i>	262
<i>Pil. tartarea melanagoga Quercetani.</i>	732	<i>Plantarum sanguis varius.</i>	262
		<i>Plantarum nex.</i>	177
		<i>Plantarum sanguis.</i>	272
		<i>Plantas cloacarum fetore & putredine reddi insalubres.</i>	28
		<i>Plantarum partes condita.</i>	398
		<i>Planta sat cherifera.</i>	551
		Yyyy 2	Planta-

INDEX RERVM

<i>Plantago</i> . Eius species 233. vires.	234	<i>montana</i> .	ibid.
<i>Plantago aquatica</i> .	174	<i>nigra</i> .	ibid.
<i>Plantago rosea</i> .	233	<i>tremula</i> .	ibid.
<i>Pleuritidis notha species</i> .	651	<i>Porci cur facile pinguescant</i> .	320
<i>Pleuritidis sedans fomentum</i> .	130	<i>Porci rostrum</i> .	164
<i>Pleuritidis mirigans litus</i> .	132	<i>Porrum Eius species & vires</i> .	203
<i>Plumbum quid</i> . 307. Eius species & vires.		<i>Portulaca</i> . 163. Eius species & vires.	ibid.
ibid.		<i>Potio ad gonorrhœam virulentam seu feci-</i>	
<i>Plumbi lotio</i> .	34	dam.	668
<i>Plumbi puluis</i> .	40	<i>Potio ad renum & vesicae ulcera</i> .	668
<i>Plumbi vstio</i> .	545	<i>Potio vomitum prouocans</i> .	749
<i>Plumbum multis modis vri</i> .	44	<i>Potiones vulneraria</i> .	667
<i>Plumbi halitus cur cerebro & neruis no-</i>		<i>Potio venenatis vulneribus scelopetariis con-</i>	
xius.	44	ueniens.	668
<i>Plumbi & stanni communia qua</i> .	307	<i>Potio vulneraria in fracto osse ab icu selo-</i>	
<i>Plumbi puluis crudi quomodo fiat</i> .	545	petario.	668
<i>Plumbago</i> .	307	<i>Potio vulneraria cephalica</i> .	668
<i>Paeonia</i> . Eius species. 199. earum species. 200		<i>Potio sanguinem ex vulneribus erumpen-</i>	
<i>Paeoniam esse antiepilepticam</i> .	5	tem prohibens.	668
<i>Paeonia radices condita</i> .	402	<i>Præcipitatum</i> .	452
<i>Polemonium</i> .	181	<i>Præla quid & unde dicta</i> .	345
<i>Poly nomen unde</i> . 207. vires.	ibid.	<i>Prælum cuius sit inuentum</i> .	49
<i>Polygonum montanum</i> .	207	<i>Præla quoriam in officina requirantur</i> .	
<i>Polychreston</i> .	18	346	
<i>Polygonatum</i> .	234	<i>Præparationum differentia</i> .	32
<i>Polygonum</i> .	234	<i>Præparationes generales esse tres tantum</i> .	
<i>Polygonum fœmina</i> .	ibid.	31.	
marinum.	ibid.	<i>Præparationes quatuor secundum Me-</i>	
<i>Polypodium unde dicatur</i> . 173. qua eius vi-		suen.	31
res.	ibid.	<i>Præseruatiuum contra pestem singulare</i> . 774	
<i>Polytrichum</i> .	158	<i>Præseruatiuum contra venena</i> .	775
<i>Pomaceum</i> .	246	<i>Præssium</i> . 211. Eius species & vires.	211
<i>Pomaceum qui fiat</i> .	49	<i>Primula veris</i> . 236. Eius species & vires.	
<i>Pompholix quid</i> . 313. Eius vires.	ibid.	237	
<i>Poma</i> . Eorum species. 245. vires.	246	<i>Propomata quid</i> .	62
<i>Pomum Adami</i> .	247	<i>Proprietas occulta stirpium</i> .	11
<i>Poma amoris</i> .	229	<i>Proserpinaca</i> .	234
<i>Pomum assyrium</i> .	247	<i>Pruna</i> . 250. Eorum species. ibid. vires.	251
<i>Poma mirabilia</i> .	231	<i>Pruna condita</i> .	399
<i>Pomum terra</i> .	201	<i>Prunella</i> .	234. 235
<i>Pomum ad pleuritid</i> .	652	<i>Prunida Ayla</i> .	150
<i>Poncerium</i> .	247	<i>Pseudodictamnus</i> .	112
<i>Ponderum nomina arabica</i> .	87	<i>Pseudonardus aspicæ</i> .	190
<i>Ponderum magna varietas</i> .	86	<i>Pseudopalus</i> .	301
<i>Populus</i> . Eius species, vires.	228	<i>Psyllium</i> . 237. Eius vires.	238
<i>Populus alba</i> .	228	<i>Psyllium nihil in se habere deleterij</i> .	
Lybica.	ibid.	416	

ET VERBORVM.

<i>Psyllothrum</i> quid.	138	<i>Puluis ad corroboracionem cordis.</i>	144
<i>Psyllothrum magna cautione esse usurpandum.</i>	138	<i>Puluis ad cucuphas.</i>	141
<i>Psyllothrum Pauli. ibid. Rondeletii.</i>	ibid.	<i>Puluis cyprius.</i>	143
<i>Pyramica.</i>	193	<i>Puluis contra dolorem dentium.</i>	471
<i>Prisana antiquorum.</i>	114. 115	<i>Puluis dentifricus Pistorii.</i>	472
<i>Pulegium unde dictum. 206. Eius species & vires.</i>	ibid.	<i>Puluis ad epilepsiam. Io. Hartmanni Beyeri.</i>	471
<i>Pulegium montanum.</i>	206	<i>Puluis epilepticus Horatii Augerii.</i>	472
<i>Puli.</i>	170	<i>Puluis epuloricus optimus.</i>	68
<i>Pumicis vsio.</i>	44	<i>Pulu. esula laxatiuus.</i>	743
<i>Pumila planta.</i>	222	<i>Puluis ferri preparati Constantini Imperatoris.</i>	470
<i>Pulmonica.</i>	12	<i>Puluis flatus discutiens.</i>	121
<i>Pulmonum ulcerum curatio.</i>	762	<i>Puluis ad quascunque fluxiones Herculis Saxonie.</i>	474
<i>Pulmones vulpium.</i>	323	<i>Pulu. contra fluxum ventris.</i>	742
<i>Pulmozum vulpis preparatio.</i>	406	<i>Puluis profumio Pistorii.</i>	471
<i>Puluerisari quam vix queant.</i>	39	<i>Puluis ad gingiuas eiusdem.</i>	473
<i>Pulueres.</i>	121	<i>Puluis ad omnes hernis species. Et ipsam enterocelen.</i>	771
<i>Pulueres in medicina quid prestent.</i>	68	<i>Pulu purgans hydropicorum aquas.</i>	739
<i>Puluerum in chirurgia frequens vsus.</i>	67	<i>Puluis contra vermes.</i>	474
<i>Puluerum crassities & tenuitas quid efficiat.</i>	85	<i>Pulu. ad expellendos lumbricos & ad deturbandum eorum seminarium.</i>	740
<i>Puluis antilyssus seu cantra rabiem. Palmarii.</i>	466	<i>Puluis contra vermes. Herculis Saxonie.</i>	474. 742
<i>Puluis bezoardicus naturalis.</i>	329	<i>Puluis metallorum.</i>	651
<i>Puluis bezoardicus sine preciosis. Medicorum Francofurtensium.</i>	472	<i>Puluis odoratus.</i>	143
<i>Puluis pro botio VVolfgangi Gabelhoueri.</i>	471	<i>Pulu. panchymagogus.</i>	739
<i>Puluis bezoardicus cum preciosis eorundem.</i>	472	<i>Puluis diapenidii sine speciebus.</i>	476
<i>Pulueres cordiales.</i>	68. 122	<i>Puluis contra pestem seu bezoardicus.</i>	466
<i>Pulu. cachecticus Quercetani.</i>	740	<i>Pulu. phlegmagogus.</i>	738
<i>Puluis contra calculum.</i>	471	<i>Pulu. melanagogus Quercetani.</i>	738
<i>Puluis Tribuli ad calculum. Horatii Augerii.</i>	473	<i>Puluis ad sistendum humorem delabentem ad pulmones.</i>	144
<i>Puluis mirabilis ad calculum. Eiusdem. ibid.</i>	473	<i>Pulueres purgantes.</i>	738
<i>Puluis ad calculum. Herculis Saxonie.</i>	473	<i>Pulu. purgans sine omni molestia.</i>	743
<i>Puluis cancerorum.</i>	467	<i>Pulu. feliciter purgans Petri Seuerini.</i>	741
<i>Pulueres cardiaci quomodo cribrandi.</i>	52	<i>Pulu. purgans Ioan. Baptista Mayheri.</i>	741
<i>Puluis pro suffitu cerebrum corroborans & exiccans.</i>	144	<i>Pulu. solutiuus Io. Hartmanni Beyeri.</i>	742
<i>Puluis purgans cerebrum Tritemii notabilis ad varios morbos imprimis vero cerebri.</i>	468	<i>Pulu. purgans robustissimus in morbo gallico. Herc. Saxonie.</i>	742
<i>Pulu. cholagogus.</i>	738	<i>Pulu. purgatorius conducens ad omnes morbos frigidos cerebri.</i>	739
		<i>Pulu. sena laxatiuus Rulandi.</i>	741

INDEX RERVM

<i>Pulu. sens preparatus cum scammonio.</i>		<i>Purgantium medicamentorum doses.</i>	90.
741		108	
<i>Puluis è serpentibus.</i>	470	<i>Purgantia comprimendo quomodo seli-</i>	
<i>Puluis sternutationem prouocans.</i>	757	<i>genda.</i>	21
<i>Puluis ad ardorem stomachi Petri Vffenbachii.</i>	474	<i>Purgantia trahendo quam meliora.</i>	22
<i>Pulu. exiccans aluum, sudoremque mouens.</i>		<i>Purgantia potenter qua.</i>	91
<i>Bechtholdi Riuii.</i>	742	<i>Purgantibus malignis quando liceat uti.</i>	
<i>Puluis pro suffumigio ad destillationes capi-</i>		21	
<i>tis.</i>	473	<i>Purgantibus benignis quando abstin-</i>	
<i>Puluis pro suffitu tempore pestis. Leonardi</i>		<i>dum.</i>	21
<i>Fiorauanti.</i>	472	<i>Purgantia cholagoga.</i>	720
<i>Puluis pro suffitu tempore pestis. D. Vlrici</i>		<i>Putrefaciens.</i>	20
<i>Chelii.</i>	471	<i>Putrefactio.</i>	46
<i>Puluis Turcarum, quo ad mensem integrum</i>		<i>Pygargi.</i>	318
<i>uiuere possunt.</i>	105	<i>Pygnotica.</i>	19
<i>Puluis ex stercore pauonis ad vertiginem.</i>		<i>Pyra, eorum species. 246. vires.</i>	247
768		<i>Pyra condita.</i>	399
<i>Puluis contra venena, dolores colicos & ad</i>		<i>Pyraceum.</i>	247
<i>promouendum sudorem.</i>	469	<i>Pyrethrum.</i>	192
<i>Puluis cuiusdam rustici contra venena ce-</i>		<i>Pyrethrum syluestre.</i>	193
<i>leberrimus.</i>	469	<i>Pyrosicum cur ita dictum.</i>	139
<i>Puluis pro vestimentis.</i>	472	<i>Pyriticorum materia. ibid. consiciendi mo-</i>	
<i>Puluis vulnerarius optimus.</i>	68	<i>du.</i>	ibid.
<i>Purgantium qualitates varia appellationes.</i>	9	<i>Pyrrhi pollex quid praestiterit.</i>	10
<i>Purgatoria facultates & de iisdem chymi-</i>		<i>Pyxides.</i>	350
<i>starum opinio. 9. opinio Galeni.</i>	10		
<i>Purgantia trahendo.</i>	10	Q.	
<i>Purgantia comprimendo.</i>	10	<i>Qvabeb.</i>	186
<i>Purgantia lubricando.</i>	10	<i>Qualitates secundae quot differentiis</i>	
<i>Purgantia duplicia.</i>	719.29	<i>includantur.</i>	21
<i>Purgantium classes qua & quot.</i>	710	<i>Quebulgi.</i>	171
<i>Purgantium forma diuersa.</i>	720	<i>Quercus.</i>	261
<i>Purgantia cur in forma potabili sint conue-</i>		<i>Quercus adulterini fructus.</i>	261
<i>nientiora. 108. cur citius ducant.</i>	108	<i>Quid pro quo.</i>	99
<i>Purgantia vsu longo probata.</i>	409	<i>Quinquefolium.</i>	239
<i>Purgantium infusio.</i>	36	<i>Quinqueneruia.</i>	234
<i>Purgantium odor ingratus. 7. Eius vis. ibi.</i>		<i>Quinta essentia vitrioli.</i>	533
<i>Purgantium delectus quinam ex loco su-</i>		R.	
<i>matur.</i>	27	<i>Radicarium.</i>	267
<i>Purgantia simplicia cum alo.</i>	731	<i>Radicula saxina minor.</i>	204
<i>Purgantium omnium verum dissoluens esse</i>		<i>Radices quasdam quouis tempore esse colli-</i>	
<i>aquam vita tartarisatam.</i>	860	<i>gendas.</i>	26
<i>Purgantium medicamentorum delectus à</i>		<i>Radicum repositio.</i>	74
<i>facultatibus sumptus.</i>	29	<i>Radi-</i>	

ET VERBORVM.

Radices siccas esse asseruandas.	351	Retorta.	57
Radicum quantitas in medicamento componendo.	92	Reges olim multos medicamenta preparasse.	2
Radices aperientes maiores.	97	Rex anguivorus.	16
Radices aperientes minores.	97	Rhabarbari descriptio & vires.	169
Radicum quinque aperientium preparatio.	36	Rhabarbarum optimum ubi nascatur. ib.	ibid.
Radices quando condienda.	402. 774	Rhabarbarum vnde dictum.	ibid.
Radicum purgatio.	35	Rhabarbarum nostrum vulgare non esse rhabaponticum, nec hoc centaurium maius.	ibid.
de Rad. succulentis cautio.	825	Rhei extractum.	51
Radix china. 192. Eius vires.	ibid.	Rhabaponticum. 223. Eius vires.	ib.
Rana earum varietates.	333	Rhabaponticum non esse centaurium maius.	169
Rana quam sint vocales.	333	Rhodomeli.	65. 291
Rana quam maligna.	ibid.	Rhodostacte quid.	391
Raphanides syluestris.	204	Rhus.	243
Raphani species. 204. vires.	ibid.	Rhus culinaria.	244
Raphanus niger.	204	Ribes seu ribesium. 256. Eius species.	ibid.
Rapistrum.	204	Ribes condita.	398
Raporum species. 204. vires.	ibid.	Ricinus. 179. Eius vires.	ibid.
Rapum vnde dicatur bunias.	204	Risagalum.	291. 261.
Rarum.	22	Rob. ribes. 65. 393. Tempus preparandi & eius vires.	394
Rasio.	41	Rob. berberis.	394
Rastrum suspensum in officinis quid confertur.	349	Rob. de cornis.	394
Recens & vetustum non omnibus esse aequum.	27	Rob. citoniorum.	394
Recentiorum in inueniendis remediis fidelitas.	108	Roboratiuum quid.	7
Reclificatio.	620	Roborantiuum doses.	108
Reforus.	204	Robur.	261
Refrigeratio.	46	Roqueta.	194
Relaxantia.	19	Rosarum varietates. 167. partes. ibid. vires.	ibid.
Remedia qua improprie ad metalla referantur.	6	Rosarum tinctura.	287
Remora aratri. Eius vires.	100	Rosata nouella.	764
Requies Nicolai. Eius vires.	833	Rosata nouella Nic. Myrsit. 479. Eius vires.	480
Resina quid. 263. 269. 270. Eius varietas.	ib.	Rosmarinum. Eius vires.	226
270. vires.	ib.	Rosmarinum ferulaceum.	ibid.
Resina fricta.	270	coronarium.	ibid.
Resina sicca.	270	Rostrum porci.	164
Resina strobilina.	270	Rubeta.	333
Resina quomodo differat à picca.	271	Rubeta. Rubertiana. Robertiana.	219
Resina quomodo extrahantur.	50	Rubia vnde dicta & qua eius vires.	200
Resmarum lotio.	35	Rubia tinctorum.	200
Resinatium plebecula.	393	Rubini. Eorum species & vires.	297
Resta bouis. 200. Eius vires.	200		sexus.

INDEX RERVM

<i>sexus.</i>	<i>ibid.</i>	<i>ammoniacus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Rubinus sulphuris.</i>	855	<i>Fossilis.</i>	288
<i>Rubinus nigricans.</i>	297	<i>Gemmeus.</i>	288
<i>Rubrica.</i>	285	<i>Indus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Rubus idaeus. eius species & vires.</i>	253	<i>Lacustris.</i>	289
<i>Rupi capra.</i>	318	<i>Marinus.</i>	288
<i>Ruscus.</i>	162	<i>nitrum.</i>	289
<i>Rusma quid.</i>	138	<i>Petra.</i>	289
<i>Rusma Turcarum.</i>	138	<i>Phrygius.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Rusticula.</i>	322	<i>Sales corallorum & gemmarum.</i>	837
<i>Ruta. 214. Eius vires.</i>	<i>ibid.</i>	<i>Salradicis angelica.</i>	845
<i>Ruta sylvestris quot.</i>	214	<i>Salis vstio.</i>	44
<i>Ρωτινι.</i>	19	<i>Salitura.</i>	56
		<i>Sal ceterach.</i>	867
		<i>Sales corallorum.</i>	864
		<i>Sal corticum fabarum.</i>	867
		<i>Sal cranii humani.</i>	867
		<i>Sal. fraxini.</i>	867
		<i>Sales perlarum.</i>	864
		<i>Sal prunella.</i>	651
		<i>Sal prunella quid & unde habeat nomen.</i>	866
		<i>Sal radicis resta bonis.</i>	867
		<i>Sal siue saccharum Saturni.</i>	868
		<i>Sab sacerdotale.</i>	868
		<i>Salium theriacalium preparatio secundum antiquos.</i>	811
		<i>Salium theriacalium proprietates secundum antiquos.</i>	813
		<i>Salium theriacalium reformatio.</i>	828
		<i>Sal vitrioli vomitiuum.</i>	747
		<i>Salaces quibus utantur ad venerem.</i>	55
		<i>Salihacha.</i>	184
		<i>Saliunca.</i>	189
		<i>Salua. Eius species & vires.</i>	213
		<i>Salua romana.</i>	208
		<i>Salua vita. 159. Eius vires.</i>	159
		<i>Sambucus.</i>	174
		<i>Samius aster.</i>	285
		<i>Sampsuchum. Eius vires.</i>	206
		<i>Sandaracha. 44. Eius vires.</i>	<i>ibid.</i>
		<i>Sandarach. quid. ibid.</i>	261, 292
		<i>Sandaracha cum arsenico affinitas.</i>	292
		<i>Sandarax.</i>	260
		<i>Sandarax Arabum quid.</i>	262
		<i>Sandix. 44. Eius qualitas. ibid.</i>	293
		<i>Sanguinaria.</i>	254
			<i>Sanguis</i>

S.

S <i>Abina. Eius species & vires.</i>	226
<i>Sabina arborescens.</i>	226
<i>baccifera.</i>	<i>ibid.</i>
<i>non baccifera.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Sacarymambu.</i>	313
<i>Saccharum quid.</i>	692
<i>Sacchari calorem non esse exiguum, obstructentem & glutinantem.</i>	692
<i>Saccharum facile in bilem verti.</i>	692
<i>Saccharum veteribus fuisse incognitum.</i>	151
<i>Saccharum quomodo albescat.</i>	152
<i>Sacchari vires.</i>	152
<i>Saccharum candum quomodo fiat.</i>	152
<i>Saccharum Madarense.</i>	152
<i>Saccharum esse minus purum melle.</i>	693
<i>Saccharum rosatum quid.</i>	395
<i>Saccharum scylliticum.</i>	798
<i>Sacculus ad affectus cordis.</i>	142
<i>Sacculus ad apoplexiam & lethargum.</i>	142
<i>Sacculus ad tympanitin & colicum dolorem.</i>	141
<i>Sacros.</i>	87
<i>Sacarab.</i>	61
<i>Sal. eius differentia & vires.</i>	288
<i>Salium vltima & perfecta preparatio.</i>	867
<i>Salis flos.</i>	289
<i>spuma.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Sal absynthii.</i>	867
<i>Sal alkali.</i>	289

ET VERBORVM.

Sanguis quid.	316	Sartago.	345
Sanguis humanus.	316	Sassafras. 104. 191. Eius vires	ib.
Sanguini purgando medicamentum non esse dandum.	30	Saturnus quid.	307
Sanguinem purgans herba.	30	Saturni magnesia.	651
Sanguinem sistentia.	19	Satyrium. 203. Eius species & vires.	203
Sanguis draconis quid. 265. 166. Eius vires.	166	Satyrii radices condita.	404
Sanguis hircinus.	313	Saxifraga. Eius vires.	215
Sanguinis hirci preparatio.	465	Saxifraga alba.	215
Sanguis leporis.	318	aurea.	ib.
Sanguinis leporis preparatio.	465	Saxoleum.	290
Sanguis plantarum.	161. 278	Scabiosa. 140. Eius vires.	ib.
Santali species. 190. vires.	191	Scabiosa minor.	ib.
Santalum optimum quod.	190	ouilla.	ib.
Santonicum.	209	Scammonia planta.	176
Sapa. 393. 65. Eius vires.	ibid.	Scammonia succus quomodo extrahendus.	176
Sapa simplices & composita.	65	Scammonii vires, ferocitas, correctio.	176.
Saparum vsus.	66	preparatio.	729
Saphyrus & eius species. 296. vires.	ib.	Scammonium preparatum cur dicatur digridium vel dacrydium.	176
Saphyrus aquicus seu albus.	ib.	Scammonium optimū notis cognoscatur.	176
Sapor quid.	21	Scammonium Antiochenum esse optimum.	176
Sapores quot.	21	Scandix.	219
Sapor acer qualis.	23	Scaparium.	267
Sapor acidus. 24. Eius diuisio.	ib.	Scinci marini.	335
Sapor austerus.	24	Scincorum renum vires.	336. 481
Sapor acerbus.	24	Sclarea.	213
Sapor amarus. 23. quotuplex.	24	Schcenanthon 189. Eius vires. ib iucus odoratus.	189
Sapor dulcis.	25	Schcenoprasum.	203
Sapor dulcis quomodo ab unctuosio differat. ibid.	143	Scolymus. 221 Eius species & vires.	221
Sapores dulces esse gratos.	25	Scolymus syluestris.	221
Sapor insipidus.	ib.	Scoraiū unde dictū. 213 qua vires.	214
Sapor falsus. 24. quotuplex.	25	Scoria ferri.	310
Sapor unctuosus.	ib.	Scorpio quale sit animal.	316
Sarcocolla. 268. 325. Eius vires.	37	Scorpionum multa genera.	ib.
Sarcocolla nutritio.	79	Scorpionum varietas à colore.	337
Sarcosin non tam medicamentorum quam natura esse opus.	79	Scorpionum illius quibus sit deterior, & qui etiam inter ipsos saniores.	ib.
Sarcoticum.	20	Scourgeon.	243
Sarcoticum optimum ex facultatibus oppositis.	83	Scrupulus seu scriptulus.	86
Σαρκωτικόν.	20	Scutum cur ita dictum & cui parti accommodandum. 140. Eius differentia.	ib.
Sarda quid.	298	Scuta ventriculorum peculiariter respicientia.	140
Sardonix.	298		
Sarsaparilla vel salaparilla quid & quomodo differat à smilace. 191. Eius vires.	192		

Zzzzz Scu-

INDEX RERVM

Scutum roborans & calefaciens.	140	Sericum male aduvi, ut puluerifetur.	39
Scylla. 102. vires.	ib.	Seriola.	164
Scyllarum collectio qua requirat.	796	Seris.	163
Scyllarum selectus & tempus colligendi.	795.	Serpentina.	348. 511
preparatio.	796	Serpillum Eius species. 105. vires.	206
Scyllas sine earum corruptione posse asseruari.	796	Serpinaca.	234
Scylla optima qua.	496	Serca.	241
Scylla preparatio vulgaris.	689	Serrula campana.	241
Scylla extractum.	798	Sesali.	198
Scylla malignitas quomodo corrigenda.	797	Selesi athiopicum.	198
Scylla fecula.	797	eroticum.	ib.
Scylla faculam in trociscos redigi posse.	797	herbaceum.	ib.
Sebesten.	253	massiliense.	ib.
Secacul.	403	peloponnesse.	ib.
Secaniabin.	384	pratense.	ib.
Sectio.	40	Seui & adipis discrimen.	319
Sedum.	232	Seuum caprinum.	319
Selenites.	301	Siccatio.	48
Seminum repositio.	94	Sicilius.	87
Semina quomodo asseruanda.	352	Sidon.	248
Seminum quantitas in medicamento componendo.	93	Sief.	68
Semina calida maiora.	97. 64	Sigillum caeleste.	574
Semina calida minora.	97. 165	Sigillum Salomonis.	234
Semina frigida maiora.	97. 162	Siliqua.	86. 170
Semina frigida minora.	97. 162	Silphium.	198
Semicupii vsus.	128	Sinapi. 193. Eius species. ib. vires.	194
Semicupium ad dolores nephriticos.	128	Sinapi domesticum.	193
Semicupium ad colicam flatuosam.	128	syluestre.	ib.
Seminalis.	234	Sinapisimi conficiendi modus.	137
Seminen.	87	Sinapisimus quomodo à vesicatorio differat.	138
Semiobolus.	86	Ston.	208
Semperniuum. Eius species. 232. vires. 233.	233.	Sisymbrium.	208
varietates.	233	Smaragdus. 195. Eius species. 296. optimi smaragd. qui & ubi inueniantur. ib. Eius vires.	ib.
Semperniuum marinum.	171	Smyrnium.	168
Senecha anguium.	11	Sotomeus lacus.	289
Senella.	257	Sole quam siccentur.	49
Senites.	301	Solanum 230. Eius species & vires.	ib.
Senna. 172. Eius descriptio, species, & vires.	ib.	Solanum furiosum.	ib.
Seplasiarius.	3	lethale.	ib.
Septifolium.	199	lignosum.	ib.
Sericum quid.	339	pomiferum.	23
Serici vires secundum barbaros.	339	sommiferum.	230
Sericum non pollere tot virtutibus, quot illi adscribuntur.	478	Tetraphyllon.	ib.
Sericum quomodo facile terendum.	39	vesicarium.	233
			Sola-

ET VERBORVM.

Solatrium.	238	Spec. dianisi.	764.463
Soldanella. 179. Eius species & vires.	ib.	Spec. diaspentidi.	764
Selen quid.	331	Spec. diatrion pipercon.	764
Somnum prouocans frontale.	134.135	Spec. diaprassii.	764
Somnum prouocans irrigatio.	132	Spec. diarrhodon Abbatis.	461.764
Somnum concilians lotio pedum.	131	Spec. rosata nouella	764
Somniferum Empiricorum.	72	Spec. diatrion santalorum.	450.764
Sorba. eorum species. 294. vires.	250	Spec. diafena cum diagridio Bechtoldi Ri-	
Soucrion.	243	vii.	743
Sphacelos.	213	Species stomachica laxativa.	743
Spadenses aqua.	287	Spec. diathamari.	764
Spagyrica operationes qua & quot.	616.	Spec. diatranganthi.	764.765
706		Spec. diatranganthi frigidi. Nic. Myrepsi.	
Sparadrappa.	582	476	
Spargula.	240	Spec. diaxyloaloes.	764
Spatule vnde dicantur.	344	Spec. diazingiber.	764
Spicularum materia varia.	ib.	Spelta.	243
Sperma ceti quid.	290	Spenutra.	243
Species calida.	763	Spica indica. Eius species. 189. vires.	190
Species frigida.	763	Spina alba.	257
Species minuta.	68	Spina acida.	257
Species temperata.	763	Spina hirci.	263
Spec. diambra.	763.459	Spinellus.	297
Spec. dianthi.	764.403	Spiritus aureus Rulandi	746
Spec. aromatici caryophyllati.	2.763	Spiritus vitrioli. 533. Eius educendi modus.	
Species aromatisi rosati.	763.460.461	533	
Spec. diacalaminthis.	465.764	Splenem roborans fomentum.	130
Spec. diacinnamomi.	464.764	Splenis indurati signa.	556
Spec. diacolocynthidos Vlrrei Chelii.	743	Splenetica.	12
Spec. cordiales alba sine cum margaritis con-		Spodium seu sporos.	312.327
tra epilepsiam.	468	Spodium esse saltem unum & quodnam sit.	
Spec. diacumini.	764	424	
Spec. diacurcumae.	764	Spodium Arabum vnde fiat.	ib.
Spec. el. de gemmis Mes.	458	Spodium Arabum non haberi.	ib.
Spec. electuarii laxificantis	763	Spodium Arabum esse fictitium.	244
Spec. diagalanga.	764	Spodium graecorum ubi & quando fiat. ib.	
Spec. diabyssopi.	764	313	
Spec. diaireos.	764	Spongiarum differentia. Sexus.	304
Spec. diaireos simplicis.	476	Sporta.	350
Spec. dialacca maioris.	764	Spuma quid.	53
Laxificantis.	462	Spuma efficientes causa.	53
Spec. diamargariti calidi.	761	Spuma salis.	289
Lichonripticon.	464	Sputa quomodo mouenda.	47
Spec. diamargariti frigidi.	764	Squilla. 201. Vires.	ib.
Spec. diamargaritum frigidum Platearii.		Statte quid. 276.277. qua melior. ib. Eius	
458		vires.	277
Spec. diamoschu dulcis.	460.763	Stannum quid & vnde fiat.	307
		Zzzzz 2	Stan-

INDEX RERVM

<i>Stannum quoduplex.</i>	ib.	<i>Succi quoduplices.</i>	281
<i>Stanni & plumbi communia qua.</i>	307	<i>Succorum repositio.</i>	94
<i>Stegnotica.</i>	19	<i>Succi quinam asseruandi & quomodo.</i>	352
<i>Stercus caninum.</i>	325	<i>Succi quomodo diu sine putredine seruan-</i>	
<i>Stercus Diaboli.</i>	267	<i>di.</i>	50
<i>Sternutatoria.</i>	193.755.756.757	<i>Succi quomodo extrahantur.</i>	50
<i>Sternutationem protocans probatum.</i>	758	<i>Succus cyrenaicus.</i>	267
<i>Sternutamentum Rulandi.</i>	758	<i>Succus Glycyrrhiza. 281. quomodo extra-</i>	
<i>Stibii vsus non omnino esse respuendum.</i>	108	<i>hendus.</i>	ib.
<i>Stibium alterum esse chymistarum idolum.</i>	310	<i>Succus Lybicus.</i>	267
<i>Stibii flos.</i>	ib.	<i>Succi melliti.</i>	391
<i>Stipantia.</i>	19	<i>Succus medicus.</i>	267
<i>Stipites quo tempore colligendi.</i>	26	<i>Succi plantarum.</i>	262
<i>Stirpium proprietates occultae.</i>	11	<i>Succus Syrenaicus.</i>	198.267
<i>Stirpes siccae esse asseruandas.</i>	351	<i>Sudatorium quid.</i>	129
<i>Stoechas unde dicatur. Eius species & vires.</i>	212	<i>Sudoriferum ad epilepsiam.</i>	665
<i>Stoechas magis est hepatica, quam cephalica.</i>	441	<i>Sudoriferum specificum ad paralytim.</i>	665
<i>Stoechas arabica.</i>	212	<i>Sudorificum specificum ad hydropem.</i>	666
<i>Stomachica.</i>	12	<i>Sudorificum singulare ad casum ex alto.</i>	666
<i>Stramonium.</i>	230	<i>Suffus.</i>	68
<i>Strathiotus aquaticum.</i>	244	<i>Suffituum differentia.</i>	143
<i>Strathiotus chyliophyllum.</i>	244	<i>Suffimenta ad luem veneream cum summa</i>	
<i>Strepsiceros.</i>	318	<i>cautela esse vsurpanda.</i>	145
<i>Stragylon.</i>	204	<i>Suffitus pronocans menses.</i>	144
<i>Strychnonium.</i>	230	<i>Suffitus ad sanitatem.</i>	144
<i>Strychnodendron.</i>	230	<i>Suffitus quibus affectibus conueniant.</i>	144
<i>Stultitia barbitonorum.</i>	417	<i>Suilli generis temperies.</i>	310
<i>Styrax quid. 276. 277. Eius vires.</i>	ib.	<i>Sues cur facile pinguescant.</i>	320
<i>Styrax calamita.</i>	ib.	<i>Sulphuris species. 290. quodnam optimum.</i>	
<i>Styracu arboris descriptio.</i>	ib.	<i>290. Eius vires. ib. oleum.</i>	ib.
<i>Subcervicula fetacea.</i>	346	<i>Sulphur factitium.</i>	ib.
<i>Sublimatio.</i>	59	<i>natiuum.</i>	ib.
<i>Sublimatum quibus constet.</i>	591	<i>Sulphur auratum diaphoreticum.</i>	866
<i>Sublingua.</i>	120	<i>Sulphuris flores.</i>	865
<i>Substituta quanam mala.</i>	99	<i>Sulphuris flores verum esse pulmonum bal-</i>	
<i>Subulones quid & unde dicti.</i>	319	<i>sanum.</i>	762
<i>Succedanea.</i>	98	<i>Sulphuris oleum.</i>	287
<i>Succedanea sine Medici consilio non esse</i>		<i>Sulphuris rubinus.</i>	865
<i>danda.</i>	99	<i>Sumach.</i>	243
<i>Succinum. 291. Eius species. ibid. Vires.</i>		<i>Superpurgationem esse pertimescendam.</i>	
<i>ibid.</i>		<i>89</i>	
		<i>Suppositoria. 124. Eorum vsus. ibid. basis.</i>	
		<i>125</i>	
		<i>Suppositorium commune.</i>	125
			<i>Suppa-</i>

ET VERBORVM.

<i>Suppositorium ad vermes</i>	125	<i>Syr. bilem attenuantes.</i>	704
<i>Suppuratoria.</i>	19	<i>Syr. bilem incrassantes.</i>	704
<i>Syderitis.</i>	299	<i>Syr. de succo borraginis.</i>	365
<i>Sydrum.</i>	246	<i>Syr. de succo buglossi.</i>	365
<i>Symphytum. Eius species & vires.</i>	234	<i>Syr. byzantinus simplex & compositus Mes.</i>	366. unde sic dictus.
<i>Symphytum maculosum.</i>	235		367
<i>maius.</i>	234	<i>Syr. calendulae.</i>	710
<i>petraum.</i>	235	<i>Syrupus capillorum veneris communis.</i>	361.
<i>tuberosum.</i>	ib.	<i>Monspeliensium.</i>	ib.
<i>Symphyti radices condita.</i>	403	<i>Syr. capillorum veneris. D. Flock.</i>	379
<i>Synaffica.</i>	19	<i>Syr. cardiaci.</i>	704
<i>Zuntia.</i>	20	<i>Syr. cardiacus ad leipothimiam.</i>	377
<i>Syrupus quid.</i>	61. 701	<i>Syr. caryophyllorum.</i>	376
<i>Syruporum differentia. ib. vsus.</i>	ib.	<i>Syrupi cephalici.</i>	704
<i>Syrupi à quibus inuenti.</i>	61	<i>Syr. diachamedrios. D. Io. Stockii.</i>	380
<i>Syrupi nominis etymologia.</i>	ib.	<i>Syr. de chamamelo compositus ad affectus nephriticos. D. Münsteri.</i>	183
<i>Syruporum materia.</i>	62	<i>Syr. de cichorio Rheo compositus Nicol. Florentini.</i>	363
<i>Syruporum doctrina quas requirat reformationes.</i>	702	<i>Syr. de cichorio simplex.</i>	363
<i>Syruporum alias aliis esse potentiores.</i>	704	<i>Syr. de cinnamomo.</i>	377
<i>Syrupi quomodo diu reservandi.</i>	708	<i>Syr. cinnamomi simplex paratus cum aqua vite.</i>	717
<i>Syrupos spiritu vitrioli & sulphuris reddi acidos & gratiores.</i>	708. 709	<i>Syr. cinnamomi simplex cum vino.</i>	715
<i>Syruporum digestio.</i>	708	<i>Syr. cinnamomi ex propria aqua.</i>	715
<i>Syrupi ut retineant saporem & odorem suorum simplicium, interdum etiam colorem.</i>	706	<i>Syr. citioniorum.</i>	369
<i>Syrupos multos esse in officinis non necessarios.</i>	705	<i>Syrupus cidoniorum sine saccharo.</i>	709
<i>Syrupi calefacientes.</i>	702	<i>Syr. de corallio Quercetani.</i>	718
<i>refrigerantes.</i>	ib.	<i>Syr. cordiales de scordio & scorzonera. Eorum vires.</i>	712
<i>temperati.</i>	ib.	<i>Syr. qui reddit corpus mundum à superfluitatibus, & per consequens cor, cerebrum, epas & omnia alia membra confortat.</i>	382
<i>Syr. de absinthio. Mes.</i>	372	<i>Syr. diureticus. D. Bechtholdi Ri vii.</i>	383
<i>Syr. acetatus simplex. Mesuei.</i>	366	<i>Syr. dynari Mes. 366. unde dicatur.</i>	367
<i>Syr. de succo acetosa Mesuei.</i>	365	<i>Syr. ebuli contra hydropem.</i>	712
<i>Syr. de agresta.</i>	368	<i>Syrupus elleboratus minor Quercetani.</i>	714
<i>Syr. alarhazi, id est, de stibio. D. Palmariis.</i>	110		
<i>Syrupus alexandrinus.</i>	362	<i>Syr. elleboratus maior. Quercetani.</i>	714
<i>Syr. de althaa Fernelii.</i>	589	<i>Syr. de endinia simplex.</i>	364
<i>Syrupus ardens unde fiat.</i>	706	<i>Syrupi epatici.</i>	705
<i>Syrupi aromatum & rerum odoratarum.</i>	374	<i>Syr. antepilepticus.</i>	717
<i>Syr. de Artemisia. Fernel.</i>	375	<i>Syr. exhilarans. D. Laurentii.</i>	376
<i>Syr. de Artemisia simplicior.</i>	367	<i>Syr. ad fistulas ani. Horatii Augentii.</i>	383
<i>Sy. de berberib.</i>	703		
<i>Syr. bilem flauum concoquentes.</i>			

INDEX RERVM

Syr. de fauis mellis.	387	Syr. de succo papaueris rheadis.	711
Syr. de faeno graeco.	380	Syr. papaueris erratici. 36. Cur in hoc syrupo non requiratur multiplex infusio	360
Syr. de fumaria simplex.	364	Syr. pectoralis.	380. 704
marin. Mesue.	ib.	Syr. de pede cati.	318
Syr. florum gemista simplex.	712	Syr. de pede Cati Parisiensis pharmacopœa secretus.	381
Syr. de Glycyrrhiza. Mes.	373	Syr. florum persicorum. 357. cur hic syrupus non conficiatur ex pluribus infusionibus.	357
Syr. granatorum.	368	Syr. de peto simplex. Quercetani. 710. Eius vires.	711
Syr. hedera.	712	Syr. de peto compositus.	711
Syr. de succo hedera terrestris.	711	Syr. de piperibus.	377
Syr. ex hellenio expectorans. D. Horatii Augustini.	183	Syrupi pituitam preparantes.	703
Syr. de hispidula seu aliropo.	318	Syr. de peonia ad epilepsiam in multis probatus.	378
Syr. holagogus. D. Io. Hartmanni Beyeri.		Syr. de polypodio.	378
Syr. florum hyperici & centaurei minoris contra corruptionem ventriculi & vermes.	712	Syr. de pomis simplex.	369
Syr. de hyssopo. Mes.	374	Syr. de pomis cum senna. Quercetani.	709
Syrupi hysterici.	705	Syr. magistralis laxatiuus D. Hauslain, pro iis, qui vsu purgantium ferre nequeunt.	378
Syr. diaireos D. Bechtholdi Rivii.	379	Syr. purgans. D. Io. Hartmanni Beyeri.	384
Syr. ex iua arthetica.	380	Syr. de duabus radicibus.	362
Syr. de granis iuniperi Parisiensium.		Syrup. de quinq. radicibus.	362
Syr. iuuubarum. Mes.	373	Syrupus infusionis rosarum.	707
Syr. Kermes.	376	Syr. rosarum ex infusione depurata.	708
Syrupus de Lamio.	196	Syr. rosar. pallidarum.	318
Syr. limonum.	368	Syr. rosar. siccarum. Fernel.	371
Syr. de lupulo. 358. quo tempore hic syrupus preparandus.	ib.	Syrupus rosatus Rondeletii.	110
Syr. de Macliche Lubeccensium.	381	Syr. regius seu alexandrinus olim iulepus rosatus.	371
Syrupi melancholicum succum digerentes.	703	Syr. regis Saboris D. Mes.	369
Syr. melancholiam digerens D. Caspari Hofmanni.	382	Syr. resumptiuus.	375
Syrupi melliti.	63	Syr. cibium.	367
Syr. de mentha simplex. Mes.	370	Syrupi ex seminibus.	715
Syr. de moru compositus.	367	Syrupus senelorum contra calculum.	713
simplex.	ib.	Syr. senelorum simplex Quercetani.	713
Syr. myrtinus compositus.	370	compositus eiusdem.	714
Syrupi nephritici.	705	Syr. de Senna Rulandi.	382
Syr. nephrocatacticus D. Io. Ringleri.	382	Syrupus simplex.	109
Syr. de nuce moschata.	377	Syrupi splenetici.	705
Syr. de nymphæa.	360	Syr.	
Syr. de omphacio.	368		
Syrupus de papauero.	38		
Syrup. de papauere simplex Mesuei.	359		

ET VERBORVM.

Syr de stœchade Fernel.	372	Temperamentorum differentia quot.	21
Syr stomachici.	704	Tenne.	22
Syr de iussilagine.	357	Terbeth.	175
Syr de valeriana.	379	Terebinthina quid. 272. optima qua ib. qua minus bona.	ib.
Syr violatus.	356	Terebinthina lœrigna.	ib.
Syrupi violacei aliquot modi.	707	Terebinthina vires.	ib.
Syrupi ex vinis medicatis.	716	Terebinthi arboris descriptio. 272. Eius species.	ib.
Syr ex solo vino generoso villanouani.	716	Terebinthina mater balsamorum.	188
Syrupus ex aquis & vinis simul.	716	Terendi modus varius.	38
Syr. de xylocaracta. D. Io. Baptista. Montani.	381	Terentiabin.	154
T.			
T Abaxir.	313. 425	Terra intestina.	337
Tabella quomodo conficiantur ex pulueribus.	771	Terra viride.	286
Tabula quantum requirant sacchari.	121	Terra alana.	286
Tabula diacarthami seu diacnicum Arnoldi villanouani.	423	Terra chia.	385
Tabula de citro solutiua.	425	Terra cimolia.	285
Tabella ad fœdos colores.	475	Terra cretica.	285
Tabula confortantes.	121	Terra eretria.	285
Tabula manus Christi.	121	Terra lemnia. 284. qua vera & qua eius vires.	ib.
Tabula marmorea.	349	Terra lemnia orientalis aulterium.	103
Tabula purgantes quantum requirant sacchari.	121	Terra melia.	286
Tabula roborantes.	121	Terra melitea.	285
Tacamahaca quid & qua eius vires.	104. 274	Terra rubrica.	285
Talcum	188. 303	Terra samia.	285
Tamalapatra.	189	Terra selinusia.	285
Tamar.	170	Terra sigillata vera & eius vires.	284
Tamari seu seu tamarix. 245. Eius species & vires.	ib.	Terra synopica.	285
Tamarindi. 170. Eorum vires.	ib.	Terra Theodosia.	286
Tamifium.	346	Testiculus Canis.	203
Taraxacum.	164	Testudo quid, qua eius genera. 332. miraculorum magnitudo. ib. vires.	ib.
Tartac.	280	Teucrium.	216
Tartarum quid.	280. 530	Teuffelsdreck.	167
Tartari cinis.	281	Teuthrium.	207
Tartari oleum.	280	Thamus.	574
Taurocolla.	325	Theamedes.	300
Teda.	270	Theophrastum Paracelsum esse pseudomedicum & natura monstrum.	111
Tela Galderi.	80. 582	Theriacarum duo genera.	787
Tela catagmarica.	80	Theriacs atates.	792
Tela cicatricem inducens	80	Theriacam à neotericis fuisse reformatam.	792
Tellis.	242	Theriacam nom̄ etiam solis simplicibus quibusdam olim fuisse datum. 787. vnde dicta.	788
		Theria-	

INDEX RERVM

<i>Theriaca inuentor quis.</i>	488	<i>Tinimachton.</i>	284
<i>Theriaca praestantis nota.</i>	816	<i>Topaxius, eius species. 198. vires.</i>	299
<i>Theriaca basin esse trociscos viperinos.</i>		<i>Tota bona.</i>	213
796		<i>Torcular.</i>	345
<i>Theriacam sanis non esse tutam.</i>	466	<i>Torcular cuius sit inuentum.</i>	49
<i>Theriacarum formula.</i>	818	<i>Tordylium.</i>	198
<i>Theriaca vulgaris virtutes secundum anti-</i>		<i>Tormentilla. 199. Eius vires.</i>	ib.
<i>quos.</i>	822	<i>Traesfr.</i>	313
<i>Theriaca coelestis dicta.</i>	824	<i>Tragacanthum quid, qua eius vires.</i>	263
<i>Theriaca Andromachi iunioris ex Galeno.</i>		<i>Tragea ad bronchocolem.</i>	770
487. vires.	489	<i>Tragea ad dolores capiti.</i>	469
<i>Theriaca germanica.</i>	783	<i>Tragea ad omnes capiti affectus frigidus.</i>	
<i>Theriaca germanica, à D. Leonardo Fuchsio</i>		765	
<i>Duci Friderico Saxonia praescripta.</i>	490	<i>Tragea cephalica contra vertiginem & a-</i>	
<i>Theriaca magna Andromachi descriptio</i>		<i>poplexiam Io. Langii.</i>	765
<i>vulgaris.</i>	791	<i>Tragea granorum actus ad dysenteriam.</i>	
<i>Theriaca diatessaron Mesuei.</i>	790	770	
<i>Theriaca ex bryonia Oribasii.</i>	790	<i>Tragea antepileptica Quercetani.</i>	766
<i>Theriaca diatessaron antiquorum.</i>	826	<i>Tragea ad affectus hepatis.</i>	768
<i>Theriaca diatessaron regia Quercetani.</i>		<i>Tragea histerica.</i>	769
826		<i>Tragea ad icterum ex stercore anserculi.</i>	
<i>Theriaca recens cur tuiso non possit usurpa-</i>		768	
<i>ri.</i>	817	<i>Tragea laxatiua.</i>	742
<i>Thlaspi. Eius species. 194. vires.</i>	ib.	<i>Tragea antinephritica & passionem coli-</i>	
<i>Thlaspi minus.</i>	194	<i>cam.</i>	769
<i>Thlaspi Cratoua.</i>	194	<i>Tragea ad omnes pectoris affectus.</i>	766
<i>Thirion animalia omnia venenata signare.</i>		<i>Tragea antipleuritica.</i>	766
489		<i>Tragea splenetica.</i>	769
<i>Tragemata.</i>	67	<i>Tragea ad omnes ventriculi affectus mira-</i>	
<i>Thrausma.</i>	264	<i>bilis.</i>	767
<i>Thryoron.</i>	230	<i>Tragea ad vertiginem experta Cratonis.</i>	
<i>Thurchesa.</i>	300	765	
<i>Thus quid & qua eius species.</i>	272	<i>Transmutatio quid.</i>	616
<i>Thus cortex.</i>	273	<i>Transplantationis & cultura utilitas.</i>	83
<i>manna.</i>	ib.	<i>Transplantationis effectus</i>	797
<i>Thus manna.</i>	153	<i>Trec.</i>	264
<i>Thus manna adulterium.</i>	103	<i>Tricocum.</i>	249
<i>Thylacitis.</i>	189	<i>Trifolii facultas.</i>	11. 12
<i>Thymelea quid & qua eius facultas.</i>	178.	<i>Trifolium acetosum.</i>	235
<i>quomodo differat à chamelaa.</i>	ib.	<i>Trifolium odoratum.</i>	241
<i>Thymus, eius species & vires.</i>	205	<i>Triganum.</i>	249
<i>Thymus peruvianus.</i>	205	<i>Triossum.</i>	249
<i>Tinctura.</i>	38	<i>Tryphera utilitas.</i>	776
<i>Tinctura corallorum.</i>	827	<i>Triphera persica.</i>	722
<i>Tinctura lapidum preciosorum.</i>	827	<i>Tryphera solutiua.</i>	417
<i>Tinctura è magisterio viperarum.</i>	827	<i>Tripolis.</i>	286
<i>Tinctura rosarum.</i>	287	<i>Trissago. 116. Eius vires.</i>	ibid.
			Trism-

ET VERBORVM.

<i>Tritura.</i>	38	<i>Tuberterra.</i>	201
<i>Triturationis tres scopi.</i>	38	<i>Turcheſa.</i>	296
<i>Trituram paucam requirentia que. 30. qua multam. 39. moderatam.</i>	ibid.	<i>Turpethi deſcriptio. 175. varia de eo opinio- nes. ibid. vires.</i>	176
<i>Tritura ſpecies varia.</i>	40	<i>Turpethum optimum quod.</i>	176
<i>Trocifci de agarico Galeni.</i>	435	<i>Turpethi præparatio.</i>	36
<i>Viennenſium.</i>	436	<i>Tuſſilago.</i>	238
<i>Troc. albi. Rhafis.</i>	504	<i>Tuſſilaginis folia condita.</i>	401
<i>Troc. alexiterni ſeu contra peſtem.</i>	502	<i>Tuthia. eius præparatio & vires.</i>	313
<i>Trocifci alhandal Meſ.</i>	435	<i>Tutia lotio.</i>	34
<i>Troc. alipta moſchata.</i>	497	<i>Tuthia præparatio.</i>	133
<i>Trocifci alterantes & roborantes.</i>	493	<i>Tympaniti curans ſacculus.</i>	141
<i>Troc. de antiſpodio. Meſ.</i>	499	<i>Typha.</i>	243
<i>Troc. de berberib.</i>	500		
<i>Troc. de caphura. Nic. Myreſſi.</i>	498	V.	
<i>Troc. de capparibus. Meſ.</i>	501	V <i>Accinia.</i>	244
<i>Troc. de carube. Meſ.</i>	499	<i>Vacuationes geminas ſimul & ſemel eo- dem remedio perſici poſſe.</i>	663
<i>Trocifci cypheos. Andromachi.</i>	496	<i>Valeriana. 12. Eius vires.</i>	212
<i>Troc. diarrhodon. Meſ.</i>	498	<i>Vaporaria.</i>	128
<i>diarrhodon Myreſſi.</i>	499	<i>Vaporarium ad menſium & hamorrhoidum concitationem.</i>	128
<i>Troc. Io. Langij pro epilepſia mirabiles.</i>	505	<i>Vdo.</i>	273
<i>Troc. profumo.</i>	505	<i>Venena venenſum trahere.</i>	17
<i>Troc. pro fumo cum moſcho.</i>	505	<i>Venena ex mineralibus multa.</i>	17
<i>Troc. pro fumo. Piſtorij.</i>	506	<i>Venenati morſus curatio per muſicam.</i>	15
<i>Troc. Gallia moſchata.</i>	496	<i>Venena componentes improbantur.</i>	15
<i>Troc. ad gonorrhœam.</i>	503	<i>Venena in corpore hominis interdû gigni.</i>	16
<i>Troc. Gordonii.</i>	500	<i>Venena aliquando nutrire.</i>	16
<i>Troc. hedychroi. Andromachi ex Galeno.</i>	495	<i>Venena à quibus ſumantur.</i>	ibid.
<i>Trocifci ad hepatis obſtructionē idonei.</i>	772	<i>Venena eſſe ſæpe medicamenta.</i>	ibid.
<i>Troc. hſterici.</i>	503	<i>Ventris, egnitiem naturâ male laceſſere.</i>	124
<i>Troc. liberantes Lubecceſium.</i>	505	<i>Ventriculum roborans fomentum.</i>	130
<i>Troc. pro lotionē capiti odoriferi.</i>	505	<i>Venus quibusnam à ſalacibus ſtimuletur.</i>	55
<i>Troc. de myrrha. Rhafis.</i>	502	<i>Veratrum. vide elleborus.</i>	
<i>Troc. narcotici. Fernelij.</i>	504	<i>Verbaſcula.</i>	236
<i>Troc. peſtorales. 505 (rauantij. 507</i>		<i>Verborum vis ſecundum hebræos.</i>	13. 14
<i>Troc. pro fumo tempore peſtis Leonardi Fio- Ringleri.</i>	506	<i>Vermes & ex niue & ſale generari.</i>	337
<i>Troc. prophylactici cum mithridatio. Bech- tholdi Raiij.</i>	506	<i>Vermicularis.</i>	235
<i>Trocifci purgantes.</i>	74	<i>Vermilago.</i>	221
<i>Trocifci de rhabarbara.</i>	434	<i>Vernix.</i>	260
<i>Troc. ſcillitici. Andromachi.</i>	495	<i>Veronica Eius ſpecies. 211. vires.</i>	212
<i>Troc. de ſpodio cum ſemine acetofa.</i>	500	<i>Veronica repens.</i>	211
<i>Troc. de ſtella. Flockij.</i>	506	<i>Vefica deſillatoria.</i>	57
<i>Trocifci theriacales.</i>	788	<i>Veficaterij utilitas.</i>	139
<i>Trocifci de vipera.</i>	494	<i>Veficatorium ruſſicorum.</i>	139
		<i>Veficatorium quomodo à ſinapiſmo & pyro- tico differat.</i>	138

INDEX RERVM

<i>Vetonica.</i>	211	<i>Vinum purgans sena.</i> 681. <i>Eius vsus & fa-</i>	
<i>Verustum & recens nō omnibus esse aquū.</i>	27	<i>cultas.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vidcoq.</i>	312	<i>Vina seminum ebuli & sambuci.</i>	680
<i>Vinum.</i>	677	<i>Vinum constipans sanguinisque sistens.</i>	687
<i>Vini utilitas.</i>	149	<i>Vinum scylliticum.</i>	680
<i>Vinum quibus fuerit interdictum.</i>	149	<i>Vina simplicia alterantia seu corroborantia.</i>	679
<i>Vinum sanis robur.</i>	149	<i>Vinum contra vermes & impurum sanguinem.</i>	683
<i>Vina gallica.</i>	149	<i>Vinum zedoaria compositum.</i>	686
<i>Vinum quis primo aqua miscuerit.</i>	150	<i>Violarum differentia. 154. minuta persca.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vini partes.</i>	280	<i>Viola ruscullana.</i>	236
<i>Vinum multus esse tanquam venenum aduersum.</i>	9	<i>Vipera.</i>	334
<i>Vinorū amaritudo quomodo sit corrigēda.</i>	683	<i>Vipera faxmina. 334. mas.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vinum quomodo reddatur suauius.</i>	55	<i>Vipera cur ita dicta.</i>	334
<i>Vini perfectio quales requirat operationes.</i>	621	<i>Vipera quomodo pariant.</i>	334
<i>Vini facis vsus.</i>	43	<i>Viperarum cauda & caput cur in preparatione abscondantur.</i>	335
<i>Vini petra.</i>	531	<i>Vipera quando captanda.</i>	494
<i>Vinum absynthiacum.</i>	679	<i>Viperarum delectus.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vinum antapoplecticum.</i>	685	<i>preparatio.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vina artificialia quomodo reddantur gustui grata.</i>	681	<i>Viperarum capiendarum tempus.</i>	799
<i>Vinorum artificialium processus.</i>	670	<i>Viperarum vsus.</i>	43
<i>Vinum ad asthma. Augeny.</i>	687	<i>Viperarum famellarum ad theriacam aptarum signa.</i>	799
<i>Vinum chalybeatum.</i>	686. 687	<i>Viperas esse basin theriaca.</i>	804
<i>Vina composita.</i>	679	<i>Viperarum substitutum.</i>	805
<i>Vinum contra contagiosum aerem.</i>	688	<i>Viperarum essentia arcanum, tinctura.</i>	814
<i>Vinum elleboratum.</i>	683	<i>Viperina axungia preparandi modus.</i>	335
<i>Vinum elleboratum Gesneri.</i>	689	<i>Viride terra.</i>	286
<i>Vini caput siccans & mirifice roborans.</i>	689	<i>Viscidorum colatura quid requiras.</i>	53
<i>Vinum antiepilepticum.</i>	685	<i>Viscum unde nascatur.</i>	228
<i>Vinum ex herbis.</i>	49	<i>Viscum optimum quod. ibid. Eius vires.</i>	228
<i>Vinum hipocraticum.</i>	36	<i>Visci quercini species.</i>	227
<i>Vinum hipocraticum commune.</i>	683	<i>Vinum acuens aqua.</i>	133
<i>Vinum hipocraticum extemporaneum.</i>	684	<i>Vitex.</i>	226
<i>Vinum ophthalmicum.</i>	686	<i>Vitriolum quid, quae eius species.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vinum antiuephriticum.</i>	687	<i>vires. 287. Factitium. ib. incommoda.</i>	288
<i>Vinum antiparalyticum.</i>	685	<i>Vmbilicus marinus. 331. unde oriatur. ibid.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vina simplicia laxatiua.</i>	679	<i>Vncia.</i>	87
<i>vires.</i>	680	<i>Vnctuosum & pingue quomodo differat.</i>	617
<i>Vinum catholicum purgans faciliis preparationis.</i>	682	<i>Vnguenta quid.</i>	540
<i>Vinum purgans Erasii.</i>	688	<i>Vnguētorū proportio, quoad ingredientia.</i>	540
<i>Vinum purgans ex floribus hyperici.</i>	682	<i>Vnguen-</i>	
<i>Vinum purgans ex floribus florum persca arboris.</i>	682		
<i>Vinum rosarum purgans.</i>	683		


ET VERBORVM.


Vnguentorum & ceratorum affinitas & differencia.	541	Vngu. mundificatiuum expertum.	549
Vnguenta cur dicta & inuenta.	77	Vngu. Neapolitanum.	557
Vnguentorum confectura quantum requirat olei.	77	Vngu. nephriticum.	563
Vnguentorum varietas	78	Vnguentum neruinum optimum D. Achil- lus Gasserii	559
Vnguenta quibus vasis sint reponenda.	78	Vngu. Nicotiana.	559
Vnguentum crudum.	78	Vngu. nutritum.	543
Vnguentum adiutorium.	554	Vngu. ad pterygium oculi. Horatii Augenii.	561
Vngu. Egyptiacum.	552	Vnguentum odoratum.	143
Vnguentum Agrippa. Nic. Myrepsi.	553	Vngu. ophthalmicum.	546
Vngu. alabastrinum. Io. Langii.	559	Vngu. pediculatorum.	563
Vngu. alabastrinum Benedicti Victorii Fa- uentini.	563	Vngu. contra pestem Anton. Florentini.	564
Vngu. alabastrinum Ludouici de Leonibus.	563	Vngu. contra pestem Leonardi Fiorauanti.	564
Vngu. de albaa. Myrepsi.	547	Vngu. de plumbo, quale fere inter emplastra reperies.	558
Vngu. apofolorum. Auicenna.	551	Vngu. diapompholyges. Nic. Alexandr.	545
Vngu. Aregon. Nic. Myrepsi.	553	Vngu. Felicis Plateri ad polypum nauium.	561
Vngu. ad artus.	560	Vngu. populeon. Nic. Myrepsi.	542
Vngu. aureum.	549	Vngu. ad pruritus scabiosum.	545
Vngu. basilicum minus. Mes. maius.	548	Vngu. purgans.	558
Vngu. de bolo.	543	Vngu. resumptiuum Nic. Prapofiti.	547
Vngu. de calce.	552	Vngu. rosatum Mesue.	541
Vnguenta quatuor calida.	97	Vngu. rubrum.	544.546
Vnguenta quatuor frigida.	97	Vngu. rubrum potabile.	558
Vngu. capsuratum.	546	Vnguentum sanctum.	2
Vngu. citrinum. Nic. Myrepsi.	555	Vngu. ad scabiem.	560
Vngu. ad contractionem neruorum.	559	Vngu. ad scabiem manuum.	560
Vngu. cordiale.	560	Vngu. ad spasnum neruorum.	560
Vngu. cotoneorum ad fluxus ventris.	563	Vngu. splenicum.	556.560
Vngu. crudum.	543	Vngu. stomac. hucum.	563
Vnguentum crudum quibus constet.	37.55	Vngu. stypticum Fernelii.	544
Vngu. defensiuum. D. Angelbergeri.	588	Vngu. tetrapharmacum Mes.	548
Vngu. ebulinum.	519	Vngu. ad achoras, vulgosiueam Bern. Gor- donii.	551
Vngu. ex enula. Bechtboldi Riuii.	561	Vngu. triapharmacum.	543
Vngu. enulatum cum mercurio.	550	Vngu. ad vermes.	550.563
Vngu. fuscum.	550	Vngu. nobile ad caruncula in ostio vesicae.	562
Vngu. ad morbum gallicum.	557	Vnguis odoratus.	332
Vngu. Iulium. Iulii Casaris Arantii ex suc- cis.	561	Vngula caballina.	238.241
Vngu. de lapide calaminari cu capphora.	558	Vnicornu & eius laridum ac vires.	328
Vngu. laxatiuum Pistorii.	562	Vnicornia.	328
Vngu. de lithargyro.	543.	Vniones quid, cur ita dicti & quomodo à margaritis differant.	301.330
Vngu. Martiatum. Nic. Myrepsi.	554	Volucrum maius.	225
Vngu. mellenum.	552	Vomitoria.	743
		Vomitum tam naturalis, quam artificialis causa.	744
			Vomi-

INDEX RERVM ET VERBORVM.

Vomitiorum differentia.	745	Vulpium pulmones.	ibid.
Vomitibus quibus obstit.	744	W.	
Vomitioria non omnia, nec omnibus esse in-		W Eckerum esse Syluii transcriptorem.	
differentior praescribenda.	29	45	
Vomitioria noua à recentiorib. inuenta.	745	Wod.	322
Vomitium pantagogum Rulandi.	747	Wodcok.	322
Vomitua potio.	749	X.	
Vomitioria pro biliosis qua eligenda.	29	X Antonicum.	209
Vomitiorium ruptorium Rulandi.	746	Xylobalsamum.	187
Vrosoli.	350	Xylocolla.	325
Vrina.	88	Xylon.	240
Vrsus quodnam animal.	320	Z.	
Vrsuxungia.	320	Z Ea.	243
Vrtica.	195	Zaynare.	524
Vrtica speciosa ibid. vires.	ibi.	Zedoaria quid. 18. Eius vires.	181
Vrtica mas.	195	Zapetion.	324
Vrtica cania.	195	Zecopyrum.	643
Vrtica saxina.	195	Zerumbet. Zurumbet quid & quomodo à	
Vrtica mortua.	196	zinzibere differat. 180. Eius vires. ibid.	
Vrticarum vrentium species.	195	Zibethum quid & quomodo colligatur. 325.	
Vrtica semen quibus conueniat.	36	quor. odo ia eatis augeatur.	ib.
Vstio. 43. Eius terminus. ibid. vrendi modus		Zibethi vires.	325
multiplex.	42	Zibethi reseruatio.	65
Vicium recreari aromatibus.	123	Zibethum artificiale.	559
Vterus quomodo afficiatur odoribus.	54	Zinziberis planta descriptio 180. quomodo à	
Vteri suorem vtrumq. sistentia.	129	zedoaria & zerumbet differat. ibid.	
Vua acerba. 256. earum species.	ib.	Zinziber optimū vnde ad nos deferatur. 180	
Vua crispata.	256. 257	Zinzipha. 253. vires.	254
Vua lupina.	250	Zinzipha. 253. vires.	254
Vulgago.	215	Zopissa.	270. 271. 271
Vulpes.	323	Zythum.	238

F I N I S.





400. -

18/12/18

